


RESEARCH UNIT
CANADA
A
28
Scale
54

*John Dea
1st of 1945, etc*

18. a. 1.
11



3
8-111

11832514

R. 2100

Del Collegio di S. Maria
de Granada

Bj.

PAVLI
SONCINATIS
 ORDINIS PRAE-
 DICATORVM QVÆ
 stiones Metaphysicales acutissimæ.

N V N C D E N V M S V M M O S T V D I O,
 & accuratius quàm antehac unquam castigata, repurgata
 & multis in locis illustrata.

C V M T R I P L I C I E A R V M I N D I C E,
 quorum primus, Quæstionum titulos promiscuè : secundus,
 ad hos, iuxta librorum & alphabeti seriem simul ma-
 teriam: tertius vero digna notatu circa
 hæc omnia, demonstrat.



LVGDVNI,
 SVMP TIBVS PETRI LANDRY.
 CID. MD. XXXVI.

INDEX QVÆSTIONVM METAPHYSICARVM HOC OPERE
CONTENTARVM.

Prior numerus Quæstionem, secundus verò paginam, a priorè columnam, b, verò secundum indicat.

Tituli quæstionum quarti libri Metaphysica.

| | | |
|----|---|--|
| 1 | N S an dicat vnum conceptum formalem fol. 1. a | |
| 2 | Conceptus entis sit præcisus. fol. 3. b | |
| 3 | Ens dicat explicitè cõceptum disinctũ. 5. b | |
| 4 | Ens prædicetur analogicè vel vniocè. 7. a | |
| 5 | Ens sit analogum enti reali & rationis. 9. a | |
| 6 | Conceptus entis sit realis. 10. b | |
| 7 | Ens habeat contradictorium. 11. a | |
| 8 | Ens in quantum ens, habeat contradictorium principium. 12. a | |
| 9 | Metaphysica subalterner sibi alias scientias. 13. a | |
| 10 | Ens commune Deo & creaturis sit adæquatum subiectum metaphysicũ. 14. b | |
| 11 | Metaphysicus consideret quidditates rerum in particulari. 16. a | |
| 12 | Esse distinguatur ab essentia. 18. a | |
| 13 | Esse sit nobilius essentia. 21. a | |
| 14 | Metaphysica sit dignissima omnium scientiarum. 21. b | |
| 15 | Demonstrationes metaphysicæ sint per quatuor genera causarum. 23. b | |
| 16 | Scientiæ mathematicæ demonstrent solum per causam formalem. 24. b | |
| 17 | Ens habeat veras passiones de ipso verè demonstrabiles. 26. b | |
| 18 | Passiones entis sint conuertibiles cum ente. 27. b | |
| 19 | Ens prædicatur quidditatiuè de suis passionibus. 28. b | |
| 20 | Genus prædicatur per se de differentia. 30. b | |
| 21 | Ens sit idem realiter cum suis passionibus. 32. b | |
| 22 | Quod eadem generatione generantur & corruptione corrumpantur, & quæ idem vni tertio eadem inter se. 34. b | |
| 23 | Vnum addat negationem super ens. 36. a | |
| 24 | Vnum sit prima passio entis. 37. b | |
| 25 | Vnum quod est principium numeri & vnum transcendens sint idem. 38. b | |
| 26 | Compositio rerum compositarũ sit vnitas, quæ res sunt vnæ vnitate transcendente. 39. b | |
| 27 | Ab vno transcendente possit remoueri esse distinctum ab alio. 40. a | |
| 28 | Distinctio rationis inter ens & vnum arguat compositionem in re vna. 40. b | |
| 29 | Distinctio rationis inter ens & vnum reducat ad distinctionem realem. 41. b | |
| 30 | Distinctio rationis sufficiat tollere cõtradictionem. 43. a | |
| 31 | Principium primũ inter omnia sit, de quolibet est affirmatio vel negatio vera. 44. a | |
| 32 | Ad cognoscendum euidenter primum principium cõplexi, sit necesse per sensũ apprehendere extrema. 45. a | |
| 33 | Prima principia sint nobis naturaliter nota. 46. b | |

Tituli quæstionum quinti libri metaphysica.

| | | |
|----|--|--|
| 1 | P incipium & causa distinguantur secundum suas rationes formales. 47. b | |
| 2 | Finis moueat voluntatem metaphoricè. 48. b | |
| 3 | Finis sit causa secundum esse quod habet extra. 49. b | |
| 4 | Causalitas causæ agentis sit agere. 50. b | |
| 5 | Forma der esse. 51. a | |
| 6 | Idem effectus possit esse à pluribus causis perfectis eiusdem ordinis. 53. a | |
| 7 | Causa & effectus in actu sint simul. 54. b | |
| 8 | Productio & conseruatio sint idem. 56. a | |
| 9 | Effectus particularis reducatũ in causam particularem. 56. b | |
| 10 | Complexa de prædicatis quidditatiuis habeant causam effectiuam. 58. b | |
| 11 | Diuisio accidentalis sit realis, & diuisio generis & speciei sit rationis. 59. b | |
| 12 | Id cuius est eadem materia, sit vnum numero. 60. b | |
| 13 | Prædicamenta distinguantur per diuersos modos prædicandi. 61. b | |
| 14 | Ratio propria & formalis substantiæ sit esse ens per se. 62. a | |

| | | |
|----|--|--|
| 15 | Infito repugnet esse in prædicamento. 63. a | |
| 16 | Esse principium transmutandi aliud in quantum aliud sit ratio potentie actiue. 64. a | |
| 17 | Cuilibet potentie actiue respondeat potentia passiuæ adæquatæ. 64. b | |
| 18 | Cuilibet potentie passiuæ correspondeat potentia actiua naturalis. 66. a | |
| 19 | Quantitas distinguatur à substantia. 68. a | |
| 20 | In magnitudine sit punctus, linea, & superficies. 69. b | |
| 21 | Diuisibilitas sit formalis ratio quantitatis. 71. a | |
| 22 | Substantia sit diuisibilis per quantitatem. 72. b | |
| 23 | Quantitas sit diuisibilis in ea quæ insunt. 74. a | |
| 24 | Tempus & motus sint quantitates per se. 75. a | |
| 25 | Relatio sit ens reale. 76. a | |
| 26 | Relatio habeat suam realitatem à fundamento. 78. a | |
| 27 | Relatio habens fundamentum reale sit realis. 79. a | |
| 28 | Relatio distinguatur à fundamento. 80. a | |
| 29 | Inter relatiua realiter distincta sit relatio realis. 82. a | |
| 30 | Relatum secundum dici terminet relationem per absolutum aut relationem. 83. b | |
| 31 | Relatio possit immediatè fundari in substantia. 84. b | |
| 32 | Relationes distinguantur ex pluralitate fundamenti. 85. b | |
| 33 | Terminus sit de conceptu quidditatiuo relationis. 87. a | |
| 34 | Æqualitas & similitudo sint relationes reales. 88. b | |
| 35 | Identitas sit relatio realis. 89. a | |
| 36 | Actio sit forma facta. 89. a | |
| 37 | Actio sit subiectiuè in agente. 90. b | |
| 38 | Actio dicat absolutum cum respectu. 91. a | |
| 39 | Quatuor vltima genera dicant absolutum vel respectum. 92. a | |
| 40 | Locus & vbi sint idem. 92. b | |
| 41 | Vbi realiter distinguatur à loco. 93. b | |

Tituli quæstionum sexti libri metaphysica.

| | | |
|----|---|--|
| 1 | S olus metaphysicus consideret quod quid est. 95. b | |
| 2 | Aliquis actus intellectus sit verè praxis. 96. b | |
| 3 | Omnis habitus practicus sit de re operabili ab habente habitum. 98. a | |
| 4 | Habitus sit principaliter practicus ex obiecto. 99. b | |
| 5 | Practicum & speculatiuum sufficienter diuidant habitus internos. 100. b | |
| 6 | Omnis scientia speculatiua sit nobilior qualibet practica. 102. a | |
| 7 | Habitus speculatiui sint tantum tres. 101. b | |
| 8 | Distinctio formalis scientiarum sumatur ex distinctione formali obiectorum. 102. b | |
| 9 | Scientia sit qualitas simplex. 104. a | |
| 10 | Intellectus eodem actu intelligat conclusiones & principia. 105. b | |
| 11 | Scientiæ simpliciter mathematicæ sint de abstractis à qualitatibus sensibilibus. 106. b | |
| 12 | Aliquid in rerum natura sit contingens secundum Philosophos. 108. a | |
| 13 | De ente per accidens possit haberi scientia. 109. a | |
| 14 | Cõtinges sit cõtinges quado est, aut quado nõ est. 110. a | |
| 15 | Contingentia effectuum sumatur ex ordine ad causas proximas vel remotas. 111. a | |
| 16 | Verum, sit ens reale vel rationis. 112. a | |
| 17 | Veritas significet rem absolutam cum respectu. 112. b | |
| 18 | Entia rationis habeant causam dantem eis esse. 113. b | |
| 19 | Enunciabilia sint entitates neque in anima neque extra animam. 114. a | |

Tituli quæstionum septimi libri metaphysica.

| | | |
|---|---|--|
| 1 | I nherentia sit de essentia accidentis. 117. a | |
| 2 | Existentia accidentis sit aliud ab accidente. 117. b | |
| 3 | Aliquod accidens possit immediatè fundari in materia prima excepta quantitate. 118. a | |
| 4 | Plura accidentia eiusdem specie possint esse in eodem subiecto adæquato. 119. a | |
| 5 | Ex substantia & accidente fiat vnum per se. 119. b | |
| 6 | Accidentia possint solum diffiniri per additamentum. 121. a | |
| 7 | Accidens possit propria virtute generare substantiam. 122. a | |

8 Formae intentionales educantur de potentia materiae. 123. b
9 Plures formae intentionales differentes solo numero vel specie, possunt simul esse in eodem subiecto adaequato. 125. a
10 Substantia sit prior accidente tempore. 126. b
11 Primum cognitum sit magis vniuersale. 127. b
12 Singulare sit primum cognitum ab intellectu. 128. b
13 Substantia sit prior accidente cognitione. 129. b
14 Substantia cognoscatur ab intellectu coniuncto per propriam speciem. 130. b
15 Eadem numero notitia, possit esse directa & reflexa. 131. b
16 Materia sit substantia. 132. a
17 Materia prima sit de se quaedam actualitas. 132. b
18 Forma sit magis ens quam materia. 133. b
19 Materia entitas distincta actu a forma. 134. a
20 Quod quid est, sit idem cum eo cuius est. 135. a
21 Animalia generata ex semine & per putrefactionem sint eiusdem speciei. 136. a
22 Compositum primo & per se generetur. 137. b
23 Forma proprie & per se generetur. 138. b
24 Forma generetur per accidens. 139. b
25 Rationes Philosophi contra Platonem efficaciter concludant. 140. a
26 Quiditas substantiarum materialium includat materiam partem sui. 141. b
27 Forma introducenda praexistat in materia vel tota vel pars eius. 142. b
28 Opinio tenentium inchoationem formarum possit teneri rationabiliter. 143. b
29 Agens naturale attingat essentiam formae. 145. a
30 Partes speciei & partes materiae sint idem secundum rem. 146. a
31 Sit aliquod principium indiuiduationis in substantiis materialibus. 147. a
32 Substantia sit indiuidua per entitatem positiuam vocatam haecceitatem. 148. a
33 Materia sit principium indiuiduationis. 149. b
34 Quantitas sit principium indiuiduationis. 151. a
35 Quantitas interminata sit principium indiuiduationis. 153. a
36 Genus & differentia distinguantur tantum ratione. 153. b
37 Differentia specialissima includat formaliter omnes inferiores. 155. a
38 Genus & species sint idem conuertibiliter. 156. a
39 Materia & forma sint vniuersalia. 157. a
40 Natura vniuersalis habeat unitatem realem minorem unitate numerali. 157. b
41 Vniuersale separatum a singularibus possit fieri diuina virtute. 158. b
42 Totum distinguatur a partibus simul sumptis. 159. b

Tituli quaestionum octauae libri metaphysicae.

1 Materia repugnet esse sine omni forma. 161. b
2 Materia possit intelligi conceptu proprio & praeciso. 163. a
3 Quilibet minima portio materiae sit in potentia naturaliter ad quamlibet formam. 164. a
4 Materia sit in potentia ad quamlibet quantitatem abique eo quod rarefiat, & ei aliquid addatur. 165. b
5 Materia habeat suam entitatem & realitatem a forma. 167. a
6 Potentia materiae sit essentia materiae. 168. a
7 Materia sit ratio recipiendi quantitatem. 169. a
8 Forma corporeitatis sit coaeterna materiae. 170. b
9 In corruptione substantiali fiat resolutio vsque ad materiam primam. 172. b
10 In animali sint plures formae secundum diuersitatem partium organicarum. 174. b
11 In animalibus viuicibus sit alia forma praeter animam. 176. a
12 In eodem composito sint plures formae substantiales secundum ordinem praedicabilem substantialium. 177. b
13 In homine anima sensitua & intellectiua sint plures animae. 178. b
14 Homo generet hominem, stante unitate formae in homine. 180. b
15 Eadem accidentia quae fuerunt in viuo, remaneant in mortuo. 181. a
16 Pater concurret actiue ad generationem prolis. 182. a
17 Dimensiones interminatim praecedant formam substantialem in materia. 183. a
18 Dimensiones interminatim distinguantur realiter a terminatis dimensionibus, secundum Commentatorem. 186. a
19 Aliqua forma possit intendi & remitti. 187. a
20 In toto tempore intensio formae maneat eadem forma numero. 188. a
21 Intensio formae fiat per additionem partis ad partem. 189. a
22 Intensio formarum sit motus continuus. 192. a
23 Sit date minimum in formis quae intenduntur. 194. b
24 Intensio formae attendatur per accessum ad summum vel per recessum a non gradu. 195. b
25 Aliqua forma substantialis possit intendi & remitti. 197. a
26 Vna forma substantialis sit perfectior essentialiter altera eiusdem speciei. 198. b
27 Quantitas possit intendi & remitti. 199. b
28 Ex materia & forma fiat vnum per se. 201. a
29 Corruptibilitas conueniat substantiae corruptibili potius ratione formae quam ratione materiae. 201. b

Tituli quaestionum noni libri metaphysicae.

1 Diuisio entis in actum & potentiam sitne diuisio realiter. 202. b
2 Potentia obiecta detur. 203. b
3 Eadem res quando est actu, distinguatur realiter a seipsa quando est in potentia. 204. b
4 Res habeant esse quidditatum ante sui productionem. 205. b
5 Propositiones factae de rebus non existentibus in materia necessariae sint verae. 207. a
6 Potentia rethituta distinguatur a potentia actiua & passiuua. 209. a
7 Rebus non existentibus verum sit quod non intelligantur. 210. a
8 Aliquid possit se reducere de potentia ad actum primo & per se. 211. a
9 Libertas voluntatis sit res superaddita voluntati. 213. b
10 Voluntas sit causa effectiua suarum operationum. 214. b
11 Voluntas causet in se volitionem tanquam agens, & aliquid existens sit ei ratio agendi. 215. b
12 Obiectum causet effectiue actum voluntatis. 216. b
13 Notitia obiecti concurret actiue ad actum voluntatis. 217. a
14 Voluntas determinet se ad alterum duorum bonorum sibi oppositorum. 218. a
15 Voluntatem necessitari ad aliquem actum, repugnet voluntati. 219. a
16 Voluntas possit velle impossibilia. 220. b
17 Potentia liberae pro eodem instanti sunt in potentia contradictionis. 221. b
18 Intellectus sit tantae libertatis quantae est voluntas. 223. a
19 Potentia rationales producant actus suos in non tempore. 224. a
20 Actio immanens per se subiectiue in suo efficiente distinguatur a transeunte. 225. b
21 Actio immanens sit de genere actionis. 226. b
22 Nomina significantia actus immanentes includant in suo significato aliquem respectum. 227. b

Tituli quaestionum decimi libri metaphysicae.

1 Prima diuisio entis sit per vnum & multa. 229. a
2 Vni quod est principium numeri, conueniat primo ratio mensurae. 230. b
3 Ratio formalis unitatis quae est principium numeri sit positiua. 231. b
4 Vnum & multa opponantur priuatiue. 234. a
5 Identitas conuenienter diuidatur in absolutam & relativam. 235. b
6 Inter idem & diuersum cadat medium. 236. b
7 Numerus sit vnum per se. 237. a
8 Numerus habeat factum esse per apprehensionem animae. 238. b
9 Vltima unitas sit forma numeri. 240. a
10 Forma numeri sit continuitas diuisi. 241. b
11 Numerus sit entitas distincta a numeratis. 242. b
12 Quilibet numerus sit vnum numero. 243. b
13 Numerus reperitur tantum in rebus materialibus. 244. a
14 Compositum ex pluribus partibus sit simpliciter plura. 245. a
15 Negatio & priuatio sint actu extra animam. 246. b
16 Negatio habeat propriam conceptibilitatem. 248. a
17 Priuatio distinguatur a subiecto in quo est. 249. b
18 Oppositio contradictoria sit maxima oppositio. 250. b
19 A priuatione ad habitum sit regressus. 252. a
20 Vni formae possint plures formae esse contrariae. 252. b
21 Qualitates mediae componantur ex extremis. 253. a
22 Formae contrariae comparantur se in eodem subiecto adaequate secundum gradus remissos. 254. b
23 Formae contrariae sint eiusdem speciei. 256. b
24 Differentiae specificae opponantur contrariae. 258. a
25 Materia sit principium distinctionis secundum genus. 259. a

16 Pars motorum sit mensura omnium substantiarum. 260. a
17 Elementa in mixto tantum potestialiter aut virtualiter. 260. b

Tituli quaestionum duodecimi libri Metaphysicae.

1 Ad metaphysicam pertineat probare genus substantiarum separatarum esse, aut ad naturalem. 264. a
2 Philosophus probans aliquod ens esse abstractum, probet tantum abstractionem vel existentiam. 267. b
3 Causas agentes non posse procedere in infinitum, possit sufficienter probari. 269. a
4 Duas naturas specie distinctas aequalis esse perfectionis, sit possibile. 270. b
5 Perfectiones specificas procedere in infinitum implicet contradictionem. 271. a
6 Substantiae abstractae sint omnino immutabiles secundum Philosophos. 272. b
7 In caelo sit materia. 274. b
8 Materia caeli & corporum inferiorum sit eadem natura. 276. b
9 Materia caeli sit alterius rationis a materia corruptibilium. 278. b
10 Materia vnius caeli sit alterius rationis a materia alterius caeli. 280. b
11 Intelligentia vniatur caelo vt forma. 282. a
12 Caelum sit animatum. 283. b
13 Caeli & stellae agant in ista inferiora. 284. b
14 Generatio cuiuslibet formae sit ab agente vniuoco. 285. b
15 Creatio sit possibilis secundum Aristotelem. 287. a
16 Vnum esse primum principium a quo omnia alia producta sint, Aristoteles & Philosophi crediderint. 287. b
17 Omnia esse effectiue a Deo, possit probari ratione merè naturali. 289. b
18 Prima causa possit omnem aliam entitatem a se immediate producere. 290. b
19 Deus producat de necessitate naturae aliquid extra se. 291. b
20 Intelligentiae essent omnino necesse esse, si Deus produxisset eas ex necessitate naturae. 292. b
21 Scientiae & artes possint acquiri per sermonem docentis. 296. a
22 Accidens componatur ex propria potentia & proprio actu sicut substantia. 299. a
23 Quod intellectus potentialis sit separatus secundum esse ab homine, fuerit opinio Auerrois. 299. b
24 Vtrum si intellectus possibilis esset vltima intelligentia posset homo per eum formaliter intelligere. 301. a
25 Anima intellectiua a qua homo denominatur intellectiua, sit substantia separata vel forma hominis. 302. a
26 Principia omnium sint eadem secundum analogiam, id est componantur ex proprio actuali & potestiali. 304. a
27 Iudiciale potentiale corresponsdeat omnibus formis quae sunt eiusdem generis. 305. a
28 Deum esse, possit demonstrari ex per se notis & sententis. 306. a
29 Primum principium sit separatum ab omni potentia. 307. b
30 Mundum esse aeternum Philosophus crediderit, posse demonstrari. 308. b
31 Mundum esse ab aeterno possit teneri, sequendo praecise rationem naturalem. 310. a
32 Primum causam mouere caelum effectiue aut per modum finis, Philosophus & Commentator existimauerint. 314. b
33 Primum principium causare effectiue desiderium sui in intelligentiis mouentibus orbem, Philosophus & Commentator putauerint. 316. a
34 Prima causa moueat caelum & producat res per suum velle. 317. a
35 Substantiae mouentes orbem habeant virtutem motiuam distinctam ab intellectu & voluntate. 318. a
36 Intelligentiae magis moueant caelum per naturam suam quam per intellectum & voluntatem. 319. a
37 Primum principium esse causam omnium intelligentiarum possit probari sufficienter ex per se notis. 320. a
38 Omne habens causam finalem habere causam efficientem possit probari efficienter. 321. b
39 Primum principium moueat immediate primum mobile. 322. b
40 Deum esse entitatem infinitam possit concludi sufficienter per rationes naturales. 325. a
41 Primum principium esse infinitae virtutis intensiue Philosophus & Commentator existimauerint. 326. a
42 Deum esse virtutem infinitam formaliter possit probari sequendo praecise rationem naturalem. 327. b
43 Prima causa possit mouere caelum in non tempore. 328. b
44 Prima causa possit mouere caelum velocitate maiori in infinitum quam moueat. 329. b
45 Primum principium esse infinitae virtutis possit argui ex perpetuitate motus. 330. a
46 Primum principium sit extra omnem magnitudinem. 331. a
47 Intelligentia sit compositio generis & differentiae. 332. a
48 Intelligentiae componantur intrinsicè ex potentiis & formali. 333. a
49 Ratio indiuiduationis substantiarum separatarum sit negatio corporeitatis & materiae. 334. a
50 Formale distinctum secundum speciem intelligentiae ab anima intellectiua sit negatio vniuersalitatatis ad materiam vel diuersus modus operandi. 335. a
51 Esse plures intelligentias in eadem specie repugnet, stando praecise in principiis philosophorum. 336. b
52 Infinitam multitudinem dari in substantiis abstractis repugnet. 338. b
53 In permanentia actuali substantiarum separatarum sit formaliter aliqua successio. 339. b
54 Esse substantiarum corporalium mensuretur aliqua mensura indiuisibili. 341. b
55 Permanentia vnius intelligentiae possit esse mensura permanentiae omnium corporalium. 342. b
56 Permanentia intelligentiae distinguatur ab intelligentia. 343. b
57 Quamlibet intelligentiam esse naturae intellectualis possit demonstrari. 344. a
58 In substantiis abstractis sit intellectus agens & possibilis. 345. a
59 Intelligentiae intelligunt se per seipsas formaliter. 346. a
60 Gradus simplicitatis intelligentiarum sit secundum gradum nobilitatis earum. 348. a
61 In substantia abstracta possit esse simul in actu plures intentiones. 349. a
62 Intelligentia intelligat infinitas species. 350. a
63 Vna intelligentia possit producere aliam. 352. a
64 Omnes substantias motrices orbium esse virtutis infinitae secundum vigorem, Philosophus & Commentator putauerint. 353. a
65 Prima causa intelligat aliquid extra se. 354. a
66 Primum causam intelligere res extra se terminatiue fuerit opinio Aristotelis. 355. a
67 Prima causa intelligat proprias quidditates rerum distincte secundum Aristotelem & Commentatorem. 356. a
68 Elementa maneat actu in mixto. 357. a
69 Necessitas & immutabilitas sint idem. 358. a
70 Sit tantum vnum ens necessarium. 358. b

I N D E X M A T E R I A R V M Q V A E T R A C T A N T V R.

Prior numerus librum secundum quaestionem, tertius autem paginam demonstrat.

12 B S T R A C T V M aliquod Philosophus probans, probet tantum abstractionem vel existentiam. q. 2. 267. b
12 Accidentia componantur ex proprio potentiis & proprio formali. q. 2. 299. a
7 Accidentia diffiniatur per additamentum. q. 6. 121. a
7 Accidentia aliquod possit immediate fundari in substantia. q. 3. 118. a
7 Accidentia aliquod possit propria virtute causare substantiam. q. 7. 122. a
7 Accidentis essentia sit inherens ad subiectum. q. 1. 117. a
7 Accidentis existentia sit aliud ab accidente. q. 2. 117. b
7 Accidentia plura eiusdem speciei possint esse in eodem subiecto simul. q. 4. 119. a
8 Accidentia quae fuerunt in viuo, eadem sint in mortuo. q. 15. 181. a
5 Actio sit forma facta. q. 36. 89. b
5 Actio sit in agente. q. 37. 90. b
5 Actio dicat absolutum cum respectu. q. 38. 91. a
9 Actio immanens distinguatur per se a transeunte. q. 20. 225. b
9 Actio immanens sit de genere actionis. q. 21. 226. b
6 Actus aliquis intellectus sit vtè praxis. q. 1. 96. b
7 Agens naturale attingat essentiam formae. q. 19. 145. a
12 Anima

- 12 Anima intellectiva a qua homo denominatur intellectiva
lis sit forma hominis vel substantia separata. q. 25. 302. a
- 8 In animalibus sint plures formae secundum differentiam
partium organicarum. q. 10. 174. b
- 8 In animalibus sit alia forma praeter animam. q. 11. 176. a
- 12 Artes & scientiae possunt acquiri per sermonem docentis.
q. 21. 296. a
- C**ausa & effectus sint simul. q. 7. 54. b
- 12 Causam primam mouentem caelum effectiue & per
modum finis, Philosophus & Commentator existima-
uerunt. q. 32. 314. b
- 12 Causa prima moueat caelum & producat res per suum
velle. q. 34. 317. a
- 12 Causam finalem, omne habens, habere causam efficien-
tem, possit probari efficaciiter. q. 38. 321. b
- 12 Causa prima possit mouere caelum in non tempore.
q. 43. 326. b
- 12 Causa prima possit mouere caelum velocitate maiori in
infinitum quam moueat. q. 44. 329. b
- 12 Causa prima intelligat aliquid extra se. q. 65. 354. a
- 12 Causam primam intelligere res extra se terminatiue fue-
rit opinio Aristotelis. q. 66. 355. a
- 5 Causalitas finis sit in mouere metaphoricè
q. 2. 48. b
- 5 Causalitas huius conueniat ipsi secundum esse quod habet
in rerum natura. q. 3. 49. b
- 5 Causalitas agentis sit in agere. q. 4. 50. b
- 5 Causalitas formae sit dare esse. q. 5. 52. a
- 12 Caelum sit animatum. q. 12. 283. b
- 12 In caelo sit materia. q. 7. 274. b
- 12 Caelum & stellae agant in ista inferiora. q. 13. 284. b
- 12 Creatio sit possibilis secundum Aristotelem. q. 15. 287. a
- 5 Complexa necessaria habeant causam, vt homo est ani-
ma. q. 10. 58. b
- 6 Contingens aliquid sit in rerum natura. q. 12. 108. a
- 6 Contingens sit contingens quando est aut quando non
est. q. 14. 110. a
- 6 Contingentia effectuum sumatur ex causis remotis vel
proximis. q. 15. 111. a
- 7 Compositum tantum primo & per se generetur. q. 22. 137. b
- 8 Corruptione substantiali fiat resolutio vsque ad mate-
riam primam. q. 9. 172. b
- 8 Corruptibilitas conueniat ratione formae vel materiae.
q. 29. 201. b
- 10 Compositum ex pluribus simpliciter sit vnum vel plu-
ra. q. 14. 245. a
- 10 Contradictoria oppositio sit maxima. q. 18. 250. b
- 12 Causa prima intelligat quidditates rerum distinctè secun-
dum Philosophum & Commentatorem. q. 67. 356. a
- D**istinctio rationis inter ens & vnum arguit compositi-
onem in vno. q. 28. 40. b
- 4 Distinctio rationis inter ens & vnum reducatur ad distin-
ctionem realem. q. 29. 41. b
- 4 Distinctio rationis sufficiat ad tollendam contradic-
tionem. q. 30. 43. a
- 7 Differentia specialissima includat formaliter omnes su-
periores. q. 37. 155. a
- 8 Dimensiones interminatae praecedant formam substan-
tialem in materia. q. 17. 183. a
- 8 Dimensiones interminatae distinguantur realiter a ter-
minatis. q. 18. 186. a
- 10 Differentiae specificae generis opponantur contrariè.
q. 24. 258. a
- 3 Diuisio accidentalis sit realis: & diuisio generis & speciei
sit rationalis. q. 11. 59. b
- 12 Deus producat aliquid extra de necessitate naturae. q.
19. 291. b
- 12 Deus vel prima causa possit producere immediatè om-
nem entitatem aliam a se. q. 18. 290. b
- 12 A Deo omnia esse, possit effectiue probari ratione merè
naturali. q. 17. 289. b
- 12 Deum esse possit demonstrari ex per se notis & sensatis.
q. 28. 306. a
- 12 Deum esse entitatem infinitam, possit concludi sufficien-
ter per rationes naturales. q. 40. 325. a
- 12 Deum esse virtutem infinitam possit probari formaliter
sequendo praecise rationem naturalem. q. 42. 327. b
- 4 **E**ns dicat vnum conceptum explicitè. q. 1. 2. a
- 4 **E**ntis conceptus sit praecisus ab aliis. q. 2. 3. b
- 4 **E**ns praecise dicat conceptum distinctum. q. 3. 5. b
- 4 **E**ns praedicatur vniocè de Deo, creaturis, substantia &
accidente. q. 4. 7. a
- 4 **E**ns sit analogum enti reali & rationis. q. 5. 9. a
- 4 **E**ntis conceptus sit realis. q. 6. 10. b
- 4 **E**as in quantum ens habeat principia & causas. q. 8. 12. a
- 4 **E**ns habeat veras passiones. q. 17. 26. b
- 4 **E**ns praedicatur quidditatiue de passionibus. q. 19. 28. b
- 4 **E**ns sit idem realiter cum bono & vero &c. q. 21. 32. b
- 4 **E**ns habeat contradictorium. q. 7. 11. a
- 4 **E**ns commune Deo & creaturis sit subiectum metaphy-
sicè. q. 10. 14. b
- 9 **E**ns diuidatur in actum & potentiam distincta realiter.
q. 1. 202. b
- 10 **E**ns diuidatur prima diuisione in vnũ & multa. q. 1. 229. a
- 6 **E**ntis per accidens sit scientia. q. 13. 109. a
- 6 **E**ntia rationis habeant causam. q. 18. 113. b
- 4 **E**sse sit idem quod essentia. q. 12. 18. a
- 4 **E**sse sit nobilior essentia. q. 13. 20. a
- 5 **E**ffectus idem possit habere plures causas in eodem or-
dine. q. 6. 53. a
- 5 **E**ffectus particularis reducatur in causam particularem
& vniuersalem in vniuersalem. q. 9. 56. b
- 12 **E**lementa maneat actu in mixto. q. 68. 357. a
- 10 **E**lementa sint in mixto tantum potentialiter aut virtua-
liter. q. 27. 260. b
- 6 **E**nunciabilia sint entitates neque in anima neque extra
animam. q. 19. 114. a
- 5 **E**xcellitas sit relatio realis. q. 34. 88. a
- 4 **E**ns esse idem realiter vno, efficaciiter probetur a Philo-
sopho. q. 21. 32. b
- 12 **E**ns necessarium sit tantum vnum. q. 70. 358. b
- 4 **E**ntis prima passio sit vnum. q. 24. 37. b
- 12 **E**sse substantiarum corporalium mensuretur aliqua
mensura indiuisibili. q. 54. 341. b
- 7 **F**orma sit magis ens quam materia. q. 18. 133. b
- 7 **F**orma per se generetur. q. 23. 138. b
- 7 **F**orma saltem per accidens generetur. q. 24. 139. b
- 7 **F**orma introducenda, vel aliqua pars formae praecixit in
materia. q. 27. 142. b
- 8 **F**orma si est vna, an homo generet hominẽ. q. 14. 180. a
- 7 **F**ormarum inchoatio possit teneri. q. 28. 143. b
- 8 **F**ormarum substantialium eiusdem speciei vna sit perfe-
ctior altera. q. 26. 198. b
- 8 **F**orma corporeitatis sit coaeterna materiae. q. 8. 170. b
- 7 **F**ormae intentionales educantur de potentia materiae. q.
8. 123. b
- 8 **F**ormae plures intentionales solo numero differentes pos-
sunt simul esse in eodem subiecto. q. 9. 125. a
- 8 **F**ormae plures sint eodem composito. q. 12. 177. b
- 10 **F**ormae vai plures possunt esse contrariae. q. 20. 252. b
- 10 **F**ormae contrariae compatiuntur se in eodem subiecto se-
cundum gradus remissos. q. 22. 254. b
- 10 **F**ormae contrariae sint eiusdem speciei. q. 23. 256. b
- 7 **G**enerata ex semine & putrefactione sint eiusdem spe-
ciei. q. 21. 136. a
- 12 **G**eneratio cuiuslibet formae sit ab agente vniocò. q.
14. 185. b
- 4 **G**enus praedicatur per se de differentia. q. 20. 30. b
- 7 **G**enus & differentia distinguatur tantum ratione. q. 36. 153. b
- 7 **G**enus & species sint idem conuertibiles. q. 38. 156. a
- 12 **G**radus simplicitatis intelligentiarum sit secundum gra-
dum nobilitatis earum. q. 60. 348. a
- 6 **H**abitus practicus sit de operabili ab habente habitũ.
q. 3. 98. a
- 6 **H**abitus sit practicus principaliter ex obiecto aut fine. q.
4. 99. b
- 6 **H**abitus speculatiui sint tantum tres. q. 7. 101. b
- 8 **H**ominis sint plures animae, anima sensitiua & intelle-
ctiua. q. 13. 178. b
- 7 **I**dea Platonis sufficienter improbantur à Philosopho.
q. 25. 140. a
- 4 **I**dem realiter sint quae eadem generatione generantur &
corruptione corrumpuntur, & quae sunt eadem vni-
tertio. q. 22. 34. b
- 10 **I**dem & diuersum habeant medium. q. 6. 236. b
- 5 **I**dentitas sit relatio realis. q. 35. 89. a
- 10 **I**dentitas conuenienter diuidatur in absolutum & rela-
tium. q. 5. 235. b
- 7 **I**ndiuiduationis principium sit in substantiis materiali-
bus. q. 31. 147. a
- 7 **I**ndiuiduationis principium sit haecceitas. q. 32. 148. a
- 7 **I**ndiuiduationis principium sit materia. q. 33. 149. b
- 7 **I**ndiuiduationis principium sit quantitas. q. 34. 151. a
- 7 **I**ndiuiduationis principium sit quantitas interminata. q.
35. 153. a
- 12 **I**ndiuiduationis ratio substantiarum separatarum sit ne-
gatio corporeitatis & materiae. q. 49. 334. a
- 12 **I**n infinitum processum in causis agentibus non esse, possit
probari. q. 3. 269. a
- 12 **I**n infinitum processum in perfectionibus specificis implicet
contradictionem. q. 5. 271. a

- 12 Infinitam multitudinem dari in substantiis abstractis.
q. 52. 338. b
- 12 **I**ntelligentia vna possit producere aliam. q. 63. 352. a
- 12 **I**ntelligentia intelligat infinitas species. q. 62. 350. a
- 12 **I**ntelligentiae intelligant se per se formaliter. q. 59. 346. a
- 12 **I**ntelligentiam quamlibet esse intellectuales naturae pos-
sit demonstrari. q. 57. 344. a
- 12 **I**ntelligentiae magis moueant caelum per suam naturam
quam per intellectum & voluntatem. q. 36. 319. a
- 12 **I**ntelligentiae componantur intrinsecè ex potenciali &
formali. q. 48. 333. a
- 12 **I**ntelligentiae forma vt distinctiuum secundum speciem
ab anima intellectiua sit negatio vniuersalitatatis ad mate-
riam vel diuersus modus operandi. q. 50. 335. a
- 12 **I**ntelligentias plures esse in eadem specie repugnet stan-
do praecise in principiis Philosophorum. q. 51. 336. b
- 12 **I**n intelligentia sit compositio generis & differentiae. q.
47. 332. a
- 12 **I**ntelligentiae essent omnino necesse esse, si Deus produ-
xisset eas ex necessitate naturae. q. 20. 292. b
- 12 **I**ntelligentia vniatur caelo vt forma. q. 11. 282. a
- 12 **I**ntellectus possibilis quod sit separatus ab homine secun-
dum esse, fuerit opinio Auerois. q. 23. 299. b
- 6 **I**ntellectus actus sit verè praxis. q. 2. 96. b
- 9 **I**ntellectus codè acta intelligat conclusiones & principia.
q. 10. 105. b
- 9 **I**ntellectus sit tantae libertatis, quatae voluntas. q. 18. 222. a
- 12 **I**ntellectus possibilis si esset vltima intelligentia, possit
homo per eum formaliter intelligere. q. 24. 301. a
- 8 **I**ntendi possit aliqua forma. q. 19. 187. a
- 8 **I**ntendi possit forma substantialis. q. 25. 197. a
- 8 **I**ntendi possit quantitas. q. 27. 199. b
- 8 **I**ntensio attendatur per accessum ad summũ. q. 24. 195. b
- 8 **I**ntensio formarum sit motus continuus. q. 22. 192. a
- 8 **I**ntensio fiat per additionem partis ad partem. q. 21. 189. a
- 8 **I**ntensionis in toto tempore maneat eadem forma. q. 20.
188. a
- 8 **I**ntensionis sit dare minimum formae. q. 23. 194. b
- 9 **L**ibertas voluntatis sit res superaddita voluarati. q. 9.
213. b
- 7 **M**ateria sit substantia. q. 16. 132. a
- 7 **M**ateria prima sit quaedam actualitas de se. q. 17. 132. b
- 7 **M**ateria sit entitas distincta à forma. q. 19. 134. a
- 7 **M**ateria sit principium indiuiduationis. q. 34. 151. a
- 8 **M**ateria possit esse sine forma. q. 1. 161. b
- 8 **M**ateria possit intelligi propria conceptu. q. 2. 163. a
- 8 **M**ateria suam entitatem habeat à forma. q. 5. 167. a
- 8 **M**ateria sit in potentia ad quamlibet quantitatem absque
eo quod rarefiat. q. 4. 165. b
- 10 **M**ateria sit principium distinctionis secundum genus. q.
25. 259. a
- 8 **M**ateria sit ratio recipiendi quantitatem. q. 7. 169. a
- 7 **M**ateria & forma sint vniuersalia. q. 39. 157. a
- 12 **M**ateria caeli & generabilium sit eadem numero. q. 8. 176. b
- 12 **M**ateria caeli sit alterius rationis à materia corruptibi-
lium. q. 9. 278. b
- 8 **E**x materia & forma fiat per se vnum. q. 28. 201. a
- 8 **M**ateriae potentia sit eius essentia. q. 6. 168. a
- 8 **M**ateria minima portio sit in potentia ad quamlibet for-
mam. q. 3. 164. a
- 12 **M**ateria vni caeli sit eadem cum materia alterius caeli.
q. 10. 280. b
- 7 **M**ateriae partes & speciei sint eadem. q. 30. 146. a
- 8 **M**ater generat actiue. q. 16. 182. a
- 6 **M**athematicae sint de abstractis à sensibilibus. q. 11. 106. b
- 4 **M**etaphysica subalternet sibi alias scientias. q. 9. 133. a
- 4 **M**etaphysica sit dignissima scientiarum. q. 11. 21. b
- 4 **M**etaphysicae demonstrationes sint per quatuor genera
causarum. q. 15. 23. b
- 4 **M**athematicae demonstrationes sint tantum per causam
formalem. q. 16. 24. b
- 4 **M**etaphysicus consideret quidditates rerum in particu-
lari. q. 11. 16. a
- 6 **M**etaphysicus solus consideret quodquid est. q. 1. 95. b
- 10 **M**ensura ratio primo conueniat vni quod est principium
numeri. q. 2. 230. b
- 10 **M**otor primus sit mensura omnium substantiarum. q. 26. 260. a
- 12 **M**undum esse aeternum Philosophus crediderit posse de-
monstrari. q. 30. 308. b
- 12 **M**undum esse ab aeterno possit teneri sequendo praecise
rationem naturalem. q. 31. 310. a
- 11 **N**ecessitas & immutabilitas sint idem. q. 69. 358. a
- 10 **N**egatio habeat propriam conceptionem. q. 16. 248. a
- 10 **N**egationes & priuationes sint in rebus extra animam.
q. 15. 246. b
- 9 **N**omen significans actum immanentem includat respec-
tum. q. 22. 27. b
- 7 **N**otitia eadem numero possit esse directa & reflexa. q. 15.
131. b
- 10 **N**umerus sit vnum per se. q. 7. 237. a
- 10 **N**umerus habeat tantum esse per apprehensionem animae.
q. 8. 238. b
- 10 **N**umeri forma sit vltima vnitatis. q. 9. 240. a
- 10 **N**umeri forma sit concinuitas diuisi causantis numerum.
q. 10. 241. b
- 10 **N**umerus distinguatur à rebus numeratis. q. 11. 242. b
- 10 **N**umerus quilibet sit vnum numero. q. 12. 243. b
- 10 **N**umerus sit tantum in rebus materialibus. q. 13. 244. a
- 4 **P**assiones entis sint conuertibiles cum ente. q. 18. 27. b
- 12 **P**ermanentia intelligentiae distinguatur ab intelli-
gentia. q. 56. 343. b
- 12 **P**ermanentia intelligentiae possit esse mensura omnium
corporalium. q. 55. 342. b
- 12 **I**n permanentia actuali substantiarum separatarum sit
formaliter aliqua successio. q. 53. 339. b
- 9 **D**e potentia in actum aliquid possit se reducere. q. 8. 211. a
- 9 **P**otentia obiectiua detur. q. 2. 203. b
- 9 **P**otentia resistitiua distinguatur ab actiua. q. 6. 209. a
- 5 **P**otentiae actiuae ratio sit esse principium transmutandi
aliud in quantum aliud. q. 16. 64. a
- 5 **P**otentiae actiuae omni correspondeat passiva adaequans
virtutem eius. q. 17. 64. b
- 5 **P**otentiae passivae cuiuslibet correspondeat potentia actiua
naturalis. q. 18. 66. a
- 12 **P**ossibile idem correspondeat omnibus formis quae sunt
eiusdem generis. q. 27. 305. a
- 9 **P**otentiae rationales producant actus suos in non tempore.
q. 19. 224. a
- 6 **P**racticum & speculatiuum sufficienter diuidantur habitus
intellectus. q. 5. 160. b
- 5 **P**raedicamenta distinguantur per diuersos modos praedi-
candi. q. 13. 61. b
- 4 **P**incipium primum omnium sit istud, de quolibet est af-
firmatio vel negatio vera. q. 31. 44. a
- 12 **P**incipia omnium sint eadem secundum analogiam. q.
26. 304. b
- 4 **P**incipium primum complexum si debet cognosci sit ne-
cessè apprehendere extrema per sensum. q. 32. 45. a
- 4 **P**incipia prima sint nobis naturaliter nota. q. 33. 46. b
- 5 **P**incipium & causa distinguantur secundum suam ratio-
nem formalem. q. 1. 47. b
- 12 **P**incipium primum sit separatum ab omni potentia. q.
29. 307. b
- 12 **P**rimum principium causare desiderium sui in intelligen-
tiis mouentibus orbes, Philosophus & Commentator
putauerunt. q. 33. 316. a
- 12 **P**rimum principium esse causam omnium intelligentia-
rum possit probari sufficienter ex per se notis. q. 37. 320. a
- 21 **P**rimũ principium moueat immediatè primum mobile.
q. 39. 322. b
- 12 **P**rimum principium esse virtutis infinitae intensiue possit
argui ex perpetuitate motus. q. 45. 330. a
- 12 **P**rimum principium esse virtutis infinitae intensiue Phi-
losophus & Commentator existimauerunt. q. 41. 326. a
- 12 **P**rimum principium si extra omnem magnitudinem. q.
46. 331. a
- 10 **P**riuatio distinguatur realiter à subiecto. q. 17. 249. b
- 10 **A** priuatione ad habitum sit regressus. q. 19. 252. a
- 5 **P**roductio & conseruatio effectus sit eadem operatio. q.
8. 56. a
- 9 **P**ropositiones in materia necessariae sint verè rebus non
existentibus. q. 5. 207. a
- 10 **Q**ualitates medicè componantur ex extremis. q. 21. 253. a
- 5 **Q**uantitas distinguatur à substantia. q. 19. 68. a
- 5 **Q**uantitas conuenienter diffiniatur à Philosopho vbi ait,
Quantum est diuisibile in ea quae insunt. q. 23. 74. a
- 5 **Q**uantitates per se sint tempus & motus. q. 24. 75. a
- 5 **Q**uantitatis ratio sit diuisibilitas. q. 21. 71. a
- 5 **I**n quantitate continua sint puncta, linea & c. q. 20. 69. b
- 5 **P**er quantitatem substantia sit diuisibilis. q. 12. 72. b
- 7 **Q**uiditas substantiarum materialium includat materiam
partem sui. q. 26. 141. b
- 7 **Q**uodquid est, sit idem cum eo cuius est. q. 20. 135. a
- 5 **R**elatio sit ens reale. q. 25. 76. a
- 5 **R**elatio habeat suam realitatem à fundamento. q. 26.
78. a
- 5 **R**elatio habens fundamentum reale sit realis. q. 27. 79. a
- 5 **R**elatio distinguatur à fundamento. q. 28. 80. a
- 5 **R**elatio realis sit inter relatiua realiter distincta. q. 29. 82. a
- 5 **R**elationum distinctio sumatur ex pluralitate funda-
menti

- menti vel termini. q.32.85.b
5 Relationis terminus sit de conceptu sui correlatiui. q.33.87.a
5 Relatio possit immediate fundari in substantia. q.31.84.b
5 In relatiuis tertij ordinis correlatiuum terminet relationem per absolutum aut relationem. q.30.83.b
9 Res quando est in potentia distinguitur a se quando est in actu. q.3.204.b
9 Res ante productionem habeat aliquod esse quidditatum. q.4.205.b
5 Substantia primæ formalis ratio sit effe ens per se. q.14.62.a
5 Substantia infinite repugnet esse in predicamento. q.15.63.a
5 Substantia sit diuisibilis per quantitatem & sine quantitate indiuisibilis. q.22.72.b
7 Substantia & ex accidente fiat vnum per se. q.5.119.b
7 Substantia sit prior accidente tempore. q.10.126.b
7 Substantia sit prior accidente cognitione. q.13.129.b
7 Substantia cognoscatur per propria speciem. q.14.130.b
12 Substantias separatas pertineat probare ad metaphysicum. q.1.264.a
12 Substantia separatæ siue abstractæ secundum Philosophos sint omnino. q.2.267.b
12 Substantia mouentes habeant virtutem motiuam distinctam ab intellectu & voluntate. q.35.318.a
12 Substantias omnes motrices orbium esse virtutis infinite Philosophus & Commentator putauere. q.64.353.a
12 In substantiis abstractis sit intellectus agens & possibilis. q.58.345.a
12 In substantia abstracta possunt simul esse in actu plures intentiones. q.61.349.a
6 Si scientia speculatiua sit prior practica & nobilior. q.6.101.a
6 Scientia sit qualitas simplex. q.9.104.a
6 Scientia distinguitur formaliter ex formali distinctione obiectorum. q.8.102.b
12 Scientia possunt acquiri per sermonem docetis. q.21.296.a
7 Singulare sit primo cognitum ab intellectu. q.42.128.b
12 Species duæ possunt esse æqualis perfectionis. q.4.270.b
5 Empus & motus sint quantitates per se. q.24.75.a
7 Totum distinguitur partibus simul sumptis. q.42.159.b
4 Vnum addat negationem super ens. q.23.36.a
4 Vnum sit prima passio entis. q.24.37.b
4 Vnum quod est principium numeri, sit idem cum vno transcendentem. q.25.38.b
4 Vnitatis rerum compositarum sit ipsa compositio. q.26.39.b
4 Vnum esse idem cum ente realiter, efficaciter probetur à Philosopho. q.21.32.b
4 Ab vno transcendente possit remoueri esse distinctum ab alio. q.27.40.a
5 Vnius diuisiones distinguantur per hæc, quod prima sit realis, secunda rationis. q.11.59.b
5 Vnum numero proprie dicatur cuius est eadem materia. q.12.60.b
10 Vnum & multa opponuntur priuatiue. q.4.234.a
12 Vnum esse primum principium à quo omnia alia producta sint Philosophus alique crediderunt. q.16.287.b
10 Vnitatis ratio formalis sit positua. q.3.231.b
5 Vbi & alia sex principia dicant absolutum cum respectu. q.39.91.a
5 Vbi est locus sint eadem res, vt dixit Herueus. q.40.92. b
5 Vbi distinguitur à loco realiter vt dixit Capreolus. q.41.93.b
6 Verum sit ens reale vel rationistantum. q.16.112.a
6 Veritas signet rem absolutam cum respectu. q.17.112.b
7 Vniuersale magis prius cognoscatur. q.11.127.b
7 Vniuersalis natura habeant vnitatem realem minorem vnitatem numerali. q.40.157.b
7 Vniuersale separatū diuina virtute possit fieri. q.41.158.b
9 Voluntas sit causa effectiua suarum operationum, q.10.214.b
9 Voluntas causet in se volitionem effectiue, & aliquid in ea existens sit ei ratio volendi. q.11.215.b
9 Voluntatis actum causet obiectum effectiue. q.12.216.b
9 Voluntas possit necessitari. q.15.219.a
9 Voluntas possit velle impossibilia. q.16.220.b
9 Voluntatis ad actum requiratur notitia obiecti effectiue. q.13.217.a
9 Voluntas determinet se ad alterum duorum bonorum. q.14.218.a
4 Vniuocum requirit vnitatem conceptus realis. q.4.7.a

INDEX OMNIUM QUÆ TOTO HOC VOLUMINE MAXIME NOTANTUR DIGNA VISA SVNT, IN QVO PRIOR numerus librum, secundus vero questionem designat.

ABSOLVTVM & relatiuum non faciunt vnum per se. q.4.9.12.cor.
Absoluti & relatiui rationes sunt oppositæ ibidem.
Abstractio est triplex. 6. q.7. cor. ra. secunda.
Abstractum esse aliquid ab alio, potest intelligi dupliciter. 6. q.11. cor. not. tertio.
Abstractum quodlibet significatur per modum principij formalis. 7. q.26. cor. ra. pri.
Abstractum quodlibet est principium formale sui concre. 4. q.8. secundum.
Abstrahere aliquam scientiam quid sit. 4. q. 16. primum.
Accidentia in concreto significant tantum formam. 5. q.3.8. cor. not. an. secunda.
Accidentia duo eiusdem speciei impossibile simul esse in eodem adæquato subiecto. 7. q.4. conclu.
Accidentia sunt in duplici differentia. 7. q.6. cor.
Accidentia diffiniuntur per subiecta. ibi. con.
Accidentia propria siue diffiniuntur in concreto, siue in abstracto, semper in eorum diffinitione ponitur proprium subiectum. ibi.
Accidentia absoluta causantur ex principiis sui subiecti. ibi. si.
Accidentia cæli non sunt vniuoca alicui accidenti rerum generabilium. 7. q.10. cor. sup. 2.
Accidentia quæ sunt in eucharistia causant phantasma. 7. q. 14. secundum.
Accidentia causant cognitionem distinctam substantia. 7. q.13. quartum.
Accidentia per quæ diuiditur rotum in modo, non determinant principia essentialia ipsius indiuidui, sed præsup-

ponunt. 7. q.31. quartum.
Accidentia relatiua non possunt fieri separata à subiecto. 7. q.41. con. 2.
Accidentia absoluta Deus potest facere separata ab omni subiecto. ibi. con.
Accidentia corporis viui corrumpuntur per accidens ad corruptionem corporis viui. 8. q.15. con.
Accidentia non sunt composita intrinsecè: sed sunt in se formæ simplices, licet cum altero possint facere compositionem. 12. q.26. con. 1.
Accidens vllum præter quantitatem, habet ex se indiuiduationem, sed ex subiecto. 5. q.32. tertium.
Accidens subiecto inhæreere quid sit. 7. q.1. cor. prin.
Accidens potest accipi dupliciter. ibi.
Accidens vllum potest virtute propria producere substantiam. 7. q.7. con. 3.
Accidens potest sua virtute agere. ibi. primum.
Accidens intentionale habet esse & conseruari tantum à sua causa efficiente, & non à subiecto. 7. q.9. tertium.
Accidens vllum potest recipi immediate in materia prima. 7. q.7. cor. si.
Accidens vllum facit cum subiecto vnum per se perfectitate metaphysica. 8. q.7. cor. sup. 2.
Accidens per accidens nullam tollit perfectionem à suo subiecto ex hoc quod ab eo causatur nec ponit in eo imperfectionem. 9. q.10. quintum.
Accidentium intentionalium numeralis distinctio accipitur ex parte suarum causarum efficientium, & non ex parte subiecti. 7. q.9. secundum.
Accidentium genera differunt ex suis propriis rationibus. 5. q.26. con. 2. not.

Accidenti

Accidenti non conuenit vnitatis, nisi per analogiam ad substantiam. 4. q.2. octauum.
Actio & passio sunt eadem res absoluta. 4. q.22. secundum.
Actio non est formale principium quo agens agit. 5. q.4. con. 1.
Actio habet quod sit actio & quod sit effectus, siue forma effecta ab agente. ibi. tertium.
Actio duo significat. ibi. sextum.
Actio eadem à duobus agentibus non egreditur. 5. quest. 25. primum.
Actio non est potentia actiua agentis. 5. q.36. con. 1.
Actio non est relatio agentis ad passum. ibi. con. 2.
Actio est forma facta. ibi. con. 3.
Actio, passio & motus sunt vna res. ibi. primum.
Actio est subiectiue in passio. 5. q.37. con.
Actio accipitur tripliciter. ibi.
Actio generantis est duplex. 8. q.2. 5. quartum.
Actio est in agente vt in principio à quo. 5. q.37. ra. 5.
Actio & passio significant in suo primario significato tantum rem absolutam. 5. q.38. con.
Actio in principali significato dici tantum formam quæ est ab agente, & connotat relationem agentis in obliquo. ibi. quintum.
Actio intellectus dicitur motus. 9. q.19. secundum.
Actio quælibet ex circa aliquid obiectum, sicut circa propriam materiam. 9. q.20. cor. me.
Actio immanens & actio transiens distinguuntur. ibi.
Actio immanens est effectiue ab eo in quo est. ibi. con.
Actio immanens non est verè actio, sed similitudinariè. 9. q.21. secundum.
Actio immanens habet aliquam relationem ad suum obiectum. 9. q.22. con. 2.
Actionem esse in passio non potest demonstratiue probari. 5. q.37. cor.
Actiones immanentes non sunt in genere actionis, sed qualitatatis. 5. q.36. cor. prin.
Actiones immanentes sunt in prima specie qualitatis. 9. q.21. secundum.
Actiones immanentes dicuntur operationes propter duas similitudines. 9. q.21. cor. prin.
Actiones immanentes & operationes habent terminos differentes. ibi.
Actiones immanentes non successiue. ibi. ra. 1.
Actiones contrariæ possunt provenire ab eadem forma in diuersis subiectis. 8. q.10. secundum.
Actionis diuisio in immanentem & transeuntem, non est diuisio generis. 9. q.21. secundum.
Actiuum naturale potens inducere plures effectus in distinctis passiuis, potest etiam inducere in eodem. 4. q.29. concl. 3. ra. 3.
Actiuum esse & resistiuum esse: est esse relatiuum. 9. q.6. cor. notan.
Actus est in eodem genere in quo est sua potentia. 4. q.12. concl. 1. ra. 1.
Actus substantiales possibiles includere, potest intelligi dupliciter. ibi. quartum.
Actus intellectus idem potest esse simplex apprehensio, compositio, vel diuisio, respectu diuersorum. 6. q.10. cor. notand. 3.
Actus eliciti ab aliquo habitu intendunt ipsum. 8. q.20. cor. sup. primum.
Actus elicitus & imperatus quid sit. 9. q.15. cor. prin.
Actus voluntatis elicitus circa bonum apprehensum est duplex. ibi.
Actus volitionis summi boni potest considerari dupliciter. ibi. secundum.
Actus immanens potest comparari ad duo. 9. q.22. cor.
Actus immanentes sunt entitates absolute, & non respectus. ibi. concl. 1.
Actus aliquis potest dici habere aptitudinem ad incorruptibilitatem vel corruptibilitatem dupliciter. 12. q.55. cor. concl. 1. not.
Actu esse aliquid potest intelligi dupliciter. 12. questio. 52. quintum.
Actualis inhærentia accidentis ad subiectum non est distincta ab accidente. 7. q.1. concl. 1.
Additio alicuius potest fieri alicui tripliciter. 4. quest. 21. cor. prin.
Agens non ordinatur ad finem, sed actio eius. 5. q.2. quintum.
Agens naturale duobus modis potest esse causa alicuius formæ in materia. 5. q.18. cor. 2. par. not.
Agens naturale quomodo causat animam intellectiuam. ibi.
Agens liberum potest per antiquam volitionem producere nouum effectum. 5. q.37. primum.
Agens liberum in vno & eodem instanti est in potentia co-

tradictionis respectu eiusdem effectus diuisim, & non coniunctim. 9. q.17. con.
Agens naturale non potest producere formam corporeitatis. 7. q.28. septimum.
Agens non potest producere essentiam formæ. ibi.
Agens agere in passum potest intelligi dupliciter. 10. q.23. quartum.
Agens potest dici aliquo agere tripliciter. 12. q.13. cor. not. primo.
Agens sicut & potentia actiua est duplex. 12. q.15. primum.
Agens de necessitate naturæ distinguitur ab agente à proposito. 12. q.30. cor. sup. 2.
Agens quodlibet agit propter finem. 12. q.37. cor. per totum.
Agens vniuocum non potest inducere formam altioris gradus quam habeat formaliter in se. 8. q.20. cor. ra. 3.
Agens naturale approximatum passio & non impeditum, agit in instanti. 8. q.21. par. ra. 3.
Agentia specie distincta immediate causant in passio in quod agunt formas siue qualitates diuersarum rationum. 8. q.8. primum.
Agnus cognoscit maternitatem, non per propriam speciem. 10. q.16. cor. du. 1.
Affirmatio & negatio sub disunctione necessariò vnicuique conueniunt. 4. q.22. cor.
Affirmatio & negatio non sunt actu nisi per operationem intellectus. 4. q.30. cor. not. 1.
Affirmatio & negatio sunt differentia diuisiua enuntiationis, & constitutiua specierum eius. ibi.
Affirmatio & negatio nulli conueniunt quasi duo extrema realia. not. 2.
Affirmatio & negatio verificantur de oppositis absque contradictione. ibi. cor. prin.
Affirmatio & negatio non sunt propriè opposita nisi dum sunt actu. 10. q.15. sextum.
Albedo dicitur mensura omnium colorum. 10. q.2. par. 2. notand. 2.
Alteratio est idem cum qualitate quæ acquiritur. 5. quest. 24. cor. prin.
Alteratio præcedens generationem substantialem habet duplicem terminum. 8. q.6. cor. not. 1.
Alteratio est duplex. ibi. primum.
Amor quo quis amat seipsum potest dupliciter considerari. 9. q.15. tertium.
Analogata omnia habent aliquam similitudinem & conuenientiam inter se quæ est vnius ad alterum. 4. q.5. con. ra. 4.
Analogia triplex est gradus. 4. q.4. primum.
Angeli substantia potest accipi tripliciter. 12. q.36. cor. not. 2.
Angelus immediatus mouet eorum per intellectum & voluntatem quam per naturam. ibi. con.
Anima separata non habet causalitatem formæ. 5. q.5. cor. circa medium.
Anima intellectiua non dependet à materia quo ad suum esse, sed solum in quantum est forma. ibi. concl. 2.
Anima separata retinet illudmet esse quod habebat in corpore, sed non cum illa imperfectione quam contraxerat ex vnione ad materiam. ibi. secundum.
Anima qua viuunt embryo non est ab homine in quantum est homo: sed in quantum est animal. 5. q.9. secundum.
Anima vegetatiua est substantialiter ita similis in omnibus partibus sicut forma aeris. 8. q.10. supp. 6.
Anima intellectiua est sola in toto, & tota in qualibet parte. 8. q.11. cor. sup.
Anima sensitiua est extensa in brutis. ibi. ra. 1.
Anima sensitiua & intellectiua in homine est vnica forma. 8. q.13. cor.
Anima dicitur actus primus & quo modo. ibi. sup. 2.
Anima intellectiua continet virtualiter animam vegetatiuam & sensitiuam. 8. q.14. cor. not. 2.
Anima est terminus intrinsecus tam creationis quam generationis, sed diuersimodè. ibi. primum.
Anima vna non est perfectior alia essentialiter. 12. quest. 4. secundum.
Anima intellectiua est forma corporis secundum Aristo. 12. q.25. cor. par. 1.
Anima intellectiua immediate recipitur in materia. ibi. secundum.
Anima quæ fuerunt in materia receperunt distinctionem in primo instanti vnionis earum ad materiam. 7. q.3. secundum si.
Anima quæ nunquam fuerunt in materia si fierent ideo essent distinctæ, quia possent esse in distinctis materiis. ibi.
Anima diffinitio posita in 2. de anima, conuenit vniuocè cuilibet animæ. 8. q.13. cor. sup. 1.
Animal quomodo dicatur compositum ex materia & forma. 8. q.8. secundum.

Anima

Animal annulosum diuisum habet omnes partes diuisas eiusdem speciei. 8. q. 10. cor. 12. infra.
Animal dicitur diuidi in partem mouentem, & partem motam, quis sensus. 8. q. 11. primum.
Appetibile potest dici aliquid dupliciter. 12. tex. com. 36.
Aptitudo non est idem quod potentia. 12. q. 40. cor. prin.
Aqua est potentia ad infrigidandum, non tamen ignem. 5. q. 17. primum.
Aqua reducit de caliditate ad frigiditatem non per aquam, sed per formam aquae. 9. q. 8. ad primum.
Assensus est duplex. 6. q. 8. concl. 1. ra. 2.
Assensus est actus intellectus includens relationem ad determinatum obiectum. 9. q. 18. cor. concl. ad ra. contra.
Assensus est verus & falsus. ibi. ad instan.
Astra caeli sunt eiusdem generis & speciei subalternae. 12. q. 10. primum.
Astrologia non est pure mathema. sed est nobilior quo ad dignitatem subiecti quamlibet pure mathemati. 4. q. 16. quartum.
Astronomia considerat per se distantias siderum. 5. q. 25. cor.
Arithmetica considerat per se proportiones numerorum. ibi.
Aristoteles est regula in natura. 7. q. 23. cor. prin.
Aristoteles cognouit omnia esse a Deo effectiue. 12. quaest. 17. tertium.
Aristoteles quomodo concedit omnia posse produci a Deo immediate. 12. q. 18. cor.
Aristoteles non tantum probabiliter, sed omnino assertiue & determinate posuit aeternitatem motus. 12. q. 30. concl. prima.
Aristoteles firmiter tenuit non tantum primum motum, sed etiam ipsum motum esse aeternum. ibi. con. 1.
Aristoteles non concederet aliquid indiuiduum rerum corruptibilem fuisse ab aeterno. ibi. concl. 3.
Aristoteles & Com. non putauerunt aliquam intelligentiam circa primam esse infiniti vigoris. 12. q. 64. concl. 1.
Aristoteles licet non dicat expresse primam causam esse vigoris infiniti, tamen hoc efficaciter concludi potest ex eius principiis. ibi. con. 2.
Artificialia a naturalibus in quo differant. 7. q. 17. quartum.
Augmentum potest accipi tripliciter. 8. q. 7. quartum.
Augmentum proprie loquendo est ratione formae. ibi.
Augmentum dimensiones dupliciter. 8. q. 4. cor. not. 2.
Auicenna posuit tria coaeterna. 8. q. 17. cor. not. 1.

B

Balneum in anima efficit desiderium, extra animam vero non efficit. 9. q. 12. concl. 2. ra. 3.
Balnei forma in anima existens est notitia & apprehensio balnei. 9. q. 13. cor. medium.
Beatificabilis non conuenit homini per hoc quod est animal rationale, sed per aliquod commune homini & substantiis separatis. 6. q. 8. primum.
Binariis non est pars alicuius numeri de genere quantitatis. 10. q. 12. secundum.
Bonum dici aliquid, potest intelligi dupliciter. 4. q. 18. septimum.

C

Cadauera quare differant specie. 8. q. 15. cor. not. 2.
Calor disponit materiam ad formam virtute caeli. 7. q. 7. tertium.
Calor ignis non potest ex se inducere in aquam calorem aquae impossibilem. ibi. quartum.
Calor non est proprie instrumentum formae ignis, sed ipsius ignis. ibi. quintum.
Calor genitus vniuocè a calore est eiusdem speciei cum calore genito a sole. 7. q. 21. conclusionem prima. ra. 2.
Calor vnicus dicitur naturalis, innaturalis, animalis, & elementaris diuersimodè. 8. q. 11. sextum.
Calor maximus potest dari sub quo non potest stare forma ignis. 8. q. 25. primum.
Calor causatur a motu caeli propter duo. 12. q. 14. primum.
Calor causatur & a motu caeli, & a lumine astrorum. ibi.
Caliditas quae est in cadauere generata, est de nouo a spiritibus qui non sunt corrupti ad corruptionem animalis. 8. q. 15. quartum.
Causa fieri non distinguitur a causa esse per hoc quod fieri effectus sit a causa, & esse non. 5. q. 4. cor.
Causa efficiens quomodo distinguitur ab aliis. ibi. quartum.
Causa efficiens non est causa causalitatis finis. 5. q. 5. cor.
Causa efficiens eadem potest esse causa oppositorum. 5. super te. com. 2.
Causa per accidens dicitur aliquid tripliciter. 12. quaestio. 3. cor. prin.
Causa per se est, quae producit effectum propria virtute. ibi.
Causa prima dicitur potest aliquid dupliciter. 12. quaestio. 17. cor. prin.

Causa in actu, & effectus qui est res successiva in actu sunt simul natura. 5. q. 7. con.
Causa effectus contingentis quomodo dicatur causa per accidens. 6. q. 12. secundum.
Causa potest dici indeterminata ad aliquem effectum dupliciter. 6. q. 14. secundum.
Causa aequiuoca est nobilior effectui. 7. q. 7. conc. 3. ra. 2. contra res.
Causa vniuoca habet pro termino adaequato effectum vniuocum. ibi. sup. 1.
Causa aequiuoca potest esse ignobilior suo effectui. ibi. sup. po. 3.
Causa corruptionis est duplex. 8. q. 29. cor. prin.
Causa sine qua non, est duplex. 9. q. 13. cor. prin.
Causalitas finis consistit in Metaphorica motione voluntatis. 5. q. 2. concl.
Causalitas finis est prior qualibet alia. ibi. tertium.
Causalitas finis est causa operationis agentis. ibi. quintum.
Causalitas finis conuenit rei quae dicitur finis, non quantum ad esse quod habet extra, sed quod habet in anima. 5. q. 3. conclusio.
Causalitas finis praecedit natura causalitatem agentis, quae est ab illa. ibi. ra. 4.
Causalitas quot modis dicatur. 5. q. 4. cor. prin.
Causalitas primo modo dicta non consistit formaliter in actione, siue in agere. ibi. con. 2.
Causalitas tertio modo dicta, non est actio agentis, sed est dare esse effectui. ibi. con. 3.
Causalitas formae consistit in hoc quod est constituere suppositum. 5. q. 5. con. 1.
Causalitas materiae consistit in receptione formae a se distinctae, & productae ab alio effectiue. ibi. con. 2.
Causalitas formae prius terminatur ad compositum quam ad materiam. 7. q. 18. primum.
Causalitas formae & materiae habet imperfectionem annexam. 8. q. 1. quintum.
Causalitas est duplex, scilicet realis & intentionalis. 12. q. 13. cor. not. 2.
Causalitas quam habet id quod est in aliquo genere, est effectiua, ibi. 3. contra. 2. concl.
Causalitas primae causae duo includit. 12. q. 19. primum.
Causam esse alicuius in essendo contingit dupliciter. 4. q. 17. concl. prin.
Causam habens finalem habet etiam causam effectiuam. 12. q. 38. concl.
Causam esse in actu, dupliciter potest intelligi. 5. quaestio. 7. cor. prin.
Causam aliquam esse vniuersalem potest intelligi dupliciter. 5. q. 9. cor. prin.
Causas efficientes plures simul eiusdem ordinis totales nullus effectus potest habere. 5. q. 6. concl.
Causarum aliquae sunt per se, & aliquae per accidens. 12. q. 3. cor. prin.
Causae sunt inuicem causae, quis sensus. 5. q. 4. cor. fi.
Causae essentialiter ordinatae requirunt tria. 12. q. 3. cor. prin.
Causae materialis conditio quae sit. 8. q. 17. primum. fi.
Caeli distinguuntur specie. 12. q. 10. con.
Caelum non habet locum a quo contineatur. 5. q. 41. 2.
Caelum quomodo concurrat ad actionem inferiorum. 7. q. secundum.
Caelum dicitur a Com. aliquando habere materiam, & aliquando non, quis sensus. 12. q. 7. cor. par. 2.
Caelum habet materiam vere & proprie dictam, quae est altera pars compositi. ibi. concl.
Caelum non habet materiam priuationi alicuius formae subiectam. ibi. tertium. ad contr.
Caelum dicitur corpus simplex, quis sensus. 12. q. 10. tertium. confirm.
Caelum ut est instrumentum intelligentiae viuentis causat vitam in rebus inferioribus. 12. q. 11. primum.
Caelum nullo modo est animatum. 12. q. 12. concl.
Caelum non causat viuentia per virtutem intelligentiae mouentis. ibi. ad secundum.
Caelum potest accipi dupliciter. ibi. primum.
Caelum agit in corpora inferiora. 12. q. 13. con.
Caelum habere causalitatem in corpora inferiora potest intelligi dupliciter. ibi. not. 2.
Caelum potest se solo causare formas accidentales in corporibus inferioribus, dato quod non moueretur, non tamen posset causare formas substantiales. ibi. concl. 2.
Caelum & tota natura dependet a primo motore. 12. tex. co. 38. cor. 2.
Certitudo quid sit & vnde dicatur. 4. q. 14. cor. ra. 5. infra.
Certitudo est duplex. ibi.
Cogi potest homo ad actum intellectus & non ad actum voluntatis.

Cognitio confusa qua cognoscitur omnes quidditates quantum ad aliquos conceptus ei quidditativos, licet non specificos est nobilior cognitione distincta huius, vel illius quidditatis. 4. q. 11. quartam.
Cognitione quae est per distinctionem est cognitio distincta. 5. q. 33. concl. 1. ra. 1.
Cognitione confusa prius cognoscimus magis vniuersalia. 7. q. 11. concl.
Cognitio per discursum non semper requirit propriam speciem. 10. q. 16. cor. ad primum dubium.
Color est qualitas causata ex admittance lucis in perspicuo terminato. 7. q. 6. concl. infra.
Color includit suo scilicet materiale & formale. 10. q. 2. par. 2. not. 2.
Colores medij possunt esse infiniti. 12. q. 5. concl. 1. ra. 3.
Comparatio analogica est duplex. 4. q. 2. 6.
Comparatio passionum entis ad ens, & inter se, potest accipi dupliciter. 4. q. 2. 1. cor. prin.
Comparatio formarum inter se quantum ad intensionem debet accipi penes identitatem specificam. 8. q. 9. cor. not. 3.
Complexum potest dici necessarium dupliciter. 12. q. 70. cor. fi.
Complexiones diuersae in animali non requirunt diuersas formas substantiales. 8. q. 10. cor. ra. 1.
Compositio est duplex. 12. q. 29. cor. prin.
Compositio quae est in rebus materialibus, differt multipliciter a compositione quae est in rebus immaterialibus. 12. q. 48. cor. fi.
Compositio fit tribus modis. 4. q. 28. concl. 1. ra. 2.
Compositorum habentium partes est triplex genus. 10. q. 7. cor. notan. 2.
Compositum est perfectius quam forma & materia. 4. quaestio. 13. quartum.
Compositum est simpliciter & absolute dignius forma. 7. q. 18. conclusio. 1.
Compositum materiale tria habet realiter distincta. ibi. sup. 1.
Compositum generatur primo & per se. 7. q. 22. concl. 1.
Compositum non habet esse per formam quasi forma prius habeat esse. ibi. secundum.
Compositum dicitur tertiam entitatem distinctam a partibus etiam simul sumptis. ibi. 3.
Compositum est vnum simpliciter & multa secundum quid. 10. q. 14. concl.
Compositum ex partibus non est suae partes. ibi. primum.
Conceptus est duplex, scilicet formalis & obiectiuus. 4. q. 1. cor. prin.
Conceptus obiectiuus est subiicibilis & predicabilis. ibi.
Conceptus in mente existens est intentio formalis. ibi.
Conceptus & ratio sunt idem. ibi. notan. 3.
Conceptus quilibet communis habet aliquam confusionem. ibi. notan. primam. opi.
Conceptus specificus habet duo in se. ibi.
Conceptus genericus maiorem habet confusionem quam specificus. ibi. notan. 2.
Conceptus genericus est dupliciter confusus. ibi.
Conceptus generis, speciei, & entis differentia. ibi.
Conceptus vnitatis conuenit ex duobus. ibi.
Conceptus est vnus, quis sensus. ibi.
Conceptus quilibet addit ipsi enti aliquid rationis. ibidem secundum.
Conceptus ens obiectiuus dicit simul absolutum & relatum sub distinctione. ibi. 3.
Conceptus dicitur vnus tripliciter. 4. q. 3. cor. prin.
Conceptus distinctus est compositus ex partibus distinctis. ibi. primum. Scot.
Conceptus distinctus potest accipi dupliciter. ibi.
Conceptus distinctus est superior ad quamlibet sui partem. ibi. secundum. Scotum.
Conceptus entis quare dicatur simpliciter simplex. ibidem. cor. fin.
Conceptus formalis & non obiectiuus entis est praecisus. 4. q. 2. conclusio.
Conceptus formalis entis est realis quocumque modo accipitur ens. 4. q. 6. conclusio. 1.
Conceptus obiectiuus entis, quod est commune enti reali & enti rationis, non est realis nec rationis, sed abstrahit ab utroque. ibi. conclusio. 2.
Conceptus qui conuenit alicui per se, est nobilior eo quod conuenit ei per accidens. 4. q. 13. concl. ra. 1.
Conceptus quidditativus nihil includit quod sit extrinsecum quidditati. 4. q. 16. cor. not. 1.
Conceptus animalis includitur formaliter in conceptu hominis. 4. q. 10. cor. par. 2.
Conceptus generis est prior conceptu differentiae. ibi. conclusio. secunda. ra. prima.

Conceptus specificus est resolubilus in duos conceptus, scilicet generis & differentiae. ibi. 3.
Conceptus diuisionis est prior conceptu vnus. 4. q. 24. conclusio. 1. notan.
Conceptus mentis possunt considerari dupliciter. 4. q. 28. concl. 1. not. 1.
Conceptus aliquos inter se esse distinctos, potest intelligi tripliciter. 4. q. 29. concl. prima. infra.
Conceptus quidditativus quid sit. 5. q. 33. cor. prin.
Conceptus accipitur tripliciter. 10. q. 16. cor. prin.
Conceptus aliquis potest dici prior altero dupliciter. 4. q. 24. cor. not. 2.
Conclusio mentalis demonstrata potest considerari tripliciter. 6. q. 10. cor. not. 1.
Conclusio ut est quaedam res in se etiam absolute potest cognosci alio actu quam principia, & etiam quam suum significatum. ibi. conclusio. 1.
Conclusio demonstrata apprehenditur eodem actu quo apprehenditur res de qua aliquid demonstratur. ibi. conclusio. secunda.
Conclusio quo cognoscitur actu, eodem etiam principia cognoscuntur. ibi. con. 3.
Conclusiones istae, Deus est primum ens, Deus est praecipua causa, Deus est omnium finis, & huiusmodi, probatur per media naturalia. 12. q. 1. cor. medium.
Conclusionis proprius habitus, est alius a proprio habitu principiorum. 6. q. 10. conclusio. 4.
Copula verbalis significat compositionem praedicati cum subiecto. 6. q. 19. cor. part. 2.
Copula, est, secundum se nihil significat, quis sensus. ibi. primum.
Consequentia a termino sumpto cum alio distrahente, ad eundem sumptum simpliciter non valet. 4. q. 5. cor. ante. conclusio.
Consequentia ista, Deus scit Sortem esse moriturum: ergo Sortes morietur, est necessaria necessitate consequentiae & non consequentis. 6. q. 15. primum.
Consequentia vera non variatur per aliquem casum. 9. q. 5. cor. sup. 1.
Consequentia ista, voluntas potest producere a, in instanti b, ergo produci a, in instanti volitionem b, non valet. 9. q. 16. conclusio. ra. 4.
Consideratio Metaphysici, a consideratione naturalis quomodo differat. 6. q. 11. cor. not. 1.
Considerare distinctionem inter ens reale rationis, pertinet ad Metaphysicum consecutiue tantum. 4. quaestio. 5. primum.
Considerare de quodquidest simpliciter & absolute, pertinet ad Metaphysicum. 4. q. 8. conclusio. 2. infra.
Consideratur aliquid dupliciter in aliqua scientia tanquam principium. ibi. notan.
Constitutum ex essentia & esse non potest esse terminus productus. 4. q. 12. decimum.
Constructio transitiva & intransitua. 9. q. 4. conclusio. ra. 4.
Continentia est duplex, scilicet virtualis & potentialis. 12. q. 40. conclusio. ra. 3.
Continere virtualiter quid sit. 5. q. 17. cor. prin.
Continere vnam rem aliam potest intelligi tripliciter. 10. q. 27. cor. notan. 1.
Contineri aliquid sub formali significato alicuius quo modo intelligatur. 5. q. 38. not. 1.
Contineri in alio in potentia potest intelligi tripliciter. ibi. notan. secundo.
Contingentia potest considerari dupliciter. 6. quaestio. 12. cor. princip.
Contingentia effectuum, vtrum sumatur ex ordine ad causas proximas vel remotas, potest habere triplicem sensum. 6. q. 15. cor. prin.
Contingentia effectus est a causa proxima. ibi. conclusio.
Contingentia futura scita a Deo licet sint immutabilia, cum hoc tamen sunt contingentia. ibi. primum.
Contingentiam quomodo saluare possunt Philosophi. 6. q. 12. notan. 1.
Contingens in naturalibus accipitur duobus modis. ibi. de.
Contingens effectus naturalis dicitur dupliciter. ibi. not. 2.
Contingens quid dicatur. 6. q. 14. cor. prin.
Contingens est contingens quando est, id est, quando est, potest non esse. ibi. conclusio.
Contingens denominatur posse non esse a potentia intrinseca & non extrinseca. ibi. ra. 3.
Contingens & possibile idem sunt. 6. quaestio. 12. conclusio. 1. ratio. 1.
Contingenter multa in rebus eueniunt. ibi. conclusio. 2.
Continuitas non est forma numeri. 10. q. 10. conclusio.
Contradictio in quibusdam Philosophi verbis soluitur. 9. q. 5. cor.

q. 5. cor. ra. 6.
Conditio non implicat quod fundamentum paternitatis sit & terminus eius, & tamen paternitas non sit. 5. q. 39. conclu. ra. secunda.
Contraria possunt aliqua dici dupliciter. 8. q. 20. quartum.
Contrarietas est relatio eo quod dicitur ad aliquid. 10. q. 20. cor. not. 1.
Contrarietas est duplex, scilicet, perfecta, & imperfecta. 10. q. 24. conclu. 2. not. 2.
Conuenire aliquid alicui per se, potest esse tripliciter. 7. q. 31. cor. not. 2.
Conuertentia & conuertibilitas distinguuntur. 7. q. 38. tertium.
Conuertibilitatis ratio formalis in quo consistat. 4. q. 18. cor. 1. par.
Conuerti dicuntur aliqua tripliciter. ibi. cor. prin.
Conuertibilis res aliqua dicitur cum altera dupliciter. 7. q. 38. quart.
Conuertibiliter predicari quid sit. ibi. cor. not. 1.
Corpus accipitur dupliciter. 5. q. 19. quintum.
Corpus vllum potest mouere seipsum primo & per se, siue ad formam substantialem, siue ad formam accidentalem. 9. q. 8. conclu. 1.
Corpus celeste habet semper maximam voluptate. 12. tex. com. 39. conclu. 1.
Corruptio animalis exigit concursum causae vniuersalis, scilicet coeli & particularis. 8. q. 15. cor. not. 2.
Corruptio est inter duos terminos positiuos. 10. q. 15. tertium.
Corruptio quomodo cauetur. 8. q. 15. cor. no. tertio.
Corruptionem alicuius agere contingit dupliciter. ibi. par. secunda. primum.
Corruptionis causa est duplex. 8. q. 29. cor. prin.
Corruptionis causa proxima in corporibus animatis, est actio caloris naturalis in humidum radicale. ibi. conclu. 1.
Corruptionis causa proxima in corporibus mistis inanimatis, est qualitas media inter qualitates elementorum. ibi. conclu. secunda.
Corruptibilitatis prima causa in omni corpore corruptibili est materia. ibi. conclu. tertia.
Corruptibile posse esse sine incorruptibili, potest intelligi dupliciter. 8. q. 1. sextum.
Corruptibile & incorruptibile non esse eiusdem rationis quomodo intelligatur. 8. q. 13. quartum.
Corruptibilium omnium est eadem materia numero, secundum suam essentiam considerata. 12. q. 8. conclu. 2.
Creatio accepta pro actione qua Deus creat est eadem res cum Deo. 6. q. 19. tertium.
Creatio potest accipi dupliciter. 12. q. 15. cor. prin.
Creatio datur utroque modo secundum Arist. ibi. conclu.
Creatio mensuratur instanti permanente. 12. q. 31. decimum.
Creati aliquid est ipsum accipere esse. ibi. sup. 3.
Creatiua virtus nulli enti finito potest communicari, etiam tanquam instrumento. 8. q. 5. cor. sup. 2.
Creaturam distare in infinitum a Deo quid sit. 10. q. 2. cor. par. 1.
Christus in triduo mortis non erat existens homo. 9. q. 5. nonum.

D

Delectatio sequitur actualement apprehensionem. 12. tex. com. 39. conclu. prima.
Delectio tanto est nobilior quanto consequitur nobiliorem operationem ibi.
Deliberatio non est primò praxis. 6. q. 2. conclu. 2.
Deliberatio est conclusio consilij. ibi.
Demonstratio formalis quid sit. 4. q. 15. cor. par. 2.
Demonstratio quae est per principia abstracta a motu & materia, non est per causam materialem. ibi. conclu. 2.
Demonstratio quaelibet est ex principiis per se notis aut resolvablebus ad per se nota in aliqua superiori scientia. 12. q. 2. cor. sup. 1.
Demonstrationes mathematicae sunt tantum per causam formalem. 4. q. 16. conclu.
Demonstrationes mathematicae quare dicantur formales. ibi. ra. 1. pro conclu.
Demonstrationes metaph. sunt a priori & propter quid. 4. q. 17. cor. sup. 2.
Demonstrari potest aliquid dupliciter. 12. q. 18. cor. sup. 2.
Demonstrati cuiuslibet praemissae sunt notiores conclusiones. 12. q. 2. cor. sup. 4.
Denominatio fit multipliciter. 5. q. 36. conclu. 3.
Denominatio fit tripliciter. 5. q. 40. cor. not. 2.
Denominatur aliquid dupliciter, scilicet intrinsecè & extrinsecè. 4. q. 28. conclu. 2.
Dependentia vnus rei coniunctae ad rem aliam, potest esse tripliciter. 6. q. 11. cor. not. 5.
Dependentia est ad aliquid superius. 9. q. 18. secundum.

Dependentia cuiuslibet effectus est duplex. 12. q. 38. primum.
Desiderium efficit balneum in anima, & non balneum extra animam. 9. q. 12. conclu. 2. ra. 3.
Determinatio & indeterminatio conueniunt rebus per intellectum. 7. q. 36. cor. par. 2. not. infra.
Determinari aliquid ex se, potest intelligi dupliciter. 12. q. 70. tertium.
Deus & substantiae separatae possunt dici causa entis communis non in se, sed vt saluatur in aliquibus partibus subiectiuis eius. 4. q. 10. tertium.
Deus continet omnia eminentiori modo quam ens commune. ibi. quartum.
Deus continetur sub ente mobili vt principium eius. 4. q. 14. quartum.
Deus per prius saltem ratione est Deus, quam sit infinitus. 4. q. 17. conclu. infra.
Deus vnica relatione refertur ad omnes suos effectus. 4. q. 22. cor. not. tertio.
Deus non producit pluribus actionibus actiuis, sed bene passiuis. ibi.
Deus non est pars vniuersi, sed est extra vniuersum tanquam primum ens. 5. q. 29. secundum.
Deus continet eminenter omnem causalitatem quae ad perfectionem pertinet. 8. q. prima. quintum.
Deus non potest supplere causalitatem causae formalis & materialis. ibi.
Deus non potest immediatè quemlibet effectum producere quis sensus. 12. q. 12. conclu.
Deus licet velit se necessariò, alia tamen a se vult mere contingenter & libere. 12. q. 19. conclu.
Deus non habet vllam penitus compositionem. 12. quae. 29. conclu.
Deus produxit omnia entia secundum Arist. de necessitate naturae. 12. q. 30. cor. sup. 1.
Deus potuit ab aeterno producere non solum permanentia, sed etiam successiua. 12. q. 31. conclu.
Deus est vita sua. 12. tex. com. 39. conclu. 3.
Deus est infinita virtutis intensiue apud Arist. 12. q. 41. cõcl. 1.
Deus cognoscit ea quae non sunt Deus. 12. q. 66. conclu. 1.
Deus cognoscit non tantum eminenter, sed etiam formaliter ea quae non sunt Deus. ibi. conclu. 2.
Deus intelligit alia a se terminatiue. ibi. conclu. 3.
Deum agere ex necessitate naturae potest intelligi dupliciter. 8. q. 1. primum.
Deum nullus potest odio habere. 9. q. 16. tertium.
Deum posse primum cognitum in meta. potest intelligi dupliciter. 12. q. 1. septimum.
Deum esse cognosci a nobis naturaliter potest intelligi dupliciter. 12. q. 28. cor. sup. 1.
Deum esse naturaliter & per se notum est omnibus, accipiendo Deum prout cognoscitur in conceptu confuso & communi. ibi. conclu. 1.
Deum esse non potest demonstrari per aliquid prius etiam secundum rationem. ibi. conclu. secunda.
Deum esse in speciali potest demonstrari per posteriora. ibi. concl. 3.
Deum agere de necessitate naturae fuit firma sententia Arist. 12. q. 30. conclu. 1. ra. 1.
Deum esse ens infinitum potest rationibus naturalibus demonstrari. 12. q. 40. concl.
Deum esse infinitam virtutem formaliter potest rationibus naturalibus probari. 12. q. 41. concl.
Deum mouere caelum vel quodcunque aliud in instanti est impossibile. 12. q. 43. conclu.
Deum intelligere quidditates rerum proprie & distinctè. Arist. & Commentator cognouerunt. 12. q. 67. concl. 1.
Differentia non predicatur per se primo modo de genere. 4. q. 20. conclu. 2.
Differentia est causa distinctionis formalis. 5. quæst. 32. conclu. 1. ra. 1.
Differentia superior includitur formaliter in inferiori. 7. q. 37. conclu.
Differentia inter passionem & operationem quare ponatur. 16. q. 23. cor. ra. 4. nota.
Differentia vniuersalis inter ens reale & ens rationis quare sit. 5. q. 11. cor. prin.
Differentia inter propositiones necessarias & contingentes. 6. q. 19. cor. not. 4.
Differentia constitutiua speciei accidentis licet conueniat ei in primo modo dicendi per se, tamen sumitur ab extrinseco. 7. q. 6. secundum.
Differentia est principium realis distinctionis. 7. q. 36. prim.
Differentia esse, & diuersa esse, sunt aliud & aliud. 10. quæst. 6. cor. notan.
Differentia inter multitudinem & numerum

rum. 10. q. 9. cor. ad 1. contra con. 1.
Differentia in diuidentium genus oppositio & contrarietas. 10. q. 24. cor. con. 2.
Differentias vltimas intellectus per se intelligit. 4. q. 19. cõ. 1. r. at. 2.
Differentiae aliqua possunt appellari differentiae per se dupliciter. 10. q. 24. concl. 1. notan.
Differentiae siue vltimae proprietates entis non possunt probari a priori. 6. q. 12. cor. prin. ra. 2.
Differentiae accidentium vnde sumantur. 7. q. 6. cor. cir. fi.
Differentiae sunt in genere non directè, sed indirectè. 10. q. 24. primum.
Differentiae omnes in quas actu genus est diuisum, sunt finita, tum in quas potest diuidi sunt infinita. 12. q. 5. 1.
Differentiae ratio in substantiis corruptibilibus sumitur ab illo actu respectu cuius natura generica est potentialis: in substantiis autem separatis non sumitur a tali actu. ibi. corollarium secundum.
Differat aliquid ab alio seipso dupliciter. 7. q. 42. conclu. 2.
Diffinitio & genus possunt accipi dupliciter. 5. q. 11. cor. prin.
Diffinitio animae data per Arist. secundo de anima. ratione generis est potius metaphysica quam naturalis. 6. quæst. 1. quartum.
Diffinitio subiecti est medium in demonstratione. 6. q. 8. conclu. 3. ra. 2.
Diffinitio non competit rei diuersorum generum. 6. q. 13. concl. 3. ra. 1.
Diffinitio per additamentum, quid sit. 7. q. 5. cor. prin.
Diffinitio est duplex, scilicet quidditatiua & additamentalis. 7. q. 6. cor. prin.
Diffinitio significat illas res quae sunt partes materiae, non tamen in quantum sunt partes materiae. 7. q. 30. tertium.
Diffinitio subiecti se habet vt principium formale, notificans diffinitionem & passionem in esse diffinito. 4. q. 15. cor. part. 2. not.
Diffinitio siue conceptus per additamentum quare sit. 5. q. 33. cor. prin.
Diffinitio habet rationem principij formalis respectu diffinitio. 6. q. 1. conclu. 1. ra. 1.
Diffinitionis pars significat totum diffinitum. 7. q. 36. secundum.
Diffiniendi sunt tres modi. 6. q. 7. conclu. ra. 3.
Diffinitum non potest concipi, nisi concipiantur partes diffinitiuè. 7. q. 5. cor. par. 2.
Diffinitum vnumquodque per id a quo essentialiter dependet. 5. q. 33. conclu. 1. ra. 3.
Dignitas scientiarum speculatiuarum sumitur ex obiecto & certitudine. 4. q. 14. cor. prin.
Dimensio primo & per se mensurat materiam, secundariò totum compositum. 8. q. 17. quartum. Comment.
Dimensiones interminatae quare dicantur. 7. q. 33. cor. par. 3.
Dimensiones interminatae sunt principium indiuiduationis. ibi. par. secunda.
Dimensiones terminatae sunt principium indiuiduationis quantum ad id quod vltimo est de ratione indiuidui. ibi. par. secunda.
Dimensiones dupliciter augentur. 8. q. 4. cor. nota. 2.
Dimensiones interminatae nec per se, nec consecutiue sunt inseparabiles a materia. 8. q. 17. conclu.
Dimensiones non sunt eductae de potentia materiae. ibi. primum.
Dimensiones terminatae heri ex indeterminatis, quomodo intelligatur. ibi. primum.
Dimensiones interminatae non distinguuntur a dimensionibus terminatis. 8. q. 18. conclu.
Dimensiones interminatae separantur a materia in separatione formae substantialis. ibi. cor. fi.
Disgregatiuum esse, non est differentia essentialis albedini, nec pertinet ad eius quidditatem, nec conuenit omni albedini vt est propria passio. 8. q. 25. cor. ra. 4.
Dispositio vltima ad formam, & ipsa forma sunt sibi mutuo causa. 8. q. 9. cor. notan. 3.
Dispositiones pro formis partium organicarum consequuntur primas qualitates elementorum. 8. q. 10. cor. sup. 2.
Dispositiones praecedentes formam substantialem in materia dupliciter possunt se habere ad formam. 8. q. 17. primum.
Dispositiones quae simul introducuntur in primo instanti sui, quomodo sunt natura posteriores & priores ipsa forma. ibi. primum.
Distancia plusquam ea quae distant in infinitum in nullo sunt similia. 4. q. 5. cor. ra. 4.
Distare aliqua in infinitum contingit dupliciter. ibi. secundum.
Distinctio formalis relationum sumitur ex terminis. 5. q. 32. conclu. prima.
Distinctio formalis relationum est aliquid intrinsecum ipsis relationibus. ibi. conclu. 2.
Distinctio formalis vniuersalisque est per propriam eius realitatem. ibi. dem. ratio. 3.

Distinctio relationum non ex materiali, sed ex formali distinctione terminorum. ibi. ad arguendum. contra. ra. 3.
Distinctio numeralis relationum, sumitur a fundamento & subiecto. ibi. conclu. tertia.
Distinctio realis est relatio realis. 5. q. 31. conclu. ra. 1.
Distinctio realis apud Scot. vbi dicitur. 4. q. 12. par. 1. in opp. Scotista.
Distinctio actualis nulla est inter verum & bonum nisi per intellectum actu concipientem. 4. q. 21. tertium.
Distinctio negatiua, id est, esse distinctum ab alio negatiue, consequitur necessariò ratio. e vnus. 4. q. 27. conclu. 1.
Distinctio rationis nulla penitus arguit compositionem aut realem, aut rationis. 4. q. 28. conclu. 1.
Distinctio rationis arguit id quod correspondet ei esse multiplex secundum rationem. ibi. conclu. 2.
Distinctio rationis aliqua praesupponit distinctionem realem. 4. q. 29. conclu. 1.
Distinctio rationum quae solo numero distinguuntur: non arguit distinctionem realem. ibi. conclu. 2.
Distinctio rationis inter ens & vnum non arguit distinctionem realem in re quae dicitur vna, nec sumitur necessario ab aliqua distinctione reali, quae sit in aliis. ibi. conclu. 3.
Distinctio rationis sufficit ad tollendam contradictionem. 4. q. 30. conclu.
Distinctio rationis est quae conuenit rebus solum vt habent esse in intellectu. 7. q. 36. cor.
Distinctio realis est distinctio rerum, quibus conuenit distinctio praeter operationem intellectus. ibi. prin.
Distinctio quaelibet aut est realis, aut rationis. ibi. ra. 1.
Distinctio quaelibet aut est per quantitatem, aut per formam. 5. q. 12. cor. me.
Distinctio potest accipi dupliciter. 5. q. 29. primum.
Distinctio est duplex, scilicet positiua & negatiua. 9. q. 3. cor. prin.
Distinctio alicuius ab alio potest intelligi dupliciter. 10. q. 5. conclu. 1. notan. 2.
Distinctio potest accipi dupliciter. 10. q. 17. cor. prin.
Distinctio quaelibet generica & specifica substantiarum sensibilium aut est a materia aut a forma. 10. q. 25. conclu. 1.
Distinctio aut vnitas aliqua generica non potest accipi a materia praecise sumpta. ibi. conclu. 2.
Distinctio generica tam generum generalissimorum quam generum quae subordinata sunt in praedicamento substantiae, sumitur a materia, vt est cognoscibilis. ibi. conclu. 3.
Distinctio non est realis nisi quia est inter extrema realia abque opere intellectus. 5. q. 34. conclu. 1. ra. 2.
Distinctio numeralis habituum sumitur ex subiectis. 6. q. 8. cor. notan. 1.
Distinctio formalis scientiae potest esse dupliciter. ibi. notan. 2.
Distinctio generica scientiarum speculatiuarum sumitur ex distinctione formalis rationis obiecti, vt obiectum est, & non ex ratione formali quae attingitur in obiecto. ibi. conclu. 2.
Distinctio & vnitas specifica demonstrationum sumitur ex vnitate & distinctione principiorum. ibi. conclu. 3. ra. 2.
Distinctio & vnitas specifica scientiae quae est praecisa noticia vnus conclusionis, non accipitur ex formali ratione subiecti. 6. q. 8. conclu. 4.
Distinctio formalis inter materias vnde sumatur. 12. q. 10. primum.
Distinctionem genericam scientiarum non fecit quaelibet diuersitas demonstrarionum. 6. q. 8. cor. corollarium.
Distinctionem rationis consequi distinctionem realem potest esse dupliciter. 4. q. 39. cor.
Distingui aliquid per aliud potest esse dupliciter. 9. q. 21. primum.
Distingui se toto, est distingui quolibet sui. 4. q. 4. cor. ra. 2. contra Scot.
Distingui aliqua potest intelligi dupliciter. 4. q. 23. primum.
Distingui ratione aliqua potest intelligi tripliciter. 4. q. 29. cor. prin.
Distingui in ratione praedicamenti quid sit. 5. q. 13. conclu. secunda. ra. 2.
Distingui aliqua potest intelligi dupliciter. 5. q. 28. quintum.
Distincta non esse aliqua in prima causa potest intelligi dupliciter. 4. q. 21. secundum.
Distincta esse aliqua contingit tripliciter. 4. q. 25. cor. prin.
Distincta realiter sunt multa quorum vnum non potest esse nisi aliud sit. 8. q. 1. quartum.
Distincta esse aliqua potest intelligi dupliciter. 9. q. 3. cor. prin.
Distincta possunt dici aliqua dupliciter. 10. q. 14. tertium.
Distinctiuum formale a priori intelligentia ab anima non est negatio vnibilitatis, nec aliqua operatio. 12. q. 50. concl. 1.
Distinctiuum a posteriori intelligentia ab anima est operatio. ibi. conclu. 2.

Distinctio esse ab alio postiuè, potest remoueri ab vno. 4. q. 27. conclusio secunda.
 Diuersa inter se & differentia, quomodo se habeant adinuicem. 10. q. 6. cor. notan. 1.
 Diuersorum generum dicitur aliqua dupliciter. 12. q. 5. 3.
 Diuinus intellectus cognoscit ea quæ sunt extra ipsum. 12. q. 6. 5. concl. prima.
 Diuina intellectio terminatur ad aliquid extra se. ibi. cõcl. 2.
 Diuisio rei non est ipsa res. 4. q. 12. cor. ra. 1. infra.
 Diuisio est causa varietatis & fallibilitatis. 4. q. 23. tertium.
 Diuisio speciei in indiuidua est per quantitatem & per materiam. 5. q. 12. par. 1. cor.
 Diuisio entis in 10. prædicamenta non est per differentias. 5. q. 13. concl. prima.
 Diuisio entis in substantiam & accidens, non est diuisio entis realis communissimè accepti. 5. q. 14. cor. fi.
 Diuisio per formam conuenit tantum generi, diuisio autem per quantitatem conuenit speciei in indiuidua. 7. q. 34. concl. ra. prima.
 Diuisio entis in potentiam & actum, est in distinctas res. 9. q. 1. concl. 1.
 Diuisio actionis in immanentem & transeuntem non est diuisio generis, sed vocis in sua significata. 9. q. 21. secundum.
 Diuisio prima entis realis, prout est subiectum. Metaphysicè est per vnum & multa. 10. q. 1. concl.
 Diuisio prima entis in quantum ens, est in ens reale & rationis ibi. prin.
 Diuisio entis in vnum & multa, non est pura priuatio. 10. q. 4. quartum.
 Diuisio facta per intellectum, & diuisio constituta ex reali distinctione, quomodo differant. 10. q. 14. concl. notan.
 Diuisibilitas conuenit quantitati per se. 5. q. 21. concl. 2. ra. 3.
 Diuisibilitas conuenit motui propriè per spacium. 5. q. 40. quintum.
 Doctoris verba causant notitiam complexam conclusionis quæ demonstratur. 12. q. 21. concl. fi.
 Dominium actuum nostrorum possumus dici habere dupliciter. 9. q. 18. tertium.
 Dualitas potest accipi dupliciter. 10. q. 8. secundum.
 Duratio est duplex. 7. q. 10. concl. notan.
 Duratio substantiarum separatarum est tota simul, nec est aliqua successio in permanentia actuali eorum. 12. q. 53. conclusio.
 Duratio siue permanentia existentia angeli est ipsamet existentia angeli, secundum rem, licet differat ratione. 12. q. 56. concl.
 Durantia per instans non habent primum non esse sui. 5. q. 41. cor. ad primum contra concl.

E

EA quæ perficiuntur bono in plus se habent quàm ea quæ perficiuntur vero. 4. q. 24. concl. 3.
 Eadem dicuntur quæ sunt vnum in substantia. 10. tex. comment. 10.
 Effectus est adæquatum correlatiuum causæ. 5. q. 1. secundum.
 Effectus aliquando denominatur à causa. 5. q. 4. concl. secundum. notan. 1.
 Effectus quilibet dependet à sua causa, sed differenter. ibi. notan. secundo.
 Effectus qui est res permanens, & qui producit in instanti actu est dum agens agit. 5. q. 7. concl. 3.
 Effectus in actu & causa in actu, necessariò simul sunt. ibi. concl. 4.
 Effectus particularis reducitur in causam particularem tanquam in propriam causam. 5. q. 9. concl. 1.
 Effectus aliquis potest dici vniuersalis tripliciter. ibi. no. 2.
 Effectus vniuersalis secundum prædicationem reducitur vt in propriam causam, in causam vniuersalem, aut secundum prædicationem, aut secundum perfectionem ibi. conclusio 2.
 Effectus vniuersalis est effectus specificus, vel genericus, vel transcendens. ibi. ra. 2.
 Effectus omnis qui est vniuersalissimus, est proprius effectus causæ vniuersalissimæ secundum perfectionem quæ est Deus. ibi. concl.
 Effectus quilibet æquiuocus reducitur in causam propriam & aliquid vniuersalius secundum perfectionem. ibi. ra. 2. fi.
 Effectus formalis est duplex. 5. q. 4. 1.
 Effectus aliqui sunt contingentes. 6. q. 12. concl. 1.
 Effectus naturalis dicitur contingens dupliciter. ibi. not. 2.
 Effectus per accidens non est scibilis per causam quæ est per accidens. 6. q. 13. concl. 4.
 Effectus aliquis potest produci tam à causa vniuoca, quàm æquiuoca. 7. q. 7. cor. sup. 2.
 Effectus vllus adæquatus virtuti superiori potest produci à virtute inferiori tanquam à causa totali. ibi. concl. 3. ra. 2.

Effectus vniuocus habet nobilior esse in se quàm in causa. 9. q. 3. cor. ra. 4.
 Effectus aliqui manent ad absentiam suæ causæ particularis, & aliqui non. 9. q. 26. 3.
 Effectus potest considerari dupliciter. 12. q. 1. cor. fi.
 Effectus semper est eiusdem rationis cum causa, aut secundum speciem, aut secundum genus, aut secundum analogiam. 12. q. 14. cor. fine.
 Effectus quilibet duplicem habet dependentiam. 12. q. 38. primum.
 Effectus sensati dupliciter possunt intelligi, nos ducere in notitiam infinitatis primæ causæ. 12. q. 42. 1.
 Effectiue omnia esse à Deo vt à prima causa, potest demonstratiue probari. 12. q. 17. concl.
 Effectum esse, dicit esse termini realis productionis à causa agente. 5. q. 3. 1.
 Effectum esse proprium alicui causæ potest intelligi dupliciter. 5. q. 9. cor. not. 4.
 Egritudo causatur multipliciter. 8. q. 8. primum.
 Electio est primo praxis. 6. q. 2. con. 2.
 Electio non est de fine. 6. q. 5. 1.
 Electio est magis libera quàm iudicium. 9. q. 18. tertium.
 Elementa quatuor quare dicantur corpora simplicia. 5. super. tex. com. 4.
 Elementa manent in misto secundum materiam, & transeunt secundum formam. 8. q. 3. 7.
 Elementa quam causam habeant corruptionis. 8. q. 29. concl. 2. notan.
 Elementa sunt in misto virtualiter. 10. q. 27. con. 3.
 Elementa superiora generantur ex inferioribus secundum multiplicatam analogiam. ibi. sup. 3.
 Elementa non manent actu in misto. 12. q. 68. cor. contra. opi.
 Elementi multiplex acceptio. 5. super. tex. com. 4.
 Elementorum qualitates non manent actu in misto virtuali. 10. q. 42. septimum.
 Elementum non dicitur vniuocè de omnibus elementis. 10. q. 27. 1. ad 3. confirm.
 Elementum quodlibet potest immediatè transmutari in aliud. 8. q. 3. cor. sup. 2.
 Entia rationis nõ habent causam dante eis esse. 6. q. 18. con.
 Entia rationis nullum esse habent nisi esse cognitum. 4. q. 21. tertium.
 Ens rationis nullibi est subiectiue. 6. q. 16. cor. sup. 1.
 Ens rationis accipitur quatuor modis. 6. q. 18. cor. prin.
 Ens rationis quid sit. ibi.
 Ens rationis communiter sumptum diuiditur in priuationem, negationem, & relationem. 10. q. 15. cor. par. 3.
 Ens rationis de nullo ente reali essentialiter prædicatur. 4. q. 6. in oppo.
 Ens dicit vnum conceptum formalem præcisum. 4. q. 2. cõcl.
 Ens dicit id cui competit esse. ibi.
 Ens non significat primò aliquid præcisum à decem prædicamentis. ibi. ra. 1.
 Ens commune non est simpliciter Deo. ibi. ra. 3.
 Ens est commune omnibus, non tantum communitate nominis, sed etiam rei. 4. q. 2. secundum.
 Ens de omnibus essentialiter prædicatur. 4. q. 3. concl. infra.
 Ens dicit substantiam vel accidens sub distinctione. ibi. ad tertium.
 Ens prædicatur non vniuocè, sed analogicè. 4. q. 4. con.
 Ens prædicatur de omnibus non tantum identicè, sed formaliter. ibi. ra. 5.
 Ens finitum immediatè dicit decem genera. 4. q. 5. cor. ra. 2.
 Ens commune Deo & creaturis substantiæ & accidenti dicit conceptum obiectiuum realem. 4. q. 6. con. 3.
 Ens dicitur obiectu intellectus & Metaphysicè quò ad conceptum eius obiectiualem. ibi. ra. 2.
 Ens accipitur dupliciter. 4. q. 8. quintum.
 Ens dicit vnum reale non vnitatem specificam, sed vnitatem analogiam. 4. q. 10. sextum.
 Ens accipitur dupliciter. 4. q. 13. primum.
 Ens non est causa in essendo suarum passionum. 4. q. 17. cor. part. 1. suppo. 3.
 Ens quomodo dicatur habere veras passiones. ibi. part. 2.
 Ens prædicatur quidditatiue & formaliter de omnibus differentis. 4. q. 19. part. 2. con. 1.
 Ens est superius ad omnes differentias. ibi. ra. 4.
 Ens prædicatur formaliter & quidditatiue de suis passionibus. ibi. con. 2.
 Ens & vnum remoto actu rationis nullo modo distinguuntur. ibi. 23. nonum.
 Ens continet virtualiter notitiam cuiuslibet suæ proprietatis & suorum inferiorum. 4. q. 31. primum.
 Ens non contrahitur ad substantiam per aliquid additum enti. 5. q. 14. cor. prin.

Ens addit

Ens addit aliquid super conceptum entis. ibi. par. 2.
 Ens commune enti reali & rationis, non est id quod diuiditur in decem prædicamenta. ibi. primum.
 Ens vllum, est sibi idem formaliter per se, sed fundamentaliter. 5. q. 35. quintum.
 Ens per se dicitur aliquid tripliciter. 7. q. 34. septimum.
 Ens per accidens nihil dicitur, nisi æquè primo significet rem diuersorum generum. 5. q. 38. quintum.
 Ens per accidens aliquid dicitur quadrupliciter. 6. q. 13. cor. notan. 1.
 Ens per accidens secundo modo dicta potest esse scibile tanquam con. ibi. con. 1.
 Ens per accidens secundo modo non potest esse subiectum propositi scibilis. ibi. concl. 2.
 Ens per accidens tertio modo non potest esse subiectum scibile. con. 3.
 Ens simpliciter dicitur aliquid dupliciter. 7. q. 16. primum.
 Ens quod est obiectum terminatiuū intellectus, est ens commune ad ens reale & ens rationis. 10. q. 16. quartum.
 Enti reali & enti rationis ens non est analogum. 4. quæst. 5. concl.
 Enti reali & enti rationis, ens non ens est commune nisi tantum communitate vocis. ibi. cor. fi.
 Enti infinito secundum durationem, vel quãtitatem, vel intentionem non repugnat esse collocatum in genere. 5. q. 15. concl. 2.
 Entitas est duplex. 5. q. 7. cor. no. 1.
 Entitas simpliciter infinita non potest esse in genere tanquã res contenta sub genere, licet possit esse in genere vt principium extrinsecum. 5. q. 15. con. 1.
 Entitas rei non est formaliter veritas, sed fundamentaliter. 6. q. 16. concl. 1.
 Entitas absoluta quæ successiue stat cum rebus essentialiter distinctis, distinguitur actu realiter ab eis. 7. quæst. 19. concl. ra. 2.
 Entitas qua totum distinguitur à partibus, est ipsum compositum. 7. q. 42. quartum.
 Entitas quæ est numerus, est accidens absolutum. 10. q. 11. concl. 2.
 Entitas quæ est numerus realiter distinguitur à rebus numeratis. ibi. concl. 1.
 Entis ratio accipitur dupliciter. 4. q. 1. ad vltimum.
 Entis in quantum ens sunt aliqua principia & causæ. 4. q. 8. concl. 1.
 Entis principia possunt quæri dupliciter. ibi. ra. 2.
 Entis in quantum ens, sunt principia incompleta. ibi. conclusio. 2.
 Entis quod est subiectum in Meta. sunt principia complexa. ibi. concl. 3.
 Entis per accidens nulla est diffinitio. 4. q. 9. cor. Me. ra.
 Entis triplex diuisio apud Philosophum. 4. q. 12. cor. contra Auerroem.
 Entis diuisio in substantiam & accidens, non est diuisio entis realis communissimè accepti & c. 5. q. 14. cor. not.
 Entis differentia primæ non possunt probari à priori. 6. q. 12. cor. prin.
 Entis, in quantum ens, prima diuisio est, in ens reale & ens rationis. 10. q. 1. cor. prin.
 Entis realis prima diuisio est per vnum & multa. ibi. concl.
 Entibus rationis non conuenit esse, nisi esse cognitum. 6. q. 18. primum.
 Enunciatio, enunciabile, & res per eã significata distinguuntur. 5. q. 10. cor. not. 1.
 Enunciatio immediatè significat ipsum enunciabile, & eo mediante naturam correspondentem. ibi. not. 2.
 Enunciatio aliqua potest dici vera dupliciter. 6. quæ. 19. par. 1. prin.
 Enunciabile quid sit. ibi. prin.
 Enunciabile potest denominari verum tripliciter. ibi. fine.
 Enunciabile non est ipsa propositio. ibi. concl. 1.
 Enunciabile vllum est ipsum esse verum. ibi. concl. 2.
 Enunciabile non est aliud quàm suæ partes. ibi. concl. 4.
 Enunciabili per prius conuenit veritas. ibi. par. 1. prin.
 Enunciabilia multa sunt aliquid vel aliqua extra animam. ibi. concl. 3.
 Enunciabilia non dicuntur entia, quia sunt aliquid in re, sed solum dicuntur aliquid & c. 5. q. 10. cor. not. 3.
 Æqualitas & similitudo sunt relationes reales. 5. quæst. 34. conclusio. 1.
 Æqualitas est passio entis realis. ibi. ra. 3.
 Æqualitas & similitudo in duobus differunt ab identitate. ibi. not. 2.
 Æqualitas est duplex, scilicet, quantitativa, & prædicationis. 7. q. 38. primum. ad confir.
 Æqualitatis fundamentum non est vnitatem naturæ specifi-

Entis. 5. quæst. 34. conclusio. 2.
 Æqualitatis fundamentum est ipsa particularis quantitas; illius quod dicitur æqualis. ibi. concl. 3.
 Æquiuocatio tollit contradictionem. 4. q. 4. cor. prin.
 Æquiuocus est commune solum nomen. ibi.
 Esse est primo actus subsistentis quod est suppositum, & consequenter est etiam actus partium eius. 5. q. 5. conclusio. notan. 1.
 Esse egreditur à forma per modum concomitantia & cuiusdam naturalis sequelæ. ibi.
 Esse est effectus formalis formæ. ibi.
 Esse in actu est primo intentum, & est vltimum in executione. 5. q. 9. conclusio. 3. ra. 3.
 Esse in quantum huiusmodi non potest nisi à causa vniuersaliori secundum perfectionem toto esse creabili. ibi. cor. fi.
 Esse substantiarum separatarum, non repugnat habere aliquid coniunctum quod ab eo realiter distinguatur. 4. q. 12. concl. 2. ra. 2. contra responso. ra. 2.
 Esse substantiarum separatarum est coniunctum multis accidentibus. ibi.
 Esse in potentia simpliciter aliquid dicitur dupliciter. ibi. primum.
 Esse est actualitas quam formaliter forma dat compositio. ibi. quartum.
 Esse est terminus formalis, quia est vltima actualitas ipsius producti. ibi. decimum.
 Esse non prædicatur quidditatiue nec in primo modo per se. q. 13. concl. ra. 1.
 Esse est in genere reductiue tantum. ibi. ra. 5.
 Esse & operatio sunt essentialiter ordinata. 4. q. 16. primum.
 Esse optimum est de ratione finis. 5. q. 3. secundum.
 Esse quod habet finem nõdũ productus in intellectu & voluntate non est esse diminutum & intentionale, sed esse reale & spirituale. ibi. quintum.
 Esse quod dat anima intellectiua, potest considerari dupliciter. 12. q. 54. tertium.
 Esse non causatur à causis secundis, nisi in virtute primæ causæ. 12. q. 17. concl. ra. 2.
 Esse animæ intellectiua non mensuratur tempore, sed tantum ad materiam permanentiam sub illo esse. ibi. tertium.
 Esse accipitur tripliciter. 12. q. 2. primum.
 Esse non repugnantia præsupponitur in scientia de passione & demonstratur esse existentia in subiecto. ibi. primum.
 Esse compositi est illud quod resultat ex vnione formæ cum materia. 7. q. 23. not. 1. infra.
 Esse formæ, & esse compositi sunt idem. ibi.
 Esse accipitur dupliciter. 7. q. 2. 5. quintum.
 Esse aliquid in multis potest intelligi dupliciter. 7. q. 33. cor. notan. 2.
 Esse actu simpliciter potest esse duobus modis. 8. q. 8. contra Auerroem.
 Esse corporum est primus gradus, quem dat quilibet forma substantialis. 8. q. 17. not. 2.
 Esse quomodo dicatur prima actualitas omnium. 8. q. 28. secundum.
 Esse in rebus secluso opere intellectus, potest intelligi dupliciter. 10. q. 15. par. 3. concl.
 Esse substantia, id est, quod est à forma substantiæ, reducitur ad genus substantia, & esse, quod dat forma accidentalis, est in eodem genere, in quo est talis forma. 4. q. 12. conclusio. 1.
 Esse in omnibus citra primam causam est entitas, secundum rem distincta ab essentia. ibi. con. 2.
 Esse quod dat ipsa forma inest ei cuius est forma, nullam formam habet pro causa efficiente. ibi. con. 3.
 Essentia non est naturaliter prior suo esse. ibi. cor. ra. 2. contra Scot.
 Essentia potest intelligi sub opposito existentia. ibi. con. 2. rat. 6.
 Essentia est perfectior ipso esse talis essentia. 4. q. 13. conclusio. vnica.
 Essentia prædicatur quidditatiue de habente essentiam. ibi. concl. ra. 1.
 Essentia dat rebus nobiliorem differentiam entis, quàm essentia. ibi. ra. 4.
 Essentia cuiuslibet intelligentia est ei ratio intelligendi, nõ solum seipsam, sed etiam omnem aliam rem. 12. q. 61. secundum. contra concl.
 Essentia Dei habet duo. 12. q. 67. con. 2. ra. 1.
 Essentia dat rebus necessitatem, & existentia dat contingentiam. 4. q. 13. con. ra. 4.
 Essentia est in genere se. ibi. ra. 5.
 Essentia diuina supplet vicem speciei intelligibilis. 12. q. 24. cor. fi.

Estima-



Estimativa in brutis aliquo modo discit. 10. q. 16. cor. ad primum. ad dubium.
Excedere vnum aliud quiddam quid sit. 12. q. 5. concl. 2.
Excessus in formis penes quid attendatur. 8. q. 19. cor. not. 4.
Existencia accidentis est aliud ab accidente. 7. q. 1. cor. prin.
Extentio accipitur tripliciter. 5. q. 19. primum.
Extrema syllogismi tunc non sunt conuertibilia, quando argumentum peccat in forma, & quando sunt idem in medio inconuertibiliter. 7. q. 38. secundum.

Fatigationis causa in motu est propter coniunctionem motoris ad materiam. 12. q. 7. quartum.
Fides est duplex, scilicet acquisita & infusa. 6. q. 8. conclusio. 1. dubium.
Fieri aliquid ex aliquo potest intelligi dupliciter. 10. quaest. 27. septimum.
Figura cere impressa a sigillo, non est entitas distincta ab eius productione & conseruatione. 5. q. 8. tertium.
Filius nihil facit ad productionem paternitatis. 5. quaest. 25. primum.
Finis principalis cuiuslibet scientiae, est cognitio subiecti. 4. q. 10. cor. par. 2.
Finis est ad quem omnia ordinantur. 4. q. 15. con. 1. fi.
Finis dicitur causa prima, & quomodo. 5. q. 2. tertium.
Finis propter quem agens agit, est duplex. 5. q. 3. cor. prin.
Finis nunquam habet causalitatem suam, nisi dum est id cuius gratia aliquid fit. ibi. con. ra. 2.
Finis vt habet esse in sua actuali existetia, est effectus eorum quae sunt ad finem. ibi. sextum.
Finis est causa causalitatis agentis. 5. q. 5. con. 2. ra. 1.
Finis vt est non ens, non refertur realiter. 9. q. 27. primum.
Finis in doctrina sunt propositiones. 9. q. 15. con. 1. ra. 3.
Finis motus caeli non sunt generabilia, sed assimilatio ad mouens immobile. 12. tex. com. 36.
Finis motus caelestis non tantum est Deus secundum Arist. sed etiam intelligentia, licet proximus. 12. q. 37. con. 3. ra. 1.
Finis in rebus ordinatis vniuersi est duplex. 12. super textu. comment. 52.
Finem acquiri per actionem agentis potest intelligi dupliciter. 12. q. 37. primum.
Fines totales plures habere potest intelligi dupliciter. 5. q. 6. secundum.
Forma non est causa efficiens illius esse quod ipsa dat ei cuius est forma. 4. q. 12. con. 3.
Forma & efficiens non coincidunt numero. ibi. ra. 2.
Forma non dat materiam quod sit quadam entitas. ibid. ad sextum.
Forma dicitur terminus formalis, quia formaliter constituit. ibid. decimum.
Forma est per quam res scitur. 4. q. 5. cor. par. 2. fi.
Forma adueniens materiae tria habet. 5. q. 5. cor. prin.
Forma limitat vt terminat amplitudinem capacitatis materiae. ibidem.
Forma nulla naturalis est per se subsistens praeter animam intellectiuam. ibi. concl. 2. not. 2.
Forma accidentalis terminatur per subiectum dupliciter. ibi. primum.
Forma substantialis dat nobilior, vel ignobilior esse secundum quod materia est nobilior, vel ignobilior modo disposita. ibidem.
Forma quaelibet tam substantialis quam accidentalis est principium in suo ordine. 5. q. 16. primum.
Forma substantialis non habet ab accidentali quod sit primum principium actionis. ibi.
Forma quaelibet tam substantialis quam accidentalis habet propriam existentiam. 7. q. 5. con. 1.
Forma intentionalis & realis differunt in tribus. 7. quaest. 8. cor. prin.
Forma vt dicitur proprie educi de potentia materiae, tria requirit. ibi. cor. par. 2. fi.
Forma quare potius dicitur educi de potentia materiae quam de potentia agentis. ibi.
Forma in speculo quare dicitur intentionalis. 7. quaestio. 9. primum.
Forma est dignior composito secundum quid & non simpliciter. 7. q. 18. concl. 1.
Forma est causa compositi. ibi. ra. 1.
Forma est absolute nobilior materia. ibi. concl. 2.
Forma est causa materiae & conuerso. ibi. primum.
Forma non generatur primo & per se. 7. q. 22. concl. 2.
Forma generatur ad generationem compositi, quis sensus. ibi. ra. 2.
Forma nullo modo generatur. 7. q. 23. concl. 1.
Forma & materia possunt considerari dupliciter. ibidem. secundum.

Forma capi esse in omni generatione, non tanquam termini qui, sed tanquam termini quo. 7. q. 24. con.
Forma habet duplex esse. 7. q. 28. circa fi.
Forma quantum ad esse est prior materia & quantitate. 7. q. 35. tertium.
Forma totius & partis non sunt vniuersalia. 7. q. 39. concl.
Forma causat aliquid in materia distinctum a forma. 8. q. 5. primum.
Forma non conseruat materiam, nisi sicut causa sine qua non. ibi. secundum.
Forma est duplex, scilicet partis & totius. 10. q. 9. cor. not. 2.
Forma numeri in abstracto est vltima vnitas. ibi. con. 2.
Forma numeri non est continuitas. 10. q. 10. con.
Forma corporeitatis non est coeua materiae. 8. q. 8. conclusio.
Forma substantialis est vnica in quolibet animali. 8. quaest. 11. conclusio.
Forma substantialis est vnica in quolibet composito. 8. q. 12. conclusio.
Forma cadaueris a quo agente inducatur. 8. q. 15. cor. not. 3.
Forma eadem numero manet in toto tempore mensurante intensiorem. 8. q. 20. conclusio.
Forma eadem intensibilis secundum quod habet vnum gradum, potest dici imperfectior seipsa secundum quod habet alium. ibi. tertium.
Forma intensa continet formam remissam, & quomodo. ibi. quintum.
Forma substantialis absolute loquendo non suscipit magis & minus. 8. q. 25. con.
Forma substantialis acquiritur successiue dupliciter. ibidem. secundum.
Forma dicitur esse possibilis per denominationem potentiae agentis & potentiam passiuam materiae. 9. q. 1. primum.
Forma substantialis quod non sit principium alicuius effectus, quis sensus. 9. q. 8. primum.
Forma media virtualiter continet extrema, licet vnam magis quam aliam. 10. q. 21. quartum.
Forma est duplex. 7. q. 26. cor. con. 1.
Forma quae acquiritur per motum, habet duos respectus. 12. q. 43. cor. prin.
Forma aliqua potest communicari dupliciter. 12. quaestio. 51. quintum.
Forma separata potest immediate influere formam se habentem per modum passionis intentionalis, licet non possit immediate causare formam. 7. q. 25. cor. secundum contra Aristotel.
Formae absolute dicunt esse ad se, formae vero relatiuae ad aliud. 5. q. 25. sextum.
Formae intentionales non habent contrarietatem & comparantur se mutuo in eodem. 7. q. 8. cor. prin.
Formae intentionales quare causantur in instanti. ibi.
Formae intentionales non educuntur de potentia materiae. ibi. conclusio.
Formae intentionales quare dicantur intentionales. 7. q. 9. cor. notan. 1.
Formae ad quas materia non transmutatur realiter, non creantur nisi generentur proprie. 7. q. 8. primum.
Formae habent esse dupliciter. 7. q. 9. cor. par. 1.
Formae duae intentionales possunt esse simul in eodem subiecto. ibi. par. 3. concl. 2.
Formae accidentales aliquae possunt intendi & remitti. 8. q. 19. conclusio.
Formae non intendunt per additionem alicuius, siue illud sit signabile siue non. 8. q. 21. par. 2. conclusio.
Formae gradus non sunt aliquid extrinsecum a forma. ibi. not. infra.
Formae quae intenduntur sunt in triplici differentia. 8. q. 22. cor. mc. not. 1.
Formae in intellectu quomodo intenduntur. ibidem. not. 2. infra.
Formae elementorum non intenduntur nec remittuntur. 8. q. 25. concl. ra. 1.
Formae contrariae maxime distant in eodem genere. 10. q. 20. cor. not. 4.
Formae contrariae non possunt simul esse in eodem adaequato subiecto, siue in gradibus intensissimis, siue in quocunque gradu remisso. 10. q. 12. con.
Formae a quibus sumuntur differentiae constitutivae specierum, non solum faciunt vnam speciem ab alia distingui, sed etiam diuersificant genus, & diuersarum rationum sunt. 10. q. 24. con. 1.
Formae substantiales elementorum non manent actu in msto. 10. q. 27. concl. 1.
Formae abstractae possunt considerari dupliciter. 12. q. 51. sextum.
Formalis conceptus entis est realis, quocunque modo accipiatur.

Formalis conceptus est accidens inharens intellectui. ibi.
Formalis ratio se tenens ex parte scientis, non facit proprie distinctionem scientiarum, sed distinguit scientiam a quibusdam habitibus, scilicet a fide vel opinione. 6. q. 8. conclusio. prima.
Formaliter esse aliud tale per aliquod potest intelligi dupliciter. 12. q. 49. cor. not.
Formam educi de potentia materiae potest intelligi tripliciter. 7. q. 8. cor. par. 2.
Formam praexistere in materia potest intelligi tripliciter. 7. q. 27. cor. prin.
Formam educi de potentia materiae quid sit. ibi. sextum.
Formam corporeitatis esse inseparabilem de materia potest intelligi. 8. q. 8. cor. prin.
Formam aliquam impossibilem esse alteri potest intelligi dupliciter. ibi. tertium.
Formam esse ab aliquo, potest esse dupliciter. 8. quaest. 14. secundum.
Formam quamlibet substantialem in materia consequitur determinata quantitas. 8. q. 18. cor. not. 1.
Formam praecedentem corrumpti in intentione potest intelligi dupliciter. 8. q. 20. cor. par. 2.
Formam substantialem aliquam altera esse perfectiorem, potest intelligi tripliciter. 8. q. 26. cor. prin.
Formam mediam componi ex extremis reali & vera compositione, est impossibile. 10. q. 21. con.
Formarum inchoationem possunt Albertum male quidam opinari, & nec S. Tho. in 2. Physicor. ipsum impugnat. 7. q. 28. cor. prin.
Formarum eiusdem generis est idem numero potentiale in vno & eodem subiecto. 12. q. 27. con.
Frigiditas non compatitur secum calorem etiam in remissis gradibus. 7. q. 8. tertium. fi.
Frigiditas non est propria passio aquae, sed sequitur ad formam substantialem eius. 9. q. 8. primum.
Fundamentum aequalitatis non est vnitas specifica natura. 5. q. 34. con. 2.
Fundamentum aequalitatis est ipsa particularis quantitas illius, quod dicitur aequale. ibi. con. 3.
Futura contingentia praescita a Deo licet sint immutabilia, tamen sunt contingentia. 6. q. 15. primum.

Genera & species substantiarum praedicantur de prima substantia in quid. 5. q. 13. cor. fi.
Generatio terminatur in illo instanti in quo forma acquiritur. 4. q. 22. cor. not. 2.
Generatio formae intentionalis, & generatio formae realis quo modo distinguantur. 7. q. 8. cor. prin.
Generatio proprie dicta, distinguitur a motu. 7. q. 22. cor. secundum. contra. 3. con.
Generatio accipitur dupliciter. ibi. quartum.
Generatio est aeterna secundum Philosophum a parte ante & a parte post. 8. q. 6. cor. sup. 3.
Generatio est terminatio de non esse ad esse. 8. q. 14. cor. su. 2.
Generatio potest accipi dupliciter. ibi. primum.
Generatio naturalis substantiarum per propagationem est simpliciter & perfecte vniuoca. 12. q. 14. con. 1.
Generatio non quaelibet substantiae aut accidentis est simpliciter vniuoca, licet omnis sit vniuoca secundum quid. ibi. conclusio. 2.
Generatio substantiarum quod sit perfecte vniuoca, quot requirit conditiones. ibi. not. 3.
Generatio substantiae materialis, non est nisi per transmutationem materiae. 7. q. 25. cor. sup. 2.
Generatio non terminatur ad vniuersale, sed ad particulare. ibi. sup. tertium.
Generationem vnum impossibile est terminari ad duos per se terminos. 4. q. 22. cor. prin.
Generationem circumstant quinque. 12. q. 14. con. 1. fi.
Generaciones & motus habent vnitatem & distinctionem ex terminis ad quos per se terminantur. 4. q. 22. cor. prin.
Generationis terminus est duplex. 7. q. 23. prin.
Generationis & corruptionis causa est motus planetatum. 12. super tex. com. 33.
Generationis & corruptionis aeternae causa est aggregatum ex primo mobili & sphaeris. ibi. tex. com. 34.
Genere diuersa dicuntur aliqua dupliciter. 12. quaestio. 55. tertium.
Generans dat esse genito, in virtute primae causae & non sua. 5. q. 9. primum.
Generans in eo instanti in quo causat formam in materia causat omnia quae necessario consequuntur formam in eodem instanti. 8. q. 14. tertium.
Generans est illud quod dat corpori simplici formam suam.

Generans dat non solum formam, sed etiam motum. ibi.
Generans & genitum conueniunt in eadem forma secundum speciem. 7. q. 25. cor. sup. 1.
Generari simul, & generari eadem generatione, differunt. 4. q. 22. cor. not. 4.
Generata ex putrefactione non solum exigit virtutem actiuam agentis vniuersalis, sed etiam aliquam virtutem particularem. 7. q. 21. conclusio. 2.
Generata ex semine sunt eiusdem speciei specialissima cum genitis per putrefactionem. ibi. con. 1.
Genus non praedicatur per se de differentia. 4. quaestio. 23. con. 3.
Genus & differentia distinguuntur tantum ratione. 7. q. 36. conclusio.
Genus & differentia eadem rem significant sub diuersis conceptibus. ibi. part. 2. prin.
Genus significare naturam indeterminatam potest intelligi tripliciter. ibi.
Genus & species sunt idem inconuertibiliter. 7. q. 38. con.
Genus est triplex, scilicet logicum, Physicum, & Metaphysicum. 7. q. 40. cor. prin.
Genus accipitur dupliciter. 9. q. 3. tertium.
Genus quodlibet diuiditur immediate tantum duabus differentis oppositis. 10. q. 20. cor. not. 3.
Genus quodlibet habet proprium potentiale illius generis. 12. q. 22. con. 1.
Genus quodlibet licet habeat proprium potentiale, nullum tamen accidens componitur intrinsece ex huius potentia. ibi. con. 2.
Genus est duplex. 12. q. 47. cor. par. 2.
Genus in substantiis corruptibilibus praesupponit necessariam compositionem intrinsecam. ibi. cor. primum.
Geometria considerat per se proportionem figurarum. 5. q. 25. cor.
Gradus formae non sunt aliquid extrinsecum a forma. 8. q. 21. con. infra.
Gradus remississimus potest dari in omnibus formis. 8. q. 22. cor. ad primum contra opinio. S. Tho.
Grauius & leuia mouentur a generante & ex se. 9. q. 8. quartum.
Grauius & leuia mouentur a generante dupliciter. ibi.
Grauius & leuia aliter mouet se quam corpora animata. ibi. not.
Grauitas & leuitas sunt huius corporibus ratio mouendi. ibi.
Grauitas nullo modo mouetur per se, sed per accidens. ibi.

Habile summe potest dici aliquid dupliciter. 9. quaest. 19. quartum.
Habitudo obiecti est prior ad potentiam quam ad actum. 4. q. 2. contra. cauil.
Habitudo agentis est prior ad passum, quam ad formam introductam in passum. ibi.
Habitus Metaphysicus non adaequatur intellectui secundum intensiorem, sed solum secundum extensionem. 4. q. 11. quintum.
Habitus non distinguuntur nisi vel per rationem formalem obiectorum vel per media siue principia demonstrationum. 4. q. 14. cor.
Habitus scientificus proprie, non acquiritur per processum Metaphysicum. 4. q. 17. cor.
Habitus qui est sapientia, acquiritur per Metaphysicum processum. ibi.
Habitus vt est praedicamentum fundatur super continentia secundum quam contentum dicitur habere continens & econtra. 5. q. 41. con. ra. 1.
Habitus quilibet qui est actuum directiuus, habet duos respectus ipsam consequentes. 6. q. 3. cor. not. 1.
Habitus Philosophiae moralis est practicus. ibi. secundum.
Habitus tripliciter potest dici practicus. 6. q. 4. cor. notan. 2.
Habitus vt sit simpliciter practicus quae requirit. ibidem. not. 2.
Habitus nullus formaliter est practicus intrinsece ex obiecto aut ex fine. 6. q. 4. con. 1.
Habitus est magis originaliter practicus ex obiecto quam ex fine. ibi. cor. par. 2. con. 1.
Habitus habet complexiue ex fine quod sit simpliciter practicus. ibi. con. 2.
Habitus practici ratio conuenit quibusdam scientiis per se & non tantum per accidens. 6. q. 5. con. 2.
Habitus potest ordinari dupliciter ad actum. ibi. primum. instan.
Habitus voluntatis tantum inclinatur & non repraesentant obiectum. 6. q. 9. tertium.
Habitus proprius conclusionis est alius a proprio habituum principiorum. 6. q. 10. con. 4.

Habitus principiorum quod dicitur intellectus quis sensus. ibi. not. 4.
Habitus non sunt necessarij in voluntate quo ad substantia actus, sed quo ad modum. 8. q. 2. cor. sup. 1.
Homo generat hominem. 8. q. 14. concl.
Homo potest cogi ad actum intellectus & non voluntatis. 9. q. 18. concl. 1.
Hominem esse animal est veru, circumscripta omni efficiencia a Deo. 4. q. 12. concl.

I
D quod est maxime ens, est etiam maxime vnum. 4. quaestio. 2. septimum.
Id quod conuenit enti & non enti, non habet causam efficientem. 4. q. 12. cor.
Id quod reperitur in omnibus generibus, non est differentia constitutiua determinati generis. 4. q. 10. cor.
Id de quo aliud dicitur in secundo modo perfectatis est subiectum eius. 4. q. 20. cor.
Idea est forma exemplaris. 7. q. 2. cor.
Ideas vt poneret Plato quibus rationibus mouebatur. ibi.
Idem potest esse fundamentum plurium relationum etiam oppositarum. 5. q. 37. sextum.
Idem esse numero aliqua, potest intelligi dupliciter. 10. q. 17. tertium.
Identitas est duplex, scilicet, formalis & fundamentalis. 4. q. 23. primum.
Identitas formalis & fundamentalis quid sit. ibi.
Identitas non tollit nisi distinctionem sibi oppositam. 4. q. 28. quartum.
Identitas numeralis plus exigit quam specifica. 5. q. 18. cor.
Identitas potentiae materiae quid requirat. ibi. secundum.
Identitas est duplex, scilicet, numeralis & specifica. 5. quaestio. 35. cor.
Identitas in duobus differt ab aequalitate & similitudine. ibi.
Identitas numeralis est identitas rationis. ibi. concl. 1.
Identitas specifica & generica, qua aliquid dicitur esse idem specie sibi ipsi, est ratio rationis. ibi. con. 2.
Identitas specifica qua aliquid est idem specie alteri, est ratio realis. ibi. con. 3.
Identitas inter praedicatum & subiectum est tantum ratio rationis. 6. q. 19. cor. not. 2.
Identitas qualibet dicitur relationem, vel realem, vel rationis. 10. q. 5. cor. not. primum.
Identitas accipitur dupliciter. ibi. not.
Identitas fundamentalis includit duo. ibi.
Identitas alia, & alia non importatur cum dicitur vnum esse esse indistinctum in se & distinctum ab alio. ibi. conclusio prima.
Identitas absoluta & relatiua solum ratione distinguuntur. ibi. ra. 2. contra Sco.
Identitas terminorum conuertibilium, & inconuertibilium quae sit. ibi. primum. Sco.
Identitas & diuersitas non habent medium. 10. q. 6. cor.
Ignis non agit proxime & immediate per suam formam substantialem, sed per calorem. 7. q. 7. sextum.
Illuminatio non est de genere actionis. 9. q. 21. cor.
Imago potest accipi dupliciter. 5. q. 27. secundum.
Immaterialitas dicitur tripliciter. 12. q. 17. cor. not. 2.
Immaterialitas potest demonstrari per intellectualitatem a posteriori. ibi. concl. 2.
Implicatio contradictionis in primo modo dicendi per se est maior impossibilitas quam implicatio in aliis modis. 12. q. 20. concl. 4. ra. 2.
Impossibilia aequa iter sunt ea quorum impossibilitas coarscit praecise ex implicatione contradictionis. 4. q. 2. cor.
Includi aliquid in alio potest intelligi dupliciter. 5. quaestio. 9. quartum.
Includi vnum in alio formaliter quid sit. 7. q. 37. cor.
Inchoatio formae est res distincta a materia. 7. q. 28. secundum.
Inchoatio per modum transmutantis, & per modum inclinantis. ibi. primum.
Inchoationem formarum Albertus non posuit. ibi. cor.
Indeterminatum potest dici aliquid dupliciter. 12. quaestio. 40. primum.
Indiuidua substantiae quantum ad id per quod distinguuntur in quo praedicamento sunt. 7. q. 34. nonum.
Indiuidua non habent aliquam propriam rationem. 12. q. 4. primum.
Indiuidua animalium perfectorum non possunt produci in esse immediate, nisi ab agente vniuerso. 12. q. 30. concl. 2.
Indiuiduatio & singularitas conuenit rei per accidens. 5. q. 31. tertium.
Indiuiduationis principium est materia quantum ad esse incommunicabile. 7. q. 33. con.
Indiuiduationis principium quo ad esse distinctum & g. ai-

ficatum & demonstrabile est quantitas. 7. q. 34. concl.
Indiuidui ratio duo exigit. 7. q. 33. cor.
Indiuiduum vnum dependere essentialiter ab alio eiusdem speciei potest intelligi dupliciter. 5. q. 6. tertium.
Indiuiduum non habet propriam quidditatem distinctam a quidditate speciei. 7. q. 32. tertium.
Indiuiduum dicitur indiuiduum in se dupliciter. 7. q. 34. cor.
Indiuidua dicuntur aliqua tribus modis. 8. q. 28. cor. not. 2.
Indiuisibilia ponenda sunt in magnitudine. 3. q. 20. cor.
Indiuisibilitas est propria ratio quantitatis. 5. q. 21. con. 2.
Indiuisio est de formali ratione vnius. 4. q. 21. cor.
Indiuisio potest accipi dupliciter. 4. q. 23. cor.
Indiuisio est formaliter priuatio. 10. q. 4. cor. par. 2.
Inferius diffinitur per suum superius. 4. q. 6. cor.
Infinita secundum species dupliciter possunt intelligi. 12. q. 63. cor. prin.
Infinitas animas Deum non posse producere in omni hora quare repugnat. 12. q. 31. quartum.
Infinitas animas esse non repugnat quantum ad actualitatem, sed quantum ad simultaneitatem. ibi. sextum.
Infinitum potest dici aliquid quadrupliciter. 5. q. 15. cor.
Infinitum non est mensura suarum partium cum sit ignotum. 12. q. 5. quintum.
Infinitum vnum alteri infinito esse aequale, potest intelligi dupliciter. 12. q. 31. primum.
Infinitum poni in actu potest intelligi dupliciter. ibi. secundum.
Infinitum esse aliquid potest intelligi dupliciter. ibi.
Infinitum est cuius partem accipientibus semper remanet aliquid extra. ibi. tertium.
Infinitum esse admittit potentiae potest intelligi dupliciter. ibi.
Infinitum potest accipi dupliciter. 12. q. 44. cor. prin.
Infinitum potest dici aliquid dupliciter. 12. q. 40. cor. prin.
Infinitum in actu non datur tam in materialibus, quam etiam in separatis a materia. 12. q. 25. concl.
Infinitum intelligi potest accipi dupliciter. 12. q. 63. cor. prin.
Infinitum esse aliquid contingit dupliciter. 12. q. 45. cor. prin.
In infinitum distat creaturam a Deo quid sit. 10. q. 2. coroll. part. 2.
In infinitum procedere in causis essentialiter ordinatis est impossibile. 12. q. 3. concl. 1.
In infinitum procedere in causis accidentaliter ordinatis est possibile. ibi. concl. 2.
In infinitum potest procedi in productione naturae specificae a prima causa, quae est agens liberum. 12. q. 5. concl. 1.
In processu in infinitum in perfectionibus specificis non est deuenire ad aliquam vnam speciem, quae quidditatiue & intrinsece excedat aliam infinitam. ibi. con. 2.
Inhaerentia est duplex. 7. q. 1. cor.
Inhaerentia actualiter accidentis ad subiectum, non est res distincta ab accidente. ibi. concl. 1.
Inhaerentia nec actualis, nec aptitudinalis est de ratione naturae quae est accidens. ibi. con. 2.
Inhaerentiam esse de essentia accidentis potest intelligi tripliciter. ibi. cor. prin.
Instant est duplex scilicet permanens & transiens. 12. q. 31. decimum.
Instant permanens potest coexistere partibus temporis. ibi.
In instanti introductionis formae in materia sunt simul quatuor. 7. q. 22. primum.
Instrumentum recipit dupliciter virtutem agentis principalis. 7. q. 29. secundum.
Instrumentum posse agere in aliquem effectum potest intelligi dupliciter. 12. q. 63. primum.
Intellectio potest esse praxis. 6. q. 2. concl. 3.
Intellectio qua vna intelligentia intelligit aliam, est ipsamet substantia intelligentiae & non obiectum intellectum, apud Philosophum & Com. 12. q. 33. con.
Intellectio intelligentiae non est eius substantia. 12. q. 59. concl. 1.
Intellectio vnius intelligentiae potest dici simplicior intellectio alterius tripliciter. 12. q. 6. cor. prin.
Intellectio aliqua potest dici infinita dupliciter. 12. quaestio. 62. primum.
Intellectio dicitur infinita formaliter dupliciter. ibi.
Intellectio diuina terminatur ad aliquid extra se. 12. q. 65. concl. 2.
Intellectio diuina & si secundum entitatem a nullo dependeat, dependet tamen ab obiecto in quantum est intellectio talis vel talis. ibi. primum.
Intellectionem terminari ad infinita potest intelligi dupliciter. 12. q. 62. cor. prin.
Intellectionem potest considerari dupliciter. 12. q. 57. cor. prin.
Intellectionem quae est propria passio potest demonstrari a priori de intelligentiis per intellectualitatem primo modo & tertio modo dictam. ibi. con. 1.

Intellectum intelligere negationem & priuationem, potest intelligi tripliciter. 10. q. 16. cor.
Intellectus non potest apprehendere ens rationis nisi praecognito ente reali. 4. q. 5. quartum.
Intellectus & voluntas non habent ex obiectis quod distinguantur realiter. 4. q. 21. primum.
Intellectus de re simplici potest facere plures conceptus non reducibiles ad quancunque pluralitatem realem. 4. quaestio. 29. primum.
Intellectus ex potentia essentiali factus in actu, potest causare in se, non solum actualem intellectionem, sed etiam habitualem. 4. q. 32. cor. not. 3.
Intellectus est agens vniuersale respectu intellectionis, species vero intelligibilis particulare. ibi. secundum contra conclusum.
Intellectus dum format primum principium, necesse est aliquam notitiam esse actu in imaginatione, vel cogitatione. ibi. concl. 2.
Intellectus specie vt non potest nisi moueat phantasiam, aut cogitatum ad speculandum & cogitandum de aliquo indiuiduo sensibili. ibi. ra. 4.
Intellectus Dei non mouetur ab essentia eius esse, bonitas autem mouet voluntatem Metaphorice. 5. quaestio. 2. tertium.
Intellectus potest considerari dupliciter. 6. q. 2. con. 3. prin.
Intellectus potest habere proprium conceptum materiae. 8. q. 2. concl. 2.
Intellectus quomodo veniat in cognitionem materiae, ibi. concl. 3. ra. 4.
Intellectus speculatiuus differt sine ab intellectu practico. 6. q. 4. concl. 1. ra. 3.
Intellectus practicus & speculatiuus sunt vna res. 6. q. 4. cor. notand. 2.
Intellectus dicitur practicus proxime ab habitu, qui est in eo subiectiuè, remote vero ex obiecto & sine. ibi.
Intellectus vtens aliqua notitia intendit eam. 6. quaestio. 9. cor. notand. 2.
Intellectus habens simplicem notitiam terminorum causat in se notitiam principiorum, & per hanc causat in se notitiam alicuius conclusionis. ibi. cor. circa me. ante concl.
Intellectus eodem actu apprehendit verbum, & quidditatem in eo relucentem. 6. q. 10. concl. 3. ra. 1.
Intellectus per cognitionem accidentiu venit in distinctam cognitionem substantiae, licet prius cognoscat substantiam confusè, quam accidentia. 7. q. 13. quartum.
Intellectus non facit significatum definitiuum, sed tantum conceptui attribuit intentionem definitiuam. 7. quaestio. 10. cor. ra. 3.
Intellectus & voluntas hominis vnius, non sunt perfectiores secundum se quam alterius. 8. q. 26. primum.
Intellectus vnius hominis habet perfectiorem vsum intellectu alterius. ibi.
Intellectus est causa particularis intellectionis. 9. quaestio. 11. primum.
Intellectus saepe cogitat aliquid absque imperio voluntatis. 9. q. 14. cor. not. 1.
Intellectus determinat voluntatem positiuè & per modum finis. ibi. not. 4.
Intellectus apprehensio de summo bono cadit sub imperio voluntatis. 9. q. 15. concl. 2. sup. 1.
Intellectus potest simul apprehendere contradictoria. 9. q. 16. primum.
Intellectus est ita liber a coactione sicut voluntas, accipiendo intellectum & voluntatem abstractiuè & non in ordine ad suppositum agens. 9. q. 18. con. 2.
Intellectus operatio quae est assensus, potest considerari dupliciter. ibi.
Intellectus necessariò mouetur quo ad actum primum ab intellectu agente & phantasmatum. 9. q. 18. concl. 3. ra. 3.
Intellectus secundum se necessitari potest ad multa, non tamen potest cogi. ibi. quartum.
Intellectus quomodo se habeat in cognitione vnius & multorum. 10. q. 3. par. 2. fi.
Intellectus apprehendens numerum, non apprehendit nisi multitudinem de genere quantitatis. 10. q. 5. concl. 1.
Intellectus cognoscat priuationem & negationem per speciem habitus. 10. q. 16. cor. par. 1. fi.
Intellectus possibilis non vnitur homini secundum esse apud Com. 12. q. 23. cor. per totum.
Intellectus possibilis copulatur nobis dupliciter secundum Com. ibi. secundum.
Intellectus possibilis dicitur substantia separata a nobis secundum Com. 12. q. 24. cor.
Intellectus non potest esse vnus numero in omnibus hominibus. 12. q. 25. par. 2. prin.

Intellectus & intelligibile quomodo sint vnus in nobis. 12. tex. Com. 39. con. 2.
Intellectus primi motoris intelligens se, non vnitur sibi per aliquam speciem, sed sunt omnino idem intelligens & intellectus & intellectum, & distinguuntur ratione, & quomodo. ibi.
Intellectus potest considerari dupliciter, & comparari ad duo. 12. q. 50. secundum.
Intellectus possibilis & agentis, quae sint conditiones. 12. q. 58. cor.
Intellectus agens & possibilis non est in substantiis abstractis. ibi. concl.
Intellectus intelligentiae non intelligit suam quidditatem mediante sua quidditate tanquam forma dante ei actiuitatem. 12. q. 59. secundum.
Intellectus intelligentiae est accidens & qualitas intelligentiae. ibi. 3.
Intellectus substantiae abstractae non potest semel vti pluribus speciebus ad eliciendas distinctas intentiones. 12. q. 61. concl.
Intellectus diuinus cognoscat ea quae sunt extra ipsum. 12. q. 65. con. 1.
Intellectus non potest cognoscere singulare materiale nisi tantum reflexè. 7. q. 11. cor. sup. 1.
Intellectus agens prehaeret virtute omnia intelligibilia. 7. q. 14. cor.
Intelligentia non dicitur deficere a perfectione primi entis propter admittionem potentiae passiuae, sed propter minorationem actus. 11. q. 6. cor. secundum.
Intelligentia nullo modo comparatur ad caelum vt forma eius. 12. q. 11. con.
Intelligentia non est possibilis non esse secundum Philosophum. 12. q. 20. con. 1.
Intelligentia licet sit ens necesse esse: non tamen est simpliciter necesse esse. ibi. con. 4.
Intelligentia dum intelligit se, tunc idem est intellectio & obiectum. 12. q. 3. concl.
Intelligentia immediatus mouet caelum per intellectum & voluntatem quae per naturam. 12. q. 36. concl.
Intelligentia quantum ad suam essentiam est tanquam in loco in corpore moto ab ea. ibi. tertium.
Intelligentia quae ibet est singularis seipsa, & per seipsam repugnat communitati. 12. q. 49. con.
Intelligentia vna non potest esse mensura alterius, quantum ad simplicitatem substantiae earum. 12. q. 55. con. 2.
Intelligentia vna potest esse mensura omnium incorporealium quantum ad perfectionem & mobilitatem. ibi. con. 3.
Intelligentia vna potest esse mensura aliarum quantum ad operationem. ibi. concl. 4.
Intelligentia non acquirit notitiam ab obiectis. 12. quaestio. 59. quintum.
Intelligentia quanto est superior, tanto habet simplicior intellectionem. 12. q. 60. concl.
Intelligentia vlla intelligit infinitas species perfectas, sed bene intelligit infinita indiuidua & infinitas species imperfectas. 12. q. 62. concl. 1.
Intelligentia vlla intelligit infinitum per modum infiniti. ibi. con. 2.
Intelligentia vna nullo modo habet virtutem productiuam alterius, siue modo quiescit, siue in transitu. 12. quaestio. 63. con. inf.
Intelligentiam vllam citra primam causam esse infiniti vigoris Arist. & Com. crediderunt. 12. q. 64. conclu. 1.
Intelligentiam moueri per accidens quomodo intelligatur. 12. q. 11. primum.
Intelligentiae sunt omnino immobiles apud Philosophum. 12. q. 6. concl. 1.
Intelligentiae sunt immobiles tam intrinsece quam extrinsece apud Philosophum. ibi. par. 3.
Intelligentiae non habent intrinsece aliquam potentiam passiuam, per quam possint mutari in non esse, licet extrinsece sint mobiles apud Theologos. ibi. concl. 2.
Intelligentiae non mouentur per accidens, quomodocunque sumatur ly per accidens. ibi. tertium.
Intelligentiae subiectum potest considerari dupliciter. 12. q. 36. cor. not. 1.
Intelligentiae, & caelum non agunt in ista inferiora nisi per transmutationem. 6. q. 7. cor. ra. 1. contra respon.
Intelligentiae secundum veritatem sunt posibles non esse secundum aliquam potentiam. 12. q. 20. concl. 2.
Intelligentiae non sunt posibles non esse per potentiam in eis existentem. ibi. concl. 3.
Intelligentiae non sunt compositae ex materia & forma. 12. q. 48. concl. 1.
Intelligentiae ab anima formale distinctum a priori non

potest esse negatio vnibilitatis nec aliqua operatio. 12. q. 50. concl.

Intelligentiæ ab anima formale distinctiua à posteriori est operatio. ibi. concl. 2.

Intelligere non est effectus formalis animæ, sed esse est effectus formalis eius. 12. q. 25. tertium.

Intelligibilia prima, & secunda quæ sint. 10. q. 15. cor. par. 3. concl. 1. ra. 1.

Intelligibilitas est passio entis communis ad esse reale & rationis. 4. q. 7. primum.

Intensio fit vniformiter in omnibus formis intensibilibus. 7. q. 4. cor. sup. 3.

Intensio accipitur dupliciter. 8. q. 19. cor. not. 1.

Intensio formarum non fit per additionem partis ad partem. 8. q. 21. cor.

Intensio formarum quo pacto fiat. ibi. fi.

Intensio formarum non est motus continuus simpliciter. 8. q. 22. concl.

Intensio qualitatum intellectus quomodo fiat. ibi. primum contra opin. not. 2. infra.

Intensio formæ principaliter attenditur in accessu ad summum. 8. q. 24. concl.

L

Latitudo est duplex, scilicet, extensa & intensa. 8. q. 19. cor. not. 2.

Libertas est duplex. 9. q. 9. cor. sup. 1.

Libertas contradictionis non conuenit voluntati respectu finis: sed tantum respectu eorum quæ ad finem ordinantur. ibi. sup.

Libertas non est res superaddita voluntati. ibidem. conclus. prima.

Libertas non est actus nec habitus. ibid. ra. 1.

Libertas voluntatis est secundum constructionem intransitiuam. ibi. ra. 2.

Libertas significat tantum potentiam electiuam. ibid. conclus. 2.

Libertas prius conuenit voluntati ad se, quam in ordine ad alia. 9. q. 15. concl. 1. ra. 2.

Linea est indiuisibilis in latitudine. 5. q. 20. cor.

Logica est scientia speculatiua. 6. q. 6. cor. ra. 1.

Locus est proprietas entis mobilis. 4. q. 14. quartum.

Locus non est subiectiue in locato. 4. q. 19. cor.

Locus & vbi, sunt eadem res, & tantum ratione distinguuntur. 5. q. 46. cor. not. 1.

Lumen non educitur de potentia subiecti. 7. q. 8. cor. par. 3.

Lumen est forma realis, & non propriè intentionalis. 7. q. 9. cor. par. 2. concl.

Lumen contingens oculum non videtur propriè. & c. ibi. primum.

Lumen lunæ est calefactiuum. 12. q. 14. primum.

Lux & lucere distinguuntur sicut forma & effectus. 5. quæst. 5. cor.

Lux, lumen, radius & splendor quomodo differant. 7. q. 9. cor. par. 2.

Lux est prima qualitas primi alterantis. 12. q. 14. primum.

M

Magis vniuersalia sūt prius nobis nota. 7. q. 11. concl.

Masculinitas & fœminitas possunt dici differre specie & non differre respectu diuersorum. 10. q. 24. tertium.

Mathematica non sunt bona, quis sensus. 4. q. 16. cor.

Mathematica scientiæ propriæ & puræ, quæ sint. 6. q. 11. cor. not. 1.

Mathematicus considerat solum quantitatis quidditatem. 4. q. 6. cor. not. 3.

Mathematicus non abstrahit à qualibet materia. ibidem. secundum.

Materia non existit nisi per formam. 4. q. 12. sextum.

Materia non est pars subiectiua entis mobilis, sed pars integralis. 4. q. 14. quartum.

Materia non est de ratione subiecti mathematicæ. 4. q. 15. concl. 1. ra. 1.

Materia non est principium indiuiduationis nisi in compositis ex materia, & forma. 4. q. 16. cor.

Materia non est ens nisi in potentia. 4. q. 18. sextum.

Materia est propriè elementum: & magis propriè quàm ea quæ conuenienter dicuntur elementa quatuor. 5. tex. comment. 4.

Materia non habet, quòd sit actu vna vel plures nisi à quantitate. 5. q. 12.

Materia generati & corrupti nõ est sub eadē quantitate. ibi.

Materia dicitur & propria naturalis, & propria obedientialis. 5. q. 17. cor.

Materia quare dicatur in potentia naturali ad formas. 5. q. 18. cor.

Materia potest separari à quantitate in esse cognito. 5. q. 22.

cor. primum.

Materia secundum rem non potest separari à quantitate. ibi.

Materia & forma non componunt suppositum per entitatē eis additam. 5. q. 28. nonum.

Materia & forma dicunt conceptum absolutum. ibi. decimū.

Materia impedit intellectionem. 6. q. 7. cor. not.

Materia est duplex, sensibilis & intelligibilis. 6. q. 11. cor. no. 2.

Materia est substantiæ compositæ ratio recipiendi omnia accidentia materialia. 7. q. 3. concl. 1.

Materia facit vnum per se cum forma. ibi. ra. 3.

Materia est in potentia ad omnia decem genera. ibi. quarrū.

Materia habet aliquam causalitatem super animam intellectiuam. 7. q. 8. cor. impug.

Materia habuit esse per creationem, non tamen propter hoc propriè dicitur creata. 7. q. 17. secundum.

Materia est actualiter distincta à forma qua informatur. 7. q. 19. concl.

Materia distinguitur à forma, non per aliquem actum, sed per seipsam. ibi. primum.

Materia non generatur. 7. q. 22. con. 3.

Materia est principium indiuiduationis quantum ad esse incommunicabile. 7. q. 33. concl. 1.

Materia non est in altero, nec per informationem, nec per identitatem essentialem. ibi. not. 2.

Materia est principium materiale & non formale indiuiduationis. ibid. 1.

Materia potest accipi dupliciter. ibi. secundum.

Materia de se est hæc, id est, incommunicabilis, sed nõ est de se hæc, id est, vna vnitate numerabili, sed transcendente. ibi.

Materia habet diuisibilitatem à dimensionibus interminatis originatiue. 7. q. 35. cor. par. 2.

Materia vt est hæc, non prius recipit formam quàm quantitatem. ibid. tertium.

Materia quo ad suam entitatem potentialem prior est, ram forma, quàm quantitate. ibid.

Materia totius & partis non sunt vniuersales. 7. q. 39. concl.

Materia non est secundum se intelligibilis. 8. q. 2. concl. 1.

Materia non potest concipi, nisi intellectus comparet eam ad formam. ibi. concl. 3.

Materia est simpliciter nobilior quolibet accidente, non tamen secundum quid. ibi. secundum.

Materia potest considerari dupliciter. 8. q. 3. cor. not. 1.

Materia quo modo crescit. 7. q. 4. cor. notan. 2.

Materia est ens simpliciter: licet non sit natura perfecta & substantia completa. 7. q. 16. primum & secundum.

Materia non habet aliquam formam ex se, per quam constituitur in esse materia. 7. q. 17. concl.

Materia affecta qualitatibus sensibilibus, & non materia nuda dicitur pars quidditatis. 7. quæst. 26. cor. ad primum a pro Auerr.

Materia producit tantum per creationem. 8. q. 5. cor. sup. 1.

Materia non habet à forma suam entitatem. ibid. concl.

Materia habet vnicam potentiam realem: per quam respicit omnes formas. ibi. primum.

Materia dicitur indifferens, & quo modo. 8. q. 9. quintum.

Materia prius organizatur & figuratur figura conueniente cordi: quàm figuris aliarum partium. 8. q. 10. sextum.

Materia ex se semper est in vltima dispositione ad corporeitatem. 8. q. 14. cor. not. 2.

Materia determinatur ad aliquam formam dupliciter. 8. q. 15. cor. notan. 1.

Materia non est separabilis à contrariis. 8. q. 27. par. 2. sup. 3.

Materia & forma faciunt vnum per se. 8. q. 28. conc.

Materia est nõ ens per accidens. 10. q. 15. par. 3. concl. 9. ra. 1.

Materia potest comparari dupliciter ad formam. 10. q. 25. concl. 3. notan. 1.

Materia potest considerari dupliciter. ibid. primum.

Materia de se non distinguit, sed vt consideratur in ordine ad formam. ibi. secundum.

Materia verè & propriè dicta quæ est altera pars compositi, est in cælo. 12. q. 7. concl.

Materia potest considerari tripliciter. 12. q. 8. cor. prin.

Materia rerum corruptibilium considerata secundum esse, aut secundum quantitatem, non est vna numero in omnibus. ibi. concl. 1.

Materia cæli & materia rerum corruptibilium si essent ab omnibus formis separata, non essent vna materia numero. ibi. concl. 3.

Materia cæli est alterius rationis ab alia materia, secundum Comm. 12. q. 9. con. 1.

Materia cæli & horum inferiorum sunt alterius rationis, secundum S. Tho. ibi. concl. 2.

Materia cæli distinguitur à materia corruptibilium per aliquid formaliter intrinsecum. ibi. primum.

Materia est in genere substantiæ tanquam pars substantiæ compositæ,

compositæ. 7. q. 1. 6. concl.

Materia esse actu sine forma est impossibile. 8. q. 1. concl.

Materiam quæ est sub aliqua quantitate, impossibile est fieri maiorem, nisi aut rarefiat aut aliqua materia sibi addatur. 7. q. 4. par. 2. concl.

Materiam terminare formam nõ pertinet intrinsecè ad eius causalitatem. 5. q. 5. cor.

Materiam esse cognoscibilem secundum se, potest intelligi dupliciter. 8. q. 2. primum.

Materiæ ratio accipitur dupliciter. 7. q. 33. tertium.

Materiæ quare repugnet esse actu sine forma. 8. q. 1. tertium.

Materiæ minimam portionem esse in potueria ad omnem formam potest intelligi tripliciter. 8. q. 3. cor. notan. 2.

Materiæ quilibet portio non est in potentia ad omnem formam. ibid. concl. 1.

Materiæ quilibet portio est in potentia ad quamlibet formam. ibid. concl. 2.

Materiæ dispositæ non quilibet portio est in potentia ad omnem formam numero. ibid. concl. 3.

Materiæ corruptibilem & incorruptibilem non distinguuntur seipsis, sed distinguuntur per formas. 12. q. 9. par. 2. concl.

Mater concurrunt actiue aequaliter ad generationem. 8. q. 16. concl. 1.

Mater non habet actionem per quam organizetur & animeatur materia quæ est subiectum generationis. ibi. concl. 2.

Media in demonstrationibus metaphysicis, mathematicis, & naturalibus quomodo se habeant adinuicem. 6. q. 8. concl. 2. infra.

Media in qualibet scientia, quomodo faciant distinctionem genericam. ibid.

Media & alterum extremum possunt comparari dupliciter. 10. q. 20. cor. not. 5.

Media habent rationem vtriusque contrariorum, non absolute, sed comparatiue. 10. q. 21. primum.

Media virtualiter continent extrema, licet non æqualiter. ibid. ad 4.

Medium quodlibet ad probandum substantias abstractas est se, aut est medium naturale, aut concludit ex virtute medij naturalis. 12. q. 1. concl. 2.

Mensura refertur ad mensuratum tantum relatione rationis. 5. q. 30. cor.

Mensura alterius dicitur aliquid, quia ducit in cognitionem quantitas eius. 10. q. 2. cor. prin.

Mensura importat duplicem respectum. ibid.

Mensura est duplex. ibi. par. 2. notan. 1. & q. 3. par. 2. not. 1.

Mensura dicitur de quibusdã similitudinariè. ibi. tex. com. 5.

Mensura dicitur aliquid dupliciter. 12. q. 40. tertium.

Mensura aliquando est æqualis mensurato, & aliquando non. 12. q. 55. cor. sup. tertium.

Mensuram & mensuratum non oportet quòd sint eiusdem speciei. 10. q. 10. secundum.

Mensurare aliquid quid sit. 10. q. 8. concl. 1. notan.

Mensurari vnum per aliud, est quantitatem vnius cognosci per quantitatem alterius. 12. q. 55. cor. sup. 2.

Mensuratur vnumquodque per aliquid sui generis. 10. tex. comment. 4.

Mensuræ ratio duo habet in se. 4. q. 23. tertium.

Mensuræ ratio nõ includitur in ratione quantitatis. 5. q. 21. cor.

Mensuræ ratio per prius reperitur in vnitate quàm in omnibus aliis. 10. q. 2. par. 3. concl.

Mensuræ ratio est passio quantitatis. ibi. sup. 2.

Mensuræ ratio prius conuenit esse passionem quantitati discretæ quam continuæ. ibi. ra. 1.

Mensuræ ratio cõsequitur rationem vnius. 10. q. 3. secundum.

Metaphysica habet nobilius obiectum, quàm mathematica & naturalis. 4. q. 14. cor.

Metaphysica in intellectu separato & in intellectu coniuncto est eiusdem rationis. ibidem.

Metaphysica licet conueniat cum aliis scientiis in hoc quod est considerare principia: differit tamen ex parte subiecti. 6. q. 1. concl. 2.

Metaphysica est vnius speciei in quolibet intellectu humano. 6. q. 8. cor. 1.

Metaphysica non tradit principia proxima alicuius scientiarum specialium. 4. q. 9. secundum.

Metaphysicæ subiectum adæquatum est ens, in quatum ens: siue ens commune Deo & creaturis. 4. q. 10. concl.

Metaphysici est considerare prima principia. 4. q. 31. cor.

Metaphysicus non probat primo entia immobilia esse. 4. q. 9. secundum.

Metaphysicus non considerat quidditates in particulari, vt sunt determinatæ ad particularitatem. 4. q. 11. concl. 1.

Metaphysicus non considerat quidditates rerum in particulari cognitione propria & distincta, siue sit quidditatiua,

siue non. ibi. con. 2.

Metaphysicus considerat quidditates rerum in vniuersali. ibi. con. 3.

Metaphysicus demonstrat per causam formalem efficientem & finalem. 4. q. 15. concl. 1.

Metaphysicus non demonstrat per causam materialem. ibi. concl. 2.

Metaphysicus considerat causam materialem, sed aliter quàm alias causas. ibid. 1.

Metaphysicus non ducit in cognitionem distinctam substantiæ materialis. ibid.

Metaphysicus, quomodo intelligatur abstrahere à materia. ibidem.

Metaphysicus non considerat per se ens per accidens, nec entia rationis. 5. q. 25. cor.

Metaphysicus non considerat proximum genus, nec propriam differentiam rerum & c. 6. q. 1. cor. ra. 4.

Metaphysicus considerat omnes rerum species. ibi. 2.

Metaphysicus potest per media metaphysicalia probare substantias abstractas esse. 12. q. 1. con. 1.

Metaphysicus solus considerat quod quid est. 6. q. 1. concl.

Minimæ aquæ forma non manet post diuisionem. 8. q. 23. cor. ad 5. contra con.

Minimum naturale potest dari secundum extensionem. 8. q. 3. cor. sup. 1.

Minimum naturale dari, dupliciter potest intelligi. ibid. not. 3. ad ra. contra con.

Minimum dari in aliquo genere: potest intelligi dupliciter. 8. q. 23. cor.

Minimum datur intensiue in aliquibus contrarium non habentibus. ibi. con.

Minus minimo non datur. 8. q. con. 1. ra. 2.

Mistum non continet elementa actualiter. 10. quæstio. 27. concl. 2.

Mobile nihil acquirit per motum localem nisi locum. 5. q. 40. conclusio 1.

Mobile dum mouetur localiter, dupliciter vbi ei assignatur. 5. q. 41. cor.

Mobile acquirit vbi diuisibile secundum partes successiuas quarum vna succedit alteri. ibi. par. 2. con. 4.

Mobilitas potest accipi dupliciter. 4. q. 11. primum.

Modi intelligendi suntur à modis essendi. 5. q. 13. cor.

Modus intrinsecus formæ est intimior ipsi formæ quàm vnio eius ad materiam. 7. q. 32. cor. sup. 1.

Monstrum generatur præter intentionem cause particularis & non præter intentionem cause vniuersalis, & remotæ. 6. q. 15. concl. ra. 1.

Motor cæli non potest fatigari, cum sit à materia separatus. 12. q. 7. quartum.

Motus omnis præsupponit materiam sensibilem. 4. q. 16. cor.

Motus nõ est diuisibilis nisi ex diuisione mobilis, vel magnitudinis, vel spatij. ibi. quartum.

Motus non est determinatè in vno genere. ibi.

Motus non est entitas distincta à suo termino. 5. quæst. 24. cor. prin.

Motus terminus aliquando est vbi, aliquando est qualitas. ibi.

Motus ab eodem habet genus & speciem. ibi.

Motus continuitas est ex vnitate mobilis & temporis & termini. ibi.

Motus localis & locus sunt idem. 5. q. 40. primum.

Motus non est causa efficiens aliquid, sed cæelum, vt est coniuuctum motui. ibi. sextum.

Motus non dicitur vnio de motu vltimæ spheræ & aliorum. 5. q. 41. secundum.

Motus distinguuntur ex terminis totalibus. ibi. tertium.

Motus ad locum pertinet ad prædicamentum vbi. 5. q. 40. quintum.

Motus violentus vnde dicitur. 7. q. 27. secundum.

Motus habet vnitatem ex duobus. 8. q. 11. septimum.

Motus dicitur continuus dupliciter. ibi.

Motus dicitur adhuc continuus tripliciter. 8. q. 22. cor.

Motus est duplex. 9. q. 8. cor. sup. 3.

Motus dicitur actus imperfecti tripliciter. 9. q. 11. concl. ra. 3.

Motus cæli est naturalis, quia est à principio intrinsecò passiuo. 12. q. 11. secundum.

Motus grauis deorsum est à grauitate tanquam à principio actiuo à quo. ibi. tertium.

Motus non est ratio agendi cælo. 12. q. 13. cor. medium.

Motus planetarum est causa generationis & corruptionis. 12. tex. com. 33.

Motus cæli nõ componitur ex duobus motoribus distinctis secundum rem. 12. q. 32. secundum.

Motus accipitur dupliciter. 7. q. 25. cor. par. 3.

Motus cæli potest dici ab intelligentia per prius in quatum est intellectus, quàm in quantum est substantia, duobus

modis. 12. q. 36. cor. prin.
 Motus cæli est naturalis à principio passivo materiali in eo existente. ibi. primum.
 Motus non est entitas distincta à rebus permanentibus, sed est ipsamet forma quæ per motum acquiritur. 12. q. 43. cor. prin.
 Motus potest considerari dupliciter. ibi.
 Motus localis potest esse infinitus dupliciter. 12. q. 45. cor. sup. 2.
 Motus cæli est primus omnium motuum tempore, natura & perfectione. 7. q. 25. cor. contra Pla. ra. 1.
 Motui competit duplex successio & partibilitas. 5. q. 24. cor.
 Motui conuenit diuisibilitas proprie per spatium. 5. q. 40. quintum.
 Mouere proprie & Metaphoricè quid sit. 5. q. 2. cor.
 Moueri primo & per se & per accidens quid sit. 9. q. 8. cor. notan. 1.
 Multa numero sunt vnum specie. 4. q. 18. quartum.
 Multa specie sunt vnum genere. ibi.
 Multa genere sunt vnum analogia. ibid.
 Multum & paucum non sunt eiuſdem speciei sicut magnū & paruum. 10. q. 10. sextum.
 Multitudo quantum ad diuisionem quam includit, est prior in diuisione, quam includit vnum. 4. q. 23. sextum.
 Multitudo exigit duo in sua ratione. 10. q. 4. cor. par. 2.
 Multitudo qualibet includit negationem realem. ibi.
 Multitudo dicit negationem rei, & negationem negationis ibid. infra.
 Multitudo secundum diuersas rationes est prior & posterior vno. ibi.
 Multitudo quid sit. ibi.
 Multitudo non est vna unitate quæ est principium numeri. 10. q. 12. primum.
 Multitudo sola continuorum est proprie numerus. 10. q. 13. conclusio.
 Multitudo est duplex. ibi. concl. 2. ra. 5.
 Multitudo accipitur dupliciter. 10. q. 20. cor. not. 2.
 Multitudo actu infinita non datur, nec in materialibus, nec in separatis à materia. 12. q. 52. concl.
 Mundum esse æternum Arist. hinc tenuit. 12. q. 30. conclusio.
 Mus genitus per putrefactionem potest generare alium mu- rem. 7. 21. cor. ra. 2.
 Mutatio est tantum in quatuor generibus. 12. tex. comm. 7.
 N
 Natura vniuersalis repræsentatur tam per verbum for- marum quæ per speciem intelligibilem, prius tamè per speciem repræsentatur. 4. q. 2. tertium.
 Natura specifica non est vniuersalis secundum esse quod ha- bet ad extra in suis suppositis. 5. q. 27. cor.
 Natura hæc est, vt in intellectu abstracta ab omnibus prin- cipiis indiuiduantibus est vna. ibi.
 Natura vt indiuiduetur in aliquo supposito, oportet aliquod principium assignare per quod indiuiduetur. 7. quæst. 31. concl. 2.
 Natura indiuiduatur per id quod non est pura negatio, nec ens rationis. ibid. concl. 3.
 Natura, pura humanitas quæ est in Platone, potest conside- rari dupliciter. ibi. primum.
 Natura vt sit semper est indifferens secundum se ad singula ritatem & pluralitatem. ibi. tertium.
 Natura est de se incommunicabilis: vbi supra. concl. 2. ra. 5.
 Natura vniuersalis existens in supposito materiali distingui- tur ab eo realiter. 7. q. 33. cor. not. 2.
 Natura vniuersalis est in multis per informationem & per essentialem identitatem. ibi.
 Natura generica & specifica, nullā habet vnitatem extra in- tellectum. 7. q. 36. primum.
 Natura generica extra intellectum est idem cum qualibet differentia. ibi. octauum.
 Natura generica potest considerari dupliciter. 7. q. 38. cor. notan. 2.
 Natura aliqua potest considerari tripliciter. 7. q. 40. cor.
 Naturale esse alicui potest esse dupliciter. 4. quæst. 33. cor.
 Naturam pluribus modis communicari, potest esse duplici- ter. 7. q. 21. secundum.
 Necessè esse, & non possibile non esse, æquipollent. 12. q. 20. cor. sup. 3.
 Necessè esse cælum & intelligentias, est necessitas non sim- pliciter absoluta. 12. q. 70. cor.
 Necessaria æqualiter sunt ea, quorum opposita sunt æquali- ter impossibilia. 4. q. 12. cor.
 Necessario requisita ad aliquem effectum, potest esse tribus modis. 4. q. 32. cor.

Necessariū aliquid ex natura sua potest intelligi dupliciter. 12. q. 20. quartum.
 Necessarium ens simpliciter & absolute est tantum vnum. 12. q. 70. conclusio.
 Necessitas est duplex, scilicet absoluta & connexionis. 5. q. 10. cor.
 Necessitas absoluta & contingencia sunt differentia opposi- ta. 6. q. 14. tertium.
 Necessitas est duplex, casus & concomitans. 6. quæstio. 15. primum.
 Necessitas futurorum contingentium ad diuinam scientiam est tantum concomitans. ibi.
 Necessitas & immutabilitas differunt. ibi.
 Necessitas & immutabilitas sunt idem formaliter in omni re necessaria & immutabili. 12. q. 69. concl.
 Necessitas absoluta complexi contingit ex duobus. 12. q. 70. cor. circa finem.
 Negatio nihil dicit, sed tantum remouet. 4. q. 5. cor.
 Negatio diffinitionis remouet diffinitum. 4. q. 12. cor.
 Negatio est duplex. 4. q. 13. octauum.
 Negatio est duplex, scilicet remouens aliquid reale, & remo- uens aliquid rationis. 4. q. 30. cor.
 Negatio alicuius de præterito vel præſenti, quomodo acci- pitur. 8. q. 17.
 Negatio & priuatio possunt accipi dupliciter. 10. q. 15. cor. sup. 1.
 Negatio & priuatio prout sunt in cõplexione, possunt com- parari ad duo. ibi. sup. 2.
 Negatio nullibi est secundum esse ibi inhærens. 10. quæ. 15. part. 3.
 Negatio est extra animam in rebus formaliter. ibi.
 Negatio est in intellectu secundum esse cognitum. ibi.
 Negatio est ens rationis. ibi.
 Negatio vniuersalis, nec aliqua operatio potest esse formale distinctum à priori intelligentia ab anima. 12. q. 50. cõ- clu. prima.
 Negationem habere esse in aliquo, potest intelligi tripliciter. 10. q. 15. cor. par. 3.
 Negationes & priuationes non sunt actu in rebus. ibi. concl.
 Negationes & priuationes non habent propriam speciem in intellectu & per quam intelligantur. 10. q. 16. concl. 1.
 Negationes & priuationes quomodo cognoscantur. ibi. cor. circa me.
 Nobilitas scientiæ magis attenditur ex obiecto, quàm ex cer- titudine. 4. q. 14. tertium.
 Nobilitas volitionis vnius super aliam quæ est ex parte ob- iecti, præsupposito æquali conatu voluntatis, non depen- det ab obiecto. 9. q. 12. secundum.
 Nomen abstractum significat præcisè ipsam naturam. 4. q. 12. cor.
 Nomen infinitum potest accipi dupliciter. 10. q. 15. cor. sup. 3.
 Non ens potest dici aliquid tripliciter. 12. super. text. com- ment. 11.
 Non ens vel nihil, accipitur dupliciter. 12. q. 17. secundum.
 Notitia distincta hominis, leonis, &c. habetur per natura- lem Philosophiam, quæ est prior Metaphysica. 4. q. 11. tertium.
 Notitia principiorum & notitia quæſtionum ad eundem pertinent habitum. 4. q. 14. quartum.
 Notitia præmissarum non est causa effectiua conclusionis & passionis. 4. q. 16. sextum.
 Notitia in intellectu est duplex. 4. q. 32. cor. not. 2.
 Notitia sensitiua est duplex. ibi. not. 5.
 Notitia primi principij, siue accipiat pro actuali intelle- ctione, siue pro specie repræsentante ipsam complexio- nem, non dependet tanquam à causa aliquid faciente ad esse huius notitiæ, ab aliqua notitia sensitiua. ibi. conclu- sio prima.
 Notitia actualis non potest esse in intellectu, nisi actu phan- tasia phantaseretur, aut vis cogitativa actu cogiteretur. ibi. con- clu. 2. ra. 4.
 Notitia conclusionis dependet ab aliqua notitia intellectiua quæ est extrinseca notitiæ conclusionis. ibi. primum.
 Notitia sensitiua est causa sine qua non intellectio. ibid. secundum.
 Notitia primorum principiorum non inest nobis naturali- ter primo modo. 4. q. 33. concl. 1.
 Notitia conclusionis est effectiua ab intellectu agente, & à phantasmate, & à notitia principiorum. ibi. ra. 2.
 Notitia principiorum habetur originaliter ex sensu. ibi. par. 2. prin.
 Notitia intellectus est duplex. 5. quæstio 3. conclusio tertia, infra.
 Notitia intellectus refertur ad rem duplici relatione. ibidè.
 Notitia complexa est duplex. ibi. d.

Notitia

Potentia obediens dicitur relatiuè ad potentiam actiua
 Dei. ibi.
 Potentia materiæ accipitur dupliciter. ibi. primum.
 Potentia generatiua quædiu est, tamdiu est illa entitas, quæ est paternitas, licet non dicatur paternitas. 5. q. 28. primum.
 Potentia respicit obiectum sub ratione magis vniuersali quam habitus. 6. q. 8. quintum.
 Potentia materiæ quo ad absolutum est idem re & ratione cum materia. 7. q. 3. secundum.
 Potentia obiectiua & subiectiua quid sit, & quomodo diffe- rant. 7. q. 17. cor.
 Potentia materiæ quæ est qualitas est ratio recipiendi for- mam. 8. q. 6. cor. sup. 1.
 Potentia materiæ est sua essentia. ibi. conclusio.
 Potentia materiæ accipitur dupliciter. ibi.
 Potentia dicit in suo significato rem absolutam, & connotat respectum ad actum. ibi.
 Potentia realis materiæ est vnica. ibi. primum.
 Potentia materiæ respectu formæ est duplex. ibi. secundum.
 Potentia est duplex, scilicet physica & logica. 12. q. 31. vnde- cimum.
 Potentia & actus realiter distinguuntur. 9. quæst. 1. conclusio prima.
 Potentia obiectiua potest accipi dupliciter. 9. q. 2. cor. prin.
 Potentia obiectiua distincta contra actiua & passiuam nõ datur. ibi. conclusio.
 Potentia nõ refertur ad obiectum relatione reali, nisi quan- do obiectum est actu. 9. q. 3. quartum.
 Potentia resistiua non est idem cum potentia passiuæ. 9. q. 6. conclusio 2.
 Potentia nutritiua est in aliqua parte determinata. 9. quæst. 8. secundum.
 Potentia potest dici rationalis dupliciter. 9. q. 18. primum.
 Potentia aliqua dicitur liberior inter potentias quæ magis est actiua. ibi.
 Potentia Dei quomodo dicatur infinita obiectiua. 12. q. quin- ta. cor. ra. 1.
 Potentia pura potest accipi dupliciter. 12. q. 9. tertium.
 Potentia est prior actu, & e conuerso. 12. tex. com. 30. & 32.
 Potentiale determinans sibi aliquid genus formarum, deter- minaret sibi aliquam eius speciem, potest intelligi duplici- ter. 8. q. 1. tertium.
 Potentiale dicitur aliquid respectu alterius dupliciter. 12. q. 26. primum.
 Potentiale dicitur aliquid dupliciter. 8. q. 3. cor.
 Potentiam actiuam esse principium transmurtandi quid sit. 5. q. 16. cor.
 Potentiam actiuam Dei non adæquat aliqua potentia passi- ua. 5. q. 17. quartum.
 Potentiam esse separatam ab actu potest intelligi dupliciter. 12. q. 19. secundum.
 Potentiarum receptiuarum est duplex genus. 5. q. 18. cor.
 Potentiarum rationalium nulla potest acquiri operatio parti- biliter. 9. q. 19. conclusio 2.
 Potentiæ sensitiuæ non possunt cognoscere substantiam quidditatiuè. 4. q. 16. cor. not. 2.
 Potentiæ actiuæ cuiuslibet potentiam passiuam respondere quid sit. 5. q. 17. cor.
 Potentiæ cuiuslibet actiue naturali correspondet aliqua potè- tia passiuæ & e conuersa. ibi. con.
 Potentiæ materiæ multiplicatur secundum multiplicatione formarum. 8. q. 6. sup. 5.
 Potentiæ animæ quæ sunt in organis, non dependent à con- plexionibus organorum. 8. q. 10. cor. sup. 3.
 Potentiæ vnitas sumitur non ex modo agendi, sed ex obie- cto. 9. q. 15. quartum.
 Potentiæ rationales possunt producere actus suos in instan- ti. 9. q. 19. con. prima.
 Practici ratio conuenit intellectui, & habitui, & actibus in- tellectus. 6. q. 3. cor. not. 2.
 Practici ratio per prius natura & tempore est in actu, quam in habitu. ibi.
 Practicum & speculatiuum sufficienter diuidunt habitus in- tellectus. 6. q. 5. conclusio prima.
 Practicum à quo scientia denominatur practica tantum ex fine, non est differentia essentialis nec proprietas insepara- bilis. ibi. con. 3.
 Praxim esse operationem voluntatis potest intelligi dupli- citer. 6. q. 2. cor.
 Praxis est operatio alterius potentiæ ab intellectu. ibi.
 Praxis quilibet est operatio voluntatis. ibi.
 Praxis quilibet est posterior intellectio. ibi.
 Praxis tria requirit. ibi.
 Præceptor vnica relatione refertur ad omnes discipulos quos docet grammaticam, & vno alio respectu ad quos

docet logicam. 7. q. 32. septimum.
 Prædicatio est triplex. 4. q. 19. cor. prin.
 Prædicatio identica, denominatiua, & quidditatiua quid sit. ibi.
 Prædicamenta quomodo distinguuntur. 5. q. 13. cor.
 Prædicamenta distinguuntur per diuersos modos essendi. ibi. primum.
 Prædicamenta quantum ad id quod sunt, distinguuntur sci- psis. ibi. con. 3.
 Prædicamenta quomodo dicuntur simplicia. 5. quæstio. 38. primum.
 Prædicamenta sex vel quatuor vltima non significant respe- ctus extrinsecos aduenientes. 5. q. 39. con.
 Prædicamenta sunt primo diuersa. 10. q. 6. cor. not. 1.
 Prædicamenta quatuor vltima significant respectum. 5. q. 41. con. prima.
 Prædicamenta quando, vbi, positio, habitus quid sint. ibi.
 Prædicamentorum distinctionis prima ratio sumitur ex di- uersis modis generalissimis prædicandi de prima substan- tia. 5. q. 13. conclusio 2.
 Prædicamentorum distinctio est ex modis, quorum quilibet est vnus rationis. ibi. quartum.
 Prædicamentum accipitur tripliciter. ibi. cor. notan. 1.
 Prædicari est actus rationis. ibi. not. 2.
 Prædicari in quid conuenit omnibus substantiis vniocè. ibi. quartum.
 Prædicari aliquid de pluribus secundum prius & posterius, contingit dupliciter. 4. q. 2. sextum.
 Prædicata primi modi per se quæ sunt. 7. q. 20. cor. ra. 3.
 Prædicata quæ consequuntur essentiam, aut aliquam partè essentiæ, dicuntur de subiecto in secundo modo perfecti- atis. 8. q. 7. primum.
 Prædicatum eo modo accidit subiecto, quo modo propo- sitio est per accidens. 4. q. 20. secundum.
 Prædicatum & subiectum esse, non conuenit alicui rei nisi vt est obiectiua in intellectu. 5. q. 11. cor. not. 3.
 Præteritio & futuritio est respectus rationis tantum. 12. q. 31. sextum.
 Prima causa nullum comparatur in sua natura accidens. 12. q. 29. con.
 Prima causa non tantum mouet vt finis, sed etiam mouet cælum effectiua. 12. q. 23. con.
 Prima causa refertur ad effectum suum tantum relatione ra- tionis. 5. q. 29. cor.
 Prima causa non tantum est finis intelligentiæ in se, sed etiam est causa eius quo ad operationem. 12. q. 37. con. 3.
 Prima causa est in magnitudine appropriatiua, & non pro- prie. 12. q. 39. cor. fi.
 Primam causam, licet Philosophus non dicat expresse esse vigoris infiniti, tamen hoc sufficienter concludi potest ex eius principiis. 12. q. 64. con. 2.
 Primam causam agere finitè potest intelligi dupliciter. 12. q. 63. tertium.
 Prima ratio proprie loquedo non est ratio relatiua. 4. quæst. 31. cor.
 Primo diuersa in nullo conueniunt. 4. q. 20. cor.
 Primo diuersa in nullo conuenire quomodo intelligatur. 12. q. 4. primum.
 Primo cognitum ab intellectu quid sit. 7. q. 12. cor.
 Primum dicitur, ante quod nihil est in eo ordine, in quo primum est. 4. q. 14. cor.
 Primum principium quid dicatur. 4. q. 31. cor.
 Primum principium tria requirit. ibi.
 Primum principium continet virtualiter omnem notitiam quam continent eius termini. ibi.
 Primum cognitum est aliqua natura specifica quo ad conce- ptus vniuersales. 7. q. 13. tertium.
 Primum motuum intellectus est primo repræsentatum. ibi. cor. ra. prima.
 Primum principium vnum esse tantum Arist. tenuit. 12. q. 16. conclusio.
 Primum cælum est nobilius aliis. 12. tex. commen. 38. corol- larium. 1.
 Primum mouens immobile mouet vt appetibile & intelli- gibile. ibi. tex. com. 36.
 Primum efficiens esse vltimum finem potest probari ex per- se notis. 12. q. 37. con. 2.
 Primum cælum mouetur immediatè à prima causa. 12. q. 39. conclusio.
 Primum mobile mouetur motu circulari locali. ibi. tex. com- men. 38.
 Primum principium esse infinitæ virtutis, non solum exten- sive, sed etiam intensiua, potest conuinci sufficienter ex perpetuitate motus. 12. q. 45. con.
 Primum motu esse nõ datur in motu cõtinuo. 10. q. 22. primum.

Primus motor potest ex sua virtute mouere cœlum tanta velocitate quæ nulli alteri sit proportionabilis. 12. q. 44. cœcl. 9. 47. concl.

Primus motor est infinitæ virtutis intensiue apud Auerr. 12. q. 47. concl.

Primus motor immobilis, est tantum vnus. 12. tex. comm. 35.

Primus motor potest considerari dupliciter. 12. quæstio. 32. secundum.

Primus motor mouet ex necessitate secundum Philosophum. 12. tex. commen. 38 corrolarium primum.

Primus motor nobilissimo modo se intelligit. 12. text. commen. 39. conclu. 2.

Primus motor non refertur ad suum effectum eadem numero relatione reali quæ est in effectu. 5. q. 29. cor.

Primus motor nõ refertur ad aliquem eius effectum aliqua relatione reali quæ ab æterno fuerit in primo motore. ibi.

Primus motus est motus cœli, quo cessante omnes alij cessant. 12. q. 14. primum.

Principia eodem actu cognoscuntur, quo & ipsa. conclus. 6. q. 10. conclu. 3.

Principia indiuiduantia dant naturæ, vt sic, determinationem in actuali existentia. 7. q. 31. tertium.

Principia tantummodo indemonstrabilia dicuntur habitus intellectus. ibid.

Principia tam complexa quàm incomplexa, quæruntur in scientiis. 4. q. 10. tertium.

Principia illa quæ non possunt probari in scientia, sunt præmissa respectu conclusionis. 12. q. 1. nonum.

Principia omnium prædicamentorum non sunt eadem. 12. tex. commen. 22.

Principij ratio est ratio relatiua. 4. q. 31. cor. not. 2.

Principij rationem consequitur relatio prioritatis ad id cuius est principium. 5. q. 1. cor. prin.

Principij formalis ratio dicit ordinem. ibi.

Principatum non est adæquatum correlatiuum principij. ibi. secundum.

Principiorum aliqua sunt complexa & aliqua incomplexa. 4. q. 8. cor.

Principium fundatum super terminis generalissimis patet in omnibus. 4. q. 27. cor.

Principium est relatiuum secundum dici. 5. q. 1. cor. prin.

Principium significat rem absolutam cum respectu. ibi.

Principium demonstrandi passionem de subiecto est ipsa formalis ratio subiecti, scilicet diffinitio eius. 6. q. 8. cor. corrolario tertio.

Principium quo vnus indiuiduum materiale distinguitur formaliter in eadem specie ab alio, facit vnus cum eo per se. 7. q. 32. primum.

Principium quo agens agit, est duplex. 5. q. 16. primum.

Principium agendi est forma & actus. 5. q. 17. cor.

Principium per quod partes distant, est duplex. 5. quæstio. 19. quartum.

Prioritas & posterioritas passionum non attenditur penes esse posituum vel priuatiuum. 4. q. 24. primum.

Prius potest per primam operationem intellectus cognosci, non cognito suo posteriori. 4. q. 16. cor.

Prius & posterius possunt accipi, & pro relationibus, & pro relationum fundamentis. 5. q. 1. cor.

Prius & posterius, sunt prius in magnitudine quam in motu, & prius in motu quam in tempore. 5. q. 24. cor.

Priuatio nihil dicit, sed tantum remouet. 4. q. 5. cor.

Priuatio eo modo est bonum quo est ens. 4. q. 18. quintum.

Priuatio pura non suscipit magis & minus. 4. q. 23. septimū.

Priuatio suscipit magis & minus sub ratione sui habitus. ibi.

Priuatio & negatio possunt accipi dupliciter. 10. q. 15. cor. sup. primum.

Priuatio & negatio prout sunt in cõplexione, possunt comparari ad duos. ibi. sup. 2.

Priuatio potest considerari dupliciter. ibi. cor. par. 2.

Priuatio vnus habitus distinguitur secundum se totam à priuatione alterius. ibi. ra. 3. sup. 2.

Priuatio quantum ad id quod dicit in obliquo, non est negatio, sed dicit quid posituum. ibi. ra. 3. infra.

Priuatio & negatio se habent sicut superius & inferius. ibid. ratio 3.

Priuatio est non ens per se. ibi. cor. par. 3. conclu. 3. ra. 1.

Priuatio & habitus non cognoscuntur eodem actu ab intellectu. 10. q. 16. conclu. 2.

Priuatio distinguitur à subiecto in quo est. 10. q. 17. conclu.

Priuatio non est actu formaliter, nisi per actu intellectus. ibid. secundum.

Priuatio est duplex, scilicet pura & positua. 10. quæst. 19. cor. sup. 2.

Priuatio perfecta habet ordinem immediatè ad subiectum. ibid. sup. 3.

Priuatio & habitus habent diuersos conceptus. 10. quæst. 16.

conclusio. tertia.

Priuationem & negationem intellectum intelligere, potest intelligi tripliciter. ibi. cor. circa medium.

Priuationes & negationes non sunt in rebus formaliter. 6. q. 18. cor. not. 1.

Priuationes plurificantur secundum pluralitatem habituum quos priuant. 10. q. 15. cor. par. 2. sup. 1.

Priuationes & negationes non habent propriam speciem in intellectu per quam intelligantur. 10. q. 16. conclu.

Priuationes & negationes quomodo cognoscantur. ibi. med. Probare aliquid demonstratiue, potest esse dupliciter. 4. q. 9. secundum.

Procedere in infinitum in causis efficientibus, essentialiter ordinatis est impossibile. 12. q. 3. conclu.

Procedere in infinitum in causis accidentaliter ordinatis est possibile. ibi. conclu. 2.

Producens aliquid ex necessitate naturæ, producit etiam id quod est necessaria sequela ad ipsam. 5. q. 17. conclu. ra. 4.

Productio realis, non est nisi ab ente reali, nec potest terminari nisi ad ens reale. 4. q. 5. cor.

Productio quælibet, in qua est prius & posterius, implicat motum & tempore mensuratur. 5. q. 7. conclu. 2.

Productio & conseruatio alicuius effectus sunt eadem entitas. 5. q. 8. conclu. 1.

Productio & conseruatio distinguuntur formaliter, ibidem. conclusio 2.

Productio quælibet prius natura terminatur ad terminum rectum, quàm ad terminum reflexum. 5. q. 25. primum.

Productio aliqua potest dici infinita dupliciter. 7. quæst. 8. secundum.

Productio effectuum est volitio primæ causæ, nec requiritur alia productio actiua. 11. q. 34. conclu.

Productum producitur mediante termino formali. 5. quæst. 4. primum.

Proportio potest accipi dupliciter. 5. q. 11. cor.

Proportio est duplex, scilicet geometrica, & arithmetica. 8. q. 24. cor.

Proportio maioris inæqualitatis dicitur, quando virtus actiua mouentis excedit virtutem resistitiuam mobilis. 9. q. 8. conclu. 1. ra. 5.

Proportio potest considerari dupliciter. 12. q. 24. quartum.

Propositio in qua prædicatur ens de aliquo decem generum, in primo modo perfectioris. 4. q. 6. cor. oppositum.

Propositio quælibet cuius prædicatum est idem subiecto, est vera, siue res sit, siue non sit. 4. q. 12. conclu. 2. ra. 1.

Propositio necessaria non per se nota, est demonstrabilis.

Propositio ista, Rationale est homo, non est formalis, sed identica. 4. q. 20. primum.

Propositio ista, animal est homo, non est in primo modo nec in secundo modo dicendi per se. ibi.

Propositio philosophi, quæcunque eadem generatione & eadem corruptione corrumpuntur, quomodo intelligatur. 4. q. 22. cor.

Propositio philosophi quæcunque sunt vnus alicui tertio, quomodo intelligatur. ibi.

Propositio ista, negatiua præcedit affirmatiua, potest considerari dupliciter. 4. q. 31. secundum.

Propositio quælibet vniuersalis in materia necessaria est per prius vera quam eius singularis. ibi. quartum.

Propositio ista, effectus vniuersalis, est proprius effectus causæ vniuersalis, quomodo intelligatur. 5. q. 9. cor.

Propositio ista, homo est animal, & perpetuè veritatis. 5. q. 10. cor. prin.

Propositio nulla distinguenda est per sensum compositum & diuisum, nisi in ea sit aliquis terminus modalis. ibi.

Propositio ista, idem agens & eandem materiam sequitur idem effectus, quomodo intelligatur. 5. quæstio. 18. corol. primum.

Propositio affirmatiua & negatiua non sunt eadem formaliter. 6. q. 5. primum.

Propositio ista, si vnus oppositorum est in rerum natura & reliquum, quomodo intelligatur. 6. q. 12. cor.

Propositio ista, futurum necessario est futurum, quomodo intelligatur. ibi. tertium.

Propositio quælibet in qua idem prædicatur de seipso eodem modo necessitatis quomodo sit vera. ibi.

Propositio ista Sortes potest esse, & potest non esse, potest triplicem habere sensum. 6. q. 14. cor.

Propositio quælibet modalis, potest habere sensum diuisum & compositum. ibi.

Propositio philosophi formæ sunt sicut numeri, quomodo intelligatur. 8. q. 19. secundum.

Propositio, in qua prædicatur subiectum de passione, est per accidens. 7. q. 5. cor. par. 2.

Propositio tam illa in qua prædicatur passio de subiecto quam

Notitia omnis practica est de obiecto operabili. 6. q. 3. par. 2. concl. prima.

Notitia scientifica est qua cognoscitur aliquod complexum per eam repræsentantem. 6. q. 9. cor. not. 1.

Notitia quæ est habitus principiorum, causat notitiam quæ est habitus conclusionis. 6. q. 10. primum.

Notitiæ est duplex, scilicet actualis & habitualis. 7. q. 11. cœcl. principio.

Notitia intellectus est duplex. 7. q. 13. cor. prin.

Notitia vt sit intuitiua quid requirat. 7. q. 14. primum.

Notitia naturalis continet virtualiter notitiam Metaphysicam, non tanquam causa totalis, sed tanquam causa instrumentalis. 12. q. 1. cor. 1. Auicenn.

Notitia passionis resoluitur ad notitiam præmissarum siue principiorum, & notitia principiorum ad notitiam ipsius subiecti. 12. q. 2. conclu. ra. 3.

Notitia subiecti scientiæ est perfectissima omnium quæ sunt in tali scientia. ibi. infra.

Notitia potest dici directa & reflexa dupliciter. 7. q. 15. cor.

Notitia eadem numero potest esse directa & reflecta. ibi. conclusio prima.

Notitia aliqua potest reflecti super seipsam. ibi. conc. 2.

Notitia subiecti est causa omnis alterius notitiæ in tali scientia. 12. q. 2. conclu. ra. 1.

Notitia conclusionis est eiusdem rationis, cum notitia principiorum secundum genus. 12. q. 14. secundum.

Notitia in nobis est duplex. 12. q. 21. conclu. infra.

Notitia quam habet Deus de quidditate rerum, non est notitia vniuersalis. 12. q. 67. conclu. 2.

Novitas essendi in effectu non est ex mutatione nec insufficiencia causæ, sed ex libertate voluntatis eius quæ ponit effectum quando vult, & eo modo quo vult. 12. quæst. 18. primum.

Negatio quando committitur. 7. q. 37. tertium.

Numerare intellectum quid sit. 10. q. 8. concl. 1. not.

Numerum tantum vnus esse in natura potest intelligi dupliciter. ibi. 5.

Numeri in abstracto forma est vltima vnitatis. 10. quæst. nona. conclu. 2.

Numeri forma non est continuitas. 10. q. 10. conclu.

Numerus sonorus est subiectum in musica. 4. q. 9. cor.

Numerus in nullo subiecto est secundum totum, sed secundum partes. 5. q. 23. quartum.

Numerus non est vnus per solam aggregationem, sed est vnus per se simpliciter. 10. q. 7. conclu. 1.

Numerus est multitudo vnitatum. ibi. primum.

Numerus tria exigit. 10. q. 8. cor. not. 1.

Numerus est duplex. ibi. nota. 2.

Numerus abstractus non habet esse nisi in anima obiectiue. ibid. conclu. 1.

Numerus arithmeticus quis sit. ibi. not. 1.

Numerus applicatus rebus est verum ens reale, non dependens ab anima. ibi. conclu. 2.

Numerus non constituitur per vnitates, nisi vt fundant distinctionem vnus ab altera. 10. q. 9. conclu. 1.

Numerus formaliter est multitudo ex vnitatibus discretis de genere quantitatis constituta. ibi. ad primum contra primam conclu.

Numerus realis nullam habet vnitatem quæ possit dici vltima, nec aliqua habet ordinem ad alias. ibi. conclu. 3.

Numerus potest dici vnus dupliciter. 10. q. 10. cor. prin.

Numerus non est vnus formaliter, sed tantum materialiter. ibi. primum.

Numerus comparatur ad plura continua, sicut totum integrale ad suas partes. ibi. 1.

Numerus est entitas distincta à rebus numeratis. 10. quæst. 11. conclu.

Numerus vel entitas numeri est accidens absolutum. ibid. conclu. 2.

Numerus non est forma simplex, sed composita ex partibus. ibi. conclu. 3.

Numerus non est vnitatis transcendentis. 10. quæst. 12. conclu. prima.

Numerus vnus est vnus vnitatis numerali. ibi. conclu. 2.

Numerus & vnitatis quæ est principium numeri, non reperiuntur in omnibus generibus, sed tantum in genere quantitatis. 10. q. 13. con. cl. ra. 1.

Nutritio nõ est propriè generatio compositi quod nutritur. 7. q. 24. secundum.

Obiectum adæquatum potentie quid dicatur. ibi.

Obiectum potentie passiuæ se habet ad eam vt agens & mouens. 6. q. 6. cor.

Obiectum scientiæ practicæ non oportet esse rem distincta à praxi. 6. q. 3. par. 2. conclu. 2.

Obiectum dicitur obiectum quia obicitur potentie & habitui. 6. q. 8. cor. not. 3.

Obiectum metaphysicæ quid. ibi.

Obiectum mathematicæ quid. ibid.

Obiectum primo motuum & terminatiuum intellectus coniuñti sunt idem. 7. q. 13. conclu. ra. 1.

Obiectum esse causam volitionis potest intelligi dupliciter. 9. q. 12. cor.

Obiectum volitum aliquando est causa remota, partialis tamen actus voluntas. ibid. conclu. prima.

Obiectum nunquam est causa immediata sue volitionis, nec semper est causa efficiens, etiam remota. ibid. conclu. 2.

Obiectum se habet ad actu per modum formæ specificæ. ibi. tertium.

Obiectum apprehensum mouet per modum causæ finalis voluntatem. 9. q. 13. cor. me.

Obiectum potest dici adæquatum potentie dupliciter. 12. q. 17. cor. fi.

Obiectum adæquatum intellectus diuini est quidditas eius. 12. q. 19. conclu. ra. prima.

Obiectum aliquod esse medium intelligendi se, potest intelligi dupliciter. 12. q. 56. sextum.

Odio nullus potest habere Deum. 9. q. 16. tertium.

Omnia esse à Deo vt à prima causa omnium effectiue, potest probari demonstratiue. 12. q. 17. conclu.

Operationes vegetatiuæ & sensitiuæ non dicuntur praxes. 6. q. 2. cor.

Operationes aliquæ sunt ipse finis, nec aliquid habent, quod per eas fiat. 6. q. 3. cor. par. 2. conclu. 2. ra. 1.

Operationes intellectus, sequitur semper aliquod ens rationis. 6. q. 16. cor. sup. 2.

Opinio Alberti de tempore. 5. q. 24. cor.

Opinio Auer. Auic. & Simplicij de relatione. 5. q. 25. cor.

Opinio Heruei de actione. 5. q. 36. conclu. 5.

Opinio diuersa Heruei, Capreoli, & Scoti circa vltima quatuor prædicamenta. 5. q. 39. cor.

Opinio Auicenn. de scientia, vtum sit simplex qualitas. 6. q. 9. cor.

Opinio Heruei de ente rationis. 6. q. 16. cor.

Opinio diuersa S. Thom. Sco. & Auerrois de prioritate substantiæ respectu accidentis. 7. q. 10. cor.

Opinio diuersa S. Thom. Duran. Sco. & Burlei de primo cognito. 7. q. 11. cor.

Opinio Auicennæ & Alberti de genitis per semen & putrefactionem. 7. q. 21. cor.

Opinio tenentium inchoationem formarum. 7. q. 28. cor.

Opinio diuersa Commen. & Linco. de quantitate interminata. ibid.

Opinio Auicennæ de productione intelligentiarum. 7. quæst. 29. cor.

Opinio diuersa S. Tho. & Sco. de principio indiuiduationis. 7. q. 32. cor.

Opinio Commen. & Alberti de toto & partibus. 7. q. 42. cor.

Opinio Auicennæ & S. Tho. de eadem materia. ibi.

Opinio Platonis de ideis. 7. q. 25. cor.

Opinio Auicennæ de forma corporitatis. 8. q. 8. cor.

Opinio Scoti de pluralitate formarum. 8. q. 11. & 12.

Opinio Auer. de dimensionibus interminatis. 8. q. 17. cor.

Opinio S. Thom. quomodo differat ab opi. Commen. ibid. septimum. fi.

Opinio multorum de dimensionibus interminatis. 8. quæst. 18. cor.

Opinio S. Thom. de eo. vtum intensio formarum sit motus continuus. 8. q. 22. cor.

Opinio eiusdem singularis de minimo. 8. q. 23. cor.

Opinio diuersa Capreoli & aliorum, de intentione formarum substantialium. 8. q. 26. cor.

Opinio Henrici & Sco. de potentia obiectiua. 9. q. 1. cor.

Opinio S. Tho. & Sco. de libertate voluntatis. 9. quæst. 9. conclusio 2.

Opinio diuersa quorundam Thomistarum de actu voluntatis. 9. q. 11. cor. not. 2.

Opinio Heruei de actione immanente & transeunte. 9. q. 20. cor.

Opinio S. Tho. & Sco. de diuisione entis. 10. q. 1. cor.

Opinio Auicenn. de vnitatis. 10. q. 3. cor.

Opinio Sco. de identitate absoluta & relatiua. 10. quæst. 5. cor. par. 2.

Opinio Capreoli de coexistentia formarum contrariarum. 10. q. 22. cor. me.

Obiectum Metaphysici adæquatum est ens reale. 4. q. 5. primum.

Obiectum adæquatum intellectus, à quo habet intellectus quod sit vna potentia ab aliis distincta, est tantum ens reale. ibi. quartum.

Opinio Auic. de immobilitate intelligentiarum. 12. q. 6. cor. par. 3.
 Opinio Com. de materia cœli. 12. q. 7. cor.
 Opinio Commen. de distinctione cœlorum & stellarum. 12. q. 10. cor.
 Opinio Commen. de forma cœli, an sit intelligentia necne. 12. q. 11. cor.
 Opinio Com. de anima cœli. 12. q. 12. cor.
 Opinio Alex. Com. & S. Tho. de generatione vniuersa substantiarum. 12. q. 14. cor.
 Opinio Philosophorum & Theologorum de actione Dei, an sit de necessitate naturæ necne. 12. q. 19. cor.
 Opinio Arist. Auer. Auic. & Algazelis de necessitate intelligentiarum. 12. q. 20. cor.
 Opinio Com. de intellectu possibili, vel anima humana. 12. q. 23. cor.
 Opinio eiusdem de continuatione intellectus possibilis ad nos. 12. q. 24. cor.
 Opinio Themistij, Theophrasti, Alex. Auic. & Auer. de intellectu possibili. 12. q. 25. cor.
 Opinio Arist. de aternitate primi motus. 12. q. 30. cor.
 Opinio varia doctorum de aternitate mundi apud Auer. 12. q. 31. cor.
 Opinio Auic. de productione intelligentiarum. 12. quæst. 39. cor.
 Opinio S. Tho. & Sco. de indiuiduatione intelligentiarum. 12. q. 40. cor.
 Opinio Com. de infinitate primi motoris. 12. q. 41. cor.
 Opinio Auic. de intellectu agente. 12. q. 58. cor.
 Opinio Com. quod formæ abstractæ non possunt transmutare materiam. 5. q. 18. cor.
 Opinio Auic. de productione intelligentiarum. 12. q. 63. cor.
 Oppositio contradictoria & priuatiua differunt, sicut magis commune & minus commune. 10. quæst. 15. par. 2. corollarium.
 Oppositio contradictionis est maxima, & prima inter omnes oppositiones. 10. q. 18. concl.
 Oppositio contradictoria potest accipi dupliciter. ibi. notan.
 Oppositio differentiarum diuidendum aliquod genus est contrarietas. 10. q. 24. concl. 2.
 Optimum esse, est de ratione finis. 5. q. 3. secundum.
 Ordo præsupponit distinctionem eorum quæ ordinata sunt. 5. q. 1. cor. prin.
 Ordo dicitur multipliciter. ibi. cor. 2.
 Ordo inter aliqua quæ requirunt. 5. q. 27. concl. 2. infra.
 Ordo partium in toto, prout ille ordo & ipsum totum respiciunt locum, faciunt vnum prædicamentum per se. 5. quæst. 41. concl. 1. ra. 1.
 Ordo scientiarum de rebus naturalibus & mathematicis est triplex. 6. q. 11. cor. not. 1.
 Ordo essentialis in causis penes quid attendatur. 12. q. 18. tertium.

P

Pars mobilis mouetur actu per accidens, per se vero in potentia. 5. q. 20. septimum.
 Pars aliquota quid sit. 10. q. 3. cor. par. 2. not. 1.
 Pars totaliter abscissa nunquam reunitur secundum continuitatem. 18. q. 10. septimum.
 Pars integralis non prædicatur de suo toto in recto. 8. q. 13. cor. ra. 2.
 Partes elementi in misto, nec existunt per esse sibi proprium, nec per esse totius. 5. q. 23. cor. not. 1.
 Partes quantitatis esse in continuo in potentia, potest intelligi dupliciter. ibi. prin.
 Partes in continuo, licet non habeant esse sibi proprium, existunt tamen per esse totius. ibi. fi.
 Partes vniuersi essentielles, quæ sunt. 5. q. 29. secundum.
 Partes subiecti dependent à suo toto vniuersali. 5. q. 11. cor. notan. 5.
 Partes definitionis dicuntur formales, quis sensus. 7. q. 26. cor. 2. pro Auer.
 Partes materiæ & partes speciei sunt eadem res. 7. q. 30. concl. 1. contra. op.
 Partes essentielles compositi possunt considerari dupliciter. ibidem.
 Partes speciei & partes materiæ distinguuntur ratione. ibi. conclus. 2.
 Partes speciei quomodo dicantur semper remanere. ibidem. secundum.
 Partes in toto sunt per esse totius. 8. q. 10. primum.
 Partes substantiæ possunt dupliciter considerari. 5. quæst. 2. 1. secundum.
 Partes organice omnes actuantur per vnam & eandem formam substantialem. 8. q. 10. concl.

Particulare accipitur dupliciter. 12. q. 67. primum.
 Passio aliqua potest probare à subiecto, & à priori & à posteriori. 12. q. 2. cor. sup. 3.
 Passio demonstratur de subiecto, non quantum ad existentiam, sed quantum ad non repugnantiam. ibi. 1.
 Passio significat formam & relationem passi ad agens. 5. q. 38. quartum.
 Passio propria non pertinet ad quodquid est subiecti. 7. q. 20. cor. ra. 2.
 Passio propria est proprius effectus naturæ specificæ. 7. q. 21. cor. ra. 2.
 Passio licet sit idem cum subiecto, quantum ad existentiam, non tamen quantum ad essentiam. 10. q. 5. primum.
 Passio demonstrata inest subiecto per propriam eius rationem. 4. q. 1. cor. contra opin. ra. 1.
 Passio determinata in qualibet scientia est vna per se. 4. q. 9. cor. me.
 Passio per se conueniens superiori & inferiori, per prius conuenit superiori quam inferiori. 4. q. 10. cor. circa fi.
 Passio concipi non potest sine ratione sui subiecti. 4. q. 19. concl. 1. rat. 6.
 Passio entis nihil potest esse, nisi dicat aliquod positium. 4. q. 24. concl. 1. ra. 1.
 Passio distincta est duplex. ibi. quartum.
 Passio subiecti per se cadit in consideratione scientiæ. 5. q. 25. cor.
 Passionem veram quomodo dicatur habere ens. q. 17. cor. part. 2.
 Partes entis non conuertuntur cum ente, nec inter se conuertuntur. 4. q. 18. concl. 1.
 Passiones entis conuertuntur cum ente & inter se secundum essentiam. ibi. concl. 2.
 Passiones entis conuertuntur cum ente denominatiue. ibi. conclus. 3.
 Passiones entis distinguuntur ab ente, & inter se tantum ratione. 4. q. 21. concl.
 Passiones entis distinctæ possunt quantum ad alteram eius partem demonstrari ab alio quam à Meta. 12. q. 1. primum.
 Pater producit in se paternitatem. 5. q. 25. primum.
 Pater vna relatione refertur ad omnes filios quos habet. 5. q. 32. septimum.
 Paternitas est cuius esse est in solo patre. 5. q. 25. conclusio prima. ra. 2.
 Paternitas non est aliud à potentia generatiua. ibi. 1.
 Paternitas non fundatur super generare, aut genuisse. ibi. secundum.
 Per accidens dicitur aliquid quadrupliciter. 6. q. 13. cor. not. 1.
 Per accidens dicitur dupliciter. 12. q. 6. primum.
 Perfectio alterius potest aliquid esse dupliciter. 4. q. 24. conclusio 2. prin.
 Permanentia quælibet actualis existentie substantiarum corruptibilem mensuratur tempore. 12. q. 54. concl.
 Permanentia siue duratio existentie angeli, est idem cum existentia angeli, sed differt secundum rationem. 12. q. 56. concl.
 Phantasma causatur immediate ab indiuiduo quod est extra. 7. q. 11. quarta.
 Phantasma est singulariter & representatiuum rei singularis. 7. q. 12. concl. prin.
 Phantasma causat speciem virtute intellectus agentis. 7. q. 14. concl. infra.
 Phantasma non est totalis causa volitionis. 9. q. 10. concl. 2.
 Phantasmari aliquid dicitur proximius dupliciter. 7. q. 11. quarta.
 Plurificatur aliquid dupliciter. 8. q. 6. primum.
 Possibile accipitur dupliciter. 10. q. 18. octauum.
 Possibile esse aliquid, potest dici aliquid dupliciter. 12. q. 20. cor. sup. 2.
 Possibili in sensu composito posito in esse, nullum sequitur impossibile. &c. ibi. secundum.
 Potentia est duplex, scilicet actiua & passiuæ. 5. quæstio. 15. primum.
 Potentia actiua infinita non est in cœlo. ibi.
 Potentia actiua potest comparari ad duo. 5. q. 16. cor. prin.
 Potentia actiua id in quo agit necessariò distinguitur ab eo realiter. ibi. concl. 1.
 Potentia actiua distinguitur realiter ab ipsa transmutatione qua agit in aliud. ibi. concl. 2.
 Potentia est principium transmutandi, non primum, sed proximum. ibi. primum.
 Potentia potest accipi tripliciter. ibi. 2.
 Potentia obedientialis quid sit. 5. q. 17. cor.
 Potentia obedientialis & naturalis, potentia differunt, secundum respectuum, & non secundum absolutum. ibi.
 Potentia naturalis materiæ dicitur relatiue ad potentiam actiuam naturalem. 5. q. 18. cor.

Potentia

quàm illa in qua prædicatur diffinitio de diffinito, est necessaria. ibi.
 Propositio in primo modo dicendi per se, nõ habet causam inhærentiæ prædicati ad subiectum, licet hoc verum sit in secundo modo dicendi per se. ibi.
 Propositio ista, creabile est aliquid ab æterno, fuit vera. 9. q. 4. primum.
 Propositio quælibet categorica composita affirmatiua de inesse, non habens implicationem ex parte subiecti continentem aut impossibilem, & non æquiualens hypotheticæ, siue sit in primo modo, siue in secundo modo periclitatis, est semper vera, etiam rebus non existentibus, dummodo subiectum eius habeat conceptum vnum. 9. quæstio. 5. conclusio.
 Propositio quælibet affirmatiua vera de inesse significat aliquam identitatem prædicati cum subiecto & aliquam distinctionem eorum. ibi. cor. not. 2.
 Propositio quælibet conditionalis vera est necessaria, & est consequentia formalis. ibi. sup. 2.
 Propositio conditionalis aliqua potest esse vera, dato quod antecedens & consequens sint falsa. ibi. sup. 3.
 Propositio ista, homo est animal, est vera & aterna. ibidem. ra. 2.
 Propositio quælibet negatiua vera habet affirmatiuam veram priorem ad quam reducitur. ibi. ra. 4.
 Propositio Philosophi ab eo quod res est, vel non est, oratio dicitur vera vel falsa, quomodo intelligitur. ibi. septimum.
 Propositio de sensu composito requirit veritatem instantaneam. 9. q. 17. cor.
 Propositio conditionalis ita potest fieri cum hac dictione, cum, sicut cum hac dictione si. ibi. primum.
 Propositio philosophi, omne quod est dum est, necesse est esse, quomodo intelligitur. ibi.
 Propositio prædicta est necessaria, necessitate immutabilitatis, & non necessitate absoluta. ibi.
 Propositio de inesse, stat cum aliqua de possibili. ibi. secundum.
 Propositio philosophi, id quod est posterius est perfectius, quomodo intelligatur. 9. q. 22. secundum.
 Propositio philosophi, omne ens alteri comparatum, vel est idem vel diuersum quomodo intelligitur. 10. q. 6. cor. not. primum.
 Propositio Commentatoris, quod colores mediij componuntur ex colore & c. quomodo intelligatur. 10. quæst. 23. cor. ra. 5.
 Propositio ista, omne receptiuum debet esse denudatum à natura recepti, quomodo intelligatur. 12. q. 59. primum.
 Propositio ista, Deus sciuit sortem cursum, nõ est necessaria absolute. 6. q. 35. primum.
 Propositio etiam metælis in quantum propositio, non est vnitatis. 6. q. 16. conclus. 2.
 Propositio mentalis affirmatiua quid significat. 6. q. 19. cor. notan. 2.
 Propositio aliqua dicitur esse per accidens dupliciter. 7. q. 5. cor. par. 2.
 Propositiones non sunt resolubiles nisi propter terminos ex quibus constituuntur. 4. q. 19. cor.
 Propositiones formales veras & falsas vide. 9. quæst. 7. per totum.
 Propositiones due Aristotelis 8. Physicorum, & 20. metaphysicæ de infinitate primi motoris quomodo intelligantur. 12. q. 46. cor. not.
 Propositionis huius homo est animal rationale, nulla est causa efficiens connexionis significati. 4. q. 12. cor.
 Proprietas conuenit subiecto cuius est per aliquid prius quod est ratio. 5. q. 21. conclus. 2. ra. 3.
 Proprietas superioris generis, non pertinet ad scientiam habentem pro æquato subiecto aliquod genus inferius. 4. q. 16. cor.
 Punctus est omnino indiuisibilis. 5. q. 20. cor.
 Punctus & huiusmodi indiuisibilia sunt entia positiua, & nõ pura negatiua. ibi.
 Punctus distinguitur realiter à linea, & linea à superficie, & superficies à corpore. ibi.
 Punctus non potest separari à linea. ibi.
 Punctus est in subiecto diuisibili. ibi. primum.
 Punctus cognoscitur conceptu positiuo. ibi. secundum.
 Punctus est primum principium omnium dimensionum. 8. q. 18. cor. ra. 2.

Qualitas dicitur sensibilis dupliciter. 6. quæstio 11. primum.

Qualitas separata ab omni subiecto, non potest quouis modo alterate materiam, nec habere actionem, siue realiter

siue intentionaliter. 7. q. 7. cor. 1.
 Qualitas existens in quantitate separata ab omni subiecto potest habere tam actionem realem quam intentionalem. ibi. conclus. 2.
 Qualitas accipitur dupliciter. 10. q. 13. quartum.
 Qualitas nulla composita ex extremis est simplex. 10. q. 22. cor. sup. 1.
 Qualitates elementorum solæ sunt elementis proxima ratio agendi, non tamen prima & principalis. 7. quæst. 7. septimum.
 Qualitates primi ordinis quomodo intenduntur. 8. q. 22. cor. primum. con. S. Tho.
 Qualitates passiuæ quæ dicantur. 9. cor. per totum.
 Qualitates aliquæ implicanc respectum, & aliquæ non. 9. q. 21. primum.
 Qualitates primæ tantum sunt in elementis & non secundæ. ibi. cor. sup. 2.
 Qualitates elementorum non manent actu in misto. 10. q. 22. septimum.
 Quantitas est res distincta à substantia. 5. q. 19. cor.
 Quantitas ponitur in materia, siue in substantia materiali propter duo. ibi. not.
 Quantitas si separatur à substantia, substantia non est in loco circumscriptiue: sed diffinitiuè tantum. ibi. sextum.
 Quantitas connotat respectum tantum in obliquo. 5. q. 23. primum.
 Quantitas est principium particularitatis, & indiuiduationis & distinctionis. 5. q. 13. cor. not. 2.
 Quantitas diuiditur in continuam & discretam tanquam in duo genera subalterna. 5. q. 24. cor. me.
 Quantitas habens positionem tria requirit. ibi. no. 2.
 Quantitas est principium indiuiduationis quo ad esse distinctum & significatum & demonstrabile. 7. q. 34. cor.
 Quantitas & quodlibet accidens est vnum subiecto cum eo in quo est. ibi. quartum.
 Quantitas terminata & interminata quid sit. 7. q. 35. cor.
 Quantitas indiuiduat prout est quantitas terminata. ibi. secundum.
 Quantitas quantum ad esse distinctum est prior materia & forma. ibi. tertium.
 Quantitas non potest esse in materia sine forma substantiua. 8. q. 4. primum.
 Quantitas substantiæ materialis, quod sit determinata ad aliquam magnitudinem vel paritatem, non est ratio materiae. sed forma. 4. q. 7. cor. 3.
 Quantitas quomodo consequatur materiam vel formam. ibi. primum & secundum.
 Quantitas eadem manens numero in materia, potest esse nunc magis, & nunc minus extensa. 8. quæstio. 18. cor. notan. 2.
 Quantitas non suscipit magis & minus. 8. q. 17. cor.
 Quantitas potest augeri dupliciter. ibi. primum.
 Quantitas per prius dicitur de quantitate dimensionis quam perfectionalis. 10. q. 2. cor. par. 3. sup. 1.
 Quantitas dimensionibus potest considerari dupliciter. 10. q. 3. cor. prima. not. 1.
 Quantitas virtualis est forma actiua. 10. q. 11. cor.
 Quantitatem habere esse abstractum, & eandem considerare abstractiue differt. 6. q. 11. primum.
 Quantitatem recipiendi proxima ratio non est materia, nec forma, sed proprium potentiale de genere quantitatis. 8. q. 7. cor. 1.
 Quantitatem suscipiendi prima ratio per quam in aliquo recipitur, non est forma, sed materia. ibi. conclus. 2.
 Quantitates particulares non habent ex sua singularitate quod fundent æqualitatem, sed hoc habent ex communi ratione specifica. 5. q. 34. cor.
 Quantitatis formalis ratio est diuisibilitas. 4. quæstio. 16. quartum.
 Quantitatis ratio quid sit. 5. q. 21. cor.
 Quantitatis habentis positionem tres sunt species. 5. quæst. 24. cor.
 Quantitatis immediatum subiectum est substantia composita & non materia. 8. q. 7. sup. 1.
 Quantitatis terminus est duplex. 8. q. 18. cor. not. 3.
 Quæcunque sunt idem per se alicui tertio, habent tantam identitatem inter se quantum habent in illo tertio. 4. q. 20. cor.
 Quæstio an est, est quæstio simplex, & quæstio quia est, est quæstio composita. 4. q. 3. quintum.
 Quæstio an est, & quia est, in Deo non differunt secundum rem, sed secundum modum. ibi.
 Quæstio an est, potest determinari per demonstrationem. 12. q. 2. cor. par. 2. ra. 1.
 Quidditas quælibet, vti abstrahit ab omni esse, simpliciter quam

quam secundum quid, tam substantiali, quam accidentali non habet rationem boni. 4. q. 16. cor.
 Quidditas rei haberi non potest, nisi habeantur omnia quae cadunt in conceptu quidditativo eius. 6. q. 1. cor. ra. 4.
 Quidditas aliqua puta humanitas nihil includit in se formaliter, nisi quod conuenit ei in primo modo dicendi per se. 7. q. 31. cor. not. 3.
 Quidditas rei materialis, non solum est quid compositum ex materia & forma. 7. q. 26. conclu.
 Quidditates substantiarum materialium sunt de se indifferentes. 7. q. 31. conclu. 1.
 Quodquid est considerare aliquam scientiam quid sit. 6. q. 1. cor.
 Quodquid est, quid sit. ibi.
 Quodquid est considerari potest esse dupliciter. ibi.
 Quodquid est nulla scientia particulari considerat, sed tantum metaphysica. ibi. cor. 1.
 Quodquid est non potest demonstrari de eo cuius est. ibid. corollarium 2.
 Quodquid est predicatur in recto de eo cuius est. 7. quaest. 20. cor.
 Quodquid est potest accipi dupliciter. ibid.
 Quodquid est requirit duo. ibid.
 Quodquid est & id cuius est, sunt idem realiter. ibid. conclu. 1.
 Quodquid est non est separatum secundum esse ab eo cuius est. ibi. conclu. 2.
 Quodquid est non distinguitur ratione ab eo cuius est. ibid. conclusio 3.
 Quodquid est, & id cuius est, in his quae sunt per accidentis non sunt idem. ibi. conclu. 4.
 Quodquid est potest accipi concretive & abstractiue. ibid. tertium.

R

Ratio significata per ens, non saluatur in ente rationis. 4. q. 5. cor.
 Ratio formalis obiecti tria requirit. 4. q. 10. cor.
 Ratio formalis est triplex. 6. q. 8. cor. not. 3.
 Ratio proxima recipiendi quantitatem non est materia nec forma, sed proprium potentiale de genere quantitatis. 8. q. 7. conclu. 1.
 Ratio prima per quam aliquid est susceptiuum quantitatis non est forma, sed materia. ibi. conclu. 2.
 Ratio recipiendi formam substantialem & quantitatem, est eadem. ibid. quintum.
 Ratio mensurae per prius repetitur in uitate, quam in omnibus aliis. 10. q. 2. cor. par. 3. conclu.
 Ratio mensurae est passio quantitatis. ibi. supp. 2.
 Ratio intelligentis in primo principio est perfectior absolute ratione intellecta, & quomodo. 12. super tex. comm. 51. circa medium.
 Rationes Arist. de aeternitate primi motus. 12. q. 30. cor. conclu. 1. ra. 1. infra.
 Radius incidens & reflexus quid sit. 7. q. 9. cor. par. 2.
 Rarefactio corporis tria exigit. 8. q. 27. cor. cir. med.
 Rarefactio non exigit aliam numero quantitatem in corpore rarefacto, quae sit maior quam prius. ibid. conclu. 2.
 Raritas est qualitas consequens morum localem partium corporis quod rarefit. 12. q. 14. tertium.
 Realitas extremorum absque distinctione reali non sufficit ad actualem relationem realem in utroque extremo. 5. q. 29. cor.
 Realitates sunt in duplici differentia, scilicet completae & incompletae in specie. 7. q. 19. tertium.
 Receptibile in altero habet rationem actus respectu eius a quo recipitur. 7. q. 33. cor. not. 1.
 Reflecti aliquid super seipsum potest intelligi dupliciter. 10. q. 8. tertium.
 Regressus a priuatione ad habitum quando dicatur. 10. q. 19. cor. sup. 1.
 Regressus a priuatione perfecta quae non habet ordinem ad subiectum nisi mediante habitu, non potest fieri ad habitum. ibi. cor. 1.
 Regressus potest esse ad habitum a priuatione quae est coniuncta formae contrariae. ibi. cor. 2.
 Regressus est a priuatione ad habitum, quando priuatio per prius habet ordinem ad subiectum quam habitus ei oppositus. ibi. cor. 3.
 Relatio rationis potest exterminare relationem realem. 4. q. 10. sextum.
 Relatio prioritatis non est de ratione formalis principij. 5. q. 1. cor.
 Relatio agentis ad passum non fundatur super actione. 5. q. 4. quintum.
 Relatio continetur sub ente diuiso in decem predicamenta. 11. q. 15. cor. 1. ra. 4. infra.

Relatio requiritur necessario ad quamlibet actionem naturalem. ibi. ra. 5.
 Relatio identitatis rei ad seipsam, & relatio quae relatio fertur ad subiectum, est rationis tantum. ibi. cor. 2. ra. 2.
 Relatio totius ad partes est rationis tantum. ibi. tertium.
 Relatio dominij aliquando est realis, aliquando rationis. ibi. quartum.
 Relatio quare dicatur habere debilius esse ceteris predicamentis. ibi. septimum.
 Relatio est ens ad aliud, tanquam ad terminum. 5. q. 26. cor. not. 2.
 Relatio ex sua propria ratione ponit aliquid, accipiendo aliquid prout distinguitur contra nihil. ibi. cor. 1.
 Relatio non habet ex sua propria ratione quod dicat ens reale. ibi. cor. 2.
 Relatio praesentis conuenit in aliqua ratione communi cum aliis generibus accidentium & prater hoc habet aliquam rationem sibi propriam. ibi.
 Relatio est minimae entitatis. ibi. ra. 3.
 Relatio non habet realitatem suam a termino. ibi. conclusio tertia.
 Relatio habet realitatem a fundamento. ibi. cor. 4.
 Relatio producibilis ad productiuum est rationis tantum. 9. q. 4. secundum.
 Relatio realis dicitur duo, scilicet realitatem & relationem. 5. q. 26. primum.
 Relatio potest considerari dupliciter. ibi. quartum.
 Relatio realis non potest terminari ad non ens tanquam ad concretum. 5. q. 17. cor. 1.
 Relatio opposita relationi reali potest esse relatio rationis. ibi. cor. 2.
 Relatio entis ad non ens, non habet fundamentum reale & non est realis. ibi. cor. fi.
 Relatio & fundamentum sunt eadem res. 5. q. 28. cor. con.
 Relatio realis mutua tria requirit. 5. q. 29. cor. prin.
 Relatio realis & relatio consequens rem ex natura rei, cor.
 Relatio quaelibet agentis ad passum & productentis ad productum est relatio realis in utroque extremo, excepta relatione primi motoris. ibi. cor. 3.
 Relatio realis mutua non est in reatiujs tertij modi. ibid. conclu. 4.
 Relatio non potest fundari in relatione. ibi. primum.
 Relatio non solum potest significari nomine reatiujs, sed etiam nomine absoluto. 5. q. 30. cor. no. 2.
 Relatio mutua est in reatiujs tertij modi. ibi. conclu. prima.
 Relatio fundata in predicamento substantiae est in predicamento relationis. 5. q. 31. cor. me.
 Relatio praesupponit extrema cum ab eis dependeat. ibidem. tertium.
 Relatio non praesupponit accidentia absoluta. ibi. quartum.
 Relatio non est proprie via, sed respectus ad terminum. 5. q. 32. secundum.
 Relatio materiae ad formam quam non habet, licet sit rationis tantum, tamen relatio eiusdem ad formam quam habet est realis. 7. q. 3. primum.
 Relatione dicere aliquid ex sua ratione potest intelligi quadrupliciter. 5. q. 26. cor. prin.
 Relationem habere realitatem a fundamento quomodo intelligitur. ibi. cor. 4.
 Relationes aliquae sunt realiter extra intellectum, & nullo modo per opus intellectus. 5. q. 25. cor. prima.
 Relationes aliquae sunt rationis tantum. ibi. conclu. 2.
 Relationes quatuor modis variantur. 5. q. 27. cor. 2. not.
 Relationes omnes consequentes quantitatem, quae sunt inter extrema realiter distincta, sunt relationes reales in utroque extremo. 5. q. 29. cor. 2.
 Relationes oppositae non possunt esse in eodem fundamento. 5. q. 30. cor. 2. ra. 2.
 Relationes cognoscuntur per proprias species. 10. q. 16. cor. 1. ra. 2.
 Relationi accidit quod sit idem substantiae vel accidenti. 5. q. 31. primum.
 Relationis formalis ratio non constituit formalem rationem sui fundamenti. 4. q. 23. cor. ra. 1.
 Relationis terminus potest accipi dupliciter. 5. quaest. 27. cor. supposit. 2.
 Relatiuorum quaedam sunt per se, quaedam per accidens. 5. q. 30. cor. prin.
 Relatiuorum per se quaedam sunt secundum esse, quaedam secundum dici. ibi.
 Representare non est agere. 7. q. 14. cor. sup. 3.
 Resistentia est duplex, actiua & formalis. 12. q. 28. 63. cor. ratio. 1.
 Resistentum dicere aliquid potest esse dupliciter. 6. q. 17. cor. par. 2.

Respectus intrinsecus & extrinsecus quid sit apud Sco. 5. q. 39. cor.
 Respectus quos important quatuor vltima praedicamenta non sunt de genere relationis. 5. q. 41. cor. con. 2.
 Respectus quem importat mensura est duplex. 10. quaestio. 2. cor. prin.
 Respectus rei mensurae ad mensuram est respectus realis. ibidem.
 Res quae actu, aut potentia intelligitur potest considerari dupliciter. 4. q. 1. not. 2.
 Res relatiua non in quantum relatiua, sed in quantum ens potest concipi non ad aliud. ibi. tertium.
 Res nulla est in potentia ad seipsam. 4. q. 12. cor.
 Res non potest intelligi sub opposito ei, cui est idem realiter. ibi. cor.
 Res aliqua cognita, quod nullo modo sit dubia, potest contingere propter duo. 1. q. 14. cor.
 Res quae cognoscitur habet duo in se. 4. q. 16. cor. not. 1.
 Res aliqua potest dici esse tripliciter. 4. q. 30. cor. not. 4.
 Res ut stant sub ratione siue intentione praedicamenti, distinguuntur per diuersos modos praedicandi. 5. quaestio. 13. con. 1.
 Res aliqua secundum rem alteri coniuncta dupliciter potest se habere ad ipsam. 6. q. 11. cor. not. 4.
 Res quas intellectus intelligit, habet duplex esse. 6. q. 18. cor. not. 2.
 Res differens & indifferens sunt eadem res. 7. quaest. 31. secundum.
 Res possunt habere triplex esse. 9. q. 4. cor.
 Res non habet in se esse quidditatum ante sui productionem extra intellectum: sed habuerunt in causis suis vel in intellectu. ibi. cor.
 Res in corruptione substantiali quomodo amittat nomen & definitionem. 9. q. 5. secundum.
 Res eadem est virtus resistiua & virtus actiua. 9. quaestio. 6. conclu. 1.
 Res non actu existentes in rerum natura a nobis intelligi possunt. 9. q. 7. con.
 Res nulla potest reducere seipsam primo de potentia ad actum quocumque modo accipiat ut motus siue mutatio. 9. q. 8. con. 2.
 Refurrectio est quaedam diuina operatio, & non generatio. 7. q. 24. tertium.
 Rosa existens, actu mere substantialiter accepta nihil addit super quidditatem rosae. 9. q. 3. cor.
 Rosa potentialis nihil habet in se reale a quo denominetur potentialis. ibi.
 Rosa antequam producat, est in causis suis. ibi. ra. 4.
 Rosa fuit in genere ab aeterno. ibi. tertium.
 Rosa non existente, haec est vera, rosa est substantia. 9. quaestio. 4. quar.
 Rosae entitas in sole est nobilior quam in seipsa. ibi. cor. fi.

Sanguis menstruosus est purus qui est materia fetus. 8. q. 16. cor. prin.
 Scibile & scientia non sunt eiusdem ordinis. 5. q. 29. conclu. 4. ra. tertia.
 Scibile non ut scibile, sed ut causa scientiae refertur ad ipsam. ibi. tertium.
 Scibile non denominatur scibile per relationem realem quae est in scientia. 5. q. 30. cor. con. 2.
 Scibile dicitur aliquid dupliciter. 6. q. 13. cor. not. 2.
 Scientia est ens & vnum per se, proaeio.
 Scientia subalternata accipit a subalternante immediata & proxima principia suarum conclusionum. 4. quaest. 9. cor. par. 2. ra. 1.
 Scientia accipitur dupliciter. 4. q. 10. cor. prin.
 Scientia aliqua dupliciter dicitur realis. ibi. quintum.
 Scientia duplici relatione potest refertur ad scibile. 5. quaest. 25. quintum.
 Scientia dependet a scibili. 5. quaestio. 29. conclusio. 4. ra. 3. confir.
 Scientia quaelibet considerat principia & causas sui obiecti. 6. q. 1. cor. 1.
 Scientia nulla particularis probat esse subiectum suum. ibi. corollarium.
 Scientia particularis non diffinit suum subiectum adequatum, potest tamen diffinire aliqua quae continentur sub tali subiecto. ibi. tertium.
 Scientia speculatiua non quaelibet est nobilior simpliciter qualibet practica licet sit dignior secundum quid. 6. quaest. 8. con.
 Scientia quaelibet habens pro obiecto ens reale, est dignior omni quae habet pro obiecto ens rationis. ibi. ra. 2.
 Scientia differt a speciebus causatis a pharasmatis. 5. q. 9.

cor. ante con.
 Scientia libri de caelo, est alterius rationis a scientia libri de generatione. 6. q. 8. cor. corollarium secundum.
 Scientia accipitur dupliciter. 6. q. 13. cor. not. 3.
 Scientia nulla potest probare suum subiectum esse. 12. q. 2. cor. corollarium quartum.
 Scientia doctoris non causat scientiam in discipulo. 12. q. 21. cor. con.
 Scientiam vnam esse altera perfectiorem potest intelligi dupliciter. 12. q. 1. sextum.
 Scientiam aliquam considerare quod quid est, quid sit. 6. q. 1. cor.
 Scientias distinguui specie ex obiecto formali & ex principiis idem est secundum rem. 6. q. 8. cor. coroll. tertium.
 Scientiae subalternantis subiectum secundum se acceptum non est de ratione alicuius differentiae quam addit scientia subalternata. 4. q. 9. cor.
 Scientiae principium est duplex. 4. q. 8. cor.
 Scientiae speciales distinguuntur per oppositum ad scientias vniuersales. 6. q. 1. cor.
 Scientiae dicuntur vniuersales ex duplici causa. ibi.
 Scientiae speciales quae sunt ibi.
 Scientiae quaedam aliis certius demonstrant. 6. q. 1. coroll. tertium.
 Scientiae speculatiuae de quibus loquitur Philosophus 6. metaphysicae, sunt tantum tres. 6. q. 7. con.
 Scientiae possunt dupliciter distinguui distinctione formali. 6. q. 8. cor. not. 2.
 Semen habet virtutem animae per quam semen agit attingendo animam. 7. q. 29. secundum.
 Semen habet duo in se, scilicet, corpulentam substantiam, & spiritum spumofum. ibi.
 Semen agit in virtute non existentis. ibi. tertium.
 Semen viri continet multitudinem spirituum habentium calorem caelestem & elementarem. 8. q. 16. cor. not. 2.
 Semen maris quomodo sit principium actiuum generationis. ibi. not. 3.
 Semen viri tantum est actiuum, & non mulieris. ibi.
 Semen viri & mulieris sunt eiusdem speciei. ibi. tertium.
 Sensibile dupliciter refertur ad sensum. 5. q. 29. tertium.
 Sensus harum locutionum, homo in quantum homo, est ab homine, in quantum animal, est ab animali, quis sit. 5. q. 28. cor.
 Sensus compositus, & diuisus non possunt esse nisi in his quorum vnum ab altero separari potest. 5. q. 10. cor.
 Sensus dicti philosophi, substantia est prior tempore accidentis, quis sit. 7. q. 10. cor.
 Siccitatis est potentia actiua. 9. q. 7. primum.
 Siccitatis plus est resistiua quam actiua. ibi. secundum.
 Similitudo, & dissimilitudo non opponuntur contrarie: nec contradictorie: non priuatiue, nec reatiue. 5. q. 28. tertium.
 Similitudo, & aequalitas sunt distinctae res, conueniunt tamen in vno modo referibilitatis. 3. q. 28. sextum.
 Similitudo, & dissimilitudo fundatae super eandem albedinem sunt vna res, & duae relationes. 5. q. 40. tertium.
 Simplicia cognoscuntur a nobis per negationem compositorum. 5. q. 20. secundum.
 Simplicitas sola non sufficit ad perfectionem: sed simplicitas cum substantia dicit perfectionem. 12. q. 26. tertium.
 Simultas est relatio realis. 12. q. 31. sextum.
 Singulare sensibile non est primo cognitum ab intellectu. 7. q. 12. con.
 Situs primo, & per se conuenit quantitati, & per eam subtilitatis quantae. 5. q. 19. cor. prin.
 Situs potest accipi dupliciter. 7. q. 34. quintum.
 Sonoritas in proportionem consistens est ratio formalis subiecti musicae. 4. q. 9. cor.
 Sonoritas potest accipi dupliciter. ibi.
 Species non predicatur per se de differentia. 4. q. 20. cor. par. 2. conclu. 1.
 Species non est de ratione formali differentiae. ibi. ra. 2.
 Species specialissima non diuiditur per differentias formales. 5. q. 30. cor. 2. ra. 3.
 Species in intellectu non habens completam rationem scientiae nisi in quantum sunt ordinatae. 6. q. 9. con.
 Species intentionalis in medio representatiua coloris non causatur effectiue a lumine, sed a colore. 7. quaest. 9. primum.
 Species intelligibilis non causat existentiam rei: sed abstracta ab esse, & non esse. 7. q. 13. primum.
 Species accipitur dupliciter, scilicet abstractiue, & concretiue. 7. q. 32. quintum.
 Species quomodo dicatur atoma. ibi. sextum.
 Species in intellectu existens representat tantum quidditatem & non

& non ea, quæ accidunt quidditati. 9. q. 7. cor. 12. 7.
Species duas esse æque perfectas est impossibile. 12. quæst. 4. conclu.
Species rerum non sunt essentialiter ordinatæ sicut causæ efficiens, quis sensus. 12. q. 5. tertium.
Species dicitur ad genus, & non ad indiuiduum. 12. quæstio. 5. 1. primum.
Specificas perfectiones in infinitum procedere non implicat contradictionem. 12. q. 5. con.
Speculatio est actus, siue operatio intellectus, non ordinata ad aliquam actionem regulandam, quæ verè sit praxis &c. 6. q. 1. cor. par. 1.
Stella nõ est eiusdem speciei cum suo orbe. 12. q. 10. tertium.
Subalternatio scientiæ est duplex, scilicet quantum ad principia, & quantum ad modum. 4. q. 9. cor.
Subalternatio non est quantum ad subiecta, sed quantum ad modum cognoscendi. ibi.
Subalternari vñam scientiam alteri quid sit. ibi.
Subalternatam scientiam habens nõ habet euentiam illorum principiorum quæ accipit à subalternante, sed tantum credit ea. ibi.
Successio quæ reperitur in quantitate habente positionem non est ipsamet entitas temporis. 5. q. 24. cor.
Successio non est in incorruptibilium permanentia actuali, sed eorum duratio est tota simul. 21. q. 26. con.
Successio intentionum ponitur secundum Theologos in substantiis abstractis, licet non ponatur secundum metaphysicum. 12. q. 61. cor. primum. contra con.
Successuum potest dici aliquid dupliciter. 12. q. 61. quintum.
Sufceptiuum contrarium esse immediatè est proprietas substantiæ compositæ. 7. q. 9. 15. 4.
Subiectum, & prædicatum esse, est esse relatiuum. 5. quæstio 25. con. 2. ra. 1.
Subiectum libri de cælo est ens mobile ad vbi. 6. q. 8. cor. 2.
Subiectum libri de generatione est ens mobile ad formam. ibidem.
Subiectum quodlibet oportet habere principia, & proprias passiones. 4. q. 8. cor.
Subiectum alicuius totalis scientiæ esse quid sit. 4. q. 10. cor.
Subiectum metaphysicæ est abstractum à materia. 4. quæst. 15. cor.
Subiectum scibile potest esse illud quod potest concipi conceptu quidditatiuo, & conceptu denominatiuo. 4. q. 17. cor.
Subiectum esse potest intelligi dupliciter. 12. q. 1. primum.
Subiectum quodlibet receptiuum accidentis absoluti est ali quod potentiale de genere illius accidentis, quo median te substantiam recipit accidens. 12. q. 26. con. 2.
Substantia non est minoris realitatis quàm prima passio. 4. q. 5. cor.
Superficies est indiuisibilis in profunditate. 5. q. 20. cor.
Superius omne includitur quidditatiuè in suis inferioribus. 4. q. 3. cor.
Sufficiens conuenit adæquatè soli composito. 7. quæst. 23. tertium.
Substantia addit super ens negationem quæ consequitur omnem substantiam. 5. q. 14. cor.
Substantia est ens per se, quis sensus. ibi. secundum.
Substantia materialis intrinsecè componitur ex distinctis entitatibus diuersarum rationum. 5. q. 22. cor. princ.
Substantia est prius tempore accidente. 7. q. 10. con.
Substantia prius cognoscitur quam accidens. 7. q. 14. conclu.
Substantia cognoscitur per propriam speciem. 7. q. 14. con.
Substantia tanquam principalis pars entis consideratur, in metaphysica principaliter. 12. tex. commen. 1.
Substantia sensibilis habet naturam. 12. super. tex. comment. 6. conclusio.
Substantia qualibet sensibilis generatur ab aliquo agente vniuoco. 12. q. 13. conclu.
Substantia nulla fuita incorruptibilis potest esse mensura alterius. 12. q. 55. con. 1.
Substantia intelligentiæ est eius intellectui ratio intelligendi seipsam. 12. q. 59. conclu. 2.
Substantiam primam sempiternam necesse est non esse in potentia. 12. tex. comm. 30.
Substantiarum separatarum actualis permanentia nullam habet successione: sed eorum duratio est tota simul. 12. q. 53. conclu.
Substantiarum corruptibilium omnis permanentia actualis existentiæ mensuratur tempore. 12. q. 54. conclu.
Substantiæ separatæ secundum esse non sunt principia subiecti metaphysicæ, sed continentur sub subiecto eius. 4. q. 10. primum.
Substantiæ separatæ non mouentur localiter secundum Aristotelem. 4. q. 15. secundum.
Substantiæ separatæ componuntur ex aliquo possibili. ibi.

ad primum articulum.
Substantiæ materiali adueniunt accidentia ordine quodam. 4. q. 16. cor.
Substantiæ separatæ cognoscuntur à nobis per priuationes proprietatum rerum naturalium. 5. q. 20. secundum.
Substantiæ partes possunt considerari dupliciter. 5. quæ. 21. secundum.
Substantiæ sensibili, & insensibili est aliquid commune analogum, & non vniuocum. 12. super. tex. commen. 6.
Substantiæ abstractæ sunt in genere. 12. q. 57. con. 1.
Substantiæ abstractæ distinguuntur genere physico à substantiis corruptibilibus, & à corporibus cælestibus. ibid. conclu. 2.
Substantiæ abstractæ possunt considerari quadrupliciter. 12. q. 55. cor. sup. quartum.

Tempus non est formaliter successio. 5. q. 24. cor. not. 3.
 Tempus est numerus prioris & posterioris partis motus. ibi. notan. 4.
 Tempus quo ad suum materiale est quid continuum: quantum verò ad suum formale est numerus. ibi.
 Tempus quare potius ponitur inter quantitates continuas quam discretas. ibi. ad dubium.
 Tempus habet partibilitatem à motu. ibi. quartum.
 Tempus mēsurans motum localem potest accipi dupliciter. 12. q. 45. cor. sup. 1.
 Tempori conuenit continuitas, & successio, & extensio non ex se, sed ex motu. 5. q. 24. cor. notan. 4.
 Terminus generationis est duplex. 4. q. 22. cor.
 Terminus generationis est tam forma, quam esse: sed aliter, & aliter. ibi. tertium, primæ opi.
 Terminus formalis productionis non fit mediante actione à se realiter distincta. 5. q. 4. primum.
 Terminus relationis propriè loquendo est quid absolutum. 5. q. 30. secundum.
 Terminus ponitur in diffinitione relationis. 6. q. 34. concl. 1.
 Terminus ponitur in conceptu quidditatiuo relationis. ibi. conclusio. 2.
 Terminus ponitur in diffinitione relationis tantum extrinsece. ibi. con. 3.
 Terminus generationis, qui & quo quid sit. 7. quæst. 34. cor. sup. 1.
 Terminus à quo in intensione non est priuatio formæ intensæ: sed est aliquod positium. 8. q. 20. cor. par. 2. sup. 3.
 Terminus transmutationis est duplex. 12. q. 21. primum.
 Termini motus possunt considerari dupliciter. 8. quæst. 22. secundum.
 Termini isti tot, & quot, accipiuntur dupliciter. 10. quæst. 13. quartum.
 Terminus aliquem impossibile est æque primo significare conceptum absolutum, & relatiuum. 5. q. 38. cor. not. 3.
 Totum vniuersale non dependet à partibus subiectiuis. 6. q. 11. cor. not. 5.
 Totum potest abstrahi à quibusdam suis partibus: licet non ab omnibus. ibi.
 Totum distinguitur realiter à partibus. 7. q. 42. cor. 1.
 Totum non distinguitur à partibus per aliquid additum toti: sed distinguitur seipso. ibi. con. 2.
 Totum differt seipso toto prout ly toto, stat categorematice: & non vt stat syncategorematicè. ibi. sextum.
 Totum distinguitur à qualibet sui parte, sicut effectus distinguitur à qualibet sui causa. 9. q. 8. cor. sup. 2.
 Totum potest esse vel dici aliquid tripliciter. 12. tex. com. 2.
 Transcendentia quamlibet rem consequuntur. 4. q. 17. cor.
 Transmutationis terminus est duplex. 12. q. 22. primum.
 Transmutationes esse alterius rationis potest esse dupliciter. 7. q. 21. primum.
 Transmutationes non distinguuntur ex terminis tantum, sed etiam ex principiis. ibi.

Vbi, non est res distincta à loco. 5. q. 40. con. 2.
 Vbi, & locus sunt eadem res, sed ratione distinguuntur. ibi. not. 1.
 Vbi & positio fundantur super continentia passiuæ locali & partium eius à loco. 5. q. 41. con. 1.
 Vbi est duplex, scilicet diuisibile & indiuisibile. ibi. cor. par. 2. princip.
 Vbi, indiuisibile acquiritur in instanti, & in tempore, diuersimodè tamen. ibi. con. 1.
 Vbi aliud & aliud est in toto motu continuo, & in quolibet instanti temporis mensurantis motum localem. ibid. con. 2.
 Vbi, diuisibile non acquiritur totum simul, sed per partem post partem. ibi. conclu. 3.
 Vbi, diuisibile non acquiritur partibiliter secundum partes mobilis. ibi. proposi. prima.

Vbi diuisibile non acquiritur partibiliter secundum partes dimensionales simultaneas ipsius. ibi. proposi. 2.
 Vbi diuisibile non acquiritur partibiliter secundum partes essentialis eo modo quo dicitur partes essentialis illæ secundum quas aliqua forma intenditur. ibi. prop. 3.
 Vbi diuisibile mobile acquiritur secundum partes successiuas, quarum vna succedit alteri, ita quod quælibet pars vbi informat totum mobile successiue. ibi. prop. 4.
 Vbi, & locus inseparabiliter se concomitantur. ibid. quintum.
 Velocitas potest dici infinita dupliciter. 12. quæstio. 44. cor. prin.
 Velocitas potest dici maxima dupliciter. ibi. primum.
 Velox & tardum sunt passiones motus. 12. q. 56. tertium.
 Veritas formaliter est conformitas, quæ est relatio rationis rei quæ est extra ad seipsam vt est obiectiue in intellectu enuntiatiuo. 6. q. 16. con. 3.
 Veritas formaliter non est obiectum intellectus. ibi. primum.
 Veritas significat rem absolutam cum implicatione respectus. 6. q. 17. con.
 Verum est ens conforme intellectui. 4. quæstio. 19. conclusio 2. ra. 1.
 Verum est prius bono. 4. q. 24. con. 2.
 Verum & bonum non possunt comparari secundum prius & posterius. ibi. ra. 2.
 Verum potest aliquid denominari tripliciter. 6. quæst. cor. sup. 3.
 Verum, & falsum non sunt differentiæ orationis, sed accidentia per accidens. 6. q. 5. secundum.
 Verum siue dicatur de rebus siue de intellectu significat duo, scilicet, rem absolutam & respectum. 6. quæstio. 17. par. 2. prin.
 Verum potest accipi dupliciter, scilicet, pro veritate propositionis, & veritate rei. 9. q. 3. cor. si.
 Virtus agentis principalis dupliciter recipitur in instrumentis. 7. q. 29. secundum.
 Virtus in semine potest considerari dupliciter. ibi.
 Virtus formatiua potest esse principium diuersitatis membrorum. ibi. tertium.
 Virtus feminis conuertit sanguinem menstruosum in carnem & ossa & nervos. 8. q. 10. con. ra. 2.
 Virtus in semine quare dicatur virtus formatiua. 8. q. 16. cor. not. 3.
 Virtus regitiua quid sit. ibi.
 Virtus resistiua & virtus actiua sunt eadem res. 9. quæst. 6. cor. not.
 Virtus motiua est in omni substantia habente desiderium. 12. q. 35. con. 1.
 Virtus motiua in substantiis abstractis mouētibus orbes in inferiores non est distincta realiter ab intellectu & voluntate. ibi. con. 2.
 Virtus infinita non est in magnitudine. 12. q. 46. con.
 Virtus potest dici esse in magnitudine tripliciter. ibid. not.
 Visibilitas accipitur dupliciter. 4. q. 9. cor. circa si.
 Visibilitas per se conuenit colori. 7. q. 36. cor. primum, contra conclusio.
 Visualitas vt consideratur à perspectiuo est ratio lineæ & non passio. 6. q. 13. secundum.
 Visualitas non est essentialis differentia lineæ. 7. quæst. 36. sextum.
 Viuens dicitur aliquid dupliciter. 9. q. 5. secundum.
 Viuere est illud esse, quod vita dat rei viuenti. 4. quæst. 12. quintum.
 Vniu materia ad formam est ipsamet materia vnita. 5. q. 31. tertium.
 Vnitas consequitur vnquamque rem in quantum ipsa est ens: & non in quantum est tale vel tale ens. 4. quæstio. 2. septimum.
 Vnitas est triplex, scilicet, formæ, analogiæ, & disunctionis. 4. q. 3. cor. prin.
 Vnitas conceptus formalis non sufficit ad vnitatem genericam vel specificam. 4. q. 4. cor.
 Vnitas speciei fundatur in ente reali tanquam in fundamento. 5. q. 11. secundum.
 Vnitas specifica scientiarum non sumitur ex formali, ratione obiecti in quantum est obiectum, sed ex ea quæ sibi conuenit in quantum est res quædam. 6. q. 8. con. 3.
 Vnitas specifica est tantum vnitas rationis. 7. q. 31. conclusio 3. ra.
 Vnitas nature potest considerari tripliciter. 7. quæstio. 40. cor.
 Vnitas potentia non sumitur ex modo agendi, sed ex obiecto. 9. q. 15. quartum.

Vnitas realis formarum absolutarum est perfectior multitudi dine. 10. q. 1. tertium.
 Vnitas quomodo dicatur mensura omnium numerorum. 10. q. 2. per. 2. not. 2.
 Vnitas est eiusdem generis proximi cū speciebus numerorum. ibi. secundum.
 Vnitas mensurat vnitates. ibi.
 Vnitas qua lapis est vnus numero est eius continuitas, siue quantitas dimensiuæ. 10. q. 3. con. 1.
 Vnitas potest accipi duobus modis. ibi. primum contra auctorem.
 Vnitas abstrahit à situ secundum rationem formalem, licet habeat in situ suo esse naturæ. ibi. secundum.
 Vnitas in sua ratione formali est simplicior puncto. ibi.
 Vnitas siue vnus per quod mensurantur omnia, non est eadem. 10. tex. com. 4.
 Vnitas vltima est forma in numero abstracto: & non in numero quod est ens reale. 10. q. 9. con. 2.
 Vnitates possunt comparari dupliciter. 10. q. 12. conclu. 2. infra.
 Vnitates non constituunt numerum, nisi vt conueniunt & sunt vnitas in forma numeri. 5. q. 21. quartum.
 Vnitate sunt quinque modi. 8. q. 28. cor. not. 1.
 Vnitate est triplex modus. 10. q. 7. cor. not. 1.
 Vniuersalia magis sunt prius nobis nota. 7. q. 21. con.
 Vniuersalia sunt incorruptibilia, quis sensus. 7. quæstio. 40. quintum.
 Vniuersalia relatiua non possunt separari à singularibus. 7. q. 41. con. 2.
 Vniuersalia absoluta de prædicamento accidentis Deus potest separare à singularibus. ibi. con. 3.
 Vniuersalia nullum habent extra animam. 9. quæstio. 4. con. clu. ra. 1.
 Vniuersale cognoscitur ad intellectum tantum directè & non reflexè. 7. q. 15. cor. sup. 2.
 Vniuersale est, quod est natum esse in multis. 7. q. 31. concl. 2. ra. 5.
 Vniuersale de prædicamento substantiæ impossibile est separari à singularibus. 7. q. 41. con.
 Vniuersale quomodo dicatur esse incorruptibile. 12. q. 8. con. 2. not.
 Vniuersale potest accipi dupliciter. 12. q. 51. sextum.
 Vniuocatio perfecta est tantum in specie specialissima. 12. q. 14. cor. no. 2.
 Vniuocationi non sufficit quod prædicatum sit quidditatiuū & essentialis subiecto, sed quod ratio eius æqualiter repræ sentet, &c. 4. q. 4. quartum.
 Vniuocum omne dicit aliquam rationem contrahibilem. ibi. cor. me. ra. 1.
 Vnius conceptus est compositus ex conceptu entis & conceptu indiuisiōis. 4. q. 23. cor. not. 1.
 Vnius ratio est esse indiuisum in se, & ei accidit esse diuisum ab alio. 4. q. 24. tertium.
 Vnum non opponitur multitudini quoad positium quod significat, sed solum ratione indiuisiōis quam dicit. 4. q. 18. quartum.
 Vnum dicit indiuisiōem non per consignificationem siue connotationem, sed per propalationem. 4. q. 21. cor. secundum.
 Vnum non addit vñ aliquid positium, sed tantum priuationem. 4. q. 23. cor.
 Vnum accipitur tripliciter. ibi. not. 1.
 Vnum propriè acceptum non dicit purū positium nec puram priuationem, sed vtrūque. ibi.
 Vnum propriè acceptum in reo dicit positium, in obliquo autem priuationem. ibi.
 Vnum dupliciter potest dici distingui ab ente. ibi. secundum.
 Vnum est prima passio entis. 4. q. 24. cor.
 Vnum dicit priuationem formalis diuisiōis. ibi.
 Vnum non dicit puram realitatem, sed etiam aliquid rationis. 4. q. 28. primum.
 Vnum dicitur aliqua in genere remoto & non in genere propinquo. 5. q. 1. cor.
 Vnum numero potest dici aliquid dupliciter. 5. quæst. cor. par. 2.
 Vnum numero dicuntur propriè ea quæ habent eandem materiam, non simpliciter, sed sub eiusdem dimensionibus. ibi. con.
 Vnum per se faciunt ea solum, quorum vnum est vt actus & alterum vt potentia. 7. q. 5. con. 2.
 Vnum esse numero aliqua, potest intelligi dupliciter. 9. q. 4. tertium.
 Vnum quod est principium numeri opponitur numero vt mensura mensurato, & non vt priuatio habitui. 10. quæst. 2. quartum.

Vnum quod est principium numeri addit super vnum transcens aliquid positium, quod est ratio mensuræ siue esse partem aliquotam. 10. q. 3. cor. par. 2. con. 2.

Vnum numerale; & vnum transcensens se habent sicut superius & inferius. ibi. not. 2.

Vnum numerale quid dicat in sua ratione. ibi.

Vnum in quantum ad rationem positium dicit rem de genere quantitatis. ibi. tertium.

Vnum non est substantia rei quæ est vna. ibi. tex. comm. 6.

Vnum & multa non opponuntur contradictoriè. 10. q. 4. concl. 1.

Vnum & multa non opponuntur relatiuè. ibi. con. 2.

Vnum & multa opponuntur priuatiuè & contrariè. ibidem. concl. 3.

Vnum transcensens potest accipi dupliciter. ibi. not. 1.

Vnum numerale superaddit continuitati tantum in diuisione. ibi. not. 2.

Vnum dicit negationem rationis. ibi. par. 2.

Vnum per se non fit ex substantia & accidente. 7. quæst. 5. conclusio 2.

Vnum potest prædicari dupliciter. 10. q. 14. cor. sup. 1.

Vnum potest dici aliquid dupliciter. ibi. sup. 2.

Vnum esse ab alio potest dici dupliciter. 12. q. 1. secundum.

Vnum possunt dici aliqua dupliciter, scilicet positiuè & negatiuè. 12. q. 8. con. 2. not.

Volitio non est de genere actionis. 5. q. 37. primum.

Volitio primæ causæ est productio effectuum, nec requiritur alia actio productiua. 12. q. 34. con.

Volitio & productio sunt idem realiter, sed non formaliter. ibi. primum.

Volitio diuina non habet rationem productionis nisi dum effectus est. ibi. tertium.

Volitio & imperium & executio sunt idem secundum rem, sed distinguuntur ratione. 12. q. 35. primum.

Volitionis causa potest esse obiectum dupliciter. 9. quæst. 12. cor. prin.

Voluntas antequam moueatur à fine actu est, & pro tunc nullum habet finem. 5. q. 2. quartum.

Voluntas potest continuare volitionem suam per tempus. 8. q. 21. cor. sup. 2.

Voluntas est suamet libertas essentialiter. 9. q. 9. conclusio. 1. ratio. 2.

Voluntas absolutè considerata non est libera libertate contradictionis, sed vt præsupponit aliquem actum rationis &c. ibi. con. 2.

Voluntas est actiua suarum operationum. 9. q. 10. concl. 1.

Voluntas non producit actum suum in quantum est præcise voluntas. ibi. primum.

Voluntas cum notitia obiecti est nobilior ipsa voluntate, vt fiat sub volitione. ibi. secundum.

Voluntas non habet totam actiuitatem respectu volitionis, sed cum ea concurrat vna alia causa partialis quæ non est voluntati ratio agendi &c. 9. q. 11. con.

Voluntas mouetur ad actum suum ab obiecto apprehenso per modum causæ finalis. 9. q. 13. cor. circa me.

Voluntas non est sufficiens causa actus sui, sed cum ea concurrat notitia obiecti tanquam causa partialis, minus ta-

men principaliter quam voluntas. ibi.

Voluntas non determinatur ad alterum duorum obiectorum ex se ipsa. 9. q. 14. cor. ra. 1. contra opi. primam.

Voluntas imperat intellectui vt iudicet quid sit eligendum. ibi. notan. 2.

Voluntas de duobus bonis nõ determinabit eligendū hoc, vel illud sine iudicio rationis. ibi. not. 3.

Voluntas determinat intellectum aliquando positiuè, aliquando negatiuè. ibi. not. 4.

Voluntas seipsam determinat ad actum habendum vel non habendum. ibi.

Voluntas intelligit necessitari dupliciter. 9. q. 15. cor.

Voluntas necessario mouetur ab aliquo obiecto, id est, à summo bono in vniuersali apprehenso quo ad specificationem actus. ibi. con. 1.

Voluntas non necessitatur metaphysice loquendo quo ad exercitium actus ad apprehensionem alicuius obiecti. ibi. concl. 2.

Voluntas non potest actu velle vel nolle id quod est actu apprehensum. ibi. sup. 2.

Voluntas est magis libera libertate contradictionis respectu sui proprii actus quam respectu actus cuiuscunque potentia. ibi. ra. 1.

Voluntas potest velle aliquid dupliciter. 9. q. 16. cor. fi.

Voluntas impossibile est quod velit impossibilia volitione absoluta. ibi. con. 2.

Voluntas potest velle impossibilia volitione conditionata. ibidem.

Voluntas non potest velle impossibilia formaliter. ibi.

Voluntas potest habere velle super substantiam abstractam: non tamen potest velle se esse substantiam abstractam. ibi. quartum.

Voluntas in eo instanti in quo vult aliquid, est determinata determinatione de inesse & non determinatione de possibili. ibi. cor. ra. 5.

Voluntas præcise & secundum se accepta est liberior intellectu libertate contradictionis, intellectu secundū se præcise accepto. 9. q. 18. con. 3.

Voluntas necessitatur determinate tantum respectu finis. ibi ratio. 1.

Voluntas potest mouere effectiuè alias potentias ad proprias operationes, licet ipsa à nulla moueatur effectiue sufficienter. ibi. ra. 3.

Voluntas non mouetur necessario ab obiecto, nec ab aliqua potentia neque ad actum primum nec secundum. ibi. fi.

Voluntatem determinari ad alteram partem contradictionis potest intelligi dupliciter. 9. q. 14. cor. not. 4.

Voluntatem determinari ab intellectu, est actum voluntatis esse talis vel talis speciei. ibi. cor. fi.

Voluntatis operatio potest dici aliquid dupliciter. 6. quæst. 2. cor.

Voluntatis actus causa totalis non est phantasma. 9. q. 10. con. 2.

Voluntatis actus causa sine qua non, est notitia obiecti. 9. q. 13. cor. prin.

Vrina nullam habet formam absolutam per quam dicatur sana. 7. q. 1. tertium.

F I N I S.



PAVLI SONCINATIS

ORDINIS PRÆDICATORVM VITÆ REGVLARIS, CONGREGATIONIS

LOMBARDIÆ: SACRÆ THEOLOGIÆ
PROFESSORIS

In libros *Metaphysicæ Aristotelis acutissimæ* *Quæstiones.*

PRO O E M I V M.



Ordo ser-
uandus in
scientiis.

Ordo & di-
uisio libro-
rum meta-
physicæ à
quarto vs-
que ad 12.

O V N I A M sicut inquit Commentator Auer. primo Metaphysic. commen. 27. scientiæ non sunt aliud quàm species: & ista sunt quæ constituantur ex vniuersali: quæ verba dupliciter intelligi possunt, scilicet aut de speciebus quæ repræsentant simplices quidditates rerum: aut de his quæ repræsentant aggregatum ex subiecto & propria passione, quod est ad quatuor significatum contradictionis demonstrata. Et siue habitus scientificus sit, hæc aut ille species, necesse est eas coordinatas: eò quod scientia est ens & vnum per se: quum reponatur tanquam genus subalternum in prædicamento: de quibus omnibus disputabitur lib. 6. Propterea ad tradendam, & explanandam metaphysicam Arist. quæ sententiarum omnium nobilissima est: & simul scientia, ac sapientia est, oportet quod in ea explananda, ordinatissimè procedamus. Qualis autem ordo in scientiis obseruandus sit, docet Aristor. 1. posteriorum. vbi dicit quod in vnaquaque scientia oportet cognoscere subiectum & partes eius & passiones, quorum omnium prior, est notitia subiecti: per cuius rationem formalem (sive talis ratio formalis sit definitio: siue non) insunt ei propriæ passiones: & de ipso demonstrantur. Subiectum autem in metaphysica est ens: vt ab omnibus est concessum. De ente autem nihil loquutus est Aristoteles, aut in 1. aut in 2. aut in 3. lib. metaphysicæ: sed statim in 4. lib. text. comm. primi de ente incepit loqui, dicens metaphysicam versari circa ens: & ea quæ per se insunt enti. Et ideo si propriè loquamur: metaphysica incipit in li. 4. tres verò primi tangunt quædam quæ huic arti præuia sunt, & ei deferuntur: vt declarabitur. Prima igitur consideratio erit de ente & hoc fiet in lib. 4. Secunda consideratio erit de passionibus entis, quæ passiones bifariam diuiduntur. Nam aliquæ sunt passiones quæ enti adæquatè insunt: & cum eo conuertuntur: & huius sunt omnia transcendentia. Aliæ verò sunt passiones distinctæ: puta contingens, & necessarium. Idem & diuersum: actus & potentia: & alia eiusmodi: quæ non tamen diuidunt ens: sed etiam ea quæ sub ente continentur, tanquam partes. Actus enim & potentia diuidunt quodlibet genus entium. Et substantiarum aliqua est necessaria: aliqua vero contingens. De passionibus adæquatis enti tractatur in 4. lib. & præsertim de vno, quod est prima inter istas passiones: & immediatè consequitur rationem entis. De reliquis verò adæquatis: præsertim de bono & vero, agitur in 6. lib. cuius ratio dicitur post. Post tractatum de ente & de prima eius passione adæquata, sequitur tractatus de partibus subiectiuis entis. Diuiditur enim ens immediatè in decem prima genera rerum quæ appellantur decem prædicamenta: & harum consideratio habetur lib. 5. vbi etiam agitur non tamen de significatis decem generum: sed etiam de multiplici significato aliorum terminorum pertinentium: aut primariè, aut secundariè ad naturas prædicamentorum & hoc fit vt sciatur quæ sunt illa significata, quæ ad metaphysicum pertinent. Ex his autem significatis quædam excludit consideratione metaphysicæ: puta ens rationis: quod dicitur ens verum, significatum per propositiones constitutas ex terminis priuatiuis: puta cum dicitur, cæcitas est, & hoc fit in 6. lib. In quo quia fit mentio de tali ente vero consequenter agitur etiam de vero, quod conuertitur cum ente & etiã

de bono: nam de vtrisque tangit etiam Philosophus aliquid in tex. Hoc excluso ab ista arte, disputat de naturis entium, quorum aliqua sunt substantiæ: aliqua verò sunt accidentia. Sed quia accidens dependet à substantia, & quantum ad esse, & quantum ad cognitionem: ideo si quis perfectè cognoscit substantiam, statim poterit etiam cognoscere naturam accidentis: & propter hoc intendit metaphysicus facere expressè tractatum tantummodo de substantia. Communem autem est omni substantia habere quidditatem: per quam est talis substantia: sicut Deus deitate est Deus: & homo humanitate est homo: & de his quidditatibus agit in lib. 7. declarando quæ sunt illa quæ requiruntur ad quidditatem & quomodo se habet quidditas: ad id, cuius est quidditas: tam in substantiis compositis: quàm in simplicibus: non tamen ibi loquitur de aliqua quidditate particulari, sed tantum absolūtè, & vniuersaliter de ipsa quidditate, siue de quod quid est. Substantiarum verò aliquæ sunt materiales & corruptibiles, aliquæ sunt immateriales & æternæ, puta cælum: aliquæ sunt immateriales & incorruptibiles vt intelligentiæ. De substantiis materialibus, corruptibilibus agit lib. 8. declarando quod componuntur ex materia & forma & quomodo ista se habeant inter se & ad compositum. In li. 9. postea agit de passionibus distinctis: quæ non reperiuntur in omni ente secundum quamlibet earum partem: sed aliqua pars est tantum in quibusdam scilicet de actu & de potentia. Nam in substantiis immaterialibus, ita est actus quod non potentia: in substantiis verò materialibus est vtrumque. De quadam alia passione distincta, scilicet de eodem diuerso, & de his quæ ad eam consequuntur, puta, de oppositionibus, agit in lib. 10. In 11. non facit speciale tractatum: sed epilogat ea quæ superius dicta sunt. In 12. agit de substantiis æternis siue sunt corporeæ, siue incorporeæ. Et ita completus est tractatus omnium substantiarum & consequenter accidentium, quia cognitio subiecto, cognoscitur accidens, & consequenter totius entis: quia omne ens aut est substantia, aut accidens. Primi verò tres libri ita distinguuntur. In proœmio primi manifestat dignitatem huius scientiæ: & declarat modum per quem acquiruntur habitus scientifici: quia per sensum & experimentum: & quod ordine quodam deueniunt intentiones rerum ex sensibus ad metaphysicum. In lib. 2. quia ista scientia est de ente & de veritate simpliciter, præmittit: quod veritas est vno modo facilis, & alio modo difficilis dicens quod difficultas est ex parte materiæ quædoque, quod quomodo sit verum disputabitur lib. 4. huius. Postea tex. comm. 3. dicit hanc scientiam esse speculatiuam, sed quia non potest sciri an aliqua sit scientia sit speculatiua, nisi cognoscatur quomodo distinguitur speculatio à praxi, de qua quidem agitur sexto libro ideo iste tractatus differtur ad illum locum tex. com. 4. vbi dicit quod non cognoscitur veritas rei nisi per causam. Et quia non possent cognosci omnes causæ rei si in eis procederetur in infinitum, probat à tex. comm. 5. quasi vsque in finem, quod in nullo genere causarum est processus infinitus: de quibus omnibus agitur lib. 12. vbi est tractatus de causâ prima efficiente, & forma, & sine. lib. tertio enumerat 28. quæstiones, quæ postea soluntur in libris sequentibus: & ita etiam nos faciemus. Alio etiam modo possunt diuidi libri metaphysicæ. Nam metaphysica est sapientia. Ad sapientem pertinent 7. primum est reprobare omnes aliorum errores, & hoc facit libro primo, Secundum est

Conuenientia omnium substantiarum.

12. Met. con. 5.

Diuisio & ordo trium priorum librorum metaph.

Alia totius met. diuisio.

trahere modum generalem perueniendi ad veritatem, & hoc facit libro secundo. Tertium est disputare de difficultibus quæstionibus arguendo ad partem vtramque: vt dicit Comm. lib. 3. meta. comm. 1. & hoc facit lib. 3. Quartum est defendere prima principia: & hoc facit lib. 4. Quintum est explicare genera ia significata terminorum, & ea inducere ad aliquod primum, & hoc facit lib. 5. Sextum est excludere ab arte, quæ eam non pertinent, & veritates vniuersalissimas quæ sunt demonstrabiles demonstrare. & hoc facit lib. 6. vsque ad vndecimum: nam in 6. excludit ens per accidens, & ens rationis. In nono de septimo & octauo agit de substantiis. In nono de actu & potentia. In 10. de vno & multo, quæ sunt æqualis ambitus cum ente. Septimo de actibus spiritualibus pertractat. & hoc facit lib. 12. vbi agit de primo principio & de intelligentiis.

QVÆSTIO II.

Vtrum ens dicat vnum conceptum formalem.

QVÆSTIO prima est, vtrum ens dicat vnum conceptum explicitè & distinctè ponentem in numerum cum aliis conceptibus. Et arguitur quod non. Primo sic. Ea quæ sunt primò diuersa, non conueniunt in aliquo ratione communi: vt patet 10. Meta. sed 10. prædicamenta sunt primò diuersa: & conueniunt in ente: ergo ens non dicit vnam propriam rationem. Maior patet: quia si conueniant in aliquo, oportet quod etiam in aliquo differant. Minor probatur, tum quia decem genera sunt simplicissima: & non componuntur ex duobus conceptibus, vt dicit Comm. 3. meta. comm. 10. & Philosophus in 10. tex. comm. Confirmatur: quia Comm. 10. met. dicit quod non inuenitur aliquid quod sit commune prædicamento substantiæ & qualitatis & aliis generibus. Et Philosophus & Comm. 3. phys. tex. & comm. 4. dicunt, quod non est possibile inuenire aliquid commune 4. generibus, ad quæ est motu. Confirmatur secundò quia decem prædicamenta non essent primò intellecta: quia ens esset altius & primò intellectum, sed Comm. 3. meta. dicit quod decem genera sunt primò intellecta: & Porphyrius dicit quod sunt principia altissima & prima. ergo. Secundo, ille conceptus qui est idem omnibus rationibus nullo penitus sibi addito, non habet in se vnam rationem: sed conceptus sibi est huius. ergo. Maior patet: quia quæcumque vni & eidem sunt eadem: sunt etiam eadem inter se, illo modo identitatis quo conueniunt in tertio, & per consequens si ens diceret vnam rationem identificatam omnibus rationibus nullo addito: sequitur quod omnia entia essent simpliciter eiusdem rationis. Minor probatur. Nam quod ratio entis coincidat cum omni alia ratione, satis patet: quia de omnibus prædicatur essentialiter. Quod autem hoc sit nullo addito, probatur: quia aut illud additum est ens, aut nihil. Non ens, quia ens entis non additur. Si nihil, habetur propositum. Tertio si ens dicit vnam rationem propriam & distinctam, aut illa ratio est absoluta, aut relatiua, sed non est relatiua, quia conceptus entis est primus omnium, conceptus autem relatiuis non potest esse primus: sed præsupponit absolutum in quo fundetur. Non etiam est absolutus: quia nullus conceptus diuiditur in se & suum oppositum: sed conceptus entis diuiditur in absolutum & relatiuum, ergo.

Comm. 10. in præmissis vniuersalium.

vt Auere.

vt S. Tho. & Sep.

Conceptus obiectiuus, intentiones intellectæ, continuantur cum intentionibus & formis imaginatis: constat autem quod intentiones intellectæ, quæ sunt ipsæ nature, quæ intelliguntur. Patet etiam ex his de Ca. vbi quæ conceptibus attribui solent. Dicitur enim quod conceptus est subiicibilis & prædicabilis. Subiici autem & præ-

dicari conuenit ipsis rebus quæ intelliguntur. Vnde philosophus 7. metaph. tex. commen. 34. sic dicit: Illa autem quæ sunt ex aliquo, sicut & illa quæ sunt ex materia: quædam duntaxat cum fuerint non illud, vt quod dicitur illa materia: sed secundum respectum ad illud: vbi dicit Com. quod Philosophus ponit differentiam inter materiam & formam, quia forma prædicatur per se de habente formam. Materia vero non. Idolum enim non est cuprum nec homo est caro. Et comm. 41. dicit quod in primis substantiis, prædictum est substantia subiiciti. Et tertio de anima com. 21. dicit quod intellectus dum componit propositiones, componit rem cum re. Quod etiam confirmat. 5. met. comm. 34. & 6. meta. commento 8. Quod verò conceptus in mente existens, dicatur conceptus, siue intentio formalis, patet ex communi modo loquendi: & præsertim ex comm. 3. de Anima, quasi per totum. Secundum est quod res, quæ actu, aut potentia intelligitur, potest dupliciter considerari. Vno modo quantum ad actuale existentiam cui natura subiicitur. Et hoc modo ipsa est semper singularis quia existentia conuenit indiuiduis primò & per se: vniuersalibus autem secundariò. Vnde Philosophus dicit in prædicamentis, quod secundæ substantiæ, non existunt nisi in primis. Et hoc modo accepta res, non dicitur conceptus obiectiuus, quia vt sic nulli obicitur, sed potius subiicitur existentie. & potius appellatur res subiicibilis. Alio modo consideratur, prout est immutans intellectum ad sui intellectiōem: vel prout est terminus intellectiōis: & sic appellatur conceptus obiectiuus. Tertium est quod conceptus & ratio idem sunt: & eo modo quo distinctum est de conceptu, distinguendum est etiam de ratione. Pro notitia verò primæ opinionis notanda sunt duo. Primum est, quod quilibet conceptus communis habet aliquam confusionem: ratione cuius dicitur communis & indifferens, & indistinctus, respectu eorum quibus est communis, licet hæc confusio sit in diuersis, secundum magis & minus. Conceptus enim specificus, puta hominis, habet duo in se. Primum est comprehendere indifferenter omnes homines, & ratione huius indifferenter comprehensionis, est confusus. Secundum est dicere vnam naturam determinatam, scilicet humanitatem, & ratione huius est distinctus. Conceptus autem genericus maiorem habet confusionem, quia comprehendit indifferenter plures species. Est tamen distinctus: in quantum dicit vnam naturam. Nam animal, dicit sensibilitatem. Sed hæc non est tanta vnitas sicut in conceptu specifico: quia conceptus genericus est distinguibilis formaliter per plures differentias, quod non conuenit conceptui specifico. Ex quo patet quod conceptus genericus est dupliciter confusus. Vno modo quia dicit omnes suas species implicitè & confuse. Alio modo: quia licet dicat vnam naturam, illa tamen natura est distinguibilis per plures rationes formales. Conceptus autem entis non dicit aliquid vnitatè distinctum & indistiguibile formaliter, sicut species. Nec dicit aliquid medio modo se habens, sicut conceptus genericus: sed tantum hoc habet quod dicit omnia confuse & implicitè, nec habet aliam vnitatem nisi vnitatem huius confusionis. Secundum est quod vnitas conceptus potest confingere ex duobus, scilicet ex vnitate conceptibilis, & ex vnitate modi concipiendi. Ex vtroque istorum conceptus genericus & specificus habent vnitatem. Conceptus autem entis est vnus ex altero istorum tantum, scilicet ex vnitate modi concipiendi, qui modus est confusio, non autem est vnus vnitate conceptibilis.

Conceptus genericus est dupliciter confusus.

Sed contra hanc opinionem arguitur tenendo cum secunda opinione quod ens dicat aliquam rationem propriam & distinctam. Primo. Illud quod est substantiam alicuius conclusionis demonstratæ, habet necessariò aliquam propriam rationem. Sed ens est huiusmodi, cum in prima Philosophia, multa de ente demonstrantur, ergo Minor patet ex tota metaphysica. Maior probatur. Tum quia passio demonstrata inest subiecto per propriam eius rationem, vt patet primo poster. comm. 25. Tum quia de subiecto præcognoscitur quid & quia. Notitia quid rei, est notitia conceptus quidditatiui. Secundò ratio dans habitibus & potentis distinctionem & specificationem, est in se distincta propria: alioquin nunquam posset inter alia ponere distinctionem, nec alicui dare vnitatem, quia nihil dat alteri, saltem per se oppositum suæ rationis. Albedo enim non dat alicui quod sit formaliter nigrum. Sed ens distinguit metaphysicam ab aliis scientiis specialibus. 4. meta. & intellectum ab aliis potentiis, cum ens commune sit obiectum tam primæ philosophiæ quam etiam intellectus & tam potitiuè, quam habitus distinguantur per actus, ergo ens dicit vnam rationem propriam & distinctam. Tertio impossibile est aliqua comparari in vno tertio, nisi illud

Impugnatio opinio- nis præmis

illa dicat aliquam vnam rationem. Nam comparari aliqua in vno tertio, non est querere de propriis rationibus eorum, sed cui eorum magis conueniat illud tertium in quo comparantur: sicut cum queritur, vtrum nix sit albius signis, non sit questio de propria ratione nixis aut signis, sed cui eorum magis conueniat ratio albi. Sed de his quæ sub ente continentur, queritur quod eorum sit magis ens: puta, cum queritur, vtrum substantia sit magis ens quam accidens, ergo ens dicit vnam propriam rationem. Quod cum dicitur à Philosopho 4. meta. tex. cap. 1. quod ens in quantum ens insunt aliquæ proprietates: quæro quod reduplicatur per ly in quantum. Aut enim reduplicatur tantum aliqua ratio eorum, quæ sub ente continentur, puta hominis, vel equi: aut omnes rationes simul, aut propria ratio entis. Non primum: quia nulla ratio particularis est, per quam primò conueniant alicui proprietates vniuersales, scilicet bonum verum, vnum & alia huius. Non secundum: quia nulla passio conuenit pluribus æquè primo & per se, vt patet ex definitione vniuersali, primo posteriorum. tex. comm. 2. ergo relinquatur quod reduplicetur ipsa propria ratio entis.

Primo diuersa in nullo conuenire, tripliciter intelligitur.

Ad argumenta in oppositum responderetur. Ad primum conceditur quod decem prædicamenta sunt primò diuersa. Nam propositio, in qua vnum de altero negatur, est immediata, vt patet primo posteriorum. comm. 12. puta dicendo, nulla substantia est quantitas. Sed primò diuersa in nullo conceptu conuenire possit intelligitur tripliciter. Vno modo quod non conueniant in aliquo conceptu formali, & sic est falsum, quod patet. Tum quia ab omnibus quæ sunt aliquo modo similia, potest intellectus abstrahere vnum conceptum formalem, omnia autem entia conueniunt in hoc quod est esse. Tum quia Deus & homo sunt primò diuersa, & tamen commune est vtrique esse subsistens, & esse absolutum. Si autem queratur, quis est iste formalis conceptus entis, communis omnibus? Dico quod est id quod format in se mens, dum apprehendit ens pura dicendo, quod ens est id, cui conuenit esse: constat autem quod hæc ratio communis est omnibus. Alio modo potest intelligi quod primò diuersa non conueniant in aliqua vna natura vniuersali, & sic est verum, sed non est contra nos, quia non ponimus ens habere talem vnitatem. Tertio potest intelligi quod non conueniant in vno conceptu reali obiectiuo habente vnitatem distinctam, siue vnitatem analogicæ & comparationis, & sic est falsum: & hoc modo conueniunt in ente, quonia de quolibet verificatur esse substantiam aut accidens. Philosophus autem intelligit quod nihil est eis commune secundo modo. Item ad confirmationes dicitur quod sunt primò intellecta, quia nullus est conceptus obiectiuus ab eis præcisus. Nam conceptui formali immediatè correspondent in re ipsa decem genera, & propter hoc patet ad vtramque confirmationem. Ad secundum dicitur quod si intelligitur de ratione formali, siue conceptu formali, minor est falsa, formali enim rationis entis addunt omnes alij conceptus, sed differenter. Nam aliqui addunt tantum eas rationes, puta, vnum quod dicit ens, & superaddit negationem diuisionis, & bonum quod addit rationi entis respectum ad appetitum, & verum quod addit respectum ad intellectum. Isti autem sunt respectus rationis vt patet infra. Quam alij non sic addunt, sed ideo dicuntur aliter quia dicuntur ens magis contractè & limitatè, quàm significatur per formalem conceptum entis. Cum ergo argueretur. Aut adunt aliquid aut nihil. Dico quod addunt aliquid rationis, nec repugnat quod enti reali addatur ens rationis. Dico præterea quod ea quæ addunt secundo modo, non addunt aliquid nec nihil, sed addunt aliquid, quia exprimentur aliquid aliter, quam exprimentur per hoc nomen, ens. Si vero intelligitur de conceptu obiectiuo, negatur minor, quia conceptus obiectiuus correspondens conceptui formali entis, est hoc distinctum substantia vel accidens: conceptus verò correspondens conceptui formali substantiæ, est altera pars determinatè illius distincti. Dico præterea quod si maior illius argumenti intelligitur de ratione conceptu præcisio, ipsa est vera: si vero intelligitur de conceptu distincto, est falsa. Quodam tamen negant maiorem absolutè: quando tale correspondens est illimitatum, & exemplificant de diuina essentia, quæ est eadem ratioibus diuinis & tamen relationes inter se distinguuntur, ens autem est illimitatum. Sed hæc responsio est insufficientis quia relationes diuinæ eo modo sunt idem inter se, quomodo sunt idem cum essentia, sicut enim identificantur essentia quantum ad esse, ita etiam inter se, nam habent idem esse. Primum. Illa responsio allumit vnum, quod negaretur à Philosophis. Vnde non est responsio metaphysicæ, sed theologica. Ad tertium dicitur, quod conceptus forma-

lis est ens, est absolutus. Nam ens est id cui conuenit esse. Constat autem quod in hac descriptione aut ratione, nullus respectus implicat, & tamen huic rationi correspondent in re etiam relationes, quoniam in quantum sunt entia, debent esse. Potest enim conceptus absolutus, distinctus in rem absolutam, & in rem relatiuam, tanquam in ea quæ sibi in re correspondeat, & res relatiua non tamen in quantum est relatiua, sed in quantum est ens, potest concipi, non ad aliud. Conceptus autem obiectiuus entis dicit formal absolutum & relationem sub distinctione, & ideo potest in ea diuidi: sicut distinctam diuiditur in suas partes. Res enim significata per ens, est distincta, vel substantia, vel quantitas vel qualitas vel relatio, & sic de aliis decem generibus. Et sic conceptus obiectiuus entis, est neuter & indifferens, ad absolutum & relatiuum, non indifferens aut neutralitate abstracti & præcisio, sed neutralitate distincti. Et si arguatur contra. Quando intellectus attribuit vnum conceptum pluribus, secundum aliam & aliam rationem ille conceptus non dicit vna n & eandem rationem, quia si diceret vnam intellectus attribueret ipsum omnibus secundum ipsam, sed intellectus attribuit ens substantiæ & accidenti secundam aliam & aliam rationem: alia enim est ratio de esse aliquid simpliciter, quod conuenit substantiæ, & alia est ratio, de esse aliquid alterius & secundum quid, quod conuenit accidenti. ergo ens non dicit vna ratione. Responderetur quod ratio entis potest accipi dupliciter. Vno modo secundum se: non est determinata ad substantiam, nec ad accidens, sed vt dicit vtrūque distinctum, & sic negatur minor: sicut enim substantia dicitur ens quia est substantia vel accidens, ita præcisio dicitur esse de accidente. Alio modo accipitur ratio entis, vt est determinata ad alterum istorum, & est alia & alia, sed sic negatur maior: nam etià ratio animalis, vt est determinata ad hominè, est alia à ratione animalis, vt est determinata ad asinum, quia in homine habet rationalitatem & non in asino.

QVÆSTIO II.

Vtrum conceptus entis sit præcisus.

QVÆRITVR secundò, vtrum conceptus entis sit præcisus ab omnibus aliis: Et arguitur quod sic. Primo cum dicitur, substantia est ens per se, aut ly per se, contrahit substantiam aut accidens, aut aliquid præcisum ab vtroque. Non primum, quia substantia est id ad quod fit contractio: non secundum, quia propositio esset falsa, ergo tertium. Secundò. Conceptus in quo aliquid conueniunt est alius ab eis quibus distinguuntur, sed substantia & accidens conueniunt in conceptu entis & distinguuntur suis propriis conceptibus, ergo ille est præcisus ab istis. Tertio vnus potentia est aliquid obiectum primum secundum aliquam vnitatem. Sed intellectus est vna potentia, cuius obiectum primum est ens. ergo ens habet aliquam vnitatem. Maior patet, quia obiectum comparatur ad positum, sicut mouens ad mobile: ita autem dicuntur relatiuè, & in relatiuis, plurificato vno plurificatur reliquum. Minor etiam patet, quantum ad vtramque eius partem: ergo sequitur conclusio. Si dicitur quod ens est vnum solum secundum rationem & non vnitatem reali. Contra, primum obiectum intellectus præcedit omnem actum intelligendi: cum sit effectiua eius, ergo non est constitutum in suo esse, & in sua vnitate per actum intellectus. Confirmatur: quia prior est habitudo obiecti ad potentiam quam sit ad actum, quia prior est habitudo agentis ad passum, quam ad formam inductam in passum, quia forma non inducitur nisi ageas & passum sint approximata, sed obiectum se habet vt agens respectu potentia: ergo prior respicit potentiam, quam actum. ergo in illo priori non est constitutum per actum. Quarto. Conceptus de quo intellectus est certus distinguatur ad omni eo, de quo intellectus non est certus de aliquo, puta, quod est ens: & non est certus an sit substantia vel accidens. ergo. Quintò. Cum dicitur, Deus est ens, aut prædicatur de Deo proprius conceptus Dei, aut conceptus creaturæ, aut vnus conceptus tertius præcisus ab vtroque. Non primum, quia nihil esset aliud dicere nisi quod Deus est Deus. Non secundum, quia propositio esset falsa. ergo tertium. Confirmatur quia conceptus entis aut distinguatur à conceptu Dei & creaturæ, & sic habetur propositum aut est idem alteri eorum tantum & sic non potest prædicari de altero, aut est idem vtrique, & sic conceptus & Dei creaturæ essent idem inter se, quia quæ sunt idem vni tertio, sunt etiam idem inter se. Sexto. Cum dicit Philosophus 7. meta. tex. commen. 2. quod substantia est magis ens quam accidens, aut ista comparatio sit in ordine ad conceptus proprios, aut sit in ordine ad conceptum communem. Non primum, quia sic non esset aliud dictum, nisi quod substantia est magis substantia quam accidens imo propositio esset falsa, quia quæ accidens est accidens, & non in alio.

Hanc q. vide apud Cas. d. 2. q. 1.



fit substantia est substantia: ergo fit comparatio in conceptu communi. Seprimo. Id quod imprimitur intellectu prima impressione, est maximè vnum: quia primum in vno quoque genere est maximè vnum, & iterum si essent plura non imprimerentur primò: cum intellectu incipiat à communioribus & confusioribus. primo phys. comm. 2. & 3. Sed ens & res imprimuntur intellectui prima impressione. vt dicit Auicenna. 1. Metaph. c. 5. ergo ens dicitur maximè vnu conceptum & per consequens abstractum. Octauò: Vni scientia vnum est obiectum: & sub vna ratione formali: per quam insunt ei passiones: vt dicitur primo posteriorum. 1. ca. Sciencia autè certior. Sed Methaph. est vna scientia & Methaph. sic vni obiectum est ens: vt patet 4. meta. tex. & cõm. 1. ergo ens habet vnam rationem communem Deo & creaturis: quam metaphysicus considerat.

Respondet, quod si loquamur de conceptu formali, satis constat quod ens dicitur conceptum præcisum. Intellectus enim concipiens ens, dicit illud esse ens, cui conuenit esse: sicut dicit illud esse bonum quod est appetibile. Sed loquendo de conceptu obiectiuo, tenet Scotus, & qui eum sequuntur, quod ens dicitur vnum conceptum obiectiuum præcisum: ita quod sicut animal dicit animalitatem, quæ abstrahit ab omni natura inferiori: ita ens dicit entitatem præcisam & abstractam & naturaliter priorem substantia & accidenti. Oppositum huius opinionis teneo in ista questione, & probo quod ens non dicatur huius conceptum præcisum. Primò. Si ens dicitur conceptum præcisum, sequitur quod ratio Arist. probant 10. met. tex. comm. 8. quod ens & vnum sunt idè, & quod ens diuiditur in 10. prædicamenta: ita etiã vnum non concludat. consequens est falsum. ergo. Consequentiã probatur: nã Comm. tex. comm. 8. probat hanc rationem quod ens & vnum sunt idem secundum Philosophum, & quod neutrum eorũ est genus quia ens & vnum significant decem prædicamenta, prima significatione & sine medio. Sed si ens diceret conceptum præcisum non significaret decem prædicamenta prima significatione & sine medio. quia primo significaret illũ conceptum præcisum: & eo mediante significaret decem prædicamenta, quia omne dicens conceptum præcisum, primò & immediate ipsum significat, sicut animal immediate significat animalitatem, & homo humanitatem: ens autem non significat primò, aliquid præcisum & abstractum à decem prædicamentis, alioquin non significaret ea immediate. ergo. Secundò, sequitur quod demonstratio posita ab Ari. 6. met. ad probandum quod metaphysica est prima philosophia, nihil concluderet: sed hoc est falsum. ergo. consequentiã probatur quoniam ibi text. & cõm. 3. sic arguitur. Si non essent aliqua alia entia præter sensibilia & mobilia, philosophia naturalis esset prima philosophia, si verò sunt aliqua entia immobilia, metaphysica est prima: sed sunt aliqua entia immobilia, ergo metaph. est prima philosophia. Huius rationis prima conditionalis posita in maiori non est vera, si ens habet conceptum præcisum, quoniam si sint tantum entia mobilia, adhuc haberetur metaph. quia ab huius entibus abstractibilis est conceptus entis, qui per se est præcisus, & sic ipsa poterunt considerari inquantum sunt mobilia & sensibilia & etiam inquantum sunt entia propter illũ conceptum præcisum: sed considerare de rebus inquantum sunt entia, pertinet ad solum metaphysicũ, vt patet 4. meta. tex. comm. 1. & 6. meta. tex. comm. & cõm. 4. & in plerisque alijs locis. Conceptus etiam entis esset prior conceptu sensibilitatis quem considerat naturalis, vt patet: ergo si ens habet conceptum præcisum: naturalis philosophia non erit prima: etiam dato quod in rerum natura essent tantum entia sensibilia, cuius oppositum inquit probare Philosophus Comm. in ista sua demonstratione. Tertio si ens habet conceptum præcisum: sequitur quod Deus non sit ens simplicissimum: consequens est falsum: & contra Philosophum 12. meta. tex. comm. 5. ergo. Consequentiã probatur. Ens commune est simplicius Deo: ergo Deus non est ens simplicissimum: consequentiã patet: quia conceptus entis communis, est per se alius à conceptu Dei. Antecedens probatur. Omnis conceptus qui ad alium contrahitur, est eo simplicior ad quem contrahitur: quia id per quod contrahitur, est extra rationem eius quod contrahit: & includitur in ratione eius, ad quod fit contractio. Sed ens contrahitur ad Deum per infinitatem vel per aliquid aliud huiusmodi, ergo aliquid includitur in Deo quod non includitur in ente & per consequens nõ est tã simpliciter, quantæ est ens. Dicitur fortè quod istud additum transit in omnimodam identitatem, propter infinitatem ipsius Dei cui additur. Sed contra. Id per quod primò contrahitur ens ad Deum est infinita per te: quia vis quod prima diuisio entis sit per finitum & infinitum. Sed id cui additur infinitas est prius infinitate naturaliter, & in illo priori quo est prius infinitate, non est infinitum: ergo infinitas ei addita, non transit in omnimodam identitatem cum eo. Primum id est simplicius, cui inest simplicitas tam entitatis, quàm modaliter & conceptibiliter, quam cui inest simplicitas entitatis tantum. Sed conceptus entis, si est præcisus: inest simplicitas omnibus modis: Deo autem licet inest simplicitas & veritas entitatis: tamen inest pluralitas & distinctio modaliter: imò etiam ex natura rei, per te. ergo Deus esset minoris simplicitatis quam ens. Quartò. Sequitur quod aliquod ens reale quod non est Deus esset natura prius Deo. Consequens est falsum: quia communis animi conceptio est quod primum in entibus sit Deus. Item quia, omne absolutum prius natura altero, potest esse sine eo: vt Scotus sæpe dicit: & sic illa quidditas potuit esse Deo non existente: hoc autem est impossibile. Nam sequitur formaliter, aliquid ens est: ergo vel est dependens vel independens, quia ista diuisio est per contradictoria. Si est independens, habeo propositum quod Deus est, si dependens, tum arguitur sic. Ens dependens est, ergo ens independens est, quia impossibile est quod aliquid sit, nisi etiam sit id à quo sua existẽtia dependet: tunc ultra: ens independens est, ergo Deus est. Primò consequentiã probatur. Supponendo quod conceptus entis sit realis. Sicut concedunt aduersarij in proposito, & arguitur sic. Sit, a, conceptus entis: & b, sit conceptus Dei. Tunc sic, a, est natura prius, b, & a, est ens reale, ergo aliquo d reale est prius, b. Minor patet ex præsupposito. Maior probatur ex diffinitione prioritatis naturæ, nam illud est prius natura, à, quo non conuertitur subsistendi consequentiã: sicut bene sequitur, b, est, ergo, a, est: siue Deus est, ergo ens est: & non sequitur contra, Ens est, ergo Deus est: nisi forte gratia materiæ, quia scilicet hoc consequens est, est simpliciter necessarium. ergo. Dicitur fortè quod quia Deus continet modo eminentissimo totam naturam entis, non potest aliquid esse prius Deo, vnde non sequitur quod ens sit prius Deo. Sed contra. Ista responsio est quidem vera quantum ad hoc, quod quia Deus omnia continet modo eminentissimo, ideò nihil est prius Deo & eam ponit S. Tho. in lib. de natura generis, nec ad eius opinionem sequitur quod ad aliquid sit prius Deo, quia ipse non ponit conceptum entis præcisum, licet dicat quod ens continet omnia per prædicationem, & Deus eminenter, & quod id quod ita continet est prius eo quod continet solum secundum prædicationem, quia prima continentia est virtualis, & secunda est continentia confusa. Sed ex hoc non soluitur argumentum factum contra oppositam opinionem, quæ ponit conceptum entis præcisum, vt patet ex diffinitione prioritatis naturæ. oportet enim aut negare illam diffinitionem aut concedere, si ens habet conceptum præcisum, quod sit prius Deo. Et si dicatur, etiam secundum te ista consequentiã tenet, Deus est, ergo ens est, & non contra. ergo etiam ad tuã positionem sequitur quod aliquid est prius Deo natura. Respondet quod non est simile. quia cum ego ponam quod ens habet tantum conceptum disiunctum, idem est dicere: Deus est, ergo ens est ac si diceretur, Deus est, ergo Deus vel creatura est. Constat autè quod non sequitur ex hoc aliquam naturam esse priorem, sed solum quod disiunctum se habet in plus quam qualibet eius pars, & consequenter tota posita parte disiuncti, ad eam sequitur totum disiunctum in bona consequentiã, & hoc est verum. Nam sicut bene sequitur, Sortes legit, ergo sort. legit vel dicitur, ita etiam cum arguitur Deus est, ergo Deus vel creatura est: nihil aliud habetur, nisi quod disiunctum sequitur ad alteram eius partem, sed vt dictũ est ex hoc nõ sequitur aliquam naturã esse priorem Deo. Quintò arguitur. Et suppono quod omne vniuersale dicit aliquam vnitatem reale, minorè tamen vnitate numerali. Supponitur secundo, quod vnitas realis non est per opus intellectus, sed conuenit rebus secluso omni opere rationis. Supponitur tertio quod que conueniunt in vna forma reali habent in ea similitudinem, etiam si nullus intellectus eã apprehendit. Supponitur quarto quod vniuersale secundum illam vnitatem reale quam ex se habet, sit in omnibus suis inferioribus. Primum suppositum & secundum & quartum sunt aduersarij 7. metaph. Tertium est eiusdẽ in multis locis: quia ipse vult quod respectus intrinsecus dependeat tantum à fundamento & à terminis, & ideò posito fundamento & terminis de necessitate insurgit. Ex his arguitur. Si ens dicit conceptum præcisum, sequitur quod Deus & creatura non distent in infinitum, consequens est falsum: ergo antecedens. Falsitas consequentiã patet: quia oportet omnem distantiam esse infinitam, cuius alterum extremum est infinitum. Deus autem est infinitus. Consequentiã probatur: Illa quæ conueniunt in vno conceptu reali, & in quibus est actu eadem realitas secundum aliquam vnitatem reale, non distant in infinitum. Non enim distant in hoc reali in quo sunt vnum. ergo non in infinitum: quia distantia infinita tollit omnem identitatem. Sed si ens dicit conceptum præcisum, Deus & creatura conueniunt in vno conceptu reali, habentẽ in eis aliquam vnitatem reale, vt patet ex præsuppositis, ergo non distant in infinitum. Nec potest dici, vt quidam respondent: quod secluso omni actu rationis nulla est conuenientia formalis & actualis, sed tantum fundamentalis & aptitudinalis inter Deum & creaturam. Constat enim quod ista responsio repugnat præsuppositis prædictis, quæ necesse est ab aduersariis concedi. Confirmatur ratio principalis. Sit, a, ille conceptus obiectiuus & natura entis habens vnitatem reale in Deo & creaturis, secluso omni actu rationis. Et quæro, vtrum sit dependens, an independens. Si dicis quod est dependens: ergo cum secundum hanc vnitatem reale sit in Deo, sequitur quod in Deo est entitas dependens, & sic Deus non est primum ens. Si dicis quod est independens: ergo cum secundum hanc vnitatem reale sit in creatura, sequitur quod entitas creaturæ non est ab alio dependens. Si dicis quod neque est dependens, neque independens, sed abstrahit ab utroque. Contra. Ista abstractio non est nisi per opus rationis, sed loquimur nos in argumento de illo conceptu obiectiuo, quatum ad illam vnitatem reale, quam habet ante omne opus intellectus: ergo responsio non est ad propositum. Sextò arguitur. Si ens dicit conceptum obiectiuum præcisum, sequitur quod dicat vnam naturam communem decem prædicamentis. Sed hoc est falsum: ergo consequentiã patet. Probatur falsitas consequentiã: quia Comm. 3. meta. comm. 10. sic dicit: Impossibile est quod vnum & ens sint genera omnium rerum: Sunt enim generalissima altissima, quorum neutrum collocatur sub altero, & vtrumque habet differentiam vnã propriam, absque eo quod conueniant in vnã naturam, hoc nomen igitur ens dictum de eis, non notificat de eis vnã naturam.

Tex. co. 2.

Conclusio.

Scoti placitum.

Impugnatur Sco.

cauillatio.

Rumpitur cauillatio.

Ad primam rationem Scotistarũ.

Impugnatur responsio.

Responsio.

ergo non distaret à creatura in infinitum. Nec potest dici, vt quidam respondent: quod secluso omni actu rationis nulla est conuenientia formalis & actualis, sed tantum fundamentalis & aptitudinalis inter Deum & creaturam. Constat enim quod ista responsio repugnat præsuppositis prædictis, quæ necesse est ab aduersariis concedi. Confirmatur ratio principalis. Sit, a, ille conceptus obiectiuus & natura entis habens vnitatem reale in Deo & creaturis, secluso omni actu rationis. Et quæro, vtrum sit dependens, an independens. Si dicis quod est dependens: ergo cum secundum hanc vnitatem reale sit in Deo, sequitur quod in Deo est entitas dependens, & sic Deus non est primum ens. Si dicis quod est independens: ergo cum secundum hanc vnitatem reale sit in creatura, sequitur quod entitas creaturæ non est ab alio dependens. Si dicis quod neque est dependens, neque independens, sed abstrahit ab utroque. Contra. Ista abstractio non est nisi per opus rationis, sed loquimur nos in argumento de illo conceptu obiectiuo, quatum ad illam vnitatem reale, quam habet ante omne opus intellectus: ergo responsio non est ad propositum. Sextò arguitur. Si ens dicit conceptum obiectiuum præcisum, sequitur quod dicat vnam naturam communem decem prædicamentis. Sed hoc est falsum: ergo consequentiã patet. Probatur falsitas consequentiã: quia Comm. 3. meta. comm. 10. sic dicit: Impossibile est quod vnum & ens sint genera omnium rerum: Sunt enim generalissima altissima, quorum neutrum collocatur sub altero, & vtrumque habet differentiam vnã propriam, absque eo quod conueniant in vnã naturam, hoc nomen igitur ens dictum de eis, non notificat de eis vnã naturam.

conceptu substantiæ & accidentis: sed negatur vterior consequentiã, qua inferitur, si est alius, ergo est præcisus. Est enim alius, non alietate præcisionis sed eo modo disiunctum est aliud à qualibet sua parte. Quædam tamen, quæ sunt contra hanc responsionem, soluentur questione sequenti. Ad quintum dico quod in ista propositione, Deus est ens, non prædicatur conceptus, nec substantiæ, nec accidentis, sed conceptus entis qui est tertius, sed non est præcisus, vt sæpe dictum fuit. Ad confirmationem dicitur, quod conceptus entis distinguitur ab utroque, vt dictũ est: sed negatur quod sequatur eum esse præcisum. Ad sextum dicitur quod dupliciter potest aliquid prædicari de pluribus secundum prius & posterius vno modo per analogiam & comparisonem ad vnu tertium, sicut est, cum dicitur, quod vnum ciuis est sanior tertium. Sanum enim dicitur magis de vno quam de altero per analogiam ad sanitatem animalis. Ille enim est magis sanus, qui perfectius cauat, aut conseruat sanitatem. Et hoc modo ens non dicitur magis de substantia quam de accidente. Alio modo dicitur aliquid magis de vno quam de altero per analogiam vnus ad alterum, & hoc est quando aliquid est tale simpliciter & alterum est tale, solum ex dependentia ad ipsum. Et hoc modo dicitur ens per prius de Deo, quàm de creatura. Quia creatura non est ens, nisi per dependentiam ad Deum. Et similiter prius dicitur de substantia quàm de accidente: quia accidens non est ens, nisi ex dependentia ad substantiam. Dico igitur ad argumentum, quod in illa propositione, non fit comparatio ad vnum tertium, sed est analogia vnus ad alterum: & est sensus, substantia est ens simpliciter, & accidens est ens secundum quid, & in ordine ad substantiam. Ad septimũ negatur maior: sufficit enim quod sit confusissimum, de omnibus verificabile: & habeat vnitatem disiuncti: nec oportet in eo esse maiorem vnitatem ad hoc, quod sit primò cognitum. Ad primam probationem dico quod cum ens sit primum inter omnia: oportet quod habeat maximè vnitatem id est quod vnitas primò & maximè consequatur ens in suis suppositis, & hoc est verum. Nam id quod est maximè ens, est etiam maximè vnum, quia nullam habet compositionem. Et tanto aliquid plus habet de entitate, tanto minus habet de compositione. Item vnitas consequitur vnã quaque rem in quantum ipsa est ens, & nõ in quantum est tale vel tale ens. Sed non oportet quod vnitas maximè consequatur ens in suo conceptu. Ad secundum dicitur, quod ens non habet plures conceptus, nec nos istud dicimus vt argumentum concludit. Ad octauum dicitur quod sicut communiter dicunt expositores, in illo capitulo primi Posteriorum qui allegatur, & præferunt Egidius, sufficit quod obiectum scientiæ habeat vnitatem analogiæ, & sic est de ente, & ex hac conueniunt sibi suæ proprietates. Id enim quod primo conuenit forti vnitas transcens, est: quia fortes est ens, id est quia est substantia vel accidens. Et similiter albedo est vna: quia est substantia vel accidens: & idem dictũ est de alijs. Deum enim intellectus intelligit hoc complexũ: Ens est vnum apprehendit, quod hoc disiunctum, substantia vel accidens est vnum: & quod vnum contingit vniciue per tale disiunctum. Dico præterea vt magis pateat quod dictum est, quod ens est analogum: ita & passionem entis, vnde non oportet quod vnitas conueniat substantiæ per aliquam naturam communem sibi & naturam accidenti, sed conueniat substantiæ per naturam substantiæ: accipiendo substantiam in quantum potest correspondere non tantum formali conceptui substantiæ, sed formali conceptui entis, & accidenti per naturam accidentis. Et sicut accidens non est ens nisi per analogiã ab substantiam, ita ei nõ conuenit vnitas nisi per analogiam ad vnitatem substantiæ. Sufficit autem assignare hoc modo subiectum vnum, passioni, quæ est vna tantum vnitate analogiæ.

Distinctio notatu digna. Quomodo ens per prius dicitur de Deo quam creatura.

QVAESTIO III.

Vtrum ens dicat explicitè vnum conceptum disiunctum? QUAESTIO III. VTRUM ens dicat explicitè, & in actu conceptum disiunctum. Et arguitur quod non. Primo sequitur quod ens non prædicetur de differentiis. Sed hoc est falsum & contra Philosophum. vt probatur 3. meta. ergo consequentiã probatur. Cum dicitur, rationale est ens, hæc propositio per te æquipollet isti, rationale est substantia vel accidens. Si dicis quod est accidens, propositio est falsa. Si dicis quod est substantia, habeo propositum, scilicet quod genus prædicetur de differentia. Secundo dicendo quod Deus est ens aut infra conceptum disiunctum entis ponitur proprius conceptus Deitatis. Vt ponitur tantum conceptus substantiæ & accidentis. Si primũ, sequitur quod nullus possit naturaliter formare in mente hæc propositionem Deus est ens, quia nullus habet naturaliter proprium conceptum Deitatis. Si secundũ, propositio est falsa, quia Deus nec est accidens, nec est substantia prædicamentalis Tertio. Si ens diceret conceptum disiunctum, ea quæ caderet sub hoc disiuncto, essent maximè decẽ Quæst. Metaph. Pau. Son. a 3 prædi-

Vide cap. vbi supra.

Tex. c. 10.

prædicamenta, vt communiter est concessum. Sed hoc est falsum. Tum quia si rationes decem generum generalissimorum essent de conceptu entis non posset formari hæc propositio: homo est ens; quin similiter conciperet & distinctè decem genera, & tamen laici qui nesciunt distinctè quid est, vbi, aut quando, concipiunt ens. Tum quia cum ista decem genera, vt dictum est non prædicantur per se de differentibus, sequitur quod nec ens prædicaretur de eis. Quarto ille conceptus, qui est omnium communissimus, & maximè confusus, non includit actu proprias rerum rationes, quia conceptus communissimus est primò notus: propriæ autem rationes rerum sunt notæ posterius. Sed conceptus entis est omnium communissimus, & primò impressus intellectui, vt dicit Auicenna primo meta. c. 5. ergo Quintò suppono, & ens & esse dicat eandem ratione & quod si primum habet conceptum distinctum, ita & secundum. Tunc sic si ens dicit conceptum distinctum, sequitur quod quæstio: quia est, quæstio si est, non sint distinctæ quæstiones, cuius oppositum ponit Philosophus secundò poster. c. 1. consequentia probatur si ens dicit conceptum distinctum, id est quæstio, si homo est: & si homo est substantia vel accidens, quia quæritur si homo est ens, per suppositum Sed quæritur si homo est substantia vel accidens, est quæstio quia est: & quæritur si homo est: est quæstio an est. Ergo.

ceptus distinctius cadit super esse causam effectiua, vel non esse causam effectiua, ergo distinctio non cadit super conceptum entis, sed tantum super causam effectiua. Sed occurrit fortè aliquid de quo tamen ipse dubitat, vtrum sit substantia vel accidens, & appelleretur A. aut sortes apprehedit A. aut non, si non, ergo de iplo non dubitat quia quod non apprehenditur, non dubitat. Si sic, ergo vel apprehenditur conceptus proprio, vel conceptus communi. Si conceptus proprio: ergo non dubitabat quod sit: si communi, habeo propositum quod datur conceptus communis super illud conceptum distinctum. Ad primum negatur minor. Nam conceptus distinctus est compositus ex partibus distinctis, & per consequens potest accipi dupliciter: vno modo quantum ad suam totalitatem, alio modo, ratione suarum partium. Si primo modo, sic dico quod quilibet eorum est certus quod Deus est ens id est vel substantia vel accidens, & eodem modo quilibet est certus quod Deus est causa oim effectiua, vel non accipiendo istud distinctum in quantum est quoddam vnum: Si secundo modo sic quilibet est dubius: quia nullus eorum est certus de hac parte distincti Deus est substantia: nec de hac parte, Deus est accidens: nec de ista, Deus est causa effectiua: omnium: nec de ista, Deus non est causa effectiua. Ad secundum dicitur à quibusdam quod ille qui dubitat, vtrum a, sit substantia vel accidens, non apprehendit a, per propriam speciem: nec per proprium conceptum: sed habet quandam notitiam discursiuam. Verbi gratia, ille qui dubitat: an Deus sit substantia vel accidens, non habet proprium conceptum diuinitatis: sed habet conceptum entis primi, vel causæ primæ: & habet conceptum substantiæ & accidentis proprie cogniti, & nunc apprehendit aliquas proprietates entis primi: puta infinitatem, simplicitatem, & huiusmodi & dubitat vtrum istæ proprietates sint attribuendæ substantiæ vel accidenti: & sic per discursum inquit, an Deus, siue primum ens, sit substantia vel accidens. Vel potest breuius & clariùs responderi, quod iste qui dubitat vtrum a, sit substantia vel accidens: non apprehendit a, conceptu proprio: sed conceptu communi ad omnia, s. sub hoc distincto, substantia vel accidens: accipiendo hoc distinctum: vt est quoddam vnum: quia quilibet est certus hoc esse distinctum: vt sic verè prædicatur de quolibet re: & nullus circa hoc vnquam dubitauit. Dubitat tamè quæ pars huius distincti conueniat ipsi a. Et quia conceptus distinctus etiam superior est ad quamlibet sui partem: id est apprehenditur a, sub conceptu superiori ad substantiam: & accidens per se sumpta, sed non sequitur, quod apprehendatur sub conceptu superiori ad conceptum distinctum, vt est quoddam totum. Quando igitur dubitatur vtrum albedo sit substantia vel accidens, non apprehenditur albedo sub ratione albedinis, quia in ratione albedinis includitur formaliter ratio coloris, & in ratione coloris ratio qualitaris, & in ratione qualitaris ratio accidentis: & sic non dubitaretur, vtrum esset accidens, sed apprehenditur in ratione entis. Imò plus dico quod est impossibile dubitare, an albedo sit accidens, accipiendo albedinem sub ratione albedinis, quia in tali ratione includitur accidens quidditatiuè, sed bene dubitari potest, vtrum ista res quæ est albedo: sit accidens vel substantia. Et si dicatur contra, quia qui cognoscit lucem per propriam speciem, sicut cognouerunt multi Philosophi, potest dubitare an sit substantia vel accidens, & multi eorum circa hoc dubitauerunt, ergo responsio illa est falsa. Respondetur quod si quis apprehendat lucem per propriam speciem & conceptum sit vtrique, quod ipsa est qualitas, sed potest esse quod talis ignoret alia prædicamenta, puta quid sit substantia aut conceptus aut quantitas, ex quorum ignorantia dubitabit, vtrum lux quam scit esse qualitatem, sit corpus, eod quod videt eam moueri de loco ad locum. Et sic patet quod intellectus certus de aliquo quod est ens, apprehendit ipsu sub hoc distincto, substantia vel accidens, & potest dubitare quæ pars huius distincti ei conueniat. Et cum dixi supra quod conceptus entis potest accipi, vt est vnu entis distinctum constitutum ex suis partibus, hoc non tollit, quin sit omnium simplicissimus. Dicitur enim simpliciter simplex quianò est resolubilis in alios conceptus priores qui de eo prædicentur: omnes verò alij resoluuntur in conceptum entis, & se habet aliquo modo ex additione ad ipsum. Cum ista autem simplicitate fiat quod ens non dicat aliquid præcisum, sed solum sub distinctione. Et dicitur simpliciter simplex, quia non est constitutus ex duobus conceptibus, quorum vnus alium contrahat.

Defenditur responsio propria

Alia responsio.

Impugnatur.

Solutur.

Respondeo quod quia S. Thomas nihil aperte dicit circa istud quæsitum. Diuersimodè tamen ad ipsum respondetur ab his qui sequuntur eius doctrinam. Pro cuius notitia est sciendum quod conceptus potest dici esse vnus tripliciter, Vno modo vnitate formæ, sicut est in omni conceptu generico, & specifico: Hominis enim conceptus est humanitas, quæ de se est vnà natura. Et hanc vnitatem omnes Thomistæ, negant ab ente, vt patuit quæstione præcedenti. Secundò dicitur conceptus esse vnus, vnitate analogiæ & comparationis: & hoc est quando conceptui formaliter correspondet tanquam conceptus obiectiualis immediate multitudine plurium naturarum, quarum vnà dicitur talis, nisi in ordine ad aliam. Tertio dicitur conceptus esse vnus vnitate distinctionis, & hoc est quando conceptui formali non correspondent præcisè vnà natura: nec multitudine naturarum determinatè: sed bene sub distinctione. Dicunt igitur aliqui quod conceptus entis est vnus secundo modo scilicet vnitate analogiæ: quia ens dicit Deum & creaturæ, & substantiam & accidens, ita quod omnia ista immediate dicit sed tamen vnus eorum, non est ens, nisi in ordine ad aliud puta accidens, in ordine ad substantiam: & ens finitum per analogiam ad ens infinitum. Sed quia iste modus dicendi non apparet mihi ita rationalis sicut tertius, arguo contra ipsum. Primum sic, impossibile est intellectum distribuere aliquem terminum communem, nisi apprehendat totum eius primum significatum: sed intellectus dicendo omne ens non apprehendit actu decem genera prima: nec Deum & creaturæ, ergo. Dico notanter in maiori, primum significatum, quia dum dico, omnis homo non oportet concipere quodlibet suppositum humanum, quia supposita sunt significata secundaria, sed oportet concipere totam naturam humanitatis: & in hoc sensu accepta maiori, ipsa non potest rationabiliter negari. Minor etiam patet, quia quilibet experitur in se, quod dum dicit, omne ens non apprehendit actu decem prædicamenta. Secundo. In omni vera prædicatione essentiali oportet quod prædicamentum conueniat subiecto secundum totum significatum prædicati, vt patet discurrendo in omnibus. Cum enim dico, albedo est color sensus est, quod natura coloris est in albedine, cuius ratio est, quia omne superius includitur quidditatiuè in suis inferioribus. Sed nulla res est de qua verè prædicentur omnia decem prædicamenta, & Deus & creatura: vt satis patet: ergo ens non significat omnia ista determinatè prima sui significatione. Dico igitur quod ens non dicit determinatè decem genera rerum. Sed dicit ea sub distinctione. Et per decem genera accipio substantiam & accidens. Substantiam dico, prout est commune substantiæ præsentali & ei quæ non est in præsentia, vt idem sit dicere, hoc est ens, ac si diceretur, hoc est substantia vel accidens, ita quod ista simpliciter categorica, hoc est ens, æquipollet isti de prædicato distincto, hoc est substantia vel accidens. Et quia hoc distinctum verè & necessario & essentialiter dicitur de omnibus. sicut etiam affirmatio & negatio sub distinctione de omnibus verificatur, vt dicit Philo. 4. meta: id est ens de omnibus essentialiter prædicatur. Et similiter intellectus distribuens ens, apprehendit totum eius primum significatum, quia apprehendit istud distinctum. Et si arguatur contra, impossibile est eundem conceptum simul habere cum distinctioe, sine distinctioe: sed si sint duo Philosophi quorum primus dicat Deum esse causam effectiuam omnium, & alius dicat ens non esse causam effectiuam, quilibet eorum est certus quod Deus est ens, & totus eorum conceptus substantiæ & accidentis nisi ens: consequentia patet, quia con-

Ad primam rationem principalem.

Responso.

Diluitur impugnatio.

stantia, vt tu concedis, & rationale non est accidens. ergo rationale non est substantia, vel accidens. Probatur consequentia, quia ad falsificandum distinctum, sufficit quod sit falsa quælibet eius pars. Respondetur quod hoc est falsum accipiendo distinctum, vt est quid vnū in se, vt. gr. appelleretur hæc distinctiua. Sortes currit vel disputat, A. & hæc eius pars: Sor. currit appelleretur B. & hæc pars Sor. disputat appelleretur C. ista consequentia non valet, hoc non est B, & hoc non est C, ergo non est A. Ita dico in proposito: quod non valet rationale non est substantia, formaliter: rationale non est accidens, formaliter. ergo non est formaliter hoc distinctum, substantia vel accidens. Ad secundum dicitur, quod quando dicimus: quod ens significat hoc distinctum, substantia vel accidens, non accipitur ibi substantia præcisè pro substantia prædicamentali, sed vt abstrahit ab ea, quæ est in prædicamento, & ab ea quæ est extra genus: & est dicere, hoc est substantia vel accidens, id est, hoc est ens per se, vel est ens in alio. Ad tertium dicitur quod ens dicit substantiam & accidens sub distinctione. & quod non oportet eam qui format hanc propositionem, Deus est ens: concipere distinctè decem prædicamenta, sed sufficit quod habeat conceptum substantiæ & conceptum generum accidentium, non quidem distinctè, sed vt conueniat in hac intentione communi, esse in alio. Ad id verò quod dicitur de differentiis, est responsum. Ad quartum dicitur quod argumentum concludit conceptum formalem entis non includere conceptus proprios eorum qui continentur sub ente, & hoc est verum. Vnde non oportet, quod intellectus formet conceptus proprios substantiæ vel accidentis, dum facit hanc propositionem, lapis est ens, sed concipit quod ei debetur esse, & postea inquit an ei debeat esse per se vel in alio, huic autem conceptui non correspondet aliquid præcisum à substantia & accidente. Et per hoc magis patet responsio ad præcedentem rationem. Ad quintum dicitur: quod quæstio an est, est quæstio simplex: & est de est secundo adiacente, quæstio autè, quia est, est composita: & est de est tertio adiacente, & quærit de inhærentia prædicari ad subiectum, & ideo vbi est idem essentia, & esse, cuius modi est tantum in Deo, ibi istæ quæstiones non differunt quantum ad rem, sed solum quantum ad modum, in aliis autem distinguuntur etiam quantum ad rem. Ad argumentum autem primo negatur præsuppositum. Nam licet tamen quæritur esse sint analogæ, non tamen sunt idem: quia ens dicitur essentiam, & esse dixit existentiam. Dicitur secundo quod consequentia prima non tenet. Ad probationem dicitur, quod quæritur, si homo est, est quæritur an existat, & non est quæritur an sit substantia vel accidens. Dicitur tertio quod quocunque modo dicatur, non tollitur, quin istæ quæstiones differant: saltem quantum ad modum. Dicitur quarto, quod si etiam quæretur, an homo sit substantia vel accidens, dum quæritur an homo sit, non sequitur quin differant illæ quæstiones modo prædicto.

QVÆSTIO IIII.

Vtrum ens prædicetur vniocè.

vide Ca. 1. dis. 1.

QVÆRITVR quarto, Vtrum ens prædicetur vniocè de Deo & creaturis, & de substantia & accidente. Et videtur quod sic. Primum sequeretur quod ratio Philosophi 2. metaph. tex. c. 4. probantis Deum esse maximè ens non concludat Sed hoc est falsum. ergo. Consequentia probatur: nam ibi sic arguit, Quicquid est causa alicuius in alio secundum vniocationem, est maximè tale. sicut ignis: quia est causa caloris in omnibus calidis, & calidum dicitur vniocè de omnibus calidis, id est est maximè calidus Sed Deus est causa entitatis & veritatis in alijs secundum vniocationem. Ergo Deus est maximè ens. Patet quod illa ratio expresse ponit vniocationem entis ad Deum & creaturam. Confirmatur, quia Commen. 4. metaph. comm. 2. dicit quod in ente inueniuntur prædicamenta essentialia, sicut inueniuntur in genere quod dicitur vniocè. Secundò accidens dicitur vniocè de omnibus accidentibus: ergo ens dicitur vniocè de omnibus entibus: consequentia patet, quia ens est magis essentialiter prædicatum quam quodcunque aliud. Antecedens probatur, quia posse abesse & adesse præter subiecti corruptionem, est æqualiter in omni accidente Sed illa est ratio accidentis. ergo. Confirmatur, quia vnū, vt vnū, est vniocum omnibus generibus: ergo etiam ens est omnibus vniocum. Consequentia patet. Antecedens probatur, quia vnū dicitur indiuisionem, quæ eodem modo in omnibus est: Tertio accidens continet formaliter conceptum substantiæ: ergo aliquid eiusdem rationis est cum substantia & accidente: rationale autem non est aliud nisi ens, cum nihil sit superius substantiæ & accidente nisi ens: consequentia patet, quia con-

ceptus substantiæ conuenit substantiæ. Et cum formaliter sit in accidente iste conceptus qui est vnus rationis, est in vtroque. Antecedens probatur. Conceptus quidditatiuus substantiæ non potest haberi ab intellectu per immutationem sui à substantia, sed solum per immutationem accidentis sensibilis, ergo accidens sensibile continet formaliter conceptum substantiæ. Patet consequentia, quia nisi contineret ens formaliter non posset immutare intellectum ad huius conceptum. Antecedens probatur, Intellectus potest naturaliter cognoscere absentiam cuiuslibet, quod per sui præsentiam & immediatè immutat intellectum. Sed intellectus non potest naturaliter cognoscere absentiam substantiæ: alioquin posset naturaliter cognoscere quod substantia panis est absens in Sacramento. Aliter: ergo substantia non immutat intellectum immediatè. Minor patet, Maior probatur, quia Philosophus secundo de anima, dicit quod ideo visus est perceptiuus absentia luminis, id est tenebræ, quia immediatè immutat à lumine. Quarto. Quicquid prædicatur quidditatiuè de multis, prædicatur de eis vniocè, cum sola vniocosa. Dicunt quod de his quæ sub se continentur. Non enim sanum dicit quid de medicina, & de pulsu. Sed ens prædicatur quidditatiuè de substantia & accidente: ista enim est in primo modo perfectioris, substantia est ens, quia substantia non potest concipi sine prædicato. Ratio enim substantiæ, est esse ens per se: ergo ens est vniocum. Quintò omne non vniocum potest esse extra rationem alicuius: sed ens non potest esse extra rationem alicuius: ergo non est non vniocum. Minor patet, quia per hoc probatur quod ens non sit genus 3. huius tex. comm. 10. Maior etiam patet in æquiocosis. Nam canis vt dicitur de latrabili, est extra rationem canis marini. Patet etiam in analogis. Nam sanum vt dicitur de pulsu, est extra rationem sani vt dicitur de dicta. Sexto ens prædicatur de omnibus secundum vnū nomen & eandem rationem: ergo est vniocum. Consequentia patet ex distinctione vniocosi posita in prædicamentis. Antecedens probatur quia supra probatum est, quod ens habet vnā rationem. Septimò, Nullum vniocum aut analogum distribuitur vnica distributione, pro omnibus sub se contentis. Sed ens distribuitur vnica distributione pro omnibus: ergo non est æquiocum, neque analogum. Maior patet. Nam cum dico: omnis canis latrat, non sit distributio pro cane celesti, quia propositio potest esse vera, dato quod canis celestis non latret. Cum etiam dicitur, omne sanum currit, distributio non fit pro medicina & pulsu. Minor etiam patet: quia cum dico, omne ens est, sequitur formaliter, ergo substantia est, ergo accidens est. Quæritur omnis propositio in qua ponitur terminus analogus vel æquiocus, est distinguenda cum sit multiplex, sed in primo principio complexo ponitur ens: ergo si ens non est vniocum, sequitur quod primum principium sit distinguendum, & per consequens non est certum. Et cum ingrediatur aut formaliter aut virtualiter omnem demonstrationem, sequitur quod omnis demonstratio sit ex incertis. Nono quicquid repugnat Deo in quantum est ens repugnat etiam creaturæ in quantum est ens: ergo ens est eiusdem rationis in vtroque.

Communio omnium philosophorum placet, ens non dicitur tunc ab omnibus vnitate communis.

Quod est non sit ens vniocum.

Scotus affirmans ens esse vnucum. Tripliciter.

Conceptus dicitur vnus tripliciter.

Primus modus respondendi ad quæsitum.

Impugnatur modus dicendi.

Responsio propria Tex. com. 1.

Impugnatur responsio.

realem: siue vnam primam intentionem abstrahibilem per intellectum à pluribus ex natura rei: circumscripta quacun- que intentione secunda logicali. Et hoc etiam modo ens est vniucum. Dicit enim conceptum præcisum: & abstrahibilem ab omnibus inferioribus. Dicunt secundò quod analogia non potest stare cum vniucatione philosophica: sed bene potest stare cum vniucatione metaphysica. Dicunt tertio, quod ens habet tantam vniucationem: quæ sufficit ad saluandum contradictionem. Dicunt quartò quod cuilibet conceptui reali vniucio correspondet duplex realitas: vna in se, alia in suis inferioribus. Prima realitas est obiectiua; secunda est subiectiua. Sed prima abstrahit ab existentia & non existentia: & ea quæ ipsam consequuntur: secunda verò concernit actualem existentiam: & ea quæ ipsam consequuntur. Dicunt quintò quod conceptus obiectiuus entis est ipsa entitas, non determinata ad hanc vel illam entitatem, nec ad existere, vel non existere: nec ad hunc vel illud modum essendi: & secundum hanc realitatem habet propriam vnitatem & esse obiectiuum. Conceptus autem subiectiuus est ipsa entitas prout est determinata & plurificata in suppositis actus existentibus: & secundum hanc non habet propriam vnitatem: sed omnimodam diuersitatem. Alij dicunt quod ens non prædicatur quouis modo vniucio: sed tantum analogicè id est, secundum prius & posterius: Et hoc videtur rationabilius. Quòd enim ens dicatur secundum analogiam, non oportet probare: quia ab omnibus est concessum: Nam Philosophus 4. meta. ex com. 2. dicit quod ens dicitur multipliciter: sed ad vnum & ad vnam aliquam naturam: vbi commen. sic ait. Hoc nomen ens icitur multis modis: sed non æquiuocè, sicut canis: qui dicitur de latrabili & marino: neque vniucio: vt animal de homine & asino: sed est de nominibus quæ dicuntur de rebus attributis eidem: & sunt media inter vniucio & æquiuoca. Idem ponunt Philo. & commen. in multis alijs locis: sed hoc est ita apertum in hoc loco: vt non indigeat alia confirmatione. Quòd autem ens non dicatur vniucio, nunc est probandum. Et pro. sic. Ens per te non est vniucio: physice: quia talis vniucio est tantum in specie specialissima: sed est vniucio metaphysicè. Sed quicquid est vniucio metaphysicè, est vniucio sicut animal: quia animal per te cum sit genus, non est vniucio metaphysicè: sed tantum logicè, aut metaphysicè. Ens autem non est vniucio sicut animal: vt dicitur Commen. expressè in verbis prædictis. ergo non est vniucio metaphysicè. Confirmatur: quia commentator vbi supra, dixit expressè, quod ens non est vniucio. Nec valet dicere quòd loquitur de vniucatione physica, quia cum per realia vniucio rei conueniat, non dixisset absolutè ipsum non esse vniucio: sed declarasset quomodo est, aut non est vniucio. Confirmatur secundò: quia quicquid dicit naturam aliquam, vnam vnitatem reali, est vniucio physice, vt tu dicis. Sed ens per te, vt patet ex recitatis supra, dicit vnam naturam, scilicet entitatem quæ est vna vnitatem reali, cum omne vniuersale (vt dicit etiam Scotus) habeat talem vnitatem: ergo sequitur quòd ens erit vniucio metaphysice physica, quod est contra te. confirmatur tertio: quia Comm. 5. metaph. com. 4. in fine quærentes, generalissima sint elementa, quæ generalissima dicebantur ab antiquis esse ens, & vnum, sic ait. Ita enim genera, non habet differentias cum non dicantur vniucio de alijs, sicut vnum & ens. Et 12. Metaph. com. 3. sic ait. Substantia dicitur ens, similiter, & alia prædicamenta, secundum comparationem. Secundo arguitur supponendo, quæ vnitatem conceptus formalis, non sufficit ad vniucationem, quod probatur. 1. quia sequeretur quod de ente reali & de enterationis aliquid prædicaretur vniucio. Sed hoc est falsum. consequentia probatur, quia vtrunque eorum potest vnico conceptu intelligi. Nā Deus vno conceptu intelligit omne ens reale & rationis, & omnes priuationes, & negationes & habitudines. Falsitas consequentis probatur. Omne vniucio dicit rationem aliquam contrahibilem, & per consequens determinatam & distinctam ab alijs, quia ratio contrahibilis distinguitur à contrahente, cum nulla ratio trahat se: alioquin esset actualis & potentialis respectu sui. Sed ens, commune enti reali & enti rationis, non dicit vnam rationem contrahibilem & determinatam, cuius ratio est, quia cum ens sit acceptum dicat omne reale & rationis, quæro per quid possit contrahi. Non per aliquod reale aut rationis, quia omne contrahens est extra significatiuè contrahibilis, vt infra probabitur in 19. q. quæ queritur an genus prædicatur de differentia. Non potest etiā dici quòd contrahatur per ipsum nihil, vt de se patet, ergo. Secundo. Si vnitatem conceptus sufficit ad vnitatem genericam & specificam, sequitur quòd etiam sufficit ad vnitatem numeralem. Sed hoc est falsum. Nam omnes homines concipiuntur vno conceptu, & tamen non sunt vnus numero. consequentia probatur, quia nulla ratio apparet cum omnes homines

conciuantur vno conceptu, quod magis propter hoc debeat dici vnum specie, quam vnum numero: maxime cum ille conceptus in se sit vnus numero, & per consequens si datur alteri vnitatem, magis datur vnitatem numeralem quam specificam. Tertio. Illa ratio secundum quam nomen vniucio conuenit pluribus, est in illis rebus de quibus nomen prædicatur. Sed conceptus formalis non est in ipsis rebus: ergo vnitatem conceptus non sufficit ad vniucationem. Et confirmatur, quia possibile est quòd aliquis intellectus, saltem angelicus, vel diuinus vnico conceptu intelligat canem latrabilem, & cælestem, & marinum, & per consequens ista essent vniucio: quod est falsum. Relinquitur ergo quòd per rationem accipitur res, siue ipsa natura significata, siue pro ratione formalis obiectiua. Et ex hoc arguitur sic. Omne vniucio dicit vnam rationem præcisam & abstractam. Sed ens non dicit rationem obiectiuam præcisam & abstractam à substantia & accidente: ergo non est vniucio. Maior patet Minor est probata superius. q. 2. & adhuc probatur. Ille conceptus præcisus entis, est realis per te, aut ergo est à se aut non est à se: patet ista quia de quolibet est vera affirmatio vel negatio. Si est à se, ergo est Deus, si non est à se, ergo est creatura, & non est abstractus à Deo & creatura. Tertio, quidditas entis præcisæ & abstractæ, aut est necesse esse: aut non necesse esse. Patet ista diuisio: quia extrema sunt contradictoria, & per consequens non habent medium: vt dicitur 1. Post. tex. com. 5. Si est necesse esse: cum ista quidditas includatur formaliter in omni ente: sequitur quòd omne ens est necesse esse, quò ad suam entitatem. Si non est necesse esse, ergo in Deo est aliquid quod non est necesse esse. Respondetur ad hoc quòd necesse esse non est aliud, nisi connexio necessaria quidditatis ad esse, & idè ista quidditas in aliquo est necesse esse, & in aliquo non, puta in creaturis, in quibus non habet necessariam connexionem ad esse. Sed contra arguitur dupliciter. Primò. Quidditas entis abstrahit ab actuali existentia, cum distinguantur, per te, formaliter, siue ex natura rei: ergo quidditas sic abstracta, vel est necesse esse vel non. Et arguitur vt prius. Secundo. Si ens abstrahit à Deo & à creaturis, ergo etiam existentia abstrahit ab vtroque, quia sicut tu dicis, quod potest intelligi quidditas non intellectu Deo, nec creatura, ita etiam potest intelligi existentia. Accipio ergo quidditatem entis & existentiam, vt sunt sic abstractæ, & quæro tunc, an quidditas, vt sic abstracta, cum existentia sit necesse esse, vel non. Et simpliciter arguo vt prius arguebatur. Quartò. Quæ se totis distinguuntur, in nullo conueniunt, quòd sit vnus vnitatem reali, alicuius naturæ, scilicet Deus & creatura à se totis distinguuntur, ergo non conueniunt in aliqua vna entitate reali: minor patet, maior probatur. Quia si in aliqua natura conueniunt, in ea non distinguuntur, ergo non distinguuntur se totis, quia distinguuntur se toto est distinguuntur quolibet sui, aut quolibet quod est ipsum. Ad hoc solet dici, quod distinguuntur se totis subiectiuè, sed non obiectiuè. Contra. Distincta infinita, non potest esse, nec excogitari maior. Sed distincta creaturæ à Deo est infinita: ergo &c. Sed esset maior si distingueretur non tantum subiectiuè, sed etiam obiectiuè: ergo Quintò omne vniucio habet aliquid per quod contrahitur. Sed ens non potest contrahi: ergo non est vniucio. Maior patet. Minor probatur, Omne contrahens, est extra rationem contracti, vt dicit Philosophus 7. meta. Sed nihil est extra rationem entis, quia ens prædicatur de omnibus, non tantum identicè, sed etiam formaliter, vt probatur infra, in 18. q. quæ incipit an ens prædicatur de suis passionibus & differentijs. ergo, Sextò. Si quod de se est ens, & ei quod de se est non ens, nulla est communis quidditas vniucio, Sed Deus ex se est ens, & creatura ex se non ens: ergo nulla quidditas est ei vniucio. Maior patet dupliciter. Primò quia ens & non ens sunt contradictoria: ergo in nullo conueniunt. Patet consequentia, quia si in aliquo conuenirent, eorum oppositio non esset maxima, cuius oppositum dicitur 1. Post. & in prædic. Secundo. Si ens & non ens conuenirent in aliqua quidditate communi, sequitur quòd illa quidditas prædicaretur de vtroque, & per consequens ipsum non ens, esset aliqua quidditas. Minor probatur. Id quod sibi derelictum, & omni alio circumscripto, non habet esse, est ex se non ens, quia ex se non habet esse. Sed creatura est huiusmodi, quia circumscripto Deo, creatura non habet esse, cum non recipiat esse nisi à Deo: ergo creatura ex se est non ens. Confirmatur. Id quod conuenit alicui ex se per prius conuenit ei, quàm id quod conuenit solum per causam extrinsecam. Sed non esse conuenit creaturæ ex se, & esse conuenit ei solum per causam extrinsecam efficientem: ergo prius natura creatura est non ens, quam ens. Accipio ergo creaturam in illo priori, & arguo sicut prius. In hoc priori creatura est non ens & Deus est ens: ergo nulla quidditas est eis vniucio.

Tertia ratio in Scotum.

Achilias.

Canisosa responsio.

Impugnatio casuillatio.

Ratio quarta in Scot.

Sexta ratio in Scot.

Ad primam rationem principalè.

Triplex analogia gradus.

Ad primum negatur consequentia. Ad probationem dicitur quòd licet translatio Latinate habeat sicut recitatur: tamen ex translatione Arabice declaratur quomodo accipienda sit vniucio. Sic enim dicitur, Vnum quodque principiorum propriè est causa eorum secundum quòd sunt alia: res quæ conueniunt in nomine & in intentione: & exponit Commen. quæ conueniunt in nomine & diffinitione. Maior igitur philosophi sciunt, id est maxime tale quod est causa alicuius in alio secundum nomen & intentionem. Et sic ipsa est vera, & minor sumpta est vera: quia Deus est causa entitatis in alijs, secundum idem nomen & intentionem, quia esse illud cui conuenit ratio quæ est diffinitio entis, est communis omnibus. Et inferitur quòd omne tale est vniucio: negatur. imò aliquod analogum dicit vnum nomen: & vnam intentionem, id est, diffinitionem. Triplex enim est analogia. Primus modus, est quando analogum in mente significat plures rationes tam formales quàm obiectiuas, quarum vna ad alteram habet proportionem siue analogiam: siue attributionem, quod idem est. Et hoc modo sanum est analogum. Significat enim sanitatem animalis: & medicinæ, & vrinæ: de quibus dicitur sanitas secundum diuersas rationes. Ratio enim sanitatis animalis, est esse adæquationem humorum: & ratio sanitatis medicinæ est esse causatum sanitatis in animali, vrinæ verò ratio, est esse signum. Secundus gradus est quòd terminus analogus significat vnam rationem, qui habet diuersum esse in analogatis: & hoc modo corpus dicitur analogicè de corruptibili & incorruptibili. Significat enim trinam dimensionem quæ est eiusdem rationis in quolibet corpore. Sed in corpore corruptibili habet esse corruptibile, in cælo autem habet esse incorruptibile. Tertius gradus est quando terminus analogus significat vnam rationem, in qua non parificatur analogata, neque etiam in esse, & hoc modo ens est analogum. Nam entitas habet esse in substantia & accidente, sed perfectius in substantia quàm in accidente, & idè formalis conceptio entis est in substantia & accidente tanquam in fundamento sue veritatis: & habet perfectius fundamentum in substantia quàm in accidente. Ratio autem entis, est esse illud, cui contingit esse. Et propter hoc dicit Philosophus Comm. 7. metaph. com. 2. quod omnia illa dicuntur ens quæ aliquo modo habet esse. Ad confirmationem dicitur quòd ibi est similitudo & comparatio in hoc quòd est esse prædicatum essentiale, & non in hoc quòd est esse analogum. Ad secundum negatur antecedens, quia nihil est vniucio pluribus prædicamentis, nisi fortè aliquis terminus secundæ intentionis: puta generalissimum & prædicamentum. Vnde accidens si hoc modo accipitur: dicitur vtrique de eis vniucio: secundum quem modum Porphyrius de accidente locutus est. Sed si accipiat accidentis metaphysicè dicit vnum conceptum formalem, scilicet esse id cui debetur esse inhærenter, quæ ratio per prius dicitur de vno quàm de alio, & diuersimodè. Nam quantitas dicitur inhærenter, quia est mensura substantiæ, & qualitas: quia est modificatiua, & sic de alijs. Ad tertium dicitur 7. huius, in illa questione vtrum substantia cognoscatur per propriam speciem: ad quartum. dicunt aliqui quòd de mente Sancti Thomæ est, quod ens dicitur ab esse, quod in omnibus creaturis est distinctum à quidditate. Sed contra: licè ens imponatur ab esse, non tamen significat tantum esse, sed etiam essentiam: & idè hæc propositio est vera, essentia est ens, propter quod dico quòd ad vniucationem non sufficit quòd prædicatum sit quidditatiuè, siue essentiale subiecto: sed præter hoc requiritur quòd ratio eius æqualiter representet omnia de quibus dicitur, quod non conuenit rationi entis. Ad quintum negatur maior, de eo quod est non vniucio, sed analogum, dicens vnam rationem: huiusmodi autem est ens. Ad sextum negatur consequentia, quia oportet quòd illa ratio non conueniat vni per prius & alteri per posterius: talis autè est ratio entis. Ad septimū negatur maior de analogo dicente vnam rationem. Cum enim ratio talis analogi saluetur in omnibus illis de quibus prædicatur, consequens est quòd nomen hoc possit distribui pro omnibus illis. Ad octauū negatur maior nisi illud analogū dicat plures rationes, quale non est ens: vt dictum fuit. Ad nonum negatur consequentia, quia ex illo antecedente non sequitur aliud, nisi quod ens dicat vnam rationem, sed non sequitur, quòd sit vniucio.

Q V Æ S T I O V.

Vtrum ens sit analogum enti reali & rationis.

Q V Æ R I T V R hic an ens sit analogum enti reali: & enti rationis. & arguitur quòd sic. Primò. ens est

analogum omnibus quæ cadunt sub consideratione metaphysicæ. Sed aliquod ens rationis est de consideratione metaphysicæ. Maior patet. Minor probatur. Diuisio inter ens reale & ens rationis, est tantum diuisio rationis cum alterum extremum non sit reale. Sed considerare de hac diuisione pertinet ad metaphysicam, cum non appareat ad quam aliam scientiam pertineat: ergo. Secundò. Plus distat Deus & creatura quam ens reale & ens rationis. Sed Deo & creaturæ est aliquod commune analogum, vt probatur ex questione præcedenti: ergo etiam enti reali & enti rationis. Maior patet, quia distantia infinita excedit omnes alias, Deus autem distat in infinitum à creatura: ergo. Tertio conceptus de quo aliquis est certus, aut est vniucio aut analogus his de quibus intellectus est dubius. Sed de aliquo, puta de figmento intellectus est certus quòd est ens, & est dubius, an sit ens reale vel rationis, ergo conceptus entis est istis analogus. Quarto. Impossibile est aliquam vnam passionem conuenire duobus, nisi habeant saltem vnitatem analogiam, quia vnus passionis est vnum subiectum. Sed intelligibilitas est passio entis, & conuenit tam enti reali quàm enti rationis, ergo habent vnitatem analogiam. Confirmatur quia intellectus non potest ferri in aliqua plura, nisi in vnitatem alicuius, quod sit primum obiectum intellectus, & quod sit per consequens vnum: quia vnus potentia est vnus adæquatum obiectum. Sed intellectus fertur super ens reale & ens rationis: ergo conueniunt in aliquo vno primo obiecto intellectus. Tale autem obiectum, non potest esse sola vox: igitur est vnum vnitatem conceptus.

Respondeo & præmitto huic questioni vnum de quo infra erit specialis questio in hoc 10. libro, scilicet quòd entia rationis sunt in triplici genere. Nam priuationes sunt entia rationis: negationes sunt entia rationis, & a iqui respectus, puta resolutio identitatis alicuius ad seipsum sunt entia rationis. Nec præter ista dari possunt alia entia rationis: nisi fortè quis dicat, quòd etiam entia prohibita, vt chimera & tragellaphus sunt entia rationis. Quòd enim ista sint alio modo ens, patet: quia quarto metaphysicæ textu, & commento secundo dicitur, quod ens dicitur quatuor modis. Primò dicitur, ens id quod est in genere substantiæ. Secundò dicitur ens, quicquid est in aliquo genere accidentis. Tertio dicitur ens id quod via ad substantiam & accidentia: cuiusmodi sunt generatio & alij motus. Quarto dicuntur entia priuationes & negationes, & etiam secundò intelligibilia quæ sunt res logicæ, vt dicit commentator. Huiusmodi autem secundò intelligibilia quæ sunt res logicæ, nihil aliud sunt, nisi respectus rationis qui consequuntur res prout habent esse obiectiuum in intellectu, sicut ibi declarabitur. Quòd autem nullum trium prædictorum sit ens reale, probatur Primo: quia omne ens reale dicitur a i quæ naturam, cui non repugnat existentia. Sed ista nulla dicunt naturam. Priuatio enim & negatio nihil dicunt: sed tantum remouent. Respectus etiam rationis non habet aliud esse, nisi tantum esse cognitum: ergo. Secundò. Omne ens reale: aut est finitum aut infinitum. Sed prædicta non sunt ens infinitum: vt patet nec ens finitum, alioquin essent in genere aliquo: quia ens finitum immediatè diuiditur in 10. genera: ergo ex prædictis sequitur quòd ista consequentia non valet. hoc est ens rationis, ergo est ens. Nam à termino sumpto cum alio distrahente, vel diminvente ad eundè sumptum simpliciter, non valet consequentia. vt dicitur secundò Perihemias. Sed ly rationis, distrahit aut diminuit rationem entis. Cum enim ens rationis non habeat, nisi esse cognitum, idem est dictum: hoc est ens rationis: ac si diceretur, hoc est cognoscibile, vel opinabile vel imaginabile. Constat autem, quòd prædicta diminuunt rationem entis. Et propter hoc bene dicit Henricus quolibet tertio. questione prima, columnatertia circa finem, quòd diuisio entis in ens reale & ens rationis, est sicut diuisio hominis in hominem verum, & hominem mortuum. Quantum vero ad id de quo principaliter queritur: dico quòd enti reali & entiationis, ens non est analogum. probatur. Primò. Nullus terminus analogus verè dicitur de aliquo, nisi ratio per terminum significata in eo reperitur. Sed ratio significata per ens non saluatur in ente rationis: ergo. Maior est nota per se. Minor probatur. ratio significata per ens, est hoc distinctum, substantia vel accidens, vt patet ex dictis supra. Sed hoc distinctum non saluatur in ente rationis alioquin ens rationis aut esset in prædicamento, aut esset nobilius aliquo quòd est in prædicamento, sicut dicitur de substantia, quæ est prima causa & transcendit omne genus. Secundò. Nulli contento sub analogia entis repugnat existentia: quia ens est, id cui conuenit esse. Sed entiationis repugnat existentia, ergo. Maior patet: minor probatur. Existentiæ est actus essentia, sed ens rationis nullam dicit essentiam: ergo ei

Distinctio.

Conclusio. Responsio ad id quod queritur.

Thomista vniucio sententia.

Conclusio.

Quod ens non dicatur vniucio contra Scotistas.

Confirmatio.

Confirmatio.

Confirmatio.

In Scotum altera ratio. Vnitatem conceptus formalis non sufficit ad vniucationem vniucio.

QVÆSTIO VI.

Vtrum conceptus entis sit realis.

nulla potest convenire existentia. Tertio. Vbi est analogia ibi est aut realis significatio unius ab altero, sicut sanitas significatur per vrinam & pulsus, aut est realis causalitas & productio unius ab altero. Sed ens rationis non significat ens reale, ut patet, nec est causa eius, nec causatum ab eo: quoniam realis productio non est nisi ab ente reali, nec potest terminari nisi ad ens reale. Ergo. Quarto. Inter omnia analogata est aliqua similitudo & convenientia unius ad alterum. Sed rationis entis ad ens reale nulla est similitudo: ergo. Maior patet ex ratione analogie. Minor probatur. Quæ plus distat quam ea quæ distat in infinitum in nullo sunt similia. Sed ens rationis plus distat ab ente reali quam Deus à creatura, & Deus & creatura distant infinita distantia: ergo. Maior est nota cum secunda parte minoris. prima eius probatur. Plus distat extrema alicuius distinctionis, quam ea quæ continentur sub aliquo membro eiusdem distinctionis. Sed ens reale & ens rationis sunt extrema illius distinctionis, quæ est inter ea, Deus autè & creatura continentur sub altero extremo, scilicet sub ente reali. Ergo. Ex prædictis infero quod ens non est commune enti reali, & enti rationis, nisi tantum communitate vocis qualis communitas reperitur in terminis æquiuocis, & ideo dicitur merè æquiuocè de vtrisque: quod etiam magis patet, quia talis est diuisio entis in ens reale & ens rationis, qualis est diuisio hominis in hominem viuum, & hominem mortuum modò, homo dicitur tantum æquiuocè de viuo & mortuo, sicut etiam oculus, ut dicit Philosophus secundo de anima. textu commenti 9. ergo.

Ens est æquiuocum entis realis & rationis.

Ad primam rationem principale.

Distare in infinitum est duobus modis.

Quomodo intelligitur adequatio.

Tex. c. 66

Ad primum dicitur, quòd aliquid pertinet ad considerationem metaphysicæ dupliciter. vno modo per se, alio modo consecutiue & secundariò. Si primo, sic negatur minor & conceditur maior. Si secundo modo, sic negatur maior. Dico autem quòd considerare distinctionem inter ens reale, & ens rationis pertinet ad metaphy. tantum consecutiue & remotè. Obiectum enim metaphy. adequatum est ens reale, sub quo non cadit illa distinctio. sed tamen consequenter considerat distinctionem sui obiecti à quocunque alio. Ad secundum negatur maior. Ad probationem dicitur quòd aliqua distare in infinitum contingit duobus modis: vno modo ex sola infinitate alterius extremi, sicut si aliqua albedo in subiecto esset intensa, ut quatuor: Et alia albedo esset separata ab omni subiecto, ipsa esset infinitè intensa, & de tali distantia negatur maior. Nam illa albedo ut quatuor, plus distaret à nigredine quam ab albedine separata. & hoc modo distat Deus à creatura, quia ipse est entitatis infinitæ. Alio modo dicuntur aliqua distare in infinitum, non ex infinitate alterius extremi: sed solum quia vnum ad aliud nullam habet convenientiam, nec est assignare aliquam naturam in qua quouis modo conueniant: & sic conceditur maior, & negatur minor, quia Deus & creatura non distant hoc modo in infinitum: sed bene ens reale, & ens rationis sic distant, & ideo argumentum potius concludit propositum, quam oppositum. Ad Tertium dicitur quòd impossibile est intellectum formare vnum conceptum commune enti reali & enti rationis, cum nullus conceptus sit eis communis: & ideo negatur minor: Quia intellectus solum est certus, quòd tali figmento conuenit hoc nomen ens: & non est certus de aliquo conceptu ei conueniente: nisi de conceptu vocis. Concipit enim quòd hæc vox, ens, dicitur de ente rationis & dubitat vtrum conceptus entis realis, aut entis rationis ei conueniat. Ad quartum negatur maior, quando passio est merè æquiuoca, & huius est intelligibiles dicta de ente reali, & de ente rationis. Ad confirmationem dicitur primò quòd obiectum adequatum intellectui à quo habet intellectus, quòd sit vna potentia ab aliis distincta, est tamen ens reale, sicut etiam solum ens reale est obiectum adequatum metaphysicæ: cum quo tantum stat quòd consequentiue metaphysicæ sit de aliquo ente rationis. Et similiter liter quòd intellectus cognoscat consecutiue ens rationis adequatum non ex hoc quòd positum vel habitus nullo modo possit in aliud sed quia non potest in aliud per se, sed tantum consecutiue: quòd patet. Nam adequatum obiectum visus est color vel lucidum, ut patet secundo de anima & tamen per visum cognoscimus tenebram, sed per accidens: ut dicitur in eodem loco: quæ tamen tenebra non continetur sub lucido: nec sub colorato: Dicitur secundo, quòd potentia quæ fertur in plura habet aliquid in quod per se fertur, in aliud autem fertur non per se: nec fertur in aliud propter aliquam vnitatem cum illo primò: sed consequenter: ita quod in istud ferri non possit: nisi prius esset lata in illud primum, & hoc modo intellectus non potest apprehendere ens rationis, nisi præcognito ente reali.

QVÆRITVR sextò vtrum conceptus entis sit realis. Et arguitur quod non. Primò. Omne reale citra Deum, est in aliquo genere. Sed huiusmodi conceptus non est in genere, cum circumueat omnia genera: ergo non est realis. secundò. Nullum reale verè prædicatur de ente rationis. Sed conceptus entis verè dicitur de ente rationis: ergo non est realis. Maior patet. alioquin ens rationis esset ens reale. Minor est in litera tex. c. 2. vbi dicit philosophus & Comm. quòd negationes sunt vno modo entia:

Prima ratio.

In oppositum arguitur. Quicquid est essentialiter decem generibus, est reale, cum ens rationis de nullo ente reali essentialiter prædicetur, alioquin reale dependeret à non reali. Sed conceptus entis est essentialis x. generibus. Illa enim propositio est in primò per se, in qua prædicatur ens de aliquo x. generum: ergo.

Conclusio prima.

Respondeo tribus conclusionibus. Quarum prima hæc est formalis conceptus entis est realis, quocunque modo accipiatur ens. Probatur sic ista conclusio. Quicquid est alteri inhærens, est ens reale. Sed formalis conceptus entis est alteri inhærens, ergo. Maior probatur, quia omne accidens est ens reale. Sed omne inhærens alteri, est accidens: ergo est ens reale. Et confirmatur, quia ens diuisum in substantiam & accidens est tantum reale. Minor probatur, quia conceptus formalis est accidens inhærens intellectui. Et si dicitur quòd ens intentionale diuiditur contra ens reale, sed conceptus est quod intentionale. ergo ens reale. Maior patet ex se. Minor est Commentator. 1. de anima. comm. 26. vbi conceptus, appellat intentiones. Responderetur quòd huiusmodi entis intentionalia sunt quidem in se quædam realitates, sed dicuntur esse intentiones per comparationem ad obiectum, & ideo dicuntur intentiones obiecti. Secunda conclusio. Conceptus obiectiuus entis, quod est commune enti reali & enti rationis, non est realis nec rationis, sed abstrahit ab vtroque. Probatur ista conclusio tripliciter. Primò. Omnis conceptus communis pluribus, & superior eis includitur per se in quolibet eorum. Sed conceptus entis hoc modo accepti, est communis & superior enti reali: & enti rationis. ergo clauditur per se in conceptu vtriusque: Sed nullum reale clauditur per se in ente rationis: ergo ille conceptus non est realis. Maior patet, quia omnetorum est communis & superior partibus subiectiuus. Antecedens verò secundum consequentiam probatur quia si aliquid reale conueniret per se enti rationis tunc ens rationis esset ens reale: sicut quia animal per se clauditur in conceptu hominis, ideo hæc est vera, homo est animal. Secundo. Ens rationis & ens reale in nullo reali conueniunt. Sed conueniunt in conceptu entis: ergo conceptus entis non est realis. Minor patet. Maior probatur: quia differentia quæ ex opposito diuidunt aliquod commune, non coincidunt ad inuicem: nec aliqua earum coincidunt cum diuiso. Sed ens reale, & ens rationis diuidunt ens: ergo ens diuisum non coincidit cum hac differentia diuisua, quæ dicitur ens reale. Tertio. Minus conueniunt substantia & chimera. quàm accidens. Sed substantia & accidens nullam aliam conuenientiam habent in aliquo reali ergo substantia & chimera, quæ est ens rationis, in nullo reali conueniunt: alioquin tantum conuenirent: sicut substantia & accidens. Maior patet, quia aliquid prædicatur de substantia & accidente, quòd non prædicatur de chimera. Minor etiam patet, quia nullum reale est superius ad substantiam & accidens nisi ens. Ex quibus omnibus patet quòd ens commune enti reali & rationis, non dicitur conceptum obiectiuum realem, nec rationis, sed abstrahit ab vtroque. Quod enim non dicitur conceptum realem probatur est & eisdem rationibus probari potest quòd non dicitur conceptum rationis. Tertia conclusio. Ens commune Deo & creaturis, & substantiæ, & accidenti dicitur conceptum obiectiuum realem. Probatur ista conclusio. Primò, Obiectum intellectus est ens reale. Sed conceptus obiectiuus entis est obiectum intellectus: ergo est realis. Maior probatur. Obiectum intellectus non est fabricatum ab intellectu: ergo est reale. Consequentia patet: quia omne ens rationis, siue omne ens non reale sit per intellectum. Antecedens probatur. Obiectum intellectus est prius intellectu & actu eius. ergo non est fabricatum ab intellectu. Consequentia patet, quia omnis effectus est posterior sua causa. Antecedens est philosophi secundo de anima dicentis

Conclusio 2.

Conclusio 3.

Tex. c. 39

quòd obiecta sunt præua actibus & potentis, quòd maxime verum est de potentis passiuis: quia obiectum potentia passiuæ se habet ad eam: ut agens & mouens: omne autem agens est prius passio. Secundo. Subiectum metaphysicæ est ens reale. Sed ens commune Deo & creaturis est subiectum metaphysicæ: ergo. Maior patet: quia metaphysicæ est scientia realis. Minor patet supra in primo. Dicitur autem ens esse obiectum intellectus & metaphysicæ, quo ad conceptum eius obiectiualem: quia quidditas entis & omnia quæ sub ea continentur, possunt per intellectum, & per habitum metaphysicæ cognosci. Tertio subiectum non est minoris realitatis, quàm eius propria passio: cum passio habeat esse à subiecto depèdens. Nihil autem depèdet ab ignobiliore se. Sed bonum quòd est passio entis est reale: ut patet in sexto huius, vbi dicitur quòd bonum significat aliquid existens in rebus. ergo & ens quòd est subiectum boni est ens reale, tale autem est ens commune Deo & creaturis. Quarto. Quicquid est de ratione entis realis est ens reale: sed conceptus obiectiuus entis communis Deo & creaturis est de ratione cuiuslibet entis realis, cum sit eo superius: ergo est realis.

Tex. c. 8.

Ad primum negatur maior: nisi tale reale sit vniuocum cuiusmodi non est quidditas entis. Ad secundum dicitur quòd illa ratio est pro secunda conclusione, & eam probat. Dicendum tamen, quòd ens commune enti reali & rationis, abstrahit ab vtroque, non intento dicere, quòd aliquid sit eis commune præter vocem. Nam sola vox est communis enti reali & rationis. Sed dico quòd si accipiatur tota latitudo entium, & tam realem quàm rationis, ipsa secundum se totam, nec est realis, nec rationis. Et dicitur abstrahere ab vtroque: quia secundum aliquam & principalem sui partem est ens reale, secundum aliam verò est ens rationis.

QVÆSTIO VII.

Vtrum ens habeat contradictorium.

QVÆRITVR vtrum enti sit aliquid contradictorium. Et dicitur quòd non. Primò. In nullo termino habente multiplex significatio, potest esse contradictio, quia affirmatio & negatio non erunt respectu eiuudem, ut patet cum dicitur canis currit, & canis non currit. Sed ens dicitur multipliciter. 4. metaphysicæ tex. comm. 2. ergo &c. Secundo. Si ens habet contradictorium, illud erit non ens. Sed non ens non opponitur enti contradictoriè. Maior patet. Minor probatur, quia ratio vnus extremi contradictionis, nullo modo conuenit alteri extremo, alioquin ab eis posset abstrahi vnus conceptus communis vtrique, & per consequens inter contradictoria esset medium. Sed ratio entis conuenit non enti. ergo &c. Maior patet. Minor probatur. Cui conuenit intelligibilitas, ei conuenit ratio entis, cum intelligibilitas sit passio entis adæquata. Ens enim est adæquatum obiectum intellectus. Sed non enti conuenit intelligibilitas, cum sit apprehensibile per intellectum: ergo. Tertio. Conceptui certissimo, & de quo nullus intellectus dubitat, nihil opponitur contradictione. Sed conceptus entis est huiusmodi. Maior probatur, quia conceptus habens contradictorium, potest negari, & conceptus ei oppositus potest haberi: non potest autem haberi conceptus oppositus ei qui est certissimus. Minor patet, quia ens est subiectum primi & certissimi principij, de cuius veritate nullus potest dubitare. 4. meta. ergo ens est certissimum. Patet consequentia, quia notitia propositionis, dependet ex notitia terminorum, primo posteriorum. Quarto. Extremis contradictionis nihil est commune. Sed enti & non enti aliquid est commune: ergo &c. Maior probatur, ex præcedenti ratione. Minor probatur. Nomen infinitum est commune enti & non enti, hæc enim est vera, lapis est non homo, & similiter ista, nihil est non homo.

Tex. c. 9.

Duplex questionis intellectus.

Respondeo quod præsentis q. potest esse duplex sensus. Primus est, vtrum in ente saluetur contradictio respectu suorum inferiorum, ratione multiplicis significati, eo modo quo dicitur in æquiuocis non esse contradictorium, sicut ista non contradicunt, canis lucet, canis non lucet, quia lucere & non lucere dicuntur respectu diuersorum, & contentorum sub cane, & sic non mouetur præsentis quaestio. Nam supra in q. 4. dictum fuit quòd ens habet tantum vnitatem quæ sufficit ad remouendam æquiuocationem & ad saluandam contradictionem. Alio modo potest accipi ens quantum ad suum primum significatum & conceptum proprium, & quæritur, vtrum ei sic secundum se & præcisè accepto, aliquid contradicat. Et sic mouetur ista quaestio. Et loquor in hoc loco, non tantum

de contradictione quæ reperitur in propositionibus, sed etiam de ea quæ reperitur in terminis simplicibus. Sicut enim ista contradicunt. Omne ens currit, aliquod ens non currit. Et similiter; Hoc ens est album, hoc ens non est album, quia negatiua aufert totum quod affirmatiua ponit. Ista etiam Sortes & non Sortes contradicunt. Et ideo quaestio est: vtrum similiter ens & non ens contradicant? Ad quam quaestionem responderetur affirmatiue quòd sic. Et probatur. Primo contradictio est in istis propositionibus. Sortes est ens, Sortes non est ens. Aut igitur est oppositio contraria, aut priuatiua, aut relatiua, aut contradictoria. Non prima, nec secunda, nec tertia, ut de se patet: ergo est contradictoria. Sed hæc contradictio non est ex parte subiecti, cum subiectum in vtraque propositione maneat affirmatiuum: ergo est ex parte prædicati, vel ex parte copulæ. Sed per copulam & prædicatum significatur ens in affirmatiua: & non ens in negatiua, ergo enti opponitur contradictoriè non ens. Secundo, Cuiuslibet disiunctiue, affirmatiue assignatur sufficienter contradictio per copulatiuam negatiuam. Isti enim vel tu curris, vel tu legis, contradicunt ista, tu non curris, nec legis, ut tradunt omnes dialectici. Et quòd dictum est de disiunctiuis, dictum est de extremis disiunctis. Sed conceptus entis est quid disiunctum: ut patet ex superioribus, ergo conceptui entis quòd est disiunctum, substantia vel accidens, contradicunt istud copulatum, nec est substantia nec accidens. Tertio Philosoph. 5. metaphy. textu commenti 8. dicit quòd infimum principium & prima omnium dignitatum est, quòd impossibile est idem simul inesse & non inesse eidem secundum idem, & quantum ad alias conditiones quæ determinatæ sunt in logica. Et postea textu & commento 9. Arguit contra Heraclitum dicentem: quòd quis potest opinari prædicta duo, scilicet esse & non esse: esse simul vera. Et hæc est ratio Philosophi, Duo contraria non possunt esse in eodem simul: sed opiniones contradictoriarum sunt contrariæ, ut patet secundo perihermè. ergo non possunt esse simul in eodem intellectu. Sed esse & non esse, sunt contradictoria: ergo non potest quis opinari quòd idem simul sit & non sit: Confirmatur, quia Commentator circa medium eiusdem comma. 9. probat idem ex hoc, quòd omnes qui videntur demonstrare: quòd contradictoria non simul congregantur in eodem. Et ex hoc infert quòd esse & non esse non sunt simul in eodem, quæ ratio nihil valeret, nisi esse & non esse essent contradictoria. Confirmatur secunda, quia in eodem lib. 4. textu & commento 27. probatur quòd inter contradictoria non datur medium, ista ratione. Inter verum & falsum non datur medium, ergo inter contradictoria non datur mediū. Antecedens patet, quia omnis oratio est vera vel falsa. Consequentia probatur, quia verum est esse quòd est: & falsum est esse quòd non est. Sed esse, & non esse sunt contradictoria, ergo verum & falsum, sunt contradictoria.

Respondeo ad problema affirmatiue.

Ad calcem illius libri.

Ad primum dicitur, quòd ens accipitur dupliciter. vno modo ut est commune tam enti reali quàm enti rationis. Alio modo ut est commune tantum enti reali. Primo modo non potest enti esse aliquid contradictorium quia tale esset saltem ens rationis & etiam quia tale ens est æquiuocum: cum enti reali & enti rationis nihil sit commune nisi nomen. Secundo modo non ens reale est enti contradictorium. Et licet ipsum non ens ut apprehensum, sit ens rationis, non tamen est ens reale: sed ei contradicunt. Intelligibilitas autem non est passio tantum entis realis sed, entis communis ad reale & rationis. Ad secundum dicitur quòd extremis contradictionis potest esse commune nomen & non aliud: & sic hoc nomen infinitum non homo, est commune enti & non enti: sed nulla est communitas rei: quòd tamen oporteret si aliquid deberet esse medium inter contradictoria. Ad tertium negatur maior. Ad probationem dicitur quòd conceptus certissimus non potest negari ab his quibus conuenit, nec conceptus oppositus potest eis attribui, potest tamen conceptus oppositus conceptui certissimo apprehendi. Et hoc modo est in proposito, quia ipsum non ens apprehenditur eo modo quo possibile est ipsum apprehendi: apprehenditur enim quid significetur per hoc nomen, non ens. Ad quartum dicitur primò quòd non est ad propositum, quia procedit iuxta primum sensum positum in principio quaestiois. Dicitur 2. quòd licet in multiplici æquiuoco, non possit esse contradictio, potest tamen esse in analogo. Ens autem est analogum. ergo &c. Quæritur etiam eodem modo de ente rationis: quoniam ut inquit C. 4. met. commen. 1. Aliquæ res logicæ appropriantur primæ phys. de quibus agitur in prima parte quarti libri. Et in secunda agitur de primis principiis. Ex hoc patet quòd per res logicas non accipiuntur primas propositiones, sed potius ipsum ens rationis &c.

vtrum

Utrum ens in quantum ens, habeat principium.

QVÆRITVR vtrum entis in quantum ens sunt principia & causæ. Et arguitur quod non. Primo omnis causa & omne principium est alio modo prius effectu. Sed ente nihil est prius: ergo nihil est causa entis in quantum ens. Maior patet. Minor probatur. Primo nihil est prius primo omnium, sed ens est primum omnium: & est primus conceptus, & vniciueque prius conuenit esse ens, quam quodcunque aliud prædicatum. Secundò, ens, in quantum ens, quod est subiectum metaphysicæ, est commune finito & infinito. Sed enti sic communi nulla est causa: ergo. Maior patet. Minor probatur. Aut illa causa esset finita, aut infinita. Non infinita: alioquin esset prior eo quod est commune finito & infinito. Nec etiam finita propter eandem rationem. Tertio si ens in quantum huius habeat causas & principia: aut hic conuenit ei per se aut per accidens. Si per accidens cum ea quæ sunt per accidens non cadant sub consideratione scientiæ, sequitur quod superfluum est de hoc facere quæstionem. Si per se: contra quicquid conuenit alicui per se conuenit ei in quocunque sit. Sed enti quod est in Deo nullo modo conuenit habere causas: ergo. Quarto. Si ens in quantum ens habeat causas, ergo vel materialem, vel formalem, vel finalem vel efficientem. Non materialem, quia metaphysica abstrahit à materia. Non formalem, quia entitas est prima actualitas. Non efficientem, quia nulla productio terminatur præcisè ad ens, sed ad hoc vel illud, puta hominem lignum & huiusmodi. Non finalem, quia finis & forma sunt idem nu. 2. secundo phys. tex. comm. 70. Sed ens est prima forma & prima perfectio, ergo est vltimus finis. Quintò Eius nulla est causa quod abstrahit à causa & causato. Sed ens in quantum ens est huiusmodi: cum causa & causatum diuidant ipsum ens, ergo entis in quantum ens, nulla est causa.

Dicitur in quantum potest dupliciter accipi.

Tex. com. 3. tex. c. 37.

Prima conclusio.

Entis principia quot mo.

His inuestigari possunt.

Respondeo & præmitto aliqua pro noticia tituli quæstionis. Primum est quod ly in quantum non tenetur reduplicatiuè, sed specificatiuè, sed si enim staret reduplicatiuè, tunc esset eadem quæstio, ac si quæreretur. An omne ens habeat causam, & per consequens an sit ite in infinitum in causis. Stat autem specificatiuè, & specificat rationem entis. Et est quætere, an detur aliqua causa, per quam res habeant quod sint entia: puta an sit aliqua causa à qua lignum habeat quod sit ens, & non solum habeat quod sit lignum. Secundum est quod cum metaphysica abstrahat à materia, præcens quæstio non est de causa materiali. Sed de effectiua vel formali vel finali. Tertium est quod cum ens sit vniuersarium & effectus vniuersalis reducatur in causam vniuersalem: vt dicitur secundo phys. & quinto metaphys. tex. comm. 3. postea esse quæstio ad hunc sensum Vtrum res, in quantum sunt entia, habeant causam vniuersalem, puta Deum. Et in quantum sunt corpora habeant proueniens causa cælum: & in quantum viuunt, habeant pro vniuersali causa intelligentias, & in quantum sunt tales vel tales res puta homo vel lapis, habeant pro causa hominem vel lapidem: & de hoc erit specialis quæstio in quinto huius. Quartum est quod cum principium aliqua sint complexa, aliqua incomplexa: potest de vtriusque esse quæstio, & quantum ad complexa titulus quæstionis est apertus & clarus, quantum verò ad incomplexa quæstio intelligenda est de principio formali.

His præmissis hæc est prima conclusio, Entis in quantum ens, sunt aliqua principia & causæ. Probatum ista conclusio Primò. Illud quod necessariò requiritur in subiecto cuiuslibet scientiæ est esse in ente, quod est subiectum metaphysicæ. Sed metaphysica est propriè scientia: & omne subiectum oportet habere principia & proprias passiones, vt dicit Philosophus primo posteriorum tex. comm. 43. ergo &c. Secundò philosophus quarto metaphysicæ tex. comm. primi: sic dicit, Necessè est entis elementa esse, & non secundum accidens, sed in quantum sunt entia, vnde & nobis entis in quantum ens est ens: primæ causæ sunt accipiendæ: vbi dicit Commentator, quod dupliciter possunt quæri principia entis. Vno modo, in quantum ens hoc aut illud, puta sensibile, vel mobile, aut mathematici, & hoc est quætere principia entis per accidens. Ista quæstio est accidentaliter metaphysicæ quia ista principia nõ conueniunt enti in quâsi huiusmodi: sed in quantum ens est tale vel tale: & talis inquisitio pertinet ad scientias speciales. Alio modo quærentur principia entis, in quantum ens simpliciter & absolute: & hoc modo pertinet ad primam philosophiam. Tertio sic arguitur per Philosophum, sexto metaphysicæ tex. comm. primi.

Omnis scientia quærit principia & causas sui subiecti. Et hoc probat inductiuè in mathematicis & in medicina: ergo metaphysica quærit principia entis. Et Com. dicit ibidem: quod quia hoc est scientia de ente simplici, ideo habet perscrutari de causis entis simplicibus. Secunda conclusio: Entis in quantum ens sunt principia incomplexa: hæc conclusionem ponit S. Thomas in tribus locis super metaphysicam. Et dupliciter eam declarat: primò per eam in prologo metaphysicæ, vbi dicit quod Deus & intelligentiæ sunt principia entis in quantum ens, Secundò ponit eam quarto metaphysicæ, lectione prima, & remittit se ad declarationem prædictam postquam in præmio. Pro cuius noticia præter ea quæ dicuntur in hoc libro, sciendū est quod in scientia potest dupliciter aliquid considerari, tanquam principium. Vno modo tanquam principium extrinsecum quod scilicet, non cadit sub adæquato obiecto, sed est causa eius efficiens aut finalis, & hoc modo naturalis considerat de primo motore, tanquam de principio. Alio modo aliquid dicitur esse principium subiecti intrinsecum: & hoc modo quæritur in philosophia naturali de materia & forma. Huiusmodi autem principia sunt principia & cadunt sub obiecto. Ex quo patet, quod non oportet principia in scientia siue principia subiecti esse principia omnium, quæ sub obiecto continentur: alioquin aliqua essent principia sui, sed sufficit quod sint principia aliorum à se. Ens autem quod est subiectum metaphysicæ, non habet principia extrinsecum quia omne ens continetur sub eo: sed habet principia intrinsecum, id est, inclusa in suo obiecto. Et hoc modo Deus est principium entis in quantum ens, quia est causa entitatis omnium aliorum. Et ad hunc sensum exposuit Commentator quarto metaphysicæ commento primo per principia entis primam formam, & finem vltimum. Tertio ponit eandem conclusionem sexto metaphysicæ, lectione prima. Sed aliter eam declarat, dicens: quod vnumquodque habet quod sit ens per suam propriam quidditatem. Considerare autem de quod quid est simpliciter & absolute, pertinet ad metaphysicum: quia quod quid est, nulli scientiæ est proprium: sed est commune omnibus, & ideo pertinet ad scientiam communissimam, ergo sola metaphysica considerat principia entis in quantum ens, id est, id quod ad vnumquodque habet quod sit ens. Ex quo patet quod in hoc aliter accipit principia entis quam prius: quia hic accipit principia formalia: & superius non. Quidditas enim cuiuslibet rei dat ei formaliter quod sit ens. Nam homo per humanitatem suam est homo, & est animal, & substantia, & ens: ita quod vnaquæque res ex suo quod quid est considerato absolute, & non in quantum est tale vel tale, habet quod sit ens. Et si arguitur, contra: Quod prædicatur de aliquo in primo modo dicendi per se, non inest ei per aliquam causam, nec per aliquod principium. Sed ens dicitur de omnibus in primo modo dicendi per se: cum prædicetur esse taliter, ergo nulla est causa formalis per quam aliquid sit ens. Responderetur, & dicitur primo quod maior est falsa. Nam viuens dicitur essentialiter de homine: & tamen inest ei per rationem animalis. Ideo enim homo est viuens quia est substantia animata sensitua. Dicitur secundo quod præsertim illa maior est falsa loquendo de principio formali eo modo quo quod quid est dicitur principium formale. Illud enim quo formaliter homo est animal est animalitas. Et si dicatur, saltem non potest inesse per causam efficientem. Nulla enim est causa quod homo sit homo vel animal: vt dicit philosophus septimo Metaph. tex. comm. 36. ergo saltem falsum quod dictum fuit supra in principio huius quæstionis: Deum esse causam agentem entis in quantum ens. Respondeo quod hæc locutiones: homo in quantum homo, est ab homine: & in quantum animal, est ab animali: & in quantum corpus est à cælo, & in quantum ens est à Deo effectiue: possunt habere duplicem sensum. Vnus est quod tales dicantur esse causæ quod prædicatum conueniat subiecto, & per consequens veritati illarum propositionum, & iste sensus est falsus: vt argutum est Nulla enim est alia causa quod verum sit hominem esse animal nisi identitas subiecti & prædicati. Alius sensus est quod iste effectus sit ab omnibus illis causis productis in actuali existentia: & quod secundum diuersos gradus reducatur in diuersas causas, quarum vna sit propria causa illius effectus in quantum est in tali gradu entitatis, & alia in quantum est in gradu animalitatis sit propria eius causa, & sic de aliis, & hic sensus est verus. Potest etiam alio modo exponi quod entis in quantum ens, sunt principia: accipiendū ens non in sua vniuersalitate: sed pro substantia vt dicatur quod ly in quantum specificat rationem entis per se. Et hunc sensum habuit Commenta. 4. metaphysicæ comment. 3. in principio vbi sic dicit: Cum declarauit quod vnus scientiæ est consideratio de ente & de causis suis, scilicet substantiæ

Sensus propositionum causalium

ad vtrius.

Quarta ratio.

Arithm.

Duo modi subalternationis.

substantia & de causis substantiæ, vult etiam declarare, quod istius scientiæ etiam est consideratio de vno. Tertia conclusio. Entis quod est subiectum in metaph. sunt principia complexa. Ista conclusio ex se ita euidens est, vt non indigeat probatione. Nam quarto metaphys. tex. comm. 7. docet Philosophus esse quasdam primas propositiones, ad quas resoluuntur omnes demonstrationes. Item. Omnis demonstratio constat ex principiis propriis, vt dicitur primo posteriorum. Sed in metaphysica habentur veræ demonstrationes, vt probatum fuit supra: ergo.

Ad argumentum in oppositum responderetur. Ad primum dicitur, quod loquendo de causa productiua, Deus est prior respectu eorum quorum est principium & causa. Si verò loquamur de principio formali, sic dico quod nullus est qui per prius de rebus prædicetur quam conceptus entis, quia conceptus entis est primus. Et hoc est quod concludit argumentum, cum hoc tamen stat quod cuiuslibet rei conueniat aliquid, quo formaliter ipsa sit ens, & hoc est sua quidditas, non tamen dico quod hæc quidditas prius habeat rationem quod quid est, quam rationem entis, sed quod ipsa comparata ad illud in quo est, dat ei formaliter quod sit ens. Ad secundum dicitur quod illud ens quod est causa effectiua entis in quantum ens: est infinitum contentum sub ente communi: & istud est prius eis, quorum dicitur causa & principium. Loquendo autem de principio formali, negatur minor. Nam etiam Deus sua quidditate est formaliter ens: & habet principium formale quod est ens. Non enim omne principium formale distinguitur realiter ab eo cuius est principium, quod patet. Quodlibet enim abstractum est principium formale sui concreti, & tamen non omne abstractum distinguitur realiter à concreto. Ad tertium dicitur quod habere principium conuenit per se enti quantum ad aliqua sub eo contenta, & hoc inest omnibus illis: habere autem principium formale conuenit enti in omnibus in quibus saluatur natura entitatis, vt dictum est. Ad quartum dicitur quod habet causam efficientem: & quod productio vt est à causa prima: attingit primò rationem entis in effectu. Nam prima rerum creaturarum est esse, & sicut habet causam efficientem ita etiam finalem, quia primum efficiens, & vltimus finis. Habet etiam principium formale. Et cum dicitur, quod entitas est prima formalitas, Responderetur quod quando dicitur in quæstione, quod omne ens habet principium, accipitur ens concretiuè, & non abstractiuè. Ad quintum dicitur quod ens potest accipi dupliciter. Vno modo secundum se & abstractiuè, & sic conceditur totum quod abstrahit à causa & causato. & quod vt sic, non habet principium. Alio modo prout est in suppositis, & sic negatur minor, præsertim loquendo de principio formali, ad probationem dicitur quod causa & causatum diuidunt ens secundum se & absolute dictum.

QVÆSTIO IX.

Utrum metaphysica subalternet sibi alias scientias.

QVÆRITVR vtrum Metaph. subalternet sibi alias scientias. Et arguitur quod sic. Primò Illa scientia alteri subalternatur, cuius subiectum addit subiecto alterius differentiam accidentalem. Sed subiectum naturale est huius respectu subiecti metaph. ergo saltem naturalis subalternatur metaph. Maior patet. Minor probatur. Subiectum naturalis est ens mobile, sed mobilitas accidit enti vniuersali: cum non consequatur per se ad ens, alioquin conueniret omni enti: ergo. Secundò. Scientia quæ potest probare subiecta aliarum scientiarum esse, subalternat eas sibi. Sed metaph. est huiusmodi: ergo. Maior nota est. Minor probatur. Tum quia istud est principium metaphysicum vniuersum est peifectum ex suis partibus, vt patet in fine 12. metaph. tex. comm. 52. Ex hoc autem principio demonstratur cælum esse & corpora animata esse, & ens mobile esse. Tum quia metaphysica considerat primam causam esse in qua continentur virtualiter subiecta omnium aliarum scientiarum: ergo potest demonstrare subiecta earum esse. Tum quia metaphysica demonstrat entia immobilia esse, ergo etiam potest demonstrare ens mobile esse. Tertio. Omnis scientia aut est subalternans aut subalternata: cum ista sint differentie ex opposito diuidentes scientiam primo posteriorum. Sed metaphysica nulli subalternatur: ergo est subalternans Quarto. Quilibet scientia ei subalternatur à qua accipit sua principia. Sed omnes scientiæ accipiunt principia à metaphysica, scilicet primas propositiones: ergo &c.


Respondeo, in hac quæstione primò dicitur quot sunt modi subalternationis: & quid sit vnam scientiam alteri

subalternari. Secundò dicitur ad quæstionem. Quantum ad primum tangit Philosophus primo posteriorum, text. comment. 20. duos modos subalternationis. Aliquæ enim scientiæ subalternantur quantum ad principia, & hoc est quando conclusio demonstrata in superiori scientia accipitur vt principium ad demonstrandum aliquam conclusionem in scientia inferiori. Nam tunc inferior scientia subalternatur superiori. Et hoc modo perfectiua subalternatur Geometriæ: & musica Arithmeticæ, Aliquæ verò scientiæ subalternantur quantum ad modum: & hoc est quando vna scientia dicit tantum quia, de aliqua conclusione, & alia dicit propter quod de eadem, & hoc modo Medicina subalternatur Geometriæ in ista conclusione. Vultus circulari tardius sanatur. Differunt autem isti duo modi: quia primus non est respectu eiusdem conclusionis. Illam enim conclusionem quam demonstrat musicus, non demonstrat nec considerat arithmeticus, sed tantum dat musico principia quibus potest eam demonstrare. Secundus autem modus est respectu eiusdem conclusionis, quæ ab vno scitur tantum quia est, & ab alio scitur propter quid est. Sciendum est autem quod ille qui habet scientiam subalternatam, non scit, nec habet euidenciam illorum principiorum quæ accipit à subalternante, sed tantum credit & cognoscit per fidem, & hoc intelligo in eo qui habet tantum subalternatam. Si verò quis haberet simile subalternantem & subalternatam: puta Geometriam & perfectiuiam, iste cognosceret principia perfectione, notitia scientiam alteri subalternari, est subiectum eius subiecto alterius contineri. Loquens enim Philosophus de huiusmodi scientiis primo posteriorum, vbi supra, sic dicit. Huiusmodi autem sunt quæcunque sic se habent adinuicem, quod alterum sub altero est. Quod exponens Commentator comment. 30. dicit quod hoc accidit omnibus quarum subiecta sunt quædam sub quibusdam. Vnum autem subiectum contineri sub altero, potest esse dupliciter. Vno modo: quia vnum est pars subiectiua alterius sicut homo sub animali: & hoc non facit vnam scientiam alteri subalternari, sed facit vnam esse partem alterius, sicut in libro de animalibus illa pars quæ est de homine est pars totius scientiæ de animalibus. Alio modo vnum sub alio continetur: quia contrahit ipsum per aliquam differentiam: quæ est ei accidentaliter: & hoc facit subalternationem. Sed quomodo intelligendum sit quod ista differentia sit accidentaliter, habet dubitationem. Quidam enim dicunt quod omnis scientia subalternata addit ad subalternantem differentiam facientem vnum per accidens cum tali subiecto, & per consequens dicunt quod subiectum cuiuslibet subalternatæ est vnum per accidens. Et hoc probant. Primò, alternata quia subiectum musicæ est numerus sonorus: & perspective subiectum est linea colora. Sed ex colore & linea sit vnum per accidens: ergo. Secundò: quia linea Liconiensis dicit primo posteriorum quod subiectum scientiæ subalternatæ addit subiecto, scientiæ subalternantis conditionem accidentalem, quæ non est egrediens à natura subiecti. Tertio. Ex his quæ sunt diuersorum generum sit vnum per accidens, sed subiectum scientiæ subalternatæ addit subiecto subalternantis aliquid alterius generis, ergo. Maior patet. Minor probatur. Tum, quia si non, superadditio alicuius eiusdem generis, faceret scientiam subalternatam quæ, quod scientia de triangulo subalternatur ei quæ est de figura. Tum quia ex ratione superioris subiecti possunt sciri principia per se ad concludendam passionem de inferioribus: ergo semper scientia quæ erit de inferioribus quo ad istas passiones concludatur per principia virtualiter contenta in subiecto superiori, erit pars scientiæ de tali subiecto. Dicunt præterea isti quod omnis scientia subalternata saltem duabus subalternaretur, quoniam à duabus accipit sua principia & eorum euidenciam. Nam in perspective hoc est vnum principium. Visio secundum lineam rectam est perfectissima visio. Istud autem principium, si habet probati, probabitur per Geometriam & per naturalem. In Geometria enim probatur quod linea recta & breuissima & perfecta. In Philosophia verò naturali probatur quod agens naturale quanto est magis approximatam passo tanto perfectius agit. Ex quibus duobus concluditur quod obiectum approximatam potenti per lineam rectam, per ipsam perfectius attingitur. Sed ista duo stare non possunt. Primum quidem non: quia expressè probatur 6. metaph. quod de ente per accidens non potest esse scientia. Secundò quia passio demonstrata in quolibet scientia est vna per se: vt patet: ergo causa per quam inest subiecto, est per se vna: sed causa inherentiæ passionis est natura subiecti quam significat distinctio, ontis autem per accidens nulla est distinctio: ergo ens per

Quomodo intelligatur quod addit differentiam subiecto per accidens.

Opinio quorundam

accidens



accidens nullo modo potest esse subiectum. Tertio sequitur quod possit esse vna scientia de animali albo que subalterner scientia de animali absolute: & tamen hoc nullus dicit: patet consequentia, quia sit additio differentia accidentalis. Secundum etiam quod dicitur, apparet falsum. Nam perspectiua subalternatur Geometriæ in ista conclusione, quando aliquid videtur magis à remotis tanto apparet minus. Eius autem principium est tantum geometricale, scilicet quia sit secundum figuram pyramidalem, cuius angulus quantum magis protrahitur, tanto fit acutior. Similiter Medicina subalternatur tantum Geometriæ in illa conclusione, vultus circulare tardius sanatur. Et idem aliter est dicendum: quod vbi vna scientia subalternatur alteri quantum ad modum, subiectum vnius non contrahit subiectum alterius: quia subalternatio non est quantum ad substantiam, sed quantum ad modum cognoscendi. Subalternatio enim dicit de aliqua conclusione tantum, quia & subalternans dici propter quid: & illud propter quid siue principium inherentiæ prædicati ad subiectum, scientia subalternata nullo modo cognoscit neque habitu scientifico, neque creditivo. Chirurgicus enim in quantum huiusmodi nullam habet notitiam, quod partes figuræ circularis magis distent, eo quod non faciunt angulum. Vbi autem est subalternatio quantum ad principia, ibi subiectum vnius addit ad subiectum alterius differentiam accidentalem, quæ non dicitur differentia accidentalis, quia sit accidens per accidens, sed idem dicitur accidentalis, quia non includitur in ratione eius cui additur. Et quia ducit id cui additur ad considerationem alterius scientiæ: & facit ipsum alio modo distincti: & huius differentia sic addita facit vnum per se cum eo cui additur: quia est eius propria passio. Subiectum enim in Geometria est quantum absolute consideratum: subiectum vero in perspectiua est quantum visibile. Constat autem quod visibilitas est propria passio quanti, conueniens tamen ei, non in sua abstractione, sed prout est coniunctum colori. Et præterea, perspectiuus considerat multas proprietates quanti visibilis id est quomodo diuersimodè immutatur visus à quanto, quæ diuersitas conuenit quanto visibili, non propter aliquam diuersitatem colorum, sed ex hoc quod ipsum quantum visibile se habet alio & alio modo ad visum. Quod etiam visibilitas sit passio quanti, patet: quia Philosophus secundo de anima dicit quod sensibilia communia sunt sensibilia per se: licet non primò. Inter sensibilia autem communia est magnitudo. Similiter considerare de numeris absolute, pertinet ad arithmeticum, & considerare de numeris sonorum pertinet ad musicum. Sonoritas autem est propria passio numeri non abstractiue accepti, sed vt est in voce. Et numerus sic contractus ad vocem per sonoritatem, habet distincti per materiam. Numerus igitur sonorus est subiectum in musica, & de ipso demonstrantur aliæ proprietates, & sonoritas in proportionem consistens, est ratio formalis huius subiecti, sicut visibilitas est ratio formalis in subiecto perspectiuæ. Et si arguatur contra, quia visibilitas & sonoritas sunt propriæ passionibus de aliquo demonstrabiles: ergo ad aliquam scientiam pertinet eas demonstrare, alioquin aliqua propositio scibilis per nullam scientiam sciretur. Sed sonoritas non demonstratur ab arithmetico: quia ipse abstrahit ab omni materia sensibili. Si dicas, quod demonstratur à naturali & similiter visibilitas: igitur ista scientiæ potius subalternantur philosophiæ naturali, quam mathematicis. Respondetur quod visibilitas & sonoritas possunt accipi dupliciter. Vno modo absolute, & sic demonstratur à naturali. Nam secundo de anima, demonstratur quod magnitudo est per se visibilis, & quod omnis vox est sonora, id est ab auditu perceptibilis. Alio modo accipitur sonoritas, prout ad eam consequuntur diuersi modi immutandi auditum & hoc habet in quantum ipsa sonoritas est proportionalis, ita quod causa horum modorum potius est ex proportionalitate quam considerat arithmetico, quam ex sonoritate secundum se. Et quia hanc causam demonstrat arithmetico: idem musica potius subalternatur arithmetice quam naturali, licet præsupponat aliquid demonstratum in naturali philosophia. Similiter visibilitas prout est causa diuersitatis quæ accidit in visione, scilicet prout aliquid apparet talis vel talis figuræ, aut tantum vel tantum: quæ diuersitates non contingunt ex visibili absolute, sed in quantum est aut rectum aut curuum: aut habens aliquid huiusmodi, de proprietatibus geometricis. Sic in quantum accepta visibilitas, inest illud quod est causa huius diuersitatis in visione demonstratur à geometria. Nec valent rationes alterius opinionis. Ad primum dicitur quod sonoritas & visibilitas sunt propriæ passionibus: ut dictum est. Sonoritas enim, licet non sit propria passio numeri absolute: est tamen propria pas-

Alia opinio est vera.

Tex. com. 63.

Pulchra dubitatio.

Resolutio pulchra. Tex. com. 63.

Ad argumentum prima opinio.

sio numeri in voce proportionalis existentis. Ad secundum dicitur, quod Linconiensis intelligit quod non conuenit ei per se absolute considerato, conuenit tamen ei per se: vt est in tali natura. Ad tertium negatur maior, quando est propria passio alterius.

Quantum ad secundum, dicitur, quod metaphysica nullam scientiam sibi subalternat, quod probatur primò. Scientia subalternatur accipit à subalternante immediata & proxima principia suorum conclusionum. Sed metaphysica non dicitur immediata & proxima principia aliarum scientiarum, alioquin nullus posset facere demonstrationes in aliis scientiis, nisi esset metaphysicus, quod est falsum, cum ipsa sit vltima ordine doctrinæ: ergo. Confirmatur, quia subalternans est habitus principiorum subalternatur. Sed est impossibile acquiri habitum conclusionum nisi habeatur habitus principiorum: ergo oporteret haberi metaphysicam ab eo qui acquireret alias scientias. Secundò. Subiectum scientiæ subalternantis secundum se acceptum, non est de ratione alicuius differentia quam addit scientia subalternata, vt dictum est. Sed ens, quod est subiectum in metaphysica, est secundum se absolute de ratione cuiuslibet differentia: cum nihil subterfugiat rationem entis: ergo. Tertio Philosophus sexto metaphysicæ text. commentariorum duodecimo, in fine diuidit philosophiam in tres partes, quarum vna subaltera non continetur, cum ex proposito diuidantur, scilicet in naturalem, Mathematicam, & Metaphysicam: ergo metaphysica non subalternatur sibi istas.

Alia articulus in quo probatur metaphysicam nullam scientiam sibi subalternare.

Ad argumenta principalia responderetur. Ad primum negatur minor. Et ad probationem dicitur, quod licet mobilitas non sit de ratione entis: tamen ens est de ratione mobilitatis, quod tamen non est in scientiis subalternatis, vt declaratum est in quaestione. Ad secundum dicitur, quo probare aliquid demonstratiue potest esse dupliciter: vno modo per causam propriam, & sic conceditur maior, & negatur minor. Alio modo per causam remotam: & sic negatur maior, & conceditur minor. Tum quia illud principium est remotum valde. Tum quia Deus non est nisi vniuersalis causa omnium & non propria. Dicitur præterea quod maior argumenti est absolute falsa: quia præter illud, oportet quod addant differentiam accidentalem ad subiectum subalternantis, quod nulla facit ad subiectum metaphysicæ. Dicitur tertio quod metaphysicus non probat primò entia immobilia esse: sed accipit hoc vt probatum est à naturali. Ad tertium negatur maior, quia ille non sunt differentia essentialiter diuidentes habitum scientificum in vniuersali, sed subalternatio accidit scientiæ secundum se acceptæ, qua accidit quod subiectum vnius addat ad subiectum alterius. Ad quartum negatur maior, nisi accipiat principia proxima, Metaphysica autem non tradit principia proxima alicuius scientiarum specialium, sed tantum principia prima omnium.

Ad principium.

QVÆSTIO X.

Vtrum ens commune Deo & creaturis sit adequatum subiectum Metaphysicæ.

QVÆRITVR decimò, vtrum secundum S. Thomam ens commune Deo & creaturis, sit adequatum subiectum metaphysicæ. Et videtur quod non. Primò, quia illud de quo tractatur in scientia solum vt de principio, non continetur sub adequato subiecto, cum omne tale sit prius subiecto scientiæ & qualibet parte eius. Sed Deus & substantia separata considerantur in metaphysica solum vt principia, vt dicit S. Tho. super Boetium de Trinitate q. 5. ar. 4. ergo &c. Secundò. Causa subiecti non continetur sub subiecto: sed Deus & substantia separata sunt communes & vniuersales causæ entis communi: quod est genus subiectum in metaphysica, vt ipsemet dicit in præmio metaphysicæ: ergo. Tertio. Subiectum cuiuslibet scientiæ habet aliqua principia & passionibus à se distinctas. Sed entis communis nullum est principium, alioquin aliquid esset principium Dei: nulla etiam est eius passio, cum omnis passio realiter distinguatur à subiecto, nihil autem distinguitur realiter ab ente secundum S. Tho. ergo. Quarto, obiectum est prius saltem secundum rationem qualibet sua parte subiectiua. Sed ens est prius Deo, neque secundum rem, neque secundum rationem, vt dicit Sanctus Thomas prima quaestione tertia. articulo quinto ergo secundum ipsum, ens commune non est subiectum metaphysicæ. Quinto. Obiectum scientiæ habet vniouocationem ad suas partes, cum respectu earum

De subiecto scientiarum Lap. q. 3. & 4. & penul.

Quarta ratio.

earum appelletur genus subiectum. Sed ens commune nõ est vniouocum, vt sape dicit S. Thom. ergo non est subiectum. Sextò arguitur rationibus aliorum. Vnius scientiæ realis est vnum subiectum reale. Sed metaphysica est vna scientia realis: ens autem commune non est vnum reale: ergo non est subiectum metaphysicæ. Maior patet, quia vnitatis & distinctio scientiarum sumitur ex vnitare & distinctio obiectorum, vt dicitur 2. & 3. de anima. textu comment. 38. Item quia obiectum est causa scientiæ, sed ens rationis non potest causare ens reale, ergo non potest esse causa scientiæ realis. Minor probatur. Ea quæ se totis distinguuntur, non conueniunt in aliquo reali. Nam oppositum prædicati infert oppositum subiecti. Sed Deus & creatura se totis distinguuntur, & conueniunt in ente: ergo ens non est vnum reale.

In oppositum est Philosophus quarto & sexto met. text. com. primi. dicens: quod hæc scientia habet considerare de ente in quantum est.

Respondetur præsupponendo id quod declarauimus de mente S. Tho. alibi, de obiecto scientiæ. vbi dicitur quod formalis ratio obiecti requirit tria, scilicet vniuersalitatè: quia oportet quod prædicetur aut in recto, aut in obliquo de his quæ in scientia considerantur. Secundò requirit principalitatem: quia omnia considerata in scientia ad ipsum habent attributionem. Tertio requirit distinctionem: quia scientiæ diuiduntur penes obiecta in quantum obiecta sunt, vt declarabitur in sexto huius, quaestione 8. Suppono secundo quod scientia accipitur dupliciter. Vno modo prout est partialis notitia huius vel illius conditionis. Alio modo vt est quidem totalis habitus aggregatus ex partialibus notitiis, puta, Geometria potest accipi præcisè pro notitia huius conditionis. Triangulus habet tres angulos. Potest etiam accipi pro aggregato ex omnibus notitiis quibus cognosco quamlibet conditione Geometricam. Esse aut subiectum alicuius totalis scientiæ non est aliud quàm quod per eius formalem rationem attingatur pro quicquid per talem scientiam cognoscitur, sicut patet quod quantitas continua permanens per suam rationem formalem, est subiectum Geometriæ: quia vltimò ad quod resoluitur omnis cognitio geometrica, & ad quod fit resolutio omnium demonstrationum geometricarum, est formalis ratio illius subiecti vel cuiuscunque alterius, si ponatur aliud eius subiectum. Supponitur tertio quod subiectum esse adequatum habitui, non est aliud quàm ipsum non excedere habitum, nec excedi ab eo. Sonus enim idem est adequatus auditui, quia omnis sonus est auditu cognoscibilis, & quicquid potest auditu cognosci, est sonus. His præsuppositis respon. de mente S. Tho. ens in quantum ens, siue ens commune Deo & creaturis, est adequatum subiectum metaphysicæ. Et probatur primò, quod ista conclusio sit Philosophi & Commentatoris. Secundo quod sit S. Tho. Tertio probatur rationibus.

Responso formalis obiecti tria exigit.

Scientia secunda accipitur.

Subiectum esse alicuius totalis scientiæ quid sit.

Respondetur problemate. Aristo. & Arist. sententiæ.

I. r. 6. 51. usque ad fi.

Sancti doctoris opin.

quia S. Tho. in eodem articulo postquam dicit subiectum Metaphysicæ esse illud speculabile, quod est separatum à materia secundum esse & secundum rationem distinctiuam, statim subdit, quod Deus, substantiæ separata, & actus, & potentia, & multa alia, sunt huiusmodi: ergo secundum ipsum Deus continetur sub illo speculabili, quod ipse dicit esse subiectum Metaphysicæ. Tertio, Deus eadem ratione consideratur à metaphysico quæ & substantiæ separata, vt dicit S. Tho. vbi supra, ar. 4. Sed substantiæ separata considerantur tanquam partes subiecti: ergo & Deus. Minor probatur ex positione aduersariorum, qui dicunt quod subiectum metaphysicæ est tantum ens diuisum in 10. genera. Constat autem quod substantiæ separata continentur in aliquo genere, scilicet in genere substantiæ.

Quantum ad tertium, arguitur primò obiectum intellectus, est ens commune, vt sape dicit S. Thom. & patet ratione, quia intellectus potest eleuari ad notitiam cuiuslibet entis: ergo in intellectu est vna habitus, cuius obiectum sit ens commune. Talis autem habitus non ponitur alijs à Metaphysica, cum ipsa sit scientia vniuersalissima. Consequenter probatur: quia intellectus est dare vnum habitum, ei adæquatum, quod patet: quia cum intellectus sine habitu perfectè operari non possit, sequitur quod nunquam possit perfectè attingere suum adæquatum obiectum, nisi haberet habitum adæquatum illi obiecto per quem posset elicere intellectionem perfectam respectu eius. Secundò, illud est subiectum adæquatum in scientia, cui primò, & per se insunt passionibus in tali scientia considerata, vt dicitur primo poste. t. c. 2. f. Sed vnum, bonum, verum, actus, & potentia, & aliæ huius passionibus consideratæ in metaphysica, prius insunt enti communi, quàm enti diuiso in 10. genera: ergo ens commune est subiectum. Minor probatur, quia vnitatis, & veritas huius conueniunt enti communi: cum conueniant non solum 10. generibus sed etiam Deo: ergo per prius conueniunt enti conueniunt habere per prius: conuenit enim triangulo, quod isocheli. Dicitur forte, vt quidam dicunt: quod meta. nõ considerat de huius passionibus, ita abstractè & vniuersaliter, sed solum vt conueniunt enti diuiso in 10. genera. Sed contra arguitur. Ista propositio: Deo est vnò, Deo est actus purus, est naturaliter cognoscibilis, cui physice demonstratur: ergo intellectus cognoscit naturaliter vnitatem & actualitatem vt conueniunt alicui quod est extra ens diuisum in 10. genera. Sed omnis notitia naturalis pertinet ad aliquam scientiam habitam lumine naturali. Quæritur ergo ad quem hæc notitia pertineat, non ad naturalem nec ad mathematicam: quia hæc passionibus non conueniunt primò subiectis earum: ergo ad metaphysicum. Confirmatur ista ratio. Iste passionibus conueniunt per se enti diuiso in 10. genera conueniunt etiam enti communi: ergo vel conueniunt eis æque primo: vel per prius vni quàm alteri. Non vtrisque æque primo: eum impossibile sit vnam passionem æque primo conuenire duobus. Non etiam conuenit per prius enti diuiso in 10. genera quàm enti communi: quia passio per se conueniens superiori & inferiori per prius conuenit superiori quàm inferiori, ens autem commune est superius ad ens diuisum in 10. genera: ergo hæc passionibus per prius conueniunt enti communi: & per consequens ei conueniunt primò & per se. Tunc sic, hæc passionibus sunt pro demonstrabiles & pro scibiles de ente communi: ergo earum notitia pertinet ad aliquam scientiam, & non ad Metaphysicam per se, nec ad aliquam inferiorem ea, ergo ad superiorem: & per consequens Metaphysica non erit prima philosophia: nec probabit principia aliarum scientiarum: nec eius erit considerare prima principia vniuersalissima, quæ omnia sunt absurda & contra philosophum primo, quarto, & sexto metaphysicæ. commen. secundi, septimi, & primi. Et ita communiter tenent Peripatetici: vt Albertus, Commentator, Scotus & Auicenna.

Ad primum responderetur, quod Deus & substantiæ separata non considerantur in Metaphysica vt principia totius subiecti, quod expressè patet etiam de mente Sancti Thomæ dicit illa propositionem vniuersaliter de Deo & de substantiis separatis. Substantiæ enim separata secundum esse non sunt principia subiecti: sed continentur sub subiecto: ergo secundum ipsum nec Deus consideratur solum vt principium subiecti. Quis autem sit sensus verborum S. Tho. patet bene ipsum consideranti. Ipse enim vult quod principia quæ sunt in se naturæ quædam perfectæ, dupliciter cognosci possunt. Vno modo vt sunt principia. Alio modo quidditatiue quantum ad proprias eorum naturas, Deus autem & substantiæ separate sunt principia perfectæ. Ideo his duobus modis cognosci possunt. In metaphysica autem nõ cognoscuntur distinctè & quidditatiue, sed solum per effectus sensibiles, qui notificat Quæ. Meta. Pau. Soac. nobis

Ad principia le argumentum.

Distinctio notanda.

nobis substantias separatas: non quantum ad earum quid dicitur, sed in quantum sunt principia & causa suorum effectuum. Omnis enim notitia, quæ habetur de causa per effectum, est notitia causæ vt est principium: nõ q̄ cognoscimus solum hanc propositionem, Deus & substantia separata sunt principia, sed quia quodcumque prædicatum cognoscimus eis conuenire, cognoscimus per effectus. Sed quia huius notitia, imperfecta est: huius talia principia considerantur etiam in alia scientia, puta, in Theologia quantum ad proprias earum naturas: puta, q̄ Deus sit trinus: q̄ angelus sit beatificabilis, & alia huiusmodi. Ad secundum & tertium simul respondetur, primo q̄ non oportet subiectum scientiæ habere causam, & principium productum. Nã Theologia verè & propriè scientia est, cuius tamen subiectum, scilicet Deus, à nulla causa est producibilis. Similiter res eterne, vt corpora cælestia & intelligentiæ possunt esse subiectum alicuius scientiæ, & tamen multi volunt & dicunt fuisse de mente philosophi 8. & 12. met. q̄ non dependeat à prima causa effectiue, sed solum vt à causa finali. Dico secundum q̄ Deus & substantia separata possunt dici causa entis communis: non quidem in se, sed vt saluatur in aliquibus suis partibus subiectiuis. Deus enim est causa omnium. Intelligentiæ verò mouendo orbes, causant hæc inferiora. Dico tertio q̄ in scientiis quaruntur causæ & principia, tam complexa, quam incomplexa. Principia complexa sunt propositiones quibus demonstratur passionem de subiecto, & hæc appellantur principia: nõ quidè subiecti, sed passionum. Principia verò incomplexa possunt dici ipsi conceptus simplices, formati de subiectis, & hoc modo conceptus entis erit principium entis, & eo possumus ad concludendas à priori passiones de ente. Et quomodo entis in quantum ens sint principia & causæ, dictum est quæstione præcedenti. Vtrum vero oportet omne subiectum habere proprias passiones à se realiter distinctas, infra disputabitur. Ad quartum negatur maior quando pars subiectiua continet in se quicquid continetur in superiori, & eminentiori modo quàm in eo contineatur. Deus autem continet eminentiori modo omnia q̄ contineat ens commune: quia Deus continet omnia virtualiter, cum habeat virtutè omnium productiuam, & præter hoc continet multa formaliter, scilicet omnes perfectiones simpliciter: ens autem commune continet tantum potentialiter & confusè: idè nõ est prius Deo: nec secundum rem, nec secundum rationem. Ad quintum negatur maior, quia licet genus prædicabile requirat vniucationem: tamen ad genus subiecti sufficit analogia, & huius est ens, idè dicitur Com. 4. met. c. 2. q̄ vna scientia non tantum est de subiecto quod est vnũ genere aut specie, sed etiã de his, quorum esse attribuitur vni fini, aut vni agenti, aut vni subiecto, & q̄ tale est subiectum in meta. Ad sextum conceditur maior pro prima parte, & negatur pro secunda. Sed est sciendum q̄ aliqua scientia dupliciter dici potest realis, vno modo tam de nominatione intrinseca quàm extrinseca, quia, scilicet est in se entitas realis, & est de obiecto reali. Alio modo tãtũ denominatione intrinseca: ad hunc sensum negatur. Nã Logica est in se scientia realis, tamen de obiecto quod est ens rationis. Nec valet probatio, quia obiectum non dicitur esse causa scientiæ, nisi quia ex phãtasmate obiecti causatur species intelligibiles in intellectu, quarũ specierum, causa principalis est intellectus. Et si dicatur q̄ subiectum scientiæ terminat relationem realem, qua scientia refertur ad ipsum: ergo est ens reale: negatur consequentia. Nam relatio rationis potest terminare relationem realem, vt vult expressè Philosophus in 5. met. t. c. 20. ponens tertium genus relatiuorum in quorum altero est relatio realis: in altero autè est ratiois tantum. Et sic patet falsitas secundæ partis illius maioris, Negatur etiã minor. Ens enim dicitur vnũ reale nõ vnitate specificã, sed vnitate analogiæ. Nec est incõueniens q̄ ea quæ distinguuntur secundum totã sui realitatè, conueniant in vnò cõceptu reali, siue talis cõceptus sit formalis: siue sit obiectiuus: dummodo sit vnustatũ vnitate analogiæ.

QUESTIO XI

Vtrum metaphysicus consideret quidditates rerum in particulari.

QUÆRITVR primò vtrum ad metaphysicum pertineat considerare quidditates rerum in particulari. Et videtur q̄ sic. Primò, quia qualibet quidditas naturalis, puta hois, ligni & cuiuslibet alterius, siue mixti: siue elemènti, est prior motu & quantitate & quælibet suo accidète siue sit accidès per se, siue sit accidès per accidès: ergo cũ in illo priori sit cognoscibilis: quia vt sic est ens eius cognitio pertinet ad naturalem vel ad mathematicum: siue ad

metaphysicũ. Sed nõ ad naturalem: neq; ad mathematicũ est naturalis nõ cognoscat separata à motu neq; mathematicũ separata à quantitate, ergo ad met. Antecedens probatur, consequentia patet: quia ex 7. huius t. & c. 4. substantia est prior antecedente, natura & diffinitione. Cognoscere quidditates pertinet tantum ad illã scientiã, quæ cõsiderat de quodquid est: quia quodquid est & quidditas sunt idem. Sed tantum met. considerat de quodquid est, vt dicit Philo. 7. met. t. c. 4. & in sequentibus: ergo tantum met. considerat quidditates rerum. 3. meta. cognoscit quidditatè vnã particularem distinguere ab alia, puta, hominè à lineã: ergo cognoscit vtrũque. Patet consequentia: ex his quæ dicit Philo. 2. de Anima. te. c. 146. vbi probatur q̄ oportet dare sensum commune, quia sensus particularis non potest ponere differentiam inter duo genera sensibilium, cum nõ cognoscat vtrumque. Antecedens probatur. Nam intellectus cognoscens q̄ homo nõ est linea, non cognoscit hoc per habitum naturalem, quia talis non est respectu lineæ: eo q̄ linea abstrahit à motu, neq; per habitum Geometriæ: quia Geometriã, non tractat de homine, cum homo non sit separatus à motu, ergo per habitum met. Patet hæc vltima consequentia, quia illa propositio est cognoscibilis ab intellectu speculatiuo, & est de ente reali. Nulla autè alia scientia realis præter istas tres est speculatiua, vt dicitur 6. huius t. c. 3. 4. Si me. cognoscit quidditates tantum in vniuersali, sequitur q̄ imperfectiori modo cognoscat quàm naturalis & mathematicus. Sed hoc est falsum, quia metaphysicus dicitur maximè sciens, vt dicitur in prologo metaphysicæ. Consequentia probatur, quia cognitio confusa est imperfectior cognitione distincta. 5. Intellectus potest cognoscere distinctè omnes quidditates rerum: ergo per habitum metaphysicũ. Antecedens patet, consequentia probatur, quia Metaphysica est habitus adæquatus intellectui: cum obiectum vtriusque sit ens commune, siue ens in quantum ens. 6. Superius & inferius pertinent ad eandem scientiam. Sed hæc quidditas, puta animalitas, est inferior ad quidditatem in communi: ergo cum metaphysicus considerat quidditatem in communi, considerat etiam quidditatem in particulari.

Respondeo primò declaratur titulus quæsti secundò ponuntur conclusiones responsiue. Quantum ad primum, dico q̄ hoc quæsitum potest esse duplex. Primus potest esse, An metaphysicus cognoscat quidditates in particulari, & quidditates, vt sunt determinatæ ad particularitatem per principia indiuiduãtia. Secundus sensus est, An cognoscat quidditatè in particulari, id est an cognoscat eam distinctè. Dicitur autè intellectus cognoscere distinctè: quãdo format in se aliquè cõceptum, qui est ita proprius huic quidditati: q̄ nulli alteri cõuenit: siue talis conceptus sit simplex, siue sit cõplexus. Nec tamè est proprius alicui supposito cõtèto sub illa quidditate: & hoc modo, ille qui cognoscit hominè esse animal rationale, cognoscit ipsum in particulari. Sciendũ secundũ q̄ illud est cognoscere quidditatè in particulari, & aliud est cognoscere quidditatè quidditatiuè. Cognitio enim particularis est cognitio prædicati, quod cõuenit ita huic quidditati q̄ nõ alteri, siue prædicatũ sit quidditatiuũ, siue sit accidès p se secundo modo. Nã hoc modo q̄ cognoscit hominè esse risibilem, cognoscit illum in particulari. Cognoscere autè quidditate quidditatiuè, est cognoscere ipsam in conceptu quidditatiuo, dicente totã quidditatè & naturam eius vsque ad vltimas differentias. Et sic patet titulus quæsti, quia quæstio potest esse secundum omnes istos sensus, licet propriissimè quari soleat secundum sensum.

Quantum ad secundum, hæc est prima conclusio, Metaphysicus non considerat quidditates in particulari, id est, vt sunt determinatæ ad particularitatem. Quod probatur. Nam cognoscere quidditatem hoc modo nihil est aliud quàm cognoscere singularia, quia quidditas indiuiduata est ipsum indiuiduum. Sed metaphysicus non considerat singularia. Tũ quia singularia non sunt entia necesse esse. Tum quia singularia sunt infinita quoad nos, ergo non sunt scibilia. Patet consequentia, quia scientia non est nisi necessariorum ex primo posteriorum, & quia infinitum vt sic, non est scibile ex 3. phys. tex. com. 65. Secunda conclusio, Metaphysica non considerat quidditates rerum in particulari cognitione propria & distincta, siue sit quidditatiua: siue non, probatur ista conclusio. Primò, Nullus habitus cognoscit aliquid, nisi in eius notitia duci possit per formalem rationem sui obiecti. Sed per rationem formalem entis, in quantum ens quod est obiectum metaphysicæ, non potest intellectus duci in propria & distinctam cognitionem, huius vel illius quidditatis: ergo metaphysica non cognoscit quidditates distinctè. Maior patet, quia formalis ratio obiecti est illa per quam attingitur quicquid per habitum siue per potètiã est attingibile. Minor probatur. Id quod est commune multis, non dicit in cognitionem rerum distinctam.

Articulus primus in quo exponitur quæsti titulus.

Aliorum sensus.

Philosophi sententia in proposito.

Tho. sententia.

distinctam: quia, in illo communi non sunt distinctæ: imò sunt vnũ: formalis autè ratio entis est communis omniquidditati. Secundò. Si metaphysica cognosceret quidditates distinctè, sequeretur q̄ alia scientia speculatiua superflueret: & per consequens vanum esset in eis studere. Sed hoc est manifestè falsum: ergo, &c. Consequentia probatur. Nam philosophia naturalis non est propter aliud necessaria: nisi vt per ipsam habeatur distincta cognitio quidditarum naturalium. Sed hæc notitia per te habetur ex metaphysica sufficere: ergo altera earũ est superflua, alioquin eadem notitia bis produceretur: primo quidem per demonstrationes naturales: secundò verò per demonstrationes metaphysicas. Dicitur fortè q̄ idè alia nõ superflua: quia Metaphysica cõsiderat tantum quidditates: alia vero scientia considerat accidentia per se, & accidentia per accidès huius quidditatu, scilicet motum, magnitudinem, materiã & huius. Sed cõtrã Metaphysicus per te cognoscit omnem quidditatem distinctam, ergo cognoscit distinctè quid est homo, quid est risibilitas, quid est ignis, quid est caliditas, quid est motus sursum. Et cum eisdem sit cognoscere terminos cõplexos: cuius est cognoscere terminos simplices: sequitur q̄ Metaphysica cognoscat distinctè hominem esse risibile, & ignè esse calidum, & posse moueri sursum, & ita de omnib; aliis, nisi fortè dicas q̄ Metaphysica cognoscit tantum quidditates & naturas substantiarum: & non accidentium, quod est omninò irrationabiliter & voluntariè dictum: cum subiectũ Metaphysicæ contineat sub se accidentia, sicut & substantias. Quidam ad hoc aliter respondet: & dicit q̄ metaphysici est cõsiderare omnes quidditates in particulari, & tamen alia scientiã nõ superflua: quia metaphysicus probat per rationem commune: alia verò scientiã per rationes proprias. Constat autem q̄ scientiã distinguuntur ex mediis demonstrandi: vt dicitur primo posteriorum, t. c. 43. Nam duæ scientiã specificè distinctæ, habentur de rotunditate terre: quia sunt per media specificè distincta. Ita etiam habent hanc conclusionem: homo est animal rationale: probat naturalis p media propria. Metaphysicus verò per media communia: puta, quia omnis substantia intellectualis est rationalis. Sed cõtra. Per medium commune non potest haberi distincta cognitio, sed rãtũ commune: puta, si sufficiens & præcisa ratio q̄ homo sit animal rationale, est, quia homo est intelligens: sequitur q̄ omne intelligens est rationale: quod est falsum, & per consequens, cognoscere hominem per tale medium esse rationale, est cognoscere ipsum in conceptu, qui non est ei proprius, & per consequens hæc cognitio non erit distincta. Et confirmatur, quia probare genus substantiarum separatarum esse, non pertinet ad metaphysicum, sed tantum ad naturalem: vt declarabitur in 12. q. 1. ergo nõ est metaphysici probare omnem veritatem. Tertio hoc apparet ex textu philosophi, qui 1. met. t. 2. di. q̄ ad sapientem, quem metaphysicũ appellat, pertinet cognoscere omnia, vt decet, subdit, non secundum vnũquodque habentem scientiam ipsorum. Ex quo sic arguitur, Qui cognoscit quidditates distinctè, cognoscit eas secundum vnũquodque ipsarum, id est, secundum id quod vnicique est proprium. Sed metaphysicus non cognoscit eas secundum vnãquamque ipsarũ: ergo non cognoscit eas distinctè. Quarto ad idem est expressa authoritas S. Tho. di. in prologo primi sententiarum argu. 2. quòd metaphysicus in hoc distinguitur à Theologo, quia Theologus per lumen diuinæ reuelationis potest habere distinctam cognitionem rerum. Metaphysicus autem per commune rationem entis, non potest habere distinctam notitiam naturalium & moralium. Item super Boetium de Trin. q. 5. art. 4. Ad Sextum sic dicit, Metaphysicus considerat etiam de singularibus, non secundum proprias rationes, per quas sunt tale vel tale ens, sed secundum quod participant communem rationem entis, & sic etiam pertinet ad eius considerationem materia & motus. Item Philosophus 4. metaphysicæ. textu commenti 2. in fine sic dicit, Omnis autem generis vnus & sensus vnus & scientia vt Gramantica vna ens, omnes speculatur voces quapropter & entis in quantum est ens quascunq; species speculati vnus est scientiæ generis & specierũ. Quæ verba expones S. Tho. lectione prima in fine sic dicit. Si igitur omnia entia sunt vnus generis aliquo modo, oportet quòd omnes species eius pertineant ad considerationem vnus scientiæ quæ est generalis, & species entium diuersæ pertineant ad species illius scientiæ diuersas. Hoc autem dicit, quia non oportet, q̄ vna scientia consideret de omnibus speciebus vnus generis secundum proprias rationes singularũ specierum, sed secundum q̄ conueniunt in genere. Secundum autem proprias rationes pertinent ad scientias speciales, sicut est in proposito. Nã omnes substantiæ in quantum sunt entia vel substantiæ, pertinent ad considerationem hu-

ius scientiæ, in quantum autem sunt talis vel talis substantia vt leo vel bos, pertinent, ad scientias speciales. Item expressè tenet Scotus primo sent. q. 1. argumento 3. contra philosophos: & Albertus: & clarissimi Peripatetici, primo metaphysicæ. Licet ad hoc non adducant alias efficaces rationes præter eas quæ supra ex verbis S. Th. collectæ sunt. Tertia conclusio. Met. cõsiderat quidditates rerum in vniuersali. Probatur ista conclusio. Nã Mera, considerat quantum ens: ergo cõsiderat omnem quidditatè. Patet consequentia, quia in omnib; saluatur ratio entis: sicut quia visus habet pro obiecto colorem, potest videre omne coloratum. Tũc vltra. Metaphysica considerat omnem quidditatem, sed nõ in singulari: nec in particulari: vt patet per superiores conclusiones, distinctè & quidditatiuè: ergo in vniuersali. Confirmatur: quia Comm. 6. met. commen. 1. sic ait. Ista scientia consideratur ab omnibus speciebus entium in quantum sunt entia. Sic autem intelligo hanc quæstionem. Nã per habitum metaphysicũ potest haberi de homine, de lapide vel ligno: & huius quòd homo est substantia, quòd est cõpositus ex materia & forma, quòd homo est vnũ per se, & multi alij tales conceptus: qui nõ cõueniunt tantum homini, sed etiam aliis rebus naturalibus. Similiter per metaphysicam potest sciri quòd linea est accidens, quòd componitur ex partibus homogeneis, & alij tales conceptus, qui nõ conueniunt solum lineæ, sed etiã superfici & corpori & qui etiã abstrahunt à motu & à quanto, id est, à ratione quanti. Licet enim consideret de linea, non tamen considerat vtrum sit tanta vel tanta, nec vtrum recta vel curva. Et licet consideret de humanitate, tamen considerat de ea tantum, vt componitur ex materia & forma, non considerando quòd ista sint principia motus. Naturalis autem considerat de homine prout componitur ex materia & forma, materia est quid potentiale & mobile, vel saltem in quantum materia est subiectum formæ, ad quam sequitur motus, proprius autem & specificus conceptus harum quidditatu non habetur per metaphysicam, sed per alias scientias. Sed bene verum est, quòd si de substantiis separatis posset in nobis haberi conceptus specificus, haberetur vtique per metaphysicam, sed talis à nobis haberi non potest, quia effectus per quos nos cognoscimus substantias separatas, nõ ducunt nos in specificam eorum cognitionem, cum non sint eis adæquati vt declarabitur in 12. huius quæstio. 46. Sed solum ducunt nos in aliquos conceptus eis communes, nota quòd tales substantiæ sunt immateriales, quòd sunt incorporeæ, quòd sunt formæ per se subsistentes &c. Et si arguitur, quia esse ens infinitum est proprius conceptus Dei: sed cognoscere Deum sub ratione entis infiniti pertinet ad metaphysicam: ergo considerat saltem aliqua quidditatem in particulari. Respondetur, quòd licet conceptus entis infiniti sit proprius Deo, ex hoc quòd sibi soli conuenit: per quem modum etiam conceptus animalis risibilis est proprius hominis, ipse tamen non est primò proprius, quia nõ est ille à quo habet quòd Deus sit Deus, sed talis est simplex conceptus Deitatis, per quem sibi conuenit infinitas: & alia proprietates, scilicet necessitas, purissima actualitas, & sic de aliis. Cum autem dicitur quòd met. non considerat quidditates in particulari, intelligendum est quantum ad conceptus primò proprios & simplices in rebus simplicibus, non autem quantum ad conceptus mixtos & aggregatos.

Ad primam autem rationem in oppositum, responderetur quòd minor est falsa. Nam cognitio hominis in illo priori pertinet ad naturalem. Et cum dicitur quòd in illo priori est separata à motu, concedo: non tamen est separata à mobilitate, quæ est formalis ratio subiecti philosophiæ naturalis. Ad cuius euidentiam sciendum est: quòd mobilitas accipitur dupliciter, vno modo prout est formalis & quidditatiua ratio entis mobilis, & sic præcedit omnem demonstrationem naturalem, imò præsupponitur cuilibet tali demonstrationi, sicut etiã in sciẽtia quæ haberetur de homine, præsupponeretur hominem esse animal rationale. Alio modo accipitur mobilitas, put dicitur passionè entis mobilis, quæ est potètia, siue aptitudo motũ, sicut risibilis est aptitudo hominis ad ridèdũ, & hoc non præsupponitur, sed demonstratur de ente mobili. Cognitio ergo hominis in illo priori, in quo præcedit mobilitatem, id est aptitudinem ad motum, potest pertinere ad naturalem, quia consideratur humanitas in quantum dicitur ea principia ad quæ consequitur mobilitas, potest etiam pertinere ad metaphysicũ, puta si consideretur præcisè in ratione entis, aut substantiæ, & sic de aliis. Ad secundum negatur minor. Nam considerare quòd quid est, est considerare quidditatem, cum idem sint. Constat autem quòd in aliis scientiis cõsideratur quid sit ignis, quid sit motus, Quæ. Meta. Pau. Sonc. b 3

Scotus idem sentit.

Collectio responsionis ad quæstionem.

Quomodo distent metaphysica & naturalis scientia in quidditatiu cognitione.

Quam proprietatem beat infinitatis concepit ad Deum.

Ad primam rationem capitalem.

Duplex mobilitatis accipitur.

quid sit anima, quid linea, quid numerus, & per consequens considerant quidditatem in particulari, id est, hanc vel illam distinctam. Solus autem met. considerat quod quid est in communi, id est, ea quae conveniunt ipsi quod quid est in universali, puta, utrum quod quid est habeat partes, & utrum sit idem cum eo cuius est, & alia huiusmodi, ut patet ex 7. met. tex. com. 2. Item considerat quod quid est in communi, id est, quidditates quoad conceptus universales pura substantia, actus, potentia, entis, corporis, & aliorum huiusmodi, quae praedicantur essentialiter de his quibus conveniunt, sed non dicunt specificam eorum rationem. Ad tertium dicitur primum quod cognoscere hominem esse distinctum a lapide: pertinet ad meta. unde Philosophus 4. meta. t. c. 5. dicit quod si haec scientia non considerat, quod Sortes est sedens & quod Sortes est stans: nulla alia hoc considerabit. Et Comment. exponens dicit, quod considerare de contrarietate, pertinet ad meta. & similiter utrum vni sit vnum contrarium vel plura. Et postea subdit. Et intendebat, scilicet Arist. quoniam cum illae quaestiones perscrutantur, sunt in aliqua arte. Et manifestum est quod scientiae particulares non perscrutantur de eis, necesse est, ut ista scientia universalis perscrutetur de eis. Ad argumentum autem dicitur quod notitia distincta hominis & leonis habetur per naturalem philosophiam, quae est prior meta. & postea per metaphysicam cognoscitur eorum distinctio, quia considerat ex distinctione & diversitate ad metaphysicum spectat. Ad quartum negatur consequentia propter duo: primum, quia licet notitia distincta sit nobilior cognitione confusa sibi correspondente (nobilior est enim cognoscere hominem distincte quam cognoscere confusum) tamen cognitio confusa quae cognoscuntur omnes quidditates quantum ad aliquos conceptus eis quidditativos licet non specificos, est valde nobilior cognitione distincta huius vel illius quidditatis. Et praeter hoc metaphysica est notitia distincta ipsorum universalium, puta, entis, substantiae, accidentis, actus, potentiae, & aliorum quae primum considerantur a meta. Secunda ratio est: quia nobilitas simpliciter habitus scientifici & cognitionis attenditur penes nobilitatem obiecti. Et ideo notitia confusa nobilissimi obiecti cuiusmodi sunt substantiae separate, est simpliciter nobilior cognitione distincta ligni, & lapidis: licet haec sit nobilior illa secundum quid. Et ideo metaphysica facit nobiliorem notitiam simpliciter, licet quaedam alia scientiae faciant nobiliorem secundum quid. Ad quintum negatur consequentia: ad probationem dicitur quod nihil aliud concludit nisi quod per habitum meta. potest intellectus cognoscere quicquid continetur sub ente: quia adaequatio huius habitus cum intellectu, est adaequatio, tantum extentiva. Sed quia in intellectu possunt esse alij habitus praeter met. cum eius capacitas non exhauriatur per vnicum habitum, ideo per alios habitus potest habere cognitionem magis distinctam de eisdem rebus, de quibus per habitum meta. habet tantum cognitionem confusam. Quod ideo est, quia habitus meta. non adaequatur intellectui secundum intentionem. Ad sextum dicitur quod nihil aliud concludit nisi quod meta. considerat hanc & illam quidditatem in particulari, quae est inferior quidditate in communi, non tamen ex vi argumenti, concluditur quod consideret eam distincte. Et si haec distinctio ponatur in maiori, sic dicendo. Cognitio superioris & inferioris distincta pertinet ad eadem scientiam, tunc negaretur maior. Hoc enim erat primum probandum: quod scientia considerans quidditates in communi, consideret etiam eas distinctas, & per consequens est quasi petitio principij.

QUESTIO XII.

Utrum esse distinguatur realiter ab essentia.

QUAERITUR duodecimo utrum esse sit idem realiter cum essentia: vel sit ab ea realiter distinctum. Et videtur quod non sit distinctum ab essentia. Primo. Si esse distinguatur ab essentia, sequitur quod substantia abstracta sint compositae, ex esse & essentia. Sed hoc est falsum: ergo. Consequentia patet, quia quicquid includit res distinctas est compositum: falsitas consequentis probatur. In omnibus, componentibus aliquid tertium per se vnum eorum est potentiale respectu alterius, quia ex duobus entibus in actu nihil per se fit, ut dicitur secundo de anima, & 7. huius t. c. 49. Sed esse non est potentiale respectu esse, quod probatur, quia vel esset potentia simpliciter, vel secundum quid. Non simpliciter, alioquin esset

materia prima. Non secundum quid, alioquin essentia vel distincta ab esse, esset in actu: quia quicquid est potentia solum secundum quid, est simpliciter in actu, licet sit secundum quid in potentia, ut dicit Sanctus Thomas in tractatu de principiis rerum naturalium. Et confirmatur, quia omne potentiale est prius suo actuali quod recipit, cum omne recipiens sit prius recepto. Sed essentia non est prior esse, alioquin esset antequam haberet esse, & sic esset, antequam esset, quod est impossibile. 2. Si esse distinguatur ab essentia, sequitur quod non possit salvari creatio. Sed hoc est falsum: ergo. Consequentia probatur. Creationi nihil praesupponitur. Sed si esse distinguatur ab essentia: praesupponitur ipsa essentia quae acquirit esse: ergo &c. Tertio. Nullum transcendens distinguitur realiter ab essentia, cum omnis transcendens dicat naturam essentiam eius de quo praedicatur, sed esse est quoddam transcendens, cum reperitur in omnibus generibus: ergo esse non dividitur ab essentia. Quarto. Quicquid includit plures actus substantiales, non est vnum per se, quia ex pluribus, in actu non fit vnum per se. Et per hanc rationem probatur S. Thomas quod sit tantum vna forma in composito. Sed quaelibet substantia est vnum per se, cum sit in praedicamento, ergo nulla substantia includit plures actus. Includeret autem plures si esse non esset essentia, vel saltem pars essentiae quae est forma: nam esse & forma esset distincti actus. Et confirmatur, quia esse substantiae cum sit substantia, vel est materia, vel forma, vel compositum. Non materia, cum ipsa sit pura potentia, & esse sit actus non compositum, alioquin omne esse substantiae esset per se subsistens, ergo esse est forma, sed forma est pars essentiae: ergo esse est pars essentiae. Quinto. Sicut se habet vita ad vivere, ita essentia ad esse: quia vivere viventibus est esse: sed vita & vivere sunt idem realiter, & differunt solum grammaticaliter, quia vnum est nomen, & aliud est verbum, ergo esse & essentia sunt idem realiter. Sexto. Nulla perfectio ponit suum perfectibile in rerum natura, cum ipsum praesupponatur. Sed esse ponit essentiam in rerum natura, cum essentia non sit nisi per esse: ergo esse est essentia. Septimo. Realitas rei non distinguitur ab ipsa re. Sed esse rei est sua realitas, quia nihil aliud est dicere rem esse actualiter, quam esse realiter, ergo &c. Octavo. Dicere quod homo verus componatur cum sua veritate, & homo affirmatus cum sua affirmatione, non videtur intelligibile. Sed esse non est aliud quam positio veritatis & affirmatio rei. Res enim in potentia non est res vera simpliciter, sed est res diminuta: ut patet 9. meta. ergo. Nondum. Esse & essentia habent eandem contradictionem. Nihil enim privatur esse, quod non prius essentiam, ergo esse & essentia sunt eadem affirmatio. Decimo, sequitur quod in omni generatione essent duo termini totales, scilicet, vnum compositum ex esse & essentia, & alter compositum ex materia & forma.

Respondeo. Et quia ista questio est difficilissima, & quasi fundamentum maximae partis doctrinae S. Tho. & quodammodo. vniuersale principium in ea: conandum est ut bene resoluatur. primum igitur recitabo breuiter aliorum opiniones & eas declarabo. Secundo respondebitur ad questionem secundum veritatem. Quantum ad primum, dixit Henricus de Gandauo, quod esse & essentia distinguuntur tantum per respectus. Ipse enim quolibet. t. q. 8. & 3. quolibet. q. 9. vbi quaerit. An essentia creaturae sit indifferens ad esse, & non esse. Et 10. quolibet. q. 3. vbi quaerit utrum ponentes essentiam creaturae esse idem cum suo esse, possint saluare creationem, determinat quod quaelibet essentia habet duos respectus ad primam causam. Vnus, est respectus exemplarij ad exemplar, & hunc respectum habet quaelibet res etiam antequam producat, quia Deus est forma quaedam representans omnem quidditatem, etiam antequam fiat, & ideo rem ut stat sub tali respectu, significat hoc nomen, essentia, ita quod hoc nomen, & quidditatem, & hunc respectum importat, alius respectus est relatio effectus ad suam causam efficientem: quem quidem respectum non habuerunt res antequam fierent, sed solum postquam producaerunt. Iste autem terminus, esse, significat naturam cum isto respectu, & ideo res quando non est, dicitur quidem essentia, sed non dicitur esse, quia non habet hunc respectum. Argo ergo contra hanc positionem. Primum: Nulla relatio est de formali ratione entis absoluti quid est per se vnum, quia ex absoluto & relatione non fit vnum per se. Sed aliquid essentia per se vna est entitas absoluta: ergo nulla relatio est de formali ratione talis essentiae, & per consequens non includitur in conceptu essentiae ut essentia est, Maior patet, quia ratio absoluti, & ratio relatiui sunt rationes oppositae, cum vna dicatur ad se, & altera ad aliud: ergo vna non includitur in alia. Minor patet, quia essentia substantiae, & quantitatis, & qualitatis, sunt absolute, alioquin nullum

In q. de for.

Impugnatur opinio hic.

Impugnatur opinio hic.

Oppositio tertia, est Scotistarum.

nullum praedicamentum esset absolutum. Secundo. Nullum ens rationis includitur per se in conceptu entis realis, sed essentia creaturae est ens reale: relatio autem exemplari ad exemplar est ens rationis: sicut relatio cogniti ad cognoscens: ergo talis relatio, non est de ratione essentiae. Tertio. Nulla relatio includitur in ratione sui fundamenti: cum ratio fundamenti sit prior. Sed essentia quae habet exemplar in prima causa, est fundamentum relationis, quae refertur ad illud exemplar, ergo illa relatio non est de ratione essentiae. Quarto. Id non addit esse ad essentiam, sine quo potest concipi res esse, sed potest concipi res esse: dato quod non concipiatur respectus ad agens: ergo &c. maior patet. Minor probatur, quia concipiens caelum esse, non oportet quod concipiat ipsum esse ab aliquo agente: cum dicantur multi caelum a nullo agente esse. Et praeterea qui concipit Deum esse, non concipit eum esse ab aliquo agente: alioquin false conciperet ipsum esse, ergo respectus ad agens non includitur in ratione ipsius esse. Alij dicunt quod esse & essentia differunt tantum conceptibiliter, non quod dicantur duas res, aut rationes conceptas: dicunt enim eandem rem omnino, sed sub diuersis conceptibus, sicut homo & homo verus. Nam in conceptu hominis nulla denotatur conclusio, in conceptu autem hominis veri denotatur, exclusio cuiuslibet esse diminuti & potentialis. Pro notitia huius opinionis sciendum quod ens aliquando accipitur, ut dicit verum, siue veritatem propositionis, sicut habetur 5. metaphysic. tex. com. 14. & 6. metaphysic. tex. com. 8. Sciendum secundo quod ly, est, dicit ens verum in omni propositione simplici siue de secundo adiacente, & hoc dicunt isti esse de mente Comment. 5. metaphysic. comment. 14. & 10. metaph. com. 8. Et ex his duobus concludunt quod cum dicitur, lapis est, ly, est, non dicit aliud nisi verum, & est idem, ac si diceretur, lapis verus, & quia ly verus, excludit omne esse diminutum, ideo per hoc excluditur potentialitas lapidis, & ipsum esse in intellectu & in causis suis, & esse pictum vel imaginatum, & sic de omnibus alijs, quae importarent quodcumque esse diminutum ipsius lapidis. Sed ista positio procedit ex falso intellectu verborum Philosophi & Comment. quod patet. Nam 5. metaphysic. tex. com. 14. ponit Philosophus tres diuisiones entis. Prima est secundum quam diuiditur ens in 10. genera. Secunda est secundum quam ens, siue esse, ut habet nostra translatio, significat aut essentiam, aut existentiam, aut veritatem propositionis. Et quia in omni propositione simplici, ly est, potest accipi, ut dicit existentiam, quae reperitur in omnibus generibus. Et potest etiam accipi: ut dicit veritatem propositionis. Ideo dicit ibi Comment. quod si accipitur primo modo, sic quaestio qua quaeritur, an aliquid sit, collocatur in quaestionibus generis. Si vero accipitur secundo modo, sic collocatur in quaestionibus accidentis, de quibus quaestio agitur in secundo topi. Et praeterea quod ista positio in se sit falsa & contra. 1. probatur. Ens verum: per te est ipsa existentia, & existentia est essentia rei non habens esse diminutum: ergo ens verum & essentia sunt idem & non aliud & aliud. Sed hoc est falsum, quia Commentator praedicta commenta sic dicit. Hoc nomen ens quod significat essentiam rei, est aliud ab ente, quod significat verum. Secundo. Ista propositio est vera, & cetera est. Sed ly est, per te dicit negationem entis diminuti: ergo cetera non habet esse diminutum. Sed hoc est falsum, quia nullum ens rationis, cuiusmodi est omnis priuatio, nullum aliud esse habet nisi diminutum. Tertio. Ista est vera. Iste homo pictus est demonstrando hominem pictum, & tamen habet tantum esse diminutum, cum non sit verus homo, sed potius tollat rationem hominis: ergo. Alij dicunt quod esse & essentia non distinguuntur realiter, quia isti habent hoc primum, quod distinctio realis non potest esse nisi inter ea, quorum vnum potest esse altero non existente, essentia autem non potest esse sine esse. Dicunt tamen quod distinguuntur ex natura rei, quia de eis verificantur praedicta contradictoria. Nam esse accidit essentiae, essentia vero non accidit essentiae. Item, essentia potest esse in potentia obiectiva, esse non potest esse in potentia obiectiva. Dicunt praeterea quod distinguuntur etiam modaliter, quia esse, est modus intrinsecus ipsi essentiae. Dicunt tamen quod esse & essentia non distinguuntur formaliter, quia homo in potentia, non dicitur aliam formalitatem ab homine in actu. Et ideo relictis istis opinionibus haec erit prima conclusio. Esse substantiae, id est quod est a forma substantiali reducitur ad genus substantiae, & esse quod dat forma accidentalis, est in eodem genere in quo est talis forma. Probatur haec conclusio. Primo. Omnis actus est in eodem genere, in quo est sua potentia, ut dicitur 9. huius. & tex. c. 11. & 2. de anima. text. com. 5. & 5. metaph. com. 17. sed esse se habet ad essentiam, ut actus ad potentiam, saltem secun-

dum modum significandi: siue sit idem realiter, siue non, ergo sunt in eodem genere. Secundo arguitur specialiter de esse substantiae, omnis substantia est naturaliter prior suo accidente. Sed nulla essentia est naturaliter prior suo esse: ergo esse non est accidens eius. Maior probatur: omnis causa est prior suo effectui. Sed existentia substantiae est causa existentiae accidentis, cum accidens non existat nisi in substantia existente: ut dicitur 7. met. tex. com. 3. Minor probatur. Si essentia esset naturaliter prior quam existentia, sequeretur quod essentia existeret antequam existeret, quod implicat contradictionem, consequentia probatur, quia per te essentia est prior, & per consequens in illo priori est, in quo existentia non est. Tertio. Nullum accidens est substantiae aut formalis ratio existendi, sed esse substantiae est principium & formalis ratio existendi, quia est illud quo formaliter substantia existit: ergo esse substantiae non est accidens eius. Minor probata est, & maior est Philosophi 1. Physic. tex. c. 52. & probatur per ea quae dicta sunt in superiori ratione. Secunda conclusio. Esse in omnibus citra primam causam, est entitas secundum rem distincta ab essentia. Probatur ista conclusio. Primo. Essentia est indifferens ad esse & non esse, quia aliquando est, & aliquando non est: ergo distinguatur ab esse. Patet consequentia, quia illud quod succellitue subiicitur oppositis distinguatur a quolibet eorum: & per hanc rationem probat Philosophus 1. phy. tex. c. 60. quod materia distinguatur a forma & priuatione. Ad hanc rationem dicitur quod sicut essentia est indifferens ad esse & non esse, ita & ipsum esse est indifferens ad esse & non esse: esse enim rosae in hyme non est, in vere autem est. Similiter essentia est indifferens ad essentiam & non essentiam: quia essentia rosae non erat essentia ab aeterno: & est essentia postquam creata est. Sed contra haec responsum arguitur. Primo. Omnis propositio: cuius praedicatum est idem subiecto, est vera: siue res sit, siue non sit, ut etiam tenet Scotus in 3. dist. 21. cuius doctrinam sequentes dant praedictam responsum. Sed in hac propositione, essentia est essentia, praedicatum est idem subiecto: ergo ipsa erat vera, etiam antequam essentia rei crearetur. Secundo sequitur ex responso, quod vnum contradictorium potest mutari in aliud, idem manens. Sed hoc est falsum, quia ut inquit Comment. 1. physic. com. 51. contrarium non recipit formam contrarij, & multo minus vnum contradictorium recipit formam alterius, cum contradictoria magis opponantur. Probatur consequentia. Nam lapide non existente, ista est vera, lapis est lapis: & ista est falsa, lapis existit. Aut ergo causa huius diuersitatis est: quia ad hoc quod lapis existat, non sufficit quidditas lapidis, sed requiritur aliquid rei additum, quo formaliter existat. Et si sic dicatur, habeo propositum, quod existentia addit: esse super essentiam. Aut hoc ideo est, quia lapidis est prius non esse existentiae: & postea est esse existentiae nullo addito, & sic habeo propositum quod vnum contradictorium, scilicet non esse idem manens, id est, manens eadem essentia, mutatum est in aliud contradictorium, scilicet in existentia. Tertio. Isti dicunt quod diuisio entis in actu & potentia est diuisio in conditiones duas, quarum altera est distrahens, & altera perficiens: sicut cum diuiditur homo in viuum & mortuum. Codditio autem distrahens est ly potentia: & codditio perficiens est, ly actu, & tantum valet dicere ens actu, ac si dicatur, ens existens. Ex hoc arguitur sic. Nulla conditio diuiditur in se & suam oppositam. Non enim rationale diuiditur in rationale & irrationale. Tum quia sequeretur processus in infinitum. Tum quia quodlibet diuidendum esset tantum latitudinis sicut diuisum. Sed esse actu siue existens, est codditio opposita ad esse in potentia: ergo existentia non potest diuidi in actu & potentia. Et cum dicitur quod in hyme esse rosae non est. Dico quod ista est locutio inartificialis, sed ista est propria: rosa non est. Na existere impropria & aut non existere, non conuenit ibi existentiae, sed essentiae. Nec existentia est in potentia ad existentiam, sicut albedo non est in potentia ad albedinem, sed essentia est illa quae est in potentia ad existentiam. Secundo. Si esse esset idem cum essentia, sequeretur quod esse esset per se subsistens: hoc est falsum: ergo &c. Probatur con-

Secunda conclusio in via Th.

Ratio secunda pro se habet da conclusionem, & est probandum intentionem.

Tex. com. 9.

contra-

contrahunt: primo modo albedo in subiecto existens, limitatur ad certum gradum, quia subiectum non recipit eam secundum omnem gradum intentionis, possibilem reperiri in ea: secundo modo natura caloris non est limitata in nigredine: quia nigredo non habet eam nisi ut est contraria ad hunc determinatum gradum & speciem, qui est nigredo. Sed esse subsistens non est determinatum primo modo, cum in nullo sit receptum: nec secundo modo: cum non habeat differentias: ergo esse omnino illimitatum. Dicitur forte, quod esset limitatum per causam agentem, sicut si produceretur duo calores, separati ab omni subiecto, unus posset esse ut quatuor, & alius ut sex: quia in tali & tali gradu à causa efficiente quæcunque sit illa, producti sunt. Vel aliter responderetur, quod esse subsistens ex se & à se est infinitum. Subsistens autem non ex se & à se, non est infinitum, & hoc secundo modo essentia creata subsistit: primo autem modo subsistit tantum essentia increata. Sed contra. Circumscribitur per intellectum causa agente, adhuc illi calores per se sunt distincti: ergo oportet dare aliquid intrinsecum eis per quod distinguuntur: illud autem intrinsecum non est ipsa natura caloris, quia talis natura in utroque est eiuſdemrationis, ergo tantum per suas rationes formales distinguerentur. Et si sic, tunc sequitur quod distinguerentur seipsi, & per consequens distinguerentur formaliter & specificiter, quod est impossibile. Patet igitur quod esse per se subsistens habet ex sua ratione infinitatem: siue subsistat ex se, siue non, & siue habeat causam, siue non habeat. Secundo. Illud quod est abstractum non potest habere in se nisi illud quod significatur per nomen abstractum & per consequens non potest habere in se aliquid realiter distinctum. Cuius ratio est quia nomen abstractum significat præcisè ipsam naturam, sicut si poneretur in rerum natura albedo eo modo quo significatur per hoc nomen. Albedo enim separata & abstracta ab omni subiecto, ipsa nihil haberet in se, quod non esset albedo. Sed esse substantiarum separatarum non repugnat habere aliquid cõiunctum, quod ab eo realiter distinguatur, est enim cõiunctum multis accidentibus: ergo illud esse non est abstractum, siue per se subsistens. Tertio principaliter arguitur. Illud quod convenit alicui per se, distinguatur realiter ab eo, quod convenit ei tantum per aliud. Sed esse convenit rebus per se formaliter, sed convenit eis per aliud effectivè, aliqua enim est causa efficiens quod homo sit animal. Sed contra hoc arguitur tripliciter. Et probatur, non quidem quod essentia non habeat causam effectivam, quia certum est quod humanitas & lapideitas & quicquid est in rebus: à prima causa esse productum, sed probatur quod nulla sit causa efficiens connexionis significati huius propositionis, homo est animal rationale, sicut aliqua est causa efficiens connexionis significati huius propositionis: homo est. Deus enim producens hominem copulavit ei esse. Et arguitur primo. Ea quæ sunt equaliter necessaria, æqualiter se habent ad habere & non habere causam efficientem. Sed hominem esse animal: & Deum esse unum sunt æqualiter necessaria, ergo si unum non habet causam, nec aliud. Sed nulla est causa efficiens: quæ faciat Deum esse unum, alioquin illa esset prior Deo: ergo nulla est causa efficiens quæ faciat hominem esse animal. Maior patet ex terminis. Minor probatur. Ea sunt æqualiter necessaria, quorum opposita sunt æqualiter impossibilia, sed apposta horum sunt æqualiter impossibilia: ergo &c. Maior patet. Minor probatur. Ea sunt equaliter impossibilia, quorum impossibilitas cõsurgit p̄ se ex implicatione cõtradictiõis, puta, quæ predicatur tollit subiectum. Sed illa sunt huiusmodi. Cũ enim dicitur, homo non est animal rationale: per ablativum prædicati remouetur subiectum: quia per negationem definitionis remouetur diffinitio. Secundo. Illud quod convenit enti, & non enti non habet causam efficientem: cũ non ens non habeat causam. Sed ratio talis necessitatis æqualiter convenit enti & non enti. Itænim ista est necessaria. Non ens est ens: sicut ista homo est animal. Tertio. Si hominem esse animal, haberet causam efficientem, sequeretur quod aliquid fieret postquam est. Sed hoc est falsum, alioquin bis acciperet esse, ergo &c. Cõsequencia probatur. Circumscribitur omni efficietia à Deo adhuc hominem esse animal est verum: ergo si hominem esse animal sit aliquo efficiente sequitur quod fiat postquam est. Cõsequencia patet. Antecedens probatur. Illud quod resultat postis diuinis ideis, est necesse esse circumscripta omni causalitate. Sed postis idea hominis & animalis resultat earum cõnexio, quia idea hominis necessario repræsentat animalitatem, ergo &c. Quarto principaliter

arguitur. Nulla res participat essentiam suam, sed habet eam quantum haberi potest. Homo enim habet perfectissimè humanitatem, nec possibile est quod humanitas sit magis in uno quam in alio. Sed qualibet creatura participat esse: cũ non habeat existentiam perfectissimo modo, ergo esse & essentia non sunt idem. Quinto, nulla res est in potentia ad seipsam, alioquin esset prior & posterior se: sed qualibet essentia circa Deum est in potentia ad esse, ergo distinguitur ab esse. Sexto. Nulla res potest intelligi sub opposito ei cui est idem realiter. Non enim potest intelligi quod homo sit non animal. Sed essentia potest intelligi sub opposito existentia. Intellego enim essentiam rosam non existere. Septimo probatur auctoritate. Nam philosophus 2. poste. tex. c. 2. dicit, quod quod est est forma: & hominem esse non sunt idem. Et Auic. 5. met. primo & primo phy. c. vlt. dicit quod esse, omnibus accidit excepta prima causa. Tertia cõclusio. Nulla forma est causa efficiens illius esse quod ipsa dat ei cuius est forma. Probatur: Omnis causa efficiens est naturaliter prior suo effectu, sed forma non est prior esse, alioquin esset prius quam esset. Secundo, Forma & efficiens non coincidunt in idem numero, ut dicitur 2. phy. c. vlt. ergo forma non est efficiens. Dicitur autem dare esse, quia ipsum est effectus formalis forme. Ad argumenta responderetur. Ad primum dicitur quod essentia est potentialis respectu esse. Ad improbationem dicitur quod dupliciter potest dici esse simpliciter in potentia uno modo, quia nullo modo est actus neque in se, neque respectu alterius ita quod ei repugnat aliquid à se distinctum actuale: & hoc modo sola materia prima est simpliciter potentialis. Alio modo dicitur aliquid esse portia simpliciter, quia non se solo potest existere, ita quod est purè potètiæ, non ut potentialis, opponitur simpliciter actu: sed ut opponitur huic actui qui est existere, & sic essentia dicitur esse potètiæ simpliciter respectu existentia, licet in se sit actus. Et ideo ut est potètiæ, est prior respectu esse, non quod sit actus sine esse: quia antequam habeat esse, est in potentia ad ipsum, non ad hunc sensum quod qualibet essentia sit in potètiæ alicuius subiecti: sicut forma dicuntur esse in potentia materia, sed est in potentia actiua Dei, quæ potest producere essentiam sub esse. Ad secundum negatur consequentia. Ad probationem dicitur quod creatio nihil præsupponitur quod sit actus, præsupponitur tamen aliquid quod sit potètiæ, producibile sub actuali existentia. Ad tertium negatur maior accipiendum transcendens, pro eo quod ideo præcisè dicitur transcendens, quia circuit omnia genera. Si verò accipitur transcendens pro eo quod dicitur quilibet entitatem, sic minor est falsa. Ad quartum dicitur quod includere plures actus substantiales potest dupliciter. Vno modo quia quilibet illorum actuum dat esse substantiale, & sic conceditur maior & negatur minor: alio modo dicuntur aliqui actus substantiales esse plures solum, quia alter eorum dat esse, alter vero non, sed est ipsa actualitas rei subsistentis, & sic non repugnat illud quod est unum per se habere plures actus. Ad confirmationem dicitur quod illa diuisio substantia, non est nisi diuisio substantia dicentis essentia: ideo esse cum includatur ab essentia, non etiã includitur sub aliquo illorum membrorum. Sed ipsum esse est actualitas quam formaliter forma dat composito. Ista autem actualitas quæ est esse non dat aliam actualitatem: quia non relinquit illud cuius est in potentia ad vltiorem actualitatem eiusdem rationis, cũ ipsum esse sit vltima actualitas rei. Ad quintum negatur minor. Nam vivere, est illud esse, quod vitam dat rei viuenti: unde non distinguuntur solum grammaticaliter. 1. quo ad modum significandi, sed etiam quo ad rem significatam. Ad sextum dicitur quod poni aliquid in rerum natura potest esse dupliciter. Vno modo in genere essentiarum: & sic conceditur maior. Forma enim non dat materiam quod sit quædam entitas, quia de se est entitas potentialis, nec similiter accidens suo subiecto. Alio modo in genere existentia: & sic negatur maior. Materia enim non existit nisi per formam, & similiter essentia non existit nisi per esse: ideo essentia habet quidem ab esse quod sit existens, sed ab eo non habet quod sit ens, accipiendum generaliter prout significat quidditatem. Ad septimum negatur maior de realitate existentia: & conceditur de realitate essentia, nec est verum quod existentia sit tota realitas, quia rosa non existente ista est vera, rosa est realis. Ad octauum dicitur eodem modo ad minorem, quod esse est affirmatio rei in existentia actuali, sed non est eius veritas aut affirmatio in essentia. Nam homine non existente ista vera homo est verè homo. Ad nonum negatur antecedens, quia aliud est nihil, quod opponitur essentia, & aliud est quod opponitur existentia. Ad decimum negatur cõsequencia, cuius ratio dicta est in responsione ad primum & ad quartum. Et propterea dico quod constitutum ex essentia & esse non potest esse terminus productus

Ad primam rationem capitalem. Esse possibile est dupliciter.

Ad quartam.

Includere plures actus substantiales est publiciter.

Poni aliquid in rerum natura est duplex.

quia de ratione termini producti est quod recipiat esse per productionem. Aggregatum autem ex essentia & esse: non recipit esse, nec est potentiale ad ipsum, cum altera pars huius aggregati sit ipsummet esse quod non est receptiuum nec potentiale respectu sui. Dico tamen quod ibi sunt alio modo duo termini, sed differenter. Nam forma est terminus formalis, quia formaliter constituitur: & dat esse specificum termino producto: esse autem est terminus formalis: quia est vltima actualitas ipsius producti, & non relinquit cum in potètiæ ad vltiorem actualitatem substantialem.

QVÆSTIO XIII.

utrum esse sit nobilior essentia.

QVÆRITVR utrum esse sit nobilior quàm essentia: videtur quod sic. Primo. Illud quod dat alter formaliter ut sit extra nihil, est nobilior eo. Sed esse dat essentia formaliter, ut extra nihil, ergo &c. Maior patet, quia tale aufert ab eo nihilitatem, & dat ei formaliter aliquid dicitur. Minor etiam patet, quia essentia non habens esse, est nihil. Secundo. Illud cui repugnat non existere, est nobilior eo cui non repugnat non existere. Sed esse repugnat non existere: & essentia non repugnat: ergo. Maior patet cum secundo parte minoris. Prima autem eius pars probatur. si quod ipsi esse repugnet non esse: quia quod potest non esse, potest etiam concipi non esse. Sed esse non potest concipi non esse, ergo. Maior patet. Minor probatur. Nulla res potest esse concipi conceptu sibi contradictorio. Sed esse & non esse sunt contradictoria, ergo esse non potest concipi sub non esse. Tertio prima actualitas rei est ea nobilior, & per hanc propositionem probatur quod forma substantialis est dignior materia. Sed esse est prima actualitas essentia: quia essentia antequam sit, nullam habet actualitatem: ergo. Quarto compositum in rebus materialibus est perfectius qua materia & forma: ut dicit philosophus 8. met. tex. c. 8. Sed hoc non est ratione alicuius essentia quam dicat compositum præter materiam, & formam: quia nullam aliam includit. Nec est ratione alicuius accidentis, ut de se patet. ergo est tantum ratione existentia.

Respondetur quod siue esse & essentia sint distinctæ res, siue differant ratione tantum, semper essentia est perfectior ipso esse talis essentia: quod dico, quia aliquid esse, puta esse substantia est perfectius aliqua essentia, licet essentia accidentis. Sed intendo dicere quod qualibet essentia est perfectior suo proprio esse: puta, essentia Sortis est perfectior quam esse Sortis. Si enim realiter distinguuntur realitate, essentia est perfectior realitate ipsius esse. Si vero distinguuntur tantum ratione & concepitibiliter, conceptus essentia est dignior quam conceptus esse. Et quia probato hoc secundo relinquitur probatum etiam primum eo, quod nobilioris rei est nobilior conceptus. Ideo ad hoc probandum arguitur primo. Conceptus qui convenit alicui per se primo, est nobilior eo quod convenit ei per accidens. Sed conceptus essentia convenit rei per se primo, conceptus vero esse convenit per accidens: ergo. Maior probatur, quia quod est alicui magis intimum & intrinsecum est in eo perfectiori modo. Illud autem est maximè intimum alicui, quod convenit ei primo & per se. Minor probatur. Quod prædicatur de aliquo quidditatiuè: prædicatur de eo in primo modo perfectitatis. Sed essentia prædicatur quidditatiuè de habente essentiam, esse autem non prædicatur quidditatiuè, nec in primo modo perfectitatis: cum non significetur per definitionem, nec per aliquam eius partem, ergo &c. Secundo. Illud est perfectius, quod minus est dependens, cum dependentia dicat imperfectionem. Sed essentia est minus dependens quam esse: ergo essentia est perfectior quam esse: minor probatur. Illud quod positum quocunque casu possibili, adhuc verè de altero enuntiat, minus est dependens, quam id quod positum aliquo possibili casu non verè enuntiat. Sed positum quocunque casu semper verè enuntiat essentia. Nam ista semper est vera, homo est animal rationale, & ista non fuit semper est. ergo &c. Tertio. Illud est perfectius in se quod dat alteri maiorem excessum perfectionalem. Sed essentia dat maiorem excessum perfectionalem quam esse, ergo essentia est perfectior quam esse. Maior patet ex terminis. Minor probatur. Sint duo individua eiusdem speciei, puta Sortes & Plato, quorum vnus existat & alter non. Et sint due species non existentes, puta equus & asinus. Et arguitur sic. Plus excedit equus asinum in perfectione quam Plato existens sortem non existentem, quia equus excedit asinum in perfectione specifica & essentiali, & Plato excedit Sortem solum in perfectione numerali, & accidentali. Sed iste ex-


cessus est tantum ratione essentia, & excessus Platonis super Sortem est tantum ratione existentia: ergo essentia dat maiorem excessum perfectionalem quam existentia. Quarto. Tanto aliquid est perfectius: quanto dat rebus nobilior differentiam entis. Sed essentia dat rebus nobilior differentiam entis, quàm existentia: ergo &c. Maior patet. Minor probatur. Essentia dat necessitatem & existentia dat contingentiam. Sed necessitas est nobilior differentia entis quam contingentia: ergo &c. Minor patet. Maior probatur. Ab eo res habent aliquem gradum necessitatis, per quod sunt scibiles: cum scientia sit tantum necessarium. Sed res sunt scibiles ratione essentia & non ratione existentia: ergo &c. Quinto: si sint aliqua duo in genere substantia: illud est nobilior quod per se est in genere substantia, quàm illud quod est in eo tantum reductivè: quia quod per se est in genere substantia participat nobilissimum genus perfectioni modo. Sed aliqua essentia & suum esse sunt in genere substantia: puta essentia hominis & eius esse: & essentia est per se in genere, cum significetur per terminum specificum: esse autem est in genere tantum reductivè. eo que non dicit aliquid completum in natura specifica: ergo essentia est nobilior quam existentia.

Ad primum. In oppositum, dicitur quod idem est dicere nihil ac si diceretur, nullum ens, siue non ens. Unde esse extra nihil est esse extra non ens: esse autem extra non ens, convenit vnicuique per illud per quod est ens. Accipitur autem ens dupliciter. Vno modo: ut dicit essentia: & sic dico quod qualibet essentia est ens per seipsam formaliter: & non per aliquid additum. Alio modo accipitur ut dicit existentiam: & sic res creatæ sunt entia per existentiam: additam essentia earum. Ad formam argumenti conceditur maior, si accipitur ly nihil, prout opponitur enti dicenti essentia in quo sensu negatur minor. Si vero accipitur prout opponitur enti dicenti existentiam, negatur maior & conceditur minor. Ad secundum negatur minor. Nam ante productionem rosæ sicut essentia rosæ non erat in rerum natura: ita nec existentia. Dico præterea quod existentia, siue esse, non proprie existit, sicut nec albedo est alba: sed est illud quod alba formaliter existit, aut sunt alba. Ad probationem minoris dicitur: quod licet non possit verè concipi quod esse sit non esse: quia sic vnum cõtradictorium attribueretur reliquo, tamen potest verè concipi quod esse non facit essentiam actu formaliter existere: sicut licet non possit verè concipi quod albedo non sit albedo, potest tamen verè concipi, quod per eam nulla res actu est alba. Ad tertium negatur minor. Nam esse non est prima actualitas simpliciter: sed est tantum prima actualitas in genere existentia, sicut enim ante productionem hominis ista est vera, humanitas est ens: ita ista est vera humanitas est quædam actualitas essentialis licet non sit actualitas existens. Et si dicatur quod tunc humanitas erat in potentia: ergo non erat actualitas. Respondetur quod erat in potentia ad existentiam: sed non erat in potentia ad hoc quod esset essentia. Ad quartum dicitur: quod ideo compositum est perfectius quàm materia & forma: quia includit tertiam entitatem, superadditam suis partibus. Et similiter est perfectius: quia includit vtramque suarum partium: vna autem pars non includit aliam.

QVÆSTIO XIII.

utrum metaphysica sit dignissima omnium scientiarum.

QVÆRITVR utrum metaphysica sit dignissima omnium scientiarum. Et arguitur quod non. Primo. Obiectum metaphysica est ignobilius quilibet scientiarum aliarum quæ speculative sunt: ergo metaphysica est eis ignobilior. Cõsequencia patet: quia nobilitas habitus scientifici est ex nobilitate obiecti. Antecedens probatur. Illud quod est confusissimum & indeterminatum est ignobilior nam cognoscere in confuso, est cognoscere imperfectè. Sed ens commune quod obiectum metaphysica, est maxime confusum & indeterminatum: quia cognitio rei solum in quantum est ens est cognitio confusa, ergo &c. Secundo. Scientia de anima est omnibus honorabilior, ergo est honorabilior quam metaphysica. Cõsequencia patet: quia hæ duæ scientia distinctæ sunt. Antecedens est philosophi & comm. primo de anima comm. Dicitur forte quod philosophus dicit eam esse honorabiliorem ceteris, non comparando eam ad omnes alias scientias: sed tantum ad reliquas partes philosophia naturalis. Sed contra: quia cõmentator ibi dicit eam esse digniorem mathematicis. Tertio. Quæto aliqua scientia est certior, tantò est nobilior: ut dicitur 1. de aia. tex. cõ. 1. Sed Mathematica habet maiorem certitudinem



Ratio certia quod esse distinguatur ab essentia.

Quarta ratio.

certitudinem, quam metaphysica: ergo sunt ea digniores. Minor haberi potest a Philosopho in fine 3. metaphys. ubi expressè dicit Commenta. commen. 16. quod demonstrationes mathematicæ sunt in primo ordine certitudinis, & demonstrationes naturales sequuntur eas. Quarto supponitur quod demonstrare genus substantiarum separatarum esse non pertinet ad metaphysicum, sed ad naturalem: ut voluit Commentator primo physico. commen. vltim. & 12 metaphys. commen. 5. Et S. Thomas primo contra Gentiles lib. 3. quia talis demonstratio sumitur à motu, demonstrare autem aliquid per motum pertinet ad naturalem. Ex hoc arguo sic in 8. phys. demonstratur ipsa conclusio, primus motor est, aliqua substantia abstracta: sunt ergo notitia scientifica quæ acquiruntur per hanc demonstrationem, habet primum motorem & substantias abstractas pro subiecto. In nulla autem parte metaphysicæ Deus est subiectum: quia quicquid de Deo probatur: probatur per motum: ergo saltem ista pars naturalis philosophiæ, est dignior metaphysicæ.

In oppositum est Philosophus, dicens eam esse honorabilissimam, & deam scientiarum.

Respondet, quod cum dignitas scientiarum speculatarum sumatur ex obiecto & ex certitudine, declarare & probare volumus metaphysicam quod vtrique esse omnium nobilissimam. Et primo quantum ad dignitatem obiecti: dictum enim fuit supra questione non, quod ens commune, est adequatum subiectum in metaphysicæ. Tunc sic. Quanto aliquid subiectum est simplicius & abstractius, tantò est simpliciter perfectius & nobilius. Sed ens commune quod est obiectum metaphysicæ: est simplicius & abstractius quolibet: quia omnes alij conceptus se habent ex additione ad ens, cum sint vel inferiores ente, vel se habeant ut passiones. Illud autem qui aliud se habet ex additione, est eo simplicius, ut dicitur primo posteriorum. Maior probatur, quia simplicitas est perfectio simpliciter, & melius est eam habere quam eius oppositum: alioquin non esset quid absolutum formaliter in prima causa, in qua nihil est formaliter absolutum: nisi sit perfectio simpliciter, ut bonitas, iustitia, Intellectus, Sapientia, &c. Est etiam simplicitas. Et si dicatur quod alij conceptus includunt ens, & aliquid addunt, ergo sunt perfectiores conceptus entis. Respondet quod consequentia non tenet: quia alij conceptus non addunt aliud quod sit extra conceptum entis, id est, quod non contineatur sub ente, & de quo non prædicetur ens in primo modo dicendi per se: quomodo conceptus speciei dicit aliquid de quo non præsentatur genus, scilicet differentiam: & accidens addit subiecto. Sed ideo dicuntur addere ad ens: quia exprimentur aliquem modum magis determinatè. Substantia enim dicit ens per se existens, & accidens dicit ens alteri in hęcens: & sic addunt ad ens: quia dicunt illud quod dicit ens: sed sub aliqua ratione determinatori & limitatori. Talis autem additio non tollit nobilitatem entis, ut patebit respondendo ad argumenta. Secundo arguitur. Ille habitus scientificus est nobilior, quia habet vniuersalius obiectum & ad plura se extendens. Sed obiectum metaphysicæ est huiusmodi cum de omnibus prædicetur: ergo. Minor patet, maior probatur. Sicut enim nobilitas habituum sumitur ex obiectis: ita & potentiarum. Sed quanto aliqua potentia est nobilior, tantò habet vniuersalius obiectum. Nam obiectum sensus communis est communius obiecto sensuum particularium, & obiectum imaginationis: ergo similiter habitus, habens communius obiectum est nobilior. Et confirmatur: quia tantò habitus scientificus nobilior est, quanto potest facere plura scire: facit enim habentem ipsum magis scientem. Sed ille qui habet communius obiectum, facit plura scire: ergo est nobilior. Tertio. Metaphysico. habet nobilior obiectum quam mathema. cum ista consideret substantias & accidentia: illa autem tantum accidentia. Et etiam nobilior naturalis, quia naturalis habet pro obiecto vel ens mobile vel corpus mobile, vel substantiam finitam, hæc vero habet ens, sub quo continentur etiam substantiæ immobiles & substantia infinita, ergo metaphysica est dignior omni speculatiua. Antecedens probatum est: & consequentia patet, quia præter istas nullæ alię scientiæ reales sunt speculatiuæ: ut dicitur 6. huius quæstio. 7. Quarto arguitur: quod si etiam primus motor continetur sub obiecto naturalis Philosophiæ, adhuc metaphysicæ esset nobilior ea. Tantò enim scientia nobilior est, quanto formalis ratio obiecti quam considerat, est nobilior. Sed metaphys. considerat de primo motore sub nobiliori ratione quam naturalis: ergo. Maior patet: minor probatur. Naturalis considerat de primo motore tantum sub ratione primi motoris: ut patet 8. Physic. Ratio autem motoris est ratio imperfecta: cum sit ratio relatiua & sumpta ex habi-

libri. conclusio exponitur.

Tex. co. 42.

tudine ad aliquid extrinsecum, scilicet ad mobile: ratio etiam primi est imperfecta, cum sit ratio negatiua. Primum enim dicitur ante quod nihil est in eo ordine in primum in quo est, Metaphys. autem considerat de primo motore sub ratione entis & perfecti, & sumptæ actualitatis. Cõstat autè quod ratio entis est absoluta, cum sit prima omnium, ut dicit Auicena. 1. metaphys. Nulla autem relatiua potest esse prima, cum omnis ratio relatiua præsupponat absolute: ergo metaph. considerat primum motorem sub nobiliori ratione, quam naturalis. Quinto. Metaph. in intellectu separato, & in intellectu cõiuncto est eiusdem rationis. Sed intellectus separatus ad habitum metaph. potest intelligere re' quidditates substantiarum separatarum: & potest probare proprietates de Deo, scilicet immaterialitatem, & simplicitatem, & huiusmodi, ergo metaphysicæ considerat Deum sub nobiliori ratione. Minor patet: quia enim intellectus separatus perfectè cognoscit rationem entis, per eam potest multas proprietates de primo ente cognoscere: nec ad cognoscendum sumit aliquam rationem à motu. Quod autem perfectè cognoscat naturam entis, patet: quia tunc intellectus est perfectus, ergo cognoscit perfectè naturam sui obiecti: Maior vero huius rationis probatur. Habitum non distinguuntur nisi per rationem formalem obiectorum, vel per media sue principia demonstrationum, ut dicitur primo poste. lec. 41. Sed obiectum metaph. intellectus separati est ens commune sub ratione entis, sub qua ratione est etiam obiectum metaph. nostræ. Et similiter demonstrat per principia abstracta à motu, sicut & nos: ut patet tertio huius: ergo est eiusdem rationis cum nostra metaph. Et sic patet quod ex parte obiecti, metaph. omnes alias excedit. Quod etiam excedat eas quo ad certitudinem, probatur. Sed prius declaratur quid sit certitudo. Intellectus enim dicitur esse certus de aliqua re, quia ipsam mouit & de ea non dubitat. Idè enim est dictum, habeo hoc certum: ac si dicatur, hoc mihi non est dubium. Quod autè aliqua res cognita nullo modo sit dubia, potest cõtingere propter duo. Vno modo propter euidentiã ipsius rei, quæ clarè & apertè videtur, & hoc modo prima principia certa sunt, quia per naturale lumen intellectus videtur earum veritas. Nec ad hoc opus est aliqua alia propositione prius vsa. Similiter conclusio demonstrata certè cognoscitur: quia eius veritas euidens est & per lumen intellectus & per euidentiã principiorum: in quibus cognoscitur & videtur. Alio modo dicitur aliquid indubitatum intellectui, non ex euidentiã rei: sed ex determinatione voluntatis imperantis intellectui, ut firmiter assentiat & hoc modo astrologus indubitatè tenet multas propositiones, quia credit prioribus & antiquis astrologis dicentibus se hoc esse expertos. Talis enim modus certitudinis reperitur in scientiis subalternatis alteri scientiæ quantum ad principia, quia scientia subalternata certitudinaliter & indubitanter tenet principia sibi tradita à subalternante. Metaph. vero, quia nulli subalternatur, non habet certitudinem hoc secundo modo, quia talis certitudo est imperfecta: sed dicitur esse certissima primo modo. Sciendum est secundo: ut dicit Linconiensis primo posteriorum commento. 18. quod certitudo primo modo dicta dupliciter accipi potest. Vno modo ex parte intellectus nostri, & sic illud dicitur certissimum quod à nobis certissimè cognoscitur. Et quia ea quæ ad metaphysicam pertinent præsertim substantiæ separatae, non sunt nobis euidentes: ideo non habemus de huiusmodi certissimam notitiã. Alio modo dicitur aliqua notitia esse certissima ex parte obiecti: & sic notitia quæ est de obiecto nato causare de certissimam cognitionem, dicitur esse certissima, & hoc modo metaphysicæ est certissima ex se, licet non sit certissima nobis. Quod probatur. Primo. Metaphysicæ quæ est in intellectu separato est eiusdem rationis cum ea quam nos habemus, ut supra probatum fuit ratione quinta huius quæstionis. Sed illa facit certissimam cognitionem, cum faciat euidentiã de proprietatibus substantiarum separatarum, ergo metaphysicæ est se esse certissima. Quod autem nos non habemus huius certissimam cognitionem, ideo est, quia non habemus perfectè habitum metaphysicæ. Secundo. Omnis habitus si perfectè habeatur, est sufficiens causare perfectissimam notitiã sui adequati obiecti, alioquin obiectum adequatum excederet habitum in cognoscibilitate. Sed obiectum adequatum metaphysicæ est ens, ergo metaphysicæ ex se est edificans causare perfectissimam cognitionem & per consequens certissimam notitiã omnium quæ sub ente continentur. Tertio habitus qui est de obiecto ex se maximè euidenti, est ex se maximè certus. Sed metaph. est huiusmodi: ergo ex se est certissima. Maior patet quia licet habitus scientificus sit in intellectu, tamen eius ratio formalis sumitur ex obiecto, & ideo illud quod cõuenit ei ex obiecto, conuenit ei per se, quod autem conuenit

Metaphysica excedit alias scientias certitudine demonstrationis. Certitudo quid sit vide.

et ex

ei ex intellectu in quo est, conuenit ei per accidens. Si igitur obiectum ex se sit maximè certum siue euidens, scientia denominabitur per se ab eo esse certissima. Minor etiam patet, quia metaphysicæ est de substantiis separatis quæ ex natura sua sunt maximè scibiles & euidentes. licet sint inuidentibus nobis.

Ad argumenta respondetur. Ad primum negatur antecedens. Ad probationem negatur minor quia licet per metaphysicam non habeatur distinctissima cognitio omnium quæ sub ente continentur: nam cognoscere hominem solum, ut est ens, est cognoscere ipsum consue: habetur tamen propria & distincta cognitio naturalis entis, & eorum quæ per se conueniunt enti. Ens autem sic abstractum à suis inferioribus est eis nobilium, cum sit simplicius. Dico secundo quod per habitum metaphysicæ si perfectè habeatur, etiam haberi potest distincta notitia eorum quæ continentur sub ente: quod patet: quia (ut supra dictum est) per habitum metaphysicæ potest perfectè cognosci suum subiectum quod est ens: qui autem perfectè cognoscit naturam entis, cognoscit omnes gradus entium per quos diuiditur ens. Sed quia nos non habemus hunc habitum perfectè, ideo per eum non cognoscimus perfectè naturas rerum: sola autem prima causa habet eam perfectissimè: & propterea dicit Philosophus quod non est humana, sed diuina possessio licet metaphysicæ sit alterius rationis à nostra. Ad secundum respondetur sicut ibi respondebatur: & est responsio Commentatoris primo de anima commen. 1. in fi. di. quod scientia de anima excedit omnes alias & certitudine & dignitate obiecti, præter scientiam diuinam. Nec est verum quod expressè faciat mentionem de eius nobilitate super mathematicas. sed tantum implicite dicendo quod excedit omnes, quod si etiam faceret, non tamen sequitur quin Philosophus loquatur de scientia de anima: nisi per comparisonem ad alias naturales. Quod verò dicitur etiam excedere mathematicas: hoc est præter intentionem Philosophi, sed additur ad maiorem doctrinam. Ad tertium dicitur primo quod nobilitas scientiæ magis attenditur ex obiecto quam ex certitudine. Et ideo, quia metaphysicæ habet nobilium subiectum, ideo est simpliciter nobilior. Dicitur secundo quod mathematicæ dicuntur certiores quod ad nos: quia earum demonstrationes sunt ad sensum. Et quia demonstrant tantum per causam formalem nobis notam & proportionatam intellectui nostro: cum quo stat quod metaphysicæ ex se est certior, quia eius demonstrationes sunt per separationem à materia: & sunt per causam formalem, licet huius cause formales non sint perfectè euidentes nobis, propter debilitatem intellectus nostri. Ad quartum conceditur præsuppositum ut patebit 12. huius q. prima. Ad argumentum verò dicitur quod per demonstrationem naturalem potest acquiri aliqua notitia de primo motore: sed per hanc notitiã non cognoscitur primus motor, ut quid contentum sub subiecto naturalis philosophiæ: sed ut principium eius. Et quia notitia principiorum & notitia questionum ad eundem habitum pertinent, ideo talis notitia pertinet ad naturalem philosophiam, ita quod per hunc habitum non solum cognoscuntur conclusiones & principia demonstrationum, sed etiam ipsum principium subiecti. Vel forte etiam dici potest quod Deus ut motor continetur sub obiecto naturalis Philosophiæ, licet non ut ens: quia ut sic pertinet ad metaphysicæ. nec istud repugnat S. Thom. d. quod ens mobile est subiectum in naturali philosophia id est, ens non secundum eius vniuersalem rationem, sed per rationem contractam id est, per rationem mobilitatis. Dicitur præterea quod licet metaphysicæ non demonstrat Deum esse, tamen ex quo hoc demonstratum est à naturali Philosoph. metaphysicæ multa alia de ipso demonstrat: puta, quod Deus sic sua natura, quod sit actus purus, quod sit tantum vnus, & alia multa: quæ in 12. huius attribuantur primo principio, Deo sublimi. Ex quibus omnibus patet metaphysicam esse altissimam: quia nobilissimas proprietates primæ cause demonstrat: & ideo illud cadit aliquo modo sub obiecto de quo potest aliquid sciri per motum, siue per rationem mobilitatis, licet tale in se sit immobile quod patet. Nam etiam de materia prima, quæ de se est immobilis, multa probat Philosophus naturalis, & similiter de loco qui immobilis est, 4. Physicorum text. com. 40. Continentur tamen ista sub ente mobili ut partes eius vel proprietates. Nam materia est pars entis mobilis non quidem subiectiua, sed integralis, quia omne quod mouetur, habet materiam, locus verò est proprietas entis mobilis, quia omne ens mobile est corpus, ut probatur sexto physicorum: omne autem corpus est in loco. Deus vero continetur sub ente mobilitantum, ut principium eius & recipit aliquam eius prædicationem in obliquo. Non

Ex hoc videtur quod quidditates in particulari possunt esse de consideratione metaphysicæ.

Tex. com.

enim Deus est ens mobile, sed est principium entis mobilis: hæc autem continentia non est ita propria, sicut aliarum quæ prædictæ sunt.

QUESTIO XV.

Vtrum demonstrationes metaphysicæ sint per quatuor genera causarum.

QVÆRITVR decimoquinto, vtrum demonstrationes metaphysicæ sint per quatuor genera causarum, & videtur quod sic. Primo demonstratio de substantia materiali est per 4. genera causarum, sed metaphysicæ multa demonstrat de substantia materiali, ergo &c. Minor patet 7. huius & 8. vbi de substantiis materialibus multa probat Philosophus. Maior probatur. Syllogismus faciens scire substantiam materiale, est per omnes causas substantiæ materialis: quia nulla res sciri potest nisi omnes eius cause cognoscantur, primo physicorum, textu commen. 27. Sed substantia materialis habet omnes causas, ut satis patet: & demonstratio est syllogismus faciens scire primo posteriorum: ergo &c. Secundo. Metaphysicæ multa demonstrat de substantiis separatis, ergo eius demonstrationes non sunt separata à motu. Antecedens patet, consequentia probatur, quia in substantiis separatis est motus intellectus & bonitatis, & etiã motus localis: & per consequens etiam materia. Tertio. Quicquid est per se in genere, cõponitur intrinsicè ex aliquo actuali & ex aliquo potenciali: sed substantiæ separatae sunt per se in genere substantiæ: ergo componuntur ex aliquo potenciali: tale autem potenziale, non est aliud quam materia quæ est prima potentia: ergo habet materiam: & per consequens demonstrationes metaphysicæ sunt per causam materiale. Et quia materia transmutatur ab efficiente ad aliquam formam: quæ est finis transmutationis, ideo sunt per omnes causas. Minor huius rationis patet. maior autem est Commentatoris 7. metaphys. commen. 31. & commento 50. & clarius commo 25. Conceditur forte quod habent aliquod potenziale: sed negabitur hæc consequentia: ergo habent materiam. Sed contra Primum in vnoquoque genere est mensura omnium aliorum, ut dicitur 10. huius, textu com. 2. & primum potenziale saluatur in omni potenciali. Sed materia est primum potenziale, ergo in omni potenciali saluatur materia. Quarto. Metaphysicæ habet ens pro subiecto: ergo considerat omnes partes entis: ergo considerat materiam. Antecedens patet, prima consequentia probatur ex primo posteriorum, tex. com. 43. vbi dicitur quod vna scientia est vnius generis subiecti & partium eius. Secunda etiam consequentia patet, quia materia est pars entis subiectiua. ut dicitur 8. huius, text. com. 3. Quinto. Metaphysicæ demonstrat per causam efficientem, ergo & considerat causam materiale. Antecedens patet, consequentia probatur: quia efficiens causa, non potest agere sine motu, cum actio sit motus: motus autem non potest esse sine materia, ut dictum est: ergo si considerat causam efficientem, considerat etiam materiam.

Respondet duabus conclusionibus: quarum prima est: quod metaphysicæ demonstrat per causam formalem efficientem & finalem: quod probatur. Ex primo quidem generaliter de omnibus istis simul, secundo autem figillatim de vnaquaque earum. Primum probatur taliratione. Scientia quæ est de separatis à materia per non inclusionem, id est de quorum ratione non est de ratione formæ: cum aliqua formæ sint sine materia: nec de ratione efficientis: quia aliquod agens est immateriale. Et similiter est aliquis finis separatus ab omni materia: ut dicitur duodecimo huius tex. commentariorum trigesimo, trigesimoquinto, trigesimosexto, ergo &c. Ista ratio confirmatur auctoritate Commentatoris dicto. sic primo physicorum commentariorum, primo. Intendebat Aristoteles docere per hunc sermonem, quod non omnes artes considerant de omnibus causis sed quædam possunt considerare de causa formali tantum, scilicet mathematicæ: & quædam de tribus causis, scilicet motore, & forma & hæc: & hæc est scientia diuina:

Text. com. 5.

diuina, & quædã de quatuor causis, & est sciẽtia naturalis.

Quantum ad secundum, probatur primò de causa formali. Metaphysica considerat substantias separatas, ergo causam formalem. Consequẽtia patet quia tales substantia sunt formæ. Antecedens probatur: considerat eas in quantum ens, ergo considerat maximè entia. Sed maximè entia sunt substantia separata, cum perfectius participet naturam entis: & sunt magis in actu, ergo &c. Ex ista ratione concluditur quidem quòd metaphysica considerat formas abstractas, sed non apparet per hoc quomodo ex huiusmodi formis demonstrat. Et idèò sciendum est quòd demonstratio formalis dicitur propriè illa quæ datur per definitionem rei scilicet per genus & differẽtiam, quia definitio subiecti, se habet vt principium formale, notificans diffinitionem & passionem inesse diffinito. In metaphysica autem demonstratur aliquid hoc modo. Nam per propriam rationem actus, & ei conuenit esse prius naturaliter potentia, & sic de aliis: proprietates verò substantiarum separatarum non demonstrantur de eis à priori, quia non cognoscitur à nobis quidditatiuè: & eo modo quo cognoscuntur, habetur earum notitia bene effectus per quos à posteriori aliquid de eis demonstratur, in quibus tamen demonstrationibus vtitur huiusmodi effectibus loco diffinitionis substantiarum separatarum, propriè tamen loquendo non demonstratur de eis aliquid per causam formalem, licet de aliis rebus fiant huiusmodi demonstrationes in metaphy. Quantum verò ad causam efficientem, probatur. Nam metaphysicus demonstrat quòd nullum ens circa primum est actus purus, & quòd nullum eorum est ens simpliciter & omninò necesse esse. Talis autè demonstratio est per causam agentè, scilicet: quia huiusmodi entia habent esse ab altero depẽdens, & habent esse receptum, & idèò oportet quòd cadant à summa simplicitate; Quantum verò ad finalem causam satis patet, n. 12. huius, multa probatur de substantiis separatis per causam finalem, puta, quòd intelligunt actum, quòd mouet cælum ex desiderio finis vltimi: qui est prima causa, cui appetit assimilari, considerat tamen principalis finè & formam, quia finis est ad quem omnia ordinantur, forma verò est per quam res scitur: & idèò istæ duæ causæ sunt nobiliores, vt dicit Commentator 3. metaphy. comment. 3. Secunda conclusio. Metaphysicus non demonstrat per causam materialem. Ista conclusio facillè probatur. Nam demonstratio quæ est per principia abstracta à motu & à materia non est per causam materialem. Sed demonstratio metaphysica est huiusmodi. ergo &c. Maior patet ex terminis. Minor probatur. Subiectum metaphy. est abstractum à materia: ergo & principia per quæ demonstrat. Antecedens patet: & consequentia: quia principia nò sunt minus simpliciter, nec minus abstracta quàm subiectum. Confirmatur. Materia non est de ratione subiecti metaphy. ergo non demonstrat passiones eius per materiam.

Quomodo metaphysicus demonstrat per causam formalem.

Quomodo per causam efficientem.

Incipiendo à 36. textu Quomodo per finem demonstrat metaphysicus.

QUESTIO XVI.

Vtrum scientia mathematica demonstrat solum per causam formalem.

QVÆRITVR decimosexto, vtrum mathematica scientia demonstrat solum per causam formalem. Et videtur quòd non. Primò Mathematicus considerat causam finalem, ergo rationem finis. Consequẽtia patet Antecedens probatur. Mathematicus considerat rationem boni, ergo rationem finis. Consequẽtia patet, quia bonum & finis idem sunt. Antecedens probatur. Mathematicus considerat formalem rationem quantitatis, sed quãtitas secundum suam rationem formalem, dicit aliquem gradum bonitatis, sicut concedit etiam S. Tho. primo, quæstio. 23. ergo &c. Secundo. In Mathematicis demonstratur aliquid per causam materialem: ergo non tantum per formalem. Consequẽtia patet. Antecedens probatur. In mathematicis demonstratur aliquid de toto per partes. puta, quòd angulus qui est in semicirculo est rectus, quia vtraque pars eius est semicircus. Sed huius demonstratio est ex causa materiali: quia partes sunt causa materialis totius, vt dicitur secundo physy. text. comment. 31. Tertio in mathematicis demonstratur quòd aliqua linea sunt numero distinctæ: sed principium numeralis distinctionis est materia, cum sit principium indiuiduationis, ergo aliqua demonstrationes mathematicæ sunt per materiam. Maior patet: quia mathematicus probat duas lineas rectas. imò omnes esse eiusdem speciei & distingui solo numero. Minor est philosophi in 8. huius text. comment. 6. Quarto. Mathematicus considerat motum, ergo materiam. Consequẽtia patet, quia motus non potest esse sine materia. 5. physy. text. comment. 15. Antecedens probatur. Mathematicus considerat omnè quantitatem. Sed motus est quãtitas, cum sit diuisibilis: ergo &c. Confirmatur, quia philosophus secundo physy. text. comment. 71. dicit quòd scientia naturalis est de mobili corruptibili. mathematica verò est de mobili & incorruptibili, diuina autè est de immobili & incorruptibili. Quintò. Res mathematicæ habent causam efficientem & formalem cum habeant esse potest non esse: ergo demonstratur aliquid de eis per causam efficientem: patet cõsequẽtia, quia per quamlibet causam potest aliquid demonstrari de effectu. Sextò. Demonstrationes mathematicæ sunt à principiis ad conclusiones. Sed principia sunt in genere cause efficientis respectu cõclusionum, vt dicitur secundo physy. text. comment. 31. ergo demonstrationes mathematicæ sunt per causam efficientem.

Ad tertiam quæstionem, scilicet. 38.

Materia nò est primum potentiale absolute.

Ad quartam.

Ad quintam.

Conclusio.

Respondet quòd demonstrationes mathematicæ sunt tantum per causam formalem. Ad cuius euidentiam sciendum est primò, quòd cum in re, quæ cognoscitur, sint duo, scilicet quidditas & esse, ita in intellectu sunt duæ operationes: quarum prima, apprehenditur quidditas rei, & dicitur simpliciter intelligentia. Tertio de anima. Altera verò quæ dicitur compositio & diuisio qua significatur aliquid inesse, vel non inesse rei. Nam per propositionem affirmatiuam significatur prædicatum inesse subiecto, per negatiuam verò significatur non inesse, & idèò per primam operationem potest intellectus intelligere

telligere quidditatem, dato quòd nihil eorum intelligat quæ non sunt de ratione quidditatis, licet talia sint ei cõiuncta secundum esse. Potest enim intelligere quid est homo: licet nec quantitatem, nec aliquid eius accidens intelligat, quia cõceptus quidditarius nihil includit, qd sit extrinsecum quidditati. Per secundam vero operationem nò potest verè intelligere separatim ea quæ secundum esse cõiuncta sunt. Si enim homo nò est albus, nò possum verè intelligere quòd non sit albus, & si homo non est lapis, non possum verè intelligere quòd sit lapis, quia istæ propositiones homo est albus, & homo est lapis, falsæ sunt. Differunt autem hæ duæ operationes. Primò, quia (vt diximus) per primam cognoscitur quidditas, per secundam verò cognoscitur aliquid ei inesse, vel non inesse. Secundò quia prima propriè dicitur abstractio, quia abstrahere vni ab altero præsupponit ea fuisse coniecta: secunda autem propriè dicitur diuisio vel compositio, quid per ipsam intellectus significat prædicatum inesse subiecto, vel non inesse. Sciendum secundò, quòd cum substantia sit prior accidentibus natura & diffinitione, ipsa potest intelligi nullo accidente intellecto. Contra autem accidentia nò possunt intelligi sine substantia, quia cum accidens habeat esse dependens à substantia, dependet etiam ab ea quo ad cognoscibilitatem, & idèò substantia ponitur in diffinitione accidentis, vt dicitur 7. huius. Huiusmodi autem substantia sic abstracta, per primam operationem intellectus ab omnibus accidentibus, quibus secundum esse coniecta est, dicitur materia intelligibilis, quia vt sic solo intellectu cognoscibilis est. Potentè enim sensitiuè non possunt cognoscere substantiam præsertim quidditatiuè, quia quòd quid est: vt dicitur tertio de anima, est obiectum intellectus, substantiæ verò materiali adueniunt accidentia ordine quodam, ita quòd quantitas prius natura aduenit ei, quàm qualitates sensibiles. Et quia omne prius potest per primam operationem intellectus cognosci, non cognito suo posteriori cum nullo posteriori includatur in cõceptu quidditarius sui prioris, idèò intellectus potest intelligere quid sit vnaquæque species quãtitatiuè, puta quid sit linea, quid triangulus, quid circulus, licet nullam substantiam vt est subiecta qualitatibus sensibilibus intelligat. Possunt enim apprehendere quid sit figura circularis, non apprehendendo an sit in substantia colorata, vel calida, vel frigida vel huiusmodi. His præmissis arguitur pro conclusione. Mathematicus considerat quãtitates per abstractionem à materia sensibili, ergo considerat tantum formam. Antecedens patet ex declaratione: consequentia probatur. Et quia consequens est vna propositio exclusiua habens duas partes, probatur quo ad vtramque, & primò quòd consideret formam, quia Mathematicus considerat ipsam quidditatem quãtitatiuè, puta, quid sit linea: huius autem quidditas est quædam forma. Quòd autem considerat tantum formam & non materiam, nec efficientem, nec finem, probatur, quia Mathematicus considerat quantitatem, abstrahendo ipsam à materia sensibili, ergo non considerat materiam sensibilem. Quia verò motus præsupponit materiam sensibilem, per consequens abstrahit etiam à motu: & quia omne agens per motum vel mutationem agit effectum propter aliquem finem, consequenter abstrahit à causa efficiente & finali. Non enim considerat Mathematicus quæ sic causa efficiens, aut finalis quantitatis. Dicitur verò demonstrationes Mathematicæ esse formales, quia procedunt per diffinitionem, sive subiecti, sive passionis, sive vtriusque. Per diffinitionem enim trianguli, quæ est figura tribus lineis rectis contenta, demonstrat triangulum habere tres angulos, duobus rectis æquales. Ex ista conclusione sequuntur duo corollaria. Primum est, quòd scientia Mathematica sunt certissima, probatur tali ratione. Mathematica demonstrant per solum causam formalem, ergo sunt certissima. Antecedens est conclusio probata: consequentia probatur: quia tãtò aliqua scientia est certior, quãtò pauciora considerat, vt dicitur primo posteriorum, præsertim si tale consideratum; certum sit, & de se cognoscibile: cuiusmodi est forma. Secundum corollarium est quòd in Mathematicis non est bonum nec finis, cuius sensus est: non quòd ipse res Mathematicæ secundum rem careant bonitate, quia cum sint quædam entia, sunt etiam bona: sed quia Mathematicus considerat eas per abstractionem ab eo ex quo dicuntur bona. Ad cuius euidentiam sciendum est vt magis patebit in 6. huius, quòd quilibet quidditas vt abstrahit ab omni esse tam simpliciter quàm secundum quid, tam substantiali quàm accidentali, tam in se quàm in alio, non habet rationem boni nec diligibilis. Mathematicus autè considerat solum quantitatis quidditatem, abstrahendo ab omni eo,

quod non est quidditas, & per consequens ab esse: idèò quantitati, vt sic, non conuenit ratio boni. Et confirmatur, quia Mathematica scientia abstrahunt à fine, ergo & à bono. Antecedens patet ex conclusione, consequentia probatur, quia ratio boni & ratio finis idem sunt, vt dicit Philosophus secundo Metaphy. Sed ex prædictis in conclusione, oritur dubium, quia cum quantitates sint accidentia, & accidens cognosci non possit, sicut nec diffiniri, nisi per substantiam, videtur quòd quantitates cognosci non possint, nisi cognita substantia. Tradere autem huiusmodi titia, pertinet ad aliquam scientiam speculatiuam. Constat quòd non de naturalem: quia quantitas etiam vt dependet à substantia est prior materia sensibili, ergo vob hoc pertinet ad Mathematicam, vel ad Metaphysicam: ideo dubium est ad quam earum pertineat. Ad quòd dicunt aliqui, quòd talis consideratio pertineat ad Mathematicam: ita quòd si perfectè cognoscat & diffiniat quantitates, ponit substantiam in earum diffinitione: puta diffinit magnitudinem per hoc, quòd est quantitas continua permanens: per quam substantia formaliter habet partem extra partem: & fortè istud non est contra Philosophum: quia ipse dicit 7. Metaphysicæ, textu comment. 35. quòd Mathematicæ, non abstrahunt à materia intelligibili: quòd etiam confirmat S. Thom. Mihi tamen videtur potius esse dicendum, quòd hoc pertineat ad Metaphysicum, cuius ratio est, quia licet considerare ea quæ sunt propria quantitatis sit scientiarum Mathematicarum, tamen considerare quæ omnibus accidentibus communia sunt non pertinet nisi ad scientiam quæ de omni accidenti considerat, cuiusmodi est Metaphysica: & idèò istud negotium Metaphysici est & non Mathematici, propter quòd Philosophus in 7. huius text. comment. 17. declarat quomodo diffinitiones accidentium sunt per additamentum, & quòd oportet in diffinitione accidentis ponere substantiam. Ex quibus potest formari talis ratio. Id quòd est proprietas superioris generis, non pertinet ad scientiam habentem pro adæquato subiecto aliquod genus inferius, alioquin habitus excederet obiectum suum adæquatum: sed diffiniri per substantiam conuenit accidenti, quòd est superioris generis ad quantitatem, ergo Mathematica cum habeant pro adæquato subiecto quantitatem, non considerant hanc passionem quæ est diffiniri per substantiam. Secundò. Mathematica scientia non considerat circa quantitatem: nisi id quòd conuenit eis primò per formalem rationem quantitatis, cum ratio quantitatis sit suprema in eis considerata. Sed diffiniri per substantiam, non conuenit quantitati primo per rationem quantitatis, sed per posteriorem, scilicet per rationem accidentis, ergo diffinire quantitatem per substantiam non pertinet ad Mathematicum. Tertio idem probatur ex demonstrationibus mathematicis. Euclides enim probans quòd paralleli non concurrent, & diffiniens punctum & lineam & triangulum, & alias huius quantitates, nunquam in harum diffinitionibus ponit substantiam: sed tantum dicit ea quæ intrinsecè pertinent ad ipsas quantitates. Quarto. Si Mathematicis diffinit quantitatem per substantiam, sequitur quòd per habitum Mathematicæ cognoscatur substantia. Sed hoc est falsum, ergo &c. consequentia probatur, quia omnis pars diffinitionis est notior diffinito. Falsitas consequentis probatur quia si sic, tunc quantitas non esset adæquatum subiectum Mathematicæ, sed hoc esset aliquid commune ad substantiam & quantitatem, puta, ipsum ens. Philosophus autem & S. Tho. cum dicunt quòd Mathematica non abstrahunt à materia intelligibili, sed tantum à sensibili, non intendunt per hoc dicere quòd considerent omnem materiam intelligibilem, puta illam, quæ est substantia, sed quia considerant aliquam materiam intelligibilem, quia considerat partes quantitatum, quæ quidem partes, sunt materia totius quòd cõstituit, sed nò sunt materia sensibilibus ipsius quantitatis, & ita exponit S. Tho. super Boëtium de tri.

Tex. cõ. 17.

Materia intelligibilis quid sit. Te. com. 9.

Corollaria.

Tex. cõ. 48.

Quomodo intelligatur quòd in mathematicis nò est bonum neque finis.

Quomodo se considerat rationem boni & finis, quia abstrahit ab esse. Quibuscum arguerem sic. Si ratio propter quam in Mathematicis non est bonum, est quia abstrahunt ab esse, sequitur quòd etiam Metaphysica non considerat bonum & finem, cuius oppositum probatum est præcedenti quæstione: patet consequentia: quia Metaphysicus abstrahit ab esse. Ad hoc respondent: quòd licet vtique abstrahat ab esse: tamen Mathematica abstrahunt ab operatione, Metaphysica vero ab operatione non abstrahit, quia cum consideret de omni ente, considerat etiam de operatione, ista responsio procedit ex ignorantia abstractionis. Dicitur enim aliqua scientia ab aliquo abstrahere: non quia ipsum

Quid sit aliam quam scientiam ab operatione, Metaphysica vero ab operatione non abstrahit, quia cum consideret de omni ente, considerat etiam de operatione, ista responsio procedit ex ignorantia abstractionis. Dicitur enim aliqua scientia ab aliquo abstrahere: non quia ipsum

Vtrum ens habeat veras passiones de ipso vere demonstrabiles.

Q V Æ R I T V R decimosextimò. Vtrum ens habeat veras passiones vere ac proprie de ipso demonstrabiles. Et arguitur quòd sic. Primò. Vbi sunt vere demonstrationes, ibi sunt vere passiones: quæ de subiecto demonstrantur, quoniam demonstratio in hoc distinguitur ab aliis syllogismis, quia concludit propriam passionem de subiecto per principia subiecti, aut per aliquam passionem priorem primo posteriorum. Sed in Metaph. sunt vere demonstrationes: ergo vere passiones. Minor patet. Maior patet. Minor probatur: de ratione habitus scientifici est quod acquiratur per demonstrationem. Primo posteriorum. Sed Metaph. est habitus scientificus: ergo &c. Dicitur forte quod Metaphysica non est scientia: sed sapientia. Sed contra hoc arguitur. Tum quia Commentator primo de anima, comment. primo, dicit Metaphysicam esse scientiam diuinam: Tum quia Philosophus 6. Ethicorum capitul. 8. circa principium sic dicit: Sapientia utique erit intellectus, & scientia, ergo in ratione sapientie includitur formaliter scientia. Tum quia sexto Metaphysicæ, comment. secundò, distinguit scientias speculativas in Metaphysicam, mathematicam, & naturalem. Constat autem quòd mathematicæ sunt scientiæ, ergo etiam Metaphysica. Secundo, 4. Metaphysic. dicitur text. & comment. primo, quod est aliqua scientia quæ speculatur ens & ea quæ per se insunt enti. Ex textu commenti 5. dicit Philosophus: quòd sicut numero in quantum est numerus insunt aliqua per se, ut paritas & imparitas: sic etiam enti in quantum est ens, insunt aliqua per se. Tertio. Si entis non sunt propriæ passiones sequitur quòd demonstrationes Metaphysicæ non ingrediatur primus & secundus modus dicendi per se: sed primo posteriorum dicit Philosophus text. commenti 5. quòd isti duo modi ingrediuntur omnem demonstrationem: ergo &c. Maior probatur: quia secundus modus non est, nisi quando propria passio dicitur de subiecto. Quarto. Quòd est perfectionis in habitu quo cognoscitur conclusio per principia demonstratiua, non est negandum à Metaphysica, cum ipsa sit habitus nobilissimus quo cognoscitur conclusio per principia demonstratiua. Sed habere proprias passiones veras & reales demonstrabiles, est perfectionis in habitu quo cognoscitur conclusio demonstratiua: quia ut dicitur primo posteriorum: una scientia est unius subiecti partes & passiones habentis: ergo &c.

Respondeo quod in hac questione duo essent disputanda: primum est. An in Metaphysica sint vere demonstrationes: & consequenter an ipsa sit vere habitus scientificus. Secundum est de principali questione, scilicet, An ea quæ per se insunt enti, sunt vere passiones. Sed quia tota difficultas huius secundi consistit in quodam alio, scilicet an sit necesse veras passiones distinguere realiter à suo subiecto: de quo erit specialis questio in septima huius: ideò de hoc secundo breuiter me expediam in hac questione. Quantum ergo ad primum, excogito duos modos dicendi, quorum quilibet sustineri potest licet secundus mihi videatur rationabilior. Pro notitia primi modi. Præsuppono quòd loquamur de habitu scientifico: & de processu demonstratiuo eo modo quo de ipsis locutus est Aristoteles primo Posteriorum. text. comment. 5. vbi diffiniens scire simpliciter, quòd est scire à priori: & scientia propter quid dicit, Quòd scire opinamur vnum quòdque & non sophisticò modo, cum causam arbitramur cognoscere propter quam res est, &c. Ex quo habetur quòd oportet medium in demonstratione propter quid, esse causam, non tantum in inferendo, sed etiam in essendo: quòd patet. Tum quia Philosophus dicit quòd est causa propter quam res est, ergo est causa in essendo: & hoc sæpe tangit Commentator comment. 5. Tum quia habere causam in inferendo, est commune omni syllogismo. Præsupponitur secundò quòd demonstrationes Metaphysicæ sunt à priori & propter quid, quòd patet, quia huius demonstrationes sunt in se certissimæ, sicut dicit Philosophus in proemio Metaphysicæ: & Commentator primo de anima, comment. primo. Supponitur tertio, quòd ens non est causa in essendo sua rum passionum, quòd patet, quia nulla res est causa sui ipsius, passiones autem entis sunt idem realiter cum ente, ergo ens non est causa earum in essendo. Ex his inferitur, quòd per processum Metaphysicum non acquiritur habitus scientificus proprius. Non enim, acquiritur scientia quæ sit notitia, quòd est, ut patet ex secundo præsupposito. Nec notitia, propter quid, quoniam non est,

T. commen.

Primus modus dicendi.

Qualis habitus sit met.

ex causis in essendo: quòd tamen oportet, ut patet ex primo & tertio præsupposito: ergo &c. Si autem queratur, qualis habitus acquiratur, dico: quòd acquiratur habitus, qui est sapientia. Illum enim distinguit Philosophus contra scientiam 6. Ethic. cap. 10. in principio. vbi dicit: quòd ea quibus intellectus verum prospicit, sunt quinque, scilicet ars, scientia, prudentia, sapientia, intellectus. Consequenter ex prædictis oportet dicere, quòd in Metaphysica non sunt processus propriè demonstratiui: & quòd tales non sunt necessarii ad acquirendam sapientiam: licet sint necessarii ad acquirendum habitum, qui sit propriè scientia. Sed arguitur contra primum præsuppositum, cui præsertim innititur ista positio. Primò. Ista est vera demonstratio: quicquid habet calorem, habet potentiam calefactiuam. Sed ignis habet calorem, ergo habet potentiam calefactiuam: & tamen medium non est causa prædicati in essendo: quia calor & potentia calefactiua sunt eadem res. Secundò. Vere demonstratur quòd Deus non inuidet, per hoc medium: quia ipse est summum bonum, & tamen in Deo nulla est causa in essendo: ergo & cetera. Ad primum dicitur, quòd non est demonstratio, sed est probare aliquam formam inesse subiecto, in ratione principij operandi per ipsam acceptam absolute: imò dico quòd ista non est demonstratio: signis habet potentiam calefactiuam: quia prædicatum est accidens per accidens, licet inseparabile. Ad secundum dicitur, quòd per illum processum non acquiratur scientia propriè dicta, sed tantum sapientia. Vnde non est propriè demonstratiua. Et hæc dicta sunt, sustinendo hanc primam operationem. Sed quia non videtur Aristoteles diminutus in tradendo nobis modum, non solum acquirendæ scientiæ, sed etiam sapientiæ: & tamen alios modos demonstrationum non posuit nisi eos qui habentur primo posteriorum. Ideò aliter respondeo quòd demonstrationes Metaphysicæ sunt vere ac propriè demonstrationes. Sed prius declaro quomodo medium in demonstratione dicitur causa in essendo. Nam dupliciter potest aliquid dici esse causa alterius in essendo. Vno modo: quia est productiuum ipsius, & habet super ipsum realem causalitatem, sicut ignis est causa caloris in rebus calidis. Et hoc modo medium non est causa, eo, quia aut medium est definitio passionis, aut definitio subiecti. Si definitio passionis, habetur propositum: quia ipsa non efficit passionem cum sit idem cum ea realiter. Si secundum idem patet, quia passiones non sunt effectiue à subiecto ad bonum sensum, sed producuntur ab eo à quo producitur subiectum: ut habetur quarto Metaphysicæ, text. commentarii tertio & probatur septimo huius. Alio modo dicitur aliquid esse causa alterius: quia est natura prius eo: & est ratio quòd alterum insit: quia naturaliter & necessario consequitur ad illud prius. Exemplum huius habetur in resolutione. Nam albedo & similitudo in ea fundata, sunt una res: sed hæc res prius natura est albedo, quàm sit similitudo. Et ideò duæ albedines posite in actu, sunt causa similitudinis in vtraque earum. Similiter Deo inest infinitas: sed quia Deus per prius saltem ratione, est Deus, quàm sit infinitus, ideò diuinitas dicitur esse causa propter quam infinitas conuenit Deo. Et ad hunc sensum verè dixit Philosophus quòd medium est causa in essendo, siue propter quam res est. Est enim ratio propter quam prædicatum insit subiecto. Ex quibus infero, quòd cum entri insint multa per propriam rationem entis, scilicet vnum, verum, bonum: & quædam alia distinctum scilicet necessarium, & contingens: idem diuersum: & huiusmodi quòd ipsa possunt à priori demonstrare de ente. Nam quamlibet rem consequuntur omnia transcendencia, non in quantum est talis vel talis res: sed absolute in quantum est ens. Quæd autem tales vere demonstrationes sint in Metaphysica, probatur per omnes rationes factas in principio questionis: & per ea quæ immediate supradicta sunt. Ex quibus sic arguitur. Primò. Vbi est ordo essentialis plurimum conceptuum, quorum vnus sui natura prior est altero, & ipsum inest subiecto per illum conceptum priorem: ibi per prius potest propriè demonstrari posterius. Sed entibus per prius conuenit ratio entitatis, quàm vnitatis: & vnitatis quæ veritatis: ergo posterius potest demonstrari per priorem. Minor patet. Maior probatur. Nam in Deo non distinguitur intellectus & bonitas: & tamen Philosophus 12. Metaphysicæ, textu comment. 37. demonstrat quòd Deus est volens: per hoc quòd est intelligens: & demonstrat quòd est intelligens, per hoc quòd est actus purus, separatus ab omni materia. Secundò. In theologia verè demonstrabile est quòd Deus sit trinus, licet nullus viator possit hoc demonstrare: cum non habeat proprium conceptum diuinitatis: ergo verè demonstrabile est quòd

ens in quantum ens, sit vnum. Consequenter patet, quia sicut diuinitas est prior Trinitate, & est idem cum eadem diuinitas respectu vnitatis. Antecedens probatur. Nam S. Tho. & alij qui eum exponunt, tenent quòd theologia est verè ac propriè scientia: ergo in ea sunt propriè demonstrationes. Hanc rationem posuit ut appareat, quòd ista opinio sit de mente S. Thomæ. Tertio arguitur ut supra. Si essent aliquæ demonstrationes quibus acquireretur sapientia, distinctæ ab eis quibus acquiruntur scientiæ: utique de eis facta esset mentio à Philosophis, qui sufficienter traderunt nobis modum ad acquirendum habitus intellectuales. Sed nullæ traduntur regulæ demonstrationum præter eas quæ sunt in libro posteriorum: ergo, &c. Quarto. Ens est obiectum scibile, ergo habet proprias passiones: consequenter patet. Antecedens probatur. Illud potest esse subiectum scibile, quòd potest concipi conceptu quidditatiuo: & conceptu denominatiuo necessario. Sed id quòd non habet passiones à se distinctas, potest sic concipi, ergo potest esse subiectum. Minor patet. Nam ens concipitur conceptu quidditatiuo dum formatur ipsa ratio entis: & conceptu denominatiuo necessario, dum concipitur quòd ens est vnum, & verum, & bonum. Ista enim dicuntur denominatiua & necessariò de ente. Maior probatur: quia de quocunque possunt haberi prædicti conceptus, potest esse scientia propriè dicta, ergo omne tale potest esse subiectum scibile. Antecedens probatur: quia omnis propositio necessaria non per se nota, est demonstrabilis, cum omnis talis sit nota, & per consequens habeat causam suam notitiam. Sed de omni tali potest formari propositio necessaria non per se nota, ergo &c. Confirmatur. Metaphysica est verè habitus scientificus, ergo in ea demonstrantur passiones de subiecto, consequenter patet. Antecedens probatur. Sic enim dicit Philosophus in proemio Metaphysicæ, capitul. 2. quoniam autem scientiam hanc querimus circa quales causas, & circa qualia principia, scientia sapientia sit, hoc utique erit considerandum.

Opinionem esse de mente S. Thomæ.

Confirmatio.

Ens habet aliquo modo passiones a se modo non.

Quantum ad secundum quòd dupliciter potest aliquid dici vera passio alterius. Vno modo, quia habet ea, quæ sufficiunt ad hoc quòd de eo concludatur per syllogismum demonstratiuum, & hoc modo ens habet veras passiones quæ probantur de ipso ex primis, veris, immediatis, & causis conclusionis. Ad tales enim passiones requiruntur duo. Primum est, quod ratio subiecti sit prior conceptibiliter ratione earum. Secundum est, quod ipsa consequantur per se illam rationem formalem subiecti. Alio modo dicitur aliqua esse passio, quia non solum est verè demonstrabilis de subiecto, sed etiam est ab eo realiter distincta, & alterius, quia subiectum non ponitur in eius conceptu quidditatiuo, licet ponatur in eius definitione per additamentum, & hoc modo ens non habet veras passiones, habet tamen veras & proprias tali veritate & proprietate, quæ sufficiat ad demonstrationem.

Ad argumenta in oppositum non est respondendum sequendo hanc vltimam opinionem, quia pro ea concludunt. Sequendo autem opinionem primam, diceretur quod concludunt Metaphysicam non esse propriè scientiam, & hoc concedit illa opinio, quia dicit quòd est propriè sapientia, & non scientia. Ad ea verò quibus arguitur quòd sit sapientia etiam oportet vt sit scientia, respondetur. Et ad primum dicitur quod Commentator comparat ibi scientiam de anima, ad alios habitus, non in ratione scientiæ, sed quo ad nobilitatem quæ est ex obiecto & ex certitudine, & dicit quod notitia de anima excedit alias, præter diuinam in his duobus. Quòd verò dicat sic, præter scientiam diuinam, est vt nomine scientiæ extenso vocabulo. Ad secundum dicitur quod sapientia non includit scientiam formaliter, sed ideò dicitur esse scientia & intellectus: quia ea præsupponit. Non enim potest acquiri Metaphysica, nisi præhabentur aliæ scientiæ. Ad tertium dicitur quod Philosophus non comparat scientias, sed habitus speculatiuos qui sunt respectu conclusionum, & ideò ratio non concludit aliud nisi quòd Metaphysica est habitus speculatiuus alicuius conclusionis.

Vtrum passiones entis sint conuertibiles cum ente.

Q V Æ R I T V R decimo octauo, vtrum passiones entis sint conuertibiles cum ente. Et arguitur quòd non. Primò. Nullum constitutum ex pluribus Quest. Met. Paul. Sonc. potest

Aliter respon detur secundum dum doctore.

Materia ratio est principium indiuiduationis cuiuslibet.

potest esse passio alicuius sue partis. Sed prædicta transcendentia constituuntur ex ente & ex aliquo addito. Nam unum est ens indiuisum, & bonum est ens appetibile, & per consequens constituitur ex ente & appetibilitate, ergo non sunt passionibus conuertibiles cum ente. Minor patet, Maior probatur. Nulla passio est dignior suo subiecto. Sed constitutum ex partibus est dignius qualibet sua parte: ergo &c. Secundo. Nullum totum est demonstrabile de parte, cum pars non recipiat prædicationem totius. Sed hæc comparatur ad ens ut totum ad partem, cum includant ens & aliquid aliud, ergo non sunt passionibus conuertibiles cum ente, & de eo demonstrabiles. Tertio. Nulla pars conuertitur cum toto. Sed ea est pars cuiuslibet istarum passionum: ergo non conuertitur cum eis. Quarto, specialiter arguitur de vno. Ea non conuertitur, quorum vnum de pluribus prædicatur quam aliud. Sed ens prædicatur de pluribus quam vnum: ergo vnum non conuertitur cum ente. Maior patet ex ratione conuertibilium. Minor probatur. Ens prædicatur de multitudine, vnum non prædicatur de multitudine, cum ei opponatur: ergo ens prædicatur de aliquo de quo non prædicatur vnum. Quinto, specialiter arguitur de bono: Quælibet priuatio est ens. Sed non quælibet priuatio est bonum: ergo aliquid est ens: quod non est bonum. Maior est Philosophi in hoc 4. text. comment. 2. Minor probatur. Priuatio boni non est bonum: alioquin malum esset bonum, ergo non omnis priuatio est bonum. Sexto ad idem. Materia prima est ens primo Physic. & 8. Metaph. text. comment. tertij. Sed materia non est appetibilis, cum de se nullam habeat perfectionem: ergo aliquid ens non est bonum. Septimo. Id quod diuiditur in aliqua per rationes oppositas, cum nullo eorum conuertitur. Sed ens dicitur per bonum & malum quæ sunt opposita, ergo non conuertitur cum bono. Minor patet. Maior probatur: quia cum diuisum dicatur de quolibet in quod diuiditur: si alterum diuidentium conuertitur cum diuiso, sequitur quod prædicaretur de altero conuidentem sibi opposito: quod est impossibile. Probatur etiam inductiue: quia animal non conuertitur cum rationali, nec cum irrationali, nec numerus cum pari: aut cum impari.

Respondet, Primò dicitur: quid sit aliqua esse conuertibilia. Secundo dicitur ad quæsitum. Quantum ad Primum tripliciter possunt dici aliqua conuertit. Vno modo conceptibiliter, secundo essentialiter, tertio denominatiue. Conuertit conceptibiliter est conuertit quo ad conceptus: ita quod nihil rei, aut rationis clauditur in vno conceptu, quod non clauditur in alio: & hoc modo synonyma conuertuntur, & similiter distinctio & distinctio. Nihil enim aut rei aut rationis significatio explicite per hominem, quod non significet per animal rationale: & contra. Conuertit essentialiter est esse eandem rem conuertibiter. Eorum enim quæ sunt idem re, sunt idem non conuertibiter, sicut homo & animal. Licet enim omnis quidditas & essentia quæ est homo, sit essentia quæ animal, non tamen e contra: sed aliqua essentia, quæ est animal, non est essentia: quæ est homo: puta essentia equi. Aliqua verò sunt eadem essentia conuertibiter, sicut fortè est actio & passio, quantum ad earum materiam, quod est motus. Conuertit autem denominatiue, est non esse idem essentialiter: sed tamen vnum non posse esse sine altero, sicut homo & risibile quæ non dicunt eandem essentiam, cum vnum sit substantia & alterum sit accidens, tamen omnis homo est risibilis, & omne risibile est homo. Et si queratur licet isti tres modi distinguantur: conueniunt tamen in hoc quod est esse conuertibile. Quæ igitur est ratio conuertibilitatis? Respondet quod formalis ratio conuertibilitatis consistit in adæquatione conuertibilium per comparisonem ad id respectu cuius dicuntur conuertibilia, puta, in hoc quod est adæquari secundum conceptus vel secundum essentiam, vel secundum prædicationem.

Quantum ad secundum, hæc est prima conclusio. Passiones entis non conuertuntur cum ente: nec inter se conceptibiliter: probatur ista conclusio. Ea non conuertuntur conceptibiliter: quorum vnum in sua ratione formaliter claudit aliquid, quod non est in ratione entis: nec aliarum passionum. Nam vnum claudit indiuisiōnem: bonum verò respectum ad appetitum: ergo. Maior patet ex dictis. Minor verò patebit infra, ubi agetur de istis passionibus. Secunda conclusio: passionibus entis conuertuntur cum ente & inter se secundum essentiam: probatur. Omnia ista dicunt eandem essentiam, ergo conuertuntur secundum essentiam, consequentia patet. Antecedens probatur, quod enim ens & vnum dicant eandem naturam, probat Philosophus quarto Metaphysic. 1. textu comment. tertij, &

similiter probatur de aliis. Quid verò adæquatè, patet, quia omnis entitas est indiuisa: & omne indiuisum est quædam entitas Tertio conclusio. Passiones entis conuertuntur cum ente denominatiue. Probatur. De quocunque prædicatur vnum istorum, prædicatur & alia omnia: ergo conuertuntur denominatiue, siue secundum supposita, ut alij dicunt sub aliis verbis. Consequentia patet, & antecedens probatur, & primo de vno. Nam omne ens est indiuisum aliquo modo: ergo omne ens est vnum. Consequentia patet, & antecedens probatur. Entia simpliciter sunt omnino actu indiuisa, cum non habeant partes, entia verò composita, licet sint diuisibilia, non tamen sunt actu diuisa. Non enim sunt nisi quandiu eorum partes sunt vnitate. Secundo probatur, de bono. Omne appetibile est bonum. Sed omne ens actu est appetibile, ergo est bonum. Maior patet ex ratione boni. Minor probatur. Omne perfectum est appetibile: cum quælibet res appetat suam perfectionem. Sed omne ens actu, est perfectum, ergo est appetibile. Minor patet: quia omne ens actu habet esse, ipsum autem esse est prima perfectio rei. Tertio probatur de vero. Omne ens est conforme alicui intellectui, saltem diuino: cum Deus necessario omnia intelligat: ergo omne ens est verum. Et sic patet qualem conuersionem habeant passionibus entis cum ipso ente. Et hæc conuersione tertio modo dicta, conuenit generaliter cuilibet subiecto respectu propria passionis.

Ad argumenta responderetur. Ad primum negatur minor: licet enim de ratione conceptus huius passionum sit quod sit compositus: ipsum tamen vnum, verum, & bonum non sunt necessariò composita. Multa enim quæ sunt vnum bonum, & verum, non sunt composita, ut Deus, & intelligentia, & anima, & alia natura simplices. Dicitur fortè quod saltem conceptus istarum passionum sunt compositi ex multis, ergo tales conceptus non sunt passionibus conuertibiles cum ente. Respondeo quod si loquamur de conuersione conceptuum, conceditur totum, ut paruit ex prima conclusione: si verò intelligitur de conuersione rerum & secundum supposita, negatur consequentia. Et per hoc respondetur ad secundum & ad tertium: quia ens non est pars vnus: licet conceptus entis sit pars conceptus vnus. Ad quartum negatur maior. Ad probationem negatur minor. Omnis enim multitudo habet aliquam vnitatem: quæ enim sunt multa numero, sunt vnum specie: & quæ sunt multa genere, sunt vnum analogia. Et cum probatur illa minor, quia vnum opponitur multitudini, dicitur quod vnum non opponitur multitudini quo ad positum quod significat, sed solum ratione indiuisiōnis quam dicit. Multitudo enim dicit diuisiōnem, sed vnum prædicatur de multitudine quantum ad id quod est, & ut sic ei non opponitur, imò ea constituit, ut magis declarabitur in decimo huius quæstione quarta. Ad quintum dicitur quod priuatio non eo modo est bonum quo est ens. Sicut enim est ens rationis, ita est bonum rationis, quia ipsa cognitio priuationis & ipsa cognitio mali, est perfectio intellectus, non quidem priuatio formalis, sed priuatio obiectiua. Ad sextum dicitur, quod materia non est ens nisi in potentia & similiter est etiam appetibilis & bona in potentia. Bonum enim conuertitur non cum ente quocunque modo accepto, sed cum ente in actu. Ad septimum negatur minor accipiendo bonum transcendentem. Ad cuius evidentiam sciendum quod aliquid potest dici dupliciter bonum. Vno modo bonitate essendi, & sic non diuiditur ens in bonum & malum, quia nulla natura & essendi rei mala est: sed quælibet bona: & bonum ut sic conuertitur cum ente. Alio modo dicitur aliquid bonum, quantum ad ea quæ ei superadduntur: & quia huiusmodi superaddita entitate rei, possunt esse quædam perfectiones, & possunt etiam esse quædam priuationes perfectionum: idè sic diuiditur ens in bonum & malum, & cum nullo eorum conuertitur: sed tale bonum non est bonum transcendens, quia ponitur passio entis.

Ad primam secundam & tertiam simul. Instantia. Responsio. Ad quartam. Ad quintam. Ad sextam. Ad septimam.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Text. cō. 77.

Sexta ratio.

Septima ratio.

Aliqua adimittit conuertit respicitur dicitur conuertibiliter.

Essentialiter.

Denominatiue.

Conclusio prima. Transcendentia non conuertuntur conceptibiliter.

Conclusio secunda. Passiones entis conuertuntur cum ente essentialiter.

Passiones entis conuertuntur cum ente denominatiue.

Ad primam secundam & tertiam simul.

Instantia.

Responsio.

Ad quartam.

Ad quintam.

Ad sextam.

Ad septimam.

Primaria.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Sexta ratio.

Septima ratio.

Triplex prædicatio identica.

Denominatiua.

Quidditatiua.

Scotitarum placitum.

tibus. consequens est falsum: ergo & antecedens. consequentia probatur: si a, & b, dux differentia, ipsæ per se conueniunt in ente quidditatiue, & inter se sunt distinctæ, ergo in aliquo conueniunt & in aliquo differunt. Itud autem per quod differunt est aliqua ratio eis addita. & per consequens, est quædam differentia qua vna differentia distinguitur ab alia. Quarto autem de istis differentiis quomodo distinguantur, & sic in infinitum. Secundo. Sicut in compositis fit resolutio ad simpliciter simplicia, scilicet, ad vltimum actum, & vltimam potentiam, quæ ita sunt diuersa, quod nihil vnus includit aliquid alterius, ita in conceptibus fit resolutio ad conceptus simpliciter simplices, quorum vnus est determinabilis tantum, & iste est conceptus entis, alius verò est tantum determinans: & iste est conceptus differentia: & isti conceptus sunt primo diuersi: ita quod nihil vnus includit aliquid alterius. Tertio genus non prædicatur de differentiis, ergo neque ens. Antecedens est philosophi tertio metaphysicæ text. commentariorum decimo. Consequentia probatur, quia ratio quare genus non prædicatur de differentiis, est, quia tunc esset negatio in definitione, cum idem bis diceretur. Sed hoc idem contingit, si ens de differentiis prædicatur. Quarto. Ens non prædicatur quidditatiue de vltimis differentiis: ergo non prædicatur quidditatiue de omnibus. Consequentia patet, antecedens probatur. Si ens prædicaretur de vltimis differentiis, sequeretur quod vltimæ differentia haberent aliquid in quo conuenirent. Sed hoc est falsum. ergo &c. Maior patet, quia conuenirent in ente. Minor probatur. Primo diuersa in nullo conueniunt. Sed vltimæ differentia sunt primo diuersa, ut dicitur 8. metaphysicæ text. commentariorum octauo. ergo in nullo conueniunt. Quinto. Nullum per se inclusum est conuertibile cum includente. Sed ens conuertitur cum suis passionibus, ergo non includitur per se siue quidditatiue in ratione eorum. Maior probatur, quia includens dicit aliquid aliud præter id quod includit, sicut homo dicit aliquid præter animal. Minor probatur est supra questione decima septima. Sexto. Quicquid includit aliud quidditatiue, est eo inferius. Sed passionibus entis non sunt inferiores ente: quia cum ipso conuertuntur: & etiam per se secundo modo prædicantur de ente, ergo non includunt ens quidditatiue. Minor patet, & maior probatur, quia prædicatio quidditatiua non est nisi superioris de inferiori. Septimo. Conceptus determinabilis non includitur quidditatiue in conceptu determinante: & per hoc probatur quod differentia non participat genus. Sed ens determinatur per suas passionibus & per differentias: ergo non prædicatur de eis quidditatiue.

Respondet In hac quæstione primò declarabitur titulus quæstiōnis, secundo respondebitur per conclusiones, quantum ad primum triplex est prædicatio, scilicet identica, denominatiua, & quidditatiua prædicatio. Identica est quando prædicatum dicit eandem rem cum subiecto, siue prædicatum dicat illam rem sub eadem ratione qua subiectum, siue sub alia. Et in tali prædicatione hæc est vera, quantitas est æqualitas, quia æqualitas non est res distincta à quantitate. Prædicatio denominatiua est proprie loquendo, quando prædicatum dicit formam, quæ est distincta res à subiecto siue tali subiecto inhereat, puta, cum dicitur, homo est albus, siue non inhereat, ut cum dicitur, homo est loquutus, & vrina est sana. Nam locus non est subiectiue, in locato: nec sanitas in vrina: & hæc appellatur denominatio extrinseca. Extensa tamen vocabulo, omnis prædicatio potest dici denominatiua quando prædicatum dicitur de subiecto per se secundo modo, siue sit res ab eo distincta, siue non. Prædicatio quidditatiua siue formalis, quod idem significat: est quando conceptus prædicati clauditur in conceptu subiecti, siue hi conceptus sint conuertibiles, siue non. Vnde hæc propositio: homo est animal rationale, est vera, non solum identice, sed etiam quidditatiue & formaliter: quia conceptus animalis & conceptus rationalis clauditur per se, per seitate primi modi in conceptu hominis. Ista autem æqualitas est quantitas, licet sit vera identice: non tamen est vera quidditatiue, & formaliter: quia conceptus sub quo hic terminus, æqualitas, significat hanc rem, non clauditur in conceptu sub quo eandem rem significat hic terminus, quantitas: cum alter istorum conceptuum sit absolutus, alter verò relatiuus. Dicunt igitur quidam quod tria sunt, de quibus ens non prædicatur quidditatiue. Primum istorum sunt passionibus entis, scilicet, vnum bonum, verum: quia subiectum non ponitur in ratione passionis, nisi ut additum. Secundum: sunt modi entis, puta, finitum & infinitum, & alia huiusmodi. Tertium sunt differentia, quæ licet sint ens, non tamen sunt ens formaliter, nec etiam

formaliter sunt non ens: imò nullum istorum conuenit eis formaliter.

Quantum ad secundum hæc est prima conclusio. Ens prædicatur quidditatiue & formaliter de omnibus differentiis. probatur. Primò ratione philosophi 3. metaphysicæ text. comment. 10. Ibi enim probatur quod ens non est genus hac ratione. Genus non prædicatur de differentiis. Sed ens, prædicatur de differentiis: ergo ens non est genus. Quarto quomodo intelligit philosophus in maiori quod genus non prædicatur de differentiis: aut enim intelligit quod non prædicatur identice, aut quod non prædicatur formaliter. Si identice, sic illa maior esset falsa cum genus & differentia fiat eadem res. Si formaliter ergo sic accipiendum est in minori, in qua dicit quod ens prædicatur de differentiis, & sic patet quod ratio philosophi non concludit nisi ens prædicetur formaliter de differentiis. Secundo. Nulla potentia cognitiua ferri potest in aliquod obiectum: nisi ipsum apprehendat sub formali ratione sui primæ & adæquati obiecti. Sed formalis & adæquatum obiectum intellectus est ens, ergo nihil cognoscit intellectus nisi in eo apprehendat rationem entis. Constat autem quod intellectus cognoscit differentias formando ex eis definitiones: ergo in conceptu cuiuslibet differentia includitur ens formaliter. Tertio. Id quod per se est ab intellectu cognoscibile, habet rationem entis quidditatiue. Sed differentia sunt per se cognoscibiles ab intellectu: ergo &c. Maior probatur, quia ea quæ non sunt ens quidditatiue, sed aut denominatiue tantum: aut alio modo, non cognoscuntur per se ab intellectu, quia enim Sortes non est color quidditatiue, sed coloratus denominatiue: idè non videtur per se. Minor etiam patet. Nam vltimas differentias intellectus per se intelligit. Dicitur fortè quod sufficit eas esse ens identice, ad hoc quod inrelligantur: sed non oportet quod sint ens formaliter: quia adæquatum obiectum intellectus non est formalitas entis, sed realitas entis. Sed arguitur contra. Sint a, & b, dux differentia, quæ habeant suas proprias formalitates, in nulla alia formalitate conuenientes: ut tu dicitis & arguitur sic, aut realitas entis est prior sua propria formalitate, aut posterior. Si prior, ergo aliquid est quod nullam habet formalitatem & conuertibilitatem, quia realitas entis in illo priori non habet per se formalitatem entis, ergo nec vllam aliam. Si posterior, ergo non facit formalitatem a, & formalitatem entis esse vnum: igitur erunt tres rationes formales obiectiua intellectus, scilicet formalitas entis, & formalitas a, & formalitas b. Item, si a, & b, non sunt ens formaliter, sequitur quod aliquid est prius ente: consequens est falsum. Patet consequentia. A. est constitutiuum per modum differentia, ens etiam est constitutiuum, licet alio modo quam a, quia ens non est differentia, ergo esse constitutiuum conuenit enti, & conuenit a, & non conuenit vni per alterum: ergo esse constitutiuum conuenit alicui subiecto priori, quia omnis proprietatis habet aliquod subiectum primum, cui primo conuenit. Quarto omne superius clauditur formaliter in quolibet suo inferiori: cum inferiora dicant quicquid dicit superius & aliquid addant. Sed ens est superius ad omnes differentias, alioquin non esset vniuersalissimum prædicatum & communissimum: ergo &c. Quinto, Ens & nihil, ex opposito diuiduntur, sicut etiam nihil & aliquid, ita quod inter ea non datur medium, ex quo sequitur quod quicquid non dicit ens in sua ratione formali, est formaliter nihil. Sed differentia non est formaliter nihil, ut patet: ergo includit quidditatiue & formaliter ens. Sexto Nulla passio concipi potest sine ratione sui subiecti: ut dicit Philosophus 7. metaphysicæ text. commentariorum decimo septimo. Sed differentia est passio entis: ut patet 10. metaphysicæ text. comment. 11. & 12. ergo in conceptu differentia clauditur ens. Confirmatur, quia hoc sequitur, quod nulla species sit formaliter ens secundum se totam: quia altera eius pars scilicet differentia, non est ens formaliter, quod est absurdum. Secunda conclusio. Ens prædicatur quidditatiue de suis passionibus: probatur. Primo. Vnum dicit indiuisiōnem, ergo vel dicit tantum indiuisiōnem in sua ratione formali, vel præter hoc dicit aliquid positium reale. Sed non dicit tantum indiuisiōnem, alioquin esset terminus omnino priuatiuus, & nihil poneret. Et per consequens cum dicitur, Deus est vnus, nihil prædicaretur de Deo formaliter: ergo dicit aliquid positium reale formaliter. Itud autem non potest esse nisi ens, quia nullum aliud reale conuenit omni enti. Quod dictum est de vno, dicendum est de vero, & bono. Nam verum est ens conforme intellectui: & bonum est ens appetibile. Ad hoc dicitur aliqui

Prima conclusio. Ens prædicatur quidditatiue de differentiis.

Fuga que solet fieri.

Impugnatio fugæ.

Conclusio. Ens prædicatur quidditatiue de suis passionibus.

QUESTIO XIX.

Vtrum ens prædicetur quidditatiue de suis passionibus.

Quæritur decimonono, vtrum ens prædicetur quidditatiue de suis passionibus, & omnibus aliis. Et arguitur quod non. Primò sequitur quod esset processus in infinitum in differentiis & differentiis,

quod bonitas, quæ est passio entis, est diuisa alicuius generis subalterni de genere qualitatis, & constitutiva alterius generis subalterni, sicut etiam risibilitas quæ est de genere qualitatis vel relationis, est propria passio hominis. Et ideo sicut homo non dicitur formaliter de risibilitate: ita nec ens de bonitate. Dicunt secundo quod bonitas prædicatur per se per seitate primi modi de genere constituitur: & prædicatur per se per seitate secundi modi de ente quod est superius ad omnia genera. Dicunt tertio quod passionis entis diuisa quodlibet conceptus simpliciter simplices, & omnino irresolubiles in alios conceptus. Sicut etiam conceptus entis est omnino simplex, nec potest in alios conceptus resolui. Sed contra hæc tria arguitur. Contra primum sic, Bonitas dicit eandem naturam cum ente, ergo non est determinata ad genus qualitatis. Consequenter patet: antecedens probatur, quia non est maior ratio quod vnum dicat eandem naturam cum ente, quam quod bonum, cum vtrumque sit transcendens. Sed ens & vnum dicunt eandem naturam. Item, Omnis entitas est appetibilis cum sit quedam perfectio: & sic aut finis, aut ordinatum ad finem: ergo omnis entitas est quedam bonitas. Contra secundum arguitur. Id quod reperitur in omnibus generibus non est differentia constitutiva determinati generis: cum differentia non sit extra id quod constituit. Sed bonum reperitur in omnibus generibus vt dicit Philosophus primo & hic, ergo non est differentia constitutiva generis determinati. Contra tertium arguitur. Non est maior ratio de resolutione propositionum quam conceptuum simplicium, quia propositiones non sunt resolubiles nisi propter terminos ex quibus constituantur: qui termini significant conceptus simplices. Sed omnis propositio est resolubilis in eam quæ constituitur ex ente, scilicet in istam, impossibile est idem simul esse & non esse, vt dicit Philosophus in hoc 4. textu commenti 9. & ita declarabitur, ergo omnis alius conceptus est resolubilis in conceptum entis. Secundo principaliter arguitur, Si ens non prædicatur quidditatiuè de suis passionibus, sequitur quod non prædicatur in quid, de aliquo per se contento sub eisdem passionibus. Sed hoc est falsum: ergo, &c. Consequenter probatur per illam regulam, diuersorum generum & non subalternatim posteriorum diuersæ sunt species & differentie. Et ideo si bonitas non includit conceptum entis, nec ei subalternatur, nihil per se contentum sub bonitate includit conceptum entis: falsitas consequentis probatur: bonitas Socratis, puta eius virtus, iustitia charitas, & similiter bonitas Platonis continetur per se sub bonitate transcendente. Sed ista includunt formaliter quidditatiuè ens: quod probatur. Nam de iustitia prædicatur quidditatiuè accidens cum sit superius ad ipsam: de accidente autem prædicatur quidditatiuè ens: ergo de iustitia prædicatur quidditatiuè. Patet consequentia per illam regulam, quando alterum de altero prædicatur quicquid dicitur de prædicato, dicitur etiam de subiecto. Tertio sequitur, quod præter decem coordinationes prædicamentorum quæ continentur sub ente sunt alia decem sub vno, & similiter alia decem sub qualibet passione entis. Sed hoc est falsum: vt satis constat: ergo, &c. Consequenter probatur. Nam vnum prædicatur quidditatiuè de veritate substantiæ: de veritate quantitatis & cuiuslibet alterius generis: ergo est quedam coordinatio secundum sub & supra vnitatum quæ reperiuntur in generibus, & speciebus substantiarum. Et cum per se genus non prædicatur quidditatiuè de veritate transcendente, nec de huius veritatibus, sequitur quod coordinatio huius vnitatum est distincta à coordinatione substantiarum: & quod dictum est de istis vniformiter dicendum est de veritatibus omnium aliorum generum: quæ omnia constat esse absurdissima. Et ideo concludendum est quod conceptus entis includitur in quolibet alio conceptu: licet passionis entis addant ei aliquid rationis.

Impugnatio.

Ad primum.

Ad secundum.

dum negatur consequentia. Cuius ratio est quia non potest dari alius conceptus simpliciter simplex, nisi conceptus entis, cum reliqui omnes in ipsam resoluantur. Nam etiam ea quæ sunt simplicia in natura includunt formaliter ens in suo conceptu. Ad tertium negatur consequentia: Ad probationem dicitur: quod illa non est prima & efficax ratio, sed ea quæ ponitur quæstionæ sequenti. Ad quartum negatur antecedens. Ad probationem negatur minor, & dicitur quod sicut primo diuersa non possunt conuenire in aliqua vna natura, possunt tamen conuenire in aliqua ratione analogâ quæ de ipsis quidditatiuè dicitur: & non solum hoc est possibile, sed est necesse, vt supra declaratum fuit quæstione secunda huius quarti libri. Ad quintum dicitur, quod dupliciter potest aliquid includere aliud. Vno modo quia includit aliquid commune: & præter hoc includit aliquid, quod siue sit idem cum illo communi, siue non, tamen se habet in minus quam illud commune inclusum, sicut hoc includit animal & rationale quod se habet in minus quam animal: & propter hoc non potest homo conuenire cum animali, quia per rationale contrahitur & limitatur. Alio modo vnum includit aliud, & præter hoc aliquid ei addit, quod quidem additum non se habet in minus quam illud primò inclusum: & hoc modo vnum includit ens, & addit indiuisiōnem quæ consequitur omne ens: & ideo possibile est quod vnum conuertatur cum ente, licet includat ens. Ad sextum autem argumenti negatur maior, de eo quod includit aliud secundo modo. Ad sextum negatur maior, de eo quod includit aliud secundo modo nunc declarato, & sic vnum & quilibet alia passio entis includit ens. Non enim est inferior ente ratione ipsius entis inclusi: cum nihil sit inferius seipso. Non etiam est inferius ratione illius additi supra ens, quia tale additum consequitur omne ens. Ad probationem dicitur quod prædicatio quidditatiua non solum potest esse superioris de inferiori, sed etiam æqualis de æquali & conuertibilis de conuertibili. Ad septimum dicitur, quod conceptus determinabilis per differentias ei additas non includitur formaliter & quidditatiuè in eis. Conceptus tamen determinabilis per aliquod ens rationis siue per diuersos modos potest includi quidditatiuè, non quidem in huius entibus rationis, sed in eis quæ constituuntur per talia entia rationis: & per diuersos modos essendi, & hoc modo se habet ens ad suas passiones & ad decem prædicamenta. Nam conceptus vnus constituitur per conceptum entis: & per conceptum indiuisiōnis & in eos est resolubilis, & ideo conceptus entis realis includitur non quidem in conceptu indiuisiōnis sed in totali conceptu vnus. Et similiter conceptus substantiæ est compositus ex conceptu entis, & ex quodam conceptu negatiuo, quem circumloquimur per hunc terminum per se, dum dicitur quod substantia est ens per se. Et ideo licet conceptus entis communissimi ad reale & rationis includatur formaliter in illo conceptu negatiuo, tamen conceptus entis realis in eo non includitur, sed includitur in totali & completo conceptu substantiæ tanquam pars totalis conceptus eius. Ex quo patet quod ens non includitur formaliter in eo per quod determinatur ad vnum, neque in eo per quod contrahitur ad substantiam: cum huius sint tantum negationes vel entia rationis. Includitur tamen quidditatiuè in conceptu vnus & in conceptu substantiæ.

Ad tertium.

Ad quartum.

Ad quintum.

Ad sextum.

Ad septimum.

QVÆSTIO XX.

Vtrum genus prædicatur per se de differentia.

QVÆRITVR vigesimo vtrum genus prædicatur per se de differentia. Et videtur quod sic. Primo genus prædicatur de differentia: nam ista est vera, rationale est animal, & non prædicatur per accidens, ergo per se: maior patet, minor probatur. In omni prædicatione per accidens, aut prædicatur accidens de subiecto: vel subiectum de accidente: vel accidens de accidente: vt dicitur quinto huius textu, comment. 13. Sed nullum istorum est in proposito: ergo non est prædicatio per accidens. Secundo in omni prædicatione per accidens prædicatum accedit subiecto, ita quod non repugnat subiecto esse sine prædicato. Sed rationale non potest esse sine animali: ergo, &c. Tertio, si animal prædicatur per accidens de rationali: sequitur quod prædicatur per accidens de homine: sed hoc est falsum, cum sit de eius distinctione: ergo, &c. Prima consequentia probatur: quia quicquid prædicatur per accidens de aliquo, prædicatur etiam per accidens de omni eo in quo formaliter illud includitur: sed animal includitur formaliter

Prima ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Notandum.

Quæritur quid sit perfectius vniuersale magis vel minus.

Minus vniuersale, dupliciter intelligi potest.

Conclusio.

maliter in ratione hominis, ergo sequitur quod rationale diceretur per accidens de homine. Quarto, ista est per se rationale est ens & substantia, ergo ista est per se rationale est animal: antecedens patet: quia ens dicitur de omnibus in quibus: & similiter substantia de rationali: cum rationale sit de genere substantiæ. Consequenter probatur: quia rationale est substantia incorporea nec insensitua ergo est substantia animata sensitua: & per consequens est animal, cum substantia animata sensitua sit distinctio animal. Quinto arguitur expositorie, hoc per se est rationale: per hoc demonstrando hominè, & hoc per se est animal, ergo animal per se est rationale.

Respondeo. Quia hanc questionem determinat philosophus 3. metaf. c. 10. intendendo declarare duo quæ ibi tangit. Disputat enim an vniuersalia, puta genera sunt principia rerum. Et quia principium, vt sic, dicitur aliquem gradum perfectionis: dubium est an magis vniuersalia sint perfectiora minus vniuersalibus in vno & eodem. Istud autem est pertinens proposito in quo agitur de genere & differentia. Ad cuius euidenciam sciendum est quod licet compositio conueniat rebus tantum secundum esse reale, si profero loquamur, tamen extenso vocabulo conuenit etiã secundum esse rationis. Solet etiam dici quod conceptus speciei est conceptus. Et ideo sicut compositio reali si fiat per se vnum oportet assignare aliquid quod est purum possibile: puta materiam & aliquid quod est actus, puta formam, ita etiam est in compositioe rationis. Cum autem ex genere & differentia fiat per se vnum, oportet alterum eorum esse purum possibile. Istud verò non potest esse conceptus differentie: quia differentia prædicatur per modum qualitatis: accipiendo quale transcendente: & per consequens prædicatur per modum actus & formæ. Et ideo oportet quod conceptus generis sit omnino possibile & indeterminatus. Cum autem conceptus generis sumatur ex eo quod in re est magis commune & vniuersale: conceptus verò differentie ex eo quod est minus commune: ideo huic principali quæstio annexum est an id à quo sumitur conceptus generis, sit perfectius eo à quo sumitur conceptus differentie. Et istud primo determinabitur: Postea dicitur ad principale quæsitum.

Quantum ad primum, videtur primo aspectu quod magis vniuersale sit perfectius: quia S. Tho. prima q. 4. argum. primo ad tertium. Et articulo secundo a tertium dicit quod esse est perfectius quam viuere & intelligere. Sed esse est vniuersalius quam viuere & intelligere: ergo, &c. Et confirmatur, quia communicabilitas arguit perfectionem: magis autem vniuersalia sunt magis communicabilia. Confirmatur secundo, quia magis vniuersale potest esse non existente minus vniuersali & non econtra: ergo magis vniuersale est minus dependens. Pro noticia huius dubij sciendum est quod minus vniuersale potest accipi dupliciter, vno modo: vt includat in se magis vniuersale: & sic nulli dubium est quin sit perfectius magis vniuersali: quia vt sic includit magis vniuersale, & aliquid addit: nec de isto est quæstio. Alio modo accipitur cum præcissione, Nam siue intellectiuum & sensitiuum in homine sint à distinctis formis realiter, siue ab vna & eadem, tamen oportet ibi esse distinctionem rationis. Vnde potest accipi anima intellectiua hominis vt distinguitur ratione à sensitua. Est igitur dubitatio an intellectiuum, vt sic, à quo sumitur rationale, sit dignius sensitiuo à quo sumitur animal quod est superius. Ad quod respondeo quod à quo sumitur differentia est dignius eo à quo sumitur genus. Et probatur primo. Tanto aliquis actus & forma est nobilior quanto est principium perfectioris operationis: ex operationibus enim innescunt principia operatiua: sed intellectiuum est principium nobilioris operationis quam sensitiuum, cum intelligere sit perfectius quam sentire, ergo, &c. Secundo. Id quod respectu alterius est possibile & simpliciter imperfectius eo si sit eiusdem generis, quod dico, quia licet substantia sit in potentia ad accidens, non tamen est simpliciter ignobilior accidente, sed id à quo sumitur genus est possibile respectu eius à quo sumitur differentia, vt sæpe dicit S. Tho. præsertim 8. metaphys. & in tractatu de natura generis. & sunt eiusdem generis, vt patet, ergo, &c. Tertio. In perfectionibus essentialiter ordinatis illa quæ est posterior generatione est prior perfectione, vt dicitur 9. metaphysicæ tex. comment. 15. Sed intellectiuum & sensitiuum sunt perfectiones essentialiter ordinatæ, vt patet, cum intellectiuum non possit esse in homine nisi existente sensitiuo, intellectiuum etiam est posterior generatione: ergo, &c. Quarto. Si sensitiuum secundum esse acceptum est perfectius intellectiuo: ergo in quocumque erit oportet cum esse perfectius quod est falsum: alioquin sensitiuum in animalo esset perfectius intellectiuo in homine. Dicitur forte

quod consequentia non patet, sed bene sequitur quod sensitiuum coniunctum intellectiuo est perfectius intellectiuo. Sed contra. Sensitiuum non habet ex se quod sit perfectius intellectiuo: sed solum ex vniuersione ad intellectiuum: ergo intellectiuum est simpliciter perfectius latet consequentia: quia dat sensitiuo, vt sit perfectius in hoc, quam in alio. Ea verò quæ adducta sunt in oppositum procedunt ex falsa imaginatione. Ad primum dicitur, quod etiam secundum eos qui ponunt pluralitatem formarum, non est in Sorte vna forma, per quam sit ens, distincta ab ea per quam est corpus: prima enim forma est corporeitas. Et ideo non est ad propositum, quia loquimur de gradibus à quibus sumuntur genera & differentie. Dicitur secundo quod esse per se subsistens est perfectius quam vegetatiuum & intellectiuum quia esse subsistens includit in se omnem gradum entitatis, & de isto loquitur primo S. Thom. sed non est ad propositum, quia ab eo non sumitur genus nec differentia. Ad primam confirmationem negatur antecedens, a quo quidditates materiales essent perfectiores quidditatibus intelligentiarum, cum nullus intelligentiarum quidditas sit communicabilis. Communicabilitas enim abstrahit à perfectione & imperfectione, & vniuersum accidit ei. Si enim sit communicabilitas sine diuisione naturæ, tunc ei coniuncta est perfectio, si cum diuisione naturæ, ei adiungitur imperfectio. Ad secundam negatur consequentia, alioquin sequeretur quod materia ignis esset perfectior quam forma ignis, quia materia ignis potest esse non in existente forma ignis & non econtra. Quod autem minus vniuersale non possit esse sine magis vniuersali, est proprie ordinem essentialem magis perfecti ad minus perfectum, sicut etiam binarius non potest esse sine vnitatis, licet sit ea perfectior. Id enim quod ab altero dependet tanquam à causa efficiente vel finali est imperfectius eo, non autem id quod ab altero dependet solum dependentia præsuppositionis, vel etiam casualitatis intrinsecæ, sicut compositum dependet à materia & forma.

Communicabilitas in aliquibus perfectioribus imperfectionem.

Dependentia quæ alicuius dependet tanquam à fine vel efficiente dicitur maior.

Quæritur quid sit perfectius vniuersale magis vel minus.

Minus vniuersale, dupliciter intelligi potest.

Quantum ad secundum, præmitto aliqua. primum est quod conceptus generis est alius formaliter à conceptu differentie, alioquin non essent duæ partes distinctionis, & esset negatio in distinctionibus, cuius oppositum dicitur 7. tex. comment. 43. Et hoc declaratur dupliciter, primo supponendo quod omne genus dicat vnum conceptum præcisum & proprium, ex quo arguitur sic. Conceptus certus distinguitur à conceptu dubio si sit ab eo præcisus, quia tunc conceptus dubius non est pars conceptus certi: sed conceptus generis potest esse certus, existente dubio conceptu differentie, possum enim scire quod hoc est color, & dubitare an sit congregatiuus vel discretiuius, ergo, &c. Secundo idem probatur, quia conceptus confusus & indeterminatus distinguitur ab eo per quem determinatur. Sed conceptus generis determinatur per conceptum differentie, ergo, &c. Præmitto secundo quod aliud est vnum esse accidens alterius, & aliud est ipsum prædicari per accidens. Esse enim accidens alicuius non est aliud quam esse illi inherens, & propter hoc quicquid est alicuius accidens distinguitur realiter ab eo. Prædicari verò per accidens est quando vnum non includitur in formali conceptu alterius, & econtra, vbi conuenit vnum est de ratione formali alterius, ibi est prædicatio per se. Vnde Philosophus primo posteriorum textu, commenta. nono, per se enim sunt quæcumque ponuntur in definitione dicente quid est, vel saltem oportet quod subiectum sit causa inherentiæ prædicari. Et ideo si contingat duo nomina significare vnam & eandem rem sub distinctis conceptibus, quorum vnus non includatur formaliter in alio, illa duo nomina prædicantur ad inuicem tantum per accidens, gratia exempli. Idem punctus est principium vnius lineæ, & est finis alterius: sed quia ratio finis non includitur in ratione principij: ideo ista propositio est per accidens, principium est finis. Et similiter, licet albedo sit prædicata illa res quæ est similitudo, tamen ista propositio non est per se albedo est similitudo, quia alius est conceptus albedinis & alius est conceptus similitudinis nec vnus eorum est de ratione alterius. Et licet ista propositio, albedo est similitudo, sit vera identice, non tamen est vera formaliter. Ita autem, homo est animal est per se, quia licet conceptus hominis & animalis sint distincti, tamen conceptus animalis includitur formaliter in conceptu hominis. His declarationibus hæc est prima conclusio. Species non prædicatur per se de differentia. Et intelligo in hac conclusione & in aliis non de prædicatione identica, sed de formali. Probatur prædicatio ista conclusio dupliciter. Primo. Nullum inferius prædicatur per se de suo superiori. Cuius ratio est quia conceptus superioris est prior conceptibus suorum inferiorum: prius autem non dependet à posteriori. Sed species est

Prima conclusio. Species non prædicatur per se de differentia.

inferi or differentia: quia vt dicit Porphyrius in capitulo de differentia, ipsa differentia est in plus quam species: & secundum posteriorum tex. comm. 17. dicitur quod pars definitionis se habet in plus quam diffinitum, superius etiam non est causa quod. In inferi in se, vt patet ex se, ergo &c. Secundo & efficacius. Si species dicitur per se de differentia: aut hoc est in primo modo perfectatis, aut in secundo. Sed nec in primo nec in secundo: ergo nullo modo. Maior patet: quartus enim modus hic esse non potest, cum vnus non sit effectus alterius: minor probatur. Quod non in primo patet. differentia est de ratione speciei: ergo species non est de ratione formalis differentie: antecedens patet. Consequentia probatur: quia alioquin esset circulus in definitionibus, & per consequens idem esset prius & posterius notius & minus notum respectu eiusdem. Quod etiam non in secundo probatur. Id de quo aliud dicitur in secundo modo perfectatis est subiectum eius, & est causa inherentiæ prædicati ad ipsum, vt patet quæstione præcedenti. Sed differentia non est subiectum speciei, cum se habeat, vt forma eius: ergo species non prædicatur de ea per se secundo modo. Secunda conclusio. Differentia non prædicatur per se primo modo de genere. Probatur. Primò, conceptus generis est prior conceptu differentie: ergo differentia non includitur per se conceptu generis. Consequentia patet, & antecedens probatur, quia omne diuisum est prius diuisiuentibus: genus autem diuiditur differentiis. Secundò. Si vna differentia est de ratione generis, ergo pari ratione & alia. Non enim videtur maior ratio de vna quam de reliqua: & sic rationale & irrationale erunt de conceptu animalis. Sed hoc est impossibile: quod probatur. Nam quicquid per se conuenit animalis, includitur in formali ratione cuiuslibet suorum inferiorum, ergo rationale esse de ratione cuiuslibet speciei animalis & similiter etiam irrationale. Tertia conclusio. Genus non prædicatur per se de differentia: probatur ista conclusio. Primò auctoritate Philosophi dicentis sexto topicorum quod differentia non participat genus. Et tertio metaphys. tex. comm. 10. circa finem sic dicit, Impossibile est vt genus entium sint bonum & ens. Et postea subdit rationem, dicens: quod omne genus habet differentias de quibus non prædicatur: ens autem de omnibus prædicatur, ergo &c. Secundò. Si conceptus generis includitur formaliter in conceptu differentie, sequitur quod sit nugatio in diffinitionibus. Sed hoc est falsum: ergo &c. Consequentia probatur. Nam cum dico, homo est animal rationale: ponitur animal expressè in diffinitione hominis: ergo si animal est etiam de conceptu rationalis, bis ponitur animal in ista diffinitione. Tertio. Si conceptus generis includitur in conceptu differentiarum sequitur quod differentie conueniant in vno conceptu vniuerso, scilicet in conceptu generis qui est vniuersus. Sed hoc est falsum: ergo genus non est de ratione differentiarum. Maior patet quia enim animal est de ratione hominis & equi: idè homo & equus conueniunt in vno conceptu qui dicitur quiddam de vtriusque. Minor probatur. Ea quæ sunt primò diuersa in nullo vniuerso conueniunt: alioquin non esset primo diuersa: sed in aliquo conuenirent & in aliquo differrent: quod est impossibile in primo diuersis: quia primo diuersa se totis distinguunt. Sed differentie diuisiue generis sunt primò diuersæ: vt dicitur 10. huius. Nam si non distinguerentur se totis: sed per aliquid aliud, quæratur quomodo illa distinguantur. Nam si illa per alia: & item illa per alia, sic est processus in infinitum. Et idè ibi concludit Philosophus: quod differentia non differrent aliis differentiis, sed sunt diuersæ, primò, quia eis conuenit diuersitas ex seipsis & non per aliquid aliud, imò per ipsas conuenit aliis. Illud autem dicitur conuenire alicui primo, cui non conuenit per aliud, sed per ipsum conuenit aliis, vt dicitur primo posteriorum. tex. comm. 14. Quarto Quæcunque sunt idem per se alicui tertio habeat tantam identitatem inter se, quantum habent in illo tertio. Sed si genus diceretur per se de differentiis, ipsæ differentie conuenirent in vno tertio quod est conceptus generis: ergo differentie oppositæ essent idem inter se, & per consequens constituerent eandem speciem. Minor patet. Maior probatur. Nam illa propositio est vniuersale principium formæ syllogisticæ: quia ex vniuerso extremitatum cum medio in præmissis, concluditur vnio earum inter se in conclusione. Notanter aliud dictum est in maiori identitate per se, quia quando extrema sunt per accidens idem cum medio, possibile est quod minus conueniant inter se, quam cum medio, humiditas enim & albedo per accidens vniantur inter se in nuce, & albedo magis vnitur nuci quam humiditati. Nam ista propositio, album est humidum, est omnino per accidens ista autem, nix est alba, nix est humida, est per se: etiam si

fit per accidens, non tamen est ista per se accidens sicut prima. Quod autem genus non prædicatur de differentia in secundo modo perfectatis, non oportet probare quia secundus modus est tantum, quando propria passio dicitur de subiecto, quia tunc solum est in subiecto, causa inherentiæ prædicati ad ipsum.

Ad argumenta in oppositum responderetur. Ad primum negatur minor. Ad probationem dicitur, quod præter illos modos prædicandi qui sumuntur ex hoc, quod vna res est accidens alterius, reperiuntur alij modi, qui non sumuntur ex diuersis rebus significatis, sed ex hoc quod vnus conceptus alteri accidit: licet vterque eorum significet eandem naturam, & huius est genus & differentia. Vnde ista propositio, rationale est animal, est quidem necessaria identicè, quia per subiectum & prædicatum significatur eadem res, sed formaliter est per accidens, quia conceptus prædicati est extra formalem conceptum subiecti. Et similiter dicendum est de ista, animal rationale est homo. Non enim est in primo modo, vt patet, nec in secundo modo: quia subiectum non est causa inherentiæ prædicati. Ad secundum dicitur quod eo modo prædicatum accidit subiecto quo modo propositio est per accidens. Et ideo si sit per accidens ex parte rei significatæ, puta quia res prædicati accidit rei subiecti, tunc subiectum esse sine prædicato non repugnat. si autem sit per accidens solum ex significatione: siue (quod idem est) ex conceptibus formalibus: tunc res subiecti non poterit esse sine prædicato: tamen conceptus subiecti poterit esse sine conceptu prædicati, & hoc modo conceptus generis potest esse sine conceptu differentie. Ad tertium negatur consequentia: quia conceptus specificus est resolutibilis in duos conceptus, scilicet in conceptum generis & in conceptum differentie. Conceptus autem differentie non est resolutibilis in tales duos, sed est primò diuersus. Ad probationem negatur maior: si id quod prædicatur de aliquo per accidens, non prædicatur de ipso adæquate tale enim potest de aliis prædicari per se, genus autem non prædicatur adæquate de differentia, sed semper se habet in plus. Et idè cum hoc quod prædicatur de differentia tantum per accidens potest prædicari per se de specie. Præterea si idè genus prædicaretur de specie, quia prædicatur de differentia, ita quod ista esset præcisa ratio prædicandi ipsum de specie, argumentum haberet aliquid apparentiæ: sed hoc est falsum. Nam genus non idè prædicatur de specie, quia prædicatur de differentia, sed prædicatur de specie primo & per se, & non per differentiam. Vnde circumscripta differentia à specie, adhuc genus de specie prædicaretur. Ad quartum negatur consequentia. Ad probationem dicitur quod cum dico, rationale est ens prædicatur de rationali conceptus entis præcise & distinctus à conceptu substantiæ & est sensus, rationale est ens: id est rationale est id cui conuenit esse nec aliud significatur per illam propositionem. Ad quintum negatur consequentia, cuius ratio est quia vt dictum fuit in tertia conclusione, non oportet quod tanta sit vnio aliquorum inter se, quanta est vnio eorum in tertio: & ideo ex præmissis per se primo non oportet sequi conclusionem per se primo: sicut etiam non sequitur, Animal primo & per se est sensibile: homo primo & per se est animal: ergo homo primo & per se est sensibilis. Nam præmissæ sunt vere, & conclusio falsa.

QVÆSTIO XXI.

Vtrum ens sit idem realiter cum suis passionibus.

QVÆRITVR vigesimo primo: vtrum ens sit idem realiter cum vno, & vero bono, quæ sunt eius passiones. Et arguitur quod non. Primò. Illa realiter sunt distincta, ex quorum distinctione oritur in aliis distinctio realis: quia minor distinctio non causat maiorem, sed potius e contra. Sed ex distinctione inter ens & bonum, oritur realis distinctio inter intellectum & voluntatem: quoniam potentie distinguuntur per obiecta. 2. de anima tex. comm. 33. ens autem est obiectum intellectus, & bonum voluntatis ergo ens & bonum distinguuntur realiter. Secundò. Perfectio- nes quæ sunt in prima causa, & in aliis rebus, plus distinguuntur in aliis, quam in prima causa, cum in ea habeant simpliciter esse. sed bonum & verum distinguuntur in prima causa minus quam realiter: ergo in aliis distinguuntur realiter. Tertio. Secluso omni tempore intellectus bonum & verum sunt distincta, ergo non distinguuntur per relationem rationis consequentem actum intellectus comparantis rem ad intellectum & voluntatem. Consequentia patet: antecedens probatur. Primò, quia bonum est in rebus circumscripto

Ad primam capitalem.

Ad secundam.

No. hanc solutionem.

Ad tertiam.

Ad quartam.

Ad quintam.

Primaria.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

omni

omni actu intellectus. Secundò, bonum & perfectum idem sunt: res autem sunt perfectæ etiam si non intelligentur. Quarto. Ea quæ sunt idem realiter, habent eadem opposita. Sed entis oppositur tantum non ens: vni autem opponitur multitudo, quæ non est non ens: ergo &c. Quintò. Si ens & vnum sunt idem realiter: sequitur quod ens & tantum vnum. Sed hoc est falsum, & improbatum à Philosopho primo physicorum, contra Parmenidem: ergo &c. Consequentia probatur. Quæ sunt idè conuertibiliter, prædicantur de se inuicem cum nota exclusionis. Nam ista est vera: tantum homo est sensibilis, & tantum sensibile est homo. Respondeo. In ista quæstione est aliquid in quo omnes conueniunt: & est aliquid in quo dissentiunt. Id in quo conueniunt est: quod prædicta sunt idem realiter. Nam entitas Sortis quæ est Sorteitas est suam entitas & veritas, & bonitas: ita quod sorteitas addita sorteitati nullam rem ei addunt omnino. Sed dicunt ipsummet. Entitas enim Sortis est præcise Sorteitas: & nihil aliud, & idem dico de bonitate & veritate hoc excepto quod licet Sortis bonitas essentialis sit sorteitas, tamen Sortes non dicitur simpliciter & absolute bonus nisi ex perfectionibus superadditis sorteitati. Sed quia prædicta non sunt omnino idè, alioquin esset nugatio dicere: ens bonum aut ens verum, idè oportet quod aliquo modo distinguantur. Et in hoc dissentiunt doctores, scilicet quantum ad modum distinctionis. Dicunt enim aliqui quod distinguuntur solum in connotatis & extrinsecè, non autem intrinsecè & formaliter. Imaginantur enim vt dictum est quod veritas addita sorteitati, nihil aliud significet nisi ipsam, sed tamè quod connotet aliquid extrinsecum, scilicet motionem in intellectus: & bonitas connotet terminum appetitus, & veritas connotet indiuisiorem, ita quod indiuisio non clauditur in formali significato vnitatis, sed tantum connotatur, & idem dicunt de bonitate & veritate. Hoc autem probant. Primò. Quia sorteitas per suam propriam rationem est indiuisa in se & diuisa à quolibet alio & per suam propriam rationem est intelligibilis, & per suam propriam rationem est amabilis: ergo per suam propriam rationem est vna, vera, & bona. Secundò, quia Commentator dicit 4. metaphysicæ, comm. 3. quod ista distinguuntur secundum propalationem, ergo distinguuntur ex hoc quod propalatur siue connotatur per vnum quod non per aliud. Tertio. Si distinguerentur per aliquid intrinsecum eis, sequeretur quod effectus formalis esset sine causa formalis: consequens est impossibile: ergo &c. Consequentia probatur: quia esse verum sine veritate, est esse effectum formalem sine causa formalis. Sed istud sequitur ex illo antecedente: ergo &c. probatur minor. Si veritas & entitas distinguuntur per intrinsecum: ergo intellectus potest concipere entitatem præcise & secundum se prout est distincta à veritate. Sed omne apprehensum & intellectum est verum: ergo illa entitas est vera. Sed tunc non habet veritatem, quia est distincta à veritate, ergo est vera sine veritate. Quarto. Quia Comment. 10. metaphysicæ, commentariorum octauo, dicit quod ens & vnum sunt synonyma, ergo nec re, nec ratione distinguuntur. Dicunt præterea isti quod huius distinctio in connotatis, non est ex parte intellectus, quasi quod intellectus connotet, sed est ex parte rei. Nam ex parte sorteitatis est quod concipiatur absolute: & sic sub ratione sorteitatis & entitatis ex parte rei est quod exprimat motionem intellectus tanquam aliquid possibile egredi à se. Quidam alij dicunt quod passiones entis distinguuntur ab ente, & inter se formaliter & ex natura rei, de qua distinctione quomodo sit, & vtrum sit ponenda tam in hoc proposito, quàm in multis aliis, dicitur loco suo. & idè pro nunc omittetur disputatio de distinctione modalis & formalis & essentialis, & reali. Sed tantum pono fundamentum, cui inniruntur isti dicentes, quod ens & bonum distinguuntur intrinsecè & plusquam ratione. Nam ante omne opus intellectus, constat quod intellectus & voluntas sunt duæ potentie distincte plusquam ratione: ergo eorum obiecta plusquam ratione distinguuntur. Ad quod respondetur quod ante omne opus rationis, intellectus & voluntas sunt distincte potentie, & tamen ens & vnum nullo modo distinguuntur actu ante omne opus intellectus. Sufficit autem ad hoc quod tunc causent distinctionem inter intellectu & voluntatem quod illa res quæ est entitas & veritas sit apta nata aliter & aliter mouere animam scilicet ad sui notitiam absolute & postiuam, & ad sui notitiam sub aliqua priuatione, id est inquantum ipsa res subternitur indiuisio. Respondeo. Ergo aliter ad quæstionem, quod passiones entis distinguuntur ab ente & inter se tantum ratione. Et quia ista conclusio est vna exclusiua, quæ habet probari per duas exponentes: quarum vna est affirmatiua, & altera

negatiua, idè primo probatur quantum ad affirmatiuam, quæ est ista. Passiones entis distinguuntur ratione ab ente, & inter se ratione. Sed antequam probetur ista conclusio, præmitto aliqua. Primum est quod tripliciter potest aliquid se habere ex additione ad aliud. Vno modo secundum rem, quia scilicet significat aliquid reale, quod aliud non significat, & sic homo albus addit albedinem si pra hominem. Alio modo, quia addit differentiam quæ est extra rationem & us. cui fit additio & e contra, nec cum eo conuertitur, & sic species addit differentiam super genus. Tertio modo addit vnum super aliud ens rationis, sicut homo cæcus, addit supra hominem cæcitatem, quæ est habitus priuatio. Secundum est, quod sicut in conceptibus complexis non est infinitum, alioquin periret omnis scientia, quia conclusio non potest sciri nisi cognitio præmissis, & præmissis si sunt mediate non possunt cognosci, nisi cognita aliqua propositione priori: & per consequens si esset ire in infinitum, nulla esset primo cognita, propter quod omnes resoluuntur tandem in aliquam primam, quæ est ista, De quolibet prædicato esse vel non esse. Ita etiam in conceptibus simplicibus est de inuenire ad aliquè primum ex quo constituitur illa prima propositio: & iste, est conceptus entis. Et sicut omnes alie propositiones resoluuntur in istam primam, ita omnes alij conceptus resoluuntur in conceptum entis, & ei aliquid addunt. Tertium est, quod ens reale diuisum per finitum & infinitum & in substantiam & accidens, non est de ratione alicuius contenti sub ente rationis: alioquin tale ens rationis & esset ens reale: & consequenter esset rationis & non rationis: quod est dicere contra adiectiua esse simul vera. Quartum est, quod ista opinio in hoc distinguitur à prima: quia prima dicit quod vnum non dicit intrinsecè & formaliter indiuisiue, ita quod indiuisio non est de formali ratione vnus, sed solum est extrinsecè: & quod dicitur de vno, idem dico de bono & vero. Ista autem opinio dicit quod conceptus vnus resolutur in conceptum entis & in conceptum indiuisiouis quoniam vnum est ens indiuisum: & respectus ad intellectum clauditur in formali ratione veri: quoniam idem est dicere, hoc est verum, & dicere hoc est ens intelligibile & respectus ad appetitum clauditur in ratione boni, quoniam bonum est ens appetibile. Indiuisio autem & intelligibilitas & appetibilitas sunt respectus rationis. His præmissis probo quod distinguuntur ratione. Et quia de significato nominum non habet curare metaphysicè nec possunt haberi demonstrationes quod nomen significet formaliter hoc vel potius connotet: idè non adduco alias rationes, sed tantum arguitur quod fuit intentio Philosophi & comment. quod indiuisio includatur in formali conceptu vnus. Primò, quia Philosophus 4. metaph. tex. comment. 3. dicit quod licet sit consecutio inter ens & vnum, non tamen eadem diffinitio significat vtrumque. Et Commentator ibi dicit, quod ens & vnum aut significant omnibus modis scilicet diffinitione & subiecto, aut dicunt eandem naturam subiecto, & duas diffinitiones. Et postea determinat se ad alteram partem distinguendi, vbi dicit. Et si existimantes fuerimus quod diuersas habent diffinitiones. Et post pauca subdit, quod philosophus incipit declarare quod ens & vnum significant eandem naturam in formali: licet diuersificantur secundum modum. Ex quibus patet, quod secundum Philosophum & Commentatorem aliquid est de diffinitione vnus, quod non est de diffinitione entis. Istud autem non est aliud nisi indiuisio: ergo indiuisio est diffinitio, & consequenter de formali ratione vnus, & non est extrinsecum. Secundò arguitur, quia Commentator eodem comment. respondens rationi Auicennæ dicentis, quod nisi vnum diceret rem additam enti, tunc esset nugatio dicere ens vnum: dicit quod consequentia non tenet: quia licet significant eandem essentiam, tamen significant eam modis diuersis. Et 10. metaph. comment. primo, dicit quod idè aliquid dicitur esse vnum: quia est indiuisum: ergo secundum ipsum indiuisio clauditur in formali ratione vnus. Tertio arguitur: Philosophus dicit 5. metaph. cap. de rationalibus, quod identitas fundatur super vnitate, & identitas est quantum ad id quod refertur ad seipsum. Sed aliquid refertur ad seipsum est inquantum est indiuisum in se, siue à se, ergo identitas fundatur in indiuisio in se: & fundatur etiam immediate super vnitate: ergo vnitas est ipsa indiuisio in se, quantum ad id quod addit vnitas super ens. Sed circa hoc oriuntur duo dubia. Primum est quomodo saluari potest quod non sit nugatio dicendo, vnum ens: sicut est nugatio dicendo, homo animal: cum ita claudatur Conceptus entis in conceptu vnus, sicut conceptus animalis in homine. Ad hoc dicitur: quod licet non sit nugatio dicendo ens vnum: quoniam aliquid exprimitur per hoc nomen, vnum, per quod

Omnes cõceptus resoluuntur in cõceptum entis.

Quo distat in omni statu opinio prima.

Primaria ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Dubitatio necessaria.

Solutio.

Secunda conclusio. Differentia non prædicatur per se de genere.

Conclusio respondens problemati.

Tex. com. 10.

quod aliquo modo determinatur ens: non quidem quo ad supposita: sed quantum ad hunc modum essendi qui est indiuisio, sicut etiam non est negatio dicendo, animal homo, tamen est negatio dicendo, vnum ens, sicut etiam dicendo substantia ens. Et quando dicitur, vnum ens currit, ly vnum non stat, vt conuertitur cum ente quod est vnum substantiue acceptum, sed stat adiectiue, & est sensus: aliquid quod est de numero entium currit: vnde potius est syncategorema quam terminus per se significatiuus. Secundum dubium est, quomodo distingui possunt ratione ens, & vnum, per in diuisionem inclusam in ratione vnius cum de in diuisione predicatur ens, sicut si de rationali predicaretur animal, non posset per rationale distingui homo ab animali rationali: quia nihil includeret homo, extra cuius rationem esset animal. Fortè diceretur, quod ens subiectum in metaphy. cuius passio est vnum, est ens reale, & hoc non predicatur de in diuisione, quæ est ens rationis. Sed hoc non tollit difficultatem, quia identitas Sortis ad seipsum est vna relatio rationis, & tamen ens rationis predicatur de in diuisione inclusa in hoc vno. Propterea videtur dupliciter posse responderi. Primò quod vnum distinguitur ab ente: quia dicitur explicitè & formaliter aliquod ens rationis, scilicet in diuisionem quam non dicit hoc nomen ens, nisi confusè & potentialiter. Secundò dicitur, quod distinguitur per hoc quod ens includitur in bono, vero, & in omnibus passionibus entis: vnum autem non includitur in bono quantum ad id in quo completur sua ratio formalis, scilicet quantum ad in diuisionem, & ita quicquid est in vno est ens, tamen ens distinguitur ab vno per hoc, quod ipsum ens includitur in aliis passionibus, in quibus non includitur vnum, sicut quicquid est in homine est animal: tamen homo distinguitur ab animali, quoniam animal reperitur in asino, in quo non reperitur homo. Nec rationes illius primæ opinionis concludunt. Ad primam dicitur quod fortè per seipsum propriam rationem est tantum fortèitas, nec habet ex sua ratione quod sit vna vel multa: sicut nec humanitas cui vtrumque potest accedere. Et idè in diuisione conuenit ei non per rationem fortèitatis, sed per rationem vnitatis. Quod etiam patet. Nam non est aliud dicere fortèitatem, nisi hanc humanitatem: hæc autem non habet ex sua propria ratione quod sit hæc. Ad secundam dicitur quod auctoritas est contra argumentum. Nam Commen. ibi dicit: quod differt dicere, iste homo, & dicere vnus homo: differunt autem in hoc: quia per primam importatur vnum siue in diuisionem tantum per conuersionem: & in secunda per propalationem, ergo vnam dicit in diuisionem non per conuersionem siue conuocationem: vt dicit arguens, sed per propalationem, id est, per expressam & formalem significationem. Vnde ista potest esse vna alia ratio ad probandum principale propositum. Ad tertium negatur consequentia. Ad probationem negatur minor. Ad probationem dicitur quod entitas apprehensa, vt distinguitur à veritate, est quadam veritas, sed tunc non apprehenditur sub ratione veritatis. Ad quartum dicitur quod Commen. rator comen. 3.4. metaphysic. vt dictum est determinat quod non sunt synonyma: & si alicubi dicat oppositum, non intendit dicere aliud nisi quod significat eandem naturam. Contra secundam opinionem hoc loco non arguitur, quia ipsa concedit quod ens & vnum distinguuntur ratione, sed infra septima questione quadagesimaprima: improbatur quantum ad id quod ponit aliquam distinctionem mediam inter realem & rationis.

Altera dubitatio.

Solutio.

Ad rationes primæ opinionis.

Alia sunt in diuisione ex parte eius in quo sunt: ita quod in aliis distincta sunt, sed propter simplicitatem primæ causæ, in ea non distinguuntur sicut iustitia & sapientia, & de his conceditur maior, & negatur minor. Alio modo dicuntur aliqua esse distincta in prima causa: non solum ex parte eius in quo sunt, sed quia eis simpliciter repugnat in quocumque sunt quod realiter distinguantur, & de his negatur maior: huius autem sunt trans euentia. Ad tertium negatur antecedens, quia nulla actualis distinctio est inter bonum & verum, nisi per intellectum actu concipientem, ad cuius intellectum non sequitur in actu ille respectus, quo vnum ab alio formaliter distinguitur. Et cum dicitur, quod verum est obiectum intellectus, & bonum voluntatis, dicitur quod verum est quantum ad id quod est obiectum tam intellectus quam voluntatis: sed per formales rationes suas, sunt distincta obiecta harum potentiarum. Et ad hoc quod sit

sic obiecta distincta, non requiritur in eis actualis distinctio, sed aptitudinalis, & sufficit quod illa entitas sit aliter apta nata mouere intellectum, quam voluntatem. Et vltimè concedo: quod si per impossibile nullus intellectus actu intelligeret, nulla esset actualis distinctio rationis, quia entia rationis nullum esse habent nisi esse cognitum. Ad quartum negatur maior, nisi sint idè re & ratione, quomodo ens & vnum non sunt idem. Albedo enim & similitudo sunt idè re: & tamen albedini opponitur nigredo, & similitudini opponitur dissimilitudo. Ad quintum negatur consequentia. Ad probationem dicitur quod in terminis conuertibilibus valet consequentia per dictionem exclusiuam posita à parte subiecti, & non à parte predicati, non enim sequitur, omnis homo est risibilis: & e contra, ergo homo est tantum risibilis, cum antecedens sit verum, & consequens falsum: sed bene sequitur, ergo tantum homo est risibilis. Et similiter in proposito non sequitur formaliter nisi quod tantum ens est vnum, & tantum vnum est ens, quod est verum: quia etiam multitudo non est ens, nisi habeat aliquam vnitatem saltè ordinis vel aggregationis, vel huiusmodi.

QUESTIO XXII.

Vtrum qua eadem generatione generantur: & corruptione corrumpuntur: & qua sunt idem vni tertio sint eadem inter se.

Quæritur 12. vtrum rationes Philosophi quibus probatur, quod ens & vnam sint idem realiter, efficaciter concludant. Et arguitur quod non. Nam prima est ista. Quæcunque eadem generatione generantur, & eadè corruptione corrumpuntur, sunt idem: sed ens & vnum vna generatione generantur & vna corruptione corrumpuntur, ergo &c. Contra quam arguitur. Relatio & fundamentum, eadem generatione generantur, & tamen non sunt idè, ergo probatio falsa. Maior patet: dum enim sit aliquod albi, sit simile alteri albedini Minor probatur in 5. q. 29. multis rationibus. Secundò. Intellectus & voluntas generantur eadè generatione. Sed illæ sunt realiter distinctæ: ergo &c. Maior patet, minor probata est 3. de anima. Tertio ex hoc sequitur quod esse & essentia essent idem realiter. Sed oppositum prius probatum fuit. q. 11. ergo &c. consequentia probatur, quia essentia & esse generantur eadem generatione, dum enim generatur Sortes, generatur etiam existens Sortes. Dicitur fortè ad has rationes, quod propositio Philosophi intelligenda est de his quæ generantur eodè modo: prædicta autem non generantur eodem modo, quia essentia est id quod generatur: esse verò, est quo generatur. Sed contra. Nam albedo & similitudo non est id quod fit, sed quo. Album enim fit, albedo autem est qua fit albi: ergo tam albedo quàm similitudo generantur, vt quo, & non vt quod. Item voluntas & intellectus vniiformiter consequuntur productione animæ, ergo vtrumque fit eodè modo. Itè. Forma est terminus formalis generationis: & similiter esse est terminus formalis. ergo forma & esse sunt eodem modo: consequentia patet. Antecedens probatur. Nam de forma dicit Philosophus. 1. physic. text. comm. 14. quod generatio est via in formam. & ibi Comment. comen. 14. dicit quod generatio est via ad hoc quod forma fiat: & idem dicit 7. metaphysic. comm. 31. de esse autem dicit. 4. huius t. c. 2. quod generatio est via in esse, & propter hoc dicitur esse ens: ergo esse & forma sunt eo modo terminus generationis.

Habentur huiusmodi rationes in 4. t. c. 3.

Notabile primum.

Respondet, quantum ad primam probationem quod propositio Philosophi verè & efficaciter concludit propositum. Ad cuius euidentiam sciendum est: vt dicitur 5. physic. text. comen. 34. quod generationes & motus habent vnitatem & distinctionem ex terminis ad quos per se terminantur: dealbatio enim distinguitur à denigratione ex hoc præcisè, quod sunt ad formas specie distinctas, non autem distinguuntur ex aliquo, quod per accidens consequatur ad albedinem vel ad nigredinem: quia quolibet tali circumscripito, adhuc essent diuersarum rationum. Ex quo patet quod impossibile est vnam generationem terminari ad duos per se terminos formales: alioquin essent vna & non vna: quod est impossibile. Et quia entitas & vnitatis per se acquiruntur & æquè primò per eandem productionem: non enim per prius producit homo quàm vnus homo, idè bene sequitur quod ens & vnum sunt eadem res. Fortè dicitur, quod hæc ratio non concludit. Dum enim generatur Sortes acquiruntur forma Sortes & quantitas eius: sed quantitas consecutiue tantum: & similiter entitas Sortis principaliter acquiruntur per generationem, vnitatis verò tantum consecutiue. Sed contra: Circumscripito ab entitate

entitate Sortis, omni eo quod non est eius entitas quæ, aut illa entitas est vna, aut non est vna. Si est vna, habeo intentionem quod entitas est vna: non per entitatem additam, sed seipsa. Si non est vna, ergo est multa, quia si non est vna non est indiuisa. ergo est diuisa: & per consequens est multa. Vbi autem est diuisio, ibi est aliquid præter entitatem, scilicet ipsa diuisio. Nam diuisio rei non est ipsa res, alioquin non posset à re separari. Ponebatur autem quod entitas esset circumscripito omni quod non est ipsa. Secundò. Si entitas est vna per aliam entitatem, quæritur de illa alia, aut est vna, aut non. Si est vna, aut seipsa, aut per aliam. Si seipsa, ergo pari ratione stādum fuit in prima. Si per aliam: ergo ibitur in infinitum. Si dicas, quod non est vna, contra: ergo id quod est multa, dat alteri vnitatem, quod non est minus absurdum quam dicere quod nigredo det esse album. Dicitur fortè, quod entitas est vna per aliquid additum. Illud autem non est vnum, sed est id quod aliud est vnum: sicut albedo non est alba, sed est quo aliud est album. Sed contra, hoc non est simile, quia albedo non consequitur omne ens, sicut vnum. Vnde arguitur sic. Illud additum est ens, ergo est vnum vel multa. Sed non multa, ergo vnum. Patet prima consequentia: quia diuisum vel non diuisum, & per consequens vnum & multa: sufficienter diuidunt ens: cum affirmatio & negatio sub distinctione necessitati vnicuique conueniant. Dicitur fortè, quod illud ens est non diuisum, sed non sequitur, ergo est indiuisum, quia ab affirmatiua de prædicato negatiua, ad affirmatiuam de prædicato infinito non est bona consequentia. Non enim sequitur Sor. est non iustus: ergo est iustus. Sed contra est Philosophus. 2. perihermias lect. 2. Valer enim semper talis consequentia, si terminus sit verè priuarius, & nullo modo positius. Inustus autem licet videatur priuarius, est tamè positius. Ponit enim habitum iniustitiæ, qui est aliquid. Tertio. Quælibet res est in se diuisa per seipsam, & non per aliquam entitatem ei super additam, ergo quælibet entitas est vna per seipsam. Consequentia patet. Antecedens probatur. Quælibet res est eadem sibi ipsi non per entitatem ei super additam, quia quocumque circumscripito est eadem & non alia: ergo quælibet est indiuisa per seipsam. Quarto. Producat vna substantia, puta, a, abique omni entitate ei superaddita, & post ali quod tempus addantur ei aliquæ entitates. Tunc arguitur sic, a, est vna, & fuit vna dum fuit entitate superaddita: ergo a, est vna non per aliã entitatem. Patet consequentia: quia per nullam rem aliquid est tale, qua remota adhuc est tale. Antecedens probatur, a, dū fuit sine entitate super addita, si non fuit vna, ergo fuit aliquid entitatis, quarum vna non erat alia, & nunc sic est: cum nulla illarum entitarum sit in aliam conuersa. Dicitur fortè quod iste casus primò positus, non est possibilis. Sed hoc nihil facit, quia adhuc sequitur propositum. Nam si a, est vna non seipsa, sed per vnitatem ei additam, si etiam per impossibile ponere tur ipsam esse sine entitate superaddita, ipsa tūc esset vna, & sic patet quod entitas & vnitatis transcendens, sunt omnino eadem res, & generantur eodem modo. Sciendum est secundò quod terminus generationis est duplex. Primus dicitur terminus qui, & hoc est ipsum suppositum quod producit, & quod subsistit. Secundus est terminus quo, & hoc est ipsa forma, quæ per generationem acquiruntur, vt magis declarabitur in 7. q. 23. Terminatur enim generatio in illo instanti, in quo forma acquiruntur. Et idè si denitur multa quæ acquirantur esse per generationem, ipsa non erunt idem nisi omnibus eis æquè primò acquirantur esse. Et idè suppositum & forma eius non sunt idem, quia vnum est quod producit, & aliud est in quo. Et propter hoc similiter quia totum & eius partes essentielles non acquirunt esse æquè primò: sed ipsum totum primo acquirunt esse partes aut secundariò, non quod habeat esse post esse totius: sed quia illud vnum esse, quo & totum & partes subsistunt, per prius correspondet toti quam partibus, idè totum & partes non sunt idem realiter. Sciendum tertio quod propositio philosophi intelligitur de generatione passiuæ, & non de actiuæ. Nam sol vnica generatione actiuæ producit murem & ranam, & Deus vna creatione actiuæ producere potest duas substantias, quæ quidem erunt distinctæ, propter earum productiones passiuas. Et si dicitur, quod actiuæ & passiuæ sunt idem realiter, quomodo possibile est multiplicari generationes passiuas, non plurificatis actiuis: Respondeo quod cum actio dicat motum & rationem ad agens, non possunt esse duæ actiones, nisi sint duo motus & duo respectus ad agens, sicut non sunt duo homines, nisi sint duæ formæ, Deus autem vnica relatione refertur ad omnes suos effectus, sicut pater vnica paternitate ad omnes filios, & idè Deus non producit pluribus actioni-

bus actiuis quæ sint omnino plures, sed bene pluribus passiuis, quia sunt plura quæ capiunt esse. Sciendum quartò, quod aliud est aliqua generari eadem generatione, & aliud est ea generari simul. Nam si a, generetur Romæ, & aliud est ea generari simul. Nam si a, generetur Romæ in b, & c, generetur simul, non tamen eadem generatione. Vnde generari simul, est generari in eodem tempore. Illa autem generantur eadem generatione, quæ per eandem generationem acquirunt esse, siue hoc sit æquè primò, siue vnum per prius, & alterum per posterius. Propositio autem assumpta ab Aristotele, verè est de his quæ æquè primò acquirunt esse per vnam & eandem generationem. Et propter hoc facile parebit responsio ad primas tres rationes. Ad primam enim dicitur, quod si relatio est alia res à fundamento, ipsum fundamentum per prius natura requirit esse quàm relatio, & idè non sequitur quod sint idem. Si autem sunt eadem res tamen ista res, vt est quid absolutum, per prius terminat generationem, quam ipsa lammet: vt est relatio. Ad secundam dicitur, quod intellectus & voluntas non terminant primò productionem earum, sed ipsa productio prius natura terminatur ad ipsam animam, & consequenter ad has proprietates. Ad tertium dicitur, quod tam forma quam esse, sunt terminus quo, generationis, sed aliter & aliter. Ipsa enim forma dicitur esse terminus quo, in quantum est principium terminandi productionem, siue in quantum est forma acquisitans esse productio. Esse autem est terminus quo, tanquam formalis terminatio, quæ est effectus formalis formæ, & quæ non dat aliquem alium actum, cum sit ipsa vltima actualitas, non existens in potentia ad aliquid aliud.

Secunda ratio quam ponit Philosophus est ista, Quæcunque sunt idem alicui tertio, sunt idem inter se. Sed ens & vnum sunt idem vni tertio. Nam homo est ens, & est vnum, ergo ens & vnum sunt idem inter se. Maior assumpta in hoc loco priò posita fuit à Philosopho primo priorum capite tertio & ex ea probat, quod maior & minor extremis vniuntur in conclusionem, quia in præmissis vniuntur vni tertio, scilicet medio termino. Circa Dixerunt hanc rationem dixerunt aliqui quod maior est falsa in quidam principio similitudinis. Vnde si duæ relationes sint idem alicui absolute, puta, similitudo & dissimilitudo fundatum supra eandem albedinem, in ordine ad vnum album, & ad vnum nigrum, non tamen sequitur quod sint eadem inter se. Huius autem rationem dicunt esse, quia esse relationis non est ad fundamentum, sed ad corollatum: & idè inter se, oportet quod habeant oppositionem, & consequenter distinctionem: licet quælibet earum sit idem cum fundamento, quia ei non opponitur. Ista opinio est falsa. Tum, quia sequitur, quod in resolutionibus non posset argui expositorie, dicendo sic: Hoc est similitudo, & hoc est dissimilitudo, demonstrando semper eandem albedinem in qua vtraque illarum relationum fundatur, ergo similitudo est dissimilitudo. Tum quia principium fundatum super terminis generalissimis patet in omnibus, sicut & istud: de quolibet est affirmatio vera vel negatio. Sed istud principium fundatur super terminis generalissimis quæ sunt res & vnum & idem. Est enim sensus, quod quæcunque res vni & idem rei sunt eodem: sunt etiam eadem inter se. Alij dicunt quod est simpliciter falsum istud principium. Et arguunt dupliciter. Primò. Rationale & animal sunt idem in homine: cum vtrumque dicat totã naturalem hominis, & tamen non sunt idem inter se, cum neutrum eorum includatur in conceptu alterius, ergo propositio falsa. Secundò. Actio & passio sunt idem in motu, cum sint vnus motus, vt dicitur 3. physic. text. c. 20. & tamen non sunt idè inter se, ergo illa propositio falsa. Sed contra arguitur, vt prius, quia fundatur in terminis vniuersalissimis. Et idè dico quod vniuersaliter est verum si bene intelligatur. Debet aut sic intelligi. Quæcunque sunt vnum alicui tertio, ita quod vtrique includitur per se, & formaliter in ratione illius tertij: & vnum eorum includatur per se in alio, sunt etiam idè inter se. Quia enim homo & animal sunt vnum in Sorte, & vtrumque est de ratione Sortis, quia si Sortes diffiniretur, vtrumque poneretur in eius diffinitione: idè homo & animal sunt idem realiter inter se, licet differant ratione. Huic autem maiori sic intellectæ, absumitur ista minor. Sed ens & vnum conueniunt in vno tertio, puta in Sorte, & predicantur de ipso per se: quia Sor. per se est ens: & per se est indiuisus in se, & non per entitatem ei additam, vt supra probatum fuit questione vigesima-prima. Et ens per se includitur in ratione vnius, ergo bene sequitur conclusio, quod ens & vnum sunt idem realiter inter se, & ratione differant.

Resolutio doctoris.

Ad primum verò in oppositum dicitur: quod animal & rationale licet includantur per se in conceptu hominis, tamen neutrum eorum includitur per se in ratione alterius: ut probatur fuit supra questione 19. idèd non sequitur, quod habeant tantam vnitatem inter se, quantum habent in tertio. Ad secundum dicitur similiter: quod actio & passio sunt eadem res absoluta, & tamen neutrum eorum est de ratione motus: nec alterum est de ratione alterius. Actio enim non includitur in ratione passionis formaliter. nec e contra: & idèd in eis non tenet illa maior propositio: nec sequitur: quod inter se sint idèd: ita quod actio sit passio, aut e contra.

QUESTIO XXIII.

Utrum vnum addat negationem super ens.

VERITUR 23. Utrum vnum addat aliquam negationem super ens, ita quod ratio vnius sit negatiua. Et videtur quod non. Primò. Ens & vnũ transcendenter sumpta distinguuntur ratione, ergo est vna ratio rationis, quæ est distinctio fundata in ente: & alia est in vno, per quam vnum distinguitur ab ente. Sed omne distinctum ab alio, prius est indistinctum animæ, & est idèd sibi ipsi: ergo ens, vt distinctum ab vno, non includit esse indiuisum in se: ergo penes istam priuationem non distinguitur ens ab vno, sed penes aliquod positium inclusum in vno. Secundò. pure negatiuum vel priuatiuum in quantum huiusmodi, non est extra nihil. Sed vnum, in quantum vnũ vel formalis ratio vnius: vt præsciuitur ab ente, & vt est eadem in primo modo dicendi per se, est extra nihil. Probatur: quia vt sic verè affirmatur de suo substracto in secundo modo dicendi per se, quod est positium. Tertio. Formalis ratio vnius habet rationem primæ mensuræ. Probatur: quia non in quantum ens, sed in quantum vnum mensura est. Vnde 10 metaphysic. dicit Comment. 2. Nã vnius est natura mensura: nulla autem priuatio est prima mensura: quia vt sic est non ens: & maximè loquendo de mensura intrinsecã: ergo &c. Quarto. Nullum pure negatiuum est constitutum multitudinis, sed vnum est cõstitutiuũ multitudinis: ergo. Minor patet per Philosophũ 10. meta. tex. com. 2. vbi dicit: quod multitudo ex vnitatibus componitur. Maior probatur: quia nullum ens rationis est constitutum entis realis. Sed pure negatiuum est ens rationis, multitudo autem est ens reale: ergo &c. Quintò. Omnia vna reducuntur ad summum vnum. Sed hoc non est, nisi quia vnum dicit perfectionem, quia non omnia multa reducuntur ad summam multitudinem, ergo vnum magis est positium, quam multitudo. Sextò. Omnis habitus præcedit priuationem. Sed multitudo non præcedit vnitatem: ergo non comparatur ad vnum, tanquam ad priuationem. Maior patet: minor probatur. Nullum principiatũ est prius principio: & nullum constitutum constituto. Sed multitudo est cõstituta ex vnitatibus: vt dicitur. 20. huius. ergo multitudo non est prior vno. Septimò. Nulla priuatio suscipit magis & minus: nõ enim vnus homo est magis cæcus vel mortuus altero. Sed vnum suscipit magis & minus. Id enim quod est simplex, est magis vnum: quam id quod est compositum, ergo vnum non dicit puram priuationem. Octauo arguitur. Omnis negatio destruit id cui coniungitur. Nam non homo destruit hominem: & iniustum aufert iustitiam. Sed vnum non destruit ens, imò prodest ipsi: ergo nõ addit ei negationem. Non d. Ens & vnum sunt idem realiter: ergo si vnum dicit priuationem, eadem res erit positia & priuatiua.

clusa in ratione vnius non est indiuisio dicto secundo modo, sed primo modo. Et quia ad talem indiuisiõnem, sequitur identitas: idèd forrè dicunt quod vnum addit identitatem super ens. Contra quid ponitur ista conclusio. Vnum non addit enti aliquid positium, sed tantum priuationem: probatur ista conclusio. Primò, formalis ratio relationis non constituit formalem rationem sui fundamenti, cum relatio sit posterior fundamento & nullum posterius constituit suum prius, quoniam prius iam est constitutum antequam posterius sibi adueniat: Sed identitas est relatio fundata super vnitatem formaliter accepta, vt dicitur quinto metaph. tex. & cõmen. 20. ergo identitas non constituit formalem rationem vnitatis. Secundò. Eò formaliter constituitur ratio vnius, per quod vnum opponitur multitudini, quia eorum oppositio est secundum eorum rationes formales. Sed non opponitur vnum multitudi per entitatem, quia etiã multitudo est eadem sibi ipsi: decem enim lapides sunt decem lapides, sed idèd opponuntur, quia multitudo habet in se plura quorum vnum non est aliud, ergo ratio vnius non consistit in identitate ad se, sed in non habere diuisionem intrinsecam plurium quorum vnum non sit aliud. Tertio. Nusquam habetur à Philosopho, nec à Commentatore, quod identitas sit ratio vnius, sed bene habetur quod sit in diuisio prædicta, quod patet. Nam quinto metaph. Philosophus ponens diuersos modos vnius, inter quos aliquis est præcipuus, ad quem alij reducuntur. Dicit tex. comment. 2. quod illud est maximè vnum cuius intelligentia, id est, diffinitio indiuisibilis est loco & tempore: quia scilicet eius diffinitio non significat, nec arguit plura in re quæ diffinitur. Et postea subdit. Vniuersaliter enim quæcũque non habent diuisionem, in quantum tamen non habent sic, vnum dicuntur. Constat autem quod ly in quantum, reduplicat rationem formalem: ergo indiuisio est in quantum completur formalis ratio vnius. Vbi dicit Commentator, quod iste modus vnius est magis famosus & est maximus inter omnes. Textu etiam comment. 12. declarat philosophus, quod vnum habet rationem mensuræ, dicit, quod vnũquodque dicitur vnum in quantum est indiuisibile, & postea exemplificat de puncto & de vnitare. Et Commentator comment. 12. In omnibus est vnum quod non diuiditur. Et 10. metaphysic. comment. 2. sic dicit. Vnũ dicitur ex eo quod nõ diuiditur, ergo secundum eum formalis ratio à qua aliquid dicitur vnum est indiuisio. Sed p maiori notitia huius conclusionis sciendum est quod vnum potest tripliciter accipi. Vno modo pro entitate indiuisa. Alio modo p indiuisiõnem entitatis. Entitas indiuisa est quid positium in quo fundatur priuatio, scilicet indiuisio. Indiuisio autè entitatis est ipsa priuatio formaliter fundata in illo positio, & differunt huius entitas & indiuisio realiter non sicut duæ res, sed sicut res & negatio. Vnde entitas Sortis & indiuisio Sor. non sunt idem, licet ad vnũ sequatur reliquum, sicut licet ad albedinem sequatur nõ nigredo, tamen albedo non est essentialiter non nigredo, quia nulla negatio est de essentia alicuius positium. Tertio modo accipitur vnum prout dicitur simul entitatem & indiuisiõnem, & sic est proprius modus accipiendi vnum: quia conceptus vnius est compositus ex conceptu entis & conceptu indiuisiõnis. Ex quo patet, quod vnum proprie acceptum non dicit puram positium nec puram priuationem: sed vtrumque principaliter, tamen & in recto dicitur positium: in obliquo autem priuationem. Nom enim dicitur quod vnitas sit entitatis indiuisio, sed quod est entitas habens indiuisiõnem. Sciendum secundo: quod esse diuisum ab alio licet non sit de ratione vnius, tamen consequitur ad ipsum: & hoc positio alio quod dico, quia si tantum Sor. esset in natura ipse esset vnus, & tamen non esset ab alio distinctus, & saltè distinctio positium: tamè si aliquid aliud poneretur in natura: tunc statim insurgeret distinctio Sortis ab eo: & sic prædicta distinctio non est de ratione vnius, quia potest concipi Sor. esse vnus, nõ concipiendo, quod sit ab alio distinctus. Vtrum autem in diuisio quam dicit vnum, sit indiuisio rei à seipsa, vel indiuisio rei ab alia re, dicitur forrè specialiter. 10. huius.

Impugnatio scilicet.

Vnum tripliciter dicitur.

Conceptus vnius proprie sumpti est compositus.

Vnum nõ dicitur diuisiõnem ab alio principaliter.

Distinguitur aliqua ab inuicem dupliciter.

Quid querat problema.

Scilicet.

Respondeo, quod hic non est questio an vnum addat super ens aliquid reale. quia superius probatum fuit, quod super ens non potest addi aliquid reale: sed præsupposito, quod passiones entis addant aliquid rationis ipsi enti, cum relationes rationis, & priuationes & negationes sint entia rationis. Dubium est. An vnum addat enti puram negationem aut priuationem: vel addat aliquid positium: quod tamen sit ens rationis. Et quantum ad hoc quidam arbitratu sunt quod sic: propter rationes suprapositas: quid autem sit illud positium non exprimunt. Forrè tamen intendunt dicere quod identitatem rei ad seipsam, addat vnum super ens, quia etiã identitas est relatio rationis. Ad cuius euidentiã est sciendum: quod cum vnum dicatur ens indiuisum, dupliciter potest accipi ista indiuisio. Vno modo: quod idèd dicatur ens esse vnum, quia est indiuisum à se, sed est idem sibi ipsi: sicut dicitur quod Sortes est idem Sorti. Alio modo potest dici aliquid indiuisum, non quidem à se, sed in se, quia, scilicet non habet in se plura, quorum vnum nõ sit aliud, sicut lignum dicitur vnum, quia non est diuisum in plura ligna. Diceretur ergo isti, quod indiuisio in-

tionem vnum est positium, & aliud priuatiuum.

QUESTIO XXIIII.

Utrum vnum sit prima passio entis.

VERITUR 24. Utrum vnum sit prima passio entis. Et videtur quod non. Primò. Passiones positium sunt priores priuatiuis, sicut habitus est prior priuatione, & affirmatio negatione. Sed vnum dicitur negatiuum: bonum autem & verum dicuntur positium: ergo bonum est prius vno. Secundò formalis ratio vnius consistit in duplici negatione, quarum prima est negatio diuisionis in se, secunda vero est distinctio ab aliis. Nam vnum dicitur, quod est indiuisum in se, & diuisum ab omni alio: ergo vnum est posterius bono. Antecedens patet quia quocumque illorum ablato remouetur ratio vnius. Consequentia probatur, quia illud est prius quod est simplicius & abstractius. Sed ratio boni est simplicior, cõplectitur per vnũ respectum rationis aptitudinalem, scilicet per appetibilitatem: ergo &c. Tertio. Ista passio est prior, quæ conuenit subiecto quocumque alio circumscripito, quam illa quæ necessario aliud requirit. Sed bonum & verum conueniunt enti, omni alio circumscripito, vnum autem non: ergo bonum & verum sunt priora vno. Maior probatur: quia posito solo subiecto prima est in se, & non secunda, sed requirit aliquid aliud ad hoc quod ei in se. Minor patet: quia posito quocumque solo ente in actu, ipsum est appetibile & confirmabile intellectu, licet actu non appetatur: ergo &c. Quarto. Quacumque passione disincta, est prior aliqua passio vnita. Sed vnum est passio disincta, cum ens diuidatur per vnum & multa, sicut numerus per par & impar: ergo vnum non est prima passio entis.

Prima ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Not. primũ.

Not. secundũ.

Conclusio prima.

responsalis.

Notandum.

Diuisio duplex.

Idèditas fundamentalis, & formalis.

Ad secundũ.

Notanda diuisione.

Ad tertium. Nota.

Ad quartũ.

Ad quintũ.

Ad sextum.

Ad septimũ.

Aliquæ priuationes suscipiunt magis & minus & que. Ad octauũ. Notanda di.

Ad nonum.

in quantum est animal rationale, talis distinctio erit, quia homo habet aliquid, scilicet rationale, quod non habet asinus: & tamen asinus, vt sic conceptus, nihil habet quod non habeat homo: quia homo habet totã naturam animalis sicut etiam asinus. Si autem sint aliqua duo, quæ distinguuntur hoc secundo modo per habere & non habere, non quidem respectu cuiuscumque, sed respectu eius, quod est causa vnitatis in omnibus: id quod non habebit ta em causam non erit formaliter vnum, & hoc modo distinguitur ens ab vno: quia vnum habet indiuisiõnem, quam non habet ens. Dicitur secundo: quod ens vt distinguitur ab vno est indiuisum à se, & est ipsummet ens, sed ista indiuisio non est illa quæ constituit formalem rationem vnius, & idèd non sequitur quod ens sit vnum. Sed contra. Identitas fundatur immediate super vnitatem, ergo si est idem sibi ipsi, sequitur quod sit vnum. Responderetur, quod identitas est duplex, scilicet formalis & fundamentalis. Idèditas formalis est relatio actualis & requirit vtrumque extremum esse formaliter vnum. Identitas fundamentalis est ipsum fundamentum, cui non repugnat identitas formalis ad seipsam. Ens autem vt distinguitur ab vno non est idem sibi ipsi formaliter, sed tantum fundamentaliter. Ad secundum dicitur, quod vnum non est pure priuatiuum, sed positium cum priuatiuo: nec aliud concludit illa ratio: quia tamen in minori tangitur an vnum, vt distinguitur ab ente sit extra nihil vel non, dico quod vnum dupliciter potest dici distingui ab ente, vno modo accipiendo vnum præcise pro eo: quod addit vnum super ens, & sic vnum vt distinctum ab ente, id est, id per quod vnum præcise & formaliter distinguitur ab ente, est pura priuatio, & non est extra nihil reale, cum non sit quid reale: sed rationis tantum. Alio modo dicitur distingui ab ente, prout includens multa distinguitur à qualibet parte inclusa, & sic dicitur positium reale, & est extra nihil: licet vt sic dicat in obliquo ens rationis, & hoc modo acceptum vnum, id est, vt includit ens, & indiuisiõnem, prædicatur de ente per se secundo modo: & vt sic, est passio eius. Et per hoc soluitur argumentum quod solet fieri sic, vnum quod est passio entis, aut solum includit ens, & sic idem erit passio sui ipsius, aut includit aliquid quod non est ens & sic ens non prædicabitur quidditati de omnibus, cuius oppositum supra probatum fuit: dicitur enim quod ens, commune enti reali & rationi, prædicatur de quolibet incluso in vno: & tamen vnum est passio eodem modo, qui est declaratus. Ad tertium dicitur, quod de ratione mensuræ sunt duo. Primum quod mensura sit notior mensuratur, quia dicit in cognitionem eius 19. Met. tex. & com. 2. Secundum est quod sit certa & infallibilis. Primum istorum habet vnum ex positio: quia cõceptus entis, est omnibus aliis notior. Secundum habet ex priuatione diuisionis, quia diuisio est causa varietatis & fallibilitatis: & hoc habetur 10. Metaph. tex. & Comment. tertio. Ad quartum conceditur quod vnum non est pure negatiuum & quod non constituit multitudinem, nisi ratione positium quod includit: sicut etiã partes domus, licet sint non domus, non tamen cõstituunt domum ex hoc quod sunt non domus, sed quantum ad entitates earum. Ad quintum conceditur, quod vnum dicit perfectionem ratione cuius omnia reducuntur ad aliquid summè vnum: & huius perfectionis signum, est illa indiuisio quam vnum addit enti. Vbi enim est summa vnitas, ibi est summa simplicitas & actualitas. Ad sextum dicitur: quod multitudo quantum ad diuisionem quam includit, est prior indiuisiõne quam includit vnum quantum ad hoc multitudo non constituitur per vnitatem, sed ei opponitur. Ad septimum dicitur, primò, quod licet pura priuatio non suscipiat magis & minus, tamen id quod dicit positium sub priuatione potest dici secundum magis & minus. Dicitur secundo quod licet priuatio secundum se non suscipiat magis & minus, quia secundum se est, non potest tamè suscipere magis & minus ratione sui habitus. Nam aer dicitur magis vel minus tenebrosus secundum quod in eo est magis vel minus de lumine. Cæcitas autem & mors, non dicuntur secundum magis & minus: quia sunt priuationes perfectæ: & nihil compatiuntur ex additu eis opposito. Ad octauum dicitur quod duplex est negatio, quæ dicitur opposita nature cui additur: vt cum dicitur non homo nõ iustus, & hæc destruit naturam cui additur. Alia est negatio quæ non est opposita nature: cui coniungitur, imò eam saluat & conseruat, & talem negationem addit vnum super ens, vnum quodque enim saluatur per hoc quod non diuiditur in se, quia si diuideretur, destrueretur. Ad nonum dicitur, quod ens vnum distinguitur tantum ratione, & remoto actu rationis. nullo modo sunt distincta. Et vt sunt distincta, non sunt vnum, sed plura: non ergo sequitur quod idem sit positium & priuatiuum, sed si duorum distinctorum secundum ra-

Respondeo. Et primò declarabitur titulus quæstionis: secundò dicitur ab ipso. Quantum ad primum, sciendum, quod comparatio passionum entis ad ens, & inter se, potest accipi dupliciter. Vno modo quantum ad res significatas. Alio modo quantum ad formales eorum rationes. Si primo modo, vnum est quærere quid eorum sit prius, quia cum omnia ista dicant eandem rem & naturam, & nulla res sit prior seipsa, impossibile est rem significatam per ens esse priorem re significata per passiones entis. Si secundo modo: cum ratio formalis alicuius nihil aliud sit nisi conceptus sub quo res significatur, quærere quid sit prius secundum rationem, est quærere, qui conceptus sit quæ ratio sit prior, vt ly secundum rationem, sit constructio intransitiua, cum dicitur, an vnum sit prius secundum rationem, id est an ratio vnius sit prior aliis. Et quia nullo intellectu intelligente huius rationes non sunt, idèd talis prioritas est tantum prioritas rationis, quia non est nisi per operationem intellectus, nec conuenit rei, nisi vt habet esse in intellectu. Sciendum secundo: quod aliquem conceptum esse priorem altero, potest esse dupliciter. Vno modo secundum se. Alio modo per comparisonem ad hunc vel illum intellectum. Et quia conceptus vnius non concluditur formaliter in conceptu boni, nec e contra, idèd intellectus potest indifferenter quemlibet istorum conceptum formare, alio non formato, nec ad hunc sensum quæratur de eorum prioritate: sed quis sit prior secundum se, ita, quod si daretur vnus intellectus qui ordinatè procederet à conceptu entis ad alios an conceptus vnius prius occurreret ei, quam conceptus boni vel veri.

Quantum ad secundum, hæc est prima conclusio. Vnum est prima passio entis: ad cuius euidentiã sciendum est, quod vt sæpe dictum fuit, vnum dicit indiuisiõnem. Est autem duplex diuisio, quarum prima dicitur secundum quæritatem: & hanc non negat vnum: quia huius diuisio reperitur in rebus materialibus: alia est diuisio formalis: omnis autem diuisio formalis est diuisio specificã: & est per aliquam oppositionem: quia differentia constituit speciem sunt oppositiã. Dictum est autem in prædicamentis, quod contradictio est radix cuiuslibet oppositionis: & in omni alia oppositione saluatur. Et idèd oportet, quod in omni distinctiõne formali includatur oppositio contradictoria. Quia enim albedo est contraria nigredini, idèd hæc est vera, albedo non est nigredo: & hanc diuisiõnem negat vnũ. Illud enim est vnum, quod non est diuisum in plura, de quibus sit verum dicere hoc non est hoc. Et sic patet quod vnũ dicit priuationem formalis diuisionis, & quia habitus est prior priuatione, idèd conceptus diuisionis est prior conceptu vnius, sed quia in diuisione formali includitur negatio vnius de altero, quæ inter se distincta sunt, idèd conceptum diuisionis præcedit conceptus non entis. Primũ igitur quod cadit in intellectu est ens. Secundum est non ens, quia concipitur quod ens non est non ens. Tertium est diuisio, quia hoc ens est diuisum à non ente, & à quolibet

Quest. Meta. Paul. Son. d. alio.

alio. Quartum est vnum: quia concipitur, hoc ens non esse diuisum in se per plura: quorum hoc non sit aliud. Et si dicatur, conceptus non entis, & conceptus negationis per te sunt priores conceptus vnus: ergo non ens & diuisio sunt prima passio entis. Respondeo: quod consequentia non valet: quia nihil potest esse passio entis, nisi dicat aliquid positium: non ens autem & diuisio dicunt puram negationem. Ex his arguitur pro conclusione. Primo. Ista est prima passio entis, quæ primo post ens dicit aliquid positium. Sed vnum est huiusmodi, ut patet ex dictis, ergo: &c. Secunda. Illa est prima passio de qua specialiter probat Philosophus, quod dicat eadem naturam cum ente. Sed hoc specialiter probat de vno, 4. meta. text. comment. 3. ergo, &c. Minor patet. Maior probatur: quia tractans de passionibus alicuius subiecti, prius de ea agere debet, quæ est prima omnium.

Secunda conclusio. Verum est prius bono. Ad cuius euidenciam sciendum est quod verum dicitur habitudinem ad intellectum: & bonum ad appetitum: quia illud est perfectio intellectus & hoc appetitum: & ideo tam verum quam bonum dicuntur rationem perfectiui. Dupliciter autem potest aliquid esse perfectio alterius. Vno modo secundum speciem tuam, & non secundum esse: & hoc modo verum perficit intellectum. Ipsum enim obiectum quod cognoscitur, non est in intellectu secundum suum esse, sed secundum suam speciem intelligibilem, propter quod dicit Philosophus 6. huius textu. comment. 8. quod verum est in intellectu. Et dato quod intellectus intelligeret absque omni specie, adhuc ipsa species, siue quidditas obiecti haberet in intellectu esse obiectiuum. Alio modo aliquid potest esse perfectio alterius & secundum speciem & secundum esse, & hoc modo bonum est perfectiuum. Nulla enim res est bonitas alterius, nisi in ea habeat esse secundum se. Quibus declaratis arguitur dupliciter pro conclusione. Primò. Tanto aliquid est prius, quanto est simplicius & pauciora includit, ut dicitur primo posteriorum lect. 4. Sed verum est simplicius, & pauciora includit, cum sit perfectiuum solum secundum speciem, & bonum sit perfectiuum etiam secundum esse: ergo verum est prius bono. Secundò. Constat, quod verum & bonum non possunt comparari secundum prius & posterius quantum ad ens, quia vtrique formaliter & quidditatiue includit ens: sed solum quantum ad id quod superaddunt enti, & cum vtrumque addat tantum relationem, illud est prius, cuius relatio est prior, sed relatio quam dicit verum, est prior relatione quam dicit bonum, ergo verum est prius bono. Maior patet. Minor probatur, quod vna relatio sit prior altera non potest esse nisi vel ex parte fundamenti: sicut æqualitas est prior similitudine, quia quæritas est prior qualitate, & quantum ad hoc vna non potest esse prior altera, quia relationes rationis non habent fundamentum in re. Vel potest hoc esse ex parte termini, sed terminus relationis quam dicit verum scilicet intellectus, est prior voluntate, quæ est terminus relationis, quam dicit bonum, ergo verum est prius bono.

Teria conclusio. Ea quæ perficiuntur bono, in plus se habent quam ea quæ perficiuntur vero. probatur, quia vero perficiuntur tantum ea quæ habent cognitionem: bono autem perficiuntur omnia quæ habent esse, cum omnia talia habeant aliquam bonitatem, saltem ipsam esse.

Ad primum rationem. licet omnem priuationem præcedat aliquid positium in quo fundatur, non tamen oportet quod omnem passionem priuatiuam præcedat alia passio positium. Nec penes esse positium vel priuatium attenditur prioritas & posterioritas in passionibus. Nam secundum multos infinitas est prima passio primi principij, & tamen est priuatia. Ad secundum negatur antecedens, quia ratio vnus consistit in vnica priuatione siue negatione, scilicet in negatione negationis, quia vnum dicit priuationem diuisionis, quæ diuisio est negatio, & per consequens vnum dicit vnam priuationem quæ est rationis tantum, cum sit priuatio negationis quæ est tantum ens rationis, & de hoc magis dicitur in 10. huius q. 3. Ad tertium negatur minor. Si enim sit tantum Deus, & nihil aliud, adhuc ipse est verè vnus, quia est indiuisus in plures duos. Et cum dicitur, quod non est vnum nisi id quod est ab alio diuisum. Dicitur primò, quod de ratione vnus non est nisi esse indiuisum in se, & ei accidit esse diuisum ab alio, quia accidit aliud esse. Dicitur secundò, quod si etiam oporteret ipsum esse distinctum ab alio, non tamen sequitur positium, quia talis diuisio non est relatio, sed negatio, & ideo non requirit aliud esse. Sortes enim est diuisus à Chimera, quia sortes non est Chimera, & tamen Chimera non est. Ad quartum dicitur, quod passio diuisiua est duplex. Quædam est, cuius

nulla pars conuertitur eam subiecto, sicut se habet paritas & imparitas ad numerum: non enim quilibet numerus est par, nec quilibet est impar. Alia est passio diuisiua, cuius altera pars conuertitur cum subiecto, & huius sunt vnum & multa. Nam vnum conuertitur cum ente, & de tali passione diuisiua negatur maior, quicquid sit de passione primo modo dicta.

QUESTIO XXV.

Utrum vnum quod est principium numeri, & vnum transcendens sint idem.

PRIMARATIO. Vtrum vnum quod est principium numeri, & vnum transcendens, sint idem. Et videtur quod sic. Primò. Si distinguitur, ergo vniuersaliter per aliquod priuatium, vel per positium. Non primum, quia vnitas numeralis non includit aliam priuationem, nisi indiuisiōnem. Nō secundum, quia sequitur, quod vnitas numeralis esset perfectior vnitate transcendente, quæ non includit illud positium. Secundò. Vnum numerale includit vnum transcendenter sumptum, ergo si addit aliquid positium sequitur quod eius ratio formalis, sit constituta ex priuatium & positium. Tertiò. quia sicut vnum transcendens nihil addit ad rem quæ est vna, ita nec vnum, quod est principium numeri aliquid addit. Quod probatur. Si vnitas qua Sortes est vnus, entitas ei addita, aut hæc entitas est extensa, aut non. Si est extensa, ergo habet partes vnitas: tunc quaritur, per quid illæ multæ partes sunt vnum: quia aut ex se, aut per aliud additum. Si per se, tunc eadem ratione vnaqueque pars est vna seipsa. Si per aliud sic proceditur in infinitum. Si non est extensa: ergo est vel substantia vel accidens. Si substantia, ergo non est accidens superadditum. Si accidens, contra, quia non est assignare aliquam partem Sortis, in qua istud accidens sit. Si enim esset in manu, vel in aliqua alia parte determinata, tunc alia partes non haberent formaliter vnitatem per istud accidens. Quartò dum aliquid continuum diuiditur, quælibet pars est vna numero. Sed per talem diuisionem nulla entitas est acquisita alicui parti: ergo id quo ista pars est vna, non est entitas ei addita. Maior patet & minor: quia segregatio non est generatio alicuius entitatis. Quintò. Dū ex duabus aquis fit vna aqua: nulla noua entitas acquiritur in tota illa aqua, quæ de nouo fit: ergo nō est vna per entitatē superadditam. Consequentia patet. Antecedens probatur. Vel illa entitas esset absoluta vel relatiua. Sed nec est absoluta nec relatiua, ergo. &c. Maior patet. Minor probatur: & primò quod nō sit absoluta: quia non est possibile quod per additionē lagene aquæ ad totum mare, acquiritur in toto mari vna entitas absoluta. Probatur etiam, quod nō sit relatiua, quia nullus esset terminus istius relationis. Sextò. Si Sor. est vnum per entitatem additam, aut illa entitas est vna vel non. Si nō, ergo non est ens. Si sic, ergo est vna seipsa vel per aliquid aliud additum. Si seipsa, ergo similiter standum fuit in primo. Si per aliud, ergo proceditur in infinitum: nec apparet quin ista ratio ita concludat, sicut ratio Commentatoris probatis supra, quod vnitas transcendens nō sit entitas addita enti. Septimò. Vnitas numeralis consequitur omnem entitatem, sicut & vnitas transcendens, ergo sunt idem. Consequentia patet, quia quodlibet corū dicit præcisè eandem rationem, scilicet ens indiuisum. Antecedens probatur. Quælibet res addita liberi rei, constituit aliquid numerum. Nam duæ albedines & duæ animæ, & quælibet duo entia faciunt numerum binarium, ergo quælibet entitas est principium numeri.

Primaratio.

Secundaratio.

Tertiatio.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Sexta ratio.

Septima ratio.

Aliaque diuisiua esse contingit tripliciter.

numeraliter, non est illa entitas à qua dicitur vnus transcendenter: quia vnitas transcendens Sor. est substantia eius, vnitas autem eius numeralis est accidens in eodem genere quantitatis. Et hoc est quod intendimus probare in hac quaestione. Et hoc probabitur hoc loco tantum auctoritatibus. Commentatoris. Primo 4. Met. Commen. 3. vbi reprehendit Auicennam dicentem: quod vnum transcendens dicitur accidens superadditum rei quæ dicitur vna: sicut etiam vnum numerale. Ipse autem Commentator concedit, quod vnum numerale dicitur accidens, non autem vnum transcendens, & eius verba sunt hæc. Existimauit scilicet Auic. quod vnum dicitur de omnibus prædicamentis est illud vnum, quod est principium numerorum, numerus autem est accidens. Vnde opinatus fuit quod hoc nomen, vnum, significaret accidens in entibus. Secundo Commentator 5. Met. Com. 11. sic dicit. Indicit, scilicet Arist. alium modum vnus maius famosum & magis verum, & dicit quod dicitur vnum modo simplici &c. id est, dicitur vnum de eo quod non diuiditur secundum diuisionem neque secundum tempus neque secundum locum, & vniuersaliter neque aliquo modo. Et postea subdit, & debes scire quod illud quod est huiusmodi, est in quantitate tantum, sed si non habet situm, est principium numerorum, & si habet, est punctus. Hæc commentator. Constat autem quod omne quod est tantum in genere quantitatis, est accidens. Tertiò Commentator 10. Meta. Commen. 5. in fine dicit, quod illi qui putabant numerum esse substantias rerum errauerunt ex hoc quod non distinxerunt inter vnū quod est principium numeri, & vnum quod est commune ad 10. genera, quia licet vnum quod est synonymum entitatis substantiam rei quæ dicitur vna, tamen vnum quod est principium numeri dicitur accidens. Quarto Commentator 10. Metaphysic. Commento 8. loquens de Auicenna, sic dicit: Deceperunt eum duo, scilicet quia opinabatur, quod vnum quod est principium quantitatis est vnum quod est synonymum enti, & quia hoc vnum numeratur in accidentibus, existimauit quod vnum quod significat omnia prædicamenta est accidens.

Commentatio in opinio fuit quod vnitas numeralis superadditatem positiam vnitas in transcendenti.

ei additam, nec est entitas alteri addita: faciens formaliter ipsum esse vnum: & sic conceditur consequentia: sed dicitur quod vnitas numeralis non est vna hoc modo: cum ipsa formaliter denominet rem à se distinctam esse vnā. Alio modo dicitur vnitas esse vna transcendenter: quia licet ipsa sit vna, non per entitatem ei additam, tamen per ipsam aliquid aliud est formaliter vnum: & sic negatur consequentia, quia per vnitatem quæ sic est vna transcendenter, potest partialiter constitui quantitas discreta, & tantum hoc modo vnitas numeralis est vna. Ad septimum negatur antecedens. Ad probationem dicitur, quod licet quælibet entitas aliter addita constituat multitudinem transcendenter, non tamen quælibet constituit numerum quæ sit quantitas, sed hoc conuenit tantum rebus materialibus. Quomodo autem vnitas numeralis & numerus sit tantum in rebus quantis, dicitur in 10. quaest. 13.

Ad septimū.

QUESTIO XXVI.

Utrum compositio rerum compositarum sit vnitas, quæ res sunt vna vnitate transcendente.

PRIMARATIO. Vtrum in rebus compositis ipsa compositio sit illa vnitas, quæ res dicitur vna vnitate transcendente. Et arguitur quod sic. Primò. Compositio est vna vnitate transcendente: ergo denominat vnū transcendenter id in quo est. Antecedens probatur. Compositio est entitas quædam: ergo de ipsa prædicatur vnum transcendens. Consequentia probatur. Omnis forma denominat tale id in quo est, cuius ratio est, quia forma in aliquo existens dat ei aliquid esse, cum effectus formalis non possit separari à forma, & per consequens denominat ipsum secundum illud esse quod ei dat. Secundo sequitur quod in eodem essent tres vnitates, sed hoc est falsum: ergo &c. falsitas consequentis probatur. Tres vnitates constituunt numerum: sed vna res non potest esse tres res: alioquin esset vna & non vna: ergo in eodem non possunt esse tres vnitates. Consequentia probatur: quia in compositis est vnitas compositionis, & vnitas numeralis, & vnitas transcendens: ergo si istæ sunt distinctæ, in ipsis erunt tres vnitates. Tertio. Compositio est ipsa vnitas rei compositæ, ergo est vnitas transcendens. Consequentia patet: quia vnitas & entitas idem sunt. Antecedens probatur. Nulla ratio distinguitur ab eius fundamento, sed compositio est relatio fundata in re composita: ergo est ipsa res composita.

Primaratio.

Secunda ratio.

Tertiatio.

Nota. Primum. Compositio dicitur dupliciter.

Respondeo, Et primò declarabitur quid sit compositio, secundò dicitur ad quæsitum: Quantum ad primum sciendum est quod compositio accipitur dupliciter. Nam ad componendum aliquid mixtum, quia in his magis saluatur compositio quam in aliis, duo concurrunt. Primo enim miscibilia congregantur, & ponuntur iuxta se mutuo ad constituendum totum compositum. Secundo autem vnium vni adinuicem, ex qua vnione ipsum compositum resultat, potest igitur compositio accipi vno modo pro ipsa, iuxta positionem partium siue vnione, id est, actione qua adinuicem vnuntur. Alio modo pro ipsa vnione eorum formalis, & quod hi modi distinguantur, patet: quia remota primo manet secundum: vnio enim formæ cum materia non est post illud primum in quo forma primò recipitur in materia: vnio autem eorum manet per totum tempus quo materia est sub forma: & vsque ad primum non esse ipsius formæ in materia. A qualibet autem harum compositionū denominatur duo esse composita: primo enim partes denominatur composita: non quod quælibet vel altera earū sit composita in se, sed quia vna est composita alteri: secundo denominatur ipsum compositum: quod quidem dicitur compositum: non quia cum alio faciat compositionem, sed quia ex partibus est compositum, dicimus enim quod forma Sortis est composita cum materia: & dicimus etiam quod ipse Sor. est compositus. Sciendum secundo: quod hæc secūda compositio, siue vnio partium: quæ manet: non est pura indiuisio eorum quod patet. Tum quia compositio dicit quid positium: indiuisio autem dicit priuationem, tum quia quælibet res potest dici indiuisa à seipsa: nulla tamen res dicitur composita sibi ipsi: quod idem est: quia licet compositio requiratur indiuisiōnem partium, tamen aliquid plus requiritur ad compositionem. Requirit enim compositio terminum cum quod dicitur aliquid facere compositionem: & quia id quod requirit terminum referretur ad id ad quod dicitur propriè loquendo, compositio non est aliud nisi relatio: aliter tamen & aliter in diuersis: omnis enim compositio quæ est ex partibus realiter distinctis est relatio realis: cuiusmodi est compositio siue vnio. Quæst. Meta. Paul. Son. d. 2. nio

Not. secundum.

Ad primam rationem.

Teria conclusio.

nio materiae & formae: & similiter compositio ex carnibus & ossibus in animali: & similiter in omni composito ex partibus heterogeneis. Compositio autem quae est ex partibus non distinctis realiter: sicut sunt partes continui est relatio rationis: tantum vel tantum indivisio. Et quia relatio non est entitas distincta a fundamento: ideo sequitur quod compositio formae cum materia est ipsamet forma: & compositio materiae cum forma est ipsamet materia. Ex his dicitur ad quaesitum duabus conclusionibus. Prima haec est. Compositio qua res dicitur composita ex partibus heterogeneis, non denominat eam esse unam unitate transcendentem. Probat, unitas qua res denominatur una transcendenter est ipsa entitas rei: ut supra probatum fuit q. 20. sed compositio non est entitas rei composita: ergo non denominat eam esse unam. Maior patet. Minor probatur: nullum totum est aliqua suarum partium: non enim homo est anima, nec homo est materia, licet sit compositus ex his duobus, sed quilibet compositio est aliqua pars totius compositi: ergo non est ipsum compositum. Secundo, nulla res denominat aliam: nisi quantum ad ea quae conveniunt ei secundum suam rationem formalem, licet enim albedo & similitudo sint eadem res, tamen albedo non denominat sortem esse similem, alioquin si solus Sor. albus esset, adhuc esset similis, sed compositio non dicit formalem rationem unius, ergo si adhuc esset ipsa unitas non denominaret rem esse unam, sed solum denominaret ipsam esse compositam. Minor probatur: unum dicitur privative & compositio dicitur relative: ergo non dicunt eandem rationem formalem. Tertio, entitas rei composita est res distincta a partibus componentibus etiam simul iunctis: ergo & unitas est ab eis distincta. Patet consequentia, quia entitas & unitas sunt idem, antecedens probatur in 5. huius. Secunda conclusio. Compositio quae est pura indivisio, siue quae est relatio rationis non denominat rem esse unam transcendentem. Probat, id a quo res dicitur una est entitas eius, sed ens rationis non est entitas rei, ergo & c. maior & minor patet, dico tamen quod huiusmodi indivisio est illa quae complet formalem rationem unius, ideo enim lignum dicitur unum, quia non est diuisum in plura ligna, & similiter linea dicitur una, quia non est diuisa in plures lineas, sed huius indivisio non dicitur totam rationem unius, & ideo non sufficit se sola denominare rem esse unam.

Conclusio prima.

Conclusio secunda.

Conclusio tertia.

Ad primum.

Ad secundum.

Ad tertium.

posito uno, statim poneretur multitudo de necessitate, sed hoc est falsum, quia nullam implicat contractionem tantum unum ens esse: ergo & c. probatur consequentia prima, quia posito uno ponitur distinctio ab aliis, ergo ponuntur alia a quibus hoc unum est distinctum: ergo ponitur multitudo. Respondeo quod sensus huius quaestiones potest esse duplex. Primus est, an diuisio siue esse diuisum ab aliis includatur per se informali ratione unius, ita quod non possit haberi conceptus unius, nisi habeatur conceptus diuisio: & si sic quaeratur. Respondeo quod non, sicut optime probant rationes factae in principio quaestionis. Et praeter eas adhuc arguitur, quicquid est de ratione unius est prius uno, quia omnis definitio, & qualibet praeceptum est prior diuisio, ut dicitur 7. Meta. tex. Com. 3. 5. Sed diuisio & diuisio non sunt priores uno: ergo non clauduntur in ratione unius: minor probatur, si indivisio & diuisio sunt priores unitate, sequitur quod etiam multitudo sit ea prior, sed hoc est falsum, tum quia unum est principium multitudinis, omne autem principium est prius principiato, tum quia unum est mensura multitudinis: ergo & c. consequentia probatur, quia posita indivisione & diuisione statim habetur multitudo, nihil enim plus requiritur ad multitudinem: nisi quod quilibet pars eius sit diuisa in se & diuisa ab aliis. Secundus sensus quae potest esse, an esse distinctum ab aliis consequatur necessario ipsum unum tanquam intrinseca eius proprietates & si sic quaeratur, dico quod distinctio est duplex, quaedam enim est pura negatio: nec aliquid positum dicit, sed tantum dicit hoc non esse illud, & talis est omnis distinctio entis a non ente, ut cum dicitur Sor. est distinctus a Chimera, & lapis & distinctus a rosa generanda. Quaedam autem distinctio est relatio: & haec est distinctio inter duo entia. Ad hanc enim plura requiruntur quam ad primam, quia ad primam sufficit quod hoc non sit siue non. Ad hanc autem requiritur quod hoc non sit illud, & praeter hoc requiritur quod hoc sit, & quod illud sit. Erit igitur haec prima conclusio. Distinctio negatiua, id est, esse distinctum ab alio negatiue consequitur necessario rationem unius. Probat, sic. Quando dantur aliqua duo opposita immediata omnino, id est nullo modo habentia medium, ad negationem unius sequitur positio alterius. Sed esse aliud & non esse aliud sunt opposita omnino immediata, quorum primum necessario remouetur ab uno: ergo aliud necessario ponitur. Maior patet, quia si daretur aliquid, cui neutrum eorum inesset, iam haberet medium saltem per abnegationem. Minor probatur. Nam quod illa opponantur immediate, patet quia sunt contradictoria: contradictionis autem non est medium primo posterior. tex. Com. 5. quia affirmatio & negatio sub diuisione necessario uniuersum conueniunt. Quod autem esse aliud remouetur ab uno quoque, patet quia nulla res est aliud a seipsa: ergo esse distinctum ab alio, id est, non esse aliud a se, consequitur unumquodque. Secunda conclusio, esse distinctum ab alio positue, potest remoueri ab uno, id est, aliquid res potest esse una, dato quod ab alia re non sit distincta. Quod probatur. Si tantum Sor. esset in rerum natura, ipse esset vnus, & tamen non haberet ad aliquid aliud relationem distinctionis, quia nulla alia res esset. Relatio autem realis esse non potest nisi posito termino aliquo reali, sed bene verum est quod talis distinctio positua necessario consequitur unumquodque, posito, quod aliquid aliud sit in rerum natura. Impossibile enim est: si Sor. & Plato est: quin Sor. a Platone sit distinctus.

Quarta ratio.

Prima conclusio.

Ad argumenta respondetur. Ad primum negatur consequentia, sicut etiam unitas numeralis licet in se sit una unitate transcendentem: non tamen denominat tali unitate id in quo est: sed ipsa entitas rei cui additur unitas numeralis est quae sic denominat rem esse unam. Ad probationem dicitur, quod forma non denominat intrinsece: nisi quia dat aliquid esse: unitas autem numeralis non dat esse simpliciter siue entitatem ei cui additur, sed dat ei esse accidentale: ideo denominat ipsam esse unam unitate numerali: & non unitate transcendentem. Ad secundum dicitur, primum quod compositio non est unitas: licet sit unio. Dicitur secundo, quod non est inconueniens si in aliquo sint duae unitates, una numeralis, & alia transcendens, imo hoc est necesse in omni re materiali. Ad huius improbationem negatur consequentia, quia ex unitatibus non constituitur numerus, nisi ipsae unitates sint distinctae, unitas autem numeralis non est res distincta ab unitate transcendentem, sicut nec est distincta ab entitate, ut supra fuit declaratum quaestione praecedenti. Ad tertium negatur antecedens. Ad probationem negatur minor, compositio enim non fundatur in ipso composito, sed in partibus componentibus.

QUESTIO XXVII.

Vtrum ab vno transcendente possit remoueri esse distinctum ab alio.

VERITVR 27. vtrum esse distinctum ab alio possit remoueri ab vno transcendente. Et videtur quod sic. primum, omne posterius potest remoueri a suo priori, sed esse distinctum ab alio est posterius uno, ergo potest ab eo remoueri, maior patet, minor probatur, quia prius est ens esse, & esse indivisum in se qua distinctum ab alio. Secundo: si esset tantum unum ens in natura, puta Deus, sicut possibile est, adhuc Deus esset vnus, sed illo casu posito, Deus non esset distinctus ab aliis, ergo esse distinctum ab alio non est de ratione vnus & per consequens potest ab eo remoueri. Tertio: unum addit super ens solam diuisionem, ergo de ratione ipsius non est esse distinctum ab aliis, antecedens sapè supra dictum fuit, consequentia patet, quia diuisio non est diuisio, ergo si addit diuisionem, non addit tantum diuisionem. Quarto, sequitur quod

Prima ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

QUESTIO XXVIII.

Vtrum distinctio rationis inter ens & unum arguat compositionem in re vna.

VERITVR 28. vtrum distinctio rationis inter ens & unum, arguat necessario compositionem in re quae dicitur vna. Et videtur quod sic. Primum. Quaecumque sub propriis rationibus dicunt veram realitatem, requirunt in re, de qua dicuntur aliquam compositionem. Sed ens & unum sub propriis rationibus dicunt veram realitatem: ergo arguunt compositionem in omni eo quod dicitur ens & unum. Minor patet, quia neutrum illorum est pure negatiuum. Maior probatur. Quicquid includit plures realitates, habet aliquam compositionem: nisi forte sit aceruus rerum. Sed id de quo debentur ea, quae sub propriis rationibus dicunt realitatem habet plures realitates, ergo est compositum. Minor probatur. Sequitur enim

Prima ratio.

enim formaliter. Ratio A, & ratio B, ponunt in numerum, ergo realitas A, & realitas B, ponunt in numerum vel A, & B, non dicunt veras res in suis rationibus. Secundo. Quicquid includit plura, quorum vnus se habet ex additione ad aliud, est compositum saltem secundum rationem: quia additum est actuale, respectu illius cui additur, & illud est potentiale. Ex actuali autem & potenciali fit compositio. 8. Meta. tex. Comme. 16 sed vnus addit ad ens: ergo facit compositionem saltem rationis. Tertio. Talis est ordo inter ea quae sola ratione sunt distincta, qualis esset inter ea si realiter distinguerentur. Sed si unitas distingueretur realiter ab entitate, faceret cum ea compositionem realem: ergo si est distincta ratione, facit compositionem rationis. Quarto. Unitas non tollit nisi distinctionem ei oppositam: ergo identitas non tollit compositionem, nisi eam quae tali identitati est opposita. Sed identitati reali opponitur tantum compositio realis: ergo tollit tantum compositionem realem: & per consequens cum ea potest stare compositio rationis. Antecedens prima consequentia patet: quia vna ratio non tollit, nisi rationem quae ei opponitur. Quae enim se expellunt, aliquam habent oppositionem. Prima etiam consequentia patet: quia omnis identitas est quaedam unitas: & omnis compositio requirit distinctionem componentium. Nihil enim componit cum seipso.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Distinctio rationis nullo modo compositio non arguitur conclusio prima.

Causa separabilis.

Notabile.

Secunda ratio.

8. Meta. tex. Com. 15. Subiectum enim est potentiale respectu accidentis, & materia respectu formae, & pars quantitatis praexistens aliquo modo, est potentialis respectu partis quae additur. Sed vbi est distinctio rationis tantum, ibi vnus non est potentiale respectu alterius, nec ibi sunt plura esse, nec verum esse conueniens vni per aliud, ex quo non ponitur in re aliqua distinctio, & per consequens, nec ponitur aliud & aliud: ergo vbi est tantum distinctio rationis, ibi non est compositio. Tertio. Si distinctio rationis arguit compositionem, aut haec compositio est ante opus intellectus, aut solum dum intellectus intelligit. Non primum, quia quicquid est ante opus intellectus est reale. Si datur secundum, sequitur quod ex nostro intelligere immutetur res intellecta, quia per hypothese prius erat simplex, & nunc est composita.

Secunda conclusio. Distinctio rationis arguit id quod correspondet ei esse multiplex secundum rationem. Quod declaratur. Et supponitur, quod dupliciter potest aliquid denominari scilicet intrinsece & extrinsece. Nam animal denominatur intrinsece, sanum, & medicina extrinsece, quia dicitur sana non a sanitate, quae in ea sit, sed quae in alio est, quia scilicet potest in alio causare sanitatem. licet etiam possit denominari sana per aliquid ei intrinsecum scilicet per qualitatem & virtutem qua potest efficere sanitatem. Id autem de quo formantur plures rationes, licet in se non habeat pluralitatem, nec possit dici plures denominatione intrinseca, dicitur tamen plures denominatione extrinseca, ex pluralitate illarum rationum, quibus correspondet. Et si dicatur quare sicut dicitur plures extrinsece, non potest etiam dici compositio extrinsece. Respondeo quod hoc est, quia plura requiruntur ad compositionem, quam ad pluralitatem, quia ut dictum fuit, compositio est tantum secundum esse, & non secundum rationem, & iterum requirit potentialitatem.

Ad primum.

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad quartum.

Ad argumenta respondetur. Ad primum negatur maior, quicquid fit de minori, quod dico, quia vnus non dicit puram realitatem, sed etiam aliquid rationis. Ad probationem negatur minor. Ad probationem negatur consequentia, quia quod ratio A, & ratio B, ponant in numerum, non solum contingit propter illas duas causas, quae ponuntur in consequentia, sed etiam propter aliud, puta, quia vna ratio, non addit ad aliam, sicut est in proposito, quia vnus addit super ens priuationem ad secundum negatur maior, quando id quod se habet ex additione, addit tantum ens rationis, quia ex his non potest aliquid componi, alioquin ens rationis haberet esse extra intrinsecum. Ad tertium negatur maior vniverfaliter. Nam eorum quae conueniunt realiter distinctis, aliquid consequitur rationes formales eorum, & aliquid non: relatio enim prioris & posterioris, consequitur formalem rationem qualitatis & relationis, quia ratio qualitatis est prior, compositio autem relationis & qualitatis, si tamen faciunt compositionem, non consequitur formalem eorum rationem, sed consequitur esse eorum, & ideo si relatio & qualitas habent distincta esse & postea per aliquam potentiam fieret quod haberet idem numero esse, adhuc haberent ordinem prioris & posterioris, quia adhuc retinerent suas formales rationes, non tamen facerent compositionem & ita praecise dicitur de ente & vno. Ad quartum conceditur antecedens, & negatur prima consequentia, sed bene sequitur quod identitas non tollit nisi distinctionem ei oppositam: & ideo quae sunt idem res, possunt esse distincta ratione: cum hoc autem stat quod identitas tollat omnem compositionem, quia ut diximus, nulla potest esse compositio rationis: quae si posset esse, utique ratio haberet euentiam.

QUESTIO XXIX.

Vtrum distinctio rationis inter ens & unum, reducatur ad distinctionem realem.

VERITVR 29. vtrum distinctio rationis inter ens & unum reducatur ad aliquam distinctionem realem. Et videtur quod sic. Primum. Ratio si prius conceptus rei est ipsi rei adaequatus. Sed entitas & unitas rei: puta, anima, sunt vna res simplicissima: ergo ratio eis correspondens est de se tantum vna: & per consequens si sint plures rationes, oportet quod hoc aliunde sit, scilicet ex aliqua pluralitate reali. Minor patet, & maior. Nam ratio hominis non excedit hominem nec econtra: sicut enim animal rationale nihil significat, nisi hominem, ita econtra. Secundo. Sicut se habet ens rationis ad ens reale, sic distinctio rationis ad distinctionem realem. Sed omne ens ratio nis est ab ente reali: ergo omnis distinctio rationis est a distinctione reali. Maior patet a simili. Minor patet: quia om

Secunda ratio.

ne ens rationis constituitur per operationem intellectus, quæ est ens reale. Tertio. Non apparet maior ratio, quod aliqua distinctio rationis arguat distinctionem realem, quia quod omnis. Sed aliqua arguit ergo omnis. Maior videtur nota. Minor probatur. Dextrum & sinistrum in columna distinguuntur ratione. Sed hoc est ex distinctione reali iuter dextrum & sinistrum & in animalibus ergo &c. Quarto. Omnis distinctio rationis vel consequitur simplicem apprehensionem intellectus, vel consequitur apprehensionem enuntiativam, ut patet 3. de anima. Si consequitur simplicem operationem hoc non potest esse, nisi sit distinctio realis in ipsis conceptibus intellectus vel actibus intelligendi. Si consequitur operationem enuntiativam, qua dicitur, hoc non est illud: hoc non est ex alia ratione, nisi quia prædicationum secundum se non convenit subiecto: & sic est ab eo realiter distinctum.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Tex. com. 1.

Aliqua distinctio ratio ne contingit tripliciter.

Pulchra ratio in quaestione exprimitur.

Not. secundum.

Conclusio prima.

Conceptus in re se distinguuntur, sed sint omnino eiusdem rationis: & hoc contingit, quando nihil plus vel rei vel rationis dicitur per vnum quam per reliquum, & hoc semper est, quando intellectus format aliquam propositionem in qua idem prædicatur de seipso, puta, quod homo est homo. Tunc enim intellectus bis format conceptum hominis, sed quilibet horum conceptuum nihil aliud dicit, nisi animal rationale. Alio modo distinguuntur aliqui conceptus, quia sunt diversarum rationum omnino, ita quod per vnum exprimitur aliquid vel rei vel rationis, quod non per aliam, puta, dum concipio quod Sortes sit animal, & quod est rationalis: conceptus enim generis & differentie, sunt omnino distincti. Tertio modo distinguuntur conceptus & sunt diversarum rationum, non omnino, sed quia vnus addit aliquid rei vel rationis super alium, & sic distinguuntur conceptus hominis, & conceptus animalis, & hoc modo diximus supra q. 2. 2. distinguere vnum & ens. His declaratis, præbatur conclusio: primo. Distinctio Sortis albi à seipso nigro, est distinctio rationis. Sed hæc distinctio præsupponit distinctionem substantie & accidentis: siue Sortis & albedinis: ergo aliqua distinctio rationis supponit distinctionem realem. Consequenter patet: quia distinctio substantie & accidentis est realis. Minor etiam patet. Maior autem probatur, quia Sor. est idem homo realiter dum est albus & dum est niger, ergo si est distinctus à se, est distinctus ratione. Si autem queratur, vtrum cum hac distinctione rationis, sit distinctio realis, id est, vtrum Sor. albus possit dici distinctus aliquo modo realiter à seipso nigro, dicitur quod sic, non tamen est distinctus suppositaliter, quia semper ma-

Primario pro concisione

net idem homo & idem suppositum. Quod autem sit distinctio realis, probatur. Primo. Omnis distinctio que est per entitatem realem est realis. Sed hæc est huiusmodi: dicitur enim penes albedinem: ergo est realis. Maior probatur quia ut dicitur septimo Metaphysicorum, Commentarius 40. actus est qui distinguit & separat: ergo si est actus realis distinctio realiter. Confirmatur. Secunda omni operatione intellectus albedo distinguit, quia distinguere convenit albedini, non secundum quod est in intellectu, sed ut est in re, ergo distinctio principium est albedo, est realis. Secundo arguitur ad idem. Agens & patiens, & producens & productum sunt realiter distincta, ut dicitur 5. Metaphysicorum. Sed Sortes potest producere seipsum album: ergo &c. Maior patet. Minor probatur. Causat Sor. albedinem in seipso, sicut est possibile. Tunc sic. Sortes producit Sortem album: ergo &c. antecedens probatur. Aut enim Sor. producit tantum albedinem, aut producit Sortem album, sed non producit tantum albedinem: quia ut dicitur 7. Metaphysicorum, forma non sunt per se, sed compositum est id quod sit, ergo Sor. albus, est id quod producit per dealbationem. Secundo principaliter probatur conclusio. Genus & differentia distinguuntur tantum ratione. Sed hæc distinctio dicitur ad distinctionem realem ergo. Maior probatur 7. huius q. 37. Minor patet, quia genus sumitur à materia, & differentia à forma, ut dicitur 8. Metaphysicorum, c. 5 & 6. Item quia animal rationale arguitur differentiam operationum scilicet inter sentire & ratiocinari.

Tex. co. 20.

Secunda conclusio. Distinctio rationum qua solo numero distinguuntur, non arguit distinctionem realem. Probatur. Cum enim intellectus dicit quod homo est homo, hoc non est propter aliquam distinctionem realem, reperam autem inter hominem & hominem: quia nullibi homo distinguitur realiter à seipso. Item, quia si intellectus nunquam cognovisset reale distinctionem inter aliquod prædicatum & subiectum, adhuc posset formare istam homo est homo. Item. Si nulla alia propositio unquam fuisset, adhuc ista esset intelligibilis, ergo talis distinctio rationis non est ex aliqua distinctione reali reperita in aliis.

Conclusio responsiva.

Tertia conclusio responsiva ad quaesitum. Distinctio rationis inter ens & vnum, non arguit distinctionem realem in re: quæ dicitur vna, nec sumitur necessario ab aliqua distinctione reali quæ sit in aliis. Prima pars huius conclusionis probatur. Intellectus de aliqua re simplicissima potest formare hanc propositionem: hoc ens est vnum. Sed hoc factum est distinctio rationis inter ens & vnum: inter subiectum & prædicatum est necessario aliqua distinctio: in re autem nulla est distinctio, quia positum est quod res sit simplicissima: ergo hæc distinctio rationis non arguit in re distinctionem realem. Secunda pars probatur. Possibile est quod ignorata omni distinctione reali, & nulla reali distinctione existente, intellectus formet hanc propositionem, ens est vnum, sed hinc erit distinctio rationis inter ens & vnum, & nulla erit pars realis, ergo hæc distinctio rationis non reducit ad aliquam realem. Minor patet. Maior probatur. Tum quia conceptus entis & vnius: præcedunt omnes alios conceptus positivos. Tum quia nullus conceptus importans distinctionem realem est prior vno. Licet enim conceptus entis & non entis & diuisionis, quæ est prima negatio, sint priores conceptus vnius, nullus tamen istorum dicit realem distinctionem, ergo conceptus entis & vnius possunt esse in intellectu non intellecta aliqua reali distinctione. Patet consequenter, quia omne prius potest esse sine posteriori. Quod autem tunc erit distinctio rationis, probatur: quia tunc illa entitas ut itat sub conceptu entis, distinguitur ratione à seipso, ut itat sub conceptu vnius, cum isti duo conceptus sint diversarum rationum. Secundo. Si solus intellectus esset in reum natura, ipse posset de se ipso intelligere, quod esset ens vnum, & tamen nunc nulla esset realis distinctio, ergo &c. antecedens & consequentia patent ex dictis. Tertio. Actuum nota: ale potens inducere plures effectus in distinctis passivis potest etiam eos inducere in eodem si sit in potentia ad eos, sicut patet quod sol inducit in aere calorem, & lumen, & raritatem. Sed eadem res simplex potest mouere distinctos intellectus ad diversos conceptus. Albedo enim mouet aliquem intellectum ad concipiendum eam sub ratione caloris, & alquem ad concipiendum sub ratione albedinis: ergo cum intellectus sit in potentia ad plures conceptus de aliqua re, & ipsa res sit obiectum & consequenter habeat se in ratione actui & motui: sequitur quod intellectus potest moueri ab eadem simplici ad diversos conceptus. Confirmatur, quia eadem res simplex potest mouere sensum ad distinctas apprehensiones: ergo multo magis potest mouere intellectum. Consequenter patet ex antecedente. Nam eadem albedo à remotis mouet

Confirmatio.

mone: a l visionem confusam, & de propinquo mouet ad visionem determinatam: unde prius apparet visui ut hic color, quam ut albedo: ergo &c.

Ad primum.

Ad primum dicitur quod non oportet omnem rationem formatam de aliquo esse adæquatam, id est, exprimere quicquid rei, & rationis contenti ipsi rei. Cum enim concipio quod homo est animal, ista ratio est homini in adæquata, & ita cum concipio quod anima est ens, hæc ratio est anime in adæquata, quia non exprimat saltem quicquid rationis conuenit anime: puta indiuisionem: & ex hoc contingit quod intellectus de reduplicati potest facere plures conceptus non re simplici ad quancunque pluralia e reale. Ad secundum negatur maior. Nulla enim res potest simul esse ens rationis & ens reale, & tamen postulat aliquem simul esse ens rationis & ens reale, & distinctione rationis. Item distinctio rationis, non solum fundatur in ente rationis, sed etiam in ente reali. Albedo enim & nigredo ratione distinguuntur, distinctio autem realis solum fundatur in ente reali. Ex quibus patet quod non omnino ita se habet distinctio rationis ad distinctionem realem, sicut ens rationis ad ens reale. Ad tertium negatur maior, quæ non est probata, probatio autem minoris est quæ iam confirmatio primæ conclusionis. Ad quartum dicitur, quod non est ad propositum, quia non loquimur nec querimus de distinctione reali quæ se tenet ex parte cognoscentis, sed ex parte cogniti.

Ad secundum

Ad tertium

Ad quartum

QVÆSTIO XXX.

Vtrum distinctio rationis sufficiat ad tollendum contradictionem.

QVÆRITVR. Vtrum distinctio rationis sufficiat ad tollendam contradictionem, & ad hoc qua affirmatio & negatio que de eodem dicuntur non contradicant. Et arguitur quod non. Primò. Effectus in actu e parit causam in actu. Sed non contradictio est quid effectus in actu, ergo non contradictio non potest esse in actu nisi habeat causam in actu. Sed ante omne opus intellectus affirmatio & negatio de eodem non contradicunt, & tamen tunc nulla est distinctio rationis: ergo distinctio rationis non est sufficiens causa quod affirmatio & negatio de eodem non contradicant. Maior est Philosophi 2. Physicorum & 5. metaphysicorum. Quod autem affirmatio & negatio de eodem ante omne opus intellectus non contradicant, probatur. Ante omne opus intellectus ens est primum conceptibile, & bonum non est primum conceptibile, & tamè ens & bonum sunt eadè res. Quod aut tunc nulla sit distinctio rationis, probatur, quia distinctio rationis est ens rationis. Ens autem rationis non est ante omne intellectus, sed consequitur actum intelligendi: ergo &c. Secundo. Id quod tollit contradictionem inter ens & bonum, præcedit omnem actum intellectus. Sed distinctio rationis non præcedit omnem actum intellectus, ut probatum est: ergo non sufficit ad tollendam contradictionem. Maior probatur, quia siue ens & bonum intelligatur siue nonnulla est contradictio inter ens & bonum. Tertio. Accipiat aliquid simplex entitas & bonitas primæ causæ, & arguitur sic. Ante omne opus intellectus dicitur absque contradictione quod entitas est obiectum voluntatis & non intellectus: ergo causa tollens hanc contradictionem est ante omne opus intellectus. Sed tunc non est distinctio rationis, ut dictum fuit, ergo ipsa non est talis causa. Quarto. Sequitur quod Sortes non esset idem sibi ipse, quod est impossibile, quia quilibet res est sibi ipse eadem. Probatur consequentia. Sor. distinguitur ratione à seipso: ergo si distinctio rationis sufficit ad tollendam contradictionem, sequitur quod ista non contradicant. Sortes est idem sibi ipse, & Sor. non est idem sibi ipse. Antecedens probatur. Extrema cuiuslibet relationis sunt distincta. Sed Sor. est vtriusque extremum illius relationis, quia dicitur esse idem sibi ipse: ergo distinguitur à seipso ratione.

Primario

Tex. com. 3.

Text. com. 37.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Conclusio.

Not. primum.

& subiectum, puta: dentitas realis, id est extremorum, quæ sunt idem realiter, licet in se illa identitas sit ens rationis: ut cum dicitur, homo est animal, vel identitas suppositalis ut cum dicitur, homo est albus. Nam homo & albus sunt idem subiecto. Hæc identitatem significat intellectus per notam compositionis, formando propositionem affirmatiuam, & similiter formando propositionem negatiuam significatur prædicatum remoueri à subiecto. Item. Affirmatio & negatio sunt differentie diuisionis enuntiationis, & contrarietatis speciem eius. Nulla autem differentia est, nisi vbi est species per eam constituta: propositiones autem non sunt in rebus, sed intellectu, & ideo etiam affirmatio & negatio in ipso intellectu sunt, & non in rebus. Sciendum secundum quod affirmatio & negatio non conueniunt quasi duo extrema realia, quia ut supra dixit Philosophus, negatio est tantum ens rationis, quia contradictio est relatio inter affirmationem & negationem: relatio autem inter ens reale & ens rationis non potest esse realis, sed rationis tantum: deo contradictio est purum ens rationis. Sciendum tertio quod duplex est negatio. Nam aliqua est per quam remouetur aliquid ens reale: ut cum dicitur, homo non est lapis: & hæc dicitur negatio realis, non quod in se sit ens reale, sed quia id quod per ipsam negatur, est reale. Alia est negatio rationis, & hæc est illa per quam remouetur ens rationis. Et quia contradictio est ens rationis, ideo negatio siue negatio contra ictionis, est negatio rationis. Sciendum quarto quod tripliciter potest aliqua res esse. Vno modo tantum in potentia: & sic rosa generanda dicitur esse, quia est in potentia passiva materię & in potentia affirmatiua suatum causarum efficientium. Secundo dicitur aliquid esse in actu completo: sicut Sortes existens actu est. Tertio dicitur aliquid esse fundamentaliter, & sic vniuersalia nullo intellectu cogitante sunt, quia fundamentum vniuersalitatatis est, licet ipsa intelligencia vniuersalitatibus actu non sit. Et hoc modo distinctio rationis & affirmatio & negatio & remotio contradictionis sunt nullo intellectu intelligente, scilicet, licet actu nihil de re afferatur aut negetur & nulla sit in re distinctio, tamè ipsa est fundamentum correspondens distinctioni rationum quas de ipsa faceret intellectus, & correspondens affirmationi & negationi quibus intellectus aliquid ei attribueret, vel ab ea remoueret. Et his declaratur propositum. Primò. Affirmatio & negatio verificatur de oppositis absque contradictione. Nam hæc est vera albedo disgregat visum & nigredo non disgregat, sed vbi est distinctio rationis, ibi est aliqua oppositio: ergo affirmatio & negatio de his verificabitur absque contradictione. Minor probatur. Vbi est distinctio ibi est pluralitas, quia nihil distinguitur à seipso: tunc esse distinctum sit esse ad alud. Vbi autè est pluralitas, ibi est oppositio, quia de quolibet illorum plurium vel um est dicere, hoc est hoc & non illud, puta Sor. est Sortes: & Sor. non est Plato. Quod non sit nisi per oppositionem affirmationis & negationis, quia altera istarum propositionum est affirmatiua, & altera negatiua: ergo vbi est distinctio rationis, ibi est oppositio. Secundo. Vbi est distinctio rationis, ibi est aliquid rei vel rationis conueniens vni, & non conueniens alteri, alioquin nullo modo essent distincta, sed omnino idem, ergo ut sic distincta sunt verum est dicere, hoc conuenit isti, & non conuenit illi, puta, quia ens & vnum distinguuntur ratione: ideo, vere dicitur, quod in ratione vnius clauditur indiuisio, & non clauditur in ratione entis. Nam si quod clauditur in vna istarum rationum, clauderetur in altera, & e contra: iam non essent duæ rationes & duo conceptus, sed omnino idem. Tertio. Quæcunque distinguuntur grammaticaliter: distinguuntur solum in modo significandi. Sed affirmatio & negatio verificantur absque contradictione de his que tantum distinguuntur grammaticaliter: ergo distinctio rationis sufficit ad tollendam contradictionem. Maior patet. Minor probatur. Synonyma verificantur contradictoria. Nam hæc est vera, Indumentum est neutri generis, & vestis non est neutri generis: ergo &c.

Not. secundum.

Not. tertium.

Not. quartum.

Aliqua rem esse potest in se, ut in modo trum modo.

Prima ratio.

Secunda ratio.

Ad argumenta responderetur & simul dicitur ad tria. primum quod maior est vera, sed negatur minor, quia licet res significata per affirmationem & negationem conueniant rebus ante omne opus intellectus: ipsa tamen affirmatio & negatio in esse affirmationis & negationis nulli conueniunt in actu, nisi per opus intellectus. Dicitur secundum quod licet actualis distinctio rationis nulli conueniat actu ante omne opus intellectus, tamè non identitas rationis conueniat actu, nullo intellectu considerate. Sed id huiusmodi non identitas est sufficiens causa remotionis contradictoria: quia licet affirmatio est causa affirmationis, ita negatio est causa negationis.

Ad primum secundum tertium.

gationis, & per hoc vniformiter respondetur ad illa tria argumenta: quia omnibus ponitur vnum falsum, scilicet quod affirmatio & negatio conueniunt alicui ante omnem opus intellectus. Ad quartum negatur prima consequentia, quia quælibet res est sibiipsi eadem: & idem eius contradictoria est falsa, quæ est hæc, aliqua res non est sibiipsi eadem loquendo de identitate reali. Si autem intelligatur de identitate rationis, concedo quod aliqua res non est eadem sibiipsi secundum rationem, & qd est distincta à se secundum rationem. Dicitur secundò, quod ista non contradicunt: Sortes est idem sibiipsi, & Sortes non est idem sibiipsi, quia prima est vera de identitate reali, & secunda est vera de identitate rationis. Nam Sor. vt rationalis, distinguitur ratione à se, vt est animal, quia alia est ratio animalis & alia est ratio rationalis. Sed contra hanc responsionem arguitur: primo. Nullum ens rationis distinguitur realiter à seipso, quia distinctio realis est passio entis realis: ergo nullum ens reale distinguitur ratione à seipso, patet consequentia, quia non minus ens rationis est idem sibiipsi quàm ens reale sit idem sibiipsi. Secundò. Si vna res videatur pluribus visionibus, licet visiones illæ adinuicem sint distinctæ, ipsa tamen non distinguitur visione à seipso, ergo etiam si vna res concipiatur pluribus rationibus, non sequitur qd ipsa distinguitur ratione à seipso, sed tantum qd illæ rationes sint distinctæ. Ad primum negatur consequentia, quia ens rationis nõ est aptum habere multiplex esse reale, sicut ens reale est aptum habere multiplex esse rationis. Ad probationem dicitur quod licet vnum sit idem sibiipsi, tamen ens reale positum in esse rationis, potest esse non ipsum: imò est à se distinctum vt positum est in alio esse. Ad secundum dicitur quod res visa duplici visione, est plures in esse viso: & idem distinguitur à seipso visibilibus. Nam si vna illarum visionum appelletur a, & altera vocetur b, illa res, vt terminat visionem a, distinguitur in esse visibili à seipso: vt determinat visionem, b, ista tamen distinctio non est formalis, si illæ duæ visiones sint eiusdem rationis.

Ad quartum

Impugnatur responsio

Distur in pugna

Not. secundum

Not. tertium

Conclusio quæstio responsua

Secunda conclusio

Placitum quorundam

Doctores op.

QUÆSTIO XXXI.

Vtrum primum principium inter omnia sit, De quo libet est affirmatio & negatio vera.

Primario. QVÆRITVR 31. vtrum istud sit primum principium inter omnia, De quolibet est affirmatio & c. Et videtur quod non. Primo prima principia continent virtualiter omnem veritatem. Sed istud non continet omnem veritatem: ergo non est principium. Maior probatur, quia omnis propositio vera, non prima est resolutibilis ad aliam, quæ est prima inter omnes. Minor probatur. Si hoc principium contineret virtualiter omnem veritatem, sequitur quod cognoscens ipsam, posset naturaliter acquirere notitiam cuiuslibet veritatis, & per consequens posset naturaliter cognoscere omnia quæ de Deo verificantur. Secundo omnis propositio negatiua & hypotetica & modalis, habet aliquam affirmatiuam priorem se, vt dicitur primo Perihermenias. Sed hæc propositio est negatiua, quia impossibile esse, æquipollet huic quæ est, non possibile: ergo habet priorem se. Tertio: hæc propositio: Ens est ens, est prior illa, ergo ipsa non est prima omnium. Consequentia patet. Antecedens probatur, quia illa, ens, est ens, est pars istius, Omnis autem pars est prior toto. Quarto. Primum principium non potest probari, alioquin haberet aliquid prius se, sed illa propositio potest probari inductiuè, sic dicendo, impossibile est Sortem esse & non esse, & impossibile est Platonem esse & non esse: ergo impossibile esse aliquid esse & non esse. Quintò. Primum principium non componitur ex aliquo termino resolutibili in priores conceptus, quia nulla propositio est maioris simplicitatis, quam sit eius termini, sed in illa propositione ponitur iste terminus, idem, qui est resolutibilis in conceptum absolutum & relatiuum: ergo non est prima.

Secunda ratio

Tertia ratio

Quarta ratio

Quinta ratio

Notabile Quæ sit ratio primi principij

tur primum. Sciendum secundo quod ratio principij est ratio relatiua, nam principium dicitur id cuius est principium, vna autem propositio dicitur principium alterius, quia ex notitia vnius propositionis, intellectus causat in se notitiam alterius, sicut ignis mediante calore causat calorem in aliquo alio subiecto, & propter hoc dicitur primo posse. quod præmissæ sunt efficiens causa conclusionis, quia notitia præmissarum est principium efficiens, quod notitiæ conclusionum. Dicitur igitur quod aliqua propositio est primum principium, quia ante ipsam non est alia, & quia ex eius notitia causetur notitia cuiuslibet alterius, & ipsa non causetur ab aliqua notitia priori complexa: ita quod negatio & relatio sunt de ratione primi principij. Sciendum tertio quod de ratione huius primæ propositionis sunt tria, vt dicit Philosophus tex. comment. octauo. Primum est quod non contingit circa eam errare. Quod probat Philosophus. Circa id quod est notissimè non contingit errare, quia error non est nisi ex ignorantia. Sed primum principium est notissimum, quia eius notitia est causa cuiuslibet alterius notitiæ complexæ. Primè autem in vnoquoque genere est maximè tale: ergo &c. Secundum est quod primum principium non est ex suppositione, id est quod eius veritas non est conditionata, sed absoluta, quia verum est etiamsi nulla alia propositio sit vera. Tertium est quod cognoscatur non per demonstrationem, quod patet. Tum quia prima principia sunt naturaliter cognita. Tum quia omnis notitia habita per demonstrationem supponit aliquam notitiam complexam priorem. Tum quia nulla propositio immediata est demonstrabilis: primum autem principium est immediatum: quia ipso nõ est alia propositio prior. Ex his responderetur ad quæsitum duabus conclusionibus: quarum prima hæc est. Metaphysici est considerare prima principia: hanc probat Comm. commentariorum octauo, dupliciter, primo, Metaphysici est considerare maximè vera. Sed prima principia sunt maximè vera: ergo &c. Secundò eiusdem est considerare prima principia, cuius est considerare omnia entia. Sed metaphysicus est huiusmodi, ergo &c. Maior patet. minor probatur, quia de nullo ente potest fieri demonstratio nisi per prima principia. Et licet alia scientiæ vntur primis principijs, non tamen vntur eis in sua vniuersalitate, sed tantum cōtractè. Geometer enim non dicit simpliciter qd impossibile sit idem simul esse & non esse, sed quod impossibile est lineam esse symmetram alteri & non symmetram, & Arithmeticus quod impossibile est eundem numerum esse parem & non parem. Secunda conclusio. Hæc propositio, Impossibile est idem simul esse & non esse est primum principium simpliciter, & probatur primo: rex. comment. 9. in principio. vbi sic dicit Philosophus. Idem enim simul esse & non esse eadem & secundum idem, impossibile. Dixerat autem commentariorum octauo, se determinatum quod esset primum principium simpliciter, quia de hoc inquirat, vt patet per tres quæstiones suprapositas. Nullum autem aliud posuit, nisi istud. Secundo. quia Commentator comment. 9. dicit quod hoc principium est primum & manifestius omni propositione: & quod nullus decipitur in eo, & quod nulla demonstratio, nisi concedendo istam propositionem. Tertio probatur ratione, id est primo simpliciter à quo non conuertitur subsistendi consequentia, sed istud est huiusmodi, ergo &c. probatur minor: quia si aliqua propositio est vera, oportet hoc esse verum, sed non econtra: ergo. Secunda pars antecedentis patet: prima probatur, quia si aliqua propositio esset cuius veritas non dependeret ab hoc principio, maximè esset ista, ens est ens, quia ipsa componitur ex primis terminis, & est affirmatiua, & in ea idem prædicatur de seipso, sed primum principium potest esse verum dato quod ista non sit vera. Quod probatur, si per impossibile nihil esset in rerum natura nec posset esse, adhuc ista propositio est vera. Impossibile est simul idem esse & non esse, & tamen ista est falsa, ens est ens siue existens est existens, ergo &c.

Ad argumenta responderetur. Ad primum dicitur quod aliqui propter illam rationem concesserunt, quod prima principia non continent virtualiter omnem veritatem, quia primum principium componitur ex terminis communibus, & idem continet virtualiter solum notitiam passionum communium. Mihi tamen videtur aliter dicendum, Nam primum principium continet virtualiter omnem notitiam quam continent eius termini. Constructui autem ex terminis communissimis, scilicet ex ente. Ens autem continet virtualiter notitiam cuiuslibet proprietatis suæ & suorum inferiorum, quia si quis perfectissimè cognoscit naturam entis, sicut eam cognoscit solus Deus: cognoscit etiam omnes gradus & perfectiones omnium entium tã eorum

eorum quæ sunt: quia in eorum quæ possunt esse. Quod autem intellectus noster ex notitia primi principij, non possit naturaliter acquirere quamlibet notitiam, idem est, quia non perfecte cognoscit naturam entis significatam per terminos ex quibus componitur primum principium. Ad secundum dicitur primo, quod licet omnem negatiuam falsam, præcedat aliqua affirmatiua vera: & omnem hypoteticam præcedat cathogorica, & omnem modalem præcedat aliqua de inesse, tamen propositio negatiuam veram, necessariam & eminentissimam veritate, & similiter modalem & hypotheticam huius, non oportet qd aliqua affirmatiua vel de inesse vel cathogorica præcedat. Sed hæc responsio videbitur falsa, quia vt habetur primo Perihermenias affirmatio & negatio sunt differentie essentielles enuntiationis, quarum affirmatio est per se prior negatione. Et ideo aliter dicitur qd hæc propositio, potest dupliciter considerari. Vno modo vt est vera, & sic nulla causa præcedit in veritate. Alio modo vt est negatiua, & sic habet aliam priorẽ. Sed nec iste modus loquendi est conueniens, quia sequitur quod ipsa non est prior simpliciter. Nam illa quæ est affirmatiua & vera simul erit ea prior, & idem datur 3. Respondeo, quod hæc propositio est affirmatiua: æquipollet enim isti, Necessè est idem similiter esse & non esse. Ad tertium patet ex dictis in quæstione: & præter hoc dicitur qd ista, Ens est ens: non continetur formaliter in illo principio, & dato adhuc quod contineretur & esset prior in genere causæ materialis, id est tanquam pars eius: non tamẽ est prior simpliciter: quia illud est prius effectiue & formaliter. Ad quartum negatur minor: quia illa inductio non est propriè probatio: quia intellectus magis adhæret huic principio, quàm propositionibus ex quibus deducitur: sed tantum est quædam illatio, à posteriori: quod patet. Omnis enim vniuersalis in materia necessaria, est per prius vera quàm eius singularis, sicut quod omnis homo est animal quàm quod Sor. sit animal. Esse autem & non esse conueniunt cuiilibet necessario sub disunctione, & ideo illa est per prius vera. Impossibile est idem ens esse & non esse, quàm illa, impossibile est quod primum principium nõ sit resolutibile in aliquam priorem propositionem, à qua dependeat veritas & euidencia ipsius. Et præterea dicitur quod in ea ponuntur termini irrefolubiles, licet ponatur etiam aliquis resolutibilis. Nam æquipollet isti, Impossibile est idem esse simul ens & non ens, nec ly idem, est propriè subiectum, sed est determinatio subiecti.

Ad secundum

Refellitur responsio

Solutio alia

Repulsio solutionis

Solutio propria

Ad tertium

Ad quartum

Ad quintum

Quarta ratio

Not. primum. Aliquid requiritur ad aliquod effectum esse impediter.

Not. secundum

Notitia intellectus dupliciter

Not. tertium

Not. quartum

Quinto

Not.

Prima conclusio

Impugnatur prima conclusio tripliciter.

QUÆSTIO XXXII.

Vtrum ad cognoscendum euidenter primum principium complexum sit necesse per sensum apprehendere extrema.

Primario

Secundario

Tertio ratio

QVÆRITVR 32. Vtrum ad habendam euidentem notitiam primi principij complexi necesse sit per sensum apprehendi extrema ipsius. Et arguitur qd non. Primò. Si euidencia primi principij requiritur necessariò aliquam notitiam in sensu, sequitur qd dependet ab aliqua causa extrinseca, sed hoc est falsum, ergo. Consequentia patet, quia notitia sensitiua est extranea ab intellectu. Falsitas consequentis probatur, quia Philosophus sexto ethic. dicit qd in hoc distinguitur euidencia principij, ab euidencia conclusionis, quia euidencia conclusionis habet causam extrinsecã. Euidencia verò principij habet tantum causam intrinsecã. Et confirmatur, quia Lyconienis dicit primo posteriorum qd propositio per se nota non habet causam extraneã, sed bene intraneã: primè autem principium est propositio per se nota, ergo &c. Secundò. Posita causa totali & sufficiens & necessaria alicuius effectus, ponitur effectus omni alio circumscripto. Sed causa totalis & sufficiens & necessaria veritas primi principij, est cõpositio terminorum in intellectu vel apprehensio eorum, ergo posita tali compositione & apprehensione habet intellectus notitiam principij circumscripã omni alia notitia. Tertio. Siistente apprehensione terminorum primi principij & eorum compositione, intellectus non cognoscit immediatè euidentem veritatẽ ipsius, sequitur quod erunt in intellectu duæ notitiæ virtualiter repugnantes. Sed hoc est impossibile, quia sicut cum albedine non potest stare id quod repugnat albedini, ita nec id quod est causa eius quod repugnat albedini. Cõsequentia probatur. Aut enim posita notitia istorum terminorum, totum, & pars, & eorum compositione habetur notitia, quod hoc

complexum est verum. Omne totum est maius sua parte, aut non. Si sic habetur principale propositum. Si non, ergo cum illa apprehensione totius & partis, potest stare opinio qd totum non sit maius sua parte. Sed huic opinioni virtualiter repugnat illa notitia terminorum, quia ipsa est causa necessaria notitiæ euidetis, quæ opponitur opinioni: ergo &c. Quarto, notitia certissima non dependet ab ea quæ est minus certa. Sed notitia intellectiua præfertim primi principij, est certior sensitiua: ergo ab ea non dependet. Probatur maior: primo sic. Intellectio causetur tantum ab intellectu & à specie: siue ab obiecto prout relucet in ipsa specie intelligibili. Sed notitia sensitiua nõ est intellectus nec species: ergo &c. Secundo, 8. phis. tex. & comm. 32. ponitur duplex potetia, scilicet essentialis & accidentalis, & assignatur talis differentia inter eas, quia quod est in potentia essentiali indiget motore vt reducat in actum, quod verò est tantum in potentia accidentali nõ indiget motore, sed seipso exit in actum, sicut etiam expresse dicitur 3. de anima. tex. & comm. 8. Sed intellectus habens speciem obiecti & in potentia accidentali & non essentiali: vt ibidem dicitur: ergo non indiget aliquo extrinseco ad hoc quod intelligat.

Respondeo, & præmitto aliqua quæ faciunt ad notitiam præsentis quæstionis. Primum est quod aliquid esse necessario requiritur ad aliquem effectum, potest esse tribus modis. Primò, quia habet per se causalitatem super ipsum, verè & propriè attingendo effectum productum: & sic calor productus in ligno ab igne requirit necessario calorem in igne. Secundò, quia licet nihil faciat ad esse effectus, est tamen causa sine qua agens non posset agere & sic approximatario requiritur necessario in omni agente naturali, quia agens naturale non potest agere in passum, nisi sit ei approximatario, & tamen approximatario cum sit relatio non est forma actiua. Tertio, quia vnus ad alterum est necessaria cõnexio & sic subiectum non potest esse sine propria passione. Præmitto secundò, qd duplex est notitia in intellectu: vna dicitur species intelligibilis causata à phantasmate & representatiua quidditatis obiecti, & hæc est prima notitia, qd habet intellectus, & ante huius notitiam intellectus est in potetia essentiali, vt dicitur 8. phis. tex. comm. 32. Alia est notitia sequens huius speciem, representatam obiectum in se abstractiuè per separationem ab omni alio. Præmitto tertio qd intellectus ex potentia essentiali factus in actu, potest causare in se non solum actualem intellectioem, sed etiam habitualem, id est, aliquas species. Nã intellectus habens speciem hominis & speciem risibilitatis, potest intelligere hominem esse risibilem. Hæc autè intellectioem non elicit per speciem hominis, quia ipsa nõ repræsenter risibilitatẽ nec per speciem risibilitatis, quia ipsa nõ repræsenter hominis quidditatem, ergo per speciem repræsenterantem totã complexionem: huiusmodi autem speciem nullum phantasma potest causare, quia nullum phantasma repræsenter illa duo, ergo solum intellectus eam in se producit. Cõfirmatur, quia imaginatiua causet in se nouam speciem, puta, motus autè, ergo multò magis hoc potest intellectus, huiusmodi autè species semper format in se intellectus dum componit eos terminos simplices, quos nõquam antè composuerat. Præmitto quarto quod in hac quæstione est fermo tantum de anima vnita materiæ, & non de anima post sui separationem. Præmitto quintò qd notitia sensitiua est duplex, scilicet interior & exterior. De exteriori non est quæstio ad præsens, sed de interiori, cuius est notitia quæ habet phantasia aut virtus cogitatiua, quæ duæ immediate deseruiunt intellectui. Quibus præmissis hæc est prima conclusio. Notitia primi principij siue accipiatur pro actuali in intellectu, siue pro specie representante ipsam cõplexionem, non dependet tanquam à causa aliquid faciente ad esse huius notitiæ ab aliqua notitia sensitiua. Probatur conclusio, quia omnis actio immanens est subiectiue in quolibet eius principio elicitiuo, cum tales operationes non recipiantur in passum: sed nulla intellectio est subiectiue in aliqua notitia sensitiua: ergo nulla notitia sensitiua est elicitua intellectioem. Cõtra hanc conclusionem arguitur primo. Id à quo aliud dependet essentialiter, habet aliquã causalitatem super ipsum. Sed intellectio dependet essentialiter à notitia sensitiua: ergo &c. maior patet. Minor probatur, formare propositiones & discernere ex vno in aliud, sunt in tempore, quia habent successione, ergo dependet essentialiter ab aliquo existente in tempore. Sed istud existens in tempore, non est substantia animæ intellectiua, cum ipsa sit æterna: & tempori non subiaccat, nec est simplex apprehensio intellectus, quia ipsa sit in instanti, ergo est notitia sensitiua. Secundo. Vbi in aliqua actione concurrunt agens vniuersale & particulare, non potest agens vniuersale exire in actum, nisi etiã agens particulare actu operetur.

Sed intellectus est agens vniuersale, & noticia sensitiua est agens particulare: ergo &c. Tertio. Si noticia sensitiua non agit ad intellectum, sequitur quod laeso organo phantasia possit intellectus habens terminos simplices formare primum principium: quia posita sufficienti causa possibile est poni effectum, sed laeso organo phantasia non potest intellectus formare aliquam propositionem, vt experientia docet: ergo &c. Ad primum negatur minor. Ad probationem conceditur antecedens. Nam sicut simplex apprehensio quiddam fit subito, tamen compositio & discursus sunt in tempore, sed negatur consequentia. Sufficit enim quod hae operationes, quae sic in tempore sunt: praesupponant fuisse in anima alias operationes successiuas, sine quibus istae nunquam fuissent. Huiusmodi autem sunt actus phantasiae & cogitativae virtutis, circa aliquid sensibile singulare, ita quod istae intellectiones non essent, nisi illae fuissent. Sed ex hoc non sequitur, quod istae ab aliis essentialiter dependant, sed tantum quod vna aliam praesupponit necessario. Qualiter autem verum sit operationes intellectus esse subito aut in tempore, patebit 9. huius, in illa q. 21. quae incipit, potentiae rationales. Ad secundum negatur minor. Nam intellectus est agens vniuersale respectu intellectationis, quia omnem intellectationem efficit, agens vero particulare est species intelligibilis qua elicit intellectationem. Nam ideò species non est agens vniuersale, sed particulare, quia nulla species est elicitiva omnium intellectationum. Ad tertium negatur consequentia, quod enim laeso organo phantasiae, non possit intellectus formare propositiones: non est ex hoc quod noticia sensitiua concurrat, vt principium, sed quia necessario coexistit, sicut etiam agens naturale sufficiens, non habet suam actionem nisi sit approximatam passio. Secunda conclusio. Necessè est dum intellectus format primum principium, aliquam notitiam esse actu in imaginatione vel in virtute cogitativa, ita quod huius notitia sensitiua est causa sine qua non. Probat. Primo arguens Philosophus 3. de anima. text. Commento 20. sic dicit. Intellectus passibilis est corruptibilis & sine hoc nihil intelligit anima, vbi per intellectum passibilem siue passivum exponit Commentator & communiter alij vim cogitativam, à qua secundum errorem Averrois habet homo quod sit formaliter homo: ergo sine cogitativa nihil actu intelligit anima. Secundo, quia textus Commento 29. sic dicit de lectatio & contristatio sunt actio mediante sensibili. Vbi exponens Commentator dicit: quod contristatio & delectatio, sunt actio animae mediante virtute sensibili. Sed delectatio non potest esse in voluntate, nisi intellectus actu apprehendat bonum: ergo talis apprehensio non potest esse nisi mediante virtute sensibili. Tertio, quia in text. commentu trigesimo, dicit Philosophus quod sine phantasmate nequaquam intelligit anima. Et idem replicat text. commentu 31. in fine. Quarto, quia Commentator 3. de anima, Comment. 30. dicit quod intellecta vniuersalia, colligata sunt cum imaginibus & corrupta per corruptionem earum. Et multa alia inveniuntur saepe apud praedictos Philosophos: à quibus clare habetur quod nulla actualis notitia potest esse in intellectu nisi actu phantasia phantastice, aut vis cogitativa actu cogitet. Quod quidem potest esse dupliciter. Vno modo in acquisitione speciei intelligibilis: oportet enim quod tunc phantasia sit in actu. Alio modo dum intellectus vtitur specie ad eliciendum intellectationem, quia intellectus specie vti non potest, nisi moueat phantasia aut cogitativam ad speculandum & cogitandum de aliquo indiuiduo sensibili & materiali.

Disiunctio obiectorum.

Nota.

Conclusio secunda.

Nota.

Ad primum.

Ad secundum.

Ad tertium.

in intellectu noticia terminorum potest intellectus formare propositionem, sed hoc non potest, nisi aliqua virtus sensitiua sit in actu. Et si nulla talis sit in actu, intellectus nulla specie poterit vti. Existente autem virtute sensitiua in actu, si intellectus format primum principium, habebit evidentem eius notitiam & non habebit opinionem. Dico secundo quod non est impossibile id quod alteri virtualiter repugnat, esse simul cum eo. Forma enim aequè virtualiter repugnat calori, quia habet virtutem producendi frigiditatem, & tamen potest simul stare cum calore: vt patet in aqua calida. Ad quartum dicitur quod non est ad propositum, quia non dico quod actualis notitia intellectiua dependeat à sensitiua, licet eam requirat. Vtrum vero sensitiua sit certior intellectiua vel e contra, est alterius speculationis.

Ad quartum.

QUESTIO XXXII.

Vtrum prima principia sint nobis naturaliter nota.

VERITVR trigesimo tertio, vtrum prima principia sint nobis naturaliter nota, & videtur quod non. Primo. Illud quod conuenit alicui naturaliter, inest ei per se. Sed noticia primorum principiorum non inest intellectui per se: ergo nec naturaliter. Maior patet, quia id quod per accidens conuenit alicui, non conuenit ei nisi per causam extrinsecam, & per consequens non conuenit ei ex natura sua, cum natura sit principium intrinsecum. Minor probatur. Quicquid conuenit per se animae humanae, conuenit cuilibet animae, quia conuenit inquantum talis. Sed noticia primorum principiorum non inest cuilibet animae, vt patet in pueris, qui nondum habent vsum rationis: ergo &c. Secundo. Quicquid cognoscitur à nobis, aut est cognitum per inuentionem aut per doctrinam: ergo noticia primorum principiorum est per inuentionem, aut per doctrinam: & per consequens non inest naturaliter. Vtraque consequentia patet. Antecedens est Philo. 2. lib. Elenchorum, capi. 11. Tertio. Si huius notitia inestet nobis naturaliter: aut esset nobis in actu, aut in potentia, sed non in actu: quia intellectus à principio sui nullam actu notitiam habet. Nec sufficit dicere quod in potentia, quia etiam noticia conclusionum inest intellectui potentialiter, & sic non diceretur ali- quod principium primis principiis.

Prima ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Notandum. Naturale aliquid alicui esse est id plurius.

Conclusio prima.

Nota.

Respondeo. Et primo dicitur ad quaesitum. Secundo declarabitur quomodo prima cognoscantur. Quantum ad primum, praemitto quod dupliciter potest dici aliquid esse naturale alteri. Vno modo: quia vel pertinet intrinsecè ad naturam eius, vt quia inseparabiliter, & per se concomitatur eius naturam, & secundum istum modum diceretur quod anima intellectiua, & eius potentiae conueniunt homini naturaliter, & quod grauitas naturaliter conuenit corpori graui, quia nulla mensura assignari potest in qua corpore graue sit, & non habeat grauitatem. Alio modo dicitur aliquid naturale alteri, non quia semper & inseparabiliter inest ei, sed quia habet in se sufficiens principium ad hoc quod ei inest, nec ad hoc indiget motore extrinsecò, & hoc modo diceretur quod motus deorsum, est naturalis corpori graui: non quod semper actu moueatur (nam aliquando quiescit deorsum, & aliquando violenter detinetur sursum) sed quod habet in se sufficiens naturale principium talis motus, scilicet grauitatem & secundum hoc responderetur ad quaesitum, duabus conclusionibus. quarum prima haec est. Notitia primorum principiorum non inest nobis naturaliter primo modo: haec conclusio primo probatur ratione primo facta arguendo superius. Secundo ad idem sic arguitur. In quocunque est sufficiens causa alicuius effectus, & agens de necessitate naturae, ibi necessario actu est talis effectus. Sed si noticia primorum principiorum inestet homini naturaliter, inestet & sufficiens causa & agens necessarium respectu notitiae conclusionum: ergo noticia conclusionum inestet nobis naturaliter: & sic redibit opinio Platonis & vnum erit addiscere, quae omnia sunt falsa. Maior huius rationis nota est ex terminis. Nam quod aliquis effectus actu non sit, contingit solù propter duo scilicet, vel quia eius causa non est semper actu agens, sed in eius potestate est agere & non agere: vel quia si semper actu agit, non tamen est sufficiens ad hunc effectum. Minor probatur. Nam noticia conclusionis est effectiue ab intellectu agente & à phantasmate à noticia principiorum, ita quod nulla istarum causarum praecise accepta, est sufficiens ad causandum notitiam conclusionis, sed ex omnibus his intelligitur vna sufficiens causa, nec apparet quid aliud requiratur. Quod verò agant de necessitate naturae, satis patet,

Canillatio.

Impugnatio canillationis.

conclusio secunda.

Formatur ratio pro conclusione.

Quomodo prima principia cognoscuntur.

Non est idem formale principium quo intellectus agit, sicut principium quo concluditur. Impugnatio.

patet: & declaratum fuit 3. de Anima. Dicitur forte quod noticia primorum principiorum non est particularis, sed tantum vniuersalis causa notitiae conclusionum. Et ideò licet noticia principiorum inest nobis naturaliter: quia tamen noticia praemissarum, quae sunt proxima causa huius conclusionis, non inest nobis naturaliter: ideò non sequitur, si noticia primorum principiorum inest nobis naturaliter, quod habeamus naturaliter sufficientem causam notitiae conclusionum, & hoc ideò: quia à causa vniuersali non procedit effectus particularis, nisi mediante causa particulari. Sed contra. Constat quod est deuenire ad aliquam conclusionem, quae immediatè concluditur ex primis principiis, alioquin inter prima principia & aliquam conclusionem agnaram essent infinitae causae mediae: ergo saltem noticia conclusionis, quae sic immediatè sequitur ex principiis inest nobis naturaliter. Et cum noticia huius conclusionis sit immediata causa alterius, sequitur quod etiam illa erit naturaliter nota. Et sic successiue de omnibus concludetur. Tertio. Ad idem est tex. Philosophi dicens. 3. de anima. Com. 5. & 6. quod intellectus à principio sui nullum habet habitum, nec est aliquo modo in actu primo, siue secundo. Esset autem in actu primo, si habet naturaliter notitiam primorum principiorum, cum talis notitia sit quidam habitus. Secunda conclusio. Notitia primorum principiorum est homini naturalis secundo modo. Haec enim est differentia inter conclusiones & principia: quod postquam intellectus formauit in se aliquod primum principium, naturale lumen intellectus agentis sufficit ad hoc quod intellectus passibilis huius principio assentiat: nec ad hoc indiget aliqua alia propositione. Quod ideò est: quia huius principia ex seipsis sunt euidentia intellectui, id est, quia veritas ipsorum ex tali lumine naturali apparet intellectui. Ad hoc autem quod intellectus assentiat alicui conclusioni, non sufficit naturale lumen intellectus, sed praeter hoc requiritur aliquid extrinsecum: & hoc est noticia principiorum, quae facit conclusionem apparere intellectui esse veram: huius autem notitia principiorum non est homini naturalis: vt patet per primam conclusionem. Vnde sic arguitur formaliter. Ad hoc quod intellectus assentiat primis principiis, sufficit naturale lumen intellectus, ergo talis assensus est naturalis. Tenet consequentia: quia principium huius assensus naturale est, sicut etiam grauitas quae est graui naturalis, sufficit ad hoc quod graue moueatur deorsum, ideò ex hoc concluditur quod motus deorsum est corpori graui naturalis. Secundo stante apprehensione principiorum non potest intellectus eis dissentire, sed necessario eis assentit, cum eorum veritas ex se sit euidentis: ergo huius assensus est naturalis. Et sic patet primum.

Quantum ad secundum constat quod noticia principiorum habetur originaliter ex sensu. Nam sensibilia primo mouent sensum particularem & exinde phantasia, phantasia verò mouet intellectum causando in eo speciem intelligibilem, sicut in tertio de anima, diffusè declaratum. Intellectus itaque habens in se speciem subiecti & speciem praedicati: puta speciem totius & speciem partis, format hanc propositionem. Omne totum est maius sua parte. Et quia haec propositio est principium: quo cognoscuntur conclusiones ex eo deductae: ideò à quibusdam dubitatur, vtrum idem sit formale principium quo intellectus adhæret huic principio, & conclusioni. Ad quod quidam respondet, quod sic, quia eadem est euidentia principij & conclusionis. Nam conclusio participat euidentiam principij: & ideò per eandem euidentiam vtrique adhæret, licet haec euidentia per prius conueniat principio, quam conclusioni. Sed hic modus dicendi aperte falsus est. Nam euidentia nihil aliud est, quam apparentia. Apparentia autem est relatio: cum dicatur ad aliud: nam omne apprensus est alteri apprensus. Cum igitur relationes plurifuerint, plurificatis fundamentis & plurificatis subiectis, oportet quod alia sit apparentia qua principium est apprensus intellectui, ab ea qua conclusio est apprensus: sicut si lumen & color causant sui similitudines in oculo, alia est apparentia & praesentia luminis à praesentia coloris. Et tamen color non est praesens nisi propter lumen, quia nunquam causeret sui similitudinem nisi lumen illuminans, diaphanum esset praesens oculo. Ita in proposito conclusio non esset apprensus intellectui nisi principium esset apprensus: & tamen aliud est apparentia huius ab apparentia illius. Primo. Id quo intellectus assentit conclusioni vel principio est forma intellectus, sed apparentia qua principium & conclusio apparent intellectui, non sunt in intellectu, sed in ipsa conclusione & in ipso principio, quia relatio ibi est, vbi est suum fundamentum: ergo &c. Primo. Relatio non est principium operationis vt patet ex quimto Phys. textu commentariorū decimo: ergo apparentia siue euidentia

non est principium formale quo intellectus assentit. Et ideò dicendum est quod species intelligibilis est qua intellectus operatur, cum per eam formaliter sit in actu. Et quia alia est species representans principium: & alia est species representans conclusionem, oportet vt id quo formaliter assentit principio sit distinctum ab eo quo assentit conclusioni.

Ad primum.

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad primum. In oppositum responsum est. Nam illa ratio concludit pro prima conclusione. Ad secundum negatur antecedens. Nec autoritas philosophi vniuersaliter intelligenda est, sed ad bonum sensum, quod omnis propositio dubia & postea scita à nobis, cognoscitur vel per inuentionem, vel per doctrinam. Constat autem quod prima principia non sunt conclusiones dubiae, imò certissimae. Ad tertium dicitur quod noticia principiorum eo modo quo naturalis est, potest dici esse nobis in actu, quia scilicet sufficiens causa talis notitiae inest nobis naturaliter. Vel aliter dici potest, quod est naturalis nobis in potentia, aliter tamen quam noticia conclusionum, quia noticia principiorum est naturalis potentia proxima, & noticia conclusionum potentia remota, cum non possit reduci in actum, nisi per aliam notitiam priorem, quae est ipsa notitia principiorum.

PAULI SONCINATIS SVPER QVINTVM METAPHYSICAE ARISTOTELIS LIBRVM ACUTISSIMAE QUESTIONIS.

Principium dicitur aliud quidem &c.

Tex. com. 2.

In hoc loco ponit Philosophus multipliciter significationem terminorum, quos considerat, & hoc conuenienter, vt inquit Comment. com. 1. quia in aliis scientiis dum soluitur aliqua quaestio: simul etiam distinguuntur termini eius si sint distinguendi. Metaphysicus autem de omnibus considerat, & sicut eius subiectum dicitur multipliciter, vt dictum fuit in principio quarti, ita etiam ea quae consequuntur eas. In omnibus autem analogis reliqua analogata & adducuntur ad vnum primum, sicut omnia sana ad sanitatem. Ideo debuit in hac scientia fieri specialis tractatus de distinctione horum analogorum, & reducere omnia ad vnum. Primo autem distinguit de his quae pertinent ad causas. Secundo de his quae pertinent ad subiectum & partes eius, ibi (vnum.) Tertio de his quae pertinent ad passiones partium subiecti ibi (perfectum.) Quantum ad primum quaeritur.

QUESTIO I.

Vtrum principium & causa distinguantur secundum suas rationes formales.



VERITVR primò, vtrum principium & causa distinguantur secundum suas rationes formales. Et videtur quod non. Primo. Quicquid est de ratione principij, est etiam de ratione cause: ergo non distinguuntur formaliter. Consequenter patet. Antecedens probatur. De ratione principij est ordo & prioritas ad principium. Sed nihil plus clauditur in ratione cause nisi ordo & prioritas ad effectum, quia non apparet quid sit illud: ergo &c. Secundo. Si distinguantur, hoc non est nisi quia vnum est superius ad aliud, scilicet principium ad causam. Sed hoc est falsum: ergo &c. quia omne principium est effectus: ergo omne principium est causa. Consequenter patet. Antecedens probatur. Omne principium est factum à principio, ergo est effectus ergo. Tertio. Principium & causa sunt idem conuertibiliter: ergo principium non est communius quam causa. Consequenter patet. Antecedens habetur à Philo. 4. huius tex. Com. 3. qui dicit: quod ita ens & vnum sunt idem conuertibiliter sicut principium & causa.

Primatio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Qua sit prima ratio.

Respondeo. Primò declarabitur quae sit ratio principij, postea dicitur ad quaesitum. Quantum ad primum dicitur quod aliquid clauditur in formali ratione principij, & aliquid eam antecedit & eam consequitur. Principium enim est relatiuum secundum dici, & per consequens significat rem absolutam sub respectu: respectus autem completens formalem rationem principij, est relatio ordinis ad id cuius est principium ita quod. Praeter illam

illam rem absolutam, nihil aliud dicit formaliter: nisi ordinem. Sed quia ordo præsupponit distinctionem eorum quæ ordinata sunt, cum nulla res ab seipsum ordinetur: ideo distinctio principij ab eo cuius est principium præsupponitur formali rationi principij, licet hoc nomen principium non significet ipsam distinctionem. Ad rationem vero principij consequitur relatio prioritatis ad id cuius est principium, nec huius relatio consequitur ipsam absolute, sed solum indeterminata natura: nec includitur in formalisatione principij: quod sic probatur. Possibile est intelligere aliquid esse principium alterius: non intellecta relatione prioris & posterioris: ergo huius relatio non est de formali ratione principij. Patet consequentia: quia nulla res potest intelligi absque his quæ sunt de formali ratione ipsius. Antecedens probatur. Possibile est intelligere quod a, sit principium b, communicans ei eandem numero entitatem quam habet: & distinctam ab eo solum per relationem producentis & producti. Sed isto posito, a, non esset prius b, ergo possibile est quod a, intelligatur esse principium b, licet non intelligatur esse prius b. Maior probatur. Nam licet iste casus non sit possibilis naturaliter: possibile tamen est quod apprehendatur sic esse, Nam in nutritione forma nutriti communicatur nutrimento eodem numero: & sicut hoc ita est de factis: ita possibile est quod apprehendatur materiam nutriti eandem numero communicari nutrimento: & quod nutrimentum remaneat distinctum a nutrimento. Et similiter potest apprehendi: quod sicut ignis generans communicat eandem naturam specificam genito: ita etiam quod communicet eandem numero: & sic apprehendatur esse principium eius: & non esse distinctum ab eo per entitatem absolutam, nec esse prius eo. Minor probatur. Si a, est prius b, aut est prius quo ad absolutum, aut quo ad relationem. Sed non est prius quo ad absolutum, nec quo ad relationem: ergo nullo modo. Maior patet, quia ponitur quod in a, nihil sit nisi substantia absoluta & relatio. Minor probatur. Et primo quod non quo ad absolutum, quia nulla res est prior seipsa. Sed omne absolutum quod est in a, est in b, ergo nullum absolutum a, est prius absoluto b. Quod etiam non sit prius quo ad relationem, probatur, relatiua sunt simul natura & intellectu, ergo vnum non est prius altero. Et sic patet quod relatio prioritatis non est de formali ratione principij, consequitur tamen ipsam in aliqua determinata natura scilicet in ea in qua principium & id quod est à principio, distinguuntur secundum substantiam suam. Sed contra hanc determinationem arguitur, quod cum similitate naturæ inter duas rationes scilicet relatio prioris & posterioris. Primum sic, prius in quantum prius, est prius posteriori. Sed prius in quantum prius, dicitur relatiue ad posterius: ergo aliquid relatiuum in quantum huius est prius suo correlatiuo: maior & minor patet ex se. Secundum. Causa in quantum causa, est prior effectui, at ly, in quantum, reduplicat relationem causæ ad effectum, quia causa ut causa dicitur relatiue: ergo relatiuum in quantum huius, potest esse prius correlatiua. Ad primum dicitur quod prius & posterioris possunt accipi & pro relationibus & pro fundamentis relationum. Si accipiantur pro relationibus prioritatis, & posterioris, negatur maior. Si pro fundamentis, negatur minor, quia fundamentum prioritatis non est formaliter ipsa prioritas, nec est relatiuum nisi ut stat sub prioritate, & ut sic, non est prius posteriore ut sit sub relatione posterioritatis, quia in vno non potest esse prioritas, nisi simul in altero sit posterioritas. Ad secundum negatur minor, & dicitur quod ly, in quantum reduplicat absolutum causæ, & actionum qua producit effectum. Ad probationem dicitur, quod accipiendo causam pro eo pro quo supponit iste terminus eam, & non pro omni eo quod significat, non dicit relationem, sed rem absolutam. Potest tamen aliter dici quod maior est falsa. Nam licet id quod est causa sit prius effectui, tamen causa in quantum in quantum causa, non est prior effectui. Patet igitur quod formalis ratio principij dicit ordinem, & ideo vbiunque ser dicitur.

natur virtus motiva ad alias partes, quia cor semper mouetur. Et similiter in corde radicanur omnes sensus, licet per ficiantur in cerebro. Prius autem est id à quo res habet esse radicaliter, quam id à quo habet esse tantum perfectiue. Est etiam ordo in disciplinis, & sic præmissæ dicuntur principia conclusionis. Est etiam ordo in pollicitis & sic princeps dicitur principium ciuitatis, & multi alij sunt modi quibus vna res est principium alterius, sed omnes reducuntur ad vnum primum principium, quod est prima causa efficiens & finalis omnium. His declaratis, responderetur ad quæstionem hac vnica conclusione. Causa & principium distinguuntur formaliter. Probatur. Ea distinguuntur formaliter, quorum vnum addit aliquid super rationem alterius. Sed causa addit super rationem principij, ergo. Maior patet. Minor probatur. Nam ordo ad effectum, est de ratione causæ, sed præter hoc etiam relatio prioritatis est de ratione ipsius. Quod probatur. Omne principium alterius distincti à se secundum substantiam est prius eo. Sed omnis causa est principium alterius cum nihil sit causa sui, & est distincta ab effectui secundum substantiam. Tum quia causa est ad cuius effectum sequitur aliud. Tum quia substantia cuiuslibet effectus est dependens à causa: ergo non est substantia ipsius causæ, cum nulla res dependeat à seipsa: ergo omnis causa est prior effectui. Secundo. Punctus est principium lineæ, sed non est causa lineæ: ergo aliquid est principium quod non est causa. Maior patet. Minor probatur. Si punctus esset causa lineæ, maximè diceretur causa materialis eius tanquam pars. Sed hoc est falsum, quia ut demonstratur 6. Physico. tex. Comment. 6. nullum continuum componitur ex diuisibilibus. Similiter manet est principium dici & non causa & terminus à quo motus est principium motus, non tamen est eius causa. Secundo, probatur autoritate Com. 5. Meta. Comment. 4. causa est minor principio, principium autem est quasi vniuersalis causa.

Ad argumenta responderetur. Ad primum dicitur negando maiorem, quia ut probatum fuit, relatio prioris est de ratione causæ, & præter hoc etiam est de ratione ipsius influxus ad effectum, quia omnis causa aliquid influit effectui in suo genere causalitatis. Ad secundum negatur minor. Ad probationem negatur consequentia: quia effectus est adæquatum correlatiuum causæ, principium autem non est adæquatum correlatiuum principij, sed tale correlatiuum, est hoc quod dico, ens à principio. Nullum autem tale dicitur principium nisi sit aliquo modo distinctum in secundum substantiam à suo principio. Ad tertium negatur antecedens. Ad probationem dicitur, primò quod Philosophus illud posuit gratia exempli. Exempla autem ponimus nunc quod semper ita sit. Dicitur secundò, quod Philosophus accipit principium, non in sua vniuersalitate, sed contra: prout principium dicitur relatiue solum ad principium. Nam sicut omne principium est effectus: ita quicquid est principium tantum principiati est causa.

Relatio prioris non est de formali ratione principij.

Probatur quod in habentibus similitudinem non sit substantiam suam.

Instantia.

Primum.

Secundum.

Ordo natura in triplici formalis ratio principij dicit ordinem, & ideo vbiunque ser dicitur.

Conclusio responsiva.

Addi cõ su pra ordinatam relatio nem prioris ad posse.

Ad rationem primam.

Ad secundam.

Ad tertiam.

Tex. com. 2.

Intentio Philo.

cap. 2. d. 24 & 25.

Primario.

Secunda ratio.

Sed intentio finis includitur in ratione factiua cuiuslibet agentis, quia de ratione est agere propter finem, ergo intentio finis non est effectus ipsius agentis. Tertio. Sequitur quod causa finalis non est prima causa. Sed hoc est falsum, cum sit causa causarum, ut dicitur 2. phys. tex. com. 31. Consequetia probatur. Illa causa cuius causalitas præsupponit aliquid effectum iam productum, non est prima causa. Sed ostensio boni facta intellectui causato, præsupponit intellectum iam esse productum ab alio effectiue, ergo ista metaphorica motio boni siue finis præsupponit aliquid effectum esse productum. Quarto. Ex hoc sequitur quod sit dare aliquid effectui qui non habeat aliquam causam finalem. Sed hoc est impossibile: ergo &c. Consequetia probatur. Id quod præcedit omnem causalitatem causæ finalis, non habet causam finalem. Sed ipsa voluntas quæ mouetur à fine præcedit illam motionem metaphorica siue causalitatem finis: ergo sequitur quod ipse non habeat causam finalem. Quinto. Nulli causæ conuenit causalitas nisi respectu sui effectus: sed agens non est effectus finis: sed solum ea quæ ordinantur ad finem sunt effectus eius: ergo causalitas finis non est respectu agentis.

Respondeo, quod causalitas finis consistit in metaphorica motione voluntatis. Ad cuius euidentiam sciendum est quod licet non omne agens habeat voluntatem, cuiusmodi sunt agentia naturalia: oportet tamen omnia huius agentia moueri & dirigi in fines suos ab aliquo agente voluntario, & per consequens quod finis non moueat voluntatem agentis proximi, quia ipsam non habet, mouet tamen illud agens voluntarium à quo dirigitur huius agentis proxima. Sciendum est secundò, quod aliud est mouere propriè & realiter, aliud verò est mouere aliquid metaphorice. Mouere enim est propriè efficere & causare aliquid in moto, siue tale causarum sit motus, siue forma, siue quicquid aliud, & hoc conuenit tantum causæ efficienti. Vnde etiam appellatur causa, vnde principium motus, ut dicitur in hoc 5. Metaphys. tex. com. 2. Mouere autem metaphorice est nihil in alio causare, sed esse id, propter quod, siue cuius gratia, aliquid agens agit. Tale enim dicitur mouere metaphorice, quia videtur quodammodo trahere ad se voluntatem agentis, & hoc modo finis mouet. Vnde S. Tho. prima primæ. q. 9. arti. primo. dicit quod voluntas mouet propriè intellectum effectiue. Intellectus autem mouet voluntatem metaphorice: quia mouet per modum finis intendendo ei bonum. Sciendum tertio quod finis antequam in actu sit, vel actu habeatur ab agente propter ipsum, est in intellectu agentis, quia apprehensum est: & est in voluntate per amorem, quia ab ipsa, volitum, & amatum est, sed hoc aliter reperitur in Deo quam in nobis, quia apprehensio & amor & ipse finis propter quem Deus agit, non sunt res à Deo distinctæ realiter, sed tantum ratione, in nobis autem realiter distinguuntur, sed tamen in omnibus his est motio metaphorica, quia etiam diuina bonitas propter quam Deus agit dicitur mouere voluntatem Dei. Ex hoc probatur quod voluntas finis sit mouere metaphorice. Primum. Esse finem, esse id cuius gratia aliquid sit, siue aliquid amatur. Sed esse id, cuius gratia est, esse mouentem metaphorice: ergo &c. Maior est Philosophi 1. metaphysicæ: & 2. de anima, & 2. phys. & 5. metaphysicæ. tex. com. 2. Probatur minor: esse cuius gratia est esse amatum & esse mouentem ad amorem aliorum. Nihil enim est aliud dicere amo b propter a, nisi a, moueat me ad amandum b. Quarto autem quomodo accipitur ly mouere, non quidem realiter, quia hoc est proprium causæ agentis: ergo accipitur pro mouere metaphorice. Secundo probatur ex communi vsu loquendi. Nam communiter dicitur: quod finis mouet agentem. Sed non realiter: ergo metaphorice. Tertio. Cum dicitur quod Deus amat se propter bonitatem suam tanquam propter finem, certum est quod diuina bonitas nulla dat appetibilitatem Deo (Nō enim eius essentia est amabilior ex bonitate quam sit ex se) ergo non videtur ex hoc aliud significari, nisi quod bonitas mouet metaphorice voluntatem ad amorem ipsius essentia.

Quidam tamen moti rationibus suprapositis dicunt quod causalitas finis non consistit in huius motione metaphorica: sed in hoc, quod aliquid habeat bonitatem & appetibilitatem in ordine ad ipsum. Sanitas enim ideo dicitur finis medicina, quia medicina præter bonitatem & appetibilitatem quam habet ex natura sua, & ex aliqua qualitate sibi intrinseca, puta, quia est dulcis vel huiusmodi, habet etiam appetibilitatem quandam, eo quod per ipsam potest acquiri sanitas. Quod patet quia si à medicina auferatur dulcedo: & per consequens illa prima appetibilitas adhuc potest remanere secunda: quia adhuc ipsa potest esse appetibilis propter sanitatem. Iste modus dicendi sci-

tificus est & non facile improbabilis, licet prius magis videatur haberi ex S. D. ut dictum fuit. Et ideo ad argumenta in oppositum responderetur.

Ad primum negatur minor. Ad probationem dicitur quod omne dependens à fine dependet ab intentione finis, nisi sit ipsamet intentio, sicut etiam omne productum est productum aliqua productione, nisi sit ipsamet productio. Ad secundum negatur minor, quia nulla actio siue operatio potest esse principium formale quo agens agit, ut probatur quæstione sequenti. Et licet agere propter finem conueniat per se cuiuslibet agenti, tanquam necessariò consequens ipsum agens, non tamen est de formali & intrinseca ratione ipsius agentis, quia intelligibile est aliquid esse agens: tamen nullum finem intendere, puta, si in rerum natura esset tantum ignis (natura intelligibile est quod ita sit, cum nullam contradictionem implicet formaliter) tunc ignis esset agens, & tamen nulla esset intentio finis. Ad tertium negatur consequetia. Ad probationem dicitur, quod finis dicitur esse prima causa non quod repugnet aliquid finem præsupponere aliquid effectum productum à causa agente quæ sit prior isto fine: sed quia est deuenire ad primum agens, & vltimum finem cui licet conueniat causalitas effectiua & finalis, causalitas tamen finalis, prius secundum rationem conuenit. Et idem dicendum est de vnoquoque, cui hæc duo conueniunt. Prius enim diuina bonitas mouet voluntatem Dei, quæ Deus producat effectiue aliquid suum effectum. Et similiter voluntas nostra prius mouetur à fine, quam ipsa moueat aliquid effectiue. Et si dicatur quod motio voluntatis à fine: præsupponit apprehensionem finis ab intellectu, voluntas autem mouet effectiue intellectum imperando ei apprehensionem, ergo voluntas prius mouet effectiue, quæ moueat à fine. Responderetur, quod voluntas non est propriè effectiua illius apprehensionis: sed intellectus est qui eam efficit. Contra principalem responsum arguitur prius secundum rationem intellectus Dei mouetur ab essentia eius: quæ voluntas à bonitate. Sed motio intellectus ab obiecto, est secundum modum causæ efficientis (licet in Deo nihil sit verè efficiens) ergo saltem secundum rationem causalitatis efficientis est prior causalitate finis. Respondeo quod intellectus Dei non mouetur ab essentia eius effectiue, quia inter tale mouens & motum requiritur realis distinctio. Bonitas autem mouet voluntatem metaphorice, & ideo saluatur ibi vera causalitas finis, & non causalitas efficiens. Ex quo patet quod causalitas finis est prior qualibet alia. Nec est verū quod essentia moueat intellectum secundum rationem, quia mouere effectiue est mouere realiter: & nō secundum rationem. Ad quartum negatur consequentia. Ad probationem dicitur quod voluntas antequam moueatur à fine, acta est, & pro tunc nullum habet finem, propter quem ipsa actu operetur: habet tamen finem propter quæ ipsa ab alio producta est: & ideo non præcedit omnem causalitatem finis quia non præcedit illam qua finis mouet voluntatem illius causæ, à qua voluntas producta est. Ad quintum dicitur, quod agens vique non ordinatur ad finem, sed bene actio agentis ad ipsum ordinatur. Ad sanitate enim ordinatur non tantum medicina, sed etiam præparatio eius. Causalitas ergo finis est causa operationis, & per consequens etiam eorum quæ ab agente fiunt propter finem consequendum. Et quia actio agens, prior est istis, ideo causalitas finis primò respicit actionem agentis.

Ad primum

Ad secundum

Ad tertium

Instantia.

Impugnatur prima respo.

Ad tertium.

Ad quartum.

Ad quintum.

Primario.

Secundario.

Tertio ratio.

QVÆSTIO II.

Vtrum finis moueat voluntatem metaphorice.

QVÆRITVR Vtrum causalitas finis consistat in mouere voluntatem metaphorice, ut ipsa voluntas moueat se effectiue ad volendum siue ad intendendum finem. Et videtur primo quod non. Quicquid habet causam effectiuam, habet causam finalem. Sed intentio finis non habet causam finalem, ergo non est effectiue à voluntate. Maior patet, quia omne agens agit propter finem. Minor probatur. Quicquid dependet à fine, dependet ab intentione finis. Sed intentio quæ est actus voluntatis non dependet ab intentione finis: ergo non dependet à fine. Minor patet: quia sequeretur processus in infinitum in intentionibus. Secundò. Id quod includitur in ratione factiua cuiuslibet agentis, non potest esse effectus eius, quia quodlibet tale est prius effectui: sicut & ipsa causa agens.

QVÆSTIO III.

Vtrum finis sit causa secundum esse quod habet extra.

QVÆRITVR 3. Vtrum ista causalitas conueniat fini secundum esse quod habet in rerum natura. Et videtur quod sic. Primum, omnis causa dum causat, realiter est, ergo finis dum causat realiter est. Consequetia patet. Antecedens probatur. Tū quia causalitas est relatio realis, ergo requirit suum fundamentum esse. Tum quia esse effectum, est esse reale: ergo esse causam, est esse reale. Secundò, quia finis ut causat habet rationem optimi. Sed esse optimum conuenit fini, ut est in re, & non ut est in intentione, ergo causat, ut est in te extra. Maior est Philosophi 2. phys. tex. com. 31. Minor probatur: quia esse reale, est nobilius esse intentionali. Tertio, quia Commentator 12. metaphys. com. 36. dicit: quod forma balnei ad extra mouet ut finis: & ut est in intellectu, est agens desiderium & motu, ergo secundum ipsum causalitas finis conuenit rei, ut est ad extra. Quarto. Secundò illud dicitur finis habere suam causalitatem, per cuius priuationem dicitur aliquid esse frustra (quia ut dicitur 2. phys. tex. com. 62. illud est frustra: quod non consequitur finem.) Sed dicitur esse frustra

frustra ex priuatione finis ad extra: & non ex priuatione eius in intentione: quia agens semper habet finem in intentione: ergo & c. Quinto. Nullum eius in potentia, tantum habet causalitatem respectu eius quod est: quia ut dicitur 2. phys. rex. comm. 37. effectus in actu requirit causam in actu: sed ipse finis, puta sanitas propter quam accipitur medicina, est tantum in potentia: ergo nullam habet causalitatem. Dicitur forte, quod licet finis non habeat esse in se, potest tamen esse apprehensum. Sed contra. Nulli conuenit causalitas prout habet esse diminutum & intentionale: sed habere esse apprehensum, est habere esse intentionale: ergo fini ut est apprehensum non conuenit causalitas. Sexto. Finis est effectus eorum quæ sunt ad finem. Nam medicina est causa efficiens sanitatis: ergo finis non est causa eorum. Patet consequentia, quia sequitur quod idem esse dependens a seipso. Nam omnis effectus dependet a causa. Si ergo medicina est effectus sanitatis, dependet a sanitate, & si medicina est causa sanitatis: sanitas dependet a medicina. Sic arguitur: Medicina dependet a sanitate: & sanitas dependet a medicina: ergo dependet a se, sicut si b, dependet ab a: & c, dependet a b: sequitur quod c, dependet ab a.

Quinta ratio.

Sexta ratio.

Conclusio.

Duplex est finis propter quem ut agens agit.

Quod finis agit ut est in mente, probatur.

Tex. com. 2.

Tex. co. 55.

Ad primum.

Respondet, quod causalitas finis conuenit rei quæ dicitur finis, non quantum ad esse quod habet extra, sed quod habet in anima. Sed præmittit quod duplex potest esse finis propter quem agens agit. Aliquis enim est finis iam existens, cuius gratia & amore agens operatur, non quod ut hunc finem producat, quia iam est, sed quia ipsum amaret propter se & amore amicitia, & idem propter ipsum, id est, ex eius amore multa operatur. Alius est finis actu non existens, sed tantum potentia propter quem producendum agens agit, sicut agentia naturalia agunt propter formam producendam, & medicus medetur ut causet sanitatem. Fini primo modo dicto potest conuenire causalitas effectiua & causalitas finalis: secundo autem conuenit tantum causalitas finalis. His præmissis probatur conclusio præmissa. Primo. Causalitas finis nunquam est in actu, nisi dum causalitas agentis actu est, id est, nisi dum agens actu causet. Sed quando finis est productus in esse, agens non causet actu, ergo tunc finis non habet actu suam causalitatem. Maior probatur, quia causa in actu & effectus in actu sunt simul, ut dicitur 5. huius. Sed causalitas efficiens est effectus causalitas finis, ut dicitur in eodem loco: ergo & c. Minor etiam patet de se, quia præfente termino motus cessat actio, ut dicitur secundo de generatione. Secundo. Finis nunquam habet causalitatem suam, nisi dum est id cuius gratia aliquid fit. Sed dum est actu in re, non est id cuius gratia aliquid fit, ergo non habet causalitatem. Maior patet ex ratione ipsius finis. Minor probatur. Dum enim aliquid fit gratia consequendæ sanitatis, nondum sanitas est & quam primum est, statim desinit quidquam fieri gratia ipsius consequendæ. Finis autem primo modo dictus licet præexistat his quæ propter ipsum amantur, hoc tamē accidit ei in quantum est finis, licet conueniat ei necessariò, in quantum est efficiens & ratione proprietatis suæ naturæ. Si enim per impossibile bonitas Dei non esset, & esset possibilis esse, adhuc Deus posset multa producere propter eam tanquam propter finem. Tertiò. Impossibile est quod aliquid in quantum est effectus, habeat causalitatem finis, quia in quantum est finis sue causa finalis habet rationem principij, & non ultimi, cum omnis causa, in quantum huiusmodi sit principium. Sed finis ut est in rerum natura, puta, sanitas iam existens, est effectus medici & medicinæ & operationum, quæ factæ sunt propter sanitatem assequendam, ergo sanitas existens non habet suam causalitatem. Quarto. Causalitas finis præcedit naturam causalitatis agentis, quæ est ab illa. Sed causalitas agentis est prior sine, ut est in re extra, ergo fini ut est in re non conuenit causalitas.

hæc relatio, dico quod fundatur in illo esse, quod finis habet in anima. Istud autem esse non fundat hanc relationem pro se, sed pro fine qui produceretur, & idem ipsum non dicitur finis, sed id quod produceretur, dicitur finis, & potest denominari actu causa ex ista reali relatione. Ad secundam probationem antecedentem negatur consequentia, quia esse effectum dicit esse termini realis productionis a causa agente, & sicut nihil est agens, nisi sit in rerum natura, ita nec est effectus. Ad secundam negatur minor. Sanitas enim ut habet esse in anima, habet esse spirituale & immateriale, sed quia aliquando finis habet nobilissimum esse in se quam in anima, puta, dum aliquis agit propter Deum. Ideò aliter respondetur, quod esse optimum est de ratione finis: quia bonum & finis idem sunt. Maiorem etiam bonitatem semper habet finis, ut sic, quam ea quæ ordinatur ad finem, sed ista bonitas conuenit rei, quæ est finis, & non intellectioni eius. Cum ergo sic arguitur. Finis ut causet est optimum, dico quod hæc propositio falsa est de virtute sermonis, quia ly ut, reduplicat causam prædicatam. Ex relatione autem causalitatis, non conuenit alicui quod sit quid optimum, sed conuenit ei ex natura sua. Debet ergo sic intelligi. Finis est optimum, id est, id cuius gratia aliquid fit, est optimum, id est, est natura quædam potens esse quæ dum erit actu, maiorem habebit bonitatem quam fuerit bonitas eorum, quæ ad ipsam ordinabantur. Ad tertium dicitur quod Commen. sic intelligit. Forma balnei ad extra mouet ut finis, quia est res propter quam quis operatur, sed ista causalitas siue motio metaphorica, non potest ei conuenire nisi secundum quod illa forma ad extra stat sub esse sui ipsius, ut est in anima. Et cum dicitur quod est agens desiderium: hoc non debet intelligi, quasi quod desiderium balnei sit effectiue ab apprehensione balnei: imò est effectiue a voluntate, sed bene verum est quod voluntas non potest efficere nisi præsupposita illa apprehensione ad quem sensum, licet improprie, dicitur causa agens desiderium. Ad quartum negatur maior. Ad probationem negatur consequentia. Nam illud dicitur frustra quo non consequitur rem, cui rei prius conueniebat causalitas finis secundum esse eius in anima. Ad quintum dicitur, quod responsio data est bona. Ad improbationem dicitur, quod esse quod habet finis nondum productus in intellectu & voluntate, non est esse diminutum, & intentionale, id est, rationis, sed est esse reale & spirituale, quod est esse nobilissimum, & idem finis, ut habet tale esse, potest conuenire causalitas. Ad sextum negatur consequentia. Quia finis ut habet esse in sua actuali existentia, est effectus eorum quæ sunt ad finem & non causa, quia ut sic est posterior. Finis autem ut habet esse amatum & apprehensum, est causa eorum quæ sunt ad finem, & ut sic, non est effectus. Nec sequitur quod sit dependens a se, quia quando tertium non dependet eo modo a secundo, sicut secundum a primo, non oportet quod tertium dependet a primo. Nam licet forma dependeat a materia subiectiue, & materia dependeat a forma terminatiue (quia potentialitas materiæ per formam terminatur; ut dictum est) non tamē requiritur ex hoc quod forma dependeat a seipsa.

Ad secundam.

Ad tertium.

Ad quartum.

Ad quintum.

Ad sextum.

QVÆSTIO IIII.

Verum causalitas causa agentis sit agere.

VERITUR 4. Verum causalitas cause agentis consistat in actione, siue in hoc quod est agere. Vide tur quod sic. Primo. In eo consistit causalitas causa agentis, per quod agit effectum suum. Sed agit per actionem: ergo in actione consistit eius causalitas. Maior patet: quia vnumquodque est tale denominatiue per id quod est tale essentialiter. Minor probatur, quia actio est via ad effectum: ut dicitur 3. phys. rex. comm. 18. Secundo. In eo consistit huius causalitas, sine quo non potest intelligi dupliciter causa agens. Sed non potest intelligi quod sit agens siue in actione, ergo causalitas eius consistit in actione. Tertiò. In eo consistit causalitas agentis, quo posito & omni alio circumscripto adhuc conuenit ei causalitas. Sed posita actione & omni alio circumscripto, ea agens, est agens: ergo & c. Maior patet: ex terminis, & minor, quia sicut impossibile est albedinem esse in aliquo quin ipsum sit album, ita & actionem quin ipsum agat. Quarto. Per agens effectum distinguitur causa agens ab aliis causis, ergo in hoc consistit eius causalitas. Patet consequentia: quia causæ non distinguuntur in ratione causæ, nisi per propriam causalitatem. Antecedens probatur. Agere effectum conuenit causæ agentis, & nulli alteri: ergo per agere distinguitur causa agens ab aliis. Quinte. In eo consistit causalitas agentis, in quo fundatur relatio eius ad effectum (quia efficiens ut efficiens dicitur

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Sexta ratio. Triplex quæ sit intellectus.

Prima conclusio.

Suppositum primum. Suppositum secundum.

Actio est forma in passio ne acquisita.

Formatur ratio. Instantia.

Caualitatis dilutio.

Instantia.

Conclusio secunda.

Instantia.

dicitur relatiue ad effectum.) Sed huius relatio fundatur super actione: ut dicitur 5. meta. ergo in actione consistit eius causalitas. Sexto. Agens denominatur agens ab actione: ergo formalis ratio agens, ut est agens, in actione consistit. Respondeo, quod præfens quæstio potest tripliciter intelligi. Nā iste terminus, causalitas, est terminus relatiuus & significat relationem cause ad effectum: quæ relatio fundatur in aliquo absoluto, quod est in causa. Potest igitur primò quæri quæ sit causalitas, id est, quid sit principium formale quo agens agit. Secundo, quæ sit habitudo causa agentis ad suum effectum: & quia quilibet effectus est dependens a causa sua. Potest tertio esse sensus, quæ sit causalitas agentis, id est, quomodo facit ad esse sui effectus: & hoc est propriè quæri de causalitate. Iuxta istos tres sensus ponuntur tres conclusiones: quarum prima est. Actio non est formale principium, quo agens agit. Probatur. Nullus effectus est formale principium, quo causa agit: quia quodlibet huius principium est prius effectus. Sed actio agentis est effectus eius: ergo non est formale principium quo agit. Maior patet. Minor probatur. Ad cuius euidentiã supponitur primò, quod actio sit in passio: ut dicitur 3. phys. rex. comm. 20. & 3. de anima. Supponitur secundo, quod actio sit ipsa forma, quæ acquiritur in passio: puta, quod calefactio est ipse calor quod patet: quia in passio, in quantum est passum: nihil aliud est nisi proprium passuum, & relatio ad agens & forma acquisita. Actio autem non est principium passuum, cum ipsum præcedat actionem. Non est etiam relatio, quia relatio non acquiritur nisi aliquo absoluto prius acquisito: nihil autem prius acquiritur in passio, quam ipsa actio. Ex his arguitur sic: Actio est forma acquisita in passio. Sed forma acquisita est effectus agentis, ergo illa entitas quæ est actio est effectus agentis. Sed contra arguitur. Omne agens refertur realiter ad suum effectum. Sed agens non refertur realiter ad actionem: ergo actio non est effectus eius. Maior patet. Minor probatur. Relatio agentis ad effectum fundatur in actione, ut dicitur 5. meta. rex. c. 20. Sed relatio agentis ad actionem non fundatur in actione: non enim fundatur in illa quæ dicitur effectus agentis: quia talis actio est terminus illius relationis & non fundamentum. Non etiam fundatur in alia actione, quia sic esset abire in infinitum. Respondetur primò, quod Philosophus non dicit 5. meta. relationem producentis & producti fundari in actione: sed solum quod consequitur actionem. Dicitur secundo, quod relatio agentis ad actionem est realis: & fundatur in principio formali quo agens agit, puta, relatio ignis ad calefactionem fundatur in calore ignis. Dicitur tertio, quod iste calor non fundaret hunc respectum, nisi præsupposita actione, id est, egressu calefactionis ab igne. Cum enim calefactio sit ipsemet calor, qui acquiritur in calefactibili: prius est intelligere hunc calorem, ut est calefactio: quia prius est sub quodam fluxu de imperfecto ad perfectum, quam habeat esse quietum & permanens in subiecto: & sic ut est calefactio præcedit seipsum ut est calor. Relatio igitur ignis ad hunc calorem consequitur hunc calorem, ut est calefactio, siue, ut est actio. Sed contra. In primo instanti esse istius caloris in quo incipit tendere de imperfecto ad perfectum, iste calor refertur per te realiter ad ignem: & tamen tunc ut est actio, non præcedit seipsum, ut est forma. Respondetur quod hoc verum est, sed necessario præcedit effluxus & emanatio huius caloris ab igne abque vlla actione media, quæ verè sit actio, sed est simplex emanatio & hoc sufficit: sicut etiam cõtingit in aliis causis creatis quæ producant effectus suos per simplicem emanationem. Secunda conclusio. Causalitas primo modo dicta, non consistit formaliter in actione siue in agere. Probatur. Huius causalitas manet remota a actione agentis: ergo non est ipsa actio: nec in ea consistit. Consequentia patet. Antecedens probatur. Nā Sortes qui genuit Platonem adhuc est causa Platonis postquam delitui generare, id est, adhuc refertur ad ipsum relatione reali, cui sit pater eius. Paternitas enim est specialis relatio productus ad productum, ergo remota actione remanet huius causalitas. Sed contra, Sor. est causa fieri Platonis, & non est causa esse eius, alioquin esse Plat. dependeret a Sor. Sed fieri Pla. amplius non est, ergo. Sortes non est causa alicuius quod sit id Plat. Secundo. Omnis causa vel est in actu, vel in potentia. Sed. Sor. non est causa in potentia, quia iã effectus eius positus est: nec est causa in actu, quia nihil actu causet in Plat. ergo non est causa eius. Ad primam negatur minor pro secunda parte. Non enim distinguitur causa fieri a causa esse per hoc quod fieri effectus sit a, causa, & esse non, sed per hoc quod fieri non est in actu nisi dum causa actu agit, esse autem effectus potest remanere cessante actione. causa, nec ab ea dependet quo ad sui permanen-

tia, nisi talis causa esset causa in conseruando. Ad secundum negatur minor, ut dicitur quod Sortes est causa in actu, non quidem quia actu causet, sed quia aliquando causet, & adhuc est effectus eius ad quem refertur, sicut etiam aliquis dicitur pater, quia aliquando genuit & filius eius est. Iste autem modus causalitatis propriè significatur per hoc, quod est habere effectum: ita quod nihil aliud est a, esse causam effectiuam nisi a, habere effectum a se productum: & ista denominatio causæ effectiuæ, non est ab ipsa efficientia: cum talis non sit, sed ab ipso effectu. Ad cuius euidentiã sciendum est quod effectus aliquando de nominatur a causa. Nam rem volitam aliquando nominamus voluntatem: puta, cum de re volita dicitur, hæc est voluntas mea: & similiter causa aliquando denominatur ab effectu: puta cum dicitur, arbor floret floribus: & tunc effectus dicitur effectus formalis pro quanto habet modum formæ in denominando, & idem causa efficiens potest denominari effectiua ab effectu. Tertia conclusio. Causalitas tertio modo dicta non est actio agentis: sed est dare esse effectui. Ad cuius euidentiã sciendum est quod quilibet effectus dependet a causa sua, sed differenter. Nam aliqua causa est causa totius entitatis effectus: sicut Deus qui produxit & materiam & formam: & totum esse cuiuslibet rei. Alia est causa tantum partis substantiæ sui effectus: sicut ignis non producit materiam ignis geniti, sed tantum formam: dicitur ergo quod esse ignis geniti dependet a materia fundamentaliter: & a forma formaliter: & ab igne generante dependet productiue. Insuit igitur causa efficiens in effectum: quia vel producit totam eius substantiam, vel partem quæ est forma, & hoc modo effectus ab ea dependet, & per consequens in hoc consistit huius causalitas. In hoc quod potest esse efficere, siue hoc sit per veram actionem, siue sit per simplicem effluxum effectus a causa. Et ad huc sensum intelligenda sunt verba S. Tho. in expositione illius literæ rex. comm. primi. Causæ adiuuicem causæ sunt: vbi dicit, efficiens est causa, in quantum agit.

Nota prima.

Tertia conclusio. Nota secundum.

Ad primum.

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad quartum.

Ad quintum.

Ad sextum.

QUESTIO V.

Verum forma det esse.

Cap. d. 2. q. 1.

Primatio

Secunda ratio.

Conclusio 1.

Notandum.

Tria cōco-
muntur for-
mā quā pri-
mum vnitur
materia.

In quo cōfo-
rati causalit-
as forma.

QUÆRITUR quid de causalitate formæ, & materię simul: & videtur quod causalitas formæ non consistat in dare esse illi, cuius est forma. Quia vel illud esse est ipsamet forma, vel aliquid ab ea distinctum. Sed non est ipsa forma. Tum quia nulla res dat seipsum. Tum quia supra probatum fuit lib. 4. q. 12. quod esse distinguitur ab essentia. Si est distinctum à forma, sequitur quod causalitas formæ sit causalitas efficiētis, quia id à quo est res ab eo distincta, est causa efficiētis eius. Secundò. Ea quæ distinguuntur solum, vt nomē & verbum, distinguuntur tantum ratione. Sed forma & esse quod dat distinguuntur solum vt nomē, & verbum: ergo non sunt distincta: & per consequens causalitas formæ nō est in dare esse distinctum. Maior patet: quia quæ sic distinguuntur distinguuntur tantum grammaticaliter, siue tantum quo ad modum significandi, & non secundum rem. Minor probatur. Nā lux est forma lucidi, lucere autem est esse lucidum: sed lux & lucere distinguuntur solum vt nomen & verbum: ergo etiam forma & esse.

Respondeo, duabus conclusionibus, quarum prima hæc est: Causalitas formæ consistit in hoc quod constituitur suppositum. Ad cuius euidentiā sciendum quod forma adueniens materię habet tria, quæ licet sint in eodem instanti, quo forma vnitur materię habent tamen inter se ordinem rationis siue naturæ. Primum est quod forma constituit suppositum: quod est proprium susceptiuum esse. Nam esse est primò actu ipsius subsistentis quod est suppositum: & consequenter est etiam actus partium eius. Dicitur autem forma constituitur suppositum, non quia suppositum sit tantum forma, sed quia ex vnione formæ ad materiam ipsum suppositum resultat: siue dicat tertiam entitatem ab his distinctam partibus simul sumptis, siue non. Secundum est quod à forma egreditur ipsum esse per modum concomitantis & cuiusdam naturalis sequentis: & hoc esse intelligitur esse actus suppositi iam constituti per formam, non quod forma efficiat esse, quia esse ab eo est effectiuè, à quo est & ipsa forma. Sed quia esse est effectus formalis formæ, & est ab ea distinctum: sicut quilibet effectus est distinctus à sua causa. Tertium est quod forma limitat & terminat amplitudinem capacitatis materię. Abstracta enim per operationem intellectus omni dispositione & omni forma à materia quo ad actualē existentiam formæ in materia (quod dico: quia non est possibile abstrahere formam à materia quo ad cōceptum quidditatum materię, cum non sit intelligibilis nisi per analogiam ad formam) abstracta inquam sic omni forma: materia habet quandam amplitudinem quantum est ex se ad recipiendum indifferenter hanc vel illam formam, sed ad ueniens materię aliqua determinata forma, puta forma ignis limitat hanc capacitatem materię, quia dum habet istam formam, non est simul cum ea capax alterius formæ. Dicitur ergo, quod causalitas formæ consistit in hoc, quod constituitur suppositum & dare ei esse, quod probatur, quia his duobus positis & omni alio remoto, adhuc manet causalitas formæ, his verò remotis nō manet eius causalitas. Vnde licet anima intellectiua maneat separata à corpore, quia tamen tunc nō constituit suppositum nec dat ei esse, ideo ipsa separata, nullus est forma, nec habet causalitatem formæ. Tertium autem scilicet limitatē materię capacitatem, consequitur vtique causalitatem formæ, sed non est de formalis ratione ipsius, quia datur aliqua materia, puta materia cœli, cuius capacitatem forma non limitat, quia non est capax secundum se aliquid alterius formæ. Similiter quod esse formæ sit ab ea distinctum, non est ex formalis causalitate ipsius, sed aliunde cōtingit, scilicet propter rationes, quibus probatum fuit supra omnem formam creatam distingui à suo esse. Vnde si per impossibile esse esset idem quod forma, & forma constitueret suppositum, & daret ei esse quod est ipsamet, adhuc haberet inuam causalitatem. Et quod dictum est de forma substantiali, dicitur etiam de accidentali. Nam albedo adueniens parieti dat ei esse album, & per prius constituit proprium susceptiuum illius esse, quod quidem susceptiuum est ipsum cōpositum resultans ex pariete & albedine. Ad primum cōtra hanc conclusionem dicitur quod esse formæ est ab ea distinctum, & quod non est ab ea effectiuè, sed formaliter tanquam effectus formalis. Ad secundum negatur maior,

Nam amor & amare id est actus amandi sunt res distinctæ, quia amor est principium formale, quo elicitur actus amandi. Dicitur secundò, quod lucere & lux distinguuntur, sicut forma & effectus formalis. Ad probationem dicitur, quod ea quæ distinguuntur grammaticaliter, distinguuntur in modo significandi, quem aliquando consequitur distinctio rei de necessitate: vt patet in concretis & abstractis. Nam album significat aliquid quod non significat albedo. Secunda conclusio. Causalitas materię consistit in receptione formæ à se distinctæ & productæ ab alio effectiuè. Ad cuius euidentiā sciendum est quod sicut materia habet de se quodammodo infinitatem capacitatis: ita omnis forma, & actus habet ex se quandam infinitatem, quia de se est communicabilis. Vnde & formæ solis, non repugnat communicari multis, licet hoc repugnet ex parte materię. Ex receptione autem formæ in materia, terminatur hæc amplitudo formæ, quia non est amplius receptibilis in alia materia, nec potest alij communicare suum esse. Sciendum secundò, quod nulla forma naturalis est per se subsistens præter animam intellectiuam. Et ideo ad hoc quod sit oportet eam recipi in aliquo in quo sustentetur, istud autem potentiale est materia. Et propter hoc dicitur quod quilibet forma à materia dependet quo ad suum existere, quia existere non potest nisi in materia. Ex his dicitur primò, quod causalitas materię consistit essentialiter in recipere formam, & eam sustentare, quod probatur. Primò. Quia causæ sunt sibi inuicem causæ, sed ordinatæ. Nā finis & efficiens sibi correspondent. Efficiens enim non est causa causalitatis finis, sed est causa existentis ipsius. Finis autem est causa causalitatis agentis: quia ex hoc quod agens motum est à fine, producit effectum suum. Similiter forma & materia sibi correspondent. Nam causalitas formæ est, quia dat esse materię: causalitas verò materię est quia recipit & sustentat formam. Secundò. Quia posito, quod materia recipiat formam statim posita est eius causalitas, ergo in hoc consistit formaliter, patet consequentia, sicut etiam supra arguebatur. Et si dicitur quod materia non sustentat animam intellectiuam: cum ipsa sit per se subsistens: ergo sequitur quod respectu eius non haberet causalitatem, quod tamen est falsum. Responderetur quod licet anima intellectiua non dependeat à materia quo ad suum esse, est tamē recepta in materia, & etiam dependet à materia in quantum est forma, quia impossibile est quod actu informet nisi sit in materia. Dicitur secundò quod formam recipiat in materia esse entitatem ab ea distinctam non clauditur formaliter in causalitate materię quod probatur. Proprietate formæ non sunt de intrinseca ratione causalitatis materię. Sed isti sunt modi cōsequentes illum actum, respectu cuius materia habet suam causalitatem, qua distinctio formæ à materia est relatio ipsius formæ, & dependentia ipsius ab agente, est relatio eius ad agens: ergo &c. Dicitur tertio, quod materiam terminare formam, non pertinet intrinsecè ad eius causalitatem, sed consequitur: quod patet, quia materia prius natura recipit formam quam terminet eius amplitudinem. Dicitur autem materia terminare formam, non aliquid ei dando, quia istud pertinet ad causam agentem, sed eam recipiendo. Ex hoc enim quod forma est recepta in materia terminata est amplitudo ipsius. Sed contra arguitur, primo. Si forma finitur & terminatur per materiam, sequitur quod forma separata à materia haberet quandam infinitatem, sed hoc est falsum: vt satis patet. Si enim quantitas esset absque subiecto, adhuc esset finita: ergo non terminatur per materiam. Maior probatur: quia remoto principio terminante rem, remanet interminata. Secundò. Anima separata habet idem esse numero quod habuit in materia, ergo non est terminata per materiam: antecedens patet: quia istud esse est ita terminatum postquam anima separata est, sicut etiam erat dum esset in corpore.

Ad primum negatur minor. Ad cuius euidentiā sciendum est quod aliter est de primis accidentalibus, & aliter de substantialibus. Nam forma accidentalis intensibilis, quæ est in subiecto, habet determinatos gradus perfectionales: est enim vel vt duo, vel vt quatuor, vel huiusmodi. Si autem esset separata ab omni subiecto, haberet omnes gradus possibiles cōuenire tali formæ. Nā albedo separata esset intensissima, & ideo ex hoc quod est recepta in aliquo, dicitur esse terminata ad hunc vel illum gradum, & sic est dupliciter terminata per subiectum. Est enim terminata quo ad entitatem suam, & est terminata quantum ad esse, quod dat ipsi subiecto. Forma verò substantialis dat nobilior aut ignobilior modo disposita, ita quod

Ad primam
rationem.
Ad secundam
Notandum.
Quomodo
causæ sunt
sibi inuicem
causæ.

Instantia.

Notandum.

quod si sint plures formæ eiusdem speciei: quarum vna det nobilior esse quàm altera: hoc non erit ex parte formarum: quia omnes sunt æquè perfectæ perfectione essentiali: sed erit ex parte dispositionum. Si igitur forma esset à materia separata, ipsa haberet esse tantæ nobilitatis quanta potest ei conuenire: constat igitur quod omnis forma per materiam terminatur. Ad secundum dicitur, quod sicut animarum aliqua dat nobilior esse materię, quàm alia secundum quod materia est magis vel minus disposita: ita etiam dum separata est retinet illud numero esse: sed non cum illa imperfectione qua cōtraxerat ex vnione sui ad materiam nec tamen istud esse est intentum: quia ad intentionem requiruntur diuersa esse sibi succedentia illius quod intenditur. Posset tamen aliter dici quod vna anima separata, habet nobilior esse quàm alia. Et si dicatur, ergo non est verum quod forma separata habeat omnem perfectionem essendi sibi possibilem. Responderetur quod hoc non est intelligendum de forma quæ prius coniuncta est: & postea separatur: sed de forma quæ producit extra materiam: puta, si fieret vna anima extra corpus.

Intentio Philo-
sophi.

Et accidit multoties dictis causis.

Hoc loco ponit Philosophus tres conclusiones quarum prima hæc est. Vnius rei possunt esse plures causæ per se. Nam phiale causa per se est argentum, & artifex, & vsus propter quem fit, & ipsa forma phiale. Ista autem sunt plura. Ergo minor patet: & maior, quia phiale ab omnibus istis dependet. Secunda conclusio. Causæ sunt sibi inuicem causæ. Nam efficiens est causa esse finis, & finis est causa causalitas efficiētis, & similiter materia sustentat formam & forma actuat materiam, vt supra declaratum fuit. Tertia conclusio. Eadem causa efficiens, potest esse causa oppositorum, sed non eodem modo. Nam gubernator, cum abest, est causa destructionis nauis, & cum adest, est causa saluationis eius, hæc duæ vltimæ conclusiones satis constant: sed prima valde dubia est, & ideo queritur.

QUESTIO VI.

Verum idem effectus possit esse à pluribus causis perfectis, eiusdem ordinis.

Cap. 2. d.
10. q. 37.

Primatio.

Secunda ratio.

Tertiatio.

QUÆRITUR vtum idem effectus possit habere plures causas per se in eodem genere causæ: puta in genere causæ efficiētis: quæ causæ sunt eiusdem ordinis, id est, non essentialiter subordinatæ: sed eiusdem speciei: quarum quilibet per se sit sufficiens. Nā quod eiusdem possint esse plures causæ essentialiter subordinatæ, non est dubium. Homo enim & sol generant hominem. Similiter quod possint esse plures, quarum nulla sit sufficiens, sed quilibet sit partialis. Tractus enim nauis dependet à Sorte & à Platone partialiter si nullus sit per se sufficiens. Et arguitur ad partem affirmatiuam. Primò. Sit minima materia quæ naturaliter per se existere possit, & sit summè disposita ad formam ignis, & approximentur ei tres ignes, siue in eodem situ, siue in distinctis: quorum ignium quilibet sit tantæ virtutis quanta est alius: Tunc sic. Ex his tribus ignibus generabitur in hac materia vnus effectus ignis, & sufficiens à quolibet eorum: ergo vnus effectus habet plures causas totales eiusdem speciei. Consequentia probatur: quia omnes isti tres ignes, sunt eiusdem speciei & quilibet est causa totalis, quod patet: quia quilibet eorum aliis duobus remotis, adhuc generasset istum ignem: quia actiuo naturali non impeditur & debitè approximato passo sufficienter disposito, necessariò sequitur actio, ex sexto physic. tex. comment. 63. Antecedens probatur: nam quod iste ignis sit vnus patet ex vnitate materię, & formæ, & quantitatis. Quod etiam sit à quolibet istorum trium patet, quia non est maior ratio, quod sit ab vno quàm ab alio: cum omnes per causam sint æqualis virtutis: & eodem modo approximati. Secundò. Vnus effectus potest simul habere plures causas finales totales, ergo & plures effectiuas. Consequentia probatur: quia non apparet maior ratio hinc quàm inde. Antecedens probatur. Si quis operetur propter gloriam & propter pecuniam, ita quod alterum non mouet voluntatem eius, alterum sufficienter ea mouet. Tertio. Ille numero Sortes qui est genitus à Pla. potest esse genitus ab alio, & ille numero ignis qui est ab a, potest esse à b, sufficienter ergo eiusdem effectus possunt esse plures causæ totales & eiusdem ordinis. Antecedens probatur multipliciter. Primo. Si ignis productus ab a, non posset idem numero esse pro-

ductus à b, sequeretur quod inter indiuidua eiusdem speciei esset ordo essentialis dependentiæ. Sed hoc est falsum. quod probatur, quia in essentialiter ordinatis non potest iri in infinitum, in indiuiduis autem eiusdem speciei iri in infinitum, ergo consequentia probatur, quia essentialis dependentia effectus à causa non est aliud, nisi sic esse ab vna causa quod ab alia esse non possit. Secundò. Istam sententiam quam nunc causat, visibile potest conferre b, visibile: ergo potest etiam ipsamet producere, & quod dicitur de sensatione, dicendum est de igne vniiformiter. Cōsequentia patet, quia non apparet maior ratio quod a, visibile conferret aliquam visionem, quàm quod causa producat: præcipue quia visio non conseruatur, nisi ad præsentiam obiecti à quo est. Antecedens probatur. Post hoc casu quod Deus poneret vnum aliud visibile omninò simile ipsi a, in eodem situ in quo est a, subrahendo causalitatem ipsius a. Diceretur fortè quod istud nouum visibile non conseruaret priorem visionem, sed causaret aliam de nouo. Sed contra. Ex hoc sequitur quod sentiens siue videns posset cognoscere differentiam inter hoc visibile & a. Sed hoc est falsum, quia postum est quod sint omninò similia. Tertio. Si duo ignes sufficienter approximarentur eidem materię, quilibet ipsorum sufficienter ignoret eam sine alio, ergo ille numero ignis, qui esset genitus ab vno eorum, posset esse genitus ab alio. Patet antecedens & consequentia, quia non apparet per quid intrinsecè distinguerentur.

Respondeo duabus conclusionibus. Quarum prima hæc est. Nullus effectus potest simul habere plures causas efficiētes eiusdem ordinis totales: probatur, quia si sic, sequitur quod talis effectus à nulla illarum causarum esset per se dependens. Sed hoc est falsum: ergo &c. Falsitas consequentis probatur, quia essentialis & per se dependentia effectus à causa est de formalis ratione effectus: vt effectus est: ergo ab ipso non potest auferri. Antecedens autem probatur. Sit a, effectus habens per se causas totales eiusdem ordinis b, c, & d, Tunc arguitur sic: A, potest esse sine b, & c. ergo nō dependet essentialiter à b, & c. consequens patet. Antecedens probatur. A, est sufficiens & totalis causa b, ergo a, omni alio circumscripto potest producere b, & sicut argutum est de b, & c, ita potest argui quod non dependeat à b, quia a, potest esse b, non existente: puta si procuratur à c. Diceretur fortè quod licet a, à nulla istarum seorsum accepta essentialiter dependeat, dependet tamen ab omnibus simul. Sed contra. Quando effectus dependet à pluribus causis simul: & à nulla ipsarum praticè accepta, tunc nulla ipsarum est totalis siue sufficiens. Quia si detur oppositum, scilicet quod sit sufficiens, tunc ab ea praticè accepta dependet. Sed ponebatur quod omnes illæ causæ essent sufficientes, ergo &c. Secunda conclusio. Nullus effectus potest esse idem numero à pluribus causis totalibus eiusdem ordinis, & intelligi sic istam conclusionem: quod nullum idem numero indiuiduum productum ab agente naturali, esset idem numero si fuisset productum ab agente eiusdem speciei, ita quod ignis genitus ab a, non esset idem numero si esset genitus a, b, & probatur: primo. Si ignem genitum ab a, potuisset eundem numero gignere b, sequitur quod effectus naturalis determinatus non haberet causam determinatam. Et sequitur secundo, quod talis effectus non esset essentialiter dependens à sua causa. Sed ista sunt falsa, ergo. Falsitas primi consequentis patet, quia ex secundo physic. tex. comm. 38. & quinto metaphysic. tex. comment. 2. Effectus determinatus habet causam determinatam maximè in naturalibus. Falsitas etiam secunda, patet ex dictis in prima conclusione. Prima verò consequentia probatur. Effectus qui est tantum à causa indifferente, non est causa determinata, quæ determinatio & in differentia se mutuò excludunt. Sed per te ignis qui est ab a, potest esse indifferenter a, b, & c. contra: ergo est à causa indifferente. Secunda etiam consequentia probatur, quia per te iste ignis potest esse non generante a: sed generante b, & potest esse non generante b, sed generante a, ergo à nullo istorum essentialiter dependet. Secundò principaliter arguitur, quia ex hoc sequitur, quod si duo corpora æqualiter luminosa approximarentur, æqualiter alicui parti aëris vniiformiter disposita, non causarent maius lumen ambo simul, quàm quod liber illorum per se. Sed hoc est euidenter falsum & sensui repugnans: ergo &c. Consequentia probatur, quia secundum hanc opinionem illudmet numero lumen quod causaret vnum illorum corporum, causaret & reliquum, & non alium. Nec est dicendum quod si a, & b, luminosa causant c. lumen in aëre quod a, per se causaret illud intensius, quia a, & b, simul sunt maioris virtutis quàm a,

Prima conclusio

Distinctio

Secunda conclusio

Linatio
ca
uillationum

per se. Nec est dicendum quod lumen causatum per se ab a, causaretur etiam ab b, per se & præcisè accepto, sed esset intensus: quia positum est quod a & b, sint æqualis virtutis: ergo b, non causaret intensus lumen quàm a. Tertio. Si idem numero effectus qui est à causa naturali potest esse ab alia: sequitur quod eadem visio quæ est causata ab a, visibili, posset eadem numero esse à b, visibili. Sed hoc est falsum, ergo, Consequentia patet: quia nulla apparet ratio propter quam effectus huius causæ possit esse ab alia quàm effectus alterius. Falsitas consequentis probatur: primo: quia sequitur quod visio a, non esset propria ipsi a, & per consequens notitia sensitiva non est propria & distincta, sed vniuersalis: quod repugnat eorum quia sensitiva est & particularis. Tum quia est intuitiva. Consequentia probatur: visio a, per se potest esse causata à b, ponatur ergo in esse: ergo hæc visio non tantum erit visio a, sed etiam visio b, & per consequens nulli eorum erit propria. Dicitur forte quod non debet poni in esse, quia non est possibilis in sensu composito, sed tantum in sensu diuiso. Posito enim quod visio sit ab a, non est possibile quod simul sit à b, tamen est possibile quod sit ab utroque diuisim. Sed contraria. Adhuc sequitur propositum, si ponatur b, in eodem situ cum a, & corrumpatur a. Si eadem visio numero manet, sequitur quod visio conseruetur in oculo longum tempus ad absentiam sui proprii obiecti visibilis, quod est contra philosophum secundò de anima, text. comment. 141. dicentem quod sensus in actu & sensibile in actu sunt simul. Patet consequentia: quia ista visio est per se causata ab a, & conseruetur, & tamen a, non est. Quarto. Sequitur quod a, visibile causaret visiones quasi infinitas vel vnam æquiuallentem infinitis. Sed hoc est expresse falsum, vt patet: ergo. Consequentia probatur, quia per se visionem quam causaret quodcumque visibile, eandem numero potest causare a, ergo actu causat. Patet consequentia, quia actiuum natura se agit secundum suum totum posse: ergo a, simul causat visionem b, & visionem c, & sic in singulis vel causat vnam visionem æquiuallentem omnibus istis.

Cauillatio.

Impugnatur

Ad primum.

Ad secundum
Distinctio.

Ad tertium
Distinctio.

Vnum indi-
uiduum depen-
det ab alio
per se, sed non
essentialiter.

Nullum autem istorum requiritur ad veritatem antecedentis. Alius sensus est, quod vnum indiuiduum dependeat non solum per se, sed etiam proprie essentialiter ab alio eiusdem speciei, & sic negatur consequentia, nec vllam habet apparentiam. Ad secundam probationem negatur consequentia, quia potest quis conseruare per aliquod tempus aliquam entitatem, quam non potest producere, sicut patet quod calor conseruatur in aqua vel ab ipsa aqua, vel ab aere circumstante, & tamen à nullo istorum ita intensus calor produci potest. Et cum dicitur quod productio & conseruatio idem sunt, verum est vbi simul coniunguntur. Sed tamen aliqua conseruatio potest esse non productio hæc, sed quicquid sit de hac consequentia. Negatur antecedens. Ad probationem dicitur quod b, visibile causat nouam visionem, distinctam à visione a, visibilis, non tamen sensus cognoscit hanc differentiam causalem, licet cognoscat differentiam specificam obiectorum, puta albedinis & nigredinis. Cuius ratio est, quia obiecta specie distincta alio & alio modo immutant, obiecta vero solo numero distincta, & omnino similia habent penitus eundem modum immutandi. Ad tertiam probationem negatur consequentia, & dicitur quod isti duo ignes distinguerentur intrinsecè per suas quantitates & per formas. Extrinsecè vero distinguerentur per causas efficietes. Et quod oporteat formas horum duorum ignium distingui, patet: quia alia est numero actio huius ignis ab actioe illius ignis: ergo est alia entitas producta per hæc actionem, puta calefactionem ab entitate producta per calefactionem alterius. Patet consequentia, quia ipsa actio non est res distincta à forma quæ producitur in passo.

Omnes verò causa dicta &c.

Tex. com. 3.

Intentio Phi-
losophi.

Causa mul-
tiplex mo-
dus.

Notandum.

Hoc loco ponit sex modos causarum: & quemlibet eorum diuidit per actum & potentiam. Nam superior diuisio fuit generis in species: quia fuit per propria differentiam causalitatis cuiuslibet earum scilicet efficientis & finis, & forme & materie. Primus modus est, quia causarum aliqua est prior, & aliqua posterior: quæ diuisio est eadem cum illa qua dicitur, quod causarum aliqua est proxima & aliqua est remota, vt exponit Commentator com. 3. Et distinguuntur in hoc quod causa proxima est immediata effectui immediate suppositi. Causa vero remota est immediata immediate virtutis: dicimus enim quod causa proxima agit mediate virtute cause remotæ. Quod non est sic intelligendum, quasi virtus, quæ est subiectiue in causa remota, mediet inter causam proximam & effectum, sed quia ipsa causa proxima, non pendet secundum se à causa remota, sed virtus eius ab ea dependet. & ideo virtus cause, proximæ non attingit effectum, nisi quia in ipsa participatur virtus cause remotæ. Calor enim ignis non esset principium calefactionis, nisi præsupposito motu cæli, à quo omnis spiritus inferior & omnis actio dependet. Secunda diuisio est in causam per se, & in causam per accidens. Causa per se est illa quæ propria virtute facit ad effectum, & sic graue per se descendit ratione grauitatis quam habet. Causa per accidens est cuius effectui per se coniungitur aut necessario, aut non aliquis alius effectus, & sic remouens columnam sustentantem corpus graue, est quidam causa per se remotionis columnæ, & est causa per accidens descensus illius grauis, licet hic descensus coniungatur necessario remotioni columnæ. Tertia distinctio est in causam simplicem & in causam compositam. Cuius dico quod medicus medetur, dico causam simplicem: cum autem dico quod Sor. medicus medetur, dico quid compositum ex causa per se, & causa per accidens. Quælibet autem istarum causarum diuiditur in actum & potentiam. Nam aliqua est causa quæ actu agit aliqua vero quæ non, sed potest agere. Inter quas hæc differentia est, quia causa particularis in actu simul est cum effectui in actu, causa vero in potentia non est simul cum effectui. Circa quod queritur.

QVÆSTIO VII.

Verum causa & effectus in actu sint simul.

Queritur verum causa & effectus in actu sint simul. Et videtur quod non. Primo. Possibile est quod intelligentia fuerit causa in actu motus cæli antequam cælum moueretur. Sed hoc postro, causa fuisset in actu & effectus non: igitur. Minor patet. Maior probatur. Et supponitur primo, quod non repugnet intelligentiam fuisse priusquam moueret cælum. Supponitur secundo, quod moueat cælum non per potentiam executiuam motus, sed per imperium voluntatis, vt probabitur in 12. huius Supponitur tertio, quod intelligentia in illo priori quo fuit ante cælum, haberet velle respectu

Differentia
modorum
cause.

Actu motus cæli postea futuri. Tunc arguitur sic. Hæc intelligentia habet volitionem respectu motus cæli, quem aliquando causabit: ergo hæc intelligentia est in actu causans. Patet consequentia, quia illa volitio in ipsamet est productio motus cæli per secundum præsuppositum. Quod autem effectus, id est, motus cæli tunc non sit actu, patet ex tertio præsupposito. Secundo sequitur, quod domus esset dum edificator edificat. Sed hoc est falsum, ergo consequentia patet, quia edificator actu causat dum edificat. Falsitas consequentis probatur, quia domus non est actu nisi postquam facta est. Sed quando edificator edificat nondum facta est. Tertio. Ea non sunt simul natura & in actu, quorum vnum potest esse altero non existente. Sed causa in actu producens & causans effectum potest esse, dato quod effectus nunquam erit: ergo non sunt simul. Maior patet. Minor probatur. Si enim ignis calefacit lignum, vt generet ignem, est vtique actu generans, & tamen non est necesse quod ignis generetur, quia potest impediri generatio eius. Quarto, sit a, lumen productum in instanti à sole in aere, & arguitur sic. Post instanti productionis huius luminis ipse effectus, id est, hoc lumen, est in actu. Sed causa eius non est in actu: ergo &c. Maior patet. Minor probatur: quia causam esse in actu, vt hic accipitur est eam actu causare. Sed post illud instans hoc corpus luminosum non causat illud lumen, ergo non est in actu. Minor probatur. Lumen prius productum est, ergo nunc non producitur, antecedens patet, & consequentia: quia nullius rei sunt duæ productiones totales: alioquin talis res bis acciperet esse. Dicitur forte, quod licet non causet illud lumen, tamen intendit ipsum. Sed contra, quia ponitur, quod tale luminosum vniformiter maneat, & quoad situm, & quoad omnes eius qualitates in eadem dispensatione, in qua prius fuit. Quintò. Antequam finis sit in actu, habet causalitatem suam & tunc ea quæ sunt, ad finem actu sunt: ergo aliquis effectus particularis, puta medicina, est in actu cuius causa, scilicet sanitas, est tantum in potentia.

Secunda ra-
tio.

Tertia ra-
tio.

Quarta ra-
tio.

Quinta ra-
tio.

Diff.

Not. primu.

Not. secun-
dum.

Conclusio
prima.

Cauillatur
ratio.

Solutio.

Conclusio
secunda.

cedens probatur: quia si prius fieret quàm sit: ergo illud fieri esset in tempore & non in instanti. Patet consequentia, quia omnis productio in qua est prius & posterius adimpliat motum, & per consequens tempore mensuratur. Tertia conclusio. Effectus qui est res permanens producta per motum, non semper est actu dum agens agit. Probatur. Possibile est causa actu agente, effectum nunquam esse in actu: ergo non oportet quod semper sit in actu dum agens agit. Consequentia patet. Antecedens probatur. Dum enim sol generat rosam, id est, dum disponit materiam, vt sit apta ad suscipiendam formam rosæ, possibile est hunc effectum impediri, ne rosa generetur puta vel per abundantiam pluuia, vel per nimiam siccitatem & huiusmodi. Et similiter dum disponit materia pro generatione Sortis possibile est Sortem nunquam generari aliquo impedimento superueniente, puta abortu vel infirmitate: ergo &c. Quantum verò pertinet ad secundum sensum, ponitur ista conclusio quæ est quarta. Effectus in actu & causa in actu necessario simul sunt: probatur. Extrema ratiõis realis simul sunt actu necessario non quod oporteat aliquod eorum esse necesse necessitate absoluta, sed quia si vnum est, oportet aliud esse. Sed efficiens & effectus sunt extrema relationis realis, vt dicitur infra: ergo si causa est actu necesse est effectum esse actu. Non sic autem est de causa in potentia: quia non refertur relatione reali ad effectum, nec e contra. Edificator enim nullam habet actu relationem realem ad domum producendam: nec e contra. Sed præter ea quæ dicta sunt, videtur esse alius sensus qui haberi potest ex verbis Philosophi & Commentatoris in fine commentii tertij. Quidam enim est effectus dependens à causa sua solum quoad fieri. Quidam verò dependet à causa, & quoad fieri, & quoad factum esse, quia existere non potest nisi à causa conseruetur, & in his effectus postquam productus est simul est actu cum causa sua, quando effectus permanet, quia existere non potest, si causa corrumpatur. Causa vero à qua non conseruetur effectus, dicitur causa in potentia: & hanc non oportet simul esse cum effectui, & ideo de hac dicit Philosophus. Corruptur enim non simul domus & edificator.

Conclusio
secunda.

Conclusio 4.

Nota.

Ad primum.

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad quartum.

Ad quintum.

Ad argumenta respondetur. Ad primum negatur maior. Ad probationem conceduntur omnia illa præsupposita, sed negatur consequentia. Et dicitur quod illa volitio, non est actu productio, id est, non habet actu ratione productionis. Sed tunc habebit rationem productionis: quando per causam effectus ponetur in actu: & ideo dum illa volitio est, & motus cæli non est, conceditur quidem, quod productio motus cæli est actu, sed tamen non est actu productio motus cæli. Ad secundum negatur consequentia: sed bene sequitur quod edificari est dum edificator edificat: non autem sequitur domum esse: vt patuit per tertiam conclusionem. Et si dicatur quod Philosophus in text. dicit quod hic edificator est simul in actu cum hoc edificio. Dico quod accipit edificium non quoad esse ipsius, sed quoad fieri ipsius. Oportet enim edificium esse non secundum esse completum, sed quoad fieri dum edificatur. Ad tertium negatur minor de effectui qui producitur in instanti. Impossibile enim est assignare aliquod mensuram in qua aer illuminetur: & non habeat aliquod lumen. Si vero intelligitur de effectui, qui est res permanens producta per motum, sic conceditur totum argumentum, & est probatio tertie conclusionis. Ad quartum dicitur primo, quod postquam lumen productum est in aere: ipsum lumen non est in actu secundum primum sensum, id est, dum sit actu, sed iam factum est, est tamè in actu iuxta secundum sensum, quia actu refertur relatione reali ad corpus luminosum à quo dependet, & similiter causa est in actu, quia actu refertur realiter ad istud lumen. Dicitur secundò quod quando lumen conseruatur in aere, tam diu potest dici quod lumen sit, quia nihil aliud est lumen fieri in aere, nisi aërem illuminari. Continuè autem aër illuminatur, quando lumen habet: non quod nouum lumen producat vel quod præexistens intendatur: sed quia conseruetur. Fieri enim & conseruari idem sunt realiter, vt dicitur questione sequenti. Ad quintum dicitur quod finis antequam habeat esse in actu secundum se habet causalitatem suam, & tunc est actu in intellectu reali actualitate quæ sufficit ad hoc, quod finis dicatur actu causa. Quidam tamen dicunt quod conclusio intelligenda est solum de causa efficiente, quia etiam solum Philosophus de ista explicat, sed sustineri potest: etiam si intelligatur vniuersaliter de omni causa.

Vtrum productio & conseruatio sint idem.

Cap. i. d. i. q. 2. Pr. maratio.

Q V Æ R I T V R octauo, vtrum operatio, qua agēs producit effectum suum sit eadem cum illa, qua ipsum conseruat. Et videtur quod non. Primò. Entitas diuisibilis, & entitas indiuisibilis non sunt eadem entitas. Sed productio alicuius effectus est indiuisibilis, conseruatio autem est diuisibilis: ergo productio & conseruatio non sunt idem. Maior patet, alioquin idem esset diuisibile & non diuisibile. Prima pars minoris probatur. Omnis operatio instantanea est indiuisibilis (cum non fiat pars post partem, sed subito.) Sed productio luminis est instantanea, quia vt dicit Commentator 6 Physic. commen. 32. Arist. & omnes Peripatetici dicunt aliquas transmutationes esse in non tempore, cuiusmodi sunt illuminationes. Similiter species intelligibilis producitur in instanti, vt dicit Philosophus 7. Physic. & 3. de anima. commento 8. contra Themistium & Theophrastum. Secunda pars eiusdem minoris probatur. De ratione conseruationis est duratio & successio: ergo conseruatio est diuisibilis. Consequencia patet. Antecedens probatur: quia idem est aliquid conseruari & ipsum durare: & ei coexistere partes temporis sibi succedentes. Secundò. Ea sunt realiter distincta, quorum vnum excludit aliud. Sed productio & conseruatio sunt huiusmodi. ergo. Maior patet. Minor probatur, quia Philosophus 3. & 8. Ph. dicit, q. impossibile est simul ire ad aliquem terminum & in eo esse: ergo coexistencia siue conseruatio in termino excludit viam ad eum, siue productionem. Tertio. Possibile est conseruationem alicuius esse eius productionem non existentem: ergo non sunt idem. Consequencia patet: quia idem non potest simul esse & non esse. Antecedens probatur. Nam figura facta in cera, sigillo, conseruatur postquam à sigillo producta est, & etiam ipsum sigillum corrumpatur. Quarto. Conseruatio requirit presentiam termini, & productio requirit eius absentiam, quia omne quod conseruatur est, & id quod producitur nondum est. Patet consequencia, quia impossibile est idem esse absens & esse presentis. Quintò. Si conseruatio esset productio, sequitur quod esset necessaria esse. Sed hoc est falsum, vt patet: ergo. Consequencia probatur: quia productio post primum instans sui esse, adhuc necessario esset per aliquod tempus, ita quod per tale tempus ei repugnaret non esse, alioquin non esset conseruatio, quia in illo primo instanti non dicitur conseruatio, sed tantum post.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Conclusio prima.

Respondeo duabus conclusionibus, quarum prima est hæc. Productio & conseruatio alicuius effectus, puta luminis, sunt eadem entitas. probatur. Omnis distinctio operationum sumitur vel ex distinctione principiorum, vel ex distinctione terminorum, vel ex interruptione temporis vel ex pluralitate agentium. Sed productio & conseruatio nullo istorum modorum distinguuntur: ergo &c. Maior est Philosophi quinto Physico. text. comment. 34. & declaratur. Cum enim actio significetur, vt egrediens ab agente: cuius principium est forma qua agens agit, & idem in ipso egressu actionis ab agente, habet distinctionem ab actione alterius agentis. Calefacere enim distinguitur à frige facere, quia principium istius est calor & principium illius est frigus. Passiones verò distinguuntur ex terminis, quia ab eis habent suas rationes formales. Nam frigeri distinguitur à caleferi, quia hoc terminatur ad frigus, & illud ad calorem: distinguuntur etiã ex incorruptione temporis: & hæc distinctio numeralis est. Nam ad vitæatem cuiuslibet motus requiritur continuitas. Possunt etiam distingui ex pluralitate agentium sicut contingit quando plures trahunt nauem. Nec præter istos modos potest dari alius quo distinguantur operationes. Minor autem probatur quoad omnes partes. Nam productio & conseruatio luminis à sole, non est per aliud principium: sed solum per lucem. Quod probatur. Primo. Quia in sole non est alia qualitas actiua nisi lux, ergò nihil agit nisi per lucem. Secundò. Quia omnis operatio terminata ad lumen, fit mediante luce: quia lumen non producitur nisi à lucido, vt lucidum est. Sed productio & conseruatio luminis terminatur ad lumen, quia idem lumen est quod producitur & conseruatur: ergo. Et per hoc patet alia pars: scilicet quod non distinguantur ex terminis, quia idem lumen est terminus vtriusque. Quod verò nõ distinguantur ex interruptione temporis, patet, quia possibile est quod sol continuè illuminet aërem per totam vnam horam. Patet etiam q. non distinguantur ex pluralitate agentium, quia idem sol est qui producit & conseruat. Secunda conclusio. Productio & conseruatio

Conclusio secunda.

distinguuntur formaliter. Probatur. Primò. Ea formaliter distinguuntur, quorum vnum includit in sua ratione formali aliquid, quod non includit aliud. Sed ista sunt huiusmodi, ergo &c. Maior patet, & per eam supra probatum est, quod ens & vnum formaliter distinguuntur. Minor probatur. Nam negatio prioris existentia, est de formalitate productionis. Illud enim producitur quod antè non erat. Assertio verò prioris existentia includitur in formali ratione conseruationis. Id enim quo conseruatur & est, & fuit, & erit. Secundò. Possibile est aliquam rem, esse tantum per instans. Sed essentialis rei est formaliter productio, & non est formaliter conseruatio, quia nec prius fuit, nec post erit. Et confirmatur. Hæc res in isto instanti definit esse: ergo non conseruatur. Patet consequencia, & antecedens probatur, quia immediatè post hoc non erit: ergo definit esse.

Ad primum in contrariis.

Ad argumenta responderet. Ad primum negatur maior. Si enim productio est diuisibilis, etiam conseruatio est diuisibilis, & hoc reperitur in productione cuiuslibet rei: quæ fit per partem post partem, & si productio est indiuisibilis, etiam conseruatio. Dicitur autem aliqua res indiuisibilis: quia fit tota simul, & non per partem post partem, nec ipsa in se habet partes, & huius est conseruatio luminis: & volitionis, & visionis, & huius operationum. Illa enim res quæ est conseruatio luminis tota, simul producta est, sed ad hoc q. ista res dicatur conseruatio, oportet continuetur per aliquod tempus in sua actuali existentia. Nec est verum quod duratio & successio sint intrinseca illi entitati, quæ est conseruatio, licet requiratur ad hoc quod talis entitas dicatur conseruatio. Ad secundum dicitur q. productio & conseruatio non excludunt se mutuò: quantum ad suas entitates: imò quantum ad hoc si ponitur vna, ponitur & alia, sed excludunt se mutuò, quantum ad earum rationes formales, & sic intellexit Philosophus: & sic etiam distinguuntur. Ad tertium dicitur, q. figura impressa à sigillo non est entitas distincta ab eius productione & conseruatione: quia productio forma non distinguitur realiter ab ipsa forma. Manet igitur ipsa productio & conseruatio & forma producta & conseruata. Dicitur secundo q. productio illius forme non solum dependet à sigillo, sed etiam à motu cæli, à quo dependet omnis alius motus. Et idem corrupto sigillo remanet formaliter illa conseruatio, qua conseruatur à cælo. Tandiu enim conseruabitur figura in cera, quandiu conseruabuntur dispositiones pro ea: pura, durities, & si qua sunt alia huiusmodi. Ad quartum dicitur, quod nihil aliud concludit, nisi quod distinguuntur formaliter. Dicitur est enim q. negatio præexistentia requiritur ad formalem rationem productionis & assertio ad rationem conseruationis, sed ex nullo istorum variatur illa entitas quæ est productio & conseruatio. Ad quintum negatur consequencia: quia possibile q. durer tantum per instans. Possibile enim est q. aliqua res producat in aliquo instanti, & immediatè post hoc non sit: productio enim talis rei erit productio & conseruatio, sed non habebunt rationem conseruationis. Dicitur secundo, q. aliqua productio potest necesse esse necessitate conditionata. Præsuppositio enim quod debeat denominari conseruatione, necesse est quod per aliquod tempus duret.

Ad primum in contrariis.

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad quartum.

Ad quintum.

Q V Æ S T I O I X .

Vtrum effectus particularis reducatur in causam particularem.

Q V Æ R I T V R nonò. Vtrum effectus particularis reducatur in causam particularem: & vniuersalis in vniuersalem. Et videtur quod non. Primò. Esse est effectus vniuersalis. Sed causæ esse sunt particularia agentia: ergo effectus vniuersalis habet causam particularem. Maior patet, quia esse de omnibus prædicatur. Minor probatur tripliciter. Primò. A quocunque generatur compositum, ab eo effectiue est esse compositi. Sed ab agente particulari generatur compositum, ex septimo huius. text. comment. 28. ergo & esse compositi. Maior probatur. Tum quia generatio est via ad esse, ex quinto Physicorum. Tum quia ex actione agentis inducitur forma in materia dum generat compositum: ergo & esse. Tum quia forma esse in materia, nihil est aliud quam compositum esse, ergo cum ab agente forma sit in materia, ab eo est esse compositum. Consequencia patet ex eodem ad idè. Antecedens probatur. Si forma esse in materia non est esse compositum, sequitur quod compositum sit prius suo esse. Si posterius, sequitur quod esse compositi, sit prius ipso

Primaratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Conclusio 1.

Causa dicitur vniuersalis duobus modis.

Not. secundum. Effectus vniuersalis dicitur tripliciter.

Tex. cõ. 13.

Nota.

ipso composito, quod est intelligibile. Secundo principaliter. In generatione hominis prius generatur animal quam homo, quia embrio prius viuit vita sensitiva quam rationali: vt dicitur in libro de animalibus, & similiter prius generatur homo quam hic homo, quia principia indiuiduantia, per quæ est hic homo, præsupponunt ordine nature id quod indiuiduant: ergo dum Sortes generat hominem effectus vniuersalis, scilicet animal & homo est à causa particulari. Tertio. Hic mus generis non per propagationem, sed ex sola virtute solis est effectus particularis. Sed sol est causa vniuersalis, ergo à causa vniuersali est effectus particularis. Quarto. Sequitur q. esse esset proprius effectus primæ causæ, quæ est Deus. Sed hoc est falsum, ergo effectus vniuersalis non reducitur in causam vniuersalem tanquam in causam propriam. Consequencia patet, quia Deus est causa vniuersalissima: & esse est effectus vniuersalissimus. Falsitas consequentis probatur. Proprius effectus primæ causæ, est effectus nobilissimus, sicut & ipsa prima causa est nobilissima. Effectus enim assimilatur causæ, sed esse non est nobilissimus, quod probatur. Nam omne inclusum est ignobilius includente: quia enim animal includitur in homine: idè homo est nobilior animali, sed esse includitur in omnibus: ergo est effectus quolibet alio ignobilior.

Respondeo tribus conclusionibus: quarum prima hæc est. Effectus particularis, reducitur in causam particularem, tanquam in propriam causam. Ista conclusio sufficienter probata fuit supra quaestione sexta huius quinti: vbi dictum fuit quod hic homo non potest idem numero esse nisi ab hoc homine, & licet sit à cælo & à Deo, quæ sunt causæ vniuersales, inquantum est corpus aut ens, tamen inquantum est hic singularis, non est nisi ab hoc singulari tanquam à propria causa. Deus autem & cælum sunt causæ vniuersales. Nec est amplius de hac conclusione disputandum. Pro reliquis duabus conclusionibus, sciendum est primo quod aliquam causam esse vniuersalem, potest dupliciter intelligi. Vno modo secundum prædicationem. Alio modo secundum causalitatem, id est, quia eius causalitas ad multa se extendit, licet ipsa causa non prædicetur de multis. Primo modo, homo est causa vniuersalis omnium hominum. Secundo modo, sol est causa vniuersalis, omnium generabilium. Id autem quod est vniuersale secundum causalitatem, est etiam vniuersale secundum perfectionem, quod enim aliquid possit producere multa specie distincta, procedit ex perfectione ipsius, & quanto plura potest producere, tanto perfectior est, & si potest omnia efficere, est causa vniuersaliter perfecta, & hoc modo Deus est causa vniuersalissima, & de hac vniuersalitate loquimur. Sciendum secundo, q. similiter potest aliquis effectus esse vniuersalis tripliciter. Vno modo secundum prædicationem tantum, & sic, ens est vniuersalis effectus, quia de omnibus prædicatur, sed non est vniuersalis secundum perfectionem, quia entitate cuiuslibet rei creatæ, est in ea aliquid ea perfectius scilicet ipsum esse existere. Secundo modo dicitur effectus vniuersalis secundum perfectionem tantum, & non secundum prædicationem, & sic prima intelligentia est vniuersalis effectus. Tertio modo dicitur effectus vniuersalis & secundum prædicationem & secundum perfectionem, & hoc modo esse, est vniuersalissimus effectus. Nam quod esse sit vniuersalissimus effectus secundum prædicationem, patet, quia omnem rem consequitur. Nulla enim res formaliter existit, nisi per ipsum esse existeret. Quod etiam sit vniuersalissimus secundum perfectionem probatur. Omnis actus est nobilior potentia cuius est actus, vt dicitur 9. huius. Sed esse cuiuslibet creaturæ est actus eius, & ipsa essentia est potentialis. Albedo enim non habet suam vltimam causalitatem, scilicet, existentiam nisi per esse, & idè dicitur quod esse est actualitas omnium, ergo esse est vniuersalissimus effectus secundum perfectionem. Et si arguitur contra hoc, quia esse viuens, esse sapientem, est melius quam esse, ergo esse nõ est perfectissimum. Respondetur quod esse sapientem, nihil est aliud nisi illud esse quod dat sapientiam. Istud autem esse, ad duo comparari potest, scilicet, ad sapientiam, cuius est effectus formalis, & ad suppositum quod denominatur sapiens. Si comparatur ad sapientiam, sic est ea nobilior tanquã actus potentia: Et si ad hunc sensum accipitur illud antecedens, ipsum negatur, & est sensus. Melius est sapientia quam esse ipsum sapientia. Si autem comparatur ad suppositum, sic dico quod esse suppositi est nobilior simpliciter quam esse sapientia, quia illud est substantiale, & hoc est accidentale, & ad hunc sensum negatur & antecedens. Sed potest esse alius sensus illius antecedentis, scilicet quod suppositum habens suum proprium esse substantiale, & habens simul

etiam esse quod dat ei sapientia, est nobilior seipso vt habet tantum esse substantiale, & sic conceditur antecedens: & negatur consequentia. Nec sequitur quod aliquid sit nobilior esse, sed bene sequitur, quod duo esse simul sumpta sunt quod nobilior altero coru præcisè accepto. Sciendum tertio quod cum dicitur effectus vniuersalem esse proprium effectum causæ vniuersalis, sensus huius propositionis potest esse duplex. Primus est quod inter effectum vniuersalem & particularem, sit semper realis distinctio: & hoc falsum est, vt patebit. Secundus est quod tantum ratione distinguantur, & hoc est verum. Nam Sortes & est hic homo, & est homo, & est animal, & est corpus, & est viuens, & est ens. Inquantum est hic homo, est ab hoc homine & non potest esse ab alio. Inquantum autem est homo, est proprius effectus hominis, & sic de aliis: vt declarabitur in probatione conclusionis. Sciendum quarto quod aliquem effectum esse proprium alicui causæ, dupliciter intelligi potest. Vno modo: quod possit produci tantum ab illa causâ & nullo modo ab alia. Alio modo, quod possit quidem produci etiã ab aliis, sed à nulla alia potest primo produci, nisi ab ea cuius est proprius effectus. Et si ab aliis producarur hoc nõ est nisi virtute illius ad quam alie comparantur, sicut instrumenta ad principale agens. His declaratis hæc est secunda conclusio. Effectus vniuersalis secundum prædicationem reducitur, vt in propriam causam in causam vniuersalem aut secundum prædicationem. Probatur: primo. Omnis effectus est proprius alicuius causæ. Sed effectus vniuersalis non est proprius causæ particularis, ergo est causæ vniuersalis. Maior patet: quod nullus effectus potest indifferenter esse à quacunque causâ, sed est à causa determinata. Minor probatur. Si effectus vniuersalis, puta homo, est proprius effectus causæ particularis, puta Sortis, hoc non potest esse, nisi altero duorum modorum, scilicet vel quia solus Sortes, potest producere hominè, vel quia nihil producit hominè nisi in virtute, Sortis non est præter istos modos dare alium modum quo effectus dicatur proprius alicuius causæ. Sed vtrumq; constat esse falsum, quia Sortes nõ existente, adhuc potest homo generari: ergo propria causa hominis est homo, ita quod homo non est, nisi ab homine naturaliter. Nec Sortes habet primo inquantum est Sor. quod possit generare hominem, sed hoc habet inquantum est homo. Secundò. Effectus vniuersalis est effectus specificus, vel genericus, vel transcendens. Causa verò particularis dicitur causa indiuidua vel causa inferior effectui. Sed nulla natura specifica dependet essentialiter ab aliquo eius indiuiduo, nec natura superior ab aliquo eius inferiori: quia superior potest esse sine inferiori, cum sit prius eo naturaliter: ergo. Notanter dixi in cõclusionem, vel secundum perfectionem. Rana enim absque propagatione est proprius effectus solis, qui non est vniuersalis causa secundum prædicationem, sed perfectionem. Tertia conclusio. Omne quod est vniuersalissimus effectus est proprius effectus causæ vniuersalissimæ secundum perfectionem quæ est Deus. Probatur. Primò. Nulla causa producit esse, nisi in virtute Dei, ergo esse est proprius effectus Dei. Consequencia patet. Antecedens probatur tripliciter. Primò. Quando plures causæ agentis sub vno agente ordinantur, necesse est quod effectus qui ab eis causatur, productus sit ab eis, inquantum participant virtutem illius primi agentis, præferunt si illud primum agens sit de se sufficientes ad agendum. Sed omne aliud agens ordinatur sub Deo, & omnia agentia sunt causa ipsius esse, cum sint causa q. eorum effectus existens: ergo nullum aliud agens est causa esse, nisi in virtute Dei. Maior patet, quia à pluribus causis non procedit vnus effectus, nisi vel quia nulla earu est sufficientes, vel quia vna agit in virtute alterius. Minor etiam de se est nota: ergo &c. Secunda. In omnibus causis ordinatis, & similiter causantibus necesse est propriè causalitati vniuersalique correspondere aliquid proprium in effectui, alioquin propriæ causalitati non daretur proprius effectus. Sed Deus & intelligentia, & cælum, & Sortes concurrunt tanquam causæ ordinatæ ad generationem Platonis, ergo causalitati cuiuslibet earum correspondet aliquid proprium in effectui. Istud autem non est quid distinctum secundum rem, quia in Platone non sunt talia multa: ergo sunt distinctæ tantum ratione. Nam Plato inquantum est ens, est à Deo. Inquantum verò est viuens, est ab intelligentia, & inquantum est corpus, sic est à cælo: & inquantum est anima, sic est à Sorte vt est animal, & inquantum homo est ab eodem, vt est homo & inquantum est hic homo est ab eodem, vt est hic homo. Tertio: in omnibus agentibus ordinatis, id quod est vltimum in generatione, & primum in intentione, est proprius effectus primi agentis, sicut patet quod domus est primus effectus

Not. tertio.

No. quartum.

Conclusio secunda.

Conclusio tertia.

Not. hanc rationem.

Prima ratio. secunda sit rationis. Et videtur quod non. Primo, quia esse vnum genere & esse vnum diffinitione, etiā tertius & quartus modus primæ diuisionis est esse vnum in aliqua intentione logica: ergo prima diuisio non est realis. Consequentia & antecedens de se patet. Secundo. Vnitatis speciei vel fundamenti in ente reali, vel in entationis. Si in ente reali, ergo est vnitatis realis. Si in ente rationis, ergo est nihil ali-qua omne fundamentum in alio est minoris entitatis, quā id in quo fundatur. Nihil autem potest esse minoris entitatis ente rationis, ergo omne fundamentum in ente rationis, est nihil. Tertio. Præter vnitatem specificam & genericam est vnitatis in differentia essentiali, & in proprio & accidente: cum etiam ista sint vniuersalia: ergo illa diuisio non est sufficiens. Quarto. Vnitatis proportionis conuenit rebus, nullo intellectu considerante, ergo non est vnitatis rationis. Consequentia patet. Antecedens probatur: quia omni intellectu circumscripto ita se habent octo ad quatuor, sicut sex ad tria.

Not. primū. Respondetur, quod prima diuisione realis: & secunda rationis tantum. Ad cuius euidenciam sciendum est, quod hæc est vniuersalis differentia, inter ens rationis & ens reale: quia omnis entitas realis conuenire potest reb. nullo intellectu considerante. Ens verò rationis consequitur res solum: vt sunt obiectiue in intellectu: & quod dictum est de ente reali, dicendum est de vnitatis: & de qualibet alia re: quia omnia huiusmodi recipiunt predicacionem entis. Prima igitur diuisio est realis: quia conuenit rebus præter operationem intellectus: quod patet, discurrendo per vnamquamque earum. Nam nullo intellectu cogitante Sor. & Sor. albus, sunt vnum subiecto: & vnum eorum alteri accidit. Similiter cōtinuum est vnum. Linea enim vna est, quia non est diuisa: etiam si nullus eam intelligat. Similiter ea sunt vnum, quorum forma siue natura est indiuisa: hæc sunt illa: vt inquit Commentator com. 9. quæ sunt similitum partium & cōueniunt in nomine & diffinitione: vt vinum, oleum, aqua &c. Constat enim quod nullo intellectu cogitante natura huius aquæ, vel huius olei, nõ est diuisa in partes. Quantum verò pertinet ad tertium & quartum modum, sciendum est, quod genus & diffinitio possunt accipi dupliciter. Vno modo quantum ad intentiones. Alio modo quantum ad naturas ad extra, quæ sunt fundamenta harum intentionum: & hoc secundo modo accipitur hic genus. Nullo enim cogitante homo & asinus conueniunt in natura animalis: quia vtrumque eorum est animal: licet natura animalis hominis & asini non habeat vnitatem extra intellectum. Sciendū verò est vt dicit Philosophus. & Com. tex. & c. 10. & S. Thomas in littera quod aliqua sunt vnum in genere remoto, non autem in genere propinquo: quia non diuiduntur differentis generis remota: sed differentis generis propinqui. Differentiæ enim diuisiue figuræ sunt hoc triangulare: quadrangulare & huiusmodi. Et quia omnes trianguli conueniunt in hac differentia quæ est triangulare, ideo omnes sunt vnum in figura, non tamen sunt vnum in triangulo, quia distinguuntur differentis trianguli quæ sunt habere omnes lineas vel æquales vel inæquales. Et quod dictum est de genere dicendum est de diffinitione. Quantum ad quintum modum, constat quod res simplices non habent simplicitatem & indiuisibilitatem ab opere intellectus: & sic patet quomodo prima diuisio est realis. Quod autem secunda sit rationis probatur. Et primo de specie & genere. Natura specifica & generica nullam habet vnitatem extra intellectum: ergo omnis eius vnitatis est per intellectum. Cōsequencia patet, & antecedens: quia extra intellectum est diuisa in suppositis: de quibus dicitur. Vtrum autem huius naturæ habeat vnitatem realem, minore vnitatis numerali: vt quidam dicunt, disputabitur se primo huius. De vno autem numero: sciendum quod vnitatis numeralis accipitur pro singularitate, siue indiuiduatione, siue incommunicabilitate, quæ sumitur per oppositum, ad communicabilitatem conuenientem speciei & generi. Licet igitur fundamentum indiuiduationis scilicet materia & quantitas, sit in rebus sine opere intellectus, tamen intentionem incommunicabilitatis attribuit eis intellectus apprehendendo naturam particularem, puta Sor. in habitu ad speciem, & concipiendo quod non dicitur de pluribus sicut species, sed tantum de vno, sicut magis declarabit sequenti quæstione. De vnitatis etiam proportionis siue analogiæ declaratur. Sciendum enim quod proportio dupliciter accipi potest. Vno modo pro rebus quæ proportionales comparationem habent: & talis proportio est realis. Medicina enim sine opere intellectus est causa sanitatis, & vrina est eius signum. Alio modo accipitur proportio rerum vt stat sub istis terminis secundæ intentionis scilicet subijci & prædi-

Not. secundū. Respondetur, quod prima diuisione realis: & secunda rationis tantum. Ad cuius euidenciam sciendum est, quod hæc est vniuersalis differentia, inter ens rationis & ens reale: quia omnis entitas realis conuenire potest reb. nullo intellectu considerante. Ens verò rationis consequitur res solum: vt sunt obiectiue in intellectu: & quod dictum est de ente reali, dicendum est de vnitatis: & de qualibet alia re: quia omnia huiusmodi recipiunt predicacionem entis. Prima igitur diuisio est realis: quia conuenit rebus præter operationem intellectus: quod patet, discurrendo per vnamquamque earum. Nam nullo intellectu cogitante Sor. & Sor. albus, sunt vnum subiecto: & vnum eorum alteri accidit. Similiter cōtinuum est vnum. Linea enim vna est, quia non est diuisa: etiam si nullus eam intelligat. Similiter ea sunt vnum, quorum forma siue natura est indiuisa: hæc sunt illa: vt inquit Commentator com. 9. quæ sunt similitum partium & cōueniunt in nomine & diffinitione: vt vinum, oleum, aqua &c. Constat enim quod nullo intellectu cogitante natura huius aquæ, vel huius olei, nõ est diuisa in partes. Quantum verò pertinet ad tertium & quartum modum, sciendum est, quod genus & diffinitio possunt accipi dupliciter. Vno modo quantum ad intentiones. Alio modo quantum ad naturas ad extra, quæ sunt fundamenta harum intentionum: & hoc secundo modo accipitur hic genus. Nullo enim cogitante homo & asinus conueniunt in natura animalis: quia vtrumque eorum est animal: licet natura animalis hominis & asini non habeat vnitatem extra intellectum. Sciendū verò est vt dicit Philosophus. & Com. tex. & c. 10. & S. Thomas in littera quod aliqua sunt vnum in genere remoto, non autem in genere propinquo: quia non diuiduntur differentis generis remota: sed differentis generis propinqui. Differentiæ enim diuisiue figuræ sunt hoc triangulare: quadrangulare & huiusmodi. Et quia omnes trianguli conueniunt in hac differentia quæ est triangulare, ideo omnes sunt vnum in figura, non tamen sunt vnum in triangulo, quia distinguuntur differentis trianguli quæ sunt habere omnes lineas vel æquales vel inæquales. Et quod dictum est de genere dicendum est de diffinitione. Quantum ad quintum modum, constat quod res simplices non habent simplicitatem & indiuisibilitatem ab opere intellectus: & sic patet quomodo prima diuisio est realis. Quod autem secunda sit rationis probatur. Et primo de specie & genere. Natura specifica & generica nullam habet vnitatem extra intellectum: ergo omnis eius vnitatis est per intellectum. Cōsequencia patet, & antecedens: quia extra intellectum est diuisa in suppositis: de quibus dicitur. Vtrum autem huius naturæ habeat vnitatem realem, minore vnitatis numerali: vt quidam dicunt, disputabitur se primo huius. De vno autem numero: sciendum quod vnitatis numeralis accipitur pro singularitate, siue indiuiduatione, siue incommunicabilitate, quæ sumitur per oppositum, ad communicabilitatem conuenientem speciei & generi. Licet igitur fundamentum indiuiduationis scilicet materia & quantitas, sit in rebus sine opere intellectus, tamen intentionem incommunicabilitatis attribuit eis intellectus apprehendendo naturam particularem, puta Sor. in habitu ad speciem, & concipiendo quod non dicitur de pluribus sicut species, sed tantum de vno, sicut magis declarabit sequenti quæstione. De vnitatis etiam proportionis siue analogiæ declaratur. Sciendum enim quod proportio dupliciter accipi potest. Vno modo pro rebus quæ proportionales comparationem habent: & talis proportio est realis. Medicina enim sine opere intellectus est causa sanitatis, & vrina est eius signum. Alio modo accipitur proportio rerum vt stat sub istis terminis secundæ intentionis scilicet subijci & prædi-

cari, & quia prædicari non fit nisi per opus intellectus, vt dicit Albertus in prædicabilibus. Esse enim prædicatum & subiectum non conuenit alicui rei nisi vt est obiectiue in intellectu, igitur vnitatis proportionis in prædicando est vnitatis rationis, puta cum dicitur, quod sicut se habet tranquillitas ad mare, ita ad ætrem, tranquillitas enim nõ conuenit in vno modo prædicandi secundum analogiam de mari & ære: nisi vt habet esse in intellectu, ita quod vnitatis in prædicando est per opus rationis.

Ad primum in oppositum patet ex dictis quod maior est falsa, accipiendo genus pro re subiecta intentioni, siue pro eo pro quo supponit genus, & non pro eo quod significat. Cum enim dicitur, animal est genus, ly genus, significat ens rationis: sed supponit pro materia reali. Ad secundum dicit, quod vnitatis speciei fundatur in ente reali, id est, in natura ad extra, tanquam in fundamento remoto: & fundatur in conceptu intellectus tanquam in proximo fundamento: non quidem sui esse: quia entia rationis in nullo sunt, sed in fundamento suæ veritatis: sed negatur consequentia: quia dicitur, ergo est realis: quia multa entia rationis habent pro fundamento suæ veritatis, ens reale cuiusmodi sunt omnes relationes rationis fundate in re: vt supra declarauimus. Dicitur secundo quod si etiam fundatur in ente rationis, non sequitur quod sit nihil: quia inter entia rationis sunt gradus: sicut dictum fuit supra de distinctionibus rationis: quarum vna scilicet illa quæ reducitur ad realem distinctionem est maior illa quæ non reducitur. Ad tertium dico, quod intentio Philosophi non fuit assignare omnes modos vnitatis fundatos in intentionibus logicis: sicut est esse vnum antecedente: vnum consequente: vnum subiecto: vnum prædicato: & multa alia huiusmodi: sed posuit illos modos qui se consequuntur: sicut superioris & inferioris: quales sunt isti. Quæcumque sunt vnum numero, sunt etiam vnum specie: & quæ sunt vnum specie sunt vnum genere: & quæ sunt vnum genere sunt vnum analogia. Esse autem vnum differentia vel proprio, non ponit speciem gradum vnitatis, quia quæcumque sunt vnum specie, sunt etiam vnum differentia: & proprio: & quæcumque sunt vnum accidente, sunt vnum genere vel saltem analogia. Ad quartum patet responsio ex dictis in fine quæstionis.

QVÆSTIO XII.

Vtrum id cuius est eadem materia, sit vnum numero.

QVÆRITVR 12. An illud propriè dicatur vnum numero, cuius est eadem materia, ita quod ratio vnitatis numeralis sit vnitatis materia. Et videtur quod non. Primo. Forma abstracta à materia, est vna numero, cum non sit plures. Sed ipsa non habent materiam: ergo &c. Secundo. Ens secundæ intentionis, non diffinitur per ens primæ intentionis, quia diffinitio dicit quod est res, intentiones autem secundæ non conueniunt per se rebus, sed eis accidunt. Sed vnitatis numeralis sicut & singularitas siue indiuiduatio est secundæ intentionis, ergo non diffinitur per materiam quæ est primæ. Tertio. Generatum & corruptum, non sunt idem numero: sed generatum & corruptum habent eandem materiam: ergo vnitatis materia non sufficit ad vnitatem numeralem. Confirmatur. Ex hoc sequitur quod idem numero posset naturaliter reparari. Sed hoc est falsum: ergo. Consequentia probatur. Posito quod ex ære generetur ignis, & postea ex eodem igne generetur ær. Nam eadem materia est subiectum vtriusque transformationis, vt patet 1. Phy.

Respondeo, quod hæc quæstio dupliciter disputari potest. Vno modo ad hunc sensum. Vtrum materia sit principium indiuiduationis, & sic non queritur in hoc loco. Alio modo, vtrum de ratione vnitatis numeralis, sit vnitatis materia & sufficiat ad hoc quod aliqua dicuntur vnum numero, & ita querimus. Oportet igitur prænotitia huius quæstionis primo declarare, de qua materia Philosophus intelligit. Secundo de qua vnitatis. Ex quibus duobus patebit principale propositum. Quantum ad primum dicunt aliqui cum materia & forma opponantur, & quot modis dicitur vnum oppositorum tot modis dicatur & reliquum: vt patet primo Topic. sicut forma accipitur dupliciter, scilicet pro forma partis: & pro forma totius, ita & aliqua est materia quæ est pars cōpositi: quædam est materia, quæ opponitur formæ totius siue ipsi quidditati, & est extra rationem quidditatis formaliter: & huius materia nihil aliud est, nisi differentia indiuidualis, quam appellant hæcitate: & de hac materia loquitur Philosophus & vult dicere quod ea sunt vnum numero quæ

Ad primum.

Ad secundū.

Ad tertium.

Ad quartū.

Cap. 4. d. 43. q. 1.

Primæ ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Secunda. videlicet.

Vtrum predicamenta distinguantur per diuersos modos predicandi.

quæ habent eandem hæcitate. Sanctus Tho. dicit quod philosophus loquitur de materia propriè dicta, quæ est altera pars compositi. Et quod ita sit probatur. Illa materia est causa vnitatis numeralis principalitatis ei oppositæ, quæ Philosophus probat nullo modo esse in primo principio: & per consequens primum principium esse tantum vnum & non pluraliter. Sed huius est tantum materia, quæ est pars compositi: ergo &c. Maior patet ex verbis Commentatoris 12. meta. comment. 49. sic dicitur. Quod est vnum in specie, & plura in numero habet materiam. Sed de claratum est quod primum principium non habet materiam, hoc ille. Minor probatur. Nam philosophus nullam facit distinctionem de materia in omnibus libris suis nisi eam quæ ponitur 12. meta. tex. com. 10. vbi dicit. Aliqua est materia ad esse: & aliqua est materia in potentia ad vbi. Item. Tertio. meta. tex. com. 11. sic ait. Omne diuisibile diuiditur aut secundum quantitatem, aut secundum formam. Vbi dicit Comment. quod genera diuiduntur secundum formam, quia diuiduntur per differentias, species verò diuiditur secundum quantitatem. Et 7. meta. com. 35. dicit. Omnia diuiduntur in suas partes secundum quantitatem, diuisione rerum per suas materias, id est, diuisione speciei indiuidua. Ex prædictis autoritatibus habentur due propositiones, quarum prima est: quod omnis distinctio aut est per quantitatem aut per formam. Secunda est quod diuisio speciei in indiuidua est per quantitatem, & per materiam. Constat autem quod materia subiecta quantitati, est materia quæ est pars compositi. Item si per materiam acciperet philosophus id quod est extra rationem speciei, sequeretur quod in substantiis abstractis esset materia, cuius oppositum ipse probat 12. meta. tex. com. 31. Cōsequencia probatur, quia substantiis separatis conuenit mouere cælum vt ipse ibi dicit. Constat autem quod mouere cælum est quod accidit rationi quidditatiue cuiuslibet substantiæ separatæ alioquin non possent concipi conceptu abstracto à moro: ergo &c. Et sic patet primum. Quantum ad secundum dico quod dupliciter aliquid potest dici vnum numero. Vno modo accipiendo pro multitudine transcendente, quæ ex vnitatibus transcendentibus, id est, ex pluribus naturis & entitatibus constituta est, ad quem sensum intelligenda sunt verba Commentar. in hoc quinto com. 14. dicitur, quod vnum est extra materiam. Et quod vnum numero est in materia. Accipit enim vnum in primo membro huius diuisionis pro vnitatis transcendente. Alio modo dicitur vnum numero, accipiendo numerum de genere quantitatis, & sic quicquid est vnum vnitatis quæ est principium numeri, dicitur esse vnum numero, quia simul cum aliis potest constituere numerum. Ex his dicitur ad quæstionem: quod ea propriè dicuntur esse vnum numero quæ habent eandem materiam non simpliciter: sed sub eisdem dimensionibus, quia materia nõ habet quod sit acta vna vel plures, nisi ad quantitatem cui primo conuenit ratio diuisibilitatis, & per eam conuenit aliis.

Ad primum in oppositum negatur maior, accipiendo vnum numero pro eo quod est vnum vnitatis numerali. Ad secundum dicitur quod philosophus accipit vnum pro singulari siue indiuiduo: sed non diffinit indiuiduum vt indiuiduum: quia vt sic diffinitur per hoc, quod est non esse prædicabile de multis quod pertinet ad secundas intentiones, sed declarat quid sit indiuiduum quantum rem significat, & vult dicere, quod omne id quod propriè dicitur indiuiduum, habet materiam in his rebus inferioribus. Per materiam autem accipitur non solum materia ex qua, sed etiam materia in qua: & propter hoc duo accidentia eiusdem speciei non distinguuntur nisi quia habent diuersas materias in quibus sunt. Ad tertium negatur minor, quia materia geniti & corrupti non est sub eadem quantitate, & per consequens non habet vnitatem, de qua intelligit Philosophus & Commentator.

Ens dicitur quodammodo accidentaliter.

In hac parte diuidit Philosophus ens, in ens per se, & ens per accidens, quæ diuisio attenditur non penes res diuersas: sed penes diuersos modos predicandi. Nam quælibet substantia: & quodlibet accidens, est ens per se, sed dicitur ens per accidens id quod est aggregatum ex rebus diuersorum generum: vnde homo risibilis, est ens per accidens, metaphoricè loquendo, licet illa propositio logicè sit per se secundo modo. Ens autem per se diuidit in decem predicamenta. Circa quod queritur.

Quæritur an decem prima genera distinguantur per diuersos modos predicandi. Et videtur quod nõ. Primo: modi predicandi sunt vni in modis significandi, & modi significandi à modis essendi ergo distinctio predicamentorum est per modos essendi principaliter. Confirmatur, quia S. Tho. in quæstionibus de veritate: q. prima. dicit, quod ex diuersis gradibus entitatis accipiuntur diuersi modi essendi: iuxta quos accipiuntur diuersa rerum genera. Secundo. Ex secundis intentionibus non possunt primo distinguere entia primæ intentionis. Sed predicamenta sunt res primæ intentionis, & modi predicandi sunt res secundæ, ergo ex modis predicandi, non distinguuntur predicamenta. Minor patet, & maior. Nam natura animalis nõ diuersificatur ex hoc quod conuenit ei intentio generis & speciei subalternæ. Tertio. Sequitur quod omne prædicatum distinguitur in duo generalissima. Sed hoc est expresse falsum: ergo consequentia probatur, quia in quolibet genere sunt duo modi predicandi, scilicet abstractius & concretius. Quarto. Sunt tantum duo primi modi predicandi, scilicet prædicari in quid: & prædicari, in quale: ergo essent tantum duo predicamenta, quod est falsum. Quinto: sequitur quod homo & asinus magis distinguuntur quam duo predicamenta. Sed hoc est falsum, ergo. Consequentia probatur, quia homo & asinus non solum distinguuntur in modo predicandi, sed etiam realiter. Falsitas consequentis probatur. Duo predicamenta conueniunt tantum in ente, & nõ in aliquo vniuoco: propter quod dicit Philosophus primo poste. quod omnis negatiua vnius prædicari de alio, est immediata: homo autem & asinus plus conueniunt quam in ente.

Respondeo duabus conclusionibus quarum prima hæc est. Diuisio entis in decem genera non est per differentias. Patet ex 3. huius, vbi dictum fuit quod ens nõ habet differentias, tñ quia omne diuisum per differentias est. Tum vniuocum: probatur autem fuit quod ens non sit vniuocum. Secunda conclusio. Prima ratio distinctionis predicamentorum, sumitur ex diuersis modis generalissimis predicandi de prima substantia. Ad cuius euidenciam sciendū quod prædicamentum accipitur tripliciter. Vno modo pro ipsa intentione quæ dicitur prædicamentum. Secundo pro rebus vt stant sub intentione prædicamentum. Tertio modo pro huius intentione: tertio pro huius rebus vt stant sub intentione prædicamentum. Primo modo prædicamentum est ens rationis: quia est ordo: & relatio rationis inter genera & species. Secundo modo est ens reale. Tertio modo dicit aggregatum ex ente reali & rationis simul: & de hoc loquimur in proposito. Quartus. n. per quid qualitas sit distinctum prædicamentum à relatione, & actio à passione, id est, vnde habet quod dicitur diuersas rationes predicamentales. Sciendū secundo quod prædicari est actus rationis componētis & attribuentis prædicatum subiecto per secundam operationem intellectus quæ primam præsupponit: per quã intelligitur significata simpliciter terminorum, & ideo modi prædicandi præsupponunt modos intelligendi, & in eis fundantur, quia intellectus sicut apprehendit, ita enunciat vnum de alio, vel affirmatiue vel negatiue. Modi autem intelligendi sunt vni in modis essendi. Quod tripliciter intelligi potest. Vno modo, quod diuersis modis prædicandi correspondeat semper & necessario diuersæ res, habentes diuersos modos essendi, & sic est falsum, quia (vt infra probabitur) relatio, & fundamentum sunt vna res: & similiter actio & passio. Alio modo, quod oporteat esse plures modos essendi in rebus natura ad hoc quod habeatur distincta prædicamenta: & hoc verum est de generibus accidentiis, quod oportet esse primam substantiam, & ea quæ dicuntur prædicamenta: quia prima substantia prædicatur. Constat autem quod aliud est esse primæ substantiæ & aliud est esse cuiuslibet accidentis. Tertio quod oportet illam entitatem quæ habet diuersos modos intelligendi & prædicandi esse talē, vt secundum se possit correspondere pluribus conceptibus, qui de ea sunt, ita quod huius plures modi intelligendi & prædicandi fundati in ea, non sunt vni nec fictitij, & sic dico quod à modis essendi sumitur modi predicandi. Ex his respondetur duabus conclusionibus, quarum prima est. Prædicamenta quatuor ad id quod sunt distinguuntur seipsis. Illa. n. res quæ est substantia, non distinguuntur à quantitate per aliquod aliud & declaratur. Licet enim ens non habeat vnum conceptum prædicatum obiectiualem, substantia tamen cum sit terminus vniuocus, significat vnam naturam & vnam quidditatem, & similiter quantitas & qualitas. Intellico igitur quod huius quidditates distinguuntur seipsis, quod probatur. Primo. Quæcumque sunt primo diuersa, distinguuntur seipsis, vt dicitur 10. meta. Et patet ratio, quia si nõ distinguerentur seipsis, sed per aliquid sui tunc in ali-

Cap. 8. d. 1. q. 2. & 2. d. 1. q. 2. Prima ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Conclusio prima.

Secunda conclusio.

Not. primū predicamentum dicitur tripliciter.

Notandum.

Sensus horum verborum multiplex.

Conclusio. Prædicamenta sunt seipsis distincta.

Tex. 10. 12.

quo

quo convenirent & in aliquo differrent, & per consequens non essent primo diversa. Sed huius quidditates sunt primo diverse: videlicet Com. 3. & 4. metaph. ergo distinguuntur seipfis. Secundo. Si convenirent in aliqua natura communi: sequitur qd eis esset aliquid cõmune secundũ rem. Sed hoc est falsum, quia philosophus 3. phy. dicit qd substantiã, qualitatẽ, & quantitã, nihil est cõmune accipere: ergo &c. Secunda conclusio. Huiusmodi res vt stant sub ratione, siue intentione prædicamenti distinguuntur per diversos modos prædicandi. Probat. Primo, quia philosophus in hoc rextu dividens ens in decẽ genera, dicit qd dividitur secundũ figuras prædicationis, vbi Com. in principio cõmeti 1. dicit qd figuras intelligit genera prædicamentorũ. Secundo. Aut distinguuntur per modos essendi, aut per modos prædicandi. Sed non per modos essendi: ergo per modos prædicandi. Maior cõmuniter est concessa. Minor probatur: quia relatio & fundamentum sunt eadem res: vt infra probabitur. Vnus autẽ rei est tantum vnus prædicandi modus essendi secundum rem, tum quia distinguitur in ratione præfenti, est distinguitur in aliqua secunda intentione: modi autẽ essendi non dicunt intentiones, sed modi prædicandi. Et cum dixi qd distinguuntur per modos diversos prædicandi, intelligo qd diversimodẽ prædicantur de prima substantia. Genera enim & species substantiarum prædicantur de prima substantia in quid, quantitas autem licet prædicetur in quid de linea, non tamen prædicatur in quid de substantia prima, & secundum hos modos prædicandi ponit S. Tho. 5. meta. sufficientiam prædicamentorum: hæc autem diuisio prædicamentorum est logica, quia est per intentiones.

Conclusio

Ad primum

Ad secundũ

Ad tertium

Ad quartũ

Ad quintũ

Text. cõ. 15.

Intentio philosophi

Prima ratio

Secunda ratio

Tertia ratio

Substantia dicitur &c.

Hoc loco distinguit substantiam, quæ dicitur de substantia prima, quæ est hoc aliquid subsistens, dicitur etiã de forma per quam substantia prima subsistit, dicitur etiã de essentia quæ completitur simul & materiã & formã, sed omnia ista reducuntur ad substantiam primam, quia non subsistunt nisi per eam. Circa quam partem quæritur.

QVÆSTIO XIII.

Vtrum ratio propria & formalis substantiã, sit esse ens per se.

Quæritur decimo quarto. Vtrum esse ens per se sit propria & formalis ratio substantiã, & videtur quod non. Primo, quia aut ly per se, includit conceptum entis aut nõ. Si sic, sequitur quod sit negatio dicere ens per se. Si non, sequitur quod sit nihil, & sic ratio substantiã cõpletur per nihil, quod est falsum. Secundo. Aut ly, per se excludit per accidens, aut excludit per aliud. Nõ primum, quia esse eas non per accidens, non solum convenit substantiã, sed cuiuslibet generis: quia nullum ens per accidens est in prædicatione. Non per aliud: quia omnis substantia prædicamentalis est per aliud effectiue, cum sit substantia finita. Tertio. Aut ly, per se, stat affirmatiue aut negatiue. Non affirmatiue, vt supra immediatẽ probatum fuit. Non negatiue:

quo conceptus substantiã nõ est negatiuus. Quarto. Si ratio substantiã, est esse ens per se, sequitur quod ratio accidentis, sit per oppositum esse ens in alio. Sed hoc est falsum: ergo, consequentia patet: quia substantia & accidens cum non habeat aliquid mediũ, distinguitur per rationes contradictorias: falsitas consequentis probatur. Cum dicitur esse in alio, ly, in, dicit relationem, quia esse in alio, est ad aliud se habere. Vel ergo dicit relationem realem, vel rationis. Non rationis, quia tunc ens rationis contraheret ens ad prædicamentum reale. Non realis, quia vnus prædicamentum non potest constituere formaliter alia genera, & sic quantitas & qualitas non includunt formaliter relationem.

Nota.

Respondet quod aliud est quæretur, per quid contrahatur ens ad substantiam, & aliud est quæretur, vtrum hic terminus, substantia, addat aliquid super conceptum entis. Quantum ad primum, dico quod ens non contrahitur ad substantiam per aliquid additum entis: sicut animal per rationale contrahitur ad hominem, sed ens diuiditur in substantiam & quantitatem & qualitatem per diversos modos essendi, non ad hunc sensum, quod modus substantiã sit res à substantia distincta, & modus quantitatis à quantitate, sed ideo quia ipsa substantia dicit determinatum gradum entis, & qualitatis, & sic de singulis, quæ realiter distincta sunt. Descendit ergo ens in hæc genera per diversos modos, quia quodlibet eorum dicit generale gradum entitatis, cui conuenit determinatus modus essendi: qui tamen modus non est entitatis distincta à tali natura generica. Et est simile, ac si albedo immediatẽ diuideretur in albedines vt duo, & vt tria, & vt quatuor, & sic de aliis gradibus formæ, præsertim si tales gradus non sint res distincta à forma, & propter hoc dicit Commen. 10. meta. quod ens & vnus significant prima significatione, quod est in vnoquoque prædicamentorum.

Quantum ad secundum dico, quod ens addit aliquid super conceptum entis, tale autem additum significatur per ly, per se. Distinctur enim substantia, siue describitur, quod est ens per se. Nec ly, per se, significat aliquid additũ ens, sed exprimit aliquam rationem, quæ non exprimitur hoc nomine ens. Talis autẽ ratio est negatio quædam cõueniẽs substantiã, vt substantia est, & tantũ valet dicere, substantia est ens per se: ac si diceretur. Substantia est ens, non in alio inhaerenter. Licet enim substantiã secundã sint in substantiis primis & per eas subsistant: non tamen eis inhaerent nec sunt in eis, vt accidens in subiecto. Hæc igitur est conclusio responsiua. Substantia addit super ens negationem quæ consequitur omnem substantiam. Probat. Substantia addit aliquid super ens, ergo vel addit aliquid positium vel negationem. Non positium, ergo negationem. Antecedens patet: quia non est negatio dicere, ens est substantia. Consequentia etiam patet, quia inter positium & negationem nihil mediat. Minor probatur. Si adderet aliquid positium, vel ipsum esset reale, vel rationis. Non reale: quia in quolibet reali includitur conceptus entis. Si rationis, ergo vel tale additum est relatio vel negatio. Sed non est relatio, quia iste terminus substantia a nullo modo dicitur ad aliud: ergo est negatio per quã circumloquimur id quo substantia distinguitur formaliter ab accidente. Cum enim substantia & accidens quantum ad id quod sunt distinguuntur seipfis, & conueniant in vna ratione formali analogã, quæ est ratio entis, oportet quod præter hanc rationem communem in qua conueniunt, ynumquodque eorum includat aliquid in sua ratione formali, per quod propriẽ eorum rationes abinuicem distinguantur. Potest tamen etiam aliter dici, quod tam substantia quam accidens addunt aliquid reale supra ens. Ad cuius euidentiã est sciendum, vt tenuit S. Thom. quolibet. Secundo quæstione secunda. argument. primo, quod diuisio entis in substantiam & accidens, non est diuisio entis reale communissimẽ accepti: prout ens dicitur de omni eo, quod non est ens rationis, nec est nihil, sed est diuisio entis, quod significat quidditatem siue essentiam. Et quia esse, est res distincta ab essentia: propterea de esse non dicitur ens sic diuisum. Dicitur ergo quod substantia est ens cui conuenit esse per se, & quod includit in suo conceptu esse, de quo non prædicatur ens diuisum in 10. genera, per ly, per se, autem significat quidam modus existentiã, siue quædam negatio concomitans omnem huius existentiam.

Ad primum

Ad argumenta in oppositum. Ad primum respondetur, quod ens reale non includitur in eo quod addit substantia super ens: quia tale additum est pura negatio, de qua non potest prædicari ens reale, licet de ea prædicetur ens rationis, quia negatio & priuatio sunt aliquo modo

Substantia ratio

modo ens, sed ens cõmune entis & reali rationis non est id quod diuiditur in 10. prædicamenta. Ad secundum dico qd ly, per se, excludit per aliud, nõ quidẽ effectiue, sed substantiue & fundamẽtaliter, & est sensus, substantia est ens per se: id est substantia est ens nõ in alio, siue per aliud tanquã per subiectum. Ad tertium dico quod ly, per se, stat negatiue, & quod conceptus substantiã includit negationem quam circumloquimur per terminum affirmatiuum. Nec istud est inconueniẽs: imò sæpe accidit, pura, cum dicimus cæcitatem esse in oculo, licet enim hoc complexum videatur affirmatiuum: tamen verẽ negatiuum est, nec est aliud dictu: cæcitas est in oculo, nisi quod virtus visiva in oculo non est. Ad quartum negatur falsitas cõsequentiã. Ad probationem dicitur primo, quod ly, in alio, non stat affirmatiue sed negatiue, & est sensus. Accidens est ens in alio, id est accidens est ens non per se. Dicitur secundo, quod si ly, in alio, stat affirmatiue, dicit relationem: non quidẽ actua lem sed aptitudinalem, quia omne accidens est aptum naturam inhaerere subiecto: Nec est inconueniẽs quod huius relatio sit de formali ratione accidentis vt accidens est, quia iste terminus, accidens, includit respectũ in suo conceptu, cum dicatur ad aliud, omne enim accidens est eius cui accidit accidens. Accidere enim est alteri siue super aliterum cadere, & per consequens accidens dicitur ad aliud.

Ad secundum

Ad tertium

Ad quartum

Prima ratio

Per totum

Secunda ratio

Tertia ratio

Quarta ratio

Intentio qua

Distinctio

QVÆSTIO XV.

Vtrum infinito repugnet esse in prædicamento.

Quæritur decimo quinto. Vtrum repugnet substantiã infinitã vel cuiuscunque infinitã entitati esse in prædicamento. Et videtur quod non. Primo. Cælum est in prædicamento substantiã. Sed cælum est infinitum entitatiue, ergo substantia quæ est entitas infinita, potest esse in genere. Maior patet. Minor probatur. Substantia habens virtutem infinitam est infinita. Sed cælum habet virtutem infinitam: ergo. Minor patet, quia virtus rei consequitur substantiam eius & ei proportionatur. Minor probatur. Cælum mouetur tempore infinito saltem de mente Arist. 8. phy. ergo habet potentiam infinitam. Et confirmatur: quia quicquid habet potentiam finitam, habet etiam finitã operationem, quia operatio immediatẽ est à potentia: quicquid autem habet operationem finitam est generabile & corruptibile, vt dicitur quarto meteo. Sed cælum est ingenerabile & incorruptibile, vt probatur primo cœli, text. comm. 54. ergo cælum habet operationem & virtutem infinitam. Secundo. Totã multitudo substantiarum producibilium est infinita. Sed tota illa multitudo est in genere substantiã, ergo substantia infinita est in genere. Minor patet, quia omnis substantia habens esse ab alio est in genere. Maior etiam probatur, vt in secundo huius. Tertio. Illud est in genere cui conuenit propria ratio generis. Sed substantiã infinitã conuenit propria ratio prædicamenti substantiã: ergo. Maior patet. Minor probatur. Ratio substantiã est esse ens per se, vt dictũ est. Sed substantia infinita est ens per se: ergo est in genere. Quarto. Albedo si esset separata ab omni subiecto, esset infinita. Sed talis adhuc esset qualitas: ergo esse infinitum potest esse in genere qualitatũ. Minor patet, quia ex hoc quod separatur à subiecto non aufertur ratio eius. Maior probatur. Albedo separata esset intẽssima, quia non esset assignare per quid determinaretur ad hunc vel illum gradum: ergo esset albedo infinita.


Ad oppositum arguitur, quia S. Tho. 5. meta. capitulo de quanto, dicit quod si linea & numerus essent infinita, non essent quantitates.

Respondet, quod hic non intendo quæretur aut determinare, an Deus sit in genere substantiã, quia de hoc erit specialis quæstio 12. huius: sed solum declarabitur absolute & in vniuersali, quæ infinitas repugnat entis, quod ponitur in prædicamento quocunque sit illud. Et præmittitur quod quadrupliciter potest aliquid dici infinitum. Primo aliquid est infinitum simpliciter, & hoc est illud quod virtualiter & eminenter continet perfectionem cuiuslibet entis finitã: quod in se aut formaliter, aut virtualiter habet omnes perfectiones, & hoc est perfectum simpliciter, de quo loquens Comment. 5. metaph. comment. 21. dicit quod hæc est dispositio primi principij, quod est Deus. Secundo dicitur aliquid infinitum tantum secundum durationem quomodo tempus & motus à philosopho ponuntur infinita, quia non est dare primum instans ex seipso. Tertio dicitur aliquid infinitum quantitatiue, siue hoc sit secundũ dimensionem, puta, si daretur linea vel corpus infinitum, siue hoc sit secundũ quantitatem discretam sicut multitu-

do aliqua esset infinita. Quarto dicitur aliquid infinitum intẽssue, eo modo quo calor separatus ab omni subiecto esset infinitus, quia æquipolleret infinitis caloribus existentibus in subiecto, nec esset possibile reperiri aliquẽ calorẽ in subiecto ita intẽssum: etiam si sit calor ignis, & hoc ideo, quia gradus formæ intenduntur secundũ maiorem vel minorem radicationem formæ in subiecto, & ideo illa forma quæ in nullo subiecto est, nihil habet per quod determinetur ad hunc vel illũ gradum perfectionis in natura talis formæ. Præmittitur secundo qd tripliciter potest aliquid esse in genere. Vno modo vt principiu extrinsecu productiuũ entitatis quæ in genere est iuxta quem modum dicitur Deus esse principium omnis generis. Secundo vt principiu intrinsecum, sicut punctus & vnitas sunt in genere quantitatis. Tertio sicut res per se in genere collocatur, vt genera & species & indiuidua. Ex his respondetur ad q. Et prima hæc est prima conclusio. Nulla entitas simpliciter infinita potest esse in genere tanquam res contenta sub genere, licet possit esse in genere, vt principium extrinsecum. Prima pars huius conclusionis probatur. Quod quid est in genere, est determinatum ad naturam illius generis & per consequens habet in se tantum perfectiones quæ ad tale genus pertinent. Sed ens simpliciter infinitum, non est sic determinatum ad aliquam perfectionem: ergo. Minor patet ex ratione entis simpliciter infiniti. Maior etiam patet. Nã esse in genere, & esse determinatum ad genus idem sunt. Secunda pars probatur. Quilibet entitas est effectiue ab ente simpliciter infinito: vt probatũ fuit, ergo tale est principium productiuũ cuiuslibet generis. Secunda conclusio. Enti infinito secundum durationem vel quantitatem vel intentionem, non repugnat esse per se collocatum in genere. Prima pars patet, quia vt arguebatur: cælum est infinitum, vel saltem possibile est esse infinitum duratiue, id est nunquã habuisse primũ instans sui esse. Sed cælũ substantia cũ sit corpus, vt patet ex eius motu: ergo. Secunda pars probatur, quia Philosophus 6. topi. dicit quod si linea esset infinita, adhuc conueniret ei ratio & definitio lineæ: & per consequens etiam ratio quantitatis, & Auct. 2. met. dicit quod qui imaginatur corpus infinitum, non imaginatur non corpus, & ibidem etiam dicit quod linea finita & linea infinita sunt eiudem speciei. Tertia pars probatur per rationem quartã, quæ supra arguendo facta est.

Ad argumenta responderetur. Ad primũ negatur etiã minor. Ad probationẽ negatur etiã minor. Sed sciendum est quod duplex est potentia, scilicet actiua & passiua: siue receptiua: in cælo autẽ non est potentia actiua infinita, quia etiã intelligẽtia quæ immediatẽ mouet in orbe nõ est virtus infinita: nec infiniti vigoris in mouendo: ita quãcunque velocitate data possit velocius mouere, sed est determinata ad aliquam velocitatem. Quilibet enim motor appropriatus orbi cœlesti habet ad ipsum proportionem determinatã: est tamẽ in cælo potentia receptiua motus in infinitum secundũ durationem, sed ex hac potentia non arguitur ipsum esse infinitã entitatis, sed solum esse in finitate potentie actiue: alioquin etiã materia prima esset entitas infinita, cũ possit recipere infinitas formas successiue. Ad confirmationem dico, qd actio cœli est entitas finita. Agit. n. in hæc inferiora solũ alterando & illuminando. Cõstat aut qd alteratio & illuminatio sunt finitæ entitatis. sicut & termini earũ qui sunt lux: & qualitates terræ speciei. Ad secundũ negatur antecedens de infinitate entitariua. Talis. n. multitudo est infinita numeraliter & finita entitatiue, quæ nec aliquid illius multitudinis, nec ipsa totã multitudo habet in se perfectiones omniũ. Ad tertiu nõ datur minor. Ad probationem dicitur, qd illa nõ est totalis ratio substantiã prædicamentalis, sed substantiã in cõmuni & vt substantia est, substantia verò prædicamentalis vltra hoc qd est esse ens per se, requirit quod esse sit ab esse ria distinctũ quod est in genere, & per cõsequens qd sit effectiue acceptũ in tali essentia: & per consequens qd sit finitum: quia omne receptum finitum & limitatum est secundũ exigentiam, & capacitatem recipientis. Ad quartum dicitur qd est pro probatione tertie partis & 2. conclusionis: cõceditur enim qd talis albedo esset determinata ad genus qualitatis. Ad quintum dicitur quod intentio S. Tho. nõ est dicere quod linea infinita non conueniat simpliciter ratio quantitatis, quia hoc esset falsum, cum ei conueniat ratio diuisibilitatis in partes eiusdem rationis, sed quia ei non conueniret distinctio data ab Euclide dicente quod linea est lãgitudino sine latitudine, cuius extrema sunt duo puncta, sed hæc nõ est distinctio lineæ simpliciter, quod patet: quia nõ conuenit etiam lineæ circulari. Similiter de numero infinito, quia ei nõ conueniret illa distinctio qua dicitur qd numerus est multitudo mensurata per virtutem. Numerus enim infinitus mensurari non posset, conueni-

Ad argumenta responderetur. Ad primũ negatur etiã minor. Ad probationẽ negatur etiã minor. Sed sciendum est quod duplex est potentia, scilicet actiua & passiua: siue receptiua: in cælo autẽ non est potentia actiua infinita, quia etiã intelligẽtia quæ immediatẽ mouet in orbe nõ est virtus infinita: nec infiniti vigoris in mouendo: ita quãcunque velocitate data possit velocius mouere, sed est determinata ad aliquam velocitatem. Quilibet enim motor appropriatus orbi cœlesti habet ad ipsum proportionem determinatã: est tamẽ in cælo potentia receptiua motus in infinitum secundũ durationem, sed ex hac potentia non arguitur ipsum esse infinitã entitatis, sed solum esse in finitate potentie actiue: alioquin etiã materia prima esset entitas infinita, cũ possit recipere infinitas formas successiue. Ad confirmationem dico, qd actio cœli est entitas finita. Agit. n. in hæc inferiora solũ alterando & illuminando. Cõstat aut qd alteratio & illuminatio sunt finitæ entitatis. sicut & termini earũ qui sunt lux: & qualitates terræ speciei. Ad secundũ negatur antecedens de infinitate entitariua. Talis. n. multitudo est infinita numeraliter & finita entitatiue, quæ nec aliquid illius multitudinis, nec ipsa totã multitudo habet in se perfectiones omniũ. Ad tertiu nõ datur minor. Ad probationem dicitur, qd illa nõ est totalis ratio substantiã prædicamentalis, sed substantiã in cõmuni & vt substantia est, substantia verò prædicamentalis vltra hoc qd est esse ens per se, requirit quod esse sit ab esse ria distinctũ quod est in genere, & per cõsequens qd sit effectiue acceptũ in tali essentia: & per consequens qd sit finitum: quia omne receptum finitum & limitatum est secundũ exigentiam, & capacitatem recipientis. Ad quartum dicitur qd est pro probatione tertie partis & 2. conclusionis: cõceditur enim qd talis albedo esset determinata ad genus qualitatis. Ad quintum dicitur quod intentio S. Tho. nõ est dicere quod linea infinita non conueniat simpliciter ratio quantitatis, quia hoc esset falsum, cum ei conueniat ratio diuisibilitatis in partes eiusdem rationis, sed quia ei non conueniret distinctio data ab Euclide dicente quod linea est lãgitudino sine latitudine, cuius extrema sunt duo puncta, sed hæc nõ est distinctio lineæ simpliciter, quod patet: quia nõ conuenit etiam lineæ circulari. Similiter de numero infinito, quia ei nõ conueniret illa distinctio qua dicitur qd numerus est multitudo mensurata per virtutem. Numerus enim infinitus mensurari non posset, conueni-



Conclusio

Secunda conclusio

Distinctio

Ad secundũ

Ad tertium

Ad quartũ

Ad quintũ

ret tamē ei diffinitio numeri absolutē, quæ est hæc. Numerus est multitudo constituta ex unitatibus. Vel dicendum quod eis non conveniunt proprietates quantitates, quæ dicitur ratio mensuræ, sed hæc non est proprietas nisi quantitatis possibilis existere in natura, cuiusmodi non est quantitas infinita.

Potestas dicitur hæc quidem principium motus.

Tex. cō. 17. Invenit o philosophi.

Hoc loco dividit potentiam in potentiam actiuam, & potentiam passivam, & potentiam dictam metaphoricè, quæ idem est quod non repugnancia de quibus omnibus specialiter & diffusè nono huius agendum est, sed pro his quæ sic dicuntur quæritur.

QVÆSTIO XVI.

Utrum esse principium transmutandi aliud, in quantum aliud, sit ratio potentia activa.

Prima ratio

Quæritur decimo sexto. An propria ratio potentia activa sit esse principium transmutandi aliud in quantum aliud & videtur quod non. Primo, forma substantialis non est potentia, cum omnis potentia sit in secunda specie qualitatibus. Sed forma substantialis est principium transmutandi aliud (ignis enim per formam suam generat ignem) ergo aliquid est principium transmutandi aliud, quod non est potentia. Maior patet. Minor probatur, id est principium quo agens agit, in quo effectus productus assimilatur producenti. Sed effectus uniuocus assimilatur agenti necessario in forma substantiali, si verò assimilatur in aliis, hoc est consequenter vel per accidens: ergo &c. Secundo. Ex illa diffinitione sequitur quod habitus sit potentia. Sed hoc est falsum, quia habitus distinguitur contra potentiam: ergo &c. Consequentia probatur, quia habitus est principium, quo agens agit in aliquid. Nam artifex per artem quæ est habitus transmutat materiam ad extra. Tertio. Sequitur quod volitio & intellectio sint potentia. Sed hoc est falsum, quia actus distinguuntur à potentiis, secundo de anima tex. cō. 33. ergo non omne principium transmutandi aliud est potentia activa. Consequentia probatur, quia homo per actum voluntatis mouet membra quæ sunt aliud à volitione. Quarto. Aliquid transmutat seipsum per potentiam in eo existentem: ergo non omnis potentia est principium transmutandi aliud. Consequentia patet, quia nulla res est aliud à se. Antecedens probatur, quia visus causat in se visionem, & intellectus intellectionem.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Respondet, quod diffinitio potentia activa conuenienter tradita est. Ad cuius evidentiam est sciendum quod cum dicitur potentiam actiuam esse principium transmutandi nihil aliud est dictum, nisi quod potentia activa est id quod aliquid dicitur posse agere, quia ly transmutandi, est gerundium verbi actiui, potentia vero passiva est principium transmutandi ab alio passiuè, id est, est illud quo aliquid dicitur posse fieri vel transmutari. Potest igitur potentia activa comparari ad duo, primo ad id quod transmutatur. Secundo ad ipsam transmutationem, quia inter transmutans & transmutatum est media transmutatio. Si igitur loquamur de potentia activa respectu transmutati: sic ponitur ista conclusio. Id in quo agit potentia activa est necessario distinctum realiter à tali potentia, & probatur. Primo. Quæcunque referuntur mutua relatione reali, sunt realiter distincta. Sed transmutans & transmutatum sunt huiusmodi: ergo &c. Maior patet: quia relatio realis requirit extrema realiter distincta. Minor est philosophi quinto metaph. tex. comment. 20. Secundo. Nulla res est prior seipsa, alioquin esset antequam esset, sed omne transmutans est prius transmutato: ergo est ab eo realiter distinctum. Maior patet & minor: quia omnis causa est prior effectui. Tertio. Materia & efficiens, non coincidunt in idem numero. Sed transmutans est efficiens, transmutatum vero est materia vel includens materiam: ergo non sunt idem. Maior est philosophi secundo physico. tex. comm. 70. Quarto. Si potentia activa non distinguitur ab eo in quo agit aut est vnica eadem cum eo, aut saltem partialiter. Sed primum dici non potest, quia relationes oppositæ non possunt simul fundari in eodem, cuiusmodi sunt relationes agentis & patientis. Secundum etiam non potest dici, quia tunc sequitur quod principium productiuum esset pars eius, quod ab ipso producitur per se. Sed est falsum, cum nulla res possit producere seipsam: ergo &c. Consequentia probatur. Nam forma non fit per se, sed compositum ut dicitur 7. metaph. Si igitur a, potentia est pars b, in quo agit, cū

Conclusio prima.

id quod fit per a, non fit solum b, sed aliquid compositum ex b, & a, sequitur quod a, erit causa sui, puta: si ignis per aliquid sui potentiam causaret in se calorem, id quod producit non est tantum ignis, sed ignis calidus, ergo calor qui dicebatur potentia qua producit in se calorem, est pars totius producti. Secunda conclusio est. Potentia activa distinguitur realiter ab ipsa transmutatione qua agit in aliud. Probatur. Ea sunt realiter distincta quæ sunt in distinctis subiectis. Sed potentia activa est in agente, transmutatio autem est in eo quod transmutatur: ergo non sunt idem. Secundo. Eadem entitas non potest simul esse & non esse, ut patet per primum principium. Sed potentia activa potest esse, dato quod transmutatio non sit. Nam potentia activa, est in eo, quod non mouetur actu, sed moueri potest: ergo potentia activa non est transmutatio. Patet igitur quod aliteras & distinctio conuenit potentia actiue respectu illius in quo agit & respectu transmutationis. Quod vero potentia activa sit principium, satis constat, nec indiget probatione.

Secunda conclusio.

Ad argumenta responderetur. Ad primum negatur consequentia: principium enim quo agens agit, est duplex. Nam aliquid est principium primum, aliud vero est principium proximum, principium primum quo ignis generatur, est forma substantialis eius, principium vero proximum est calor quo dicitur generare, quia eo disponit materiam ad formam ignis: non quod calor, ut sit, sit sufficiens ad disponendum materiam pro forma substantiali, sed quia hoc potest facere in quantum est instrumentum formæ ignis, & ideo forma substantialis non dicit potentiam: quia potentia non nominat quodcunque principium, sed principium proximum. Et si arguitur. Contra, quia ex hoc sequitur quod forma substantialis sit principium per accidens: quod est falsum, quia forma est natura. Natura vero est principium per se motus & quietis, ut dicitur 2. physico. tex. comm. Respondetur quod consequentia non tenet, quia licet ignis non agat nisi per calorem qui est ei ratio agendi, tamen calor non est ratio agendi formæ substantialis: nec est ei ratio quod sit principium quo: sed quælibet talis forma substantialis quam accidentaliter est principium quo in suo ordine, ita quod substantialis forma non habet ab accidentali, quod sit primum principium actionis, sed hoc conuenit ei per se, licet forma accidentaliter sit instrumentum eius. Ad secundum negatur consequentia, & dicitur quod potentia potest accipi tripliciter. Vno modo pro omni principio quo agens agit, & sic non solum habitus, sed etiam actus intellectus & voluntatis possunt dici potentia. Secundo potest accipi pro principio actiuo vel passiuo immanente, & sic actus non possunt dici potentia, quia non manent in agente, nisi dum actu agit, sed habitus hoc modo dicitur potentia. Unde Philosophus 12. metaph. & etiam Commentator numerat artem inter potentias actiuas. Tertio modo accipitur propriissime, scilicet, pro principio actiuo quo agens agit, & quod immediate additum est substantiæ ipsius agentis. Hoc modo calor dicitur in igne potentia calefactiua, quia inter formam ignis & calorem non mediat alia forma qua calefaciat. Et similiter intellectus dicitur potentia animæ, quia inter animam & ipsum, non mediat aliquid quo intelligat. Scientia verò & intellectio non sunt potentia, quia inter hæc duo & animam mediat aliquid quo anima intelligit, scilicet intellectus: & ideo habitus non sunt potentia. Nec potentia agit mediante habitu tanquam mediante aliqua potentia, sed solum tanquam mediante eo quod est sibi ratio agendi. Ex his patet responsio ad tertium. Ad quartum negatur consequentia. Ad probationem dicitur quod dum aliquid transmutat se, illud tale ut est transmutans, distinguitur aliquo modo realiter à se: ut est transmutatum. Potentia enim visiva secundum nudam essentiam suam recipit visionem, ad quam causandum non sufficit sola potentia, sed requiritur species rei visibilis ita quod ex potentia & ex specie fit vnus sufficiens principium. Constat autem quod potentia cum specie dicit aliquid reale, quod non dicit potentia nuda. Et idem dicendum est in omnibus quæ seipsa transmutant.

Ad primum

Distinctio.

Ad secundum. Distinctio notanda.

Ad tertium. Ad quartum.

QVÆSTIO XVII.

Utrum cuiuslibet potentia activa respondeat potentia passiva adæquata.

Quæritur vtrum cuiuslibet potentia activa correspondeat aliqua potentia passiva, adæquans virtutem illius actiue, & arguitur quod non. Primo. In aqua est potentia ad infrigidandum ignem. Sed ignis non habet potentiam passiuam ad infrigidari, ergo non omni actiue correspondet passiva. Minor est philosophi

phi in predicamentis qui dicitur ignis non potest esse frigidus, Maior patet, quia aqua est actiua frigiditatis: ergo habet frigiditatem, iuxta est potentia infrigidatiua. Secundo. Primus motor habet potentiam ad mouendum in non tempore. Sed nulla res est que possit moueri in non tempore, ergo &c. Minor patet, quia de ratione motus est prius & posterius & successio. Maior est philosophi 8. physico. tex. comm. 79. qui probat quod virtus infinita non potest esse in magnitudine, quia moueret in non tempore. Tertio. Sol habet virtutem productiuam alterius solis. Sed nulla est potentia receptiua formæ solis: ergo non omni actiue correspondet passiva. Minor communiter conceditur. Maior probatur: quia forma solis cum sit actus quidam & perfectio, est de se communicabilis. Constat autem quod non est communicabilis ab alio, nisi à sole. Quarto. Deus habet virtutem actiuam infinitam. Sed nihil est quod possit recipere effectum infinitum: ergo nihil est adæquans virtutem eius.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Triplex questionis sensus.

Contineri virtualiter

Scotista videlicet. An Dei potentia actiua correspondeat aliqua potentia passiva.

Opi. altera.

Obedientia potentia quid sit.

Alio. pacium.

Sententia auctoris.

potentia obedientialis & potentia naturalis, non differunt quantum ad absolutum, sed respectu tantum. Nam materia considerata in ordine ad formas, quæ possunt induci per agens naturale, dicitur potentia naturalis, & eadem relata ad formas quæ possunt induci tantum virtute primæ cause, dicitur potentia obedientialis. De potentia vero actiua agentis naturalis, ponitur ista conclusio. Cuiuslibet potentia actiue naturali correspondet aliqua potentia passiva & e contra. Probatur. Primo ex diffinitione ipsarum. Nam potentia actiua est principium transmutandi aliud: ergo cuiuslibet actiue assignatur aliquid à se distinctum in quo agit. Potentia vero passiva est principium transmutandi ab alio, ergo omni passiuè correspondet aliquid aliud à quo transmutatur. Secundo: si potentia actiua possit agere & non in aliud, sed in seipsa, sequitur quod esset prior & posterior seipsa, & esset in actu & in potentia, respectu sui. Sed hoc est falsum, ergo. Consequentia patet: quia omne agens est prius passio in quantum tale & etiam est in actu: quia principium agendi est forma & actus, passiuum vero in quantum tale est in potentia: & de hoc erit questio specialis lib. 9. Tertio. Impossibile est quod ignobilior differentia sit in natura quinquè differentia nobilior sit in natura, sed actus & potentia sunt oppositæ differentie entis, 5. & 9. metaph. ergo impossibile est si est vna potentia ad omnes formas quia sit vnus ens actus, vnus omnes eas inducere. Sed materia est pura potentia ad omnes formas, quia ut dicit Philosophus. primo physico. tex. comm. 69. sicut se habet cuprum ad idolum, sic materia ad omnem formam, vbi dicit Comment. quod materia nata est recipere omnes formas. Et in primo causato de substantia orbis dicit quod materia substantiatur per posse: ergo oportet in rerum natura esse aliquid agens naturale quod possit omnes istas formas educere de materia, istud autem est cælum, Quarto: nullum agens naturale habet virtutem, siue potentiam productiuam, nisi formarum elementarium & inferiorum, & animalium: & accidentium. Sed omnia ista continentur in potentia materia: ergo cuiuslibet actiue potentia naturali, correspondet aliqua potentia passiva adæquata. Maior probatur: quia si aliquid naturale agens possit plura producere, illud esset cælum, sed cælum non habet potentiam nisi ad prædictas formas. Quod enim possit omnia ista producere, patet. Nam de formis elementorum & inferiorum ab omnibus est concessum. Quod vero possit producere animas, probatur: quia producens aliquid ex necessitate naturæ, producit etiam id quod est necessaria sequela ad ipsam. Sed anima necessario sequitur ad quædam alias formas, quia ut dicit Comment. 7. metaph. com. 31. manifestum est animam additâ esse cõplexionalibus formis: ergo cū cælum agat de necessitate naturæ, & producat formas cõplexionales, producit etiam animam saltem vegetatiuam & sensitiuam. Quod verò cælum non possit alias formas producere nisi prædictas, patet, quia nunquam apparet quod alias producat, quod tamen faceret, cum agat de necessitate naturæ. Maior nota est scilicet quod omnes istæ formæ contineantur in potentia materia: est de se satis nota.

Conclusio responsiua quæstio.

Cæum animas producere possit.

Ad primum

Probatur ignem posse infrigidari.

Ad primum horum.

Ad argumenta, responderetur. Ad primum negatur maior: licet enim in aqua sit potentia ad infrigidandum, non tamen ad infrigidandum ignem. Illa enim propositio æquipollens isti de sensu composito, possibile est quod aqua infrigidet ignem, quæ est falsa. Cum igitur dicitur quod aqua habet potentiam infrigidatiuam, dico quod in rerum natura est aliquid receptiuum frigiditatis. Quidam tamen dicunt quod ignis infrigidari potest, quod probant primo. Quia si non, tunc sequitur quod aliquid in instanti occuparet minus spacium quam prius, & per consequens in instanti esset motus, localiter. Consequentia probatur dum ex igne generatur aqua, materia aque immediate ante hoc occupabat maius spacium, quam nunc, cū ignis sit rarior aqua: ergo in hoc instanti generationis aquæ, occupat minus spacium quam prius. Secundo. Ignis occupabat maius spacium quam nunc occupet aqua: ergo vel datur vacuum vel aliquid corpus subito repleuit hanc partem spatij: quod est contra philosophum 6. physico. tex. com. 52. dicentem quod pars spatij prius est pertransita, quam totum. Tertio: sequitur quod dum ex igne generatur aqua quod materia nunquam sit disposita ad formam aquæ, & sic forma aquæ introduceretur in materia non disposita. Consequentia patet: quia nunquam ante hoc instans introductionis formæ aquæ materia fuit frigida vel humida, frigiditas autem & humiditas sunt dispositiones ad formam aquæ. Ad primum responderetur, licet ista materia potius sit naturalis quam metaphysica, quod non inconuenit materiam occupare in instanti minus spacium quam ante, non quidem per motum localem, sed per subitam deperditionem quantitatis. Metaph. Pau. Son. f. 3. titatis

Ad secundum

Ad tertium

Ad secundum principium

Ad tertium

Ad quartum

titatis excedentis materiã, quãritas enim potest subito de perdi & acquiri per modũ sequela. Ad secundũ negatur consequentia. Dico enim q̄ manet tanta raritas, quanta erit in igne per aliud modũ tẽpus & postea paulatim deperditur alio corpore subintrãte: hoc quidẽ sit ne detur vacuum. Nec repugnat formã aquæ cõpari per breue tempus raritatem tantam, quantam habet ignis in illo instanti in quo corrũpitur forma ignis, nã tũc raritas eius remissa est. Ad tertium negatur consequentia, quia ad hoc q̄ talis materia sit preparata pro forma aquæ, sufficit calorem ignis esse remissum vsque ad certum gradum. Dico enim q̄ est dare aliquẽ gradum caloris, cũ quo potest stare forma ignis, sed sub remissiori stare non possit, & sic gratia exempli calor, vbi b, cum ergo calor ignis remissus fuerit vsque ab calorem vt b, tũc materia sufficienter erit disposita pro forma aquæ, vel pro forma aëris, secũdũ q̄ illa remissio facta erit vel ab aqua, vel ab aëre. Et sic patet ad istas rationes, & ad primum principale contra conclusionem. Ad secundum negatur maior. Nõ enim est possibile q̄ prius motor moueat in non tempore, & hoc non est ex defectu potentia, sed quia motui repugnat esse in instanti, quia in instanti non potest esse successio nec prius nec posterius, quæ necessario consequuntur motum, vel sunt de ratione ipsius. Ad probationem pro nunc, quia hæc materia pertinet ad 8. phys. & ad 12. huius dico q̄ virtus primi motoris quæ est infinita: si esset in magnitudine, ageret de necessitate natura, & per consequens secundum suum torũ possit & per consequens in infinitum minori tẽpore quam quæcũque virtus finita: sed de hoc diceret lib. 12. Ad tertium negatur maior. Non enim repugnat formæ solis, q̄ plurifecetur, sed hoc nõ possit fieri nisi è prima causa, & si Deus crearet vnã materiã capace formæ solis, adhuc ipsa nõ actuaretur à sole, nisi tantum per potentia primæ causæ. Ad quartum dicitur est q̄ potentia actiua Dei non adæquat potentia aliqua passiuã, sed tãtũ potentia obiectiua secũdũ aliquos, vel potentia obiectiua negatiuẽ secũdũ alios & c.

QUESTIO XVIII.

Vtrum cuiuslibet potentia passiuã correspondeat potentia actiua naturalis.

Prima ratio

Secunda ratio

Confirmatio prima secundum

Tertia

Quarta

Varitur vtrum cuiuslibet potentia passiuã correspondeat aliqua potentia actiua naturalis. Et arguitur quod non. Primo. Materia est in potentia passiuã naturali, ad animam intellectuã, sed nullũ est agens naturale potens eã producere: ergo nõ omni potentia passiuã naturali correspondeat actiua: maior patet. Minor probatur. Tum quia anima intellectuã non est nisi per creationem. Tũ quia anima intellectuã, nõ educitur de potentia materia: Secũdo. Materia in qua fuit à forma ignis corrupti est in potẽtia naturali ad a, formã, sed agens naturale non pot inducere a, formã, ergo & c. Minor patet: quia impossibile est idẽ numero reparari per naturam: esset autem idẽ numero quia haberet eandẽ numero materiã, & eandẽ formã. Maior probatur: vbi est eadem numero priuatio respectu alicuius forme, ibi est eadẽ numero aptitudo & potentia ad formã. Sed in casu posito eadẽ est numero priuatio in materia, ergo eadẽ potentia. Sed illa potentia prius erat naturalis, ergo nunc est naturalis, maior nota. Minor probatur, quia priuationes non distinguuntur nisi ex distinctione habituum eis correspondentium, ergo priuatio eiusdem forme secũdũ naturã est eadem priuatio numero. Confirmatur, quia potentia materia est ipsa essentia materia: Sed remanet eadẽ essentia materia: ergo eadem potentia. Confirmatur secundo: quia Com. 8. met. com. 14. dicit quod cum ex viuo sit mortuum, adhuc vita est potentialiter in materia. Confirmatur tertio, quia si Deus repararet in hac materia eandẽ numero formã quæ prius inerat, ipsa faceret vnũ per se cum illa materia sicut prius, ergo in materia est eadem potentia quæ fuit prius. Confirmatur quarto, quia illa negatio quæ succedit corruptioni rei, est eiusdem rationis cum negatione quæ precedit rei productione: ergo est eadẽ potentia materiæ & eiusdem rationis. Respondeo. Et primo declaratur titulus questionis antequã respondeatur ad ipsam. Per potentiam passiuã intelligo potentiam receptiuã. Duplex autem est genus potentiarum receptiuarum, quia aliqua est receptiua forme accidentalis, siue tale accidens sit forma siue operatio, siue non, secũdũ quomodum dicitur intellectus esse receptiuus intellectiois & quantitas albedinis. Alia est potentia receptiua forme substantialis, & hoc receptiuum

est materia prima & nihil aliud. De potentia receptiua primo modo, non est questio præfens. Nã quærere vtrũ intellectus habeat potentia naturalẽ ad notitias supernaturales, cuiusmodi est fides & beatitudo, pertinet ad theologũ, sed quæratur de potentia receptiua secũdo modo. Dicitur autẽ materia esse in potentia naturali ad illas formas quæ ea possunt extrahi & educi: eo q̄ hæc formæ continet in materia potentialiter. Agens autẽ naturale nõ appellatur hoc loco, agens quodlibet ex necessitate natura: quia secũdũ philosophos, Deus esset hoc modo agens naturale: sed dicitur agens naturale id quod agit motu physico, qui nõ est aliud nisi aut motus proprie dictus, aut saltẽ necessario cõsequens, huiusmodi est generatio & corruptio. Inter huius vero agentia primũ est cõlũ: & cõsequenter illa corpora quæ est in actionibus suis dependent à motu cõli. Respondendo autẽ ad quæstionẽ duo sunt declaranda. Primũ est, an formæ quæ possunt introduci per motum ab agente corporeo in materiã, possunt etiã introduci ab agente abstracto, quod nõ agit per motũ. Secũdũ est id quod quæratur. Quantũ ad primum fuit opinio Com. q̄ nulla forma abstracta: etiã prima quæ est Deus, potest causare aliquam formã in materia. Sic expressẽ ab eo positum est 7. metaph. com. 28. vbi sic dicit. Impossibile est q̄ formæ abstracta transmutent materiam. Non enim transmutat materiam, nisi id quod est in materia. Et Com. 31. sic dicit. Agens, non corpus, impossibile est vt transmutet materiã nisi mediãte aliquo corpore. Et in eodẽ cõmẽto dicit, impossibile est vt intelligentia separata dent aliquam formam mistam in materia. Motuatur autem ad hoc ponendũ ex tribus rationibus. Prima est, quia secũdũ ipsum nulla forma abstracta est indiuiduum signatum, sed est quædam natura sui. Materia autem est indiuiduũ signatum, quoniam ipsa non potest esse sine dimensionibus interminatis, quæ comparantur ad ipsam, sicut risibilitas ad hominem, ergo intelligentia abstracta non sunt proportionata materiã ad trãsmutandum eam, alioquin natura simpliciter transmutaret materiam ad esse indiuiduale. Secundo. Vni relatiuo correspondet tantum vnũ correlatiuum, quia relatio est tantum inter duo extrema. Sed potentia passiuã materiæ dicitur relatiuẽ ad potentia actiuã naturalem: ergo non ad potentiam actiuã intelligentiarum. Tertio. Potentia materiæ non correspondet nisi agenti quod formam educit. Sed Deus facit ipsam formã per se & nõ educit eam de materia: ergo & c. Quarto. Quia forma substantialis est terminus alterationis, alteratio autem non fit nisi per qualitates actiuas & passiuas 7. physico. Sed intelligentiis non sunt qualitates actiuæ & passiuæ, ergo & c. Sed prædictæ rationes non cogũt. Et dico q̄ talem formam, quæ potest introduci in materiã ab agẽte naturali, potest Deus à se solo introducere. Tum quia est infiniti vigoris, vt probabitur lib. 12. Tum quia potest supplere causalitatem cui iustibet causæ secundæ efficientis. Ad primum dicitur primo q̄ intelligentiæ sunt indiuiduata seipsis & non sunt formæ simpliciter. Dicitur secundo quod si etiam sic esset, adhuc ratio non concludit, quia ipsa causant motum in cõlo & tamen cõlũ est hoc signatum, & eius motus est hic singularis. Dicitur tertio quod licet ipsa quantũ est ex se darent formas simpliciter, ita q̄ huius forme non haberent indiuiduationẽ ex parte principij actiui, haberet tamen q̄ essent indiuidua ex parte principij receptiui, quare ciperetur in hac materia signata. Ad secundũ dicitur q̄ potentia passiuã naturalis materiæ dicitur relatiuẽ ad potentia actiuã naturalem, sed potentia obiectiua dicitur relatiuẽ ad potentiam actiuã Dei, prædicta autẽ potentia ad recipiendum formas à causa prima est obiectiua. Ad tertium negatur maior, quia potentia passiuã naturalis dicitur ad omnem actiuã naturalem quæ potest aut educere formam de materia, aut saltem vnire formam materiæ: vt contingit circa animam intellectuã. Ad quartum dicitur, q̄ omne transmutas materiã, habet qualitates actiuas aut formaliter, sicut est in elementis & in mistis, aut virtualiter sicut sol, qui mediante luce agit in materiam disponendo & alterando, aut eminenter, sicut est Deus qui cũ sit infinitus: est necessario quilibet entitas eminenter subsistens: & ideo potest materiam transmutare. Intelligentiæ vero secundæ sunt finitæ & nullo prædicatorum modorum habent qualitates actiuas: ideo ipsæ non possunt materiam transmutare nisi mediãte motu cõli.

Nota.

Responsio.

An abstracta possint inducere quodammodo agens natura.

Dilutio rationum.

Agens naturale an sit causa forma in materia.

omnes

omnes formæ corruptibiles. Alio modo dicitur agens naturale causare formam ex hoc solo quod sufficenter disponit materiam: & consequenter est causa non quod forma sit a, sed quod vnatur materia: & hoc modo agens naturale causat animam intellectuã in materia. Quocunque autem prædictorum modorum causetur forma in materia, dicitur materia esse in potentia naturali ad talem formam. Patet igitur quod sicut materia est in potentia naturali ad animam intellectuã, ita est agens naturale: puta sol & homo ei correspondens. Nam materia non est ad eam in potẽtia naturali, vt anima ex materia educatur, sed solum vt naturaliter ei vnatur. Et similiter est aliquid agens naturale potens eam vnire. Ea verò quæ tanguntur in aliis argumentis, maiorem faciunt difficultatem: & ideo diffusius sunt pertractanda. Circa hanc igitur partem dicunt aliqui: sicut post corruptionem forme ignis, est in materia potentia ad ipsam: ita est agens naturale potens eam inducere. Et consequenter oportet eos dicere quod corruptũ potest per agens naturalis actionẽ idẽ numero reparari. Quod etiã magis cõfirmat. Primo. Quia si idẽ est agens & eadẽ est materia, etiã est idẽ effectus, vt dicit Philosophus 12. metaph. com. 11. Sed si corrumpatur aer existens in aliquo vase clauso, & conuertatur in ignem per actionem solis, & postea per actionem eiusdem solis ex eodem igne fiat aer, idem est agens, & eadem est materia, ergo aer primus & aer secundus sunt idem numero. Secundo. Producat a, agens naturale b, effectum in instanti c, & ipsum cõseruet per aliquod tempus, cuius principium sit d, & finis sit e, cõstat quod b, in toto isto tẽpore est idẽ numero effectus: ergo si postquam fuit in d, fuisset corruptus, & postea reparatus in e, esset idem numero. Patet consequentia, quia identitas b, in e, nõ dependet à d, eius essentia in tempore medio, quod probatur, quia si b, ante e, nunquã fuisset productus & produceretur tantum in e, esset idem numero, ac si fuisset productum in priori tempore. Tertio. Si in casu posito b, productum in c, non est idem numero cum b, productio in d, hoc non est propter aliud, nisi quia identitas temporis requiritur ad identitatem effectus. Sed hoc est falsum, quod probatur, quia pono q̄ ignis incēdat calorem in ligno, donec ille calor sit vt quatuor, & postea cesset intendere propter aliquod impedimentum superueniens, & q̄ postea remoto impedimento magis intendat illum calorem, constat q̄ eandẽ numero intentionẽ causabit quam prius causasset si nullum fuisset impedimentum. Sed ista opinio omnino cõtradicit doctrinẽ traditã ab Arist. & etiam veritati, quod probatur Primo. Quia Philosophus lib. 2. de generatione, text. cõmẽ. vltim. determinans quæstionem prius motam ab eo, scilicet vtrum omnium sit generatio circularis, ita dicit. Quorum quidẽ incorruptibilis substantia mota manet, manifestum quoniã & numero eadem erunt, motus enim sequitur quod mouetur, quorum autem non, sed corruptibile, necesse specie, numero autem non reiterari. Ad hanc auctoritatem dicit aduersarij quod intentio Philosophi est, quod ea quorum substantia est incorruptibilis redeunt eadem numero. Nã sol est idem in omni circulatione, sed ea quorum substantia corrumpitur, non est necesse eadem numero redire. Sed non intendit quod sit impossibile. Sed ista expositio est contra Philosophum, & Com. Contra Philosophum, quia ipse dicit sic, necesse est specie, numero autem nõ reiterari. Sed quod est necesse non reiterari, est impossibile reiterari, quia vt patet secundo periheme, ad necesse non esse sequitur impossibile esse, ergo & c. Contra Commentatorem est, quia eius verba sunt hæc. Corruptibilia autem impossibile est vt reuertantur nisi secundum speciem. Secundo arguitur sic. Quicquid potest fieri ab agente naturali, aut sit semper, aut frequenter, aut raro: vt dicit Philosophus 2. phy. Sed reparari idem numero non sit semper, nec frequenter, nec raro, ergo non potest fieri per naturam. Maior patet. Minor probatur, quãtum ad singulas partes. Quod enim non sit semper, patet. Tum quia ipsi concedunt. Tum quia omne quod est semper in naturalibus, est necessarium. Si frequenter, ergo Philosophus potius debuit dicere quod naturaliter rediit idem numero, quãm dicere oppositum: sicut etiam dicitur quod in cane non est pluuia, licet quandoque sit: vt frequenter non est. Si intelligit quod est raro, hoc est cõtra positionem quia virtutes naturales agunt aut semper, aut frequenter. Tertio. Sequitur quod semper esset eadem numero eclipsis, & idem numero aer in aere & in stellis: quæ omnia sunt absurda. Probatur consequentia, quia sol illuminat ex necessitate natura, agens autem huius agit id quod potest, quantũ, & quãdũ potest. Sed sol semper agit illuminãdo aerẽ & stellas, nisi sit impedimentũ: ergo semper ageret idẽ numero. Quarto arguitur. Quando effectus dependet ab aliquo dependẽtia

essentia, necesse est ea multiplicato secũdũ numerum, etiã effectum multiplicari. Sed effectus productus ab agente naturali dependet essentiali dependentia à sua productione: quia per eã capit esse à tali agente, nec sine ea possit ab eo causari, ergo plurificatis productionibus plurificatur necessario effectus. Sed illa quã primo producitur, est distincta numero ab ea quã secundo producitur: quod patet, quia quilibet earũ aut est motus, aut est mutatio consequens motũ. Sed motus qui sunt in diuersis tẽporibus & mutationes consequentes huius motus, sunt distincti: ergo & c. Confirmatur: quia secũdum multos generatio forme substantialis & generatio forme accidentalis sunt ipsæmet formæ ad quas terminatur generatio: vt infra probabitur: ergo multiplicatis productionibus, necesse est terminos plurificari. Ad hanc rationẽ dicitur, quod nõ repugnat eudẽ terminũ acquiri distinctis mutationibus, quia idẽ, vbi, potest acquiri per motum circulem: & per motum rectum, qui motus sunt aliter rationis, vt dicitur 5. phys. text. com. 33. Vnde est fallacia consequentis: licet enim ex terminis distinctis concludatur in consequentia formali distinctio mutationum, non tamen econtrã. Sed hæc responsio non est ad propositum: quia nos loquimur in ratione facta de actionibus, quarum quilibet producit terminum actionis, vt sit. Iste autem instat de ea quã non producitur terminus vt sit, sed tantum vt sit in hoc, cuiusmodi est vbi. Nam dum Sor. mouetur non producitur per eius motum aliquid vbi, sed in eo acquiritur vbi præexistens. Dicitur forte aliter, quod est eadem actio quæ fuit in tẽpore priori, & quæ fuit in tẽpore posteriori, quia cum tempus sit posterius actione, & posterius non variet id quod est prius, non sequitur quod si tẽpora sunt distincta, actiones esse distinctas. Sed contra hoc arguitur, de his quæ distinguuntur tantum numero & sunt idem formaliter, nõ possunt verificari prædicata contradictoria realia, vt isti concedunt. Sed ex hoc sequitur quod prædicata cõtradictoria sic verificentur: ergo. Minor probatur. Sit a, operatio in instanti b, quæ per se potest dehinere esse: & postea iterum produci, & quæratur: vtrum in b, instanti, sit vera ista propositio a, est futurum. Si dicit q̄ sic. Contra a, est: ergo præfens: ergo non est futurum. Si dicit q̄ non: ergo non potest produci post a, sequitur ergo q̄ sit futurum & non sit futurum. Et licet istæ rationes possint solui, apparet tamen expressẽ q̄ ista opinio sit de mente Philosophi & Commen. Rationes verò quæ pro ista opinione recitari sunt facillẽ soluuntur. Ad primum dicitur q̄ Philosophus loquitur de identitate specifica & non de numerali: vt patet per omnes expositores. Nam si loqueretur de naturali, ipsa propositio esset falsa, alioquin si Sor. ex certa faceret idolum, & postea destrueret & iterum faceret, sequitur q̄ esset idem numero. Idem dico de scriptura facta & deleta, & iterum facta super eadem tabula. Et q̄ prædicta propositio non sit intelligenda de identitate numerali, patet, quia Com. 2. de generatione com. 70. qui sic dicit: Aer generatur ex aqua, & aqua ex aere: non quod indiuiduum illius aquæ corrupte, reuertatur per se, quamuis materia sit eadem & agens idẽ, quoniam si idem agens ex eadem materia faceret lateres, & postea corrumpentur, vt faceret alios posterius: manifestũ est quod differet sequentia à præcedentibus. Nec valet ista consequentia: Si agens est idẽ & materia eadẽ, sequitur idem effectus specie: ergo sequitur idem numero: quia plus requiritur ad identitatem numeralem quã ad specificam, quia ad numeralem oporteret reiteretur eadem productio numero, quæ reiterari non potest. Ad secundum negatur consequentia, quia si b. conseruaretur in toto illo tempore intermedio continuẽ maneret eadem actio non interrupta, quia productio & conseruatio sunt eadem res, & ideo maneret idem effectus. Quando autem non conseruatur tempore intermedio non manet eadem actio, sed prima cessat quæ amplius resum non potest. Et ex hoc patet, quare Deus potest eundẽ effectum numero reparare, quia eius actio semper manet eadem. Ad tertium dicitur quod illa non est causa, quæ ibi assignatur, sed quæ dicta est. Nam in illo casu nõ sunt duæ productiones distinctæ, sicut est in casu de quo est quæstio.

Responsio.

Improbatio.

Dilutio.

Ad rationem op. præmissa.

Ad primum. Ad secundum. Distinctio. materia post corruptionẽ formæ habet eandẽ priuatiõnẽ quã prius, sicut nõ eandẽ a partu inuenit.

vel potentia subiecti, in quo est priuatio: sufficit enim ad identitatem priuationis identitas forme priuata. Et quia est eadem numero forma priuata ante & post: idem est eadem numero priuatio. Ad identitatem autem potentie materie quæ est eius aptitudinalis respectus ad hanc vel illam formam requiritur identitas extremorum & actionis per quæ forma causatur in materia. Dicitur autem quod agens naturale non potest reiterare eandem numero actionem: quia ad unitatem motus requiritur continuitas. Ad primam confirmationem patet ex dictis in superiori responsione. Ad secundam dicitur quod non intendit Com. aliud dicere, nisi quod materia quæ est sub forma cadaveris, est in potentiam ad animam, quam tamen non potest acquirere nisi per multas transmutationes, sed non dicit quod sit in potentia ad eandem numerum vitam: alioquin contradiceret his quæ supra inducta sunt ex secundo de generatione. Et hoc magis apparet: quia declarans seipsum: ita subiungit, cum ex viuo fit mortuum: tunc ex mortuo non fit viuum, donec reuertatur in quatuor elementa: deinde formæ quæ sunt quatuor elementa & vitam generabant: & sic vita generabitur necessario. Ad tertiam negatur consequentia, in illo casu prima potentia materie fuisset naturalis, & secunda esset obiectiualis. Ad quartam dicitur sicut dictum est ad secundam.

Ad primam confirmationem.
Ad secundam.
Ad tertiam.
Ad quartam.
Te. sine com.
Intentio
Philosophi.

nisi sit in genere quantitatis. Secundo. Quia materie & forme conuenit ex earum propria partibilitate quæ sunt finitæ vel infinite, quæ sunt pedales vel bipedales, ergo illa partibilitas est quantitas. Tertio. Quia posita illa partibilitate, necessario materia & forma habent partem extra partem: ergo ipsa est quantitas. Probatur antecedens, quia si non haberent partem extra partem, tunc omnes partes materie essent in eodem puncto, quod est impossibile. Tertio principaliter. Si omnis partibilitas distinguitur a re habente partibilitatem, sequitur quod quantitatis sit quantitas. Sed hoc est falsum, sicut nec albedinis est albedo, ergo. Consequentia probatur, quia quantitas habet partibilitatem quæ est quantitas secundum te. Quarto: forma substantialis est principium intrinsecum, per quod partes substantie distant abinuenim, ergo forma substantialis est quantitas. Consequentia patet. Antecedens probatur. Forma substantialis facit partes plus distare, quam ante distarent, ergo facit eas distare. Patet consequentia: quia plus distare presupponit distare. Antecedens probatur. Posito casu quod aer condenseretur violenter plusquam sibi competat, & postea remoueat illud condensans: nam tunc aer reduceretur ad suam propriam raritatem, non per aliquid quam per formam substantialem. Quinto. Quilibet res potest intelligi absque eo quod non est si bi idem. Sed substantia corporea non potest intelligi absque quantitate: ergo quantitas est idem quod substantia maior patet, Minor probatur: quia in diffinitione cuiuslibet talis: puta hominis & animalis ponitur corpus. Sexto. Quodlibet prius non repugnat separari & suo posteriori ab eo; motu locali. Sed substantia si distinguitur a quantitate est prior ea, & non potest ab ea separari absque motu locali: ergo non distinguitur ab ea. Maior patet. Minor probatur. Substantia separata a quantitate, vel habet partem extra partem vel non. Si sic, ergo est extensa absque accidente superaddito. Si non, ergo partes eius sunt motu locali, quia prius distabat, & nunc non distat. Confirmatur, quia hæc substantia est in loco, in quo prius erat & est mobilis, ergo separato quocumque accidente adhuc est quanta. Antecedens patet, & consequentia probatur, quia omne mobile, & omne locatum est corpus.

Tertia ratio.
Quarta ratio.
Quinta ratio.
Sexta ratio.

Ab hoc text. vsque ad textum comment. 18. agit Philosophus in identitate, æqualitate, similitudine: de oppositis, de priori & de posteriori & de prauoluntate: de quibus omnibus infra agetur. Nam de tribus primis tractabitur in capitulo de ad aliquid: de oppositis vero tractabitur in 10. de actu autem & potentia agetur in 9. Vnde etiam Comment. omnia ista hoc loco vel omnino præmittit: vel de eis nihil dicitur.

Respondetur vnica conclusione, quod quantitas est res distincta a substantia. Ad cuius euidentiã sciendum est quod quantitas ponitur in materia, siue in substantia materiali: propter duo. Primum est, ut per quantitatem habeat substantia partes eiusdem rationis, componitur enim quilibet substantia materialis ex partibus diuersarum rationum, scilicet ex materia & forma, quæ ex se diuersarum rationum sunt, quia materia de se potentia est, forma vero actus, sed quod materia & quod forma extensa habeat partes eiusdem rationis, a quantitate est cui primo & per se conuenit habet tales partes, & esse diuisibilem in eas. Nam quilibet pars lineæ est linea, & sic de aliis. Non enim quilibet pars aeris esset aer, nisi quia prius natura quilibet pars quantitatis est quantitas, non quod quantitas aeris sit natura prior substantia aeris, sed quia prius natura habet partes eiusdem rationis, & idem separata a quantitate aeris ab aere, aer non haberet partes eiusdem rationis. Secundum propter quod ponitur quantitas in substantia corporea est ut per quantitatem vna pars substantie distet situ aliter ab alia. Situs enim primo & per se conuenit quantitati, & per eam conuenit substantie quanta: est autem differentia inter hæc duo, quia implicat contradictionem primo istorum separari a quantitate: secundum autem separari potest absque contradictione. Nam vbicumque est quantitas necessario ibi est distantia situ aliter: ut patet in corpore Christi consecrato, quod quidem est quantum & habet partes eiusdem rationis: alioquin non esset corpus, & tamen illæ partes non sunt extra se posite & distantes. Ex quibus patet, propter quod ponitur quantitas in substantia, nunc autem probandum est quod substantia distinguitur. Primo. Omnis substantia quæ prius non fuit: & nunc est, aut prius fuit, & nunc non est, generatur vel corrumpitur. Sed quantitas aliquando est & aliquando non est absque generatione & corruptione, ergo quantitas non est substantia. Maior patet, quia ut dicitur 5. phy. tex. comm. 8. generatio est via ad esse substantie, & corruptio est via ad non esse. Minor probatur. Et primo quod quantitas aliquando sit, & aliquando non sit. Nã si ex duabus aquis fiat vna aqua, superficies vtriusque desinet ex ea parte qua vniuntur, & si postea hæc aqua causata ex illis duabus diuidatur in duas partes, fiet duæ superficies esse quæ ante non erant. Quod autem hoc sit absque generatione & corruptione, patet, quia nihil est ex quo tanquam ex materia generentur, nec aliquid in quod corrumpantur. Secundo. Arguitur & supponitur primo, quod si quantitas est substantia, etiam punctus est substantia, quod patet, quia punctus

Tex. cõ. 18.
Intentio
Philosophi.

Hoc loco diffinit Quantum, dicens illud esse quantum, quod est diuisibile in ea quæ sunt: quorum vtriusque natum est esse hoc aliquid. Postea diuidit quantitatem in multitudinem & magnitudinem. Magnitudinem vero diuidit in lineam, superficiem & corpus, addens, quod etiam proprietates quantitatis, ut multum & paucum possunt dici quantitas. Vltimo autem concludit quod tempus & motus sunt quantitates per accidens. Sed linea & c. sunt quantitates per se, iuxta quod queritur.

Habent partes substantie: ut dicitur a quantitate.

Quantitas ponitur in materia propter duo.

QVÆSTIO XIX.

Vtrum quantitas distinguitur a substantia.

QVÆRITVR decimonono, de entitate quæ est quantitas, & videtur quod non distinguitur a substantia. Primò. Partes quantitatis non distinguntur a partibus substantie: ergo nec quantitas distinguitur a substantia, consequentia patet. Antecedens probatur: quia si sic, sequitur quod tres essent extensiones in quolibet composito: & per consequens essent in eo tres quantitates. Sed hoc est falsum, ergo & c. consequentia patet: quia tot sunt extensiones quot sunt res extensæ: materia autem habet propriam extensionem & similiter forma, & quantitates per se, ergo essent tres extensiones. Falsitas consequentis probatur. Extensio forme & materie vel sunt causatæ a quantitate, vel non. Si non: ergo circumscriptra quantitate adhuc materia & forma essent extensæ, & per consequens essent quantæ sine quantitate, quia omne extensum est quantum. Non sunt etiam causatæ a quantitate. Tum quia quantitas non est forma actiua: ut inquit Com. 4. phy. c. 5. Tum quia quantitas educeret illam extensionem de potentia materie: & per consequens illa extensio esset forma substantialis: quod non est dicendum. Secundo. Sequitur quod in eodem subiecto essent tres quantitates: cuius oppositum probat Philosophus 4. phy. tex. com. 17. ubi vult quod plures dimensiones non possunt se penetrare. Consequentia probatur: supponendo quod partibilitas forme est aliud a forma: & partibilitas materie est aliud a materia. Quod patet, quia dum aer rarefit fit realis transmutatio in partibilitate aeris, nulla facta mutatione in substantia eius. Ex hoc probatur consequentia. Partibilitas materie & partibilitas forme, & partibilitas quantitatis, sunt quantitates. Si istæ sunt plures partibilitates, ergo in eadem essent plures quantitates. Minor patet. Maior probatur. Primò. Quia non apparet in quo alio genere sit partibilitas

Pr. ratio.
Secunda ratio.

punctus ponitur in diffinitione: lineæ & superficiæ & corporis: substantia autem non diffinitur ex non substantiis metaphysicæ. Tunc arguitur sic, Si quantitas est substantia quæ generatur vel corrumpitur, sequitur quod etiam punctus generetur vel corrumpatur. Sed hoc est falsum. Consequentia patet: quia vtrumque est indiuisibile. Falsitas consequens probatur, quia vel generatio instantis mensuraretur tempore vel instanti tanquam mensura ad æquata. Non tempore, quia tempus excedit instans. Non instanti, quia vel seipso vel alio. Non seipso, quia nihil est mensura sui, non alio, quia sic esset abire in infinitum. Tertio. Illa sunt distincta realiter, quorum vnum potest transmutari alio non transmutato. Sed quantitas potest transmutari, non transmutata substantia, ergo realiter distinguitur a substantia. Minor patet, quia si non distinguerentur realiter, contradictoria possent de eodem verificari quod est impossibile. Maior etiam patet. Nam in his quæ nutriuntur, est mutatio quantitatis per augmentum vel diminutionem, & tamen nulla est mutatio substantie, ergo & c. Istæ tres rationes quas adduximus ponuntur ab Arist. 3. meta. tex. com. 17. Quarto. Nulla substantia est per se cognoscibilis per se, ergo quantitas non est substantia. Minor est Philosophi 2. de anima, t. c. 63. Maior probatur. Omne per se sensibile causat propriam speciem in sensu. Sed in sensu non potest esse species substantie, quia solus intellectus cognoscit quod quid est, ut dicitur 3. de anima, t. c. 10. Quinto. Si quantitas esset substantia, esset per se subsistens. Sed hoc est falsum, ergo non est substantia. Consequentia patet, quia quilibet substantia prima per se subsistit. Falsitas consequentis probatur, quia mathematicalia non subsistunt per se, ut probat Philosophus 3. & 7. meta. Sexto. Substantia lapidis pedalis & substantia ligni pedalis sunt distinctarum specierum, & quantitas vtriusque est vnus speciei, quia vtraque pedalis est, & vtraque trina dimensio est, ergo quantitas istorum distinguitur ab eorum substantia. Minor patet & maior, quia lapis & lignum distinguuntur specificè: alioquin vtrumque esset lapis vel vtrumque esset lignum. Septimo. Ad idem est expressa sententia. Com. Nam primo phy. com. 63. probat quod quantitas distinguitur a materia per hoc quod materia non transmutata de vna forma in aliam, potest variari quantitas, sicut & qualitates sensibiles, quæ sunt in subiecto. Et in fine illius cõmmentu concludit quod materia desert quantitatem, sicut subiectum desert sua accidentia. Et tandem sic ait. Ex hoc patet quod qui ponunt materiam esse corpus, peccant. Quarto etiam phy. com. 51. dicit non esse differentiam inter vacuũ & corpus mathematicum, quia vtrumque est trina dimensio abstracta a materia. Cui propositioni subsistitur hæc minor. Sed nulla substantia materialis est abstracta a materia, ergo nulla substantia materialis est quantitas, 4. etiam phy. com. 60. probans quod vacuum non sit, sic arguit. Si vacuum est, sequitur quod dimensiones sint separatae, & per se subsistunt, quia vacuum nihil est aliud nisi dimensio per se existens. Sed dimensiones non possunt per se existere: ergo vacuum non est. Minor probat sic. Omne per se existens est substantia. Sed dimensiones non sunt substantia: ergo & c. Ex quibus patet, tam Philosophum quam Auer. omnino tenuisse quantitatem non esse substantiam.

extensione. Et dicitur quod partibilitas quæ est distantia partium, non est quantitas, sed consequitur quantitatem. Ad primam probationem negatur antecedens, imò quod est in genere situs vel positionis. Ad secundam negatur antecedens, quia esse finitum vel infinitum conuenit materie & forme primo ex quantitate. Et si conueniunt ex hac partibilitate, hoc non est nisi quia ipsa necessario consequitur quantitatem, nec potest inesse rei a qua separata est quantitas. Ad tertiam dicitur eodem modo. Ad tertium principale negatur consequentia, quia partibilitas tertio modo dicta, non est quantitas, & idem non sequitur, si partes quantitatis distant quod quantitatis sit quantitas. Ad quartum dicitur, quod principium per quod partes distant est duplex. Nam aliquid est principium actiuum, & tale est forma substantialis, ut probat illa ratio. Aliud est principium formale, & hoc est quantitas, nec istud improbat. Ad quantum negatur minor. Ad probationem dicitur, quod corpus accipitur dupliciter. Vno modo ut est de genere substantie. Alio modo ut est de genere quantitatis. Corpus enim quod est quantitas, est ipsa trina dimensio, corpus autem quod est substantia, est subiectum trine dimensionis. Substantia igitur corporea, potest intelligi simpliciter apprehensione absque trina dimensione, sed non absque corpore quod est substantia, quia istud includitur in conceptu quidditativo cuiuslibet substantie corporeæ. Ad sextum quicquid sit de maiori quam sæpe diximus esse falsam negatur vltima pars minoris. Et dicitur quod si quantitas separatur a substantia: puta, ab aere: partes aeris non distabant, non propter hoc quod sint localiter motæ, & per motum appropinquatae, sed quia amplius non erunt partes. Nam sublata quantitate, materia non habet partes: non quod remaneant illæ entitates quæ erant partes materie, sed quia non habent amplius rationem partis: quia ratio partis non conuenit eis, nisi per quantitatem. Quod patet, quia omnis pars vel est essentialis vel subiectiua, vel potestatiua, vel integralis siue quantitatiua, sed partes materie non sunt integrales, nec potestatiuæ, nec subiectiua, ut satis constat: ergo sunt quantitatiuæ, & per consequens remota quantitate non habent rationem partis: quia remota forma denominante, remouetur effectus formalis & denominatio quæ erant per talem formam. Ad confirmationem dico quod si quantitas separatur a substantia, tunc substantia non est in loco circumscripitiuè, sed tantum diffinitiuè: & per consequens non est etiam mobilis de loco ad locum, quia omne quod mouetur localiter, est in loco, si autem aliquo motu sit mobilis, ille non erit motus physicus, sed alterius rationis.

Ad tertiam.
Ad quartam.
Ad quintam.

QVÆSTIO XX.

Vtrum in magnitudine sit punctus, linea & superficies.

Ad primum.
Distinctio.

QVÆRITVR vicesimo. An in magnitudine sint distinctæ entitates positivæ aliquo modo indiuisibiles, quæ dicuntur, punctus, linea, & superficies. Et videtur quod non. Primo. Omne accidens est in aliquo subiecto primo adæquato. Sed punctus non habet subiectum adæquatum, ergo non est accidens distinctum a corporeitate. Maior videtur nota, quia si accidens est diuisibile, sicut totum accidens est in toto subiecto, ita pars in parte, si vero est indiuisibile, est etiam in subiecto indiuisibili. Minor probatur. Punctus non est in substantia, nec est in linea tanquam in subiecto: ergo in nullo subiecto est. Consequentia patet, quia non apparet in quo alio sit. Antecedens probatur. Non est in substantia indiuisibili, quia omnis substantia corporea est diuisibilis, scilicet materia forma: & composita. Non etiam est in substantia diuisibili: quia nullum diuisibile est adæquatum rei indiuisibili, sed eam excedit. Quod etiam non sit in subiecto adæquato in linea, patet, quia omnis linea & quilibet pars eius, est diuisibilis. Secundo. Omne ens positivum potest cognosci conceptu positio, non tantum per negationem, quia sicut res se habent ad entitatem, ita ad cognoscibilitatem, secundo metaphysic. textu com. 4. Sed punctus non potest cognosci nisi tantum negatiuè, quia ut dicit Philosophus 3. de anima, tex. com. 25. punctus & omnis indiuisio manifestatur per negationem, ergo punctus non est entitas positio. Tertio. Si dantur ista indiuisibilia positio, aut sunt priora corporeitate, aut posteriora. Sed nec sic nec sic, ergo non sunt ponenda. Maior patet: minor probatur prima parte, quia Commentator in libro de substantia orbis, capite primo, dicit quod prima rerum existentium in mat-

Pr. ratio.
Secunda ratio.

Ad secundum

in materia, est corporeitas quæ dicitur corpus. Probat etiam secunda pars minoris: quia punctus est principium lineæ, & per consequens superficiei & corporis: ergo non est eis posterius. Quarto. Si datur huiusmodi indiuisibilia, sequitur quod oportet aliquam materiam de nouo generari, & aliquam de nouo corrumpi: sed hoc est falsum: quia materia est ingenerabilis, primo physico. tex. commen. 82. ergo &c. Consequentia probatur. Cum due aquæ prius distinctæ continuantur in puncto, & ex eis sit vna, iste punctus non est in aliquo indiuisibili materia: vnius aquæ tantum: cum non sit maior ratio quod sit in ista parte aquæ quam in alia, aut est in vtraque parte aquæ, & hoc non, quia nullum accidens præsertim indiuisibile est simul in duobus subiectis: ergo est in aliquo indiuisibili materia: communis ex ambabus nouiter generata: & sic minimum materia: de nouo generatum est. Quod autem sequatur aliquid materia: corrumpi, probatur. Cum aqua continua diuiditur, aut punctus qui prius continuabat istas partes, remanet, aut non. Si sic, contra: quia non est in vtraque parte, nec est magis in vna quam in alia. Si verò non manet, quæro an illud indiuisibile materia: in quo prius erat hic punctus maneat, aut nō. Non est dicendum quod maneat, quia nec manet per se scilicet ab vtraque parte, nec in vtraque, quia non potest simul esse in pluribus sitibus, nec magis manet in vna parte quam in alia: quia non est maior ratio de hac quam de illa. Quinto. Circumscriptis omnibus punctis à linea, aut manet aliqua entitas, aut nō. Si non, ergo linea componebatur tantum ex punctis, contra Philosophum 6. physic. tex. commen. 3. Si sic, ergo illa entitas nullum habet punctum, quia positum est quod omnia sint circumscripta, ergo linea est aliqua entitas quæ nō includit puncta. Sexto. Sequitur quod daretur primum mutatum esse in motu locali. Sed hoc est falsum: quia vt probatur 6. physic. tex. commen. 52. omne quod mouetur, prius mouebatur: ergo &c. Consequentia probatur. Sint duo corpora pedalia, quæ se tangant, horum vltima quæ sunt per se indiuisibilia, sunt simul, & appellentur primum pedale a, secundum verò appellentur b, accipiat postea aliud corpus pedale & extendatur super a, & incipiat moueri versus b, constat quod primo acquireret illud indiuisibile in quo vltima a, & b, sunt simul, ergo istud erit primum mutatum esse. Septimo. Sequitur quod omnia puncta quæ sunt in potentia in magnitudine possent numerari, & per consequens vt ait Philosophus 6. physic. tex. commen. 3. magnitudo esse composita ex punctis. Consequentia probatur, quia dum mobile mouetur, etiam punctus existens in mobili mouetur. Omne autem quod mouetur prius est in spatio aequali sibi quam in spatio inæquali, ergo iste punctus describet omnia puncta magnitudinis. Octauo. Quia philosophus in lib. de motibus animalium dicit, quod indiuisibilia nulla est existentia: ergo indiuisibilia non sunt ponenda.

Primæ conclusio. Respondeo, quatuor conclusionibus, quarum prima hæc est. Indiuisibilia ponenda sunt in magnitudine. Et per indiuisibilia intelligo punctum, lineam, & superficiem. Nam punctus est omnino indiuisibilis. Linea verò est indiuisibilis in latitudine, & superficies in profunditate. Ista conclusio probatur auctoritate, & ratione, vt postea declarabitur. Auctoritates habentur à philosopho. Ipse enim 5. metaph. tex. commen. 12. ponit punctum esse quoddam indiuisibile in magnitudine & postea confirmat tex. commen. 6. Item tertio de anima, tex. commen. 25. vbi dicit ea quæ sunt simpliciter indiuisibilia, vt punctus, cognosci posterius quam diuisibilia. Commentator etiam 6. commento 86. sic ait: Motus puncti per motum corporis, est motus alicuius indiuisibilis. Prima ratio ad idem hæc est. Cuiuslibet continuo est dare aliquem terminum communem, ad quem partes ipsius copulantur, vt dicit Philosophus in prædicamentis, capitulo de quantitate. Sed linea est quid continuum, vt ibi dicit Philosophus quinto metaphysic. tex. commen. 16. ergo est aliquid ad quod copulantur partes lineæ. Quæro quid sit istud. Aut enim est continuum, vel non. Si continuum, ergo similiter eius partes copulantur, & sic in infinitum. Si non est continuum, aut est quantitas discreta, aut est indiuisibile, non quantitas discreta: quia in continuo non est actu numerus, ergo est quid indiuisibile. Secundo. In omni terminato est terminus eius. Sed quilibet linea est terminata punctis (cum quilibet linea sit finita: ergo in omni linea est punctus. Nunc declarandum est ad quid ponantur huiusmodi indiuisibilia. Ad cuius euidenciam sciendum est, quod in linea qualibet recta & finita, sunt duo puncta in actu, & sunt infinita puncta in potentia, & quod dictum est de punctis in linea, dicendum est de lineis in superficie & superficiebus in corpore. Illa puncta quæ sunt actu, ponantur vt terminent lineam, quia

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Sexta ratio.

Septima ratio.

Octaua ratio.

videtur Arist. ponere indiuisibilia.

Ad quid ponantur indiuisibilia.

linea sine eis non esse finita: quia huius puncta sunt formalis terminus ipsius lineæ. Quod non est sic intelligendum quasi quod remotis punctis, linea protendat se in infinitum & per totum mundum, sed quia si linea nullum haberet punctum, ipsa non esset in rerum natura: & si esset ipsa, non haberet aliquid quo formaliter terminaretur & esset infinita negatiue: sicut etiam punctus dicitur infinitus negatiue: quia non habet finem & terminum. Dico tamen quod impossibile est dare lineam carentem puncto eam terminante: quin ipsa sit infinita: punctus enim non potest auferri à linea, nisi per continuationem eius ad aliam, & idem si nullum haberet, ipsa in infinitum esset continuata. Puncta verò quæ in potentia in linea ponuntur, vt continentur partes lineæ adinuicem. Impossibile enim est quod partes lineæ continuentur seipsis, quia cum sint eiusdem rationis, vna non se habet vt potentia vel vt actus ad aliam: punctus autem se habet ad vtramque partem lineæ sicut actus ad potentiam: & idem eas continuat, nec sine puncto continuari possent. Secunda conclusio. Punctus & huius indiuisibilia sunt entia positiua, & non pura negatio: probatur. Cuiusque debetur situs, ipsum est ens positium. Sed puncto debetur situs: ergo est ens positium. Maior patet, quia situs est ens reale, quod non conuenit nisi enti reali. Minor est philosophi 5. metaphysic. tex. commen. 12. vbi postquam dixit tam vnum quam punctum esse indiuisibilia concludit quod in hoc distinguuntur, quia punctus habet situm, & non vnitas. Et Commentator 5. physic. commen. 25. ponit duas differentias inter punctum & vnitatem, quarum prima est, quia inter vnitatem & vnitatem non oportet esse aliquid medium, inter punctum autem & punctum est linea, vt probatur 6. physic. Secunda differentia est: quia vnitas non habet situm, & punctus habet. Sed contra hoc arguitur. Omne habens positionem, habet partes: quia omnis positio vel est ordo partium in toto, vel ordo partium in loco, sed punctus non habet partes, cum sit indiuisibilis ex præcedenti conclusione, ergo non habet situm. Respondeo quod punctus non habet positionem: quæ sit ordo partium in toto vel in loco, vt bene probatur per illam rationem, sed ei debetur positio siue situs, qui est existentia alicuius indiuisibilis inter duas lineas continuatas vel continuas, & de hac positione intelligit philosophus cum dicit quod punctus habet situm. Quidam tamen dixerunt quod punctus est pure negatio. Punctus enim terminans lineam non est aliud secundum eos nisi negatio continuitatis huius lineæ cum alia lineâ, nec ipsa linea dicitur terminata puncto, nisi quia habet hanc negationem. Punctus verò continuans lineam, est negatio diuisionis ipsius lineæ, ita quod idem præcisè dicitur continuari, quia non est diuisa in partes. Sed huius opinionis falsitas patet ex ratione præcedenti. Tertia conclusio. Punctus distinguitur realiter à linea, & linea à superficie, & superficies à corpore. De puncto probatur. Primo. Omnis entitas diuisibilis differt ab entitate indiuisibili, sed punctus est indiuisibilis, & linea diuisibilis: ergo. Maior patet, quia prædicta contradictoria realia non possunt simul verificari de eodem ente finitæ perfectionis. Minor patet. Nam quod linea sit diuisibilis patet: quia continua est, vt dicitur in prædicamentis, & quia est extensa, vt dicit Commentator 3. metaphysic. commen. 18. Quod verò punctus sit indiuisibilis, patet ex omnibus quæ dicta sunt in prima conclusione. Secundo. Sicut se habet materia ad formam quoad vnitatem & distinctionem, sic se habet dimensio ad eius terminum. Sed materia est realiter distincta à forma, ergo quilibet dimensio est realiter distincta à suo termino. Maior est Commentatoris 3. physic. commen. 67. di. quod si cut forma distinguitur à materia, ita terminus dimensionis ab illa. Minor patet 1. physic. tex. commen. 69. Tertio. Id quod copulat partes continui, distinguitur à continuo. Sed huius indiuisibilia copulant partes continui: ergo. Minor patet ex dictis in prima conclusione. Maior probatur, alioquin continuum copularetur seipso: quod est falsum. Si enim partes lineæ copulantur per aliquid quod sit realiter, linea cum istud tale etiam habeat partes, oportet quod ipsæ per aliam lineam copulentur, & sic in infinitum. Quarto. Aut linea finitur seipsa: aut negatione, aut aliquo positio, seu distinctio. Sed nō finitur negatiue siue priuatiue, aut alterius continuationis, alioquin quilibet linea circularis esset formaliter infinita, quia nulla pars eius habet talem priuationem: sed quilibet pars alteri parti continuatur. Non etiam finitur seipsa, quia philosophus & Commentator 3. physic. tex. commen. 74. ponit differentiam inter contactum & finitatem, quia contactus dicitur relatiue ad aliud. Tangitur enim aliquod corpus à superficie alterius corporis, finita autem nō conuenit componi per superficiem

Secunda conclusio.

Nota.

Instantia.

Quomodo punctus dicitur habere positionem.

Conclusio tertia.

superficiem alterius corporis, sed per propriam superficiem à qua continetur. Ex quo patet quod non finitur formaliter seipso, ergo relinquitur quod finitur per aliquid à se distinctum. Quinto. Id quod est commune duobus, & non per prædicationem, distinguitur ab vtroque iporum. Sed punctus est communis partibus lineæ, & non prædicatur de eis. Nam hæc est falsa: linea est punctus: ergo &c. Maior patet: quia quicquid est idem alteri, potest prædicari de se ipso. Minor est Commentatoris 5. physic. com. 26. di. punctum est commune duabus lineis, & 4. physic. com. 6. sic ait, Punctus continuat lineam cum intelligitur differentia communis, & diuidit illam, cum intelligitur principium vnius & finis alterius. Quarta conclusio. Punctus non potest separari à linea. Probatur. Si punctus separaretur à linea: sequeretur quod linea esset infinita. Sed hoc est impossibile: vt probatur 3. physic. ergo impossibile est quod punctus à linea separaretur. Consequentia probatur: quia remoto formali termino, res est interminata. Sed punctus est formalis terminus lineæ vt patet ex prædictis: ergo &c. Secundo. Quia Com. 6. physic. com. 2. sic ait, Puncta impossibile est vt separentur à linea, & hoc manifestum est ex hoc, quod puncta sunt vltima lineæ.

Ad primum. Ad argumenta responderetur. Ad primum negatur maior. Et dicitur quod in quantitate sunt aliqua accidentia perfecta vt corporeitas, aliqua verò sunt accidentia imperfecta, vt punctus, linea &c. Accidentia quidem imperfecta nō habent subiectum adæquatum, perfecta autem habent subiectum adæquatum, & idem nulli indiuisibili, præcipue puncto correspondet aliquod subiectum adæquatum. Punctus enim est in subiecto diuisibili, quod quidem subiectum primo subicitur quantitati corporeæ, & consequenter superficiei, lineæ, & puncto. Ad secundum negatur maior. Nā substantiæ separate cognoscuntur à nobis per priuatiues proprietates rerū materialium, quæ sunt, corruptibilitas, extensio, materialitas, & huiusmodi. Dicitur secundo, quod punctus cognoscitur conceptu positio, sed ad ipsum consequitur negatio continuitatis vel diuisionis. Et idem conuenit etiam negatiue. Dicitur tertio quod simplicia cognoscuntur à nobis per negationem compositorum: quia per posterius cognoscuntur quæ composita, & idem bene diffinitur quod punctus est id cuius pars non est. Ad tertium dicitur quod huius indiuisibilia sunt priora simpliciter corporeitate, quia cadunt in diffinitionem eius, tamen quoad existentiam in subiecto, prius natura est corporeitas, quam indiuisibilia, quia (vt dictum est) subiectum prius correspondet corporeitati, quam indiuisibilitati. Ad quartum negatur consequentia. Nec valent probationes, quia fundatur in hoc falso principio, quod punctus sit in aliquo subiecto indiuisibili. Et dicitur quod cum aqua continuatur alteri aquæ, corrumpuntur duæ superficies prius existentes, & resultat vna superficies. Cum verò aqua diuiditur in duas partes, per actum diuisionis constituuntur duæ superficies in actu, quæ prius erant in potentia. Ad quintum dicitur quod circumscriptis omnibus punctis, remanet aliqua entitas quæ est linea, & hoc quia non includit punctus remanens tanquam partem, sed solum tanquam terminatum sui. Ad sextum negatur consequentia. Ad probationem dicitur quod mobile per suum motum non acquirit per se nec per mutata esse huius indiuisibilia: quia per motum localem non acquiritur per se nisi locus vel pars loci vel vbi. Ad Septimum negatur consequentia. Et dicitur quod dum mobile mouetur, punctus existens in mobili non numerat puncta magnitudinis, vt dicit Philosophus 6. physic. t. c. 86. cuius rationes ibi ponit Commentator, & 4. physic. com. 9. & com. 42. quia punctus non mouetur per se, nec actu nec potentia, nec habet per se locum aut actum, aut potentiam. Pars autem mobilis, licet moueatur actu tantum per accidens, mouetur tamen per se in potentia, quia si separaretur à mobili, tunc posset per se moueri, & idem per partes mobilis possunt enumerari partes magnitudinis. Ad octauum negatur antecedens, & dicitur quod philosophus ibi improbat opinionem dicentium, quod cælum mouetur super polos propter quandam virtutem existentem in eis, de quibus & aliis indiuisibilibus antiqui putabant quod essent substantiæ, hoc enim negat philosophus dicens, quod indiuisibilia nullam habent substantiam, nec dicit quod non habeant existentiam.

Quinta ratio.

Ad primum.

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad quartum.

Ad quintum.

Ad sextum.

Ad septimum.

Ad octauum.

QVÆSTIO XXI.

Utrum diuisibilitas sit formalis ratio quantitatis.

QVÆRITVR vigesimoprimum. An diuisibilitas formalis sit ratio quantitatis. Et videtur quod non.

Primo. Nullus respectus est de formali ratione generis primario absoluti. Sed diuisibilitas est respectus, ergo non est de ratione quantitatis, quæ est genus absolutum. Maior patet, quia prædicamenta sunt impermixta quoad suas rationes formales. Minor etiam patet: quia diuisibilitas dicit respectum ad diuisionem, sicut visibilitas ad visum, vt dicitur secundo de anima. Secundo. Diuisibilitas est prior quantitate: ergo non est de ratione quantitatis. Consequentia patet: quia formale constitutum rei sine ea esse non potest. Antecedens probatur. Substantia & partes substantiæ sunt priores quantitate, ergo & diuisibilitas. Antecedens patet: quia vt dicitur 7. metaph. substantia est prior quolibet accidente natura, tempore, & cognitione. Consequentia probatur. quia cuiusque conuenit habere partes, ei conuenit diuisibilitas, ergo in illo priori in quo substantia & partes eius sunt priores quantitate, diuisibilitas est, dato quod quantitas non sit. Tertio. Potentia & actus sunt in eodem genere, & sunt idem. Sed actualis diuisio nō est de ratione quantitatis, ergo nec diuisibilitas siue potentia ad diuisionem. Quarto. Formalis ratio quantitatis vniformiter conuenit omni quantitati. Sed diuisibilitas non est huiusmodi: ergo &c. Maior patet: quia conuenit omnibus vniocè. Minor probatur. Esse actu diuisum, & esse diuisum tantum in potentia non est habere vniformiter diuisibilitatem. Sed numerus est actu diuisus, quia eius vnitates distinctæ & discretæ sunt, continuum verò est diuisum tantum in potentia: ergo &c. Quinto. Ratio mensuræ est ratio quantitatis, ergo non diuisibilitas. Consequentia patet. Antecedens probatur: primo, quia philosophus in prædicamentis probat orationem esse quantitatem, quia est mensura sylabarum. Secundo, quia superficies & locus dicuntur distinctæ species quantitatis ex hoc præcisè quod vna mensuratur intrinsecè & altera extrinsecè.

Respondeo, & primo declaratur quid sit ratio, & diuisibilitas, & partes eiusdem rationis, secundo dicitur ad quæritum. Per rationem quantitatis accipio id quod est loco diffinitionis eius. Cum enim quantitas diffinitur non possit, sicut nec alia generalissima, ergo eò quod non habeat genus supra se, nec differentiam constitutiuam, id per quod quantitas notificatur, dicitur ratio quantitatis: de qua ratione dixit Philosophus 4. metaph. tex. com. 28. quod ratio quam significat nomen est diffinitio. Quod verum est in habentibus diffinitionem, in aliis autem est quidem ratio, sed non diffinitio, quia ratio communior est diffinitione. Et idem sensus quætionis est. An iste terminus. Quantitas, addat super conceptum entis, conceptum diuisibilitatis, & hoc includat in sua ratione formali, id est, in suo formali conceptu. Partes verò eiusdem rationis dicuntur partes eiusdem speciei, sicut quilibet pars ligni est lignum, & pars aquæ est aqua. Partes verò effectuales, puta, materia & forma sunt diuersarum rationum, & similiter partes potestatiue vt intellectus, & voluntas, & similiter partes integrantes aliquod totum heterogeneum: quales partes sunt caro, sanguis, & os in compositione animalis. Quæritur ergo, an quantitas sic notificetur. Quantitas est ens primo & per se diuisibile in partes eiusdem rationis.

Quantum ad secundum, quid senserit philosophus, non clarè habetur. Nam primo physico. tex. com. 15. dicit quod finitum & infinitum sunt passionis quantitatis. In prædicamentis etiam dicit, quod proprium est quantitati secundum eam dici æquale, vel inæquale. De his enim duabus passionibus distinctis clarum est, quod nō sunt de ratione quantitatis, sed eam consequuntur tanquam proprietates sicut expressè philosophus dicit. Sed dubium est de diuisibilitate, & de ratione mensuræ. Nam 4. metaph. visus est notificare quantitatem per rationem mensuræ: hæc verò per diuisibilitatem. Sanctus etiam Thom. varie locutus est. Nam prima quæstione 29. art. primo, dicit rationem mensuræ esse propriam rationem quantitatis, & idem tenuit in tractatu de natura loci: vbi reiectis aliis opinionibus ita concludit. Ratio quantitatis quæ competit quantitati secundum quod quantitas, est ratio mensuræ. In 1. di. 19. ar. primo ad primum sic ait: æqualitas consequitur rationem quantitatis, quæ in diuisibilitate consistit. Et di. 17. q. 2. ar. primo, ponit differentiam inter quantitatem & quantitates: quia quantitas est diuisibilis secundum sui propria rationem: quantitates autem non. Et idem tenuit 5. metaph. capitulo de quantitate. Ex quo patet, quod cum varie loquatur, illud colligendum est quod magis est consonum rationi. Ratio mensuræ. Et ideo pro hac quæstione pono duas conclusiones. Quarum prima hæc est. Ratio mensuræ non includitur in ratione quantitatis: quod probatur. Primo. Impossibile est formalem rationem quantitatis, ab ea separari siue in re siue in apprehensione intellectus: quia nulla res potest esse

Secunda ratio.

Tex. com. 4.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Quid sit ratio quantitatis.

Quid quæritur quæritur.

Philos. phis. sententia nō constans in quæst.

Varia sententia S. Thom. circa problema.

Conclusio prima.

Ratio mensuræ nō includitur in ratione quantitatis.

elle aut intelligi sine his quæ de sua ratione sunt. Sed quantitas potest intelligi sine ratione mensuræ, ergo eam non includit: maior patet. Minor probatur. Linea infinita non conuenit ratio mensuræ: quia infinitum nec mensurari nec pertransiri potest. 3. phy. tex. com. 34. Item quia cui conuenit ratio mensuræ, est notum. 10. meta. tex. com. 3. Sed linea potest intelligi infinita, non quod linea possit esse infinita, sed quia intellectus potest apprehendere lineam sub ratione infinitatis, & sub priuatione punctuorum quibus terminatur, ergo linea potest intelligi absque ratione mensuræ. Maior patet. Minor probatur. Tum quia intellectus potest apprehendere infinitatem, ergo tunc apprehendit lineam siue magnitudinem. Patet consequentia: quia passio concipi non potest sine subiecto, cum per ipsum diffinitur. Tum quia: vt supra probatum fuit de mente philosophi & Auicennæ, si quis conciperet corpus infinitum, non conciperet non corpus. Secundò. Cuiusque conuenit ratio quantitatis, ipsum est quantitas. Sed ratio mensuræ conuenit vnitati, ergo si ratio mensuræ est ratio quantitatis, sequitur hanc propositionem esse veram: vnitas est quantitas, quod est falsum: quia omnis quantitas diuisibilis est, siue diuisibilitas sit eius ratio, siue sit eius proprietas: vnitas autem est indiuisibilis. 5. meta. tex. com. 1. 2. Respondetur fortè, quod vnitati conuenit ratio mensuræ, non vt quantitati, sed vt principio quantitatis, & ideo non sequitur quod vnitas sit quantitas. Sed hæc responsio nulla est. Nam maior assumpta vera est in qua dicitur quod conuenit ratio quantitatis, ipsum est quantitas. Nec oportet dicere, quod sit principium quia illa propositio infallibiliter vera est, & tenet à diffinitione ad diffinitum. Minor etiam nota est philosopho 10. meta. tex. com. 2. ergo bene sequitur quod vnitas esset quantitas. Secunda conclusio. Indiuisibilitas est propria ratio quantitatis. Probatur, primò. Cuiuslibet generi est assignare propriam eius rationem, per quam est tale genus, & talis natura. Sed nulla alia ponitur à philosopho esse ratio quantitatis, vt patet 5. Meta. tex. com. 18. vbi sic ait. Quantum verò dicitur, quod est diuisibile in ea quæ insunt. Et si dicas quod philosophus per diuisibilitatem circūloquitur propriam rationem quantitatis non quod diuisibilitas sit eius ratio: sequitur quod philosophus eam ignorauit, cum nullam aliam aut hic aut alibi ponat. Secundò. Quia Philosophus & Commentator in isto met. tex. & com. 19. diuidunt quantitatem continuam à numero per diuisibilitatem. Et similiter etiam diuidunt per hoc, species quantitatis continuæ. Tertio. Diuisibilitas conuenit quantitati per se, ergo vel est eius ratio, vel est eius proprietas. Sed non est proprietas: ergo propria ratio quantitatis. Maior patet: quia quantitas non est diuisibilis per accidens: nec per aliud, Minor probatur. Omnis proprietas conuenit subiecto, cuius est per aliquid prius quod est eius ratio: quia demonstratur de subiecto demonstratione possibilissima: quæ est per priora simpliciter, vt dicitur 1. poste. Sed non est assignare quod prius conueniat quantitati, quam diuisibilitas: ergo &c. & ideo arbitror tam philosophum quam S. Tho. ita existimasse, quamuis hoc demonstrari non possit: cum diffinitio non demonstraret de diffinito: vt dicitur 2. poste. Et hanc viam sequor in schola beati Tho. nec rationes in oppositum conueniunt.

Fuga.
Impugnatio.
Indiuisibilitas est ratio quantitatis.

Te. com. 17.
Ad primum.
Distinctio.
Tam genera prædicamentorum quam transcendentia addunt adens tantum negationem.
Ad secundum.

Vno modo quo ad earum entitatem, & sic sunt priores quantitate. Alio modo vt partes sunt, siue in ratione partis, & sic sunt posteriores quantitate: quia non habent rationem partis nisi per quantitatem, & ideo remota quantitate posset quidem manere illa entitas quæ fuit pars, sed tunc non esset pars. Ad tertium dicitur quod per diuisibilitatem non accipio potentiam ad diuisionem, sed respectum partium ad totum & contra, & ideo argumentum non est ad propositum. Dico secundò quod dum diuiditur quantitas sicut illa diuisio est de genere actionis, ita in eo in quo recipitur subiectiue diuisio, oportet ponere aliquod potentiale de genere actionis, vt magis declarabitur 9. & 12. huius. Ad quartum negatur minor. Ad probationem etiam negatur minor. Licet enim vnitates inter se & materialiter distinctæ sint, tamen non constituunt numerum nisi vt conueniunt, & sunt vnitate in forma numeri, & ideo numerus non est actu diuisus in partes, licet sit diuisibilis in partes eiusdem rationis, scilicet in vnitates. Nec est diuisibilis in partes diuersarum rationum, puta, quinarium in trinarium & binarium. Cuius ratio est: quia nulla res potest diuidi nisi in ea ex quibus componitur, numerus autem quinarium non componitur ex binario & trinario, quia due species non concurrunt ad constitutionem vnus speciei. Ad quintum negatur antecedens. Ad primam probationem dicitur quod sicut valet consequentia formaliter à diffinitione ad diffinitum, ita à propria passione ad suum subiectum, bene ergo valet ista consequentia: oratio est mensura: ergo est quantitas, sed ex hoc non sequitur quod mensura sit ratio quantitatis. Ad sextum dico quod prima ratio distinctionis specierum quantitatis quæ realiter distinctæ sunt, sumitur ex diuisibilitate, numerus enim est indiuisibilis in partes non continuas, continuum verò in partes continuas, & si sit diuisibile tantum in longum, sic est in linea, si in longum & latum, sic est superficies, si præter hoc etiam in profundum, sic est corpus. Possunt etiam distingui penes varios modos mensurandi, sed hæc non est distinctio rerum, sed rationum, locus enim & superficies sunt vna res. Quod vero S. Tho. dicit rationem mensuræ esse rationem quantitatis. Ad hoc dupliciter responderi potest, primo quod non proprie accipit rationem quantitatis, sed a liquid ad eam consequens, quia ratio mensuræ consequitur rationem quantitatis, non tamen vniuersaliter, sed solum consequitur quantitatem possibilem esse in rerum natura, non tamen quantitatem conceptibilem, quia (vt dictum est) si concipiatur linea infinita ei non conueniet ratio mensuræ. Secundò dicitur & fortè melius vt ipsemet dicit 5. met. quod ratio mensuræ non est simpliciter ratio quantitatis, sed est illa ratio quam circa quantitatem considerauit logicus: vn de in prædicamentis distinguuntur species quantitatis per diuersos modos mensurandi, & ideo cum loqueretur de loco & superficie quæ distinguuntur tantum logicè & secundum rationem: dixit rationem quantitatis esse rationem mensuræ. Cum verò loquebatur de naturis quantitatum, dixit diuisibilitatem esse rationem eius.

Ad vnum.
Ad quartum.
Ad quintum.
Ad sextum.
Primaria ratio.
Secunda ratio.
Tertia ratio.

QUESTIO XXII.

Verum substantia sit diuisibilis per quantitatem.

QVÆRITVR vigesimo secundo. An substantia sit diuisibilis per quantitatem, ita quod remota quantitate, substantia materialis non habeat diuisibilitatem. Et videtur quod non. Primò. Si substantia non est diuisibilis nisi per quantitatem, sequitur quod materia prius reciperet quantitatem quam formam substantialem. Sed hoc est falsum, quia forma substantialis adueniret enti in actu, ergo &c. consequentia probatur. Forma substantialis non aduenit nisi materia distinctæ & diuisæ: ergo si diuisio non conuenit materia nisi per quantitatem, prius in ea est quantitas, quam forma substantialis. Secundò. Sequitur quod partes substantiæ non essent substantiæ. Sed hoc est falsum, quia substantia non componitur ex non substantiis, 1. phy. Consequentia probatur. Pars cuiuslibet diuisi est id quod est per id quo diuisum diuiditur, sicut homo est homo per rationale quod diuidit animal: ergo si substantia diuiditur tantum per quantitatem, partes substantiæ habent à quantitate quod sunt id quod sunt. Sed à quantitate non possunt habere quod sint substantiæ, ergo sequitur quod non essent substantiæ. Tertio. Id quod conuenit causæ & effectui, per prius conuenit causæ quam effectui, sed esse diuisibile conuenit substantiæ & quantitati, ergo cum substantia sit causa quantitatis per prius conuenit substantiæ.

substantiæ quam quantitati. Minor patet. Maior est secundò meta. Quarto. Partes quantitatis distinguuntur per substantiam, ergo diuisibilitas per prius conuenit substantiæ quam quantitati. Consequentia patet. Antecedens probatur. Tum quia omnia accidentia distinguuntur per substantiam. Tum quia si partes quantitatis non distinguuntur per substantiam, sequitur quod distinguantur seipsis: & per consequens distinguerentur formaliter & specificè. Quintò. Si diuisibilitas non conuenit substantiæ ex se, sequitur quod conuenit ei per accidens. Sed hoc est falsum: ergo. Maior patet, quia quicquid conuenit alicui conuenit ei per se vel accidens, ex 5. metaphysico. Minor probatur. Nullum per accidens necessario inest: vt dicitur primo phys. nec inest vniuersaliter: vt dicitur 5. metaphysico. tex. com. 16. Sed diuisibilitas inest necessario substantiæ materiali, cum omnis materia necessario sit extensa sub aliqua forma: ergo, &c.

Respondetur quod aliud est loqui de substantia materiali, & aliud est loqui de materia. Substantia enim materialis intrinsecè componitur ex distinctis entitatibus diuersarum rationum, scilicet ex materia & forma quæ sunt priores quantitate & quolibet accidente saltem absolute. Et ideo circumscribitur quantitate per intellectum adhuc potest intelligi substantia materialis, esse diuisibilis in materiam & formam, & sunt partes diuersarum rationum. Si verò loquamur de materia, cum & ipsa componatur ex partibus suis, quæ omnes eiusdem rationis sunt, sic dico, quod seclusa quantitate, materia omnino est indiuisibilis tam in partes diuersarum rationum: quia tales non habet, quæ in partes eiusdem rationis. Et si queratur ante probationem huius conclusionis, an implicet contradictionem materiam separari à quantitate. Dico quod separari potest secundum operationem intellectus, siue inesse cognito. Licet enim materia concipi non possit nisi per analogiam ad formam, vt dicitur 1. phy. & probabitur 7. huius. non tamen cadit in conceptum eius hæc determinata forma, quæ est quantitas. Loquendo autem de separatione secundum rem, dico, quod implicat materiam esse sine quantitate: cuius ratio est: quia materia sine forma esse non potest. Ex forma autem & materia resultat quidditas materialis, de cuius ratione est quod sit in aliquo indiuiduo. Implicat enim quantitatem esse quin sit in hoc vel in illo. Indiuiduum autem materiale, non est indiuiduum nisi per quantitatem & ideo repugnat materiam esse sine quantitate, licet quantitas per intellectum à materia circumscribi possit, & vt sic materia nullo modo diuisibilis est, quod probatur. Primò. Quicquid conuenit alicui primo & per se, non potest alteri conuenire nisi per ipsum. Sed diuisibilitas in partes eiusdem rationis conuenit quantitati primo & per se, ergo nulli conuenit seclusa quantitate. Maior patet per philosophum primo posteri. vbi dicit, primum & per se dico cui non per alterum, sed per ipsum alteri. Minor patet: quia diffinitio & ratio conuenit ei, cuius est primo & per se: diuisibilitas autem est ratio quantitas, vt probatum fuit: ergo &c. Secundò. Omne diuisibile est quantum, sed remota quantitate materia non est quanta: ergo non est diuisibilis. Maior patet, quia omne diuisibile in partes eiusdem rationis vel diuiditur in partes discretas, vel in partes continuas, & quocumque detur, sequitur quod sit quantum. Et confirmatur quia cui conuenit esse maius vel minus, ei conuenit esse quantum, quia ista dicunt relationem consequentem quantitatem, vt habetur in prædicamentis. Omne autem diuisibile est maius quolibet eorum in quæ diuiditur: cum sit quoddam totum: totum autem est maius sua parte. Minor probatur. Effectus formalis non potest separari à forma, quia vel sunt idem, vel se necessario consequuntur, sed esse quantum est formalis effectus quantitatis, ergo seclusa quantitate materia non est quanta. Tertio. Si materia ex se habet propriam diuisionem, sequitur quod dum quantitas ei aduenit sint in eodem composito plures quantitates. Sed hoc est impossibile: ergo. Maior patet: quia ibi est propria dimensio materia, & propter hoc est dimensio quæ est quantitas. Minor probatur, quia philosophus 4. physico. probat per hoc duo corpora esse similia, quia impossibile est duas dimensiones esse simul. Dicitur fortè quod hoc non inconuenit quando vna dimensio est in alia subiectiue, quantitas autem est in dimensione materia. Sed contra: quia materia non est subiectum secundum se accidentis absolute: ergo nec materia nec aliqua eius dimensio est proprium subiectum quantitatis, sed totum compositum est subiectum eius. Item, quia dimensio materia siue diuisibilitas & dimensio quantitatis: aut sunt eiusdem rationis, aut diuersarum. Non eiusdem, quia tunc materia seclusa quantitate adhuc haberet quantitatem, id est, huius dimensionis: quæ per se sunt eiusdem rationis cum quantitate. Non

seclusa materiam diuersarum rationum, quia queritur in quo genere sint illæ dimensiones materia, non in genere substantiæ, quia nec sunt materia, nec sunt forma, nec compositum non in genere quantitatis per se: non in aliis generibus: quia quodlibet aliud genus est posterius quantitate, & per consequens quantitas non potest in aliquo eorum fundari. Quarto. Seclusa quantitate, aut materia est simplex, aut composita: si simplex, ergo est indiuisibilis, si composita, aut est composita prima compositione, quæ est de potentia & actu: aut secunda compositione quæ est ex subiecto & accidente. Non prima: quia materia est pura potentia, nullum habens actum. Non secunda: quia compositio secunda præsupponit primam. Dicitur fortè quod compositio ex partibus eiusdem rationis est prima inter omnes: compositio autem ex potentia & actu est secunda & compositio ex subiecto & accidente est tertia. Materia igitur est composita prima compositione. Sed contra: quia expressè dicit Philosophus, quod impossibile est fieri quantumque compositionem nisi vnum sit potentiale respectu alterius, vt patet 2. de Anima, & 8. metaphysico. Quintò. Queritur quomodo distinguerentur illæ partes materia: non enim distinguerentur forma substantiæ aut accidenti, quia per casum nullam haberent: igitur nullo modo essent distinctæ partes. Dicitur fortè: quod distinguerentur seipsis, non quidem specificè, sed materialiter. Sed contra. Omnis distinctio siue specifica, siue materialis est per aliquem actum, quia vt dicitur 7. meta. actus est qui distinguit & separat, sed ponimus à materia seclusum esse omnem actum, ergo partes eius nullo modo essent distinctæ, & ita concluditur quod diuisibilitas nulli conuenit, nisi per quantitatem, quæ essentialiter & absolute est partibilibitas, licet det multas partibilitates respectiue. Nam aliam partibilitatem dat materia, & aliam forma, & aliam albedini, & aliam dulcedini: quia alia sunt partes materia, & alia sunt partes formæ: & sic de aliis.

Ad argumeta respondetur. Ad primum negatur consequentia, & dicitur quod forma adueniens materie in primo instanti in quo recipitur in materia, habet duo: primum est effectus eius formalis, scilicet esse quod forma dat materie, & hoc conuenit ei ex se, & non per materiam: neque per quantitatem, sed contra, quia nec materia, nec quantitas existeret, nisi prius natura forma substantialis dedisset esse materie, licet omnia ista sint in eodem instanti: in quo & forma substantialis & quantitas introducit in materia: forma quidem substantialis per se, sed quantitas per modum sequelæ. Aliud quod habet forma est distinctio ipsius formæ à qualibet forma existente in alia materia, & hoc non habet forma ex se: sed à quantitate, quia cum quantitas habeat ex se situm, habet etiam ex se distinctionem: & ideo propter distinctionem huius quantitatis ab illa consequitur etiam distinctionem huius formæ ab alia forma. Ad argumentum ergo dicitur, quod forma præcedit quantitatem secundum esse simpliciter, & est posterior quantitate in esse distincto, sed quia esse est simpliciter prius quam esse distinctum, quia esse ad se est prius esse ad aliud: ideo forma substantialis est simpliciter prior in materia quam quantitas. Ad secundum negatur consequentia. Ad probationem negatur maior in diuisione materiali, quia partes quæ sic diuiduntur eiusdem rationis sunt, nec includunt aliquid formale præter commune diuisum per quod sint hoc vel illud, diuisio autem per quantitatem est diuisio materialis & non formalis, & ideo partes substantiæ non habent à quantitate quod sint substantia, sed ab ea habent quod sint partes: exemplum autem de rationali non valet, quia diuisio animalis per suas differencias est distinctio formalis. Ad tertium negatur maior. Si id quod conuenit causæ & effectui non conueniat causæ vt causa est, sed vt effectus est. Sicut est in proposito. quia licet substantia sit causa quantitatis, non tamen est causa diuisionis quantitatis, sed e contra, & ideo argumentum potius est ad oppositum, sic supponendo minorem, sed quantitas est causa diuisionis substantiæ, ergo diuisibilitas per prius conuenit substantiæ quam quantitati. Ad quartum negatur antecedens: quia (vt dictum est) quantitas ex ratione situs habet quod sit diuisibilis & non ex subiecto. Ad primam probationem negatur assumptum de illis accidentibus quæ sunt quantitas. Ad secundam negatur consequentia: quia licet partes quantitatis sint formæ, & non distinguantur in ratione formæ: quia non per aliquod formale constitutum, sed solum materialiter, & situatè & ideo non sequitur quod earum distinctio formalis & specifica. Non enim omnis distinctio formarum est formalis. Nam duæ anime separatae, sunt distinctæ formæ, & tamen non distinguuntur formaliter. Ad quintum negatur consequentia, quia aliud est vnum conuenire

Tex. com. 8.
Te. co. 49.
Ad primum.
Ad secundum.
Ad tertium.
Ad quartum.
Ad quintum.

venire alteri per accidens & aliud est conuenire ei per ali-

QVÆSTIO XXIII.

Verum quantitas sit diuisibilis in ea qua insunt.

QVÆRITVR 23. An definitio quantitatis conuenienter posita sit à philosopho, vbi ait. Quantum est diuisibile in ea qua insunt, quo verum q; aut singulum natum est esse hoc aliquid. Et videtur quod non.

Primario.

Tex. c. 15.

Secunda ratio.

Tex. c. 4.

Tertiaratio.

Quartiaratio.

Quintiaratio.

Quomodo in quibus non sunt elementa, nisi in potentia remota.

bet. Et sic sensus falsus est: quia tunc propositio ista esset vera: continuum non habet plures partes, cuius oppositum dicit Philosophus in prædicamentis vbi diffinitio continuum dicit quod eius partes copulantur ad vnum com-

Confirmatio.

Nota.

Net. secundum.

Esse hoc aliquid.

Ad primu.

Ad secundu.

Ad tertium.

sufficit quod aliquid indiuisibile sit ad quod actu copulatur: præteritum autem & futurum copulantur ad instans.

Ad quartu.

Ad quintu.

QVÆSTIO XXIII.

Verum tempus & motus sunt quantitates per se.

QVÆRITVR vigesimoquarto. Vtrum tempus & motus sint quantitates per se. Et videtur quod sic. Primo, Omne continuum est quantitas per se. Sed tempus & motus sunt continua, ergo sunt quantitates per se.

Primario.

Secunda ratio.

Prima probatio minoris.

Secunda.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Tex. c. 14.

Quod motus sit quantitas per accidens.

Tex. com. 4.

Tex. com. 8.

Vnde est in motu conuulsus.

localis & alteratio essent idem motus, quod est falsum. Patet consequentia, quia potest quis simul moueri & calefieri. Et breuiter dico quod duplex successio & partibilitas, conuenit motui.

Duplex successio in motu.

Quod tempus non sit quantitas per se.

Not. secundum.

Not. tertiu.

Not. quartum.

Quantum verò pertinet ad tempus. Sciendum est quod philosophus, ut patet in prædicamentis primò diuidit quantitatem in continuam & discretam, tanquam in duo prima genera subalterna.

Cur tempus enumeretur potius inter continuas quam discretas quantitates.

continuas. Respondeo, quod vnitates duorum lapidum facientes numerum binarium, sunt res distinctæ à quantitate cuiuslibet lapidis, & præter hoc illæ vnitates sunt distinctæ inter se habentes aliud & aliud esse, vnitates verò numeri qui est tempus, non sunt aliud nisi prior & posterior pars motus, quæ non sunt actu distinctæ, sed continuantur. Et ideo tempus, quia non est numerus partium, quæ actu distinctæ sint discretæ, ideo ponitur inter quantitates continuas. Est etiam alia ratio, quia scilicet numeratio quam addit tempus supra motum, nihil est nisi eius rationis; vt multi tenent, sed de his amplius tractandum erit 4. phisic. vbi est proprius locus istarum rerum.

Ad primum. Ad argumenta responderetur. Ad primum dicitur: quod per se accipitur dupliciter. Vno modo vt distinguitur contra per accidens omnino, & sic tempus est quantitas per se. Alio modo vt distinguitur contra per aliud, & sic non sunt per se quantitas, quia partibilitas conuenit motui tantum aliunde: tempus verò habet diuisibilitatem & continuitatem quoad suum materiale tantum ab alio. Ad secundum negatur minor. Ad primam probationem concedo, quod alia est partibilitas temporis & motus & magnitudinis: ramen partibilitas conuenit vni ex alio, vt dictum est. Ad secundam probationem dicitur eodem modo. Ad tertiam similiter. Ad quartam dicitur quod tempus habet partibilitatem à motu: & motus à termino & à spatio. Et cum hoc improbat, dico quod alteratio non esset continua & partibilis nisi qualitas ad quam est motus, esset partibilis, id est, acquisibilis per partem post partem. Vnde si aliqua forma acquiritur in instanti, eius acquisitio non est continua, nec partibilis, sed omnino indiuisibilis. Et cū arguitur de spatio, dico quod si contingat aliqua modica discontinuitas vt est in transitu viarum, quando vnus lapis non est alteri continuus, hoc ita se habet ad continuandum motum, ac si totum spatium esset omnino continuum. Nec illa parua discontinuitas variat, aut tollit continuitatem motus: quia semper mobile quoad vnâ sui partem, puta, quoad vnum est fixum in vna parte spatij, & quoad aliam sui partem protenditur in aliam partem spatij: ac si in spatio nulla esset discontinuitas. Si autem esset tanta discontinuitas in spatio quæ impediret fixationem vnus partis & protensionem alterius, tunc non posset super illud spatium moueri.

Ad secundam. Ad secundam probationem.

Ad primum. Ad argumenta responderetur. Ad primum dicitur: quod per se accipitur dupliciter. Vno modo vt distinguitur contra per accidens omnino, & sic tempus est quantitas per se. Alio modo vt distinguitur contra per aliud, & sic non sunt per se quantitas, quia partibilitas conuenit motui tantum aliunde: tempus verò habet diuisibilitatem & continuitatem quoad suum materiale tantum ab alio. Ad secundum negatur minor. Ad primam probationem concedo, quod alia est partibilitas temporis & motus & magnitudinis: ramen partibilitas conuenit vni ex alio, vt dictum est. Ad secundam probationem dicitur eodem modo. Ad tertiam similiter. Ad quartam dicitur quod tempus habet partibilitatem à motu: & motus à termino & à spatio. Et cum hoc improbat, dico quod alteratio non esset continua & partibilis nisi qualitas ad quam est motus, esset partibilis, id est, acquisibilis per partem post partem. Vnde si aliqua forma acquiritur in instanti, eius acquisitio non est continua, nec partibilis, sed omnino indiuisibilis. Et cū arguitur de spatio, dico quod si contingat aliqua modica discontinuitas vt est in transitu viarum, quando vnus lapis non est alteri continuus, hoc ita se habet ad continuandum motum, ac si totum spatium esset omnino continuum. Nec illa parua discontinuitas variat, aut tollit continuitatem motus: quia semper mobile quoad vnâ sui partem, puta, quoad vnum est fixum in vna parte spatij, & quoad aliam sui partem protenditur in aliam partem spatij: ac si in spatio nulla esset discontinuitas. Si autem esset tanta discontinuitas in spatio quæ impediret fixationem vnus partis & protensionem alterius, tunc non posset super illud spatium moueri.

QVÆSTIO XXV.

Vtrum relatio sit ens reale.

QVÆRITVR vicesimoquinto. An aliqua relatio sit ens reale extra animam. Et videtur quod non. Primo. Omne accidens reale habet aliquod productiuum. Sed relatio producentis ad productum, puta paternitas, nullum habet productiuum, ergo nulla talis est ens reale. Maior est philosophi 12. metaph. comment. 37. & patet ratione, quia nulla res deducit se de non esse ad esse, alioquin esset antequam esset. Minor probatur. Si in producente causaretur talis entitas, aut eam produceret ipsummet producens in seipso, aut productum aut actio à producente profuens, aut aliquid extrinsecum, puta cælum. Sed non produceretur à producente, puta pater non causat in se paternitatem. Tum quia acquireretur immediatè in patre non acquisito aliquo absoluto. Tum quia esset per se terminus productionis, cuius oppositum ponitur s. phy. tex. comment. 10. Non etiam produceretur à producto, filius enim in primo instanti sui esse in quo est filius, nihil imprimit patri. Non etiam est ab actione agentis, quia terminus actionis non est nisi vbi est actio, actio autem est in producente & non in producente. Absurdum est etiam dicere quod produceretur à cælo: ergo à nullo est. Secundum. Fundamentum paternitatis non est in patre postquam genuit, ergo nec aliqua entitas quæ sit paternitas. Consequentiâ patet: quia relatio non potest esse sine fundamento. Antecedens probatur. Generare non est in patre (cū generatio iam præterierit). Ergo in patre non est fundamentum paternitatis. Consequentiâ patet: quia huiusmodi relationes non fundantur nisi super actione & passionem. Tertio probatur specialiter quod relationes, quæ consequuntur quantitatem, non sint reales. Si relatio totius ad partes, puta, dupli ad dimidium, triplum, quadruplum esset realis, sequitur quod essent actu infinitæ res, hoc est falsum, quia infinita non sunt actu. 3. phy. tex. comment. 55. ergo. Consequentiâ probatur, quia data quacunque magnitudine ipsa dupla ad suum dimidium, & sic tripla ad tertiam sui partem, & quadrupla ad quartam, & sic in infinitum. Quarto arguitur, quod relatio domini & seruitutis non sint reales, quia aut dominium & seruitus fundantur super posse re-

Pr. maratio

Secunda ratio.

Tertiaratio.

Quarta ratio.

gere & posse regi, aut fundantur super mutua obligatione ad regere & ad regi. Sed primum non sufficit sine secundo: ergo requiritur mutua obligatio. Sed obligatio non est nisi in apprehensione intellectus, quia dominus considerat se obligatum ad regendum seruum: ergo relatio domini est tantum rationis. Quinto arguitur. Quod nulla relatio scientiæ ad scibile sit realis. Quia nulla res dependet à nihilo. Sed relatio notitia tam tensus quam intellectus dependet à non re, ergo non est realis. Maior patet. Minor probatur: quia non oportet quod scibile sit in actu dum scitur: dicit enim philosophus. 6. metaph. tex. com. 6. quod ideo de singularibus non est scientia, quia illis absentibus manet scientia. Et idem simpliciter confirmat Commentator comm. 4. & 6. Sexto. Nulla res potest de nouo acquiri in subiecto sine mutatione subiecti. Sed relatio potest acquiri sine mutatione subiecti, ergo non est ens reale. Maior patet: quia impossibile est quod aliquid reale adueniat alicui subiecto, quin illud se habeat aliter quàm prius. Minor etiam probatur: quia sit vnum album Romæ, & producar aliud album Parisiis, tunc relatio similitudinis aduenit priori albo sine eius mutatione vt apparet: ergo &c. Septimo. Ad idem est Commentator 6. metaph. comment. 8. dicens quod prædicamenta quæ habent comparationem non essent, si anima non esset. Sed relatio est ipsamet comparatio, ergo relatio non est extra animam. Et confirmatur, quia 12. metaph. comment. 19. dicit, quod relatio inter omnia prædicamenta est debilioris esse. Sed tempus quod est in genere quantitatis non est extra animam, vt ipsemet dicit 4. phisic. com. 87. ergo relatio non est nisi per actum animæ.

Quinta ratio.

Sexta ratio.

Septima ratio.

Respondeo quod hæc quæstio vetustissima est quantum haberi potest ex Aueroi. 22. meta. comm. 19. Et ex Auicenna. 3. metaph. Et ex Simplicio in prædicamentis. Commentator enim dicit: quosdam existimasse relationem esse de secundis intentionibus. Auicenna verò formaliter tangit hanc quæstionem sub his verbis, Considerandum est an relatio habet esse in singularibus, vel est aliquid, quod non formatur nisi intellectu, & conuenit eis solum cum intelliguntur, vt vniuersale, Genus, differentia, subiectum, prædicatum: & huiusmodi. Simplicius verò de relatione sic querit, vtrum relationis hypostasis sit habitudo sola: vel nomen prolatum, id est vtrum relatio habeat quid rei, vel solum quid nominis. Ad hanc igitur quæstionem non solum dixerunt quidam antiqui: vt recitat Commentator 12. metaph. comment. 19. Quod relatio est ens rationis; sed etiam idem tenent quidam iuniores philosophi dicentes, quod relatio non habet esse formaliter nisi per actum intellectus, apprehendens formam in ordine ad aliud. Albedo, enim sortis non est formaliter similitudo antequam intellectus eam comparet ad aliud album, sed tunc est tantum similitudo in potentia proxima, sed cum intellectu apprehendit collatiuè ad aliud album, tunc efficitur formaliter similitudo. Et ideo non habet suum esse formale, nisi per opus intellectus. Quidam verò alij dicunt quod aliqua relationes sint realiter extra intellectum, & nullo modo per opus rationis. Hanc conclusionem tenuit tex. comm. 26. Auicenna & Commentator & Simplicius. Et pro ea arguit Auicenna Primum. Nullum ens rationis est seclusum omni operatione intellectus. Sed aliqua relatio est, etiam si per impossibile nullus intellectus intelligeret, ergo aliqua relatio non est ens rationis, sed reale. Maior patet. Minor probatur. Paternitas est relatio. Sed paternitas & filiatio essent, siue intelligantur, siue non. Similiter sursum & deorsum sunt relationes. Sed cælum esset sursum, & terra deorsum quantum non apprehendatur, ergo cessante omni opere intellectus, aliqua relatio est in rebus. Secundum. Nulla proprietas existens in solo ente reali est rationis, quia esse in alio subiectiuè conuenit tantum enti reali, sed paternitas est proprietas existens in ente reali. Sic enim ait Auicenna. Paternitas est cuius esse est in solo patre, ergo paternitas est ens reale. Tertio arguit Simplicius. Nullum ens rationis est per se de consideratione alicuius scientiæ realis, sed aliqua relatio cadit per se sub aliqua scientia reali: ergo aliqua non est ens rationis. Maior patet, quia quicquid per se consideratur in scientia reali, vel est subiectum vel principium, vel pars, vel proprietas subiecti. Constat autem quod tam subiectum scientiæ realis quam omnia prædicta, sunt ens reale. Minor probatur. Nam scientiæ mathematicæ sunt scientiæ reales, sed ipsæ considerant per se aliquas relationes: ergo Maior patet. Minor probatur. Nam arithmetica considerat per se proportionem numerorum: & geometria proportionem figurarum, & astronomia distantias siderum, cum omnia hæc sint proprietates subiectorum in istis scientiis. Passio enim subiecti per se cadit in consideratione scientiæ, cum demon-

Resolutio quæstionis secundum cæm uersus opia.


Prima cõclm sio.

Probatio Auicenna, quod relatio sit ens reale.

Simplicij ratio.

demonstretur de subiecto. Sed proportionem & distantiam sunt relationes, ergo scientiæ mathematicæ considerant per se relationes. Quarto. Quicquid per se consideratur à metaphisico, est ens reale. Sed metaphisicus considerat per se relationes, vt patet quinto metaphisico. ergo. Maior est Commentatoris sexto metaphisico. comment. vltimo dicentis, quod metaphisicus non considerat per se ens per accidens, quia habet causam indeterminatam: nec entia rationis, quia habent esse diminutum. Et confirmatur. Relatio continetur sub ente diuiso in decem prædicamenta, ergo est ens reale. Consequentiâ patet, quia ens sic diuisum est ens extra animam, vt dicit Philosophus quinto & sexto metaphisico. tex. comment. 13. Antecedens etiam patet, quia relatio est genus contentum sub ente sic diuiso: vt patet ex eodem s. metaphisico. Quinto. Nullum ens rationis requiritur necessario ad actionem cuiuslibet agentis naturalis. Sed relatio requiritur necessariò ad quamlibet actionem naturalem, ergo aliqua relatio est realis. Maior patet, quia siue intellectus intelligat, siue non, adhuc entia naturalia habent operationes suas. Minor probatur, quia approximatio agentis ad passum, necessariò requiritur ad hoc quod agens naturale agat, vt probatur 7. phisic. tex. comment. 11. Sed approximatio est relatio: cum dicatur ad aliud, nihil enim est approximatum sibi ipsi: ergo &c. Sexto. Nullum ens rationis concurret per se ad perfectionem vniuersi. Sed aliqua relatio concurret per se ad perfectionem vniuersi, ergo aliqua relatio est realis. Maior patet, quia cessante omni opere intellectu adhuc vniuersum est perfectum, cum habeat omnes suas partes effectuales: sicut Deum, intelligentias, corpora cælestia, & omnia elementa. Minor probatur. Omnis ordo est relatio (cum dicatur ad aliud): sed vniuersum non potest esse perfectum, nisi partes eius inter se ordinatæ sint: & omnes simul ordinentur ad primam causam, vt dicit philosophus 12. metaph. tex. comment. 52. Septimo. Omnis habitudo consequens extrema realia & realiter distincta, ex natura rei est realis. Sed aliqua relatio, puta, paternitas & filiatio, consequuntur patrem & filium ex natura rei, qui sunt realiter distincti, ergo sunt reales. Maior patet, quia id quod consequitur res ex eorum natura, non consequitur eas solum per opus rationis. Minor patet: quia siue intellectus intelligat, siue non, adhuc pater est pater, & filius est filius. Octauo. Specialiter arguitur contra modum dicendi illius primæ opinionis. Nullo intellectu considerante Sortes per se est pater tantum in potentia: ergo vel intelligitur ad hunc sensum, quod esse patrem non verificatur de Sortes in propositione de inesse, sed tantum in propositione de possibili. Aut intelligitur quod etiam verificatur per propositionem de inesse. Si dicas hoc vltimum: ergo esse patrem actu conuenit Sorti, sed non est pater nisi alicuius, ergo actu dicitur ad aliud. Si dicas primum, contra. Tum quia sequitur quod Sortes non magis sit pater actu quàm puer natus, cum etiam de eo verificetur esse patrem in propositione de possibili. Tum quia actu genuit: ergo actu est pater. Nondum. Si Sor. & Plato sint alibi, tunc Sor. nullo intellectu considerante est talis actu qualis est Plato: ergo est ei similis actu. Antecedens patet: quia vterque est albus. Consequentiâ patet, quia idem significat antecedens & consequens. Quarto. Nullo intellectu existente, Sortes est distinctus, ergo vel à se, vel ab alio. Non à se, quia inest ei relatio opposita, scilicet, identitas ad seipsum, ergo ab alio est distinctus, ergo dicitur ad aliud, sed dicit ad aliud non est aliud quàm esse relatiuum, ergo circumscripto omni actu intellectus Sor. est relatiuum. Secunda conclusio. Aliqua relationes non sunt reales, sed rationis tantum. Ista conclusio amplè declarabitur in sequentibus. Probatur tamen his duabus rationibus. Relatio consequens rem solum, vt habet esse in intellectu obiectiuè, non est realis, sed aliqua relatio consequitur rem illo modo: ergo aliqua non est realis. Maior patet, quia intellectus nullam entitatem causat in re ex hoc præcisè, quod eam intelligit. Minor probatur. Nam esse subiectum & prædicatum est esse relatiuum, quia nihil est subiectum nisi ad aliud, sed esse subiectum & prædicatum conuenit rei solum vt est in intellectu obiectiuè: quia si nullus intellectus former propositiones, nihil erit subiectum & prædicatum: ergo &c. Secundo. Relatio identitatis rei ad seipsam est rationis tantum, & similiter relatio qua relatio refertur ad suum subiectum, est rationis tantum, quia si esset realis, tunc infinitæ realitates essent in quolibet relatiuo, ergo aliqua sunt relationes rationis.

Ad argumenta responderetur secundum vtramque viam tam eorum qui dicunt relationem non distingui realiter à fundamento, quàm eorum qui dicunt eam distingui. Ad primum. Iuxta primam viam negatur minor, & dicitur quod paternitas non est aliud quàm potètia generatiua, & ideo pater sicut non causat in se potentiam generatiuam, ita nec paternitatem, sed paternitas Socratis ab eo est, à quo est potentia generatiua Socratis, scilicet à producente Socrate, sed bene verum est quod hæc entitas antequam socra. generaret non haberet rationem paternitatis: quia tunc non erat terminus ad quem diceretur, sed postquam Socrates genuit, cum iam terminus scilicet filius positus sit: illa potentia habet quod paternitas dicatur. Iuxta secundam viam negatur etiam minor, & dicitur, quod pater generat vel producit in se paternitatem. Ad improbationem dicitur, quod ad hoc quod relatio acquiratur in aliquo subiecto, non oportet in eodem acquiri aliquod absolutum, licet necesse sit eadem productione produci principaliter aliquod absolutum, & consequenter duas relationes. Per generationem igitur qua Sortes generat, acquiritur principaliter entitas absoluta quæ est natura rei genitæ: consequenter verò acquiritur relatio in producto & in producente, quæ non sunt terminus per se, sed tantum per accidens illius productionis. Præter hanc responsionem dicitur aliqui, quod etiam filius concurret vt causa partialis ad causandam paternitatem in patre. Quod certe statim apparet absurdum. Si enim filius esset causa paternitatis, sequitur quod eam producat in primo instanti sui esse. Sed hoc est falsum. Tum quia nullum agens naturale producit in instanti formam accidentalem. Tum quia nullum tale agit in primo instanti sui esse, licet incipiat agere. Et si forte instetur de illuminatione, hoc est speciale in ipsa, quia est terminus motus localis, vt dicit Commenta. 6. phisic. comen. 32. Nec alicubi inuenitur, quod alie formæ fiat in instanti. Probatur autem illa prima consequentiâ: quia in primo instanti quo filius est, filiatio est, ergo etiam tunc paternitas est, cum relatiua sint simul natura. Secundum ad idem. Vel filius producit paternitatem eadem actione qua pater, vel alia. Non eadem, quia à duobus agentibus non egreditur eadem actio. Si alia, ergo datur aliqua productio, quæ per se terminatur ad relationem, scilicet illa quæ filius causat paternitatem in patre. Item, agere præsupponit esse, ergo filius prius natura est quàm causet paternitatem. Sed in illo priori filius habet relationem producti, ergo relatio producti siue filiatio non esset prius natura relatione paternitatis, quod est falsum. Et per hoc etiam probatur, quod pater non causat in se paternitatem, quia quilibet productio prius natura terminatur ad terminum rectum: siue sit per se, siue sit per accidens, quàm ad terminum reflexum: ergo pater prius natura causaret filiatio-nem, quàm causet in se paternitatem reflexè. Ad secundum negatur antecedens. Nam si paternitas est potentia generatiua, sicut hic remanet, ita & paternitas, quando autem filius corrumpitur, hæc potentia non dicitur amplius paternitas. Ad improbationem dicitur, quod paternitas non fundatur super generare aut genuisse, licet actus generandi sit huic potentie ratio fundandi paternitatem quo ad fieri eius, & non quo ad conferuari. Et si dicatur quod Philosophus 5. metaphisico. dicit has relationes fundari super actione & passione. Negatur, sed Philosophus dicit, quod consequuntur actionem & passionem: nec insunt agenti aut passo, ante agere & pati. Ad tertium negatur consequentiâ, quia relatio totius ad partes est rationis tantum, cum extrema non sint realiter distincta & ideo nihil aliud concluditur, nisi quod aliqua sunt relationes rationis. Ad quartum dicitur, quod relatio domini aliquando est realis, aliquando est rationis, relatio enim domini fundatur super potentia coercendi subditos: quæ potentia si conueniat rei ex sua natura, fundat relationem realem: & huius est dominium Dei ad creaturas. Si verò hæc potentia sit ex electione & voluntate, sicut contingit in rebus humanis, reale dominium est relatio rationis. Ad quintum negatur minor. Nam scientia potest habere duas relationes ad scibile, quarum prima est relatio effectus ad causam: quod contingit, quando à phantasmatè obiecti, causantur species in intellectu, & hæc relatio definit esse in scientia, dum scibile corrumpitur. Alia est relatio mensurati ad mensuram. Scientia autem quæ sic refertur, aut terminatur ad existentiam rei, aut terminatur ad ipsam rem quo ad eius rationem vniuersalem, & prædicata quæ ei necessariò conueniunt. Si primo modo, sic dico quod se non existente non corrumpitur illa entitas quæ est scientia: sed definit habere rationem scientiæ: quia mutata est de veritate in falsitatem: prius enim erat verum signum existentie rei, & nunc est falsum, & hæc etiam est realis, quia causata est à re existente. Si secundo modo, sic dico quod scientia refertur ad scibile tantum relatione rationis.



Filius nihil facit ad pro ductionem paternitatis.

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad quartum.

Ad quintum.

Ad sextum. tionis. Ad sextum. Juxta primam viam negatur minor. Ad probationem dicitur, quod cum similitudo sit ipsa albedo, hoc album non acquisiuit illam rem quæ est similitudo nisi dum acquisiuit albedinem, & hoc fuit vel in prima sui productione vel per aliquam transmutationem superuenientem. Juxta aliam viam aliqui negant maiorem, si tale acquisitum sit relatio: & hoc quia ad relationem non est morus. Sed istud nihil est. Tum quia datur instantia de eo de quo vertitur quæstio. Tum quia illa maior in se vera est. Nam quia quicquid habet entitatem quam antè non habebat, se habet aliter quam prius, ergo transmutatum est vel substantia-liter vel accidentaliter. Et idè ab aliis negatur minor, & dicitur quod cum producitur aliqua entitas, producuntur etiã omnia quæ illi entitati aduenire possunt, licet ista non habeant esse actuale, sed tantum potentiale. Dicitur secundò, quod cum educitur de potentia in actum, sit proportionata formæ quæ educitur: & formæ absolute dicant esse ad se, formæ vero relatiuè dicant esse ad aliud, non possunt formæ absolute educi de potentia in actum nisi primo transmutetur in quo sunt. Ad hoc verò quod relationes educantur de potentia in actum, sufficit quod transmutetur principia-liter id ad quod dicuntur: quo transmutato, sufficienter transmutatum est subiectum relationis ad hoc quod ipsa sit in actu, & idè per productionem noui albi sufficienter transmutatum est albu præexistens ad similitudinem. Ad septimum dicitur, quod Com. ibi tangit opinionem ab eo positam in 12. & dicitur visum fuisse eis qui dixerunt relationem esse ens rationis, quod relatio non sit anima non existente. Et quod loquitur secundum opinionem aliorum, patet ex eius verbis. Sic enim dicitur: ista enim æstimantur quod nisi anima esset, non essent. Ipsæ autem sensus esse ens reale: quod patet ex verbis quæ ibi ponit. Sic enim ait. Ens autem quod est in re, & quod differt ab ente in anima, est illud quod significat aut quid, aut quale, aut quantum, aut aliquid continuu cum alio, & hæc sunt cætera prædicamenta. Ad confirmationem dicitur, quod relatio dicitur habere debilius esse: non quia nulla res prædicamentalis dicat aliquid debilius in sua ratione, quam sit entitas relationis, sed quia omnia alia genera accidentium, secundum suas proprias rationes ponunt aliquid in eo de quo dicitur, relatio autè non habet ex sua ratione quod aliquid ponat, vt patebit quæstione sequenti.

QVÆSTIO XXVI.

Vtrum relatio habeat suam realitatem à fundamento.

QVÆRITVR vigesimosexto. Vtrum relatio habeat realitatem suam à fundamento. Et videtur quod non. Primo. Id quod conuenit relationi ex sua quidditate, non conuenit ei ratione fundamenti. Sed esse realitatem conuenit relationi reali à sua quidditate. Maior patet. Minor probatur. Omnis relatio realis est seipsa realis, circumscripto omni quod non est per se de conceptu eius, ergo est realis ex sua quidditate. Consequentia patet. Antecedens probatur. Nam si paternitas esset separata ab omni subiecto, adhuc esset quædam entitas. Secundò. Entitas relationis consistit in esse respectiuo, ergo relatio est entitas ex ratione respectus siue relationis. Consequentia patet, quia relatio & respectus idem sunt. Antecedens probatur: quia tota entitas vniuersalius consistit in esse id quod est. Tertio. Relatio ex ratione sui generis, vel habet quod sit subsistens, vel habet quod sit inherens. Sed non habet quod sit subsistens, quia dicit Com. 7. met. com. 49. relatio non potest esse ens per se, ergo ex sua propria ratione habet quod sit accidens, & per consequens quod sit quædam entitas. Maior probatur. Relatio habet ex sua ratione quod sit prædicamentum, ergo habet ex sua ratione quod sit vel substantia vel accidens, quia ens diuisum in decem genera est ens diuisum immediate per substantiam & accidens. Quarto. Nullus modus proprius alicuius prædicamenti & accidenti tollit communem modum accidentis, ergo proprius modus siue propria ratio relationis non tollit communem rationem accidentis, & sic relatio ex sua ratione dicit propria accidentalitatem siue realitatem. Consequentia patet. Antecedens probatur. Nam propria ratio quantitatis & qualitatibus non tollunt rationem accidentis: ergo &c. Probatur etiam ratione. Propria ratio cuiuslibet prædicamenti accidentium includit communem rationem accidentis, quia omne inferius includit suum superius, ergo non tollit ea.

Respondeo quod relationem dicere aliquid ex sua ratione potest quadrupliciter intelligi. Vno modo accidendo aliquid, siue ens, vt distinguitur contra nihil, prout loquitur Auicenna primo metaphysicæ cap. 5. vbi ait quod ens & res

imprimuntur in anima, prima impressione quæ non agitur ex aliis notionibus. Secundò, accipiendo ens vt distinguitur contra ens rationis. Tertio, accipiendo ens pro ente reali, sed absolute & simpliciter circumscripta quacunque habitudine ad subiectum. Quarto, accipiendo ens reale in habitudine ad subiectum vt sit sensus. An relatio, pura paternitas, ponat ex sua ratione aliquam entitatem realem in eo de quo dicitur, scilicet in patre. Sciendù secundò quod propria ratio relationis est ad aliud se habere. Quod patet ex philosopho in prædicamentis, qui dicit, quod ea sunt relatiua quæ dicuntur ad aliud, nam iste terminus: Relatio, super conceptu entis addit ordinem ad aliud: hæc enim est descriptio relationis, Relatio est ens ad aliud tanquam ad terminum. Secundò igitur ea quæ primo notata sunt, responderet quatuor conclusionibus. Quarum prima hæc est: Relatio ex sua propria ratione ponit aliquid, accipièdo aliquid vt distinguitur contra nihil. Probatur. Omnis relatio vel est realis, vel est rationis. Sed siue sit realis, siue sit rationis, est aliquid distinctum contra nihil: vt dicit Philosophus 4. metaph. & Com. comm. 3. ergo &c. Minor patet. Maior probatur, quia vel relatio consequitur res ex earum natura, & sic est realis, vel vt sunt obiectiuè in intellectu, & sic est rationis. Secunda conclusio. Relatio non habet ex sua propria ratione, quod dicat ens reale. Ad cuius euidentiã, sciendù est, quod relatio prædicamentalis conuenit in aliqua ratione communi cum aliis generibus accidentium: & præter hoc habet aliquam rationem sibi propriam. Conueniunt enim omnia hæc genera in ratione accidentis. Et quia accidens ex sua ratione dicit aliquam entitatem in subiecto (nam esse inest tantum proprietatis entis realis) idè rã relatio quam quodlibet aliud accidens ex hac ratione communi dicit ens reale, differunt autem genera accidentium ex suis rationibus propriis. Nam quantitas ex sua ratione propria ponit diuisibilitatem, & qualitas ponit dispositionem in eo de quo dicitur. Relatio autem ex ratione sibi propria non ponit aliquid in eo de quo dicitur, quia non dicit esse in se, sed solum dicit esse ad aliud, id est, ad eundem. Et propter hoc patet quod relatio ex sua propria ratione nihil ponit reale in eo de quo prædicatur. Quod probatur. Primo. Relatio realis nullum reale ponit per id quod conuenit cum relatione rationis, alioquin etiam relatio rationis aliquid poneret. Sed eum relatione rationis conuenit in propria ratione relationis, id est in hoc quod est ad aliud se habere, ergo relatio realis non habet ex sua ratione, quod ponat aliquam realitatem siue absolute, siue in eo de quo dicitur. Secundò: si ex sua ratione poneret realitatem, aut poneret realitatem per se existentem, aut inherentem. Sed non ponit realitatem per se existentem: quia (vt probatum est) relatio non per se existit: alioquin esset substantia. Nec ponit realitatem inherentem vt patet ex eius definitione, in qua non dicitur, quod relatio sit esse eius sed esse ad aliud. Tertio. Relatio est minima entitatis: ergo non habet ex sua ratione quod aliquid ponat. Antecedens dicit Comment. 12. Metaphysicæ comment. 19. consequentia probatur. Tempus ex sua ratione formaliter nullam realitatem ponit, ergo nec relatio, ex quo est minoris entitatis quam tempus. Antecedens patet quarto physice. tex. commen. 87. vbi dicit Philosophus, & Commentator, quod tempus non habet esse complexum, nisi per opus rationis. Tertia conclusio. Relatio non habet realitatem suam à termino: probatur. Possibile est terminum esse realem, & relationem esse rationis tantum: ergo relatio non habet realitatem ex termino. Patet consequentia, quia impossibile est aliquam causam totalem ponere alicuius realitatis quin illa realitas ponatur. Antecedens patet vt de relatione scibilis ad scientiam: nam relatio scibilis est rationis tantum, & tamen scientia quæ est eius terminus, est ens reale. Secundò. Nulla res habet realitatem præcisè ab eo quod est extrinsecum ei. Sed terminus est extrinsecum relationi: ergo &c. Quarta conclusio. Relatio habet realitatem à fundamento. Intellego sic istam conclusionem: non quod realitas fundamenti sit causa realitatis relationis, quia vt probabitur, relatio & fundamentum sunt eadè res idem autè non est causa sui ipsius, sed idè relatio dicitur habere realitatem à fundamento, quia id super quod fundatur ratio relationis reale est: cuiusmodi est similitudo, & paternitas. Nam albedo fundans relationem similitudinis eo modo quo res dicuntur fundamenta rationum siue conceptuum, est res realis. Illæ verò rationes quarum conceptibus non correspondet fundamentum in re, quod sit ens reale dicuntur relationes rationis sicut relatio dextri, & sinistri in columna: & multa huiusmodi. Probatur autè ista conclusio. Relatio realis non habet realitatem ex sua propria ratione, vt patet per secundam conclusionem. Nec habet realitatem

Not. secundum.

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

Nota.

Primario.

Secunda ratio.

Tertiario.

Tertia conclusio.

Quarta conclusio.

Probatio conclusio.

realitatem ex termino, vt patet per tertiam conclusionem ergo à sufficienti diuisione habet realitatem ex fundamento. Secundò. Ab eo præcisè habet relatio realitatem quo solo posito relatio est realis, & quo remoto non est realis. Sed fundamentum est huiusmodi, ergo relatio habet præcisè realitatem à fundamento. Maior patet ex ratione causæ præcisè. Minor probatur. Nam relationem non requiritur nisi fundamentum & terminus. Sed si fundamentum sit reale etiam si terminus sit rationis, adhuc relatio est realis: vt patet in relatione scientiæ & scibilis. Si vero terminus sit realis & fundamentum non sit reale: relatio non erit realis, vt patet ex tertia conclusione: ergo &c.

Ad argumenta responderetur. Ad primum negatur minor & similiter ad probationem negatur minor. Cum enim dico relationem realem, dico duo scilicet realitatem & relationem. Relatio igitur realis, habet quidem ex ratione relationis quod sit relatio: quod autem sit realis, non habet ex sua ratione, sed ex fundamento. Ad secundum negatur antecedens. Ad probationem negatur assumptum: aliter enim est de entitate relationis, & aliter de entitate aliorum accidentium. Relatio enim (vt probatum est) non dicit ex ratione sua quid, sed ad aliquid, nec habet quod sit realis ex sua ratione, sed ex fundamento. Et ideo eius entitas non consistit in esse id quod est per suam rationem formalem: sed in esse id quod est per fundamentum. Ad tertium negatur maior: quia esse subsistens & esse inherens est esse reale. Relatio autem vt diximus, nullam ponit realitatem ex sua ratione. Ad quartum dicitur quod relatio dupliciter potest considerari. Vno modo vt est relatio. Alio modo vt est realis, vt est relatio abstracta à modo accidentis, nec ipsum includit, nec excludit. Vt autem est realis, includit rationem accidentis, non ex ea parte qua est relatio, sed ex ea parte qua dicit realitatem fundamenti, quod est accidens.

QVÆSTIO XXVII.

Vtrum relatio habeat fundamentum reale sit realis.

QVÆRITVR vigesimosextimo. An omnis relatio habeat fundamentum reale, sit realis, pura relatio entis ad non ens, & contra. Et videtur quod sic. Primo. Quælibet causa refertur realiter ad effectum. Sed aliqua causa est non ens, scilicet finis, ergo non ens refertur realiter ad ens. Maior patet. Minor probata fuit supra. Secundò. Imago refertur realiter ad imaginatum sed imaginatum potest esse non existens: ergo maior patet: quia imago est realiter imago, etiam si à nullo intellectu apprehendatur. Minor enim patet. Nam potest fieri imago Herculis imago. Cæsar. Tertio. Relatio habet totam realitatem à fundamento, ergo omni alio circumscripto adhuc habet relationem & sic potest eius terminus esse aliquid non existens. Consequentia patet, & antecedens probatum est præcedenti quæstione. Quarto. Productiuum dicitur relatiuè realiter ad producibile. Sed producibile non est existens: quia quando est producibile nondum existit. Maior est philosophi 5. metaphysicæ. tex. comm. 20. Minor patet ex se. Quintò. Memoria dicitur relatione reali ad non existens, ergo aliqua relatio realis terminatur ad non existens. Consequentia patet. Antecedens probatur. Quod enim memoria dicitur relatiuè, satis constat, quia non est nisi memorati memoria. Quod verò sit respectu non existentis probatur. Nam memoria est præteritorum, præterita autem non existunt.

Respondeo, quod relatio habet realitatem à fundamento, vt probatum fuit: non quod fundamentum det effectiuè suam realitatem relationi. Sed quia realitas fundamenti & realitas relationis sunt eadem realitas. Et idè omnis relatio habens fundamentum in re est realis, alioquin eadem entitas esset realis & non realis: quod esset ponere simul contradictoria: nec ultra probandum est istud, quia magis patebit sequenti quæstione. Præmitto secundò, quod terminus relationis potest accipi dupliciter: primo pro relatione comparata relationi, eo modo quo finitio diceretur terminus paternitatis. Alio modo pro eo quod refertur siue pro concreto: & sic filius dicitur terminus paternitatis: & secundum hoc pono duas conclusiones. Quarum prima hæc est. Relatio realis non potest terminari ad non ens tanquam ad concretum. Probatur. Primo. Relatio non est maioris entitatis quam terminus eius, ergo si relatio est realis terminus non potest esse non ens, nec ens rationis. Consequentia patet: quia quodlibet istorum aut minoris entitatis est, aut nullius. Antecedens probatur. Relatio dependet à termino & quantum ad intelligi & quantum ad existere, vt dicitur in prædicamentis, ergo non est

Conclusio prima.

maioris entitatis quam terminus. Secundo. Si relatio entis ad non ens esset realis, sequitur quod in intellectu & voluntate essent infinitæ realitates. Sed hoc est falsum, vt patet, ergo. Consequentia probatur, intellectus est productiuus infinitarum intellectuum, ergo si ad quamlibet refertur relatione reali, sequitur quod habet infinitas realitates. Tertio. Nullum non ens est causa à qua dependeat ens reale. Sed relatio dependet à termino, ergo nullum non ens potest terminare relationem. Quarto. Hæc consequentia formaliter tenet. Hæc relatio est realis, ergo fundamentum & terminus eius sunt. Sed non ens non est, ergo non potest esse fundamentum aut terminus relationis. Minor patet. Maior probatur, quia ad relationem requiritur fundamentum & terminus. Quod patet, quia quodcumque eorum auferatur, relatio esse non potest. Quintò. Terminus realis non est minus per se de identitate relationis realis quam terminus rationis sit per se de identitate relationis rationis. Sed implicat relationem rationis esse, quin saltem habeat terminum rationis, ergo relatio realis non potest esse sine termino reali. Sexto. Hoc idem patet ex definitione relationis realis: in qua dicitur, quod ratio relationis est ad aliud se habere: non ens autem non proprie dicitur aliud ab ente: ergo non ens non potest terminare relationem realem. Secunda conclusio. Relatio opposita relationi reali potest esse relatio rationis. Ista conclusio patet in omnibus relatiuis tertij modi. Nam scientia refertur realiter ad scibile, & sensus ad sensibile: quæ refertur solum secundum rationem ad scientiam & ad sensum, vt magis infra declarabitur. Ex his patet, quod licet tota entitas relationis sit à fundamento, coëxigitur tamen terminus, non tanquam dans huius realitatem, sed tanquam id sine quo hæc realitas non habet rationem relationis. Et quia de relationibus rationis mentio facta est, sciendum est quod huius relationes quatuor modis variantur. Aliquæ enim sunt excogitæ per intellectum & attributæ rebus vt sunt obiectiuè in intellectu: cuiusmodi est relatio generis, & speciei, prædicati, & omnium huiusmodi intentionum quas generat logicus. Excogitauit enim intellectus has relationes, comparando id quod est in intellectu ad res quæ sunt extra, vel comparando conceptus adinuicem. Primo modo excogitauit relationes speciei ad indiuidua, & generis ad sua inferiora. Natura enim specifica non est vniformis secundum esse quod habet ad extra in suis suppositis: imò in eis diuersificata est: sed hæc natura: vt est in intellectu abstracta ab omnibus principiis indiuiduantibus vna est, & vniformiter comparatur ad omnia indiuidua. Hæc autem comparatio non est in re, quia natura in re non est vna, sed intellectus hanc comparationem excogitauit. Si militer intellectus comparat conceptum hominis & conceptum animalis, & videt vnum esse commune altero, & per consequens naturæ quæ eis correspondet: & idè dicit vnum esse genus, & aliam speciem. Aliæ verò sunt relationes rationis: quæ quidem ab intellectu excogitæ non sunt, sed consequuntur actum rationis: qui ordinatè intelligit ea quæ in se ordinatè non habet: idè intellectus non attribuit has relationes in eis quod est in intellectu, sicut prima quæ dicta sunt, sed attribuit quæ sunt in re. Toties autem variantur hæc relationes, quoties variantur ea quæ ordinatè intelliguntur, & non habent ordinem in se. Quod fit tripliciter. Nam ad hoc quod aliqua habeant ordinem in natura sua, oportet primo quod vtrumque sit quædam natura: oportet secundò, quod vtrumque sit distinctum: quia nihil ordinatur ad seipsum. Oportet tertio quod vnum sit ordinabile ad aliud, & contra. Propter defectum primi, inter ens & non ens non est ordo ex natura rei: quia non ens nullam naturam dicit. Et idè relatio entis ad non ens est rationis tantum, & huius est relatio præsentis ad futurum vel ad præteritum: secundum quod intellectus in re illig vnum est prius altero. Propter defectum secundi relatio eiusdem ad seipsum est rationis tantum, quæ consequitur actum intelligendi: quia intellectus accipit vnum ac si essent duo: quia idem bis apprehendit. Propter defectum tertij relatio relationis ad suum subiectum, est ratio nis tantum: quia cum relatio sit essentialiter quidam ordo, ipsa non est ordinabilis per aliam relationem. Primos duos modos harum relationum rationis tradidit S. Th. Duo verò vltimi ab Auicenna positi sunt 3. metaph. Ad quæstionem verò formaliter respondendo, dicitur quod relatio entis ad non ens non habet fundamentum reale: & idè non est realis. Et licet in re sit aliquid reale, non tamen est fundamentum relationis ad non ens.

Ad argumenta responderetur. Ad primum multi negant maiorem, si causa non sit existens, cuiusmodi est huius: & consequenter dicunt quod non est de ratione causæ, vt causa est, quod sit relatiuum extra animam.

Ad secundum.

Sustinendo autem quod illa maior sit vera vniuersaliter, respondendum est quod finis ut est non ens, non refertur realiter, sed ut habet esse apprehensum referri non potest, eo modo quod declaratus fuit supra cum loqueremur de causa finali. Ad secundum negatur maior: & dicitur quod hoc nomen imago significat rem absolutam, mediante quodam conceptu relativo & comparatio vnius ad alterum. Ex quo patet, quod imago dupliciter accipi potest. Vno modo proferuntur absolute: & sic dico quod imago est imago realiter, & non existens. Alio modo potest accipi quo ad conceptum relatiuum quo mediante significat illud absolutum: & sic dico quod iste respectus non conuenit rei absolute in se, sed solum ut est obiectiue in intellectu apprehendente illud absolutum in ordine ad aliud: & sic patet quod maior est falsa accipiendo imaginem compositiue, id est: ut dicitur simul absolutum cum respectu: licet sit vera prout dicitur solum absolutum in quo sensu negatur minor: quia imago ut sic, non est relatiuum. Ad tertium dicitur: quod remoto termino potest remanere entitas, quæ est relatio, sed huius entitas tunc non erit relatio, & per consequens nec erit relatio realis, nec relatio rationis. Ad quartum respondetur præcisè sicut ad secundum, & additur quod non omnis relatio significata per nomen quod conuenit rei, etiam nullo intellectu considerante est realis. Nam nullo intellectu cogitante, columna est dextra homini: & tamen respectus significatur per hoc nomen dextrum, est respectus rationis. Vnde ad argumentum negatur maior. Ad probationem dicitur quod Philosophus intelligit de relatione producentis & producti. Quod patet expresse: quia Com. 5. meta. com. 20. loco calefactiui & calefactibilis ponit calefaciens & calefactum. Ad quintum respondetur præcisè sicut ad secundum.

Ad tertium.

Ad quartum.

Ad quintum.

QUESTIO XXVIII.

Utrum relatio distinguatur a fundamento.

Prima ratio.

Veritur vigesimo octavo, an relatio distinguatur realiter a fundamento. Et videtur quod sic. Primo. Omnis relatio realis est aliqua res: & nulla relatio est eadem realiter cum fundamento, ergo quælibet est a fundamento distincta. Consequentia patet: quia quod relatio non sit res distincta, vel ideo est, quia relatio non est res, vel quia si est res, non tamen est distincta. Maior patet ex prima questione. Minor probatur. Aliqua relatio non est eadem suo fundamento, ergo nulla est eadem suo fundamento. Consequentia patet: quia non est maior ratio de vna quam de alia. Antecedens probatur. Et accipio gratia exempli paternitatis Sortis, & arguitur sic. Hæc paternitas non potest actu esse, hæc paternitas actu non existente. Sed Sortes & potentia generatiua & Sortis possunt actu esse hæc paternitas non existente: ergo Sor. & potentia generatiua eius non est hæc paternitas. Maior patet per primum principium Minor etiam patet: posito casu quod omnis filius Sortis moriatur, secundo impossibile est eandem rem simul intendi & remitti. Sed intento fundamento potest remitti relatio, puta si a, & b, sint alba & intendatur albedo a, non intensa nec remissa albedine b, tunc intenditur albedo a, & remittitur similitudo, ergo relatio non est id quod fundamentum. Tertio: si relatio non est res distincta a fundamento, sequitur quod opposita, puta similitudo & dissimilitudo sint eadẽ res. Consequentia patet. Nam per eandem albedinem a album est simile b albo: & est dissimile c nigro. Quarto, sequitur quod in quocunque esset perfectius fundamentum, esset etiam perfectior relatio. Sed hoc est falsum: quia non omne quod est albius est similis. Quinto. Plus distinguuntur absolutum & relatio, quam duo absoluta. Sed quantitas & qualitas quæ sunt duo absoluta distinguuntur realiter: ergo etiam relatio & fundamentum. Sexto. Aliquæ relationes fundatae in rebus diuersarum specierum & generum minus differunt aliquibus fundatis super rebus eiusdem speciei specialissimæ, ergo istæ relationes sunt res distinctæ a fundamentis. Patet consequentia: quia res differentes specie & genere magis differunt quàm illæ quæ sunt eiusdem speciei. Antecedens probatur. Nam similitudo fundata super qualitate, & æqualitas fundata super quantitate magis conueniunt, quam similitudo & relatio potentia actiua, quæ possunt fundari super eundem calorem numero respectu eiusdem. Nam duæ primæ pertinent ad primum modum relatiuorum, duarum vero aliarum, vna pertinet ad primum modum, & altera ad secundum. Septimo. Nulla res est fundamentum sui ipsius aut alius cuius quod est sibi idem. Sed absolutum est fundamentum relationis, ergo relatio non est entitas absoluta. Q.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Sexta ratio.

Septima ratio.

Secundo. Sequitur quod nulla sit causalitas secundarum. Sed hoc est falsum, ergo &c. Consequentia probatur. Nam quicquid causatur a diuersis causis secundis, præxigitur in eis debitam proportionem & approximationem ad id quod causatur ab eis. Sed ista proportio & approximatō nihil est aliud nisi fundamentum, illa ita sunt realiter causatiua illius effectus, quando non sunt approximata sicut quando sunt. Nouo. Sequitur quod componentia aliquid totum, ita componunt quando sunt separata: sicut quando sunt coniuncta. Patet consequentia: quia omnis entitas quæ fuit in eis dum essent coniuncta, est in eis dum sunt separata. Decimo. Id non est idem realiter cum relatione, quod sine relatione potest esse. Sed fundamentum potest esse sine relatione, ergo fundamentum non est idem relationi. Maior patet ex se & minor: quia si vnicum sit album in natura, erit albedo sine similitudine. Respondetur forte ad omnia hæc argumenta vel saltem ad multa eorum quod fundamentum non potest esse nisi relatio sit: licet possit esse, dato quod non sit relatio, puta si a & b sint similia in albedine & corrumpatur albedo b, non corrumpatur albedine a, albedo & similitudo a manet: sed nunc non est similitudo. Contra hanc responsionem arguitur. Primo. Quia tali modo arguendi qui positis est in hac decima ratione, videtur Philosophus primo physicorum, ad probandum quod materia distinguitur realiter a forma: quia, scilicet, materia potest esse, forma non existente. Et simili modo arguit quarto phy. ad probandum quod locus distinguitur a locato. Et similiter Comm. primo phy. com. vlti. ad probandum quod potentia materia non est eius essentia, quia manente materia potentia desinit esse. Secundo. Quia si valet illa responsio, pari ratione, posset dici quod homo non est res distincta a lapide: quia si diceretur quod homo potest esse lapide non existente, responderetur quod lapis est, sed non est lapis. Tertio: aut similitudo quæ conceditur esse est similitudo, vel non est similitudo, patet hoc a sufficienti diuisione, si detur primum, ergo non solum similitudo est, sed etiam est similitudo. Si detur secundum, ergo propositio in qua idem prædicatur de seipso, non est vera. Quarto. Corrupto filio per te paternitas est, ergo habitudo patris ad filium est, ergo filius est, quod est cõtradietorium primi antecedentis. Patet consequentia prima, quia paternitas non est aliud quam habitudo patris ad filium. Secunda consequentia probatur, quia bene sequitur filius non est, ergo realis habitudo patris ad filium non est: & per consequens oppositum consequentis infert oppositum antecedentis. Vndecimo. Omnis causa distinguitur ab effectu. Sed fundamentum est causa relationis, ut dicit S. Tho. de potentia questione 7. art. 10.

Respondeo, quod circa hanc questionem nullibi expresse habetur quid senserit Philosophus vel commentator, aut S. Thomas & alij peripatetici, & ideo iunioribus varia senserunt. Quidam enim propter rationes prædictas dixerunt relationem esse rem distinctam a fundamento, puta equalitatem a quantitate. Quidam dicunt oppositum: & tenent quod relatio & fundamentum sunt eadem: sed distinguuntur tantum ratione & conceptibilitate, quia in conceptu relationis cadit terminus qui non cadit in conceptu fundamenti. Et hæc opinio mihi magis placet, licet etiam alia sustineri possit. Probatur autem hæc secunda opinio. Primo ab Ocham, & postea etiam a Gregorio, & a multis alijs qui eadem rationes sumpserunt, quarum prima hæc est. Distantia est relatio. Sed distantia non distinguitur a fundamento: ergo. Minor probatur. Si distantia est talis entitas, aut acquiritur in instanti, aut in tempore. Sed vtrumque est falsum: ergo &c. consequentia patet. Minor probatur. Et primo quod non in tempore, quia sequitur quod postquam aliquid perdidit partem contiguitatis, adhuc esset contiguum: vel haberet contiguitatem, & non esset contiguum, quæ duo expresse sunt falsa. Probatur consequentia. Sint a & b duo corpora contigua, & remoueat b ab a. Si b acquirit distantiam in tempore, ergo in illo tempore habet contiguitatem vel partem contiguitatis: & per consequens postquam recessit ab a, adhuc est contiguum. Quod vero non acquiritur in instanti, probatur: quia vel acquireretur in instanti in quo b incipit remoueri ab a, aut in instanti immediato, aut instanti mediato. Non primum, quia mobile dum incipit moueri, adhuc est in loco ubi prius erat. Non secundum, quia nullum instans est immediatum in toto illo tempore quo est distantia sine distantia. Respondetur forte quod distantia acquiritur in instanti mediato, sed non est dare primum instans in quo acquiritur, sed quocunque instanti assignato in aliquo priori acquisita est, sicut etiam mobile dum mouetur est contiguum in alio & alio loco sibi æquali, & tamen non est dare primum.

Octaua ratio.

Nona ratio.

Decima.

Responsio aliquorum.

Vndecima ratio.

Diuisa opinio Thomæ.

primum ubi acquisitum: nec primum mutatum esse. Ita præcisè est de distantia: quia continuè est alia & alia: sed non est dare primum. Sed contra arguitur quod hæc responsio repugnat principis S. Thom. primo. Aut hæc distantia fundatur in quantitate mobilis, aut fundatur in loco eiusdem mobilis, aut fundatur in vbi, quod continuè dicitur esse aliud & aliud. Patet hæc propositio: quia non apparet aliud fundamentum distantia: situalis de qua loquimur. Sed primum non potest dici: quia nulla relatio potest plurificari non plurificato fundamento, ut sæpe dicit S. Thom. Sed quantitas mobilis non plurificatur: ut patet, ergo si fundatur in quantitate: non est continuè alia & alia. Quod non possit dici secundum probatur. Relatio & fundamentum non sunt in distinctis subiectis. Sed locus non est in mobili, ergo distantia qua mobile distat non fundatur in loco eius. Non tertium, quia vbi posteriori relatione prædicamentali: & forte potius in ea fundatur quam e contra. Et præterea distantia qua mobile distat fundatur in eo per quod distat. Sed distat per suam quantitatem, ergo non potest fundari nisi in quantitate. Primo. Vbi in quo est mobile b, distat ab vbi, in quo est a, ergo si aliqua distantia fundatur in vbi b, ipsa est alia ab alia, per quæ formaliter b, distat ab a. Quod patet: quia b & vbi b non sunt eadem res, & per consequens non habent eandem nomenclaturam distantiam. Præterea arguitur contra responsionem. Nulla forma extensa acquiritur in instanti. Sed distantia qua b, distat, est forma extensa: ergo. Maior patet & minor: quia si distantia non esset extensa per totum b, sequitur quod illæ partes b, in quibus distantia non esset, non distarent ab a, vel si distarent, utique distarent sine distantia. Secundo principaliter arguitur, pro conclusione Sortem esse patrem non est aliud quam Sor. habere filium: filius non est aliqua entitas in Sorte: ergo ad hoc quod Sortes sit pater non requiritur quod in eo sit aliqua entitas superaddita. Minor patet. Maior probatur. Et quia solet dici quod impossibile est Sor. esse patrem nisi sit in Sorte huiusmodi entitas, quæ entitas a Sorte separari non potest quandiu filiatio est. Arguitur sic formaliter. Omne accidens per accidens potest separari a subiecto absque eo quod subiectum corrumpatur. Sed paternitas quæ dicitur esse in Sorte, & filiatio quæ dicitur esse in Platone, sunt accidentia per accidens, ergo vtrumque a suo subiecto separari potest remanente substantia subiecti. Maior non potest nisi proteruiter negari: & patet per definitionem accidentis per accidens. Minor etiam patet: quia aliquando Sortes non habuit per te hæc entitatem. Et si Plato moreretur ipsa separaretur a Sorte. Consequentia etiam formaliter patet. Sed contra, forte habet filium a se genitum: ergo Sortes est pater. Consequentia patet apud omnem intelligentem. Tunc ultra. Est pater, ergo est formaliter pater. Patet consequentia, quia nullus potest denominari pater nisi a paternitate in eo existente: cum paternitas non denominet extrinsecè Tertio. Dupliciter est relatio. Sed ipsa non distinguitur a fundamento: ergo. Maior est philosophi 5. meta. tex. commen. 20. Minor probatur. Sit a, corpus cubitum: & b, corpus cubitum, cõstat quod a est duplum ad b. Si dupliciter est distincta a quantitate a, aut ipsa est in qualibet parte a, aut est tota in toto: & pars in parte: & alia pars in alia parte ipsius a. Non primum: quia sequitur quod quilibet pars a esset dupla ad b, quod expresse est falsum, ut patet de parte digitali ipsius a. Non secundum, quia vel partes huius dupliciter sunt eiusdem rationis cum toto, vel non. Si sic adhuc sequitur quod quilibet pars sit dupla ad b, quia quilibet pars habet dupliciter. Si dicatur quod non. Contra id quod habet extensionem & diuisibilitatem non ex se, sed a continuo, non est alio modo diuisibile: nisi sicut cõtinuum, ut patet de albedine: & de alijs huius formis & patet ratione: quia quantitas nulli dat diuisibilitatem & extensionem nisi talẽ, qualem ipsa habet: sed hæc dupliciter non est extensa & diuisibilis nisi ratione quantitatis in quam fundatur (cum extensio primo & per se conueniat quantitati) ergo si est diuisibilis non potest aliter diuidi nisi in partes eiusdem rationis. Et præterea, nulla res constituitur ex partibus diuersarum rationum, nisi vna sit in potentia ad aliam. Non apparet autem quæ pars sit in potentia ad aliam, cum non sit maior ratio de vna quam de alia. Maior probatur: quia ex duobus entibus in actu non fit vnum per se secundo de anima & octauo metaphysic. text. comment. 8. dupliciter autem est vnum per se. Quarto, similiter arguitur de dupliciter, quæ ternarij ad binarium. Aut hæc dupliciter est entitas simplex: & per consequens erit in quolibet illorum quatuor, & sic vna us lapis erit duplus ad duos lapides. Et præterea idem accidens numero & simplex esset in diuer-

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Responsio aliquorum.

sis subiectis maxime distinctis, vel illa dupliciter non est simplex, sed habet partes: & tunc vel habet partes eiusdem rationis: id est, quatuor quælibet sit dupliciter: & sic sequitur id quod prius: vel habet partes alterius rationis ab ipsa duplitate. Et tunc vel omnes illæ partes simul sunt in quolibet illorum quatuor lapidum: & sic sequitur idem quod prius, vel vna pars erit in vno & alia in alio: & sic dupliciter quatuor lapidum est composita ex partibus, quarum vna est in vno lapide, & alia in alio. Sed contra. Ex pluribus numero distinctis non fit per se vnum nisi in aliqua forma conueniant: sicut patet quod plures vnitates non faciunt numerum nisi conueniant in forma numeri. Quæritur ergo quæ sit forma istarum quatuor partium dupliciter. Aut enim est absoluta aut relatiua. Non absoluta ut patet. Non relatiua, quia relationis non est relatio. Primo. Illa pars duplitate: quam ponis esse in hoc lapide, puta in a: est entitas relatiua, ergo habet aliquem terminum: non apparet autem quid sit terminus eius. Primo. Nullum accidens præter numerum potest esse in distinctis subiectis: aut secundum se totum, aut secundum partes suas, sed hæc dupliciter non est numerus qui per te distinguitur a fundamento. Minor patet. Maior probatur, quia hoc conceditur de numero singulariter: quia si concedatur in relationibus, eodem modo posset quis dicere: quod a: cum albedo componitur ex multis partibus quarum vna est in sorte, & altera in Platone, quod est absurdum. Multæ rationes ad hæc conclusionem fieri solent, quarum multæ potius irrationes sunt quam rationes, & magis offendunt præclara ingenia quam illuminent.

Vnde ad argumenta responderetur. Ad primum negatur minor, quia quandiu est potentia generatiua: tandiu est illa entitas quæ est paternitas, licet non dicatur paternitas nisi dum filius est. Hæc enim entitas potest concipi ut est principium generandi, & ut sic nominatur hoc nomine hæc potentia generatiua, quia sic nominamus ut concipimus, potest etiam concipi conceptu colatiuo & comparatiuo ad filium, & sic nominatur per terminos, dum igitur filius non est hæc entitas est quidem: sed non est paternitas. Ad secundum negatur minor, quia dum intenditur albedo intenditur illares quæ est similitudo, sed quia hæc res denominat subiectum album dum concipitur absolute, & denominat subiectiui simile dum concipitur ad aliud, ideo subiectum per eam potest denominari magis album & minus simile. Ad tertium negatur consequentia, quia similitudo & dissimilitudo non opponuntur contra: nec cum non sint absoluta, nec cõtradietorie, nec prioritate, ut patet, nec relatiue. Quia corruptiuum similitudinis est similitudo, sed bene sequitur quod eadem res quæ est albedo, potest concipi conceptib. disparatis, quia potest concipi in ordine ad Platone album, & ad Cicerone nigrum. Ad quartum negatur consequentia. Et dicitur sicut responsum est ad secundum. Ad quintum dicitur, quod dupliciter possunt aliqua distingui. Vno modo entitatiue, & sic negatur maior. Alio modo formaliter, & sic conceditur, quia duo absoluta conueniunt in conceptu absoluto. Absolutum vero & relatiuum non sunt vniuersales conceptus. & ideo non sequitur nisi quod sit maior distinctio formalis inter relationem & fundamentum, quam inter duo absoluta. Ad sextum negatur antecedens loquendo de distinctione entitatiua. Quia similitudo & æqualitas sunt distinctæ res, conueniunt tamen in vno modo communi referibilitatis, in quo non conuenit relatio similitudinis fundata in calore, & relatio productionis fundata in eodem. Ad septimum negatur antecedens. Non enim albedo dicitur fundamentum relationis quasi sit vna res alteri rei subiecta, sed quia conceptus quem immediate significat est terminus albedo: est prior & fundamentalis respectu eius quem significat hoc nomen similitudo. Ad octauum negatur consequentia. Et ad probationem dicitur quod a, ignis temper habet illam entitatem quæ est approximatō ad b, lignum, quia talis entitas non est aliud quam quantitas, a, sed quod dicatur approximatō & approximatō non est non quia nouam entitatem acquirit, sed quia inter a, & b, non mediat aliquod corpus quod prius mediat. Ad nonum negatur consequentia. Quia materia & forma non componunt suppositiua per entitatem eis additam, nec quia sint coniuncta alia entitate ab ipsis, sed quia coniuncta sunt, quod non contingit dum sunt separata. Ad decimum respondetur sicut ad primum. Et dicitur quod responsum etiam sibi posita vera est. Ad primam & secundam improbationem dicitur quod non est simile hic & ibi. Cuius ratio est, quia materia & forma dicitur conceptum absolutum qui non includit aliquem terminum. Conceptus vero relatiuus includit

Ad primum.

Nota.

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad quartum.

Ad quintum.

Ad sextum.

Ad septimum.

Ad octauum.

Ad nonum.

Ad decimum.

includit terminum, & ideo bene sequitur homo est, & lapis non est, igitur homo non est lapis: quia & homo & lapis stant formaliter pro conceptu absoluto. Dum autem dicitur, albedo est, & similitudo non est: ly similitudo, non stat pro entitate quæ est similitudo absoluta: sed pro tali entitate, vt est sub conceptu relatiuo. Non potest autem vt res sub tali conceptu nisi aliquid aliud album sit. Ad tertiam dicitur, quod admittendo quod paternitas sit dum filius non est, ista propositio non conceditur, hæc paternitas, quia in subiecto stat materialiter: & in prædicato formaliter: secus opposita est vera quæ dicitur: hæc paternitas non est paternitas (demonstrata potentia generatiua Soris) est paternitas. Nec idem negatur de seipso: sed conceptus formalis negatur de re cui attribui posset, & de facto non attribuetur. Et sensus est quod hæc entitas non habet rationem paternitatis. Ad quartam negatur prima consequentia: quia hæc paternitas dum filius non est habitudo, nec relatio. Ad vltimum negatur minor: nec S. Tho. dicit propriè quod fundamentum sit causa relationis. Et si alibi hoc inueniatur: exponendum est in eo sensu qui positus fuit in responsione ad septimum.

QVÆSTIO XXIX.

Vtrum inter relatiua realiter distincta sit relatio realiter.

Quæritur 29. An inter omnia relatiua realiter distincta sit relatio realis mutua: & arguitur qd sic. Primo. Distinctio realis est relatio realis. Sed inter omnia realiter distincta, est distinctio realis: ergo & relatio realis. Maior patet: quia nihil est distinctum a se, sed ad aliud. Minor patet: quia distinctio realis non conuenit nisi enti reali. Secundo. Quæ habent ordinem reale, habent relationem reale. Sed omnia realiter distincta habent ordinem reale mutuum, ergo & relationem. Maior patet, quia ordo est relatio. Minor probatur, quia omnia entia conueniunt in aliquo ordine ad constituendum vniuersum. Tertio. Si in distinctis realiter posset esse realis relatio in vno extremo, & nõ in altero, maximè hoc esset in relatiuis tertij modi. Sed hoc est falsum: ergo. Maior patet 5. met. tex. com. 20. Minor probatur tripliciter. Primo. Omnis causa refertur realiter ad effectum, & e contra. Sed obiectum est causa scientiæ, ergo refertur ad eam realiter. Maior patet per philosophum in textu. Minor probata est 3. de anima: tex. com. 30. quia phantasma concurrat actuè ad speciem intelligibilem. Secundo. Relatio scibilis ad scientiam habet fundamentum reale: ergo est realis. Consequentia patet. Antecedens probatur. Scibilitas conuenit scibili per entitatem ipsius: quia vt dicitur 2. meta. tex. com. 4. vnumquodque sicut est ens, ita est scibile, ergo scibilitas conuenit scibili per fundamentum reale. Tertio. Transmutans refertur realiter ad transmutandum. Sed scibile transmutat sensum: ergo refertur ad ipsum realiter.

Respondetur quatuor conclusionibus, quarum prima hæc est. Ad mutua relationem realem requiruntur tria. Primum est quod vtrumque extremum sit existens. Secundum est quod sint realiter distincta. Tertium est quod sint eiusdem ordinis. Prima pars probatur, quia (vt supra probatum fuit) entis ad non ens potest esse relatio realis: cum nullum reale dependeat a non ente: relatio autem dependet a termino, & de hoc ibi satis dictum fuit. Secunda pars probatur. Si realitas extremorum sufficeret ad mutua relationem realem: sequitur quod omne continuum referretur realiter ad quamlibet sui partem. Sed hoc est falsum: ergo minor probatur: quia totum continuum & quælibet eius pars sunt quedam realitates. Minor probatur: quia ex hoc sequitur quod in continuo essent inhiæntes relationes: sed hoc est falsum: quia infinitas repugnat entij actu. Probatur consequentia: quia in omni continuo sunt infinitæ partes proportionales, ergo continuum refertur ad eas infinitas relationibus: & ipse contra ad suum totum. Dicitur forte quod refertur ad illas partes vnica relatione. Sed contra. Primo, quia saltem quælibet pars refertur distincta relatione ad totum. Secundo: quia vnica relatio non potest terminari ad multas quæ sint distinctarum rationum. Sed relationes partium ad totum sunt diuersarum rationum: quia aliqua est sexquialtera: alia sexquartaria &c. & sic successiue. Dicitur forte, quod sicut partes sunt infinite in potentia & non actu: ita & hæc relationes. Et si sic dicatur: habeo inuentum: quia loquor de relatione actua: & dico quod realitas extremorum absque distinctione reali non sufficit ad actualem relationem realem in vtro-

que extremo. Tertia pars probatur. Relatio realis est relatio consequens rem ex natura rei, ergo extrema quæ mutuo realiter referuntur, eiusdem ordinis sunt, id est, ex natura sua adinuicem ordinata sunt, ita quod sicut a, ex se ordinatur ad b, ita b, ex se ordinatur ad a. Secunda conclusio. Omnes relationes consequentes quantitatem quæ sunt inter extrema realiter distincta, sūt relationes reales in vtroque extremo. Ad cuius euidenciam sciendum est quod cum quantitas abstrahat ab omni materia scibili, ipsa est eiusdem rationis in omni quanto. Linea enim in quocunque sit, nihil est aliud quam longitudo sine latitudine & profunditate &c. Probatur ista conclusio. Huius relationes habent extrema realia, quia omne quantum est reale, & habent ea realiter distincta, quia hoc ponitur in conclusione, & sunt eiusdem ordinis, ergo sunt reales. Patet consequentia ex prima conclusione, patet etiam prima & secunda pars antecedentis. Tertia vero probatur. Nam sicut ex natura sua linea bipedalis est dupla ad pedalem, ita pedalis ex natura sua est subdupla ad bipedalem. Patet consequentia. Antecedens probatur, quia vt dictum fuit quantitas, in omnibus est eiusdem rationis. Tertia conclusio. Omnis relatio agentis ad passum & producentis ad productum est realis in vtroque extremo. excepta relatione primi motoris. Prima pars conclusionis probatur per philosophum in hoc textu. & patet ratione. Nam extrema sunt realia, & realiter distincta, & eiusdem ordinis. quod de claro. Nam relatio effectus & passus conuenit ei ex hoc, quod productum siue motum est ab agente, omnis etiam causa secunda non mouet, quia mouetur, ergo causa & effectus conuenit in ratione moti & fundant relationem: vt in hoc conuenit. Primo. Effectus ex eo quod productus est, consequitur perfectionem & bonitatem sui esse, omnis causa secunda ex hoc quod agit consequitur quandam perfectionem, quia per hoc assimilatur primo motori. Et quia hæc pars conclusionis conuenienter ab omnibus est concessa, non me vltra extendo ad eius probationem. Quantum vero pertinet ad secundam partem eiusdem conclusionis, declaro tres propositiones: quarum prima est. Primus motor non refertur ad aliquem eius effectum aliqua relatione reali quæ ab æterno fuerit in primo motore. Probatur, quia vel talis relatio fuisset actualis vel potentialis. Nõ actualis, quia nulla relatio actu est nisi eius terminus sit. Sed nullus effectus ab æterno erat, ergo &c. Non potentialis, quia omnis res quæ primo est in potentia & post transferatur ad actum, acquirit aliquam perfectionem in esse, & realiter variatur & mutatur in suo esse. Sed nulla entitas in primo motore acquirit esse aut variatur, ergo nulla est potentialis. Minor patet. Maior est comment. 8. ph. com. penultimo. Secunda propositio. Primus motor non refertur ad suum effectum eadem numero relatione reali quæ est in effectu, ita quod talis relatio denominet effectum intrinsecè & primam causam extrinsecè, probatur. Primo. Quia idè esset subiectum & terminus respectu eiusdem relationis, quod falsum est, cum subiectum relationis habeat oppositionem relatiuam ad terminum & e contra. Item idem haberet oppositionem ad seipsum, quod est impossibile. Consequentia probatur: quia si eadem est relatio, qua creatura refertur ad Deum, vt subiectum, & qua Deus refertur ad creaturam, vt terminus, sequitur quod creatura sit subiectum illius relationis, in quantum refertur ad Deum, & quod ipsa sit terminus eiusdem relationis, in quantum Deus secundum eandem relationem refertur ad ipsam. Secundo sequeretur quod eadem esset ratio dependendi & terminandi dependentiam, quod est falsum. Consequentia probatur. Nam sequitur quod in quantum terminus dependeat: nam referre non est ad aliud nisi quoddam dependere dependentia relatiua. Tertio sequitur, quod aliquid haberet formaliter esse relatum, quod tamen non haberet in se relationem formaliter. Sed hoc est falsum & impossibile, quia sicut nihil formaliter potest esse album nisi habeat in se formaliter albedinem, ita nihil videtur posse esse formaliter relatum, nisi habeat in se formaliter relationem. Consequentia probatur, quia si primus motor refertur ad effectum suum eadè numero relatione quæ est in effectu, tunc terminus relationis refertur, & per consequens habet esse relatum, quia nihil aliud est refertum quæ formaliter esse relatum, & tamen nõ habet in se relationem in quantum terminus, quia sic esset subiectum: quod est absurdum. Tertia propositio. Prima causa refertur ad effectum suum tantum relatione rationis. Probatur. Prima causa refertur ad effectum, & non relatione reali quæ sit in ea, nec quæ sit in effectu: igitur tantum relatione rationis. Prima pars antecedentis patet: quia causa dicitur relatiuè ad aliud. Secunda pars patet ex duabus propositionibus

Nulla relatio prima motoris ad creaturam est realis

Secunda propositio

Tertia propositio

Quarta ratio

Tex. 53

Cardinalis aliter soluit

Ad primum Distinctio

Ad secundum

Ad tertium

nibus præmissis. Quarta conclusio. In relatiuis tertij modi non est mutua relatio realis. Probatur. Huius relatiua non sunt necessario realiter distincta, ergo non referuntur mutuo relatione reali. Consequentia patet. Antecedens probatur. Distinctio realis non conuenit nisi enti reali. Sed aliter extremum non semper est reale. Ens enim rationis est scibile, alioquin non esset subiectum in logica: & dato quod non esset scibile, est saltem apprehensibile. Secundo. Obiectum scibile potest esse non existens, ergo non oportet quod referatur relatione reali. Consequentia patet ex dictis in prima conclusione. Antecedens probatur. Scibile secundum id terminat relationem scientiæ & scientiam mensurat, secundum quod peremptè perimit eam. Sed scibili destructo, quoad esse existentie non perimitur scientia, ergo scibile non terminat relationem scientiæ per suum actuale existere. Maior patet: quia dicit philosophus in prædicamentis, quod scibili destructo destruitur scientia. Sed non e contra. Minor probatur: quia philosophus 7. Metaph. dicit quod idè de singularibus non est scientia, quia illis corruptis manet scientia: & idem ibi ponit Commentator Commen. 53. Tertio. Scibile & scientia non sunt eiusdem ordinis, ergo nõ referuntur mutuo relatione reali. Consequentia patet ex tertia parte primæ conclusionis. Antecedens probatur: quia actio ad quam consequitur relatio scientiæ ad scibile, non conuenit necessarè scibili: quia ipsum scibile non habet intellectionem. Et confirmatur: quia scientia dependet a scibile: nulla enim scientia est nisi alicuius scibilis. Aliquid tamen est scibile, de quo non habetur scientia. Quarto. Ad idem est philosophus 5. Metaph. tex. com. 20. dicens quod idè scibile refertur ad scientiam, non quia in eo relatio sit, sed quia scientia refertur ad ipsum. Et idem confirmat Commentator com. 20. dicens: quod idè intellectus & sensum dicitur relatiuè: quia illud quod dicitur relatiuum per suam substantiam accidit ei: & quia intellectus est in sua substantia, ex quo patet, quod relatio qua aliquid dicitur scibile non conuenit ei secundum naturam suam, sed per intellectum, id est, vt habet esse obiectiuum in intellectu, ergo huius relatio est ratio nis tantum. Et arguitur contra. Circumscripito omni opere intellectus, adhuc scibile dicitur scibile, ergo relatio qua dicitur scibile, non est rationis tantum. Respondetur: quia consequentia non valet: quia vt supra dictum fuit: aliqua nomina relatiua dicuntur de rebus nullo intellectu considerate: & tamen possunt significare tantum respectu rationis. Ad argumenta respondetur. Ad primum dicitur dupliciter quod distinctio potest accipi duobus modis. Vno modo positiuè, alio modo negatiuè. Si positiuè, sic dico, quod nõ omnia sunt distincta: paternitas enim distinguitur a filiatione non per aliquam distinctionem quæ sit alia relatio a paternitate. Et idè non distinguitur positiuè, sed tantum negatiuè, scilicet quia paternitas non est filiatio. Nec plus requiritur ad talem distinctionem nisi quod vnum non sit aliud, negatio enim est causa negationis: sicut affirmatio affirmationis. Dicitur secundo: quod in quibusdam distinctio est relatio realis: puta dum vna quantitas distinguitur ab alia. Ratio autem huius diuersitatis est: quia relatio potest fundari inquantitate: non autem in relatione. Ad secundum dicitur primo quod nõ omne ens est pars essentialis vniuersi: Deus enim non est pars vniuersi, sed est extra vniuersum tanquam principium eius. Singularia etiam & corruptibilia non sunt partes essentialis vniuersi: quia aliquando non erunt, & vniuersum erit. Partes autem essentialis sunt intelligentiæ & corpora cælestia, & elementa & homo: quia omnia hæc habent perpetuitatem. Dicitur secundo, quod nõ inter omnes huius partes est ordo per se. Vna enim anima intellectiua non habet ordinem per se ad aliam. Non enim habet ordinem situalem: cum eis non conueniat situs: nec causalem: quia vna non est causa alterius: nec perfectionalem: quia omnes sunt æquè perfectæ: cũ sint substantiæ eiusdem speciei. Dicitur tertio, quod nõ se mutua: ergo omnis relatio vnus ad alterum est realis in vtroque extremo. Ad tertium negatur minor. Ad primam probationem dicitur quod scibile vt est causa scientiæ, refertur realiter ad ipsam: non autem vt scibile est. Nam intellectus per habitum qui est scientia elicit intellectionem terminatam ad scibile, ad quam intellectionem consequitur relatio realis, tam in intellectione quam in scientia, quæ refertur solum secundum rationem: quia non aliter refertur, nisi quia apprehenditur vt terminans illam relationem realem, & ideo concipitur conceptu relatiuo & comparatiuo. Ad secundam negatur antecedens: quia hæc relatio, de qua locuti sumus, non conuenit scibili per aliquam entitatem quæ in eo sit, sed per opus rationis. Et cũ

dicitur, quod est scibile per suam entitatem, accipitur ibi scibile non formaliter: est enim scibile formaliter solum per scibilitatem, sed accipitur pro eo quod ipsum scibile potest esse motiuum intelligendi & causatiuum speciei: & vt sic, refertur realiter. Ad tertiam dicitur, quod scibile dupliciter refertur ad sensum. Vno modo vt est immutatum sensus, & vt causat sui similitudinem in eo: & sic refertur realiter relatione secundum modum tanquam agens ad passum. Alio modo accipitur vt terminat sensationem, & sic refertur tantum relatione rationis: sicut præcisè de scibili & scientia dictum est.

QVÆSTIO XXX.

Vtrum relatiuum secundum dici terminet relationem per absolutum aut relationem.

Quæritur 30. an in relatiuis tertij modi, correlatiuum terminet relationem per suam entitatem absolutam, aut per relationem quæ sibi conuenit. Et arguitur quod sic per absolutum. Primo, quia philosopho in litera dicit: quod scibile id præcisè refertur, quia scientia refertur ad ipsum: ergo in scibili nulla relatio est per quæ terminet relationem scientiæ ad ipsum, sed terminat per suam entitatem absolutam. Secundo. Actus per suum absolutum terminat relationem potentie ad actum: ergo nõ per relationem. Consequentia patet. Antecedens probatur, quia actus est prior potentia distinctione, vt dicitur 9. Metaph. ergo si terminaret relationem potentie per relationem, tunc etiam potentia poneretur in distinctione actus, & per consequens actus non esset prior potentie distinctione. Tertio. Terminus relationis in quantum huiusmodi est prior ipsa. Sed in quantum est relatiuum non est prius suo correlatiuo: ergo non in quantum est relatiuum terminat relationem. Maior patet, quia vt sic ponitur in eius definitione. Minor etiam patet, quia relatiua vt sic, sunt simul natura & intellectu. Quarto. Nullo intellectu considerante scibile terminat relationem scientiæ: quia adhuc scibile est, ergo vt eam terminat, non habet aliquam relationem, sed per suam entitatem absolutam. Respondetur. Et prius præmitto quedam. Secundo dicitur ad quæsitum. Quantum ad primum, sciendum est primo quod relatiuorum quedam sunt relatiua per se, quedam per accidens. Relatiua per accidens sunt quibus accidit relatio, vt homo Sortes, &c. quibus accidit esse patrem vel filium & huiusmodi, vt dicit Commen. 5. metaph. com. 20. in fine. Relatiua per se sunt ea quæ per se referuntur, & hæc sunt quæ in suo formali significato important aliquem respectum, vt Pater, Filius, Scientia, simile &c. Relatiuorum autem per se quedam sunt relatiua secundum esse, & quedam secundum dici. Relatiua secundum esse sunt quæ tantum relationem significant, siue relatio sit realis vel rationis tantum, vt pater, filius, genus, species &c. Nam sicut album significat tantum albedinem, vt probatur 7. huius: sic pater dicit tantum paternitatem, licet connotet subiectum. Relatiua secundum dici sunt quæ principaliter & in recto significant tantum rem absolutam, sed in obliquo & connotatiuè dicunt respectum, significant enim rem absolutam sub respectu & huiusmodi sunt, Scientia, Sensus, Potentia, & multa alia. Sciendum secundo, quod relatio non solum potest significari nomine relatiuo, sed etiam nomine absoluto. Forma enim absoluta potest significari nomine absoluto, puta humanitas: hoc nomine homo. Aliquando etiam id quod abstrahit ab absoluto & respectiuo significatur nomine absoluto, vt ens. Aliquando forma relatiua significatur nomine respectiuo, vt paternitas, hoc nomine pater. Aliquando etiã significatur nomine absoluto, vt cum dicitur quod paternitas est ens. Aliquando e contra, entitas absoluta significatur nomine respectiuo, vt cum dicitur quod calor est potentia calefactiua & hæc vti ma sunt ea quæ dicuntur relatiua secundum dici. Quantum ad secundum hæc est prima conclusio. In relatiuis tertij modi est relatio mutua, ita quod non solum mensuratum refertur ad mensuram, sed etiam mensura ad mensuratum. Puta non solum scientia ad scibile, sed etiam scibile ad scientiam. Probatur. Primo. In omni relatiuo est relatio. Sed scibile est correlatiuum scientiæ, ergo ei conuenit relatio. Minor patet, Maior probatur. Nihil denominatur formaliter tale, nisi per aliquam formam, ergo nihil denominatur formaliter in scibile, nisi per relationem scibilitatis. Consequentia patet, & antecedens ex ratione denominationis. Secundo.

Not.

Primatio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Not. primum.

Relatiuum per accidens.

Relatiuum per se.

Relatiuum secundum esse.

Relatiua secundum dici.

Not. secundum.

Conclusio prima.

Omnis

Ad vii.

Prima ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Ad mutua relationem realem tria requiruntur

Omnia denominatio obiecti a potentia vel ab habitu, aut actu potentia est per aliquem respectum: sed scibile denominatur scibile a scientia quae est habitus intellectus: ergo non denominatur scibile nisi per respectum. Minor patet ex terminis. Maior est philosophi 2. de anima. ubi dicitur quod visibilitas conuenit colori per se, & est relatio coloris ad visum. Tertio nulla res significat nomine relatio, nisi mediante relatio conceptu. Sed scibile nominatur. Et hoc nomine scibile, quod est nomen relatum, ut probatum est. Et patet ratione, quia dicitur ad aliud, cum omne scibile sit aliqua scientia scibile, ergo hoc non conuenit ei nisi mediante conceptu relatio. Secunda conclusio. Scibile non denominatur scibile per relationem realem, quae est in scientia. Probatur. Primo. Ea quae sunt alterius rationis in esse relatio, non sunt eadem relatio numero. Sed relatio scientiae & scibilis sunt alterius rationis, ergo non sunt eadem numero. Maior patet. Minor probatur, quia si essent eiusdem rationis, tunc scientia posset denominari scibilis, ut scientia est, quod apparet falsum. Secundo. Relationes oppositae non possunt esse in eodem fundamento. Sed relatio scientiae & scibilis sunt oppositae, quia sunt inter extrema opposita relatio: ergo &c. Minor patet. Maior probatur, licet enim aliquis possit esse pater & filius, non tamen habet paternitatem & filiationem quae sint oppositae, quia paternitas patris non opponitur nisi filiationi quae est in filio, quem genuit. Tertio. Si eadem relatio quae est in scientia denominaret scibile esse scibile, & scientia esse scientia, sequitur quod ipsa haberet duas rationes formales. Sed hoc est falsum: ergo. Patet consequentia, quia scientia & scibile non sunt eiusdem rationis, alioquin scibile esset scientia. Maior probatur. Relatio quae est in scientia est alicuius speciei specialissimae, ergo non potest diuidi in plures rationes formales. Consequentia patet, quia species specialissima non diuiditur per differentias formales, alioquin esset genus. Antecedens probatur, quia scientia de anima est eiusdem rationis in quolibet humano intellectu, & per consequens relatio eius ad suum obiectum est eiusdem rationis in omnibus. Tertia conclusio. Mensura refertur ad mensurandum tantum relatione rationis. Probatur. Mensura refertur ad mensuratum, ut patet per primam conclusionem, & non refertur relatione quae sit in mensurato, ut patet per secundam conclusionem: nec refertur relatione reali quae sit in ipsa ut probatum fuit praecedenti quaestione. Quarta ergo refertur tantum relatione rationis. Confirmatur per Auicennam 3. meta. capitulo 8. ponentem huius respectus rationis. Dicitur autem refertur tantum ratione, quia scibile non ordinatur ex natura sua ad scientiam, potest enim aliquid esse scibile de quo nulla scientia est, sicut quadratura circuli, ut dicitur in praedicamentis, & ideo non conuenit ei relatio nisi ut habet esse obiectiuum in intellectu apprehendente ipsum scibile, ut terminat vel ut est aptum terminare relationem scientiae ad se. Et licet saepe supra dictum sit quomodo scientia refertur ab scibile, iterum istud magis explico, & praemittam vnum, scilicet quod idem potest esse fundamentum relationum alterius & alterius rationis. Nam in eadem albedine fundatur similitudo, & similitudo, & distinctio & identitas. Dico igitur quod aliqua notitia intellectus est simplex & aliqua est notitia complexa. Per notitiam simplicem representatur natura communis, siue sit, siue non sit. Species enim lapidis conferuntur in intellectu etiam omni lapide corrupto. Huius autem notitia refertur ad rem duplici relatione, scilicet relatione producti ad producens, siue effectus ad causam, & haec relatio est realis, nec conuenit huic notitiae, nisi quando phantasma est a quo causat fuit. Refertur etiam relatione mensurati ad mensuratum: quia haec notitia dicitur esse vera, si ita representat naturam, sicut ipsa nata est representans. Et haec relatio est rationis tantum. Vnde omni lapide corrupto adhuc species lapidis est signum representans naturam lapidis. Vnde est duplex notitia complexa. Quaedam enim terminatur ad existentiam rei scilicet illa per quam cognoscitur lapidem esse. Et quia species complexorum non sunt causatae a rebus, sed ab intellectu, ut probauimus 3. de anima: ideo haec notitia ut sic refertur realiter ad intellectum sicut effectus ad causam. Si autem compararetur ad rem, ut existens est sicut signum ad significatum, sic refertur relatione reali quoad rem: quia extrema sunt realia & realiter distincta & scientia dependet ab obiecto, quia scientia de hoc esse non potest nisi res sit. Variata enim existentia rei variatur huius relatio, quia scientia prius erat conformis obiecto, & non nunc, & prius erat vera notitia & nunc est falsa. Alia est notitia complexa quae terminatur ad scibile complexum, cuius praedicata necessario conueniunt subiecto, puta notitia quae scio hominem esse animal & esse risibile, & triangulum habere tres &c. & haec refertur ad sci-

bile tantum relatione rationis: quia potest esse etiam si obiectum non sit in reum natura. Et si quaeratur quomodo insurgat haec relatio in scientia, dicitur quod hoc est, quia intellectus per habitum elicit intellectioem quae terminatur ad scibile & ideo si intelligatur sicut est, habet ipsa scientia & actus eius conformitatem quandam ad scibile, quae conformitas est relatio realis in scientia.

Ad argumenta respondetur. Ad primum dicitur: quod intentio Philosophi non est quin scibili conueniant relatio, ut patet ex textu eius. & ex litera Auer. com. 20. circa medium, sed dicit quod in huius relatio tertij modi alterum refertur formaliter relatione quae in eo est, alterum vero dicitur relatum, non quia refertur relatione quae sit in eo, sed solum, quia concipitur conceptu relatio in ordine ad aliud relatum, quod in obliquo de eo praedicatur. Scibile enim dicitur relatum, quia concipitur esse scibile. aliqua scientia. Ad secundum dicitur, quod potentia & actus sunt relatiua secundum dici, sicut etiam scientia & scibile. Et ideo possibile est, quod potentia diffiniatur per illud absolutum quod est actus. Dicitur secundo, quod terminus relationis si proprie loquamur de termino, est quid absolutum. Filius enim terminat paternitatem & non filiationem, sed dico quod tale absolutum nunquam terminaret relationem nisi ei conueniret aliqua alia relatio vel rei vel rationis, & ita relatio potentiae terminatur ad absolutum, quod est actus, sed hoc absolutum non posset eam terminare, nisi poneretur in eo aliquis, respectu saltem rationis. Ad formam argumenti conceditur prima consequentia. Et patet quod eius probatio nihil concludit contra hanc declarationem. Ad tertium negatur maior. In relatiuis enim sufficit quod diffiniens non sit posterius diffinito, sed sit si mul natura & intellectu cum ipso diffinito. Absolutum enim quod est terminus relationis, est quidem prius relatione secundum se, sed non ut est terminus: quia non est terminus nisi dum habet aliquem respectum vel rei, vel rationis, & sic diffinit. Ad quartum conceditur antecedens & consequentia, quia nihil aliud concludit nisi quod nulla relatio est scibilis ratio terminandi relationem scientiae, sed cum hoc stat quod scibile eo ipso quod terminat relationem scientiae est relatum per relationem quae est in intellectu, quia istud tale terminans nunquam denominatur scibile nisi prius concipiatur comparatiue ad scientiam: cuius est terminus.

QUESTIO XXXI.

Utrum relatio possit immediate fundari in substantia.

Quaeritur 31. utrum relatio possit immediate fundari super substantiam. Et videtur quod non. Primo. Relatio est idem cum fundamento. Sed nulla relatio est idem cum substantia: ergo nulla immediate fundatur super substantiam. Maior patet ex probatis supra. Minor probatur. Nullum accidens est substantia. Sed omnis relatio praedicamentalis est accidens: ergo nulla est substantia. Secundo. Relatio fundatur tantum super quantitatem, & super potentiam actiuam & passiuam, & super mensuram & mensuratum, ergo non fundatur super substantiam. Patet consequentia, quia substantia nullum istorum est, cum non sit quantitas: nec actio, nec passio. Antecedens est philosophi 5. metaph. Tertio. Sequitur quod vnio materiae ad formam immediate fundatur super materiam. Sed hoc est falsum: ergo. Patet consequentia, quia vnio est relatio. Falsitas consequentis probatur, quia forma adueniret enti in actu. Et si dicitur quod vnio fundatur in toto composito. Contra: quia vnio non fundatur nisi in eo quod est vnium alteri. Sed compositum non est alteri vnium: materia autem est vnita forme. Quarto. Id quod praesupponit alia accidentia non immediate fundatur in materia: sed relatio est huiusmodi &c. Maior patet. Minor est S. Tho. 3. Phy. Et confirmatur: quia Commentator. 1. de substantia orbis dicit quod quantitas interminata aduenit materiae.

Respondetur. In ista quaestione faciam duo. Primo dicitur ad quaesitum. Secundo declarabitur vnum dubium. Quantum ad primum dico quod necesse est ponere aliquam relationem immediate fundari super substantiam. Quod probatur. Primo sic. Distinctio realis est relatio realis. Sed substantia remoto omni accidente: adhuc est distincta ab alia, puta, homo a lapide: ergo aliqua relatio fundatur immediate in substantia. Maior patet: quia sicut distinctio est relatio, ita distinctio realis est relatio realis: Mi-

Ad primum

Ad secundum

Ad tertium

Ad quartum

Prima ratio

Tertia ratio

Quarta ratio

Conclusio

Aliqua relationem

fundari super

substantiam

per substantiam

nor etiam patet ex se: quia distinctio essentialis non est per aliquod accidens rei distincta. Secundo. Non minus aequalitas & inaequalitas perfectionis sunt relationes quae aequalitas & inaequalitas in quantitatibus. Sed secundae sunt reales relationes, ergo & primae. Maior est nota: quia non apparet maior ratio hic quam ibi. Minor est Philosophi 5. Met. Tunc ultra arguitur. Aequalitas & inaequalitas perfectionis reperiuntur in substantiis: quia omni accidente concluso: homo est perfectior asino: ergo relatio realis fundatur immediate super substantiam. Tertio. Omnis similitudo est formaliter relatio: quia nihil est simile sibi, sed alteri, sed substantia vna est similis alteri: ergo relatio realis similitudinis immediate fundatur in substantia. Et confirmatur, quia non minus Sortes & Platone sunt similes quod duo accidentia inter se: ergo fundatur relatione realem. Quarto. Dum ignis generat ignem generatio prius natura terminat ad substantiam, quam accidentia, & etiam quam ad substantiam, ut est sub accidentibus: ergo in illo priori relatio effectus fundatur super substantiam. Antecedens patet: quia substantia est prior accidente natura: generatione, & diffinitione, 7. Metaphysica. Patet consequentia: quia in illo priori substantia ignis est quidam effectus. Quinto. Forma substantialis secundum seipsum dependet a sua causa agente. Sed dependentia realis est relatio realis: ergo. Minor patet, quia dependens dicitur ad aliud. Maior patet: quia si circumferibatur omne accidens, adhuc talis forma est dependens. Confirmatur: quia Auicenna 3. Metaph. c. 10. dicit quod aliqua relatio accidit qualitati, & aliqua quantitati, & aliqua substantiae.

Quantum ad secundum dubitatio est: an huius relatio fundatur in substantia sit in genere relationis. Quod dico, quia cum ens finitum extra animam immediate diuidatur in substantiam & accidens: siue in ens per se, & ens in alio quod est accidens, & postea accidens diuidatur in nouem genera accidentium, statim apparet quod omnis relatio praedicamentalis sit accidens. Et ideo circa hoc quidam dicunt tales relationes fundatas in substantia, non esse in praedicamento: sed esse transcendentis: & hoc asserunt etiam illi, qui putant relationem distingui a fundamento. Quod probatur, licet ipsi non multum probent, tamen potest probari multipliciter. Primo autoritate Auicennae 3. Metaph. cap. 1. ubi sic ait. Dicam ergo quod in principio logicae cognouisti decem quidditates decem praedicamentorum, ideo non dubitas quod illud quod est ex eis ad aliquid, in quantum est ad aliquid, est res accidens alicui necessarium. Secundo. Magis distinguitur relatio a substantia, quam quantitas & qualitas a substantia. Sed quantitas & qualitas quae sunt in genere sunt accidentia, ergo & omnis relatio praedicamentalis est accidens. Tertio. Omnis forma proprie denominatur substantia, ergo relatio est accidens. Maior patet: quia praedicatio denominatiua distinguitur ab essentiali & ab identica. Minor patet: quia substantia denominatur distincta a distinctioe. Et hanc opinionem multi sequuntur. Mihi tamen non esse aliquod inconueniens videtur dicere quod huius relationes sunt in genere relationis. Quod probatur. Quia istae relationes sunt in aliquo genere: ergo sunt in genere relationis. Consequentia patet: quia cum non sint res absolutae, non apparet in quo alio genere possint esse nisi in genere relationis. Nisi forte quis dicat esse aliud praedicamentum praeter illa 10. quae posuit Philosophus: in quo haec relationes ponantur. Antecedens probatur. Istae relationes sunt reales & habent esse distinctum, & sunt entitates finitae: & non dicunt aggregatum per accidens, ergo sunt in aliquo genere. Consequentia patet: quia nihil aliud requiritur ad rem genericam: & si ei quid aliud detur. Antecedens etiam de se patet omni intelligenti. Secundo. Non apparet aliqua ratio, quare potius distinctio duarum quantitatum sit relatio generica quam distinctio substantiarum. Sed prima est in genere relationis ut conceditur, ergo & secunda. Minor patet. Maior probatur. Si esset aliqua ratio praesertim haec esset: quia distinctio quantitatum est accidens, & non distinctio substantiarum. Sed hoc non impedit, ergo, &c. Maior patet per eos qui tenent oppositum. Minor probatur. Quia Philosophus quinto Metaph. & 6. diuidens ens in decem genera, non diuidit ipsum immediate in substantiam & accidens, sed immediate diuidit ens in substantiam: quantitatem, qualitatem ad aliquid & huiusmodi: nec alicubi inuenitur prius diuisio ens in substantiam & accidens. Vnde etiam Commentator 10. Metaphysic. dicit quod ens immediate significat, quod est in vnoquoque praedicamentorum. Tertio. Dum dicitur quod istae relationes non sunt in genere

relationis, aut accipiuntur ipsae relationes praecise pro entitate quae dicitur relatio, aut pro ipsa re, ut stat sub conceptu relatio. Si primum, tunc etiam aequalitas & similitudo non sunt in genere relationis: sed quantitas & qualitas: quia illa entitas quae dicitur aequalitas nihil est aliud quam quantitas. Si secundum, nulla apparet ratio quare magis haec res quae est quantitas sit in genere relationis, ut accipitur relatio, quam haec res quae est substantia. Cum enim praecisa ratio, quare dicitur relatio sit, quia concipitur in conceptu relatio, constat quod haec ratio ita conuenit substantiae sicut quantitati.

Ad argumenta respondetur. Ad primum negatur minor in praedicatione identica, illa enim res quae est relatio, potest etiam esse substantia, licet non sit substantia formaliter. Ad probationem negatur minor. Accidit enim relationi, quod sit idem substantia vel accidente. Ad secundum negatur maior si accipiatur quantitas & actio & passio praecise pro eo quod est de genere eorum, sed intentio eius est dicere, quod nihil fundat relationem nisi vel sit quantitas aut actio & passio. Vel saltem induat aliquam rationem actionis & passionis, aut quantitatibus. Et hoc modo distinctio duarum substantiarum fundatur in eis, ut habent rationem numerum saltem transcendentis, id est, in quantum sunt duae, & similitudo fundatur in eis in quantum aliquam vnitatem habent, & relatio fundatur in materia in quantum est potentia passiva. Ad tertium negatur minor. Ad probationem negatur consequentia, quia vnio materiae ad formam est ipsamet materia vnita, & ideo sicut materia est pura potentia, ita & vnio. Dico secundum quod si vnio esset res addita materiae adhuc non sequitur id quod inferitur, quia prius est secundum rationem formam esse in materia quam materiam esse vnitam, & quam materia dicatur vnio. Cuius ratio est quia relatio praesupponit extrema, cum ab eis dependeat. Extremum autem huius relationis est forma, & ideo prius intelligitur materia & formam esse quam quod dicatur ea esse vnita. Responsionem vero quae ibi posita est non admitto. Ad quartum dicitur quod sustinendo huius relationem non esse in genere relationis facile responderetur quod S. Tho. intelligit de relationibus quae sunt in genere. Tenendo autem quod sint in praedicamento, sicut tenet disputatiue, licet non asserit. Dicitur quod S. Thom. ibi loquitur de relationibus quae fundantur in eo quod verum est quantitas, aut potentia actiua vel passiva de secunda specie qualitatis: huius enim sunt accidentia, & necessario praetelliguntur relationibus quas fundant. Dico praeterea, quod relatio non praesupponit accidentia absoluta, sicut vna res supponit aliam rem, cum sint eadem res: sed sicut res sub conceptu relatio praesupponit seipsum sub conceptu absoluto. Tota ergo ratio quare dicitur quod relatio supponit alia accidentia, haec est quia diximus. Et relationis ratio saluatur in relationibus fundamentalis super substantiam: quia substantia ut est quid absolutum praesupponitur sibi ipsi, ut est relatio.

QUESTIO XXXII.

Utrum relationes distinguantur ex pluralitate fundamenti.

Quaeritur 32. an distinctio relationum fundatur ex pluralitate fundamenti vel ex pluralitate terminorum. Et arguitur quod distinguantur ex terminis, puta: quod in quolibet parte tot sint paternitates quot filij. Primo. Exinde pendente non potest dependentia sine sui mutatione. Sed Soc. fieri habens b. filium, & generaturus d. postquam genuerit d. erit dependens ad ipsum ad quem prius non erat dependens, ergo acquisiuit nouam paternitatem. Secundo. Vna via non potest esse, nisi tantum inter duos terminos. Sed relatio est quasi via inter extrema: ergo non potest esse nisi inter duo: & per consequens non potest idem correlatum referri ad plura relatiua vnica relatione. Maior est Philosophi 3. Phy. Tertio. Quilibet relatio est singularis ex se: ergo non habet singularitatem & distinctionem ex fundamento. Patet consequentia. Antecedens probatur. In omni genere est inuenire superius illius generis, ergo & proprius eius individuum ex se. Quarto. In essentialiter ordinatis cum vnitate prioris, potest stare pluralitas posterioris, si non sit adaequatum illi priori. Sed fundamentum & relatio sunt essentialiter ordinata & fundamentum est naturaliter prius relatione, ergo cum vnitate fundamenti stat pluralitas relationis. Quinto. Relatio per prius respicit terminum quam fundamentum: ergo in illo priori est distincta per terminum & non per fundamentum. Consequentia patet. Antecedens probatur.

Quest. Metaph. Paul. Sonc. h. In

Tex. co. 66.

Secunda conclusio.

Tertia conclusio.

Quomodo scientia ad scibile dicitur.

Intellectus nouitia.

Notitia complexa est duplex.

Ad primum

Ad secundum

Ad tertium

Ad quartum

Prima ratio

Secunda ratio

Tertia ratio

Quarta ratio

Quinta ratio

In quocunque signo aliqua differentia diuisua generis constituit aliquid, in eodem alia differentia constituit aliud. Sed absolutum & respectuum sunt differentie entis, ergo in quocunque signo absolutum est ad se, relatiuum est ad aliud. Sed omne accidens absolutum prius est ad se quam sit in subiecto, ergo relatio prius est ad aliud quam sit in fundamento. Confirmatur: quia terminus ponitur in diffinitione relationis in primo modo dicendi per se: fundamentum autem ponitur tantum in secundo modo. Sexto. Paternitas qua pater refertur ad vnum filium, potest manere corrupta paternitate qua refertur ad alium. Ergo hæc & illa paternitas non sunt eadem. Consequenter patet. Antecedens probatur: posito quod vnus filius moriatur & alius non. Septimo. Plurificatio respectu plurificatur relatio, cum respectus sit formaliter relatio. Sed plurificatur terminus plurificatur respectus: vt dicit expressè S. Thom. in plerisque locis, ergo & c.

Sexto patet.

Septimo patet.

Formalis distinctio relationis distinctio ex terminis.

Formalis distinctio relationis distinctio ex terminis.

Respondetur tribus conclusionibus, quarum prima hæc est. Formalis distinctio relationum sumitur ex terminis. Probat. Primo, ab eo sumitur formalis distinctio alicuius quod ponitur in eius diffinitione tanquam differentia, sed terminus est huiusmodi, ergo. Maior patet: quia differentia est causa distinctionis formalis, vt dicit Porphyrius. Minor etiã patet. Nã paternitas est relatio patris ad filiũ. Secundo. Itẽ est principium formale constitutum & distinctiuum. Sed terminus est formale constitutum relationis, ergo est principium distinctiuum relationis. Maior patet: quia ab eo res habet distinctionẽ a quo habet esse. Minor etiã patet: quia terminus ponitur in diffinitione relationis. Tertio. Ab eo relatio habet distinctionẽ, quo posito ponitur distinctio, & quo remoto remouetur. Sed posito termino ponitur distinctio, & remoto termino remouetur distinctio: ergo & c. Maior patet. Minor probatur. Nam si homo producat hominem & vermem: homo duabus relationibus refertur ad hominem & vermem: & istæ duæ relationes sunt distinctæ: quia respectu hominis geniti vocatur paternitas quod per paternitatem refertur ad hominem genitum: respectu autem vermis habet relationem producentis ad productum. Patet autem quod positis istis terminis ponitur relatio, & remotis ipsis remouetur. Quia autem homo & vermis distinguuntur specie: idẽ ipsæ relationes specie distinguuntur, quia si essent idem specie, vnica relatione referrentur ad vtrumque illorum. Quarto. Multiplicato conceptu quidditatiuo, multiplicatur & id cuius est conceptus. Sed terminus est conceptus quidditatiuus relationis, ergo multiplicatis terminis multiplicatur relatio. Maior patet. Nam multiplicato animali, multiplicatur homo vel asinus: & sic de aliis. Secunda conclusio. Formalis distinctio relationum est aliquid intrinsecum ipsis relationibus. Probat. Primo. Diuersorum generum, diuersæ sunt species & differentie. Item prædicamenta sunt impermixta, vt dicit Philosophus primo posteriorum, ergo qualibet species relationis habet propriam differentiam intrinsecam & constitutiuam. Confirmatur: quia differentia & genus & species dicunt eandem entitatẽ: vt dicit Philosophus 7. Metaph. Sed terminus non est eadem entitas cum relatione, ergo non est eadem differentia constitutiuam. Secundo. Cui competit id quod maius est, competit etiã illud quod minus est, maximè si minus contineatur in maiori. Sed distinctio specifica continetur in distinctioe generica: quia quæcunq; differunt genere, differunt etiã specie: ergo quæ habent ex se distinctionem genericam habent etiã proprias differentias. Sed relatio ex se distinguitur genericè ab omnibus prædicamentis, vt dicit Commentator 3. Metaph. comment. 10. & 8. Metaph. comm. 16. ergo in genere relationis: & in qualibet eius specie, sunt propriæ differentie distinctiue. Tertio. Nulla res distinguitur formaliter per aliquid extrinsecum ab ea. Sed terminus est intrinsecus a relatione, ergo non distinguitur formaliter per terminum, sed per aliquid intrinsecum sibi formaliter. Maior patet: quia distinctio formalis vniuersalisque est per propriam eius realitatem. Quarto. In quacunque natura reperitur id quod est materiale illi nature reperitur etiã id quod est formale. Sed relationi conuenit conceptus generalissimus, qui est quasi generalis & potèntialis, ergo etiã ei conueniunt proprii conceptus differentiales & specifici, qui sunt formales. Minor patet. Maior est Commentatoris secundò de anima, commentator. 60. Et ita patet quod qualibet species relationis habet propriam differentiam, per quam constituitur & distinguitur formaliter a qualibet alia specie. Nec ista conclusio est opposita primæ conclusioni: quia aliud est dicere quod differentie relationum sumantur ex terminis, & aliud est di-

cere quod termini sint differentie relationum. Primum enim est verum, & secundum est falsum. Nam sicut motus habet speciem a termino: a calore enim in quantum est qualitas habet calefactio quod sit alteratio, & ab eodem in quantum est calor, habet quod sit talis alteratio, scilicet, calefactio, ita & relatio habet terminum suam propriam differentiam, quæ differentia est intrinseca relationi. Sed contra hæc conclusiones arguitur. Primo similitudo & dissimilitudo possunt habere eundem terminum, ergo formalis distinctio relationum non est ex distinctione terminorum. Consequenter patet. Antecedens probatur: quia b, album est simile a, albo, & c nigrum est dissimile eidem a albo. Secundo. Paternitas & maternitas sunt relationes diuersarum rationum, vt patet: sed possunt habere eundem terminum, scilicet eundem filium, cuius iste est pater, & illa est mater: ergo. Respondeo simul ad vtramque rationem quod distinctio relationum non est ex materiali, sed ex formali distinctione terminorum: & idẽ, quia alio modo concipitur, & sub alia ratione vt comparatur ad b, quam vt comparatur ad c, ideo vt sic potest ab eo sumi distinctio inter b & c. Et similiter filius vt est a patre tanquam a principio actiuo, dicitur terminus paternitatis: & in quantum est a matre: vt a principio passiuo, dicitur terminus maternitatis: est ergo idem terminus materialiter, sed alius & alius formaliter. Tertia conclusio. Numeralis distinctio relationum sumitur a fundamento & subiecto: ita quod duæ relationes eiusdem speciei non possunt esse distinctæ, nisi quia habent distincta fundamenta. Probat. Primo. Duo accidentia eiusdem speciei non possunt esse in eodem subiecto: vt probabitur 7. huius, ergo duæ relationes eiusdem speciei non sunt distinctæ, nisi sint in distinctis subiectis. Secundo. Vnumquodque habet ab eo vnitatem a quo habet entitatem, sed tota entitas relationis est ex fundamento, ergo a fundamento est vnitatis & distinctio eius. Minor supra probata fuit. Maior est Philosophi 4. Metaphy.

Instantia conclusionis.

Responsio.

Conclusio tertia.

Ad primum.

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad quartum.

Ad quintum.

Ad sextum.

Ad septimum.

QUESTIO XXXIII.

Vtrum terminus sit de conceptu quidditatiuo relationis.

Prima ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Actio.

Conceptus quidditatiuus.

QUÆRITVR 33. vtrum terminus ponatur in diffinitione, siue in conceptu quidditatiuo relationis. Et videtur quod sic. Primo. Id sine quo relatio non potest intelligi nec diffiniri, est ad quidditatiuo conceptu eius. Sed relatio non potest diffiniri sine termino: ergo & c. Minor est philosophi in prædicamentis. Maior patet ex terminis: quia vnumquodque potest intelligi ab quo quod non est de ratione sua. Secundo. Terminus est de primaria ratione relationis; ergo est de conceptu quidditatiuo eius. Patet consequentia: quia nihil per prius conuenit rei, quam conceptus quidditatiuus eius. Antecedens probatur. Primaria ratio relatiui vel est ad se, vel ad aliud. Sed non est esse ad se: quia tunc ratio relationis esset absoluta, ergo est esse ad aliud. Sed esse ad aliud includit aliud, scilicet terminum, ergo & c. Tertio. Primarius conceptus rei potest absolui per intellectum a conceptu secundario: quia omne prius, vt sic potest esse sine posteriori, sed conceptus relationis non potest absolui a termino: quia qui diffinit nouit vnum relatiuorum, cognoscit & reliquum, ergo terminus est de primaria ratione relationis. Quarto. Homo potest apprehendi sine rationali, relatio non potest apprehendi sine termino, ergo terminus non minus est de ratione relationis quam rationale sit de ratione hominis. Sed rationale est de primario conceptu hominis: ergo terminus est de primario conceptu relationis. Omnia ista patent præter primam partem antecedentis: quæ probatur. Nam possum concipere quod homo sit animal, non cogitando an sit relatiuus vel non: ergo homo potest concipi non habito conceptu rationali.

Respondet, & præmitto duo. Primum est, quod dupliciter potest aliquid diffiniri, vt magis declarabitur septimo huius, scilicet quidditatiue, & per additamentum. Conceptus quidditatiuus est ille qui nihil aliud significat nisi eandem naturam & quidditatem, quam significat id cuius est conceptus. Hoc modo dicitur, quod animal rationale est conceptus quidditatiuus hominis. Diffinitio siue conceptus per additamentum est ille qui aliquid includit quod significat entitatem distinctam a diffinito: puta, cum diffinitur simitas nasi, & dicitur quod simitas est curuitas nasi. Nam nasus dicit entitatem distinctam ab ipsa superficie concava nasi: cum nasus sit substantia, & illa superficies sit accidens. Præmitto secundo, quod relatio (vt sæpe dictum fuit) a duobus dependet, scilicet a fundamento, & a termino. A fundamento quidem dependet entitatiue: quia realitas relationis est realitas fundamenti. A termino autem dependet specificatiue, quia vt probauimus, formalis distinctio relationum est ex terminis, licet aliquando cum distinctione terminorum, concurrat formalis distinctio fundamenti. His notatis hæc est prima conclusio. Terminus ponitur in diffinitione relationis. Probat: primo auctoritate. Nam philosophus in prædicamentis dicit, quod vnum relatiuum non potest diffiniri cognosci nisi cognoscatur & reliquum. Sed si in eius diffinitione non ponetur terminus, cognoscetur sine termino: quia cognitio quæ est per diffinitionem, est cognitio distincta, ergo terminus ponitur in eius diffinitione. Confirmatur: quia Porphyrius in capitulo de specie, diffinit species per genus & contra assignat hanc rationem, dicens: quod oportet in vtrorumque rationibus vtrisque vti. Secundo. Id cuius ratio est ad aliud, includit aliud in sua ratione, siue in suo conceptu, sed ratio relationis est esse ad aliud: ergo. Minor patet, & maior, quia oppositum prædicati tollit subiectum. Tertio. Relatio dependet a fundamento & a termino, ergo fundamentum & terminus ponuntur in eius diffinitione. Consequenter patet: quia vnumquodque diffinitur, per id a quo essentialiter dependet. Et potest hæc conclusio confirmari per rationes, quæ supra arguendo factæ sunt. Si autem quæretur, quo modo ponitur terminus in diffinitione relationis vniuersaliter acceptæ. Dico quod nullus terminus determinatè ponitur, sed terminus in communi. Dicitur enim quod relatio est, est ad aliud se habere. Vel forte posset dici: quod sicut quantitas (vt supra dicebatur) in sua ratione connotat in obliquo aliquem respectum: ita relatio in obliquo dicit quid absolutum. Terminus enim relationis est res absoluta. Nec hoc est inconueniens, sed sufficit quod in conceptu quidditatiuo dicatur solum respectum. Et si arguatur contra hanc conclusionem quia pars diffinitionis prædicatur de diffinito, & est no-

tior diffinitio & prior, terminus autem non prædicatur de relatione, nec est prior & notior ea, ergo non ponitur in eius diffinitione. Responderetur quod sufficit terminum prædicari in obliquo: licet enim pater non sit filius, est tamen pater filij. Sufficit etiã in relatiuis quod pars diffinitiuam sit simul natura, & æquè nota cum diffinito. Secunda conclusio. In conceptu quidditatiuo relationis non ponitur terminus. Probat. Conceptus quidditatiuus alicuius speciei constat tantum ex proprio genere & propria differentia. Sed qualibet species relationis habet proprium genus & propriam differentiam quæ non est eius terminus: ergo & c. Maior est philosophi 7. metaphy. Minor probata est præcedenti quæstione. Nam paternitas habet propriam differentiam constitutiuam: nec talis differentia est filiatio, cum vna species non sit constitutiuam alterius. Secundo. Quicquid ponitur in conceptu quidditatiuo alicuius, includitur in eo formaliter, cum sit de essentia diffinito. Sed nec filius, nec filiatio sunt formaliter intra paternitatem: alioquin paternitas esset filiatio vel filius: ergo & c. Tertio. Terminus distinguitur realiter & essentialiter a relatione, ergo non est de conceptu quidditatiuo eius. Antecedens patet: quia sunt in distinctis rebus. Consequenter probatur ex nominis conceptu quidditatiui. Quarto. Vbi vnum est de conceptu quidditatiuo alterius sit nugatio, si vnũ addatur alteri: & per hoc probat philosophus 3. metaphy. differentia nõ est de conceptu generis: nec e contra: quia nõ est nugatio cū dicitur animal rationale: sed nõ est nugatio cū dicitur, Sortes est pater filij, ergo nec filius nec filiatio sunt de conceptu quidditatiuo patris. Ex quibus patet quod cū dicimus, paternitas est relatio habentis potentiam generatiuam ad filiũ, in hac diffinitione ne ponitur relatio tanquam genus. Potentia vero generatiua & filius ponuntur tantum extrinsecè, & per ea circūloquimur propriam differentiam paternitatis, quæ nobis est ignota. Contra hanc conclusionem arguitur primo. In conceptu quidditatiuo paternitatis, non ponitur terminus per se: ergo paternitas secundum conceptum quidditatiuum nõ est ad aliud. Quod expressè est falsum. Secundo. Comparatio diffinito ad sua principia diffinitiuam intrinsecam est ad se: alioquin species cuiuslibet generis essent ad aliud: ergo si relatio diffinitur quidditatiue tantum per sua principia intrinseca, sequitur quod non sit ad aliud. Respondeo ad vtrumque simul negando consequentiam, quia genus & differentia quæ sunt principia intrinseca paternitatis, sunt ad aliud. Nã genus paternitatis est relatio, constat autem quod relatio ad aliud est. Et idẽ etiã paternitas secundum suum conceptum quidditatiuum est ad aliud. Tertia conclusio. Terminus ponitur in diffinitione relationis tantum extrinsecè. Ista conclusio patet ex duobus primis. Nam terminus ponitur in diffinitione relationis per primam conclusionem & non intrinsecè: vt patet per secundam, ergo relinquitur quod tantum extrinsecè.

Conclusio secunda.

Text. cõ. 33.

Text. cõ. 10.

Tertia conclusio.

Ad primum.

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad quartum.

Ad quintum.

Ad sextum.

Ad septimum.

Vtrum aequalitas & similitudo sint relationes reales.

Prima ratio

QVÆRITVR trigesimoquarto. Vtrum aequalitas & similitudo sint relationes reales. Et arguitur quod non. Primo. Omnis relatio realis intenditur realiter ad intentionem fundamenti & termini. Sed similitudo non sic intenditur, ergo non est relatio realis. Maior patet: quia omnis effectus intenditur ad intentionem omnium causarum suarum. Minor etiam patet. Nam si a & b sint alba tantum ut quatuor, & postea vtraque eorum fiat album ut sex, ipsa non erunt magis similia quam prius. Secundo. Si aequalitas est relatio realis, sequitur quod sit extensa sicut & quantitas. Sed hoc est falsum, ergo non est realis, Maior patet. Minor probatur. Omnis forma extensa dividitur ad diuisionem subiecti, sed aequalitas non sic dividitur, ergo & cætera. Maior patet. Minor probatur. Nam si duæ lineæ sunt æquales, & vna earum diuiditur, in nulla illarum partium remanet aequalitas, nec pars aequalitatis quæ prius erat in tota linea. Tertio. Omnis relatio realis habet fundamentum reale: sed aequalitas & similitudo non habent reale fundamentum, ergo & cætera. Maior patet. Minor probatur. Aequalitas & similitudo fundantur in vnitatem specificam ut dicitur quinto metaphysico. text. comment. 30. sed vnitatem specificam non est vnitatem realem: quia natura non est vna in omnibus suppositis extra intellectum: ergo & cætera. Quarto. Aut aequalitas fundatur super vnitatem numeralem, aut super vnitatem specificam. Non primum: quia tunc vna quantitas numero esset in duobus in quibus est aequalitas. Non secundum, quia lineæ rectæ in æquales sunt eiusdem speciei, & tamen non fundant aequalitatem. Et similiter albedo ut quatuor albedo ut sex, sunt eiusdem speciei, & tamen sunt dissimiles.

Secunda ratio

Tert. a ratio

Quarta ratio

Prima conclusio

Secunda ratio

Tertia ratio

Secunda conclusio

Probat. Primo. Per se & proximum fundamentum relationis particularis est absolutum particulare. Sed aequalitas huius lineæ est particularis aequalitas cum sit particularis subiecti: ergo eius fundamentum est particulare. Secundo. Aequalitas fundatur super aliquam vnitatem. Sed non super vnitatem specificam, ergo super vnitatem numeralem. Maior est philosophi quinto metaphysico. Minor patet ex secunda conclusione. Consequentia etiam est euidens: quia inter vnitatem numeralem & vnitatem specificam, non est aliqua vnitatem media, alioquin Sortes & Plato magis conuenirent in aliqua natura, quam in humanitate. Quarta conclusio. Quantitates particulares non habent ex sua singularitate, quod fundent aequalitatem, sed hoc habent ex communi ratione specificam. Ad hunc sensum, quod hæc quantitates & illa non habent inquantum hæc, quod sint æquales, sed quia conueniunt in vna specie quantitatis: quæ species attenditur secundum numeros, puta, quia conueniunt in specie quantitatis bicubitæ vel tricubitæ & huiusmodi. Et quod dixi de aequalitate, dico de similitudine: quod hoc albedo & illa sint similes, contingit, quia sunt in eadem specie gradualem albedinis. puta, quia vtraque est vt duo, vel vtraque vt tria: & sic de aliis. Non intendo tamen per hoc dicere quod albedo vt duo, & albedo vt tria: sint diuersarum specierum, nisi valde largo modo: quia scilicet duo & tria quibus denominantur, sunt distinctæ species. Probat. ista conclusio sic declarata. Primo. Illud est ratio fundandi similitudinem in qua sibi inuicem sunt similia, sed sunt similia in qualitate specificam & non in aliqua qualitate particulari: ergo illa vnitatem specificam est ratio fundandi similitudinem. Maior patet. Minor probatur. Quæ sunt similia: non sunt similia in eo in quo distinguuntur, sed in eo in quo conueniunt. Sed distinguuntur propriis albedinibus, & conueniunt in specie albedinis, ergo & cætera. Secundo. Vnitatem relationis oritur ex vnitatem alicuius absoluti, quod est prius relatione. Sed similitudo & aequalitas sunt eiusdem rationis in vtroque extremo: ergo hæc vnitatem oritur ex vnitatem illius absoluti, quod est prius. Constat autem quod tale non est hæc albedo, & illa, quia neutra est communis alteri: ergo est albedo & quantitas communis. Tertio. Si distinctio numeralis sufficeret ad fundandam similitudinem, sequitur quod albedo & nigredo possent eam fundare. Sed hoc est expressè falsum: ergo. Consequentia probatur, quia albedo & nigredo distinguuntur numero. ergo plus requiritur, scilicet vnitatem specificam.

Secunda conclusio

Quarta conclusio

Prima ratio

Secunda ratio

Tertia ratio

Ad primum

Ad secundum

Ad tertium

Ad argumenta responderetur. Ad primum negatur minor: quia vt supra dictum fuit, relatio & fundamentum idem sunt: & ideo impossibile est quod vnum sine altero intendatur, licet subiectum non semper denominetur vniiformiter ab hac entitate, vt habet rationem absoluti, & vt habet rationem relationis. Et ideo non sequitur quod illa sint intensus similia, licet albedo vtriusque intensa sint. Ratio autem quare similitudo & aequalitas non dicuntur intendi, est, quia earum ratio consistit in esse punctali & indiuisibili. Ad secundum negatur minor. Diuisa enim quantitate diuiditur illa res quæ est aequalitas, sed ista partes non dicuntur esse aequalitas, quia ratio aequalitatis non conueniebat huic quantitati, puta, quantitati pedali ad aliam quantitate pedalem, nisi præcisè dum ipsa est in tali specie denominata ab vnitatem: & ideo non conuenit partibus eius, sicut etiam linea circularis est quidem diuisibilis in partes quarum qualibet est linea, sed tamen nulla earum esse linea particularis circularis. Ad tertium negatur minor. Ad probationem negatur maior, vt patet ex secunda conclusione, imo fundatur super vnitatem numeralem licet vnitatem specificam sit eis ratio fundandi. Et si arguatur contra, quia secluso omni opere intellectus, adhuc duæ quantitates bicubitæ sunt æquales. Sed tunc non habet actu vnitatem specificam, cum illa vnitatem non sit nisi per opus intellectus: ergo vnitatem specificam non est ei ratio fundandi. Respondetur quod licet tunc non habeant actu illam vnitatem, habent tamen eam in virtute, quia qualibet illarum quantitarum est nata causare sui similitudinem in intellectu, quæ similitudo erit similitudo omnium quantitarum eiusdem speciei, & in ea omnes eunt vnum. Ad quartum dicitur, quod super vnitatem numerali, ad probationem negatur consequentia, quia (vt dictum est sæpè) distinctæ quantitates, secundum numerum fundant distinctas aequalitates, inquantum conueniunt in vna ratione specificam, vel actu, vel virtute, & ideo non sequitur vnam quantitatem esse

esse in distinctis subiectis, nec duas esse in eodem subiecto, sed tantum sequitur, quod duabus conueniat vna ratio communis.

Vtrum identitas sit relatio realis.

Prima ratio

Secunda ratio

Tertia ratio

Quarta ratio

Quinta ratio

Dis.

Not. secundum

Conclusio secunda

Ad primum

QVÆRITVR trigesimoquinto. Vtrum identitas sit relatio realis. Et arguitur quod sic. Primo. Quicquid est album realiter, est album albedine reali: ergo quicquid est idem realiter, & idem identitate reali. Sed nullo intellectu considerante, Sor. est idem sibiipsum: ergo est sibi idem identitate reali. Secundo. Nullo intellectu considerante Tullius & Cicero sunt idem: ergo referuntur, & per consequens identitas est realis, quia est præter opus intellectus. Antecedens patet: quia intellectus non facit eos esse idem. Consequentia probatur. Sunt idem, ergo habent habitudinem identitatis, ergo referuntur. Tertio. Distinctio numeralis est relatio realis, ergo identitas numeralis est relatio realis. Antecedens patet, & consequentia probatur: quia si vnum contrariorum est reale & reliquum, identitas autem & distinctio opponuntur, vt patet, & non priuatiuè, nec contradiatoriè, nec relatiuè, ergo contrariè. Quarto. Idem & diuersum sunt differentie diuisiue entis, ergo cum diuersitas sit relatio realis, etiam identitas est realis. Quinto. Sequitur, quod nihil esset sibi idem per se, sed per se. Sed hoc est falsum: ergo & c. Consequentia probatur. Si identitas est ens rationis: ergo in hoc quod est esse idem sibiipsum, includitur ens rationis. Sed ens reale & ens rationis non faciunt vnum nisi per accidens, ergo & c. Respondeo, quod hæc questio dupliciter pertractari potest, secundum quod duplex est identitas, scilicet numeralis qua Sortes dicitur esse idem sibiipsum, & identitas specificam qua Sortes & Plato dicuntur esse idem specie. Primo, identitas, scilicet numeralis dicitur identitas simpliciter. Secunda verò, scilicet identitas specificam dicitur identitas secundum quid. Præmitto secundò quod aequalitas & similitudo in duobus differunt ab identitate. Primo, quia aequalitas & similitudo necessario requirunt distinctionem suppositam. Idem enim non est simile, neque æquale sibiipsum. Secundo, quia aequalitas & similitudo non possunt habere idem numero fundamentum in vtroque extremo. Identitas autem tam numeralis quam specificam potest habere & idem suppositum & idem extremum. Nam Sortes non est solum idem numero sibi, sed etiam idem specie & idem genere est idem sibi. Quantum pertinet ad identitatem numeralem hæc est conclusio responsiua. Identitas numeralis est identitas rationis. Probat. Primo. Omne relatiuū dicitur ad aliud, vt patet ex definitione relatiuorum. Sed nulla res est aliud à seipsa realiter: ergo non referitur realiter ad seipsam. Secundo. Omnis relatio realis, est realis habitudo duorum, quorum vnum est fundamentum, & reliquum est terminus. Sed nulla res potest esse fundamentum & terminus, respectu eiusdem: ergo & c. Tertio. Omnis relatio rationis requirit extrema secundum rationem distinctam: ergo omnis relatio rationis requirit extrema realiter distincta. Et confirmatur: quia realiter relatiua, sunt realiter opposita, sed nulla res opponitur realiter ad seipsam. Secunda conclusio. Identitas specificam & genericam qua aliquid dicitur esse idem specie sibiipsum, est relatio rationis: probatur ista conclusio sicut & præcedens. Tertia conclusio quæ pertinet ad identitatem specificam talis est. Identitas specificam qua aliquid est idem specie alteri, pura qua Sortes & Plato dicuntur esse idem specie, est relatio realis. Probat. Primo, quia extrema sunt realia & realiter distincta & eiusdem ordinis, ergo relatio est realis in vtroque. Consequentia patet ex dictis supra. Antecedens probatur, quod enim sint realia & realiter distincta patet: quia Sor. non est Plato. Quod sint eiusdem ordinis patet: quia qua ratione Sorti conuenit humanitas, eadem ratione conuenit Platoni. Secundo. Si vnum oppositorum est ens reale, & reliquum. Sed distinctio specificam opponit identitati specificam, est relatio realis, homo enim & asinus realiter distinguuntur, ergo identitas specificam est realis. Tertio. Identitas specificam confurgit ex natura rei, posito fundamento & termino, ergo est realis. Consequentia patet. Antecedens probatur: quia nullo intellectu considerante Sor. & Plato magis sunt idem quam Sor. & asinus. Et generaliter ita dicendum est de identitate specificam duorum suppositorum, sicut dictum fuit de aequalitate & de similitudine.

in eo de quo dicitur: & ideo nihil potest dici realiter album nisi denominetur ab albedine quæ sit realitas quædam. Relatio autem non habet de sua ratione formali quod aliquid ponat, sed ex fundamento: & ideo potest aliquid denominari realiter relatiuum non solum, quia relatio sit realis, sed etiam si fundamentum sit reale: sicut Deus dicitur realiter dominus, quia habet potentiam coëxistendi: quæ realis est. Et similiter quia vnitatem Sortes est ens reale: ideo ex realitate huius vnitatis quæ est fundamentum vnitatis numeralis, Socrates potest dici esse realiter idem sibiipsum: licet illa identitas sit ens rationis. Ad secundum negatur consequentia. Dicuntur enim esse idem: non quia aliqua relatio acta sit, sed quia actu fundamentum scilicet vnitatem. Ad probationem negatur etiam consequentia. Quia ad hoc quod dicantur esse idem, non requiritur quod actu habitudinem habeant, sed quod Socrates sit indistinctus: & habeat vnitatem. Ad tertium negatur consequentia: quia distinctio numeralis habet extrema realiter distincta. Identitas autem non. Ad probationem negatur minor: quia identitas qua Sortes est idem sibiipsum, & distinctio qua est distinctus à Platone, simul conueniunt eidem subiecto, & per consequens nullam habent oppositionem, sed identitatem Socrates ad seipsam opponitur realiter distinctio Socrates à seipso: hæc autem distinctio non est relatio realis, quia est impossibile Socratem à se realiter distingui. Dico secundo, quod illud argumentum bene concludit de identitate specificam: quia sicut distinctio specificam habet extrema realiter distincta, ita & identitas specificam vnus ad alterum. Ad quartum dicitur. Primo quod aliquid potest diuidi per rationes contradictorias, quarum vna dicit ens, & altera non ens: & ideo non sequitur si altera differentia est realis quod altera sit realis. Dico secundo, quod distinctio realis, vt dictum fuit, non opponitur identitati eiusdem rei ad seipsam: & ideo huius identitatis & distinctio non sunt differentie oppositæ. Ad quintum negatur consequentia. Ad probationem dico quod nullum ens est sibi idem formaliter per se, quia nullum ens est formaliter sua identitas, sed quodlibet est sibi idem fundamentaliter, quia omne ens est se est vnum.

Ad secundum

Ad tertium

Ad quartum

Ad quintum

Vtrum actio sit forma facta.

Prima ratio

Secunda ratio

Tertia ratio

Quarta ratio

Quinta ratio

QVÆRITVR trigesimosexto. Vtrum actio sit forma facta. Et videtur quod non. Primo. Ad nullam actionem est motus: vt dicit Commentator quinto Physicorum, commento quinto. Sed ad formam quæ sit, est motus, ergo forma quæ sit non est actio. Secundo. Nulla res est prius seipsa natura, sed actio est natura prior forma quæ sit: ergo actio non est forma quæ sit. Maior patet. Minor probatur: quia actio est via ad formam: vt dicit Commentator 4. Metaphysico. commento 2. & primo coeli. commento 1. Tertio. Omnis forma facta est facta per aliquam actionem, sed actio non est facta per actionem alioquin iterum in infinitum in actionibus, ergo & c. Quarto. Actio qua mouens mouet aliquod mobile localiter, non est forma facta: ergo non omnis actio est forma facta. Patet consequentia, quia mouere est agere. Antecedens probatur: quia mobile per suum motum, vel acquirit respectum, vel rem absolutam. Si respectum, ergo ad relationem est motus primo & per se. Si absolutum, cum tale non sit nisi locus, sequitur quod actio mouentis sit locus, sed locus non est forma facta, quia præexistebat motui & mobili: ergo & c. Quinto. Quandoquocumque aliqua propositio verificatur pro rebus, si ad eius veritatem non sufficienter duæ res, oportet ponere tertiam: & si non sufficienter tres, oportet ponere quartam. Sed hæc propositio, Calor est ab igne, verificatur pro rebus, & ad eam non sufficit calor & ignis: ergo præter calorem quæ est forma facta: oportet ponere vnam tertiam entitatem quæ sit actio. Maior patet: & prima pars minoris. Secunda pars probatur. Cum enim dico, calor est ab igne, aut hæc propositio significat tantum calorem, aut calorem & ignem, aut aliquid aliud ab eis. Non primum, quia tunc calor non magis significaretur esse ab igne quam ab aqua. Non secundum: quia non plus significaretur quod calor sit ab igne, quam quod ignis sit à calore: relinquatur ergo tertium quod probandum erat.

Respondeo quod in hac questione & sequenti non intendendo loqui de actionibus immanentibus sicut est visio Quest. Meta. Paul. Sonc. h 3 intello

iprellectio: & huiusmodi: quia tales actiones non sunt in genere actionis, cum non inferantur ex se passionem obiectis, ad quæ terminantur, sed sunt in genere qualitatibus. In tendo autem loqui de actione prædicamentali, cuiusmodi est, comburere: calefacere: dealbare: & huiusmodi: de quibus hæc est prima conclusio. Actio non est potentia actiua agentis. Probat. Primo. Nulla res est prior seipsa. Sed potentia agentis est prius actione: ergo actio non est potentia agentis. Maior patet, & minor, quia potentia actiua est principium agendi in aliud, siue actionis quæ terminatur ad aliud: omne principium est prius eo cuius est principium. Secundò. Impossibile est actionem esse formaliter in aliquo, quia ponatur aliquod agens agere: alioquin forma esset sine effectu formali. Sed possibile est potentiam actiua agentis esse in agente dato quòd nullum agens agat: ergo &c. Maior patet. Minor probatur. Si enim in natura nihil esset nisi ignis, ipse haberet potentiam calefaciendi & tamen nihil ageret, aut ipse, aut aliud, quia per calum, nulla res esset quæ agere possit, vel in quem ipse ignis possit agere. Tertio. Nulla actio est principium actionis saltem essentialiter. Sed potentia actiua est principium actionis, cum sit principium transmutandi siue transmutationis: ergo &c. Secunda conclusio. Actio non est relatio agentis ad passum. Probat. Primo: quia actio est prior relatione: cum huius relatio consequatur ad actionem, sicut dicit Philosophus quinto Metaphysic. text. comment. 20. Tum quia talis respectus est de genere relationis secundum suam rationem formalem: ergo non formaliter. Patet consequentia: quia formales rationes prædicamentorum impermixte sunt, ut dicit Philosophus primo posteriorum, sed de hac conclusione nunc superaddo: quia infra specialiter tractabitur au 6. vltima prædicamentum dicant respectus extrinsecus aduenientes. Tertia conclusio. Actio est forma facta. Istam conclusionem quæ fuit Commentatoris tertio Physic. commento 9. & S. Thom. Tum in tertio Physic. tum in 10. Metaphysic. declarat Herueus & Ioan. Capreoli: sed differenter. Herueus enim dicit quòd actio & passio dicunt tantum entitatem absolutam, & distinguuntur inter se & ab aliis generibus, penes diuersos modos denominandi. Nam aliqua denominant primam substantiam intrinsecè, & sic denominant quatuor prima genera. Sortes enim est homo quantus albus, & patet per humanitatem, quantitatem, albedinem, & paternitatem: quæ in eo sunt formaliter. Alia est denominatio, secundum quam forma habeat causam efficientem, denominat ipsam causam à qua est effectiua. Et hoc modo actio denominat agens. Nihil enim aliud est ignem calefacere, nisi ignem habere calorem factum à se, id est, quòd ab igne aliquis calor factus sit. Alia est denominatio qua forma facta denominatur à causa efficiente & hoc modo denominatur passio. Calor enim in ligno dicitur passio prout est ab aliqua causa puta ab igne: nec est aliud lignum calefieri nisi lignum habere calorem effectiua ab aliqua causa. Ioannes Capreoli aliter declarat hanc conclusionem, dicens, quòd actio & passio significant rem absolutam primo & principia, sed connotant in obliquo quendam respectum. Nam calefactio significat calorem, & respectum calefacientis ad calefactum. Calefieri autem significat eundem calorem: & præter hoc significat in obliquo respectum calefacti ad calefaciens. Nec est inconueniens quòd aliquod genus generalissimum includat in sua ratione formali in obliquo & connotatiue rem alterius generis. Ita verò conclusio nunc aliter non probatur: sed eius probatio parebit sequenti questione: ubi dicitur quòd est in passio subiectiua: & per consequens oportet quòd sit forma facta in passio.

Ad primam. Ad argumenta respondetur. Ad primum dicitur quòd actio, passio, & motus, sunt vna res. Sed hæc res vt est in fieri, & vt denominat agens dicitur actio, & eadem res vt est in fieri & denominatur à causa agente, siue etiam vt connotat respectum passi, dicitur passio. Eadem res vt est in fieri & denominatur à causa agente, siue etiam vt connotat respectum passi, dicitur passio. Eadem res vt est in fieri & denominatur à causa agente, siue etiam vt connotat respectum passi, dicitur passio. Eadem res vt est in fieri & denominatur à causa agente, siue etiam vt connotat respectum passi, dicitur passio.

Ad secundam. In forma terminatur ad ipsam formam, vt habet esse perfectum in subiecto. Ad secundum dicitur quòd eadem res vt habet esse imperfectum, est prior seipsa vt habet esse perfectum: & hoc non solum prioritate naturæ, sed etiam prioritate temporis: licet nulla res sit simplex & absolute prior seipsa. Ex quo patet quòd calor prius tempore, est calefactio quam sit calor. Ad tertium negatur maior. Si forma facta sit ipsamet actio sicut est in proposito, potest etiam negari minor, non quòd forma facta fiat

per actionem à se distinctam, sed quia ipsa forma prius fuit actio, quam fuerit forma. Ad quartum negatur antecedens. Et dicitur quòd actio qua mouetur mobile, esse in mobili: & est vel ipsum ubi acquisitum per motum, vel est locus: & vtrum autem ubi sit respectus, vel res absoluta, patebit in sequentibus. Et dato quod sit respectus, non tamen est de genere relationis, nec vquam dixit Aristoteles quin ad talem respectum possit terminari motus primo & per se. Ad quintum Herueus negaret minorem. Ad probationem dicitur, quod cum dico calor est ab igne, nulla entitas significatur nisi calor & ignis: & per hanc propositionem, significatur denominatio caloris ab igne, & est sensus, quòd calor habet ignem pro sua causa effectiua. Capreoli diceret quod præter calorem & ignem significatur etiam relatio caloris ad ignem, quam relationem connotet passio in obliquo.

QUESTIO XXXVII.

Vtrum actio sit subiectiua in agente.

QUÆRITVR trigesimo septimo. Vtrum sit subiectiua in agente. Et videtur quòd sic. Primo. Philosophus octauo Physic. text. comment. 15. probat quòd motus sit æternus per hanc consequentiam. Si motus non est æternus, sed incipit, sequitur quòd prima causa moueretur. Quæ consequentia non tenet nisi in vi huius propositionis: omne quod agit de nouo transmutatur. Constat autem quòd Deus agens in quantum huiusmodi, nihil aliud de nouo acquirit nisi actionem, ergo actio est in agente. Secundò. Si vnus ignis calefaciat duo ligna, aut est vna actio, aut duæ. Non duæ: quia vnus agentis non sunt simul & semel duæ actiones: ergo est vna. Sed vnum accidens non potest esse in duobus subiectis: ergo hæc vna actio non est in duobus lignis quæ calefiunt, sed in igne. Tertio. Omnis forma denominat vnum subiectum denominatione intrinsecâ. Sed actio non denominat passum. Non enim passum in quantum tale est agens, ergo actio non est in passio. Quarto. Actio & passio non est in passio. Consequentia patet, quia in passio est passio. Antecedens probatur. Paternitas & filiatio non compatiuntur se in eodem: ergo nec generare quod est agere, & generari quod est pati compatiuntur se in eodem. Quintò. Cuius est potentia eius est actio. Sed potentia actiua est in agente: ergo actio est in agente. Minor patet. Maior est Philosophi de somno & vig. Sextò. Si actio non est in agente: sequitur quòd in agente non sit fundamentum relationis qua refertur ad passum. Sed hoc est falsum, vt patet: ergo. Consequentia probatur. Aut illa relatio fundatur super actione, aut super potentia actiua. Non super actione, quia per se non est in agente. Non super potentia actiua: quia super ea fundatur relatio motiui ad mobile.

Respondetur quòd actio est subiectiua in passio. Sed præmittitur vnum, scilicet quòd actio potest accipi tripliciter. Vno modo pro relatione producentis ad productum, puta, pro relatione ignis ad ignem, vel ad calorem, & hic respectus est de genere relationis. Alio modo pro respectu agentis ad passum, siue transmutantis ad transmutatum, puta, ignis ad lignum, in quo calat calorem, & ista etiam est de genere relationis, licet Scotus dicat eam esse respectum extrinsecum, & quod propriissimè est actio. Tertio accipitur actio prout de ea loquitur Philosophus. 3. Physic. dicens quòd actio & passio sunt vnus motus, de quo ait Commentator commen. 9. quod de motu duplex est opinio. Quidam enim dicunt quod motus est idem cum perfectione ad quam vadit, sed differt ab ea secundum magis & minus. Aliqui dicunt quod motus est generatio partis post partem, & via ad perfectionem quæ est alia à perfectione. Prima opinio est magis vera. Secunda verò est magis famosa. Ex quo patet quod idem iudicandum est de subiecto actionis quod iudicatur de subiecto motus. Præmittitur secundo, quod actionem esse in passio non potest demonstratiue probari, sed intenditur probare hoc fuisse de mente Philosophi & Commentatoris sensu actionis & S. Tho. Et primò. Omnis motus est subiectiua in passio siue in mobili, sed actio est motus, ergo &c. Maior & minor sunt Philosophi tertio Physic. text. commen. 18. consequentia verò est formalis. Secundò. Idem est actus sensibilis & sensitiuus: vt dicit Philosophus tertio de anima. Sed passio est subiectiua in sensu: ergo actio sensibilis quæ est idem actus cum passione sensus, est in sensu. Tertio. Quia Commentator tertio Physico. commentariorū decimo octauo expressè hoc ponit. Ibi enim dicit tria.

Ad quartum.
Ad aliquem respectum per manatur motus per se.
Ad quintum.
Primario.
Secunda ratio.
Tertia ratio.
Quarta ratio.
Quinta ratio.
Actio triplici ter accipitur.
Suppositum.
Philosophus sensu actionis esse in agente.
Primum.

Primum est quòd motus est perfectio motoris & moti, sed non eodem modo, quia est perfectio motoris non tanquam aliquid existens in essentia eius secundum quem modum est perfectio moti. Secundum est quòd actio motoris quæ est inouere, est quidem eius, sed non est in eo. Tertium est quòd actio agentis & patientis est vna in subiecto & duo in diffinitione. Ex quibus expressè patet quòd actio non est in agente, sed in eodem subiecto in quo est passio. Quarto. Ad idem est Commentator ubi supra, commen. 20. sic dicens: Non est inopinabile quòd actio agentis sit in alio: est enim manifestum per se quòd doctrina est actio docētis, & sic in diffinitione addiscēte. Commentator autem 21. sic ait. Actio & passio sunt vnum secundum subiectum & diuersa secundum diffinitionem Quintò. Ad idem est S. Tho. tertio de anima: sic dicens. Sicut enim actio & passio est in patiente & non in agente, vt in subiecto, sed solum vt in principio à quo: ita tam actus sensibilis quam actus sensitiuus est in sensitiuo: vt in subiecto. Ex quibus verbis habentur duæ propositiones. Prima, quòd actio est in passio subiectiua. Secunda, quòd actio est in agente: vt in principio à quo. Et ad hunc sensum intelligendæ sunt omnes propositiones, in quibus aliquando S. Tho. visus est dicere actionem esse in agente: & si aliquando dicat eam esse in agente, vt in subiecto, accipit ibi subiectum pro omni eo quod se habet modo subiecti respectu formæ denominantis: agens n. ita denominatur ab actione ac si esset in eo subiectiua. Sexto. Arguitur ratio. Si actio est entitas absoluta acquiri sita in agente, vel hæc entitas est causata ab agente, vel passio, vel ab aliqua alia causa. Non autem à passio: quia ipsum est posterius actione per quam producitur. Non ab alia causa: quia rursus illa causa produceret effectum, ex quo causat etiam eius productionem: non ab ipso agente, quia omne quod, in quantum huiusmodi, acquirit entitatem, de nouo transmutatur & patitur. Sed agens in quantum agens, nec patitur, nec transmutatur: ergo agens in quantum agens, non causat in se nonam entitatem absolutam. Maior patet. Minor probatur: Formalis ratio vnus generis non conuenit alicui subiecto per formalem rationem aliter: sicut etiam nihil est album per rationem nigredinis: sed ratio actionis & passionis sunt distinctæ secundum genus: ergo agens non habet in quantum agens quòd patitur. Hæc questio post multum dilari, adducendo auctoritates, sed mihi visum est has rationes esse præcipuas inter omnes, nec debere impleri chartam verbis superfluis.

Ad primum. Vnde ad argumenta respondetur. Ad primum negatur consequentia: quia agens liberum potest per antiquam volitionem producere effectum nouum. Vnde primus motor ab æterno habuit volitionem qua voluit rosam cras generandam esse: non quidem æternaliter, sed in hoc tempore. Et quia philosophus oppositum affirmavit: idem posuit motum æternum & formauit illam consequentiam. Dico secundò, quòd si adhuc transmutaretur per nouam volitionem, nihil est ad propositum, quia volitio non est de genere actionis. Ad secundum dico quòd in illis duobus lignis sunt duo calores, & duæ entitates quarum qualibet est actio: dicuntur tamen vna esse & eadem actio, propter denominationem ab vna & eadem causa: & idem distinguuntur entitatiua & subiectiua, non tamen distinguuntur in ratione actionis. Ad tertium negatur minor. Nam illa res quæ est actio, denominat quidem id in quo est, puta, calor denominat suum subiectum calidum: sed hæc denominatio non conuenit formæ in quantum est actio, sed in quantum est forma: in quantum verò est actio, denominat agens. Ad quartum. Ad quartum negatur antecedens. Ad probationem dicitur quod generare & generari conueniunt eidem supposito: non tamen respectu eiusdem. Ad quintum dico quòd philosophus in maiori non intelligit actionem esse subiectiua in eo in quo est potentia actiua: sed quòd eius sit posse agere, cuius est potentia actiua. Ad sextum negatur consequentia. Et dicitur quòd idem potest esse fundamentum plurium relationum etiam oppositarum. Nam similitudo & dissimilitudo fundantur in eadem albedine. Et similiter super eadem potentia actiua fundatur relatio agentis ad passum, & moti ad mobile.

QUESTIO XXXVIII.

Vtrum actio dicat absolutum cum respectu.

QUÆRITVR trigesimo octauo. Vtrum rationabiliter teneri possit opinio Ioan. Capreoli, quem diximus exstimate, quod actio & passio dicuntur absolutum

cum respectu. Et videtur quòd non. Primo. Conceptus prædicamentorum sunt simplicissimi: ergo actio & passio non possunt dicere se de genere relationis. Antecedens patet. Commentator 8. metaph. comm. 16. Et philosophus 5. meta. text. com. 3. dicit quod vnum prædicamentum non resoluitur in aliud. Sed actio est vnum prædicamentum, ergo eius conceptus est simplicissimus, & per consequens non potest resolui in conceptum absolutum & relatiuum. Secundò. Nihil vnum prædicamentum includit conceptum duorum prædicamentorum. Sed actio est vnum prædicamentum: ergo non dicit formam factam & relationem. Maior & minor patet, eo sequentia etiam est nota: quia forma facta, non est relatio: cum ad relationem non sit per se motus. Tertio. Si fieret aliquis calor per se subsistens, ibi esset facere & fieri siue actio & passio. Sed ibi nullus esset subiectum passum: ergo passio non dicit rem absolutam & relationem quæ sit in passio. Quarto. Postro per impossibile quòd calor esset in subiecto, & nulla haberet causam efficientem, ibi esset forma & relatio eius ad subiectum: & tamen ibi non esset passio: quia per hypotesin subiectum à nullo est calefactum: ergo passio plus requirit quam formam factam & respectum eius ad subiectum. Quintò. Quicquid significat res diuersorum generum significat ens per accidens: vt dicitur 5. metaphysic. Sed actio non est ens per accidens: alioquin non esset vnus genus entium, ergo non significat absolutum & relatiuum, cum ista sint diuersorum generum.

Respondetur secundum opinionem huius doctoris, quæ probabilis est & sustineri potest in via S. Tho. Ad cuius euidenciam sciendum est primo (vt inquit philosophus 4. metaph. commen. 10.) quod ratio quam significat: nomen est ad finitio. Et idem si volumus cognoscere significatum alicuius termini, respiciendum est ad formalem reionem eius. Dicitur autem aliquid contineri sub formali significato alicuius quod continetur sub eo tanquam determinatum sub indeterminato. Quia enim animal significat substantiam animatam: sed nullum genus animæ determinata exprimit: puta, vegetatiuam, aut sensitiuam, aut intellectiuam, sed tantum dicit substantiam animatam aliqua anima, quæcunque sit illa. Homo autem dicit substantiam animatam, & exprimit denominatè quæ sit illa anima: idem eo continetur sub significato animalis. Et idem dicendum est de quolibet inferiori respectu sui superioris. Sciendum secundò: quòd differentia est inter significare aliquid & ipsum connotare: vt magis patet 7. huius. Accidentia n. in connotare, puta, album significant tantum formam, vt dicit Commentator 5. metaph. contra Auitēnam. Subiectum autem formæ non significant, sed connotant. Album enim significat albedinem existentem in subiecto. Sciendum 3. quòd impossibile est aliquem terminum quæ primo significat conceptum absolutum & relatiuum, alioquin talis terminus non esset vniuocus, quia immediatè significaret plura, licet possibile sit quòd significet conceptum absolutum, & connotet ex suo modo significandi conceptum relatiuum. Et hoc contingit in omnibus relatiuis secundum dici. Ex his respondetur ad questum quod actio & passio significant in suo primario significato tantum rem absolutam, scilicet formam, quæ acquiritur in passio, sed præter hoc actio connotat & dicit in obliquo respectum relatiuum agentis ad passum, & e contra passio connotat respectum passi ad agens. Qui duo respectus sunt de genere relationis, & sunt realiter distincti, cum sint in distinctis subiectis. Probat quod dicit aliquando S. Tho. præterim secunda contra Gentiles. cap. 9. quòd actio est accidens agentis. Non enim ibi accipit actionem pro eo quod significat iste terminus, actio, sed pro respectu quæ connotat. Et propter hos distinctos respectus dicit Comm. 3. phy. comm. 22. quod actio & passio, puta mouere & moueri non sunt idem secundum quod dicitur: quia in ratione actionis & passionis connotatur alius & alius respectus, sunt tamen idem secundum subiectum, id est sunt idem re: licet quo ad id quod principaliter significat, Nam esse idem subiecto accipit Comm. per esse idem esse eundem rem, sicut patet. 4. metaph. comm. 3. ubi dicit quod ens & vnus significat eandem naturam subiecti, & duas diffinitiones. Et si cur dictum est actionem & passionem distinctam non in tuo primario significato: sed in connotato, ita etiam dicendum est de motu. Nam motus dicit eandem formam quam actio & passio, & præter hoc dicit duos respectus connotatiuis, primus est relatio imperfecti, secundus est relatio perfecti. Ad hoc enim quòd forma sit motus, oportet quòd sit imperfecta, & tendat ad perfectionem. Ipsa igitur forma concepta sub isto duplici respectu, dicitur motus, & eadem forma concepta sub relatione ad agens, dicitur actio: concepta verò sub relatione quæ est in passione dicitur passio.

Ad argumenta respondetur. Ad primum dicitur quod decem prædicamenta sunt simplicia, quia non significant res diuersorum generum in suo principali significato. Dicitur etiam simplicia: quia non addunt super ens aliquam differentiam: & hoc modo sunt irresolubilia in conceptum generis & differentiam, sed cum hoc fiat quod vnum genus possit connotare rem alterius generis: quia significatum termini non resoluitur in id quod per terminum connotatur. Et per hoc patet responsio ad secundum. Ad tertium dicitur, quod si fieret calor subsistens, ipse calor non fieret successiuè, sed statim produceretur: quia quod fit per partem post partem non est, nisi quia recipitur in subiecto: & idè calor ita productus non propriè diceretur passio: quia nunquam esset in fieri, sed semper in facto esse: sed diceretur esse quid productum. Vel dici potest quod huius calor vt connotaret respectum ad suam causam agentem diceretur calor vt esset in fieri sicut etiam illuminati aëris, prout concipitur, vt in fieri cum respectu ad solem illuminantem dicitur passio. Nec oportet illi calori separato assignare aliquod passum, sed ipsemet fundaret relationem passu ad agens, & ipsemet vt haberet esse perfectum diceretur passum, & vt esset fieri diceretur passio.

Ad quartum. Ad quartum dicitur quod passio significat formam & relationem passu ad agens: & quia in illo casu corpus calefactu à nullo agente passum est: idè ei non conueniret relationem quam significat passio: & per consequens nec ei conueniret ratio passionis. Ad quintum dicitur quod nihil dicitur ens per accidens nisi æquè primo significet res diuersorum generum, vt homo albus, sed si significat rem vnius generis: & connotat rem alterius generis, non est ens per accidens, alioquin scientia esset ens per accidens, quia connotat relationem ad scibile. Actio autem in principali significato dicit tantu formam quæ est ab agente, sed relationem agentis connotat tantum in obliquo.

QVÆSTIO XXXIX.

Vtrum quatuor vltima genera dicant absolutum vel respectum.

Cap. 2. d. 2. 7. 1. QVÆRITVR trigesimonono. Vtrum reliqua genera scilicet quando, Vbi, Situs, & Habitus, dicant rem absolutam vel respectum. Et videtur quod significant respectum. Primo. Adiacentia est relatio. Sed quando, est adiacentia temporis, vel saltem consequitur adiacentiam, ergo quando, non est res absoluta. Maior patet: quia adiacentia dicitur ad aliud. Nulla enim res adiacet sibi ipsi. Minor probatur. Ex diffinitione ipsius, quando. Dicit enim Gilbertus quod quando, est id quod ex adiacentia temporis derelinquitur: constat autem quod id quod derelinquitur ex relatione, non est res absoluta: quia absolutum non est posterius relatione. Secundò. Vbi, est circumscripcio. Sed circumscripcio est relatio, ergo vbi est relatio. Minor patet. Maior est diffinitio ipsius vbi, in qua dicitur quod vbi est circumscripcio corporis, ex loci circumscripcione procedens. Tertio. Omnis ordo est relatio. Sed positio est quidam ordo: ergo est respectus. Maior patet. Minor etiam patet ex eius diffinitione. Nam positio est ordo partium in loco.

Respondet, quod circa naturam horum generum sunt tres famosæ opiniones. Prima est Scoti 4. sententiaru. Secunda est Heruei in quolibet vbi supra. Tertia est Ioan. Capreoli. 2. d. 2. & 6. Prima opinio declarabitur præfenti quæstione. Duæ aliæ sustinebuntur: quia nulla earum est omninò clara apud S. Tho. Dicit ergo Scotus quod aliqui respectus sunt intrinsecus aduenientes. Aliquis verò extrinsecus respectus intrinsecus adueniens, est ille qui necessariò consequitur rem, posito fundamento & termino. Impossibile est enim si vnum corpus est album, & postea ponatur aliud album, quin statim in eis sit similitudo. Respectus extrinsecus adueniens non idè dicitur extrinsecus aduenire quasi non sit in eo quod refertur, sed quia non necessariò consequitur fundamentum & terminum. Existente enim aliquo corpore Parisiis, & aliquo Romæ, non statim inter hæc est relatio locati ad locum, qui respectus dicitur situs. Primi respectus sunt de genere relationis. Secundi verò, scilicet illi qui extrinsecus adueniunt constituunt vltima sex prædicamenta. Nam actio nihil est aliud nisi respectus agentis ad passum: passio autem est contra respectus passu ad agens. Isti autem respectus sunt extrinseci: quia non statim posito igne & ligno in rerum natura est in eis respectus agentis ad passum: sed oportet præter hoc quod approximentur, & vnum agat in aliud.

Istam opinionem licet S. Tho. non approbavit nec reprobaui, tamen ex principiis eius non habetur. Et idè respondetur ad hanc quæstionem hac vnica conclusione. Nec 6. nec 4. vltima prædicamenta significant respectus extrinsecus aduenientes: quod probatur. Primo. Respectus extrinsecus adueniens est ille, per te, qui non statim consequitur rem posito fundamento & termino. Sed posita re temporali & tempore statim necessariò consequitur eam respectus ad tempus, qui respectus per te dicitur ipsum quando, ergo quando, non est respectus extrinsecus. Maior patet. Minor probatur. Et suppono de mente philosophi, quarto physico. quod sit tantum vnum tempus sicut est tantum vnus primus motus. Tunc sic. Res temporalis necessariò est in tempore. Sed tempus est tantum vnum: ergo impossibile est dare tempus ad quod res temporalis non habeat respectum. Secundò. Suppono quod potentia generatiua sit fundamentum paternitatis. Quod probatur. Quia vel ipsa vel generatio sunt fundamentum. Sed non generatio, quia traleute generatione adhuc manet paternitas, relatio autem non manet nõ existente fundamento. Ex his arguitur sic, Non implicat contradictionem quod fundamentu paternitatis sit, & similiter terminus eius, & tamen quod paternitas non sit, ergo non bene dicitur, quod respectus intrinsecus necessariò consequitur fundamentum & terminum. Consequentia patet. Probatur antecedens. Possit enim Deus communicare Sorti virtutem: vt per suu velle produceret Platonem sicut intelligentia communicaui quod per purum velle moueat cælum. Hoc posito producat Sortes Platonem per suum velle, tunc constat quod Sortes non est pater Platonis: quia ipsum non genuit ex aliquo: & tamen in Sorte potentia generatiua, & terminus positus est: scilicet Plato: ergo &c. Tertio aut hic respectus extrinsecus est secundum suum totum esse ad aliud, aut non. Si non, ergo est quid absolutum. Si sic, ergo est de genere relationis. Maior patet: quia est per partes contradictorias: inter quas non datur medium. Dicitur fortè quod secundum totum suum esse est ad aliud, nec tamen est in genere relationis, quia præter hoc requiritur aliquis respectus de genere relationis, qui necessariò consequatur rem posito fundamento & termino. Sed contra est, quia nec Philosophus quinto metaphysico. & in prædicamentis, nec Commen. alicubi, nec Auicenna tertio metaphysico. in tractatu de relationibus, nec quisquam Peripateticus vnquam dixit plus requiri ad relationem, nisi quod tota eius ratio sit ad aliud. Et si plus requiratur, sequitur Aristotelem esse diminutum, nec sufficienter tradidisse diffinitionem relationum. Nec mihi curæ est impugnare aliter hanc opinionem: sed declarasse quod non sit ad mentem philosophi.

Ad argumenta simul respondetur quod non sequitur si sunt respectus, quod sint respectus extrinseci: quomodo autem sint respectus patet quæstione 41.

QVÆSTIO XL.

Vtrum locus & vbi sint idem.

QVÆRITVR quadragesimo. Vtrum locus & vbi sint eadem res, sicut dicit Heruens: ita vbi est quid absolutum. Et arguitur quod non. Primo. Vbi nihil est aliud, nisi forma acquisita per motum localem. Sed locus non est forma sic acquisita: ergo locus non est vbi. Maior probatur: quia moueri localiter est moueri ad vbi. Minor probatur. Forma acquisita per motum & motus sunt eadem res: vt supra probatum fuit. Sed locus non est motus localis: ergo non est forma acquisita per motum. Maior patet, minor probatur. Omnis motus est in mobili, sed locus nõ est in mobili, sed in locante vt dicitur 4. physico. comm. 17. ergo &c. Secundò. Locus est nõ existente motu, ergo motus non est locus. Consequentia patet. Antecedens probatur: quia si produceretur nõ de nouo corpus graue in concauo orbis lunæ, ipsum mouetur ad locum deorsum, qui prius erat antequam illud corpus produceretur. Tertio. Si motus & locus sunt idè, sequitur quod motus contrarij sunt vnũ inter se. Sed hoc est apertè falsum. Tum quia inter eos cadit quies media 8. physico. comm. 63. Tum quia nulla opponitur sibi ipsi: ergo &c. Consequentia probatur: quia super vna magnitudine siue in eodem loco potest mobile moueri ab vna parte ad aliam, & postea redire ad eandem à qua prius recesserat. Quarto. Sequitur quod idem numero motus potest reparari postquam corruptus est. Sed hoc est falsum, ergo. Consequentia probatur. Si mobile moueatur super eundem locu in quo

quo prius mouebatur, ex quo enim est idè numero locus, sequitur, quod motus hodie factus, sit idem numero cum eo qui fiebat hericũ per te motus & locus sint idem. Quintò. Diuisibilitas conuenit motui per aliud scilicet per spatium siue locum & per mobile, vt dicitur 6. physico. c. 5. ergo motus est aliud à loco Sextò. Motus cæli est causa eorũ quæ inferius generantur, vt dicitur secundo de generatione. c. 56. Sed locus quem cælum acquirit per motum suu, non est causa generationis, ergo motus non est locus. Septimo. Si tantum vnum corpus esset in rerum natura, adhuc primus motor posset ipsum mouere. Sed tunc nullus esset locus per casum positum: ergo motus non est locus. Patet consequentia: quia non est possibile quod idem simul sit & non sit. Antecedens probatur, quia in primo motore esset virtus motiua, & in illo corpore esset potentia ad moueri.

Respondet duabus conclusionibus: quarum prima hæc est. Mobile nihil acquirit per motum localem, nisi locum. Istam conclusionem fuisse de mente S. Tho. probo ex duobus locis. Primo, quia prima quæstione 10. sic dicit, mobile secundum locum, non est in potentia ad aliud intrinsecum in quantum huiusmodi, sed solum in potentia ad aliud extrinsecum scilicet locum. Ex quibus verbis sic arguitur, Nulla res acquiritur in mobili nisi ad quæ fuit in potentia. Sed non fuit in potentia nisi ad locum: ergo acquirit tantum locum. Secundò, quia de potentia quæ fitio. 6. ar. 3. sic ait. Motus localis est primus & perfectissimus motus: vt potè qui non variat rem quo ad intrinsecam rei, sed solum quantum ad aliud extrinsecum scilicet locum. Tertio. Si per motum localem acquiritur in mobili aliqua entitas, aut ipsa est absoluta, aut est respectus. Non entitas absoluta: quia non apparet quid illud sit vt ab omnibus conceditur. Non respectus: quia ad respectum non est per se motus quinto physico. c. 10. comment. 10. Secunda conclusio. Vbi non est res distincta à loco. Probatur. Primo mobile per motum nihil acquirit nisi locum vt patet ex prima conclusione. Sed acquirit etiam vbi: alioquin motus localis non diceretur motus ad vbi: ergo vbi, non est res distincta à loco. Secundò. Ista prædicatio, Locum est in loco, pertinet ad aliud prædicamentum, sed non pertinet ad aliud nisi ad prædicamentum vbi: ergo locus & vbi sunt idem. Maior patet, quia omne prædicamentum reale pertinet ad aliud genus: alioquin Philosophus non sufficienter tradidisset modos prædicandi. Minor probatur. Si pertinet ad aliud prædicamentum, illud esset prædicamentum quantitatis. Sed hoc est falsum: ergo &c. Consequentia patet. Falsitas consequentis probatur. Tum quia quantitas denominat tantum intrinsecè, locus autem non denominat locatum intrinsecè. Tum quia quantitas non denominat nisi cui dat esse quantum: locus autem non dat esse quantum locato. Tum quia idem corpus non potest simul esse quantum duabus quantitatibus eiusdem rationis: locatum autem est quantum superficie ei extrinseca, ergo non est quantum superficie corporis locantis quæ est locus. Sed pro maiori notitia huius conclusionis, sciendum est quod licet locus & vbi sint eadem res: tamè ratione distinguuntur, quia locus vt locus nihil aliud dicit nisi superficiem vltimam corporis: continens: vbi autem requirit aliquid extrinsecum & aliquem respectum, licet ipse non significet in recto, sed in obliquo. Nam inter locatum & locum est relatio contenti ad continens, qua præsupposita, tunc locus habet rationem vbi. Sciendũ secundò quod tripliciter potest aliquid denominari. Aliqua enim est denominationio ab aliquo intrinseco ipsi; vel per identitatem, vel per inhærentiam ipsi denominato, quod quidem intrinsecum denominat ipsum in se & absolute. Hoc modo denominant tria prima prædicamenta. Alia est denominatio à forma intrinseca: quæ tamen importat aliud extrinsecum, vt terminum, & hoc modo denominat relatio suum subiectum. Alia est denominatio ab aliquo quod non est formaliter in eo quod denominatur, & hoc modo denominant vltima prædicamenta, de actione & passione supra dictum fuit. Similiter locatum denominatur à loco qui non est in eo, & res dicitur calciata ab habitu qui non est in inherens. Ista autem res à qua quis denominatur calciatus, vestitus, armatus, & huiusmodi, potest esse substantia quæ habet rationem accidentis, quo ad prædicacionem: quia per accidens denominat rem quæ ipsam habet.

Ad argumenta respondetur. Ad primum negatur minor. Ad probationem dico quod motus localis & locus sunt idem: sed vt est in acquirit dicitur motus, & vt est in esse permanenti, dicitur locus. Ad huius improbacionem dico quod non oportet omnem motum esse in mobili, nisi etiam forma acquisita sit in eo subiectiua, quod non

contingit in motu locali: dicitur tamen omnis motus esse in mobili, quia ipsum denominat. Nam effectus formalis & forma se inseparabiliter consequuntur. Duplex est autem effectus formalis. Primus est esse, quod forma dat suo subiecto: & iste dicitur propriè effectus formalis. Alius esse & us formalis, sed non ita propriè est denominare, quando ergo forma denominat aliquid, licet non det ei aliquid esse: potest tamen aliquo modo dici esse in eo. Ad secundum. Dico quod quando mobile non mouetur ad aliquem locum, tunc est illa res quæ est motus localis, sed tunc non habet rationem motus: quia nõ est in acquirit. Ad tertium. Dico quod sicut similitudo & dissimilitudo fundate super eandem albedinem sunt vna res: non tamen sunt vna relatio, sed duæ, quia distinguuntur in ratione relationis, ita duo motus contrarij facti super eundem locum præcisè sunt vna res, si sunt duo motus. Possunt enim vni rei conuenire duæ rationes formales distinctæ: aut numero, aut specie secundum quod intellectus illam rem diuersimodè concipit. Ad quartum negatur consequentia. Quia dum mobile cessat moueri, & quiescit, non corrumpitur illa res quæ est motus, licet pro tunc ipsa non sit motus. Ad quintum. Dicitur quod cum diuisibilitas conuenit motui per locu, non conuenit ei per aliud secundum rem, sed per id quod est aliud secundum rationem, propriè autem conuenit motui diuisibilitas per spatium, vt dicitur 6. physico. c. 5. Constat autem quod spatium non est ipsemet locus, sed est quid corporeum. Et si dicatur ei conuenire ex loco, hoc idè erit, locus proprius habet tam rationem loci, quam rationem motus, & idè diuisibilitas huius rei inquantum est motus, præsupponit diuisibilitatem eiusdem rei inquantum est locus. Ad sextum negatur maior. Motus enim non est causa efficiens aliquid, sed cælum vt est coniunctum motui, causat hæc inferiora, ita quod motus non concurrat in ratione causæ nisi quantum id sine quo cælum non causeret, sicut etiam appropinquatio requiritur ad hoc quod agens naturale agat in passum. Ad septimum negatur maior. Sicut enim est impossibile simpliciter quod aliquid sit albu & non habeat albedinem, quia esset separare formam ab effectu formalis: ita impossibile est, & contradictionem implicat, quod aliquid moueatur localiter, & non sit in aliquo, quia moueri localiter, nihil aliud formaliter dicit, nisi moueri in loco.

QVÆSTIO XLI.

Vtrum vbi distinguatur rea liter à loco.

QVÆRITVR quadagesimoprimo. Vtrum etiam teneri possit quod vbi sit quid distinctum realiter à loco. Sicut tenuit Ioan. Capreoli. Et arguitur quod non. Primo. Quia Commen. quarto physico. comm. 34. dicit quod Philosophus intendit distinguere inter locatum esse in corpore, quod est vbi eius, & inter partem esse in toto. Ex quo patet quod locus corporis locati est vbi eius. Et quinto metaph. comm. 28. dicit quod secundum quod locus habet locatum, est prædicamentum vbi: ergo vbi est locus. Secundò cælum localiter. Sed cælum non acquirit aliud vbi, ergo per motum localem non acquiritur vbi. Maior patet ad sensum. & Minor est Gilberti qui expressè dicit vltimam spheram non habere vbi, quia non habet à quo conueniatur. Tertio. Sequitur quod omne quod mouetur localiter, simul moueretur distinctis motibus, & esset dare quintum genus motu inter ea quæ ponit Philosophus 5. physico. tex. comm. 18. Sed hoc expressè est falsum: ergo &c. Consequentia probatur. Distinctio motuum est secundum diffinitionem terminorum, vt dicitur 5. physico. tex. comm. 32. Sed vbi & locus sunt per te res distinctæ, ergo moueri ab vbi, & moueri ad locum sunt distincti motus. Item. Motus ad locum non pertinet per te ad prædicamentum vbi, nec ad qualitatem, quia locus non est qualitas. Nec ad quantitatem, quia mobile per motum ad locum non augetur nec minuitur. Nec ad substantiam, quia locus non est substantia, ergo ad aliud prædicamentum. Quarto. Si vbi est respectus locati ad locu, sequitur quod ut de genere relationis, & per consequens non erit vnum prædicamentum, sed continebitur sub prædicamento ad aliud. Probatur consequentia. Relatio dicuntur ad conuertentiam, vt dicit Philosophus in prædicamentis. Sed relatio loci ad locatum pertinet ad primum modum relationum: quia est relatio contenti ad contentum, ergo etiam respectus locati ad locum pertinet ad genus relationis. Quintò. Querere vbi est partes & in quo loco est Sortes, est idem: ergo locus & vbi sunt

Ad primũ.
Ad secundũ.
Ad tertium.
Ad quartũ.
Ad quintũ.
Cap. 2. d. 2. 7. 1.
Prima ratio.
Gilbertus.
Secunda ratio.
Tertia ratio.
Scotistarum prædicamentum.
Denominatio tripliciter fit.
Ad primum.

Tex. cõ. 90.
Sexta ratio.
Septima ratio.
Prima conclusio.
Mobile motu locali acquiritur locum.
Secunda conclusio.
Cap. 2. d. 6. 7. 2. cõ. 2. dist. 4.
Prima ratio.
Secunda ratio.
Tertia ratio.
Quarta ratio.

Ad secundum.
Ad tertium.
Ad quartum.
Ad quintum.
Ad sextum.
Ad septimum.

cap. vbi supra.
Secunda ratio.
Tertiaratio.
Quarta ratio.

sunt idem. Patet consequentia: quia non dicitur esse eadē quæstio & interrogatio nisi quia est de eadem re. Antecedens patet ex communi vsu loquentium.

Respondet. In ista quæstione duo sunt faciendā. Primò dicitur in communi de quatuor ultimis generibus simul. Secundò dicitur in speciali de vbi. Quantum ad primum adducit iste doctor quendam tractatum qui ascribitur. S. Tho. de relationibus, licet non constet qd sit eius, sicut nec multa opuscula quæ attribuantur ei. in illo libro ponuntur principaliter duæ conclusiones. Quarum prima hæc est. Quatuor ultima prædicamenta significant respectum. Probatur ista conclusio ex eorum definitionibus, sicut supra arguebatur. Nam quando nihil aliud est nisi adiacentia tēporis. Vbi verò est circumscripcio corporis, ex loci circumscriptione procedēs. Positio autem est quidam situs partium. Habitus vero est adiacentia corporis & eorum quæ circa corpus sunt. Quomodo autem se habeant isti respectus considerandum est. Penes enim adiacentiam tēporis ad rem temporalem, sicut mensuræ ad mensuratum dicitur respectus: penes verò adiacentiam loci ad totum corpus locati, secundum quòd locus continet & locatum continetur, causatur respectus vbi: & penes adiacentiam loci ad partes locati & partium adinuicem: & ad locum causatur positio. Ordo enim partium in toto, est differentia quantitatis, sed ordo partium in toto prout ille ordo & ipse totum respiciunt locum, faciunt vnum prædicamentum per se: ita quòd vbi & positio fundantur super continentia passiva locati & partium eius à loco. Habere autem siue habitus fundatur super continentiam, secundum quam contentum dicitur habere continens: & continens dicitur haberi à contento. Vnde comment. 5. Metaphy. Comment. 28. sic dicit: dicere quòd contentum habet continens, est sicut animal habere cutem & arborem habere corticem: & hoc est prædicamentum habitus. Cyphum autem habere aquam: & ciuitatem habere homines est econuerso, scilicet secundum quòd continens habet contentum, & secundum hunc modum dicitur quòd locus habet locatum, & hoc est prædicamentum vbi. Secundo probatur eadē conclusio: quia Comment. quinto Metaphy. sic. in fine eiusdem Comment. 28. sic dicit. Numerus respectuum qui demonstratur per habere, est secundum numerum respectuum, qui demonstratur per hanc dictionem in, sed hæc præpositio in, dignius dicitur de respectu contenti ad contiuentem, & hoc verbum habere dignius dicitur de respectu continentis ad contentum. Ex quibus patet expressè quòd Comment. dicit quomodo ista significant respectus. Tertio ad idem arguitur: quia Comment. quinto Metaphy. Commento. 25. dicit: quòd habitus, puta vestio, est quoddam medium inter habentem & rem habitam. Et S. Thomas idem confirmat quinto Metaphy. capite de habitu. Sed non apparet quid sit aliud medium nisi respectus. Non enim est realiter actio aut passio, nisi fortè secundum modum significandi: ergo habitus & similiter illa alia tria genera dicunt respectum. Secunda conclusio. Isti respectus non sunt de genere relationis. Probatur. Omnis respectus de genere relationis fundatur immediatè super rem absolutam, vt patuit supra. Sed isti non fundantur super rem absolutam immediatè: ergo non sunt de genere relationis. Maior patet, & minor declaratur. Nam super relatione reali locati, ad locum, quæ relatio dicitur de genere relationis: fundatur ille respectus qui dicitur vbi: & ita vniuersaliter de aliis est dicendum. Et ideo ad talem respectum, qualis est vbi, potest esse motus per se: licet non sit ad genus relationum. Dico tamen quòd nunquam acquiritur vbi in locato, nisi prius acquiritur aliquod absolutum, non quidem intinsecè, sed extrinsecè, scilicet locus. Ex hac conclusio sequitur corollariè, quòd ista quatuor genera sint minoris entitatis quàm relatio. Quod patet: quia in ea fundatur: sicut etiam relatio dicitur minoris entitatis in sua ratione formali, quàm entia absoluta: quia in eis fundatur.

Prima prædicamenta dicuntur respectum.

Diversus ordo in partibus facit diversam prædicamenta.

Secunda conclusio. Respectus significanti à quatuor prædicamentis.

Duplex vbi.

est vbi diuisibile & compositum ex partibus sibi succedentibus, quemadmodum tempus ex huius partibus componitur. Nam sicut mobile in qualibet parte temporis mensurantis motum localem, est in loco maiori se & non in loco sibi adæquato: alioquin quiesceret: ita in qualibet parte temporis habet vbi correspondens illi loco maiori. Nec est huius vbi nisi ipse motus localis, & se habet ad primū vbi, non vt totum ad partem, sed vt continuum ad sui continuatum, & præcise sicut instans ad tempus. His declaratis, hæc est prima conclusio. Vbi indiuisibile acquiritur in instanti, & potest etiam dici qd acquiritur in tempore diuersimodè exponendo acquisitionem siue inceptionem. Si enim exponitur per positionem de presenti, & negationem de præterito, sic dico qd acquiritur in instanti. Nullū enim est assignare instans in toto tēpore mensurante motum, in quo non sit verum dicere hoc mobile nunc habet aliquod vbi, siue aliquod mutatum esse, quòd immediate ante hoc non habebat. Quod probat, quia si haberet idem vbi nunc quod prius habebat, sequitur qd quiesceret, cum quiescere non sit aliud nisi se habere nunc vt prius. Si verò exponitur acquiri per negationem de præterito, sic dico qd acquiritur in tempore. Nam in toto tempore præcedenti acquirerebatur istud mutatum esse, sicut etiam dum intentione introducit aliquis gradus formæ, ille gradus acquirerebatur in toto tempore & in qualibet parte temporis præcedentis existentiam illius gradus formæ. Et sicut dictum est acquiritur in instanti & in tempore, ita dici potest quòd deperditur in instanti, quia nunc est & immediatè post hoc non erit. Potest etiam dici quòd deperditur in tēpore, quia non est assignare primum instans sui non esse, sed primum tempus, vnde deperditur in tempore exponendo per negationem de presenti & positionem de præterito. Contra istam conclusionem arguitur primò. In qualibet re non successiuè quæ definit esse, est assignare primum non esse, vt probatur 8. phys. tex. comm. 67. Sed istud vbi est per se non successiuum: ergo est dare primum instans sui non esse. Secundo. Sit a corpus quiescens, & sit b vbi, in quo quiescit, postea incipiat a moueri. Tu dicis qd perdet b in instanti, & sit illud instans c. Tunc sic. Aut a est in instanti c in b, secundum se totū & omnes partes suas, aut non. Si sic, ergo non est mutatum a in b. Si non est in b, ergo est mutatum ad aliud vbi & sit illud d. Tunc sic, aut d, est indiuisibile, aut diuisibile. Non indiuisibile, quia in motu locali continuo non est dare primum magnitudinis ad quod mobile sit mutatum, siue non est dare primum mutatum esse. Item motus non esset continuus, quia vnum indiuisibile non continuatur alteri. Non est etiam dicendum quòd sit diuisibile, quia in motu continuo cuiuslibet partis diuisibilis prius acquiritur pars, & non acquiritur tota simul, vt probatur 6. phy. tex. com. 27. Tertio. Aut a in instanti c, in quo perdit b, acquirit vnum aliud vbi, aut non. Si non, ergo a non mouetur nec perdit b, quia impossibile est perdere terminum à quo nisi acquiratur terminus ad quæ. Si sic: sit tale vbi d. Tunc sic. Aut a, perdit d, in instanti c, aut non. Si non: ergo per tempus est in vbi, d & per consequens non mouetur continuè, vel si mouetur nullam talem rem perdit vel acquirit quæ dicatur vbi, & sic habetur principale propositum. Si sic, ergo d in eodem instanti est acquiritur & deperditur, & sic simul est, & non est. Confirmatur. Quia sequitur quòd corruptio d immediatè succedat generationi d, cuius oppositum probat Philosophus 8. phy. & Comment. comment. 63. Confirmatur secundò. Quia si in instanti c, a acquirit b, & acquirit d, quæro vtrum in eodem instanti c, in quo etiam dicitur quòd perdit d, acquirit aliud vbi. Si non: ergo mouetur sine acquisitione vbi quod erat primò probandum. Si sic: ergo sic procedendū & arguendo in instanti c, acquirit omnia vbi, & per consequens motus est in instanti. Quarto. Si a, dum perdit b, indiuisibile, acquirit b, indiuisibile: & dum perdit b, acquirit d, sequitur quòd totus motus sit compositus ex mutatis esse: cuius oppositum demonstratur 6. phy. tex. comment. 3. patet consequentia: quia illa per se sunt mutata esse. Ad primum negatur maior: in his quæ durant tantum per instans. Ea enim quæ non incipiunt nec desinunt esse nisi per inceptionem & desinonem aliorum, non habent primum non esse, sed vltimum esse, vt patet in multis relationibus. Si enim a & b sint duo corpora æqualia & incipiunt vnum eorum augeri, altero non aucto, constat qd in primo instanti temporis mensurantis illud augmentum æqualitas est: & immediatè post hoc non erit. Ista autem indiuisibilia scilicet mutata esse, & punctus & huiusmodi non incipiunt nec desinunt esse nisi per inceptionem & desinonem aliorum. Ad secundum dico qd a in instanti c, in quo perdit b vbi indiuisibile, acquirit aliud vbi, non quidem indiuisibile: quia talia duo non sunt immediata, sed acquirit vbi diuisibile

Prima conclusio. Vbi indiuisibile acquiritur in instanti.

Secunda conclusio.

Tertia conclusio.

Prima propositio.

Secunda propositio.

Tertia propositio.

Quarta propositio.

Ad primum.

Ad primū

Ad secundū.

diuisibile per negationem de presenti: & positionem de futuro. Istud etiam vbi diuisibile acquirit in tempore sequenti c, per positionem de presenti, & remotionem de præterito. Ad huius improbationem dico quòd nulla pars magnitudinis & nullum diuisibile potest acquiri totum simul in instanti per positionem de presenti, potest tamè in instanti acquiri per negationem de presenti & positionem de futuro, dicendo, hæc pars nunc non est & immediatè post hoc erit, natura immediatè post hoc erit tempus. Ad tertiu dicitur quòd a, in c, perdit b, indiuisibile, & acquirit d vbi diuisibile. Nec istud improbat. Sed quia in illo argumento tangitur au aliquod indiuisibile possit in eodem instanti acquiri & deperdi. Respondet quòd sic. Nā incipit esse per positionem de presenti & negationem de præterito, definit aut esse per positionem de presenti & negationem de futuro. Nec inconueniens quod generatio & corruptio in huiusmodi rebus immediatè sibi succedant. Ad quartam negatur consequentia, quia huius vbi indiuisibilia non sunt pars motus, nec vnum est alteri immediatum, sed bene verum est qd ipsa continuant partes motus ad inuicem: & dato quòd omnia vbi essent indiuisibilia, ad huc motus haberet continuitatem ex continuitate loci. Secunda conclusio. In toto motu continuo & in quolibet instanti temporis mensurantis motum localem, est continuè aliud & aliud vbi indiuisibile, probatur. Necessè est variato termino variari respectum. Sed continuè variatur terminus in motu continuo, ergo necesse est continuè variari respectum, qui est vbi. Maior patet ex dictis supra. Minor probatur. Nam terminus huius respectus est locus, constat autem quòd continuè est alius & alius locus proprius. Nec est assignari duo instantia, in quibus mobile sit in eodem loco secundum se totum & secundum omnes partes suas, alioquin quiesceret. Tertia conclusio. Vbi diuisibile non acquirit totum simul, sed per partem post partem. Sed quia acquirit per partem post partem potest esse multis modis: ideo vt sit clara illa conclusio, pono quatuor propositiones. Quarum prima hæc est. Vbi diuisibile non acquiritur partibiliter secundum partes mobilis. Probatur. Si vna pars mobilis prius acquirit vbi quàm alia: puta, pars a, quàm pars b, aut b, habet illud vbi quod prius habebat: & sic sequitur qd ipsa non mouetur: quia omne quod mouetur habet vbi quod antè non habebat. Si autem vna non mouetur: ergo nec alia, quia vt dicit Philosophus 7. metaph. tex. comment. 8. impossibile est vnam partem continui moueri: quin omnes moueantur. Aut non habet idem vbi, sed aliud, non ramen nouum: vbi ergo habet illud nec vbi numero, quod erat in alia parte, & sic accidens migrat de subiecto in subiectum. Secunda propositio. Vbi diuisibile non acquiritur partibiliter secundum partes dimensionales simultaneas ipsius vni. Istam propositionem sic intelligo. Cum enim immobili sit vbi extrinsecum ad extensionem mobilis ipsum mobile non incipit habere vnam partem, nisi habeat simul omnes. Quod probat. Vbi non perditur per partem post partem: ergo nec acquiritur per partem post partem. Consequentia patet. Antecedens probatur: quia si prius mouetur ab vna parte quàm ab alia, quæro in qua parte subiecti maneat illa alia pars à qua non mouetur. Aut enim manet in illa met parte mobilis in qua prius erat aut in alia. Si in alia, ergo accidens migrat de subiecto in subiectū. Si in eadem, ergo illa pars non mouetur aliis motibus, quod est impossibile. Tertia propositio. Vbi diuisibile non acquiritur partibiliter secundum partes essentielles, eo modo quo dicuntur partes essentielles illæ secundum quas aliqua forma intenditur. Probat. Primò generaliter, quia non dantur huiusmodi partes formæ vt alibi est probandum. Secundò. Quicquid habet huiusmodi partes, suscipit magis & minus. Sed vbi non suscipit magis & minus, vt dicit Gilbertus in cap. de vbi: ergo &c. confirmatur. Quia nulla res dicitur magis esse in vbi quàm prius fuerit. Tertio. Quia dum acquiritur noua pars essentialis, tunc pars præexistens manet, ergo mobile dum acquirit partem vbi, non mouetur. Antecedens patet. Consequentia probatur, quia mobile habet idem vbi quod prius habebat. Quarta propositio. Mobile acquirit vbi diuisibile secundum partes successiuas, quarum vna succedit alteri, ita quòd qualibet pars vbi, informat totum mobile successiuè. Ista propositio patet à sufficienti diuisione. Nam vbi diuisibile acquiritur partibiliter & non secundum partes mobilis: nec secundum partes vbi simultaneas dimensionales, nec secundum partes eiusdem essentielles: ergo secundum partes dimensionales, sed sibi succedentes.

bere respectum ad locum. Ad secundum dicitur quòd celum non habet locum à quo contineatur, & per consequens nec habet aliquod vbi, vnde eius motus non est vniuersus aliis motibus. Nec motus dicitur vniuersus de motu vltimæ spheræ, & de motu aliorum. Vnde dicitur & limito hanc propositionem ad istum sensum, quicquid mouetur & habet corpus à quo circumscribatur, acquirit aliquod vbi. Ad tertium negatur vtraque consequentia. Ad primam probationem dico quòd motus distinguuntur ex terminis totalibus, vbi autem per se nec locus per se, sunt termini totales, nec vnum sine altero terminaret motū, sed vtrumque simul sunt vnus totalis terminus. Ad probationem secundæ consequentiæ dicitur, quòd motus ad locum pertinet ad prædicamentum vbi: non quòd locus sit species de genere vbi, sed quia est principium proximum ipsorum vbi, & est eorum constitutum. Ad quartam dicitur locum vel loci ad locatum, vel vtrumque simul, sed dico quòd est respectus fundatus super relatione locati ad locum, in ipso autem loco non est aliquis respectus realis huic correspondens. Ad quintam dico quòd de vbi & loco simul quaritur: non quia sint vna res, sed quòd inseparabiliter concomitantur, & vnum est de intellectu alterius, scilicet locus de ratione vbi, cum sit eius terminus. Nec possibile quòd Deus suppleat causalitatem quam habet locus super vbi, & quòd faciat vbi sine loco, quia quando effectus in sua ratione includit determinatā causam creatā. Deus non potest supplere talem causalitatem, nisi ipse efficeretur creatura, quod est impossibile: sicut patet quod per nullam potentiam potest fieri filiaro, nisi genitor filij sit in rerum natura.

Ad secundū

Ad tertium

Ad quartū.

Ad quintū.



PAULI SONCINATIS

SUPER SEXTI METAPHYSICÆ ARISTOTELIS LIBRUM ACUTISSIMÆ QUÆSTIONES.

Principia & causæ quaruntur entium circa hunc textum.

QUESTIO I.

Vtrum solus metaphysicus consideret quodquid est.



VARITUR, An solus Metaphysicus consideret de quodquid est: vel hoc pertineat etiam ad scientias speciales. Et videtur quòd qualibet scientia consideret quodquid est. Primo In qualibet scientia considerantur principia, quibus demonstrantur passionem de subiecto, vt dicitur primo phys. tex. comment. primi. Sed definitio est mediū in demonstratione: vt dicit Philosophus 2. poster. & primo de anima. & Comment. 6. metaphy. comment. primo: ergo qualibet scientia considerat definitionem siue quodquid est. Secundo. Quidditas cuiuslibet naturæ, puta cæli, hominis, plantæ, est quid specificum. Sed metaphysicus non considerat tantum communissima: ergo Metaphysicus non considerat huius quidditates: & per consequens considerantur in scientiis specialibus. Tertio. Euclides in primo diffinit punctum, lineam, triangulum, & multa huiusmodi: ergo considerat quodquid est eorum. Patet consequentia, quia definitio significat quodquid est. Quarto. Philosophus secundo de anima inquit quodquid est animæ, ergo aliqua scientia particularis considerat quodquid est.

Prima ratio

Tex. cō. 2.

Secunda ratio.

Tertia ratio

Quarta ratio

Scientia vniuersales non modo.

Scientia spe

Respondet. In hac quæstione primo dicitur titulus quæstionis. Secundo responderetur per conclusiones. Quantum ad primum, duo sunt declaranda. Equæ sunt scientiæ speciales & quod sit considerare quodquid est. Scientiæ speciales, distinguuntur per oppositum ad scientias vniuersales, dicuntur autè scientiæ vniuersales ex duplici causa. Primo ex vniuersalitate obiecti. s. ille quæ habent vniuersalissimū obiectū cuiusmodi sunt Logica & Metaphysica, vt inquit Philosophus. 4. huius, & Commentator com. 5. Nam logica tractat de ente rationis, qd applicari potest cuilibet rei, & eam consequi, vt est obiectiū in intellectu. Metaphysica quoque est de ente, in quantum ens: quod de omnibus prædicatur. Scientiæ speciales dicuntur, quarum subiecta non conueniunt omnibus, huius sunt mathematicæ & naturalis: quantitas enim & eas mobile non prædicantur de omni re. Secun-

re Secundo. accipitur vniuersalitas in scientiis ex vniuersalitate medijs, per medium autem intelliguntur principia demonstrationum, quæ principia sunt vniuersalissima: sicut est actus potentia, Idem, Diuersum, & multa huiusmodi, quæ considerantur in demonstrationibus metaphysicis. Scientiæ verò particulares dicuntur per oppositum illarum quæ non habent obiectum vniuersalissimum prædicatum de omnibus, sed considerant determinatum genus entium, pura tantum quantitatem, vt mathematicæ, vel tantum corpora, vt naturalis philosophia, & similiter quæ demonstrant per principia limitata & contracta, quæ non circum eunt omne ens. Secundo. Declarandum est quid sit aliqua scientiam considerare quodquid est. Nam quodquid est, nihil est aliud nisi quidditas & natura rei, significata per diffinitionem. Considerare verò huius quidditatem dupliciter potest esse. Vno modo: quia per habitum scientiæ habetur cognitio, quæ terminatur ad quidditatem subiecti. Alio modo, quia vtitur diffinitione ad demonstrandum passiones de subiecto.

Quid sit aliqua scientia speculatiua quodquid est.

Diffinitio.

Quantum ad secundum principale, ponit Philosophus duas conclusiones, quarum prima hæc est, Omnis scientia considerat principia & causas sui subiecti. Hanc conclusionem probat Philosophus tantum inductiue exemplificando de medicina & de scientiis mathematicis. Sed probatur ratione. In omni scientia demonstratur aliqua passio de subiecto, vt patet primo posteriorum. Sed id per quod demonstratur passio, est principium demonstrationis, ergo omnis scientia considerat principia & causas subiecti, id est obiecti scientiæ, quod obiectum est ipsa conclusio, quia conclusio demonstrata est proprie id quod scitur. Et quod ad hunc sensum intelligenda sit conclusio Philosophi patet. Tum quia Comment. 1. huius sic ait: Scire isti quid constat ex scientia causarum. Quales autem sint istæ causæ declarat Philosophus primo posteriorum: diffiniens scire: dicens quod tunc cognoscimus conclusionem, cum causam cognoscimus per quam passio inest subiecto. Tum ex verbis S. Tho. 6. metaph. qui exponens textum huius conclusionis dicit quod aliquando principia & causæ in scientia sunt magis nota quantum ad nos, vt patet in scientia naturali in qua fiunt demonstrationes per effectus nobis notos, ergo effectus secundum ipsum sunt causæ & principia. Sed non sunt principia productiua suarum causarum: ergo non oportet per principia intelligere principia effectiua, nisi forte eo modo quo præmissæ dicuntur causa efficiens notitiæ conclusionis 2. phys. tex. comm. 89. sed per principia intelligit principia demonstrationum. Et postea subdit quod notitia sensitiua non habet principia, quia non est discursiua. Constat autem quod notitia sensitiua habet principium efficiens. Præterea patet ex dictis verbis, quod id dicitur principium à quo fit discursus fit autem discursus à præmissis ad conclusiones. Et quia diffinitio est principium in demonstratione, & diffinitio autem habet rationem principij formalis respectu diffinitio, sicut & quidditas quam significat. Humanitas enim est vt principium formale hominis: quia est id quo homo est homo: idem procedere ex principiis formalibus & ea considerare est communissimum cuiuslibet scientiæ. Si verò contingat subiectum habere alia principia præsertim intrinseca, etiam ea possunt in scientia considerari. Vnde naturalis tractat de materia & forma quæ sunt principia intrinseca rerum naturalium. Secunda conclusio hæc est. Licet metaphysica conueniat cum aliis scientiis in hoc quod est considerare principia: differt tamen ex parte subiecti, quia metaphysica habet pro subiecto ens in quantum ens, id est, considerat ens sub ratione communissima entis, & non sub aliqua ratione contracta, alia verò considerat tantum determinatum genus entium, puta tantum quantitatem vt Mathematicæ, vel tantum res mobiles, vt philosophia naturalis. Hanc conclusionem non oportet amplius probare, quia de ea facta supra specialis quæstio. Ex ista conclusione sequuntur quatuor corollaria. Primum corollarium est istud: & est conclusio responsiua ad principalem quæstionem. Nulla scientia particularis considerat quodquid est, sed metaphysica ipsum considerat. Istam conclusionem intelligit ad hunc sensum, quod in nulla scientia inuestigatur quidditas subiecti, & absque metaphysica non potest haberi completa notitia talis subiecti. Probatur. Primo. Quælibet scientia particularis præsupponit quid rei sui subiecti: ergo nulla ipsum inquirat. Patet consequentia. Antecedens est philosophi primo posteriorum. Secundo: Inquisitio quodquid est, est per viam diuisionis, vt probatur 2. posteriorum: & vt dicit Comm. 6. metaph. comm. 1. Sed diuisio est modus communissimus ad specialia. Metaphysicus autem solus considerat communissima, ergo &c. Tertio. Ad inquirendum quodquid est dirigitur intellectus per prima principia, puta, quod de quolibet est vera

Conclusio secundum.

Nulla particularis scientia considerat quod quid est.

Cap. 1.

affirmatio vel negatio, quia istud saluatur in qualibet inquisitione & complexione prædicati cum subiecto. Sed considerare huius principia est proprium metaphysici, vt patet 4. huius ergo &c. Quarto. Quidditas rei haberi non potest nisi habeantur omnia quæ cadunt in conceptu quidditatiuo eius, vt de se patet. Sed ens quod est subiectum metaphysicæ cadit in conceptu quidditatiuo cuiuslibet rei: Vnde S. Thom. dicit quod quilibet res habet ex sua quidditate quod sit ens, quia scilicet ens includitur in quidditate: ergo sine ente non potest haberi quodquid est alicuius rei. Dico tamen quod metaphysicus licet consideret vniuersales conceptus quidditatiuos, non tamen considerat totum quod pertinet ad quodquid est rerum: quia non considerat genus propinquum: nec vltimam differentiam: metaphysici enim non est considerare quod homo sit animal rationale, sed quod homo est ens & substantia: compositus est actu & potentia huius. Vnde supra diximus quod non considerat quidditates rerum in particulari, magis tamen ad eum pertinet considerare quodquid est propter rationes supradictas. Et iterum: quia ipse docet quid requiritur ad quodquid est, & quomodo se habeat ad id cuius est: vt patet 7. huius. Secundum corollarium. Quodquid est, non potest demonstrari de eo cuius est. Probatur sic à Commentatore comment. primo circa medium. Medium in quilibet demonstratione est diffinitio. Sed de quodquid est non habetur diffinitio, quia diffinitionis & non diffinitio; alioquin iretur in infinitum, ergo quodquid est non potest demonstrari. Tertium corollarium. Quædam scientiæ certius demonstrant quàm illa. Probatur. Demonstratio per causam formalem, est certior demonstratione per effectum contingentem. Sed Mathematicæ demonstrant semper per causam formalem. Naturalis verò sæpe per effectus contingentes: ergo mathematicæ sunt certiores naturalibus. Quartum corollarium. Nulla scientia particularis probat suum subiectum esse. Probatur. Eiusdem est determinare quæstionem, An est, & quæstionem, Quid est. Sed nulla scientia particularis determinat quæstionem quid est, vt patet ex primo corollario: ergo nulla scientia determinat quæstionem an est. Minor patet. Maior est Philosophi primo posteriorum, tex. comment. 2.

Notandum.

Ad primum.

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad quartum.

QVÆSTIO II.

Vtrum aliquis actus intellectus sit verè praxis.

QVÆRTIVS vigesimo. An aliquis actus intellectus sit verè praxis. Et videtur quod sic. Primo. Omnis actus intellectus, directius alterius actus intellectus mediante actu voluntatis, est verè practicus, & ille actus directus est praxis. Sed aliquis est huiusmodi, ergo aliquis est praxis. Maior, quia esse directibile non conuenit nisi praxi. Minor probatur, quia si ratio dicitur quod honor sit studere, potest voluntas imperare intellectui vt eliciat intellectionem. Secundo. Omnis operatio sequens electionem & consilium est praxis. Sed aliqua intellectio sequitur consilium: potest enim quis consilium an honor sit studere: ergo, &c. Tertio omnis operatio de qua potest haberi notitia practica est praxis. Sed de aliqua intellectione potest haberi notitia practica: ergo &c. Maior patet. Minor probatur, Possum n. scire quod nunc est studendum & speculandum. Quarto. Speculatio quæ habetur per habitum logicæ est praxis: ergo aliqua intellectio est praxis. consequentia patet. Antecedens probatur. Tum quia illa speculatio non est gratia sui: sed ordinatur ad alias scientias. Tum quia est directiua speculationis in aliis scientiis. Quinto. Omnis operatio

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Quinta ratio.

Quid sit praxis.

Praxis tripliciter dicitur.

Quid proprie praxis.

Quid sit speculatio.

ratio ad quam inclinatur virtus appetitiua est verè praxis. Sed aliqua virtus inclinatur ad speculandum, multi enim propter amicitiam student, vt doceat amicos: ergo aliqua speculatio est praxis.

Respondeo. In ista quæstione primò declarabitur quid sit praxis: & quid sit speculatio. Secundo dicitur ad quæsitum. Quantum ad primum dicit Commentator primo & hic Comment. primo, quod praxis & Endelectia secundum appropriatas significationes distinguuntur. Nam praxis idem est quod operatio: Endelectia verò idem est quod actus. Constat autem quod operatio & actus distinguuntur sicut magis commune & minus commune. Nam omnis operatio est actus: non tamen omnis actus est operatio. Potest igitur praxis accipi tripliciter. Vno modo generaliter pro quacunque operatione: & sic non accipitur in proposito, quia praxis de qua loquimur, & à qua dicitur habitus practicus, est operatio dirigibilis per habitum practicum. Multæ autem sunt operationes, quæ per habitus nostros non diriguntur, sicut est motus grauium & leuium: Secundo accipitur tantum pro operatione quæ est in potestate voluntatis: siue sit respectu finis, siue respectu eorum quæ suat ad finem, & sic etiam non accipitur in proposito, quia cum volitio finis semper sit recta, vt potest naturalis voluntatis non oportet ponere aliquem habitum ad eam regulandam. Tertio accipitur pro operatione quæ est in potestate voluntatis respectu eorum quæ sunt ad finem, & sic accipitur in proposito. Cum enim voluntas possit indifferenter eligere hoc vel illud, & bene & male & imperare aliis potentiis vt sic vel sic operetur, necesse est quod in intellectu ponatur aliquis actus vel habitus, qui sit directiuis illorum actuum voluntatis: cui actui vel habitui tales actus conformentur, siue sint boni, siue mali. Nam notitia qua quis scit bene furari diligit eum ad eligendum furari hoc vel illum, & hoc vel illo modo: & ad hoc quod voluntas imperet aliis potentiis vt sic vel sic exequantur furum. Quid autem verè & proprie sit praxis non inuenitur S. Thomæ expressè determinasse. Potest tamen ex verbis eius haberi talis diffinitio. Praxis est operatio alterius potentie ab intellectu, siue est operatio voluntatis nata dici conformiter rationi rectæ. Dicitur primo quod est operatio voluntatis, sed hoc potest esse dupliciter. Nam alia est operatio voluntatis: quia est elicitia à voluntate sicut est velle, amare, apparere, & generaliter omnis operatio subiectiue existens in voluntate. Alio modo dicitur aliqua operatio esse voluntatis, non quia sit subiectiue in voluntate, sed quia fit ab aliqua alia potentia mota per imperium voluntatis, sicut est videre, ambulare & generaliter operatio cuiuslibet potentie, quæ in suo actu est obediens voluntati. Quod autem omnis praxis sit actus voluntatis, vel elicitus vel imperatus, probatur. Intellectus extensione fit practicus: vt dicit Philosophus 3. de anima tex. com. 46. ergo tantum illa operatio est praxis, ad quam extenditur intellectus. Sed intellectus non extenditur nisi ad actus aliarum potentialium, quia stando præcisè in actibus intellectus, nulla est extensio intellectus, quia non tendit extra se. Ergo omnis praxis est actus alterius potentie ab intellectu. Et quia de ratione praxis est quod sit in potestate voluntatis: ideo oportet quod sit actus voluntatis. Ex hoc sequitur quod operationes vegetatiuæ non sint praxes, quod patet, quia non subiacent imperio voluntatis. Sequitur etiam quod operationes sensuum in quantum sunt necessariæ. Nam si nullum sit obstaculum, non potest oculus non videre: istæ inquam operationes non sunt praxes: quia non subiacent imperio voluntatis. Dicitur nata elici conformiter rationi, quia omne regulatum & directum, potest conformari suæ regulæ, alioquin frustra poneretur regula, praxis autem habet regulam & dirigitur per rationem & notitiam practicam. Ex hoc sequitur quod omnis praxis sit posterior intellectione. Quod probatur: quia omne regulatum est post erius sua regula: praxis autem regulatur per intellectionem & per habitum practicum, & sic patet, quid sit praxis. De speculatione autem dico quod speculatio est actus siue operatio intellectus non ordinata ad aliquam operationem regulandam: quæ verè sit praxis: sed est sui gratia. Per primum excluduntur omnes operationes quæ non sunt operationes intellectus. Per secundum excluduntur omnes notitiæ practicæ, siue sint notitiæ actuales, siue habituales. Notitia enim qua actu speculor quomodo debeam construere domum, non est proprie speculatio, de qua hic loquimur, sed notitia practica. Ex hac sequitur quod intellectio quæ est directiua intellectionis, quæ verè sit speculatio: non est practica, sicut speculatio & intellectio quæ habetur per habitum logicæ, & ex directiua speculationis in aliis scientiis, puta in Metaphysica &

naturali philosophia. Per tertium ostenditur quod finis speculationis non est aliquid ab ea distinctum, licet enim omnis speculatio ordinetur ad beatitudinē tanquā ad finem: ipsa tamē speculatio non ordinatur ad constituendum aliquid extra intellectum. Et si dicatur, ex hoc sequitur cytharizationem esse speculatiuam, quia per eā nihil fit quod opus. Negatur consequentia: quia ipsa non habet primam conditionem. Non enim est operatio intellectus & sic patet primum.

Quantum ad secundum hæc prima conclusio. Deliberatio non est primo praxis, probatur. Id quod primo dicitur est praxis est primo in potestate voluntatis. Sed omnis deliberatio non est primo in potestate voluntatis: ergo & cetera. Maior patet ex dictis. Minor probatur. Id quod primo est in potestate voluntatis, est actus elicitus à voluntate. Sed deliberatio non est elicitia à voluntate: ergo & cetera. Maior probatur: quia actus imperatus non est in potestate, nisi quia voluntas prius eligit imperare: vnde electio, quæ est actus elicitus, præcedit imperium. Minor probatur. Deliberatio est conclusio consilij, vt patet ex se: conclusio autem ad intellectum pertinet, ergo de liberatio est actus intellectus. Secunda conclusio. Electio est primo praxis, probatur: Prima praxis est operatio quæ est in prima potestate voluntatis, vt dictum est. Sed electio est talis: sequitur enim immediatè deliberationem. Nam quomprimum intellectus conclusit & deliberauit quod hostes expugnandi sunt, statim voluntas eligit eos expugnare, & imperat aliis potentiis, vt istud exequantur: ergo & cetera. Conformatur: quia circumscripta quacunque operatione imperata à voluntate, adhuc electio est in potestate voluntatis: ergo electio est primo in potestate voluntatis. Consequentia, patet antecedens probatur: quia electio cum sit actus voluntatis elicitus, est prior quolibet actu imperato: ergo non habet ab actu imperato quod sit in potestate voluntatis. Contra hanc conclusionem arguitur. Ars domesticatiua est notitia practica. Sed quod sit practica non habet primo ab electione, imò ab adificatione: quod patet, quia circumscripta quacunque electione, adhuc illa notitia esset practica: ergo electio non est primo praxis. Respondetur quod minor est falsa. Nam ars domesticandi nunquā esset habitus practicus, nisi esset apta regulare actum voluntatis: quo eligo domum fieri secundum artem quam habeo, & remota electione si quis domesticaret, illa domesticatio non esset praxis: quia non esset ab agente à proposito, & per consequens non esset in potestate voluntatis. Tertia conclusio. Intellectio potest esse praxis. Pro notitia huius conclusionis antequam probetur. Sciendum est quod operatio intellectus dupliciter potest considerari. Vno modo quoad exercitiū actus, alio modo quoad specificationem, non quod exercitiū & specificatio sint due entitates additæ actui, sed sunt duo respectus, quorum vnus conuenit illi ex parte agentis, alter verò ex parte obiecti. Quod enim operatio exerceatur vel non exerceatur, siue quod fiat aut non fiat, est ex parte agentis, in cuius potestate est agere & non agere. Quod autem operatio sit huius vel illius speciei, non est in potestate agentis, sed necessariò conuenit operationi ex obiecto, intellectio enim qua intelligit lapidē, necessariò est distincta ab intellectione qua intelligit rosam, nec est in potestate mea quod intellectio terminata ad lapidē, habeat aliam rationem specificam, præter eam quam habet. His declaratis probo quod aliqua intellectio quantum ad exercitiū actus sit praxis, licet non sit praxis quantum ad eius specificationem. Primo. Omnis operatio directa per notitiam practicam est praxis, sed aliqua intellectio potest esse directa per notitiam practicam: ergo aliqua potest esse praxis. Maior est Philosophi 6. Eth. te. c. primi. Minor probatur. Nam dum aliquis eligit speculari res naturales, constat quod huius electio est directa ab aliqua notitia practica, cum electio sit praxis, ergo etiam illa speculatio rerum naturalium quæ cadit sub electione, est directa ab eadem notitia practica. Secundo. Omnis actus imperatus à voluntate est praxis, cum sit in potestate voluntatis, & possit elici conformiter rationi. Sed aliqua intellectio potest esse imperata à voluntate, puta cum voluntas imperat intellectui, vt speculetur: ergo & cetera. Ad hanc rationem dicunt aliqui, quod intellectio imperata à voluntate vel est praxis, vel est practica, sed ex hoc non sequitur quod sit praxis: quia à toto distincto ad alteram partem non valet consequentia, imò dicitur quod est practica. Sed contra arguitur sic. Aliqua intellectio est imperata à voluntate & non est praxis: ergo est praxis. Cōsequentia patet per se. Antecedens probatur, quia alioquin sequitur vel quod omnis intellectio sit practica, quod est falsum, vel quod nulla intellectio potest imperari à voluntate, nisi sit practica, quod etiam est falsum, quia experimur quod voluntas potest

Prima conclusio. Deliberatio non est primo praxis.

Secunda conclusio. Electio est prima praxis.

Tertia conclusio. Intellectio potest esse praxis.

Scotus super Prologo p. m. scilicet.

imperare intellectu ut intelligat, ut res naturales & mathematicas. Tertio potest probari hæc conclusio per omnes rationes quæ factæ sunt supra in principio quæstionis. Ipsa enim præter quartam concludunt pro ista conclusio. Sed contra hanc conclusionem arguitur. Omnis praxis respicit obiectum practicabile siue operabile, sed intellectio qua intelligo rosam, non respicit obiectum operabile, quia rosa non potest fieri à me: ergo illa intellectio non est praxis. Minor patet. Maior probatur. Omnis habitus practicus respicit obiectum operabile: ergo etiam omnis operatio directa per habitum practicum. Antecedens est Philosophi 6. met. tex. com. primi in fine. Consequentiæ probatur, quia operatio immediatus respicit obiectum quam habitus. Respondetur quod maior est falsa, quando operatio est praxis solum quoad exercitium actus, & non quoad specificationem, quia talis operatio non est omnino & simpliciter praxis, sed solum secundum quid. Ad probationem negatur antecedens: quando habitus practicus siue notitia practica habet pro obiecto solum operationem, cuiusmodi est notitia regulans & dirigens, quando & quomodo sit speculandum. Huius enim notitia est quidem de aliquo producibili, quod est ipsamet operatio, sed non est de producibili distincto ab operatione: & per consequens non est de aliquo quod sit producibile per operationem & hoc reperitur etiam in multis notitiis. Nam notitia cytharizandi est practica, & tamen per actum cytharizandi nihil producit, quod ab ipsa operatione sit distinctum, ut dicitur primo ethi. Nec ista conclusio repugnat supradictis, ubi dicebatur quod omnis praxis est actus voluntatis: in quantum est à voluntate imperata. Et licet ipse modus dicendi saluari possit, mihi tamen apparet quod non sit verus: & quod non sit de mente S. Thomæ. Primo quia sequitur aliquam arte factivam non esse simpliciter practicam, quod est expresse contra Philosophum in hoc textu commenti primi. Probatur consequentiæ, & accipio, gratia exempli, artem faciendi annulos, constat enim quod actus quo quis facit annulos est in potestate voluntatis quoad exercitium actus & non quo ad eius specificationem, quia ille actus habet speciem ab obiecto: omnes autem annuli sunt eiusdem speciei, cuius eorum forma sit rotunditas. Secundo: Nullus actus est in potestate voluntatis quoad specificationem eius, & quilibet est in potestate voluntatis, quoad exercitium, ergo omnis actus erit praxis. Prima pars antecedentis probatur. Nam secunda per se est concessa. Id quod conuenit alicui in primo modo perfectatis non cadit sub imperio voluntatis, alioquin necessarium esset contingens. Sed differentia specifica: quam habet actus ex obiecto: conuenit actui in primo modo perfectatis, ergo &c. Nec S. Thom. vnquam dixit quod intellectio sit praxis, imo dicit oppositum, prima secundæ q. 57. articulo primo, ad primum dicens quod habitus non dicitur practicus ex operatione intellectus, quod tamen esset si tale opus esset praxis. Dicit tamen quod aliquis habitus practicus, scilicet prudentia, potest dirigere actus rationis sed quia eos non dirigit nisi mediante electione, ideo ipsi non sunt praxes, & ideo determino me ad hoc quod ad praxim tria requiruntur. Primo, quod sit in potestate voluntatis, & sic electiuus. Secundo quod sit natus elici conformiter rationi. Tertio, quod non sit actus intellectus. Nec sequitur, ille actus rationis est directus ab habitu practico, ergo est praxis: oportet enim, si debet esse praxis, vel quod sit directus immediatè, vel si est directus mediatè, quod sit alterius potentie ab intellectu, quorum neutrum conuenit operationi intellectus.

Auctor im-
probat hunc
dicendi mo-
dum.

Quæ requi-
runtur ad
veram pra-
xiam.

bilis, ergo &c. Minor patet. Maior probatur. Et primo quod directio vltimi finis dirigitur per aliquam notitiam, quia voluntas potest errare circa vltimum finem in particulari. Quod autem notitia sic directiua sit practica, probatur. Illa dilectio est praxis, ergo habitus eam dirigens est practicus: consequentiæ patet. Antecedens probatur, quia illa dilectio est in potestate: & potest elici conformiter rationi. Confirmatur. Dilectio eorum quæ sunt ad finem est praxis, ergo etiam dilectio finis est praxis, antecedens patet. Consequentiæ probatur. Si conclusio est practica, etiam principia sunt practica, quia conclusio practica non resoluitur in principia speculatiua. Sed dilectio eorum quæ sunt ad finem continetur in dilectione finis, sicut conclusio continetur in principiis. ut dicitur 2. Physicorum tex. com. 89. ergo &c. Secundo, Principaliter arguitur. Si ideo notitia est practica, quia est de obiecto operabili, sequitur quod illa pars libri de anima in qua agitur de actibus sensuum, & intellectus & voluntatis sit practica. Sed hoc expresse est contra Philosophum 6. metaphys. tex. com. primi. Consequentiæ patet: quia prædicti actus sunt à nobis operabiles. Tertio. Ab eodem habet habitus quod sit practicus, à quo habet quod sit actiuus. Sed quod sit actiuus habet ex natura sua & non ab obiecto: ergo dato quod obiectum non esset operabile à sciente, adhuc habitus potest esse practicus. Maior patet. Minor etiam patet, quia habitus ex natura sua est principium operationis: & per consequens directiuus eiusdem. Quarto. Si quis crederet falso, terram esse producibilem per naturalem philosophiam, & per hanc scientiam addiceret, ut produceret terram, iste habitus esset practicus. Sed ipse non esset de obiecto operabili: ergo &c. Minor patet. Maior probatur. Ille habitus non esset gratia sui: imo ordinaretur ad productionem terræ, ergo non esset speculatiuus, sed practicus. Patet consequentiæ, ex primo metaphysicæ.

Secundatio

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Respondeo in ista quæstione primo præmittam aliqua: & postea dicam ad quæsitum. Quantum ad primum, sciendum est quod esse practicum est esse directiuum siue regulatiuum, esse autem regulatiuum conuenit omni habitui intellectus, quicunque sit ille, quia per omnem habitum potest elici aliquis actus conformis habitui. Actus enim quod intelligo lapidem per habitum philosophicum, est conformis huic habitui, quia per ipsum attingitur lapis, ut est representatus per speciem. Et quia omnis regula est prior regulato, cum regulatum præsupponat regulam, & mensuratum mensuram, & iterum quia omne regulatum potest esse conforme suæ regulæ, alioquin frustra ei adhiberetur regula. Siue enim actus non possit quouis modo esse deficiens, siue necessario sit deficiens, frustra apponitur ei regula. Ideo omnis habitus qui est actiuus directiuus, habet duos respectus ipsum consequentes, in quantum est regula scilicet, respectum prioritatis & conformitatis. Sed in his præcisè non consistit ratio habitus practici, quia ista conueniunt etiam habitui speculatiuo, licet non vniuersimodè sicut practico, quia isti respectus non conueniunt habitui speculatiuo, in quantum est speculatiuus, quia circumscriptionis his respectibus, adhuc possit dici speculatiuus si eliceret speculationem. Sed consequuntur habitum extrationem habitus intellectus, & non ex ratione speculatiui, habitui autem practico conueniunt non solum, quia est habitus intellectus, sed etiam, quia est practicus, quia in quantum practicus est directiuus. Præter istos verò respectus requiruntur tria alia. Primum est, quod actus directus per habitum practicum, sit alterius potentie ab intellectu. Secundum est, quod obiectum quod respicit huiusmodi actus, sit attingibile per talem actum. Tertium est, ordo saltem habitualis inter habitum quod obiectum, id est, oportet quod habens habitum, ordinet ipsum ad attingendum obiectum per actum quod dirigit. Præmitto secundo: ratio practici conuenit intellectui & habitui & actus intellectus. De intellectu habetur 3. de anima tex. com. 46. ubi Philosophus distinguit intellectum in practicum & speculatiuum. De habitibus & actibus habetur partim in hoc tex. com. primi, partim 6. ethic. tex. com. primi. Et licet tam intellectus habitus quam actus sit practicus, tamen hoc differenter est. Intellectus enim practicus & speculatiuus sunt vna res, sed denominatur intellectus esse practicus immediatè & formaliter ex habitu practico, qui in intellectu est subiectiuus: licet enim remotè dicatur practicus ex obiecto & ex fine: proximè tamen dicitur practicus ex habitu. Habitus vero habet quod sit practicus ex obiecto & ex fine: ut infra dicitur. Quia enim obiectum habitus est practicabile, ideo habitus est practicus, & denominatur esse practicus ex praxi quæ proximè dirigit. Actus verò elicitur ab habitu practico dicitur practicus sicut & habitus. Nam habitus practicus

Not. secundum.

Not. tertium.

Cui prius
conueniat
ratio practi-
ci.

Conclusio
Prima
Omnis no-
tia practi-
ca est de o-
perabili.

Ad primum

Ad secundum

mediatè actus electio per ipsum dirigit praxim. Vtrum verò ratio practici per prius conueniat habitui practico quæ actui ab eo elicit, arbitror quod per prius conueniat actui. Tum quia habitus practicus acquiritur mediatis actibus practici, ex frequentatione enim cytharizatione acquiritur habitus cytharizandi, & ideo prius natura. & tunc est ratio practici in actu quam in habitu. Tum quia quicquid conuenit actui & habitui & potentie ex obiecto, per prius conuenit actui quam habitui: quia actus est immediatus obiecto quam habitus. Vnde quia distinctio specifica conuenit omnibus istis ex obiecto, ideo actus immediatè distinguuntur per obiecta & postea habitus & postea potentia, ut dicitur 2. de anima tex. com. 33. Quæritur tamen potius de habitu quam de actibus, quia actus non remanent in potentia sicut habitus, & sic patet quod ideo habitus dicitur practicus, quia causatus est ab actu practico, vel saltem, quia potest elicere actum practicum, actus verò immediatè habet ex obiecto & ex fine quod sit practicus, & sic patet primum.

Quantum ad secundum hæc est prima conclusio. Omnis notitia practica est de obiecto operabili. Istam conclusionem non intelligo ad hunc sensum quod obiectum notitiæ practicæ sit semper & necessario producibile per notitiam practicæ, licet aliquando hoc contingat. Constat enim quod notitia quam habeo de colendo Deo & honorandis parentibus, de seruanda patria, est habitus practicus: & tamen nec Deus, nec parentes, nec patria à nobis produci possunt, sed per esse operabile intelligo esse attingibile per actum alterius potentie ab intellectu, qui actus cadat sub electione & consilio. Et præter hoc requiritur in quibusdam quod ille actus siue illa praxis qua attingitur obiectum sit nobilior actu elicit per habitum practicum, vnde scientia moralis est practica: quia actus virtutis directus est nobilior actu habitus practici, nobilior enim est facere opera iusta & fortia quam scire facere iusta & fortia, generaliter vero requiritur quod dignitas habitus practici sit ex dignitate praxis quam dirigit, ita quod non esset sufficientis appetibilitatis, nisi esset directiuus. Sic declarata conclusio, probatur quod ipsa sit vera. Primo finis scientiæ practicæ est operari: ergo oportet obiectum esse operabile. Consequentiæ patet: quia oportet materiam esse proportionatam fini. Antecedens est Philosophi 2. metaphys. tex. com. 3. & magis patebit in sequentibus. Secundo omne obiectum habitus aut est tantum speculabile aut non solum est speculabile, sed etiam operabile. Sed obiectum habitus practici non est tantum speculabile: alioquin habitus practicus esset speculatiuus: ergo est operabile. Minor patet. Maior probatur: quia sicut omnis habitus intellectus vel est speculatiuus, vel est practicus, ut dicitur 6. Eth. ita oportet omne obiectum esse speculabile vel operabile. Secunda conclusio Obiectum scientiæ practicæ non oportet esse rem distinctam à praxi. Ita conclusio satis est nota. Nam ars cytharizandi est habitus practicus: sed eius obiectum non est res distincta ab actu, ergo non cuiuslibet habitus practici obiectum est res distincta ab actu. Maior patet. Minor probatur, quia Philosophus primo Ethico. cap. 1. dicit quod aliquæ operationes sunt ipsæ finis: nec aliquid habent quod per eas fiat: ut cytharizare, pulsare & huiusmodi.

tamen illa notitia philosophiæ naturalis eius non est directiua, ille enim qui scit philosophiam naturalem non dirigitur per hunc habitum ad sic vel sic volendum & amandum. Habitus verò philosophiæ moralis est practicus, quia ipse dirigit quem & quid eligendum & amandum sit. Ad tertium negatur minor. Ad probationem dicitur quod non quilibet directiuitas facit habitum practicum, alioquin habitus speculatiuus esset practicus, sed directiuitas praxis qua obiectum est attingibile, ut dictum fuit: hæc autè directiuitas conuenit habitui ex obiecto quia respectus, quibus formaliter denominatur habitus esse practicus, conueniunt habitui ex obiecto. Ad quartum dicitur, quod ille habitus esset speculatiuus & esset gratia sui, quia ex se ordinaretur ad aliquid producendum, sed ordinaretur tantum à ratione erronea.

Ad tertium.

QVÆSTIO IIII.

Vtrum habitus sit principaliter practicus ex obiecto.

QVÆRITVR quartò. Vtrum habitus principaliter sit practicus ex obiecto an ex fine. Et videtur quod ex obiecto. Primo si finis facit habitum esse practicum, aut hoc facit, ut est elicitus extra, aut ut cognitus, aut ut consideratus & intentus. Non ut elicitus, quia ut sic, est posterior habitu & effectus aliquo modo ab eo: effectus autè non distinguit causam, nec ut intentus, quia naturaliter antequam intendatur est talis cognitio. Si ut cognitus, sic habet rationem obiecti: ergo obiectum distinguit. Secundo. Si scientia esse practica & ordinari ad praxim ut ad finem conuertatur, tunc moralis scientia non esset practica, consequens est contra Philosophum primo & quarto eth. Consequentiæ probatur, quia finis eius est felicitas, quæ secundum ipsum 4. ethi. consistit in speculatione non in praxi. Tertio. Non omnis cognitionis practicæ finis est praxis, aliqua enim intellectio est respectu praxis potentie inferioris, puta appetitus sensitui, vel potentie motiue: nullus autem actus potentie inferioris est finis actus intellectus: quia nihil ignobilius est per se finis actus nobilioris, actus autè intelligendi est nobilior & perfectior quocumque actu cuiuscunque potentie sensitivæ inferioris: ergo &c. Quartò. Vel habitus dicitur practicus propter extensionem actualem ad opus, vel propter aptitudinem. Non propter actualem, quia tunc habet non intendens operari non habet cognitionem practicam, igitur propter extensionem aptitudinalem. Sed aptitudo non conuenit vni nature & repugnat alteri: nisi propter aliquod absolutum in tali natura. Nam quia hæc natura est talis, ideo sibi conuenit talis aptitudo: igitur præsupponimus in ipsa re aliquam conditionem intrinsecam per quam sibi conueniat talis aptitudo, hæc autè conditio considerationis in se est ab aliqua causa eius prior: causa autem eius priores sunt intellectus & obiectum. ergo sibi conuenit ab intellectu vel obiecto. Confirmatur. Inde habet habitus quod sit practicus. Vnde habet praxim quod possit conformari intellectui, & quod sit posteriori intellectione. Sed hæc duo insurgunt ex natura obiecti: quia obiectum est operabile, & per consequens est posteriori intellectione, per quam producitur operatio circa obiectum.

Prima ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Respondeo. Et primo declarabuntur quedam pertinentia ad titulum quæstionis. Secundo dicitur ad quæsitum. Præmittitur primò quod aliquis habitus potest tripliciter dici practicus. Primò solum & præcisè ex obiecto: licet non sit practicus ex fine, nec ex modo considerandi: & plex. hoc est quando obiectum est quoddam operabile, sed per habitum consideratur eo modo quo non est operabile: operatio enim & productio terminantur ad rem particularem. Quando igitur res producibilis consideratur solum quoad rationes eius vniuersales: puta quod statua est quedam figura & qualitas quartæ speciei: & similiter quando acquirens habitum non intendit per ipsum operari: Secundo dicitur aliquis habitus esse practicus non solum quia obiectum est operabile: sed etiam quia consideratur modo quod est operabile, scilicet in particulari, sed non cum intentione operandi. Tertio dicitur habitus practicus ex obiecto & ex modo considerandi, & quia intenditur eius productio. Sciendum secundo, quod licet obiectum habitus practici dicatur esse eius finis, tamen non accipitur hic finis pro obiecto, sed pro operatione: habitus enim practicus est principium elicitum intellectionis obiecti, & est principium directiuum praxis, qua obiectum est attingibile, quæ quidem praxis est finis ad quem ordinatur illa

Not. primum.

Habitus practicus tri-
plex.

Not. secundum.

A quo sine
habitu, at-
tingitur practi-
cus.

QVÆSTIO IIII.

Vtrum omnis habitus practicus sit de re operabili ab habente habitum.

QVÆRITVR tertio. Vtrum omnis habitus practicus sit de re operabili ab habente talem habitum. Et videtur quod non. Primò. Habitus siue notitia dirigens voluntatem in amore vltimi finis, est notitia practica. Sed vltimus finis non est à nobis opera-

Prima ratio.

mediate

intellectio, ratione cuius dicitur quod habitus practicus, non est propter intelligere tanquam propter finem, sed est propter practicare & operari. Potest igitur duplex esse sensus quæstionis. Primo an habitus sit simpliciter, id est, uniuersaliter practicus ex obiecto, id est an ex obiecto habeat omnia quæ requiruntur ad hoc quod habitus sit simpliciter practicus. Et si ad hunc sensum sit mota quæstio, responderetur quod non, sed quod præter obiectum requiritur aliquid ex parte intellectus, scilicet modus considerandi, & aliquid ex parte voluntatis, scilicet intentio practicandi & operandi, quod nullum istorum per se sufficeret ad habitum simpliciter practicum. Quod probatur. Nam quod oportet obiectum esse practicabile paruit quæstione præcedenti. Quod requiritur intentio finis qui est praxis. Probatur primo, quia philosophus secundo mera tex. com. 3. dicit quod finis scientiæ speculatiuæ est veritas, practiciæ autem opus, & hac propositione utitur in hoc sexto ad probandum quod Metaphysica sit simpliciter speculatiua. Secundo quia Philosophus 2. ethi. cap. 2. sic arguit, Moralis philosophia non est gratia contemplationis, sed ut boni efficiamur, ergo est scientia practica. Constat autem quod consequentia non teneret nisi finis speculatiuæ esset speculatio, & finis practiciæ operatio. Tertio, intellectus speculatiuus differt sine ab intellectu practico: ergo & habitus speculatiuus ab habitu practico, consequentia patet. Antecedens est philosophi 3. de anima tex. com. 49. ubi etiam dicit Commentator quod finis intellectus speculatiui est scire tantum, operatiui autem operari. Quod etiam requiritur modus considerandi, patet, quia habitus eo est practicus, quo est operatiuus & factiuus. Quamdiu autem statur in uniuersali consideratione non fit motus ad aliquid agendum, ut dicitur 3. de anima. Ex hac conclusione sequitur quod si quis discat medicinam vel aliam scientiam practicam absque intentione operandi, si postea intendat operari, ille habitus qui non erat simpliciter practicus efficitur simpliciter practicus. Secunda conclusio. Nullus habitus est formaliter practicus intrinsecè ex obiecto, aut ex fine. Probatur: habitum esse practicum est habitum habere respectum prioritatis & conformitatis ad praxim: sed huius respectus non sunt obiectum nec praxis, cum relatio distinguatur à termino, ergo habitus non est formaliter practicus ad obiectum & finem. Secundo, id quod aliquid formaliter est tale, est intrinsecum ei: quia forma & effectus formalis non separantur: sed obiectum & finis non sunt intrinseca habitui: ergo &c. Dicitur autem habitus est practicus ex obiecto & ex fine: quia ex eis conueniunt habitui isti respectus: potest secundo aliter petra tractari hæc quæstio, scilicet, cum obiectum & finis necessario concurrant ad habitum simpliciter practicum, quid eorum principaliter concurrat: & quantum ad hoc dico duas conclusiones. Prima hæc est. Habitui est magis originaliter practicus ex obiecto quam ex fine. Probatur: quia nisi obiectum esset practicabile, non posset considerari modo operabili, nec cum intentione operandi, quia voluntas non est impossibile. Secundo: quia quod praxis sit conformabilis habitui practico: ideo est, quia obiectum potest produci conforme habitui: & per consequens, quia obiectum est posterius intellectione: ideo & productio obiecti est prior ea. Secunda conclusio, habitus habet completiue ex fine quod simpliciter sit practicus. Probatur primo. Id quo posito & quo remoto punitur & remouetur habitum esse simpliciter practicum, est id à quo completiue habet quod sit practicus. Sed finis est huiusmodi, ergo &c. Maior patet. Minor probatur. Si enim obiectum sit operabile, & non adsit intentio operandi, habitus non erit simpliciter practicus. Si uero adsit intentio operandi, oportet obiectum esse operabile. Secundo. De eodè obiecto potest haberi notitia practica & speculatiua secundum quid, ergo ad hoc quod sit simpliciter practica plus requiritur quam quod sit obiectum operabile. Antecedens patet. Nam si Sorti daret Deus virtutem productiuam rosæ cum intentione operandi, notitia Sortis de rosâ esset simpliciter practica, Notitia uero de plantatione de rosâ esset speculatiua. Constat autem quod hæc distinctio non esset practice ex obiecto, sed etiam ex fine, sciendum est tamen quod cum dicimus habitum esse simpliciter practicum ex fine, istud non solum debet intelligi de fine habitus qui finis est praxis, ad quam diligendam ordinatur habitus ex natura sua, sed etiam de fine scientiæ & habitus habitus: quia scilicet, ipse intendit per habitum operari. Vnde qui addiscit medicinam absque intentione medendi, non habet habitum simpliciter & absolute practicum, poterit tamen fieri simpliciter practicus adueniente intentione operandi.

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

Prima conclusio.

Habitui ab obiecto dicitur practicus.

Notandum.

Ad primam.

antequam intendatur finis. Quod patet, quia finis non esset prior intentione his quæ sunt ad finem. Dicitur secundo: quod si etiam talis cognitio esset naturaliter antequam intendatur finis, tamen ex fine potest habitus dici practicus denominatione extrinseca. Ad secundum negatur consequentia. Ad probationem dicitur quod felicitas non est finis proprius & immediatus scientiæ moralis, sed remotus & ultimus: & ideo ab ea non denominatur habitus. Ad tertium negatur antecedens. Ad probationem dicitur, quod licet nullus actus potentie sensitivæ possit esse ultimus finis intellectiōis: potest tamen esse finis eius intermedius & secundum quid. Ad quartum dicitur. Quod est propter extensionem aptitudinalem. Ad improbationem dicitur, quod hunc habitum habere talem aptitudinem est extrinseca ab obiecto & à fine & à modo considerandi obiectum, sed à fine sunt illi respectus aptitudinales completiue, ut dictum fuit, ad eodè quod habitus non est actus practicus, sed tantum virtute, nisi per voluntatem & intellectum ordinatur ad non: quæ ordinatio sit, aut actus secundus aut actus primus, scilicet habituale propositum operandi. Et per hoc patet ad confirmationem. Et præter hoc dicitur quod si etiam illi duo respectus essent tantum ab obiecto, adhuc non sequitur propositum, quia præter illos respectus requiritur intentio finis ad habitum simpliciter practicum.

Ad secundam.

Ad tertiam.

Ad quartam.

QVÆSTIO V.

Utrum practicum & speculatiuum sufficienter diuidant habitus intellectus.

QVÆRITVR quinto. An practicum & speculatiuum sufficienter diuidant habitus intellectus. Respondeo tribus conclusionibus, quarum prima hæc est. Practicum & speculatiuum sufficienter diuidant habitus intellectus, ita quod nullus est habitus in intellectu, quin ille sit aut practicus, aut speculatiuus, siue talis habitus sit scientia, siue non. Probatur, primo. Omnis habitus intellectus est aut sapietia, aut intellectus principiorum, aut scientia, aut prudentia, aut ars, ut dicit Philosophus sexto Ethicorum. Sed habitus primorum principiorum speculabilius est speculatiuus & habitus practicum est practicus, puta alteri non feceris quod tibi non vis fieri. Sapietia etiam omnis est speculatiua, primo metaphysicorum, ubi philosophus probat metaphysicam esse speculatiuam, quia est sapietia. Quod uero omnis scientia sit practica vel speculatiua, patet ex hoc 6. lib. Prudentiam uero & artem esse practicas, ponit philosophus sexto Ethicorum, ubi etiam reducit omnes prædictos habitus ad genus practici vel speculatiui. Secundo. Omnis intellectus est speculatiuus aut practicus, ergo etiam omnis habitus intellectus. Consequentia patet, quia intellectus non dicitur practicus, nisi ratione habitus quem habet. Antecedens est philosophi tertio de anima, text. com. 46. Tertio, quia philosophus in hoc 6. uolens probare quod naturalis philosophia sit speculatiua, sic arguit. Omnis scientia vel est speculatiua vel operatiua. Sed naturalis non est operatiua: ergo est speculatiua. Constat autem quod hæc ratio non concluderet, si daretur scientia media, quæ nec esset practica nec speculatiua. Confirmatur, quia Auicenna primo metaphysicorum cap. primo, expresse ponit omnem scientiam aut practicam esse, aut speculatiuam. Secunda conclusio. Ratio habitus practici conuenit quibusdam scientiis per se: & non tantum per accidens. Ista conclusio probatur per omnia argumenta facta in principio quæstionis: esse enim practicum conuenit habitui ex obiecto, quicquid autem habet habitus ab obiecto, conuenit habitui per se. Sed contra hanc conclusionem arguitur, quod omnis scientia in quantum est scientia sit speculatiua, & nulla practica. Prima: omnis scientia per se ordinatur tantum ad speculatiuum: ergo quilibet est ex se speculatiua. Patet consequentia: quia scientia dicitur practica aut speculatiua ex praxi vel speculatione. Antecedens probatur. Nullus habitus ex se inclinat nisi ad actus similes eis ex quibus est generatus, 2. ethi. ca. 1. Sed omnis scientia generatur tantum ex actibus cognitionis siue speculationis, cum acquiratur per demonstrationem quæ est actus speculandi, ergo &c. Secundo: habitus cuius accidit esse elicitedum vel imperatum à voluntate ordinatur ex se tantum ad speculatiuum. Sed actui scientiæ accidit esse elicitedum vel imperatum à voluntate, ergo &c. Maior patet. Minor probatur, actui qui est ex euidetia rei accidit esse elicitedum vel imperatum à voluntate: sed scire qui est actus scientiæ est ex euidetia rei, ergo &c. Tertio. Tantum ille actus per se est finis habitus scientiæ per quæ distinguuntur scientia ab omnibus aliis habitibus:

Conclusio prima.

Capite 5.

In præmia.

Capite 6.

Secunda conclusio.

Scd

Sed scire est huiusmodi, ergo qualibet scientia ordinatur ex se tantum ad scire. Et quo sequitur quod si ordinatur ad aliud opus, hoc accidit ipsi scientiæ. Minor patet quia scientia non distinguitur ab habitu qui non est scientia nisi per scire. Maior uero de se est nota. Ad primum dicitur, quod dupliciter potest habitus ordinari ad actum. Vno modo ad actum elicitedum, & in hoc sensu conceditur antecedens & negatur consequentia, quia nulla scientia dicitur practica ex actu elicitedo ab ea. Alio modo ordinatur ad actum qui per eam directus, & in hoc sensu conceditur consequentia & negatur antecedens. Nam per multas scientias dirigitur multi actus non elicitedi ab intellectu vel à tali habitu, ut patet de morali quæ dirigit actus appetitus sensitui. Ad probationem dicitur quod habitus non inclinat ad eliciedos nisi si tantum actus similes illis ex quibus est generatus: inclinat tamen etiam ad dirigendum multos alios. Ad secundum negatur minor de actu ordinato & directo ac regulato in quo solo sensu est uera maior. Ad tertium negatur maior: licet enim omnis habitus cognitiuus distinguatur ab habitu non cognitiuo tantum per scire, tamen habitus scientifici non distinguuntur tantum ex hoc inter se: sed quia finis vnus est tantum speculatiuus & scire, finis uero alterius est operari & practicare. Tertia conclusio. Practicum & quo scientia denominatur practica tantum ex fine, non est differentia essentialis nec proprietates inseparabilis. Probatur. Nulla differentia essentialis aut proprietates potest auferri à re, ipsa remanente. Sed habitus qui est practicus ex fine potest fieri non practicus ex fine, puta si acquirens habitum intendat operari: & nunc non intendat per eum operari: ergo &c. Minor patet. Maior probatur, quia si sic, sequitur quod contradictoria essent simul uera: si homo enim manens esset asinus: tunc esset homo & non homo. Sed contra hanc rationem arguitur. Primo, quia possibile est vnam propositionem affirmatiuam transferri in negatiuam: quia multæ affirmatiuæ efficiuntur negatiuæ per solam additionem negationis, ergo possibile est aliquid transferri ab vna differentia essentiali in aliam. Patet consequentia: quia affirmatio & negatio sunt differentie essentialis enuntiationis, primo perihemias. Secundo: propositio manens eadem & in se non mutata potest ex uera fieri falsa, ergo &c. Consequentia patet: quia ueritas & falsitas sunt differentie orationis. Antecedens patet: quia ex sola mutatione rei uariatur ueritas, orationis. Ad primum dico quod propositio affirmatiua & negatiua nunquam sunt eadem propositio nisi forte materialiter & in scriptis. De uocabulis enim patet quia distinctis prolationibus proferuntur. De metalli etiam patet, quia formantur distinctis actibus. Affirmatio enim fit per compositionem prædicati cum subiecto: negatio uero fit per diuisionem. Ad secundum dico quod uerum & falsum non sunt differentie orationis, sed accidentia per accidens.

Conclusio tertia.

Practicum & speculatiuum non sunt differentie essentialis scientiarum.

Ad primum.

Ad secundum.

QVÆSTIO VI.

Utrum omnis scientia speculatiua sit nobilior qualibet practica.

QVÆRITVR sexto. Utrum omnis scientia speculatiua sit nobilior qualibet practica. Et arguitur quod sic. Primo, quia Philosophus 6. Met. tex. com. 2. in fine, sic dicit, Theoricæ aliis scientiis desiderabiliores sunt. Sed omne magis desiderabile est magis appetibile & bonum, ergo theoreticæ siue speculatiuæ sunt meliores. Secundo. Sicut se habet speculatio ad praxim, ita scientia speculatiua ad practicam, sed omnis speculatio est nobilior qualibet praxi: cum sit actus nobilioris potentie, scilicet intellectus, ergo omnis scientia speculatiua est dignior practica. Tertio: omne contentum sub specie constituta per nobiliorem differentiam, est perfectius omni contento sub specie constituta per differentiam ei oppositam: sicut omne contentum sub homine est perfectius omni contento sub brutum, quia rationale constituitur hominem est perfectius irrationali constituto bruti. Sed speculatiuum & practicum sunt differentie scientiarum, ergo omne contentum sub speculatiuo est perfectius omni contento sub practico. Respondeo breuiter ad hanc quæstionem quod non omnis scientia speculatiua est dignior qualibet practica simpliciter & absolute, licet sit dignior secundum quid. Prima pars huius conclusionis probatur. Primo. Logica est scientia speculatiua, ut patet ex dictis supra, sed logica non est dignior omni practica, ergo non omnis speculatiua est perfectior qualibet practica. Maior patet. Minor probatur, philosophia moralis est practica, cum sit directiua praxis, ut patet ex omnibus libris ethi. Sed logica non est dignior

moralis philosophia, ut patet ex se, ergo &c. Secundo. Quilibet scientia habens pro obiecto ens reale est dignior omnium ea quæ habet pro obiecto ens rationis, cum nobilitas scientiarum primo & per se attendatur penes nobilitatem obiecti: ens autem reale est dignius ente rationis, sed multæ scientiæ practicæ, imo omnes habent pro obiecto ens reale: cum sola entia realia sint operabilia à nobis, & possint esse termini operationis. Aliqua uero speculatiua habet pro obiecto ens rationis (ut dictum est de logica) ergo aliqua practica est simpliciter perfectior aliqua speculatiua. Secunda pars conclusionis patet ex rationibus factis in principio quæstionis. Cum enim practicum & speculatiuum non sint differentie essentialis, sed proprietates quædam habitus scientifici, communes tamen etiam quibusdam aliis habitibus, illa scientia & secundum quid nobilior quæ habet nobiliorem prioritatem, cuiusmodi est speculatiuum.

Ad primam.

Ad secundam.

Ad tertiam.

QVÆSTIO VII.

Utrum habitus speculatiui sint tantum tres.

QVÆRITVR septimo. Utrum habitus speculatiui sint tantum tres. Respondeo. In ista quæstione non queritur uniuersaliter de habitibus speculatiuis, quia constat quod sunt plures. Nam habitus primorum principiorum est speculatiuus, sed queritur tantum de habitibus scientificis secundum genus eorum, & est quæstio. Utrum sint tantum tres scientiæ speculatiuæ distinctæ genericæ: quod dico, quia in naturali philosophia quæ est speculatiua, sunt multi habitus specie distincti: & similiter in Mathematicis, ut patet de geometria & Arithmetica. Ad quæstionem igitur sic intellectam respondendo dicitur quod scientiæ speculatiuæ de quibus loquitur Philosophus 6. met sunt tantum tres. Quod probatur. Primo, quia Philosophus 6. met. t. 2. postquam dixit de quibus considerat naturalis & mathematicus & diuinus, sic concludit in fine textus: Quare tres erunt philosophiæ theoreticæ, Mathematica, Physica, & Theoretica: ubi dicit Commentator, quod modi philosophiæ speculatiuæ sunt tres, scilicet scientia rerum mathematicarum & naturalium, & diuinarum. Secundo: talis est distinctio scientiarum speculatiuarum qualis est distinctio speculabilium. Sed speculabilia sunt tantum tria, ergo &c. Maior patet, quia scientiæ distinguuntur ex obiectis formalibus, obiectum autem speculatiuæ est speculabile. Minor probatur. Omne speculabile in quantum huiusmodi, est separatum aliquo modo à materia. Sed est tantum triplex modus separationis: à materia tantum, à materia sensibili, & non à materiâ intelligibili: ut omnia Mathematica, nempe quædam uero simpliciter sunt separata à materiâ: quia in eorum definitione nullo modo ponitur materia: & sic sunt ea de quibus est prima philosophia, ergo &c. Totam hanc rationem posuit philosophus 6. met. tex. c. 2. Pro nobilitate Quæst. Meta. Paul. Sonc.

Triplex modus abstractus.

huius

huius rationis sciendū est q materia impedit intellectio-
 nē quod patet ex duobus. Primū est quia ipsa maximē elō-
 gatur à ratione entis cum sit propē nihil, ens autē est for-
 malē obiectū intellectus. Secundū est, quia intellectus
 est potētia passiva & mouetur ab obiecto, materiā autē nō
 conuenit aliqua ratio mouendi, eo q ipsa est pura potētia.
 Ex hoc sequitur q oportet omne speculabile esse aliquo
 modo separatū à materiā ut dicebatur. Ea igitur quæ sunt
 omnino sine materiā, vt intelligentiæ, vel de quorū ratione
 non materiā, vt ens & eius passiōes & substantiā, pertinet
 ad primā philosophiā. Vnde tota latitudo obiecti metaphy-
 sicæ est ab ente & intelligentiis vsq; ad substantiā. Illa autē
 de quorū diffinitione est materiā, licet abstracte à mate-
 riā sicut vniuersale particulari, pertinet ad naturalem. Pri-
 mū autē istorum est corpus de genere substantiæ, quia o-
 portet omne corpus habere materiā: & idē cum descen-
 ditur à substantiā in substantiā corporeā, fit transitus à me-
 taphysicā ad philosophiā naturalem. Ea verō quæ nō ha-
 bent esse sine materiā, & tamen non diffiniuntur per mate-
 riā sensibilem, pertinent ad scientias mathematicas. Ter-
 tio arguitur. Tantum tres sunt modi diffiniendi, ergo tan-
 tum tres scientiæ speculatiuæ. Patet consequentia: quia
 scientiæ distinguuntur per diuersos modos diffiniendi, quia
 diffinitiones sunt principia demonstrationum, & ex princi-
 piis scientiæ distinguuntur, primo, posteriorum. Antecedēs
 probatur, quia primus modus est per omnes causas, & i-
 ste pertinet ad naturalem. Secundus est per tres causas tan-
 tum, scilicet formalem, finalem, efficientem: & iste pertinet
 ad primū philosophum. Tertius est tantum per causam
 formalem, & iste pertinet ad mathematicum. Quarto idē
 sic declaratur ab aliis. Dicunt enim q cum ens cōmune ha-
 beat aliquas passiōes cuiusmodi sunt verum, vnum, &c.
 oportet esse vnam scientiam quæ de istis consideret. Dicūt
 secundo, quod si volumus inuestigare per diuisionem sub-
 iectū alicuius alterius scientiæ, non oportet procedere
 diuidendo aliquod genus accidentis, quia quodlibet eorū
 in aliqua specie substantiæ mediare vel immediate virtua-
 liter continetur, & ita quodcumque istorum ponetur, non
 erit propriū subiectum, consequenter non accipietur di-
 stinctio primo scientiarum penes aliquod genus accidenti-
 um, sed oportet diuidere substantiā corporeā & in-
 corporeā. De substantiā autē incorporeā non possunt ex
 sensatis cognosci, nisi illæ proprietates quæ sunt commu-
 nes enti, & idē ipsa non potest esse subiectum alicuius
 scientiæ. Substantiā verō corporeā primo inest quantitas
 continua, & postea quantitas discreta, & mediante quanti-
 tate omnia quæ consequuntur quantitatem: vt qualitates
 quartæ speciei, & aliquæ relationes, & istæ passiōes sunt
 de ea, cognoscibiles ex principiis notis via sensus: & conse-
 quenter substantiā corporeā potest esse & subiectum ali-
 cuius scientiæ speculatiuæ, possibilis haberi à nobis quæ est
 alia à metaphysicā, & hæc dicitur Mathematica. Eadem
 quoque substantiā corporeā considerata non absolute in-
 quantum est corporeā, sed in quantum habet aliquam for-
 mam quæ est principium operationis & motus, est subie-
 ctum naturalis philosophiæ. Nā primus philosophus con-
 siderat de quantitate in quantum est pars entis. Naturalis
 verō in quantum est subiectum motus. Mathematicus verō
 sub ratione præcisæ quantitatis. Sed iste modus dicendi ita
 re non potest, in quantum ponit q substantiā corporeā est sub-
 iectum mathematicæ, quod probatur. Primo impossibile est
 q idem sit secundum eandē rationē formalem subiectū in
 diuersis scientiis, vt patet 3. de anima. tex. cō. 36. Sed substā-
 tiā corporeā pertinet secundū omnē sui considerationem
 ad philosophum naturalem, ergo non spectat ad mathema-
 ticū. Minor probatur. Nā substantiā corporeā siue corpus de
 genere substantiæ non pertinet ad mathematicum quoad
 materiā, quia mathematicus abstrahit à materiā: neq; quo-
 ad formam, quia mathematicus abstrahit à motu, & conse-
 quenter à forma substantiāli, quia ipsa est primū principium
 cuiuslibet transmutationis. Secundo. Quæcumq; diffiniuntur
 in aliqua scientiā, præsupponunt subiectum illius scien-
 tiæ, ergo si corpus de genere substantiæ esset subiectum
 mathematicæ, sequitur quod omnia accidentia mathema-
 tica diffiniuntur per substantiā corporeā, quia omne
 accidens diffinitur per subiectum, & consequenter acciden-
 tia mathematica diffiniuntur per id cuius pars est mate-
 riā. Tertio sequeretur quod naturalis philosophia esset ab-
 stractior quàm mathematica. Cōsequens est falsum & con-
 tra Commen. 6. metaph. cap. 2. ergo &c. Cōsequentia pro-
 batur. Si substantiā corporeā est subiectum mathematicæ:
 & naturalis philosophiæ secundum diuersas rationes for-
 males, oportet quod inter illas rationes sit ordo: & conse-
 quenter quod vna sit prior alia. Sed ratio secundum quam
 est subiectum in philosophia est secundum quod eius for-

ma substantialis est principium & motus, ratio per quam
 est subiectum mathematicæ est secundum accidentalem.
 Sed forma substantialis est prior accidentali, ergo natura-
 lis esset prior mathematica, & consequenter etiam abstra-
 ctio, quia semper prius est abstractius posteriori.

Q V Æ S T I O V I I I .

Vtrum distinctio formalis scientiarum sumatur ex
 diffinitione formalis obiectorum.

Q V Æ R I T V R octauo. Vtrum distinctio formalis
 scientiarum sumatur ex formali diffinitione obiecto-
 rum. Et arguitur quod non. Primo de eodem subiecto
 re & ratione possunt esse duæ distinctæ scientiæ, ergo cum
 vnitate subiecti stat pluralitas scientiarum. Consequen-
 tia patet. Antecedens probatur. Scire hominem esse ri-
 sibilem, & scire hominem esse beatificabilem, est scire al-
 terius & alterius rationis, cum sint passiōes diuersarum
 rationum, & tamen subiectum est idem, ergo & cetera. Se-
 cundo. Per naturalem philosophiam scitur terra sub ratio-
 ne rotunditatis: vt dicitur secundo physicorum, text. com.
 18. & per astrologiam cognoscitur terra sub eadem ratio-
 ne. Sed naturalis philosophia & astrologia sunt distinctæ
 scientiæ, ergo diuersæ scientiæ considerant idem obiectum
 sub eadem ratione formali. Tertio. Si scientia
 habet vnitatem ex vnitate subiecti, aut hæc vnitas est spe-
 cificā, aut genericā, aut generis subalterni, aut generis ge-
 neralissimi, aut entis. Nō, primum, alioquin tot essent scien-
 tiæ, quot species rerum. Non secundum, quia pari ratione
 tot essent scientiæ, quot sunt genera subalterni. Non
 tertium, quia tantum essent decem scientiæ. Non quar-
 tum quia sequitur quod esset tantum vna scientia, præfer-
 rim si ens habeat aliquam vnam rationem. Quarto. Scien-
 tiæ & fides & opinio sunt distincti habitus, vt patet 2. de
 anima, tex. comen. 37. & 6. Ethicorum. Sed ista possunt
 esse eodem de obiecto formali, ergo etiam diuersæ scien-
 tiæ possunt esse de eodem formali obiecto. Minor patet, pos-
 sum enim scire q Sol est maior tota terra, q Plato credit
 & Sortes opinatur. Consequentia probatur, quia plus dif-
 fert scientia ab opinione (vt dicitur 6. Ethicor.) quam duæ
 scientiæ inter se. Quinto. Sicut habitus refertur ad obiectum,
 ita & potētia refertur ad obiectum, sed duæ potē-
 tiæ possunt ferri super idem obiectum, & sub eadem ratio-
 ne formali, ergo etiam duo habitus possunt respicere ean-
 dem formalem rationem in obiecto. Consequentia vide-
 retur nota. Minor probatur. Nā albedo sub ratione coloris
 cognoscitur tam à visu quam à sensu communi & ab intel-
 lectu. Sexto. Id à quo res habet vnitatem & distinctionem
 specificam, est intrinsecum ipsi rei. Sed obiectum non est
 intrinsecum habitui: ergo &c. minor patet ex se. Maior pro-
 batur. Principium formale & effectus formalis non possunt
 abinuicem separari. Sed formale distinctiuum & formalis
 distinctio se habent vt principium formale, & vt effectus
 formalis, ergo in quocumque est formalis distinctio, in eo
 est formale distinctiuum.

Respondeo. Et prius præmitto quod aliud est loqui de
 numerali diffinitione habituum, & aliud de diffinitione
 specificā. Nam satis constat quod numeralis distinctio sumi-
 tur ex subiectis. Ideo enim Metaphysica Sortis est distin-
 cta numero à metaphysica Platonis, quia hæc est in vno in-
 tellectu, & alia in alio. Intellectus verō distinguuntur, quia
 sunt distinctarum animarum: anime verō distinguuntur, vt
 infra dicemus de principio indiuiduationis per materiam.
 Sed loquendo de diffinitione specificā quæ est formalis.
 nam distinctio indiuiduorum est materialis, cum fiat tan-
 tum per materiā. Dico quod dupliciter potest accipi scien-
 tiā. Vno modo pro notitia præcisā vnius conclusionis. Alio
 modo pro aliqua totali scientiā aggregatā ex partialibus
 notitiis partialium conclusionum. Præmitto secundo, quod
 dupliciter possunt distinguī scientiæ diffinitione formali.
 Vno modo secundum genus, sicut philosophus 6. metaph.
 tex. comen. 2. distinguit speculatiuā in naturalem, ma-
 thematicā, & diuinā. Constat enim quod hæc distin-
 ctio non est secundum species specialissimas, sed secundum
 genus: quia sub mathematica continentur multæ, quæ
 specie distinguuntur inter se. Præmitto tertio, quod tri-
 plex potest esse ratio formalis. Prima est quæ se tenet
 ex parte scientis: & hæc est per quam sciens venit in no-
 titiam obiecti. Hanc autem rationem formalem, non ap-
 pello speciem intelligibilem obiecti existentem in intel-
 lectu scientis, quia ista est essentialiter ipse habitus, sed
 per huius rationem formalem intelligo ipsum medium,
 per quod sciens venit in notitiam obiecti. Nam si per de-

Contra Suesanum.

Impugnatur. Aut. hunc modum distendi.

Prima ratio.

Secundaria ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio. Capite 6i.

Comen. 4. Quinta ratio.

Sexta ratio.

monstrationem scio terram esse rotundam, & tu eandem
 conclusionem tantum per medium probabile, aut per fide-
 dem: erit vtique eadem ratio in obiecto scilicet rotunditas,
 sed erit alia & alia ex parte scientis. Secunda est ratio
 se tenens ex parte scientiæ, quam intellectus apprehendit
 & attingit in obiecto, & hæc est ratio sub qua obiectum
 cognoscitur, & per quam ei insunt suæ passiōes: & hoc
 modo mobilitas est ratio formalis subiecti naturalis phi-
 losophiæ, & entitas est ratio subiecti metaphysicæ, in qua
 consideratur de ente non sub aliqua ratione contracta:
 puta sub ratione substantiæ, vel quantitatis, sed sub com-
 muni ratione entis. Tertia est ratio se tenens ex parte ob-
 iecti relatiuē ad habitum, & hæc est illa quæ denomi-
 nat obiectum in quantum est obiectum. Dicitur enim ob-
 iectum, quia obicitur potētiæ & habitui, & idē vbi sunt
 diuersi modi se obiciendi, ibi est diuersa ratio obiecti, in
 quantum est obiectum. Istud patet tam in habitibus quā in
 potētis. In potētis quidem. Nam color obicitur vi-
 sui, & intellectui, & voluntati à qua amari potest, sed mo-
 dus quo obicitur visui est immutando ipsum per mediū
 extrinsecum absque reali alteratione mediij & organi. Vn-
 de si volumus diffinire obiectum visus, in quantum est ob-
 iectum, dicemus quod est immutatio visus per medium
 extrinsecum &c. Color autem obicitur intellectui causā
 do sui speciem representatiuā quidditatis in vniuersali.
 Et idē diffiniemus obiectum intellectus dicentes, quod
 est immutatio eius per sui similitudinem representan-
 tem quidditatem vniuersalem. Idem color immutat vo-
 luntatem trahendo eam ad se post sui cognitionem. Pa-
 tet etiam in habitibus. Nam obiectum metaphysicæ est
 scibile per medium separatū à materiā omnino. Obiectum
 mathematicæ est scibile per medium separatū à materiā
 sensibili tantum. Obiectum naturalis philosophiæ, est
 scibile per medium separatū à materiā sensibili
 particulari non communi. Distinguuntur autem hæc ra-
 tiones, quia tantum secunda attingitur per intellectum,
 Dum scio vnam conclusionem demonstratam, non propter
 hoc apprehendo quod ipsa sit demonstrata, sed dum
 scio hominem esse risibilem: quia est animal rationale,
 oportet me apprehendere hominem esse animal rationale:
 quia conclusio non scitur, nisi sciatur præmissa, vt di-
 citur primo posteriorum, tex. comen. 5. Secundo distin-
 guuntur, quia hæc secunda ratio est per quam subiecto in-
 sunt passiōes, non autem alia sunt causa huius inha-
 rentiæ. His præmissis quæ partim sunt Gregorij & partim
 Petri de Palude primo sententiarum. Hæc est prima con-
 conclusio. Formalis ratio se tenens ex parte scientis, non facit
 propriē distinctionem scientiarum, sed distinguit scien-
 tiam à quibusdam aliis habitibus, scilicet à fide vel opi-
 nione. Prima pars huius conclusionis probatur. Id in quo
 omnes scientiæ conueniunt, non faciunt distinctionem
 in scientiis, sed conuenientiam. Sed omnes conueniunt
 in vno generali modo: qui est acquiri per demonstrationē,
 vt patet primo posteriorum, quia syllogismus dem onst ra-
 tiuus est syllogismus scientialis, id est faciens scire: ergo
 nullæ scientiæ possunt distinguī ex hoc quod aliquæ sint
 acquisitæ per demonstrationem, & aliquæ non. Secunda
 pars probatur. Assentire conclusioni ex sola auctoritate
 dicentis, est assensus fidei, assentire autem ex euidētia
 conclusionis resolutē in sua principia, est assensus scien-
 tialis: ergo isti modi faciunt distinctionem inter scien-
 tiam & fidem. Ex ista conclusione patet, quod si discipulus
 aliquis assentiret omnibus conclusionibus sibi, propositis
 à docente propter solam auctoritatem dicentis & alius
 assentiret propter earum euidētiā in suis principiis,
 quod isti habitus ab eis acquisiti non distinguerentur sicut
 duæ scientiæ, sed sicut scientia & fides. Sed quid si
 Deus reuelaret alicui notitiam huius conclusionis, homo
 est risibilis essetne ista notitia eiusdem rationis cum ea
 quam Sortes acquisit ex demonstratione de eadem con-
 clusione? Respondeo quod ista sunt negotij theologici: ta-
 men dicitur breuiter, quod si iste assentiret illi cōclusioni
 solum, quia à Deo dicta est absq; infusione alicuius noui
 luminis, ipse haberet tantū fidem de illa conclusione, sicut
 etiam dum assentiret dictis ab aliquo homine, & hic dicitur
 fides acquisita. Si verō infunderetur ei lumen, quo me-
 diante assentiret conclusioni absque euidētia conclusio-
 nis, ipse haberet infusam fidem, & hoc modo nos assenti-
 mus articulis fidei. Si verō infunderet Deus isti lumen ali-
 quod supernaturale, quo mediante non tantum assentiret
 conclusioni, sed etiam de ipsa haberet euidētiā, iste vtique
 non acquireret fidem, sed altiore notitiā, quia fides
 requirit in euidētiā, & hæc notitia distingueretur à scien-
 tia per opre dicta, quia demonstratio quæ est medium ad

acquirendam scientiam, est alterius rationis ab illo lumi-
 ne diuino. Vtrum autem Deus possit dare aliquod tale lu-
 men altius fide, nō est presentis speculationis. Nam etiā
 prædicta inuere dixi, sed idē dixi vt magis pateret veritas
 primæ conclusionis. Secunda conclusio. Generica diffin-
 ctio scientiarum speculatiuarum sumitur ex diffinitione
 formalis rationis obiecti, in quantum est obiectum, & non
 ex ratione formali quæ attingitur in obiecto. Ista conclusio
 habetur à philosopho in hoc sexto libro. Ex cuius doctrina
 sic arguitur. Speculabile per omnimodam abstractionē
 à materiā, est obiectū metaphysicæ. Speculabile per abstra-
 ctionem à materiā sensibili, & nō à materiā intelligibili, est
 obiectum mathematicarū. Speculabile per abstractionē à
 materiā sensibili particulari & non cōmuni, est obiectū na-
 turalis philosophiæ, vt dicitur in textu. Sed prædictæ sunt
 rationes formales istorum obiectorum, in quantum sunt
 obiecta, id est, in quantum habent immutare intellectum
 ad acquirendum istos habitus: ergo isti habitus distingui-
 tur ex formali ratione obiecti in quantum est obiectum.
 Secunda pars conclusionis probatur. Eandem rationem
 formalem considerant duæ scientiæ genere distinctæ:
 ergo non distinguuntur per illam rationem in obiecto.
 Consequentia patet. Antecedens probatur. Nam rotundi-
 tatem terræ considerat Naturalis & Astrologus. Sed iste
 saltem vt probant terram esse rotundam distinguuntur
 genere, quia astrologia in probatione illius conclusionis
 accipit tantum medium mathematicum, scilicet distan-
 tiam & magnitudinem stellarum & huiusmodi. Mathema-
 tica autem sunt alterius generis à naturali: ergo &c. Et
 quia huic generali modo obiectorum, in quantum obiecta
 sunt, sumuntur proportionabiliter media demonstratio-
 num, idē distinguuntur scientiæ secundum genus etiam
 ex talibus mediis. Nam media in demonstrationibus na-
 turalibus, concernunt materiam sensibilem: gratia exem-
 pli, probamus terram esse rotundam per grauitatem partium:
 constat autem quod grauitas est qualitas sensibilis
 tactu. Media verō in mathematicis concernunt materiam
 intelligibilem, scilicet quantitatem. In demonstrationibus
 autem metaphysicis media nullam materiam implicant.
 Dicuntur autem huiusmodi obiecta & media facere distin-
 ctionem genericam, quia non possunt reduci ad aliquod
 vnum genus scibilis in quantum est scibile, vt magis pate-
 bit quæstione sequenti. Ex his sequitur corollarie quod
 non quælibet diuersitas demonstrationum facit distinctio-
 nem genericam scientiarum. Nam in philosophia naturali
 demonstratur per omnes causas, vt dicitur 2. phy. tex. com.
 70. demonstratio autem quæ est per materiam distinguitur
 ab ea quæ est per finem, sed omnes istæ demonstratio-
 nes habent eundem modum communem, quia omnes cō-
 concernunt aliquid pertinens ad modum. Tertia conclusio. Vnitas
 specifica scientiarum non sumitur ex formali ratione
 obiecti in quantum est obiectum, sed ex ea quæ sibi
 conuenit in quantum est res quædam. Prima pars probatur.
 Scientiæ distinctæ secundum speciem conueniunt in
 formali ratione obiecti in quantum est obiectum: ergo illa
 ratione nō distinguuntur. Consequentia patet. Antecedēs
 probatur. Arithmetica & geometria distinguuntur specie,
 & similiter scientiæ libri de cælo, & scientiæ libri de gene-
 ratione. Sed istæ conueniunt in eadem ratione: ergo &c.
 Maior probatur, quia plus distinguitur arithmetica à geo-
 metria, quam duæ geometriæ inter se, & plus scientia de
 cælo à scientiā libri de generatione, quàm duæ scientiæ de
 cælo inter se. Sed duæ geometriæ differunt solo numero,
 ergo illæ differunt plus quàm numero, & per consequens
 distinguuntur specie. Minor etiam probatur, quia arithme-
 tica & geometria conueniunt in hoc, quod est considera-
 re obiectum per abstractionem à materiā sensibili, & non
 ab intelligibili, & scientia de cælo & de generatione con-
 siderant obiectum concernens materiā & motū. Secunda
 pars eiusdem conclusionis probatur. Primò. Distinctio &
 vnitas scientiarum sumitur ex formali ratione obiecto-
 rum: quia vt dicitur tertio de anima. tex. comen. 38. scientiæ se-
 cantur quemadmodū & res. Sed distinctio & vnitas speci-
 fica nō accipitur ex ratione obiecti, in quantum est obiectum,
 ergo accipitur ex ratione quæ sibi conuenit in quantum est
 res. Secundo. Distinctio & vnitas specifica inde accipitur,
 vnde accipitur distinctio & vnitas specifica demonstratio-
 num. Sed hæc sumitur ex reali ratione formali, ergo &c. Maior
 nota. Minor probatur. Distinctio & vnitas specifica demō-
 strationū sumitur ex vnitate & diffinitione principiorū.
 Sed distinctio principiorum sumitur ex formali ratione
 obiecti, quia ipsa formalis ratio obiecti est ipsa eius diffini-
 tio, si obiectū sit diffinibile: diffinitio autē subiecti, est prin-
 cipium siue medium in demonstratione. Ex ista cōclusionē
 Quæst. Meta. Pau. sonc. i 4 sequuntur

Secunda conclusio.

Tertia conclusio.

sequuntur tria corollaria. Primum est quod metaphysica est vnus speciei in quolibet intellectu humano. Probatur. Quælibet metaphysica respicit eandem rationem formalem adæquatè, scilicet rationem entis in quantum ens, ergo quælibet est eiusdem rationis. Consequentia patet. Antecedens probatur. Si daretur aliqua ratio quæ non respiceret adæquatè rationem entis, iam non esset metaphysica. Confirmatur. Si distingueretur, hoc non esset nisi quia ratio entis contraheretur per differentias in aliquas species per se diuidentes rationem entis. Sed hoc est improbatum: ergo &c. Secundum corollarium. Scientia libri de cælo est alterius rationis à scientia libri de generatione. Probatur, quia earum subiecta habent distinctas rationes formales. Nam subiectum libri de cælo, est ens mobile ad vbi, & subiectum in libro de generatione est mobile ad formam. Istæ autem differentie per se sunt diuidentes mobile in quantum est mobile. Tertium corollarium. Idem secundum rem est scientias distingui specie ex obiecto formali, & ex principiis. Probatur. Quia principium demonstrandi passionem de subiecto, est ipsa formalis ratio subiecti, scilicet definitio eius: prædictæ autem conclusiones intelligendæ sunt de scientia totali, id est, quæ dicit totum vnum habitum perfectum ex multis partialibus. Quarta conclusio. Distinctio & vnitas specifica scientiæ quæ est præcisa notitia vnus conclusionis, non accipitur ex formali ratione subiecti, sed ex vnitate passionis quæ demonstratur. Ista conclusio probatur, quia de eodem subiecto sub eadem ratione formali & per idem medium possunt demonstrari plures passionem. De homine enim per eius definitionem potest demonstrari quod est risibilis, & quod est disciplinabilis, sed hæ notitiæ non sunt eiusdem speciei cum sint simul in eodem subiecto: ergo distinguitur specie. Sed non distinguitur per formalem rationem obiecti aut principij cum sit idem: ergo per distinctionem passionum.

Ad primum. Ad argumenta respondetur, Ad primum dicitur quod beatificabilitas conuenit homini non præcisè per hoc, quod est animal rationale, alioquin omne beatificale esset animal rationale: quia vbi est præcisa & totalis causa, ibi est idem effectus, sed conuenit ei per aliquid commune homini & substantiis separatis, & idè potest dici quod illæ duæ notitiæ sunt per diuersa principia formalia & de distinctis obiectis formaliter, quia risibilitas conuenit homini in quantum est rationalis & discursus: beatificabilitas verò non conuenit ei in quantum est rationalis & discursus, cum in actu beatifico non sit discursus, sed in quantum est intellectiuis. Vel potest dici quod illæ duæ sunt notitiæ partiales, pertinentes ad vnam totalem scientiam. Ad secundum dicitur quod illæ notitiæ pertinent ad scientias genere distinctas: quia vt diximus sunt per principia diuersorum generum. Ad tertium dicitur quod procedit ex falsa imaginatione: quia scientiæ distinguuntur ex distinctione obiectorum, vt sunt scibilia, & ex differentiis quibus per se diuiditur scibile: non autem ex aliis differentiis, sicut est rationale, irrationale & huiusmodi. Ad quartum dico quod illi sunt distincti habitus, sed non sunt distinctæ scientiæ, vt dictum fuit in prima conclusione. Ad quintum primò negatur consequentia: quia in eadè potentia, possunt esse multi habitus speciei distincti, & idè omnia obiecta illorū habituum cognoscuntur per illa potentiam, sed habitus distinguuntur inter se. Cuius ratio est: quia potentia respicit obiectum sub ratione magis vniuersali quàm habitus. Vnde ex illa ratione communi habet potentia quod sit vna, habitus verò distinguuntur ex his quæ continentur sub illa communi ratione. Dico secundo, quod etiam minor est falsa. Nam impossibile est quod duæ potentie respiciant primò & per se idem obiectum. Vnde enim respicit colorem primo & per se, in quantum est color, sensus autem communis respicit ipsum non primò in quantum est color, sed in quantum est sensibile. Intellectus verò in quantum est ens, & voluntas in quantum est bonum. Ad sextum hæ per dictum est, quod formale distinctiuū inest habitui: tamen sumitur ab obiecto quod est extrinsecum, sicut etiam supra diximus de actione & passione & de relationibus.

QVÆSTIO IX.

Vtrum scientia sit simplex qualitas.

QUÆRITVR nonò. Vtrum scientia sit quædam simplex qualitas. Et arguitur quod sic. Primo. Omnis forma existens in anima est simplex. Sed scientia est in anima, ergo est simplex. Minor patet. Maior probatur: quia talis forma non componitur ex materia & forma; nec ex partibus quantitatis, cum accidentia

Prima ratio.

animæ sint purè spiritualia: nec ex partibus potentialibus, vt de se patet: ergo nullo modo componitur. Secundò. Maiorem vnitatem habet accidens animæ, quàm accidens corporale. Sed albedo, & aliæ qualitates corporeæ sunt formæ simplices, ergo scientia quæ est accidens animæ, est simplex. Tertio. Non sunt maioris simplicitatis habitus existentes in voluntate, quàm existentes in intellectu, sed habitus voluntatis sunt simplices, vt patet de iustitia & de aliis, ergo etiam habitus intellectus, cuiusmodi est scientia

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Not. primò.

Respondeo. In ista quæstione non est dubium an scientia sit qualitas, sed an sit simplex, & nullo modo composita compositione ex his, siue ex partibus. Quod enim facit compositionem cum intellectu in quo est, nullus dubitat. Similiter non queritur de vnitate quam habet scientia ex obiecto, sed de ea quæ sibi conuenit in quantum est in se quædam entitas. Sciendum etiam quod non est quæstio de notitia vnus tantum conclusionis: quia satis patet, quod ipsa est simplex, sed est quæstio de vna totali scientia. Et in hoc consistit difficultas, vtrum per quamlibet demonstrationem acquiratur noua entitas in intellectu: quæ simul addita alteri entitati constituat vnum habitum, vel potius nulla noua entitas acquiratur, sed tantum entitas præexistens fiat intensior nullo addito. Primo autem in hac quæstione dicam opinionem S. Tho. Et postea dicam quomodo alij cum eo conueniunt aut dissentiant. Quantum ad primum dicunt aliqui quod S. Tho. aliquando dicit scientiam esse qualitatem simplicem & allegant quæstionem 54. art. 4. in prima secundæ. Aliquando etiam dixisse quod scientia est collectio specierum, & allegant multa alia loca, in quibus hoc dicit. Postea verò concordantes hæc duo dicunt, quod scientia potest accipi dupliciter. Vno modo pro habilitate quam habet intellectus ad recipiendam speciem, vt pro habilitate quam acquirit dum frequenter videtur aliqua specie. Alio modo accipitur pro speciebus causatis ab intellectu agente & phantasmatis. Primo modo dixit Auicenna, scientiam esse habitum, & hunc modum dicendi aliquando recitat S. Tho. licet non placeat ei, sed loquitur secundum aliorum opinionem, quauis eam non improbet. Secundo modo scientia est habitus secundum opinionem ipsius: & idè ista est tenenda. Videtur mihi quod isti in quibusdam errent, & non bene examinent verba S. Tho. Primo quidem, quia in prima secundæ vbi allegatur, non dicit scientiam esse simplicem qualitatem, sed loquitur vniuersaliter de habitibus, & disputat vtrum habitus intendatur per additionem, partes ad partem, & determinat quod non. Et dicit habitum esse simplicem qualitatem, sed hoc non dicit de illo habitu qui est scientia: verum est quidem quod ibi in responsione ad tertium argumentum sic dicit: quod qui in aliqua scientia acquisiuit scientiam vnus conclusionis per vnam demonstrationem habet quidem habitum, sed imperfectè. Cum verò acquirit per aliam demonstrationem scientiam alterius conclusionis, non generatur in eo alius habitus, sed qui prius inerat fit perfectior. Ex istis autem verbis non sequitur quod habitus sit simplex qualitas. Ad cuius notitiam est sciendum, quod cum in scientia secunda passio demonstratur de subiecto per primam, & tertiam per secundam, & sic successiue, oportet id, quod est conclusio in prima demonstratione, esse principium in secunda, puta sic dicendo: Omne risibile est disciplinabile, omnis homo est risibilis, ergo omnis homo est disciplinabilis, ecce quod ista, omnis homo est risibilis, quæ erat conclusio primæ demonstrationis, est principium secundæ. Intellectus autem vtens aliqua notitia intendit ea, Et idè per secundam demonstrationem, illa notitia quæ scio hominem esse risibilem, & quæ fuit acquisita per primam demonstrationem, intenditur & perficitur. Sed præter hoc acquiritur etiam vna noua notitia, quæ est alius habitus à prima, sed vtraque pertinet ad vnum habitum, & idè præter illam perfectionem intensiuam est etiam ista secunda perfectio quasi extensiuæ. Propterea subdit S. Tho. quod talis habitus est ad plura se extendens. Nec est sibi attribuendum quod dicat id quod non dicit. Nec est dicendum quod contradicat his quæ posuit in aliis locis, nisi hoc expressum. Verum est etiam quod libro primo contra Gentil. capi. 57. sic dicit, habitus vel est habilitas quædam, vel est collectio specierum, sed ex hoc non habetur quod secundum ipsum sit habilitas, quia loquitur tantum sub disunctione & non determinatè. Et si dicas, loquitur etiam sub disunctione quod est collectio specierum. Dico quod hoc est verum, sed alibi dicit expressè quod scientia est species ordinatè, nullibi verò dicit expressè quod scientia sit habilitas. Secundò. Errant in quantum dicunt quod scientia est habilitas quæ-

Opinio S. Tho. de sci. tia.

Not. secundum.

Contra Cap. proolum.

dam & entitas distincta à speciebus intelligibilibus, quia aut accipitur habilitatem qua intellectus est habilis, vt facile conuertatur ad substantiam separatam causantem species in intellectu: vt dicebat Auicenna, aut accipiunt habilitatem pro entitate acquisita in intellectu ad vtendum speciebus iam acquisitis. Primum non potest dici, quia S. Tho. reprobat illam opinionem Auicennæ libro 2. contra Gentil. cap. 73. Secundum etiam non potest dici, quia vt dicit S. Tho. de potetia, quæst. secunda, art. 1. quicquid est in intellectu, aut est ipsa potetia intellectiua, aut species intelligibilis, aut actualis intellectus, aut verbum: ergo non acquiritur entitas distincta à prædictis, quæ dicatur habilitas, sed solum intellectus dicitur habilior ex hoc, quod species qua vtitur intellectus frequenter, sit intensior: & consequenter per eam intellectus habilitatur magis quàm prius ad promptè & delectabiliter intelligendum ea mediante, ita quod habilitas quæ acquiritur non est noua entitas, sed ipsa species intensior quàm prius: aut saltem est noua species per quam potest intellectus intelligere aliquid, quod antè non poterat. Tertio. Errant qui dicunt quod species intelligibiles quæ dicuntur habitus, non sunt aliud nisi illæ species quæ causantur ab intellectu agente & phantasmate. Hoc enim est falsum, quod probatur. Primò, quia notitia scientifica est qua cognoscitur aliquid complexum per eam representatur, sed species causata à phantasmate. representant simplices quidditates, ergo ipsæ non sunt scientia. Secundò. Scientia est posterior demonstratione: sicut effectus est posterior sua productione. Sed species causata à phantasmate non est posterior demonstratione, sed prior, quia oportet prius habere notitiam terminorum simplicium, quàm concludere eorum complexiorem, ergo & cætera. Dico igitur aliter, quod intellectus habens simplicem notitiam terminorum, id est species representantes eorum significata, causat in se notitiam principiorum, & per hanc notitiam causat in se notitiam alicuius conclusionis: puta quod homo est risibilis. Ille autè actus quo mediante causat huiusmodi notitiæ, dicitur demonstratio. Per istum verò notitiam causat notitiæ sequentis conclusionis, & sic successiue, donec sciatur omnes conclusiones vnus scientiæ. Differt autem scientia à speciebus causatis à phantasmate: quia scientia est species representans vel representantes complexa. Istæ autem representant tantum simplicia. Item quia scientia est species causata ab intellectu possibili, concurrente lumine intellectus agentis. Istæ autem causantur tantum à phantasmate & intellectu agente, sed intellectus possibilis se habet ad eas merè passiuè. Dico præterea, quod prædictæ species non habent completam rationem scientiæ, nisi in quantum sunt ordinatæ: nõ quod scientia includat huiusmodi ordinem in recto, sed quia includit ipsum in obliquo. Prædictus autem ordo est ordo causalis: quia intellectus prius causat in se notitiam siue speciem primæ conclusionis, & ea mediante causat speciem secundæ, & sic ordinatè vsque ad finem. Licet enim species representantes simplicia, sint in intellectu antequam generetur habitus, tamen species complexorum scibilibus non præcedunt demonstrationem, sed sequuntur eam. Possunt autem prædicta probari multipliciter. Et primò: quia Com. 1. metaph. commen. 27. sic dicit, scientiæ non sunt aliud, quàm species & illa quæ constituantur ex vniuersali. Quod sic describitur, quod est vnum prædicatum de pluribus, & ex affirmatiuis, quæ describuntur sic aliquid prædicari de aliquo. Et hæc auctoritas Commentatoris cum multis aliis quas sparsim ponit S. Tho. me principaliter mouet ad tenendum hanc conclusionem, & etiam quia videtur magis consona rationi. Et communiter sic tenetur etiam à Scoto & Gregorio & multis aliis, sed tamen non sunt ad eam probandam rationes quæ multum cogant: vt potèst declarabitur. Quidam verò alij dicunt quod scientia est simplex qualitas quæ acquiritur per primam demonstrationem: per secundam verò demonstrationem non acquiritur noua qualitas, sed præexistens intenditur & magis perficitur. Et idè facta secunda demonstratione, potest per illum habitum aliqua conclusio cognosci, quæ antè non cognoscebatur: quia habitus est factus perfectior. Et si arguitur contra hoc, quia ad pluralitatem causarum sequitur pluralitas effectuum. Sed demonstratio est causa scientiæ, ergo pluralitatis demonstrationibus pluralitatis scientiæ siue notitiæ. Secundò. Impossibile est per vnum indiuisibile aliquid assimilari pluribus diuersarum rationum. Sed per scientiam assimilatur intellectus pluribus scitis quæ sunt diuersarum rationum, ergo scientia non est quid simplex. Ad primum negant maiorem, sed potest esse quod pluralitatis causis effectus primò productus intendatur. Ad secundum dicerent quod intellectus per aliquid simplex, habens tamen respectum ad

multa, potest assimilari pluribus. Sed vt dixi, licet istæ rationes non cogant, tamen magis videtur quod scientia sit aggregantia specierum, vel vt melius dicam quod sint ipsæ species aggregatæ, & consequenter quod vna totalis scientia sit constituta ex multis notitiis partialibus, ita quod per quamlibet demonstrationem acquiratur noua notitia. Et ad rationes in oppositum responderetur.

Ad primum negatur maior. Ad probationem dicitur quod est compositio ex partibus, non quidem quantitatis, sed constitutiuis alicuius totius, secundum quod habent ordinem inter se, & dependentiã vnus ex altera. Ad secundum dicitur quod sufficit quamlibet specialem notitiam constitutiua ipsius totalis habitus scientiæ, esse simpliciorum quamlibet qualitate corporeæ, sed non oportet quod ipse totalis habitus sit simplicior. Ad tertium negatur maior: cuius ratio est, quia habitus voluntatis tantum inclinant & non representant obiectum, sed habitus intellectus inclinant & representant, & idè vt possint diuersa representare, oportet eos esse constitutos ex diuersis partibus.

Ad primum.

Ad secundum.

Ad tertium.

QVÆSTIO X.

Vtrum intellectus eodem actu intelligat conclusiones & principia.

QUÆRITVR decimò. Vtrum intellectus eodem actu intelligat conclusiones & principia. Et arguitur quod non. Primo. Quæcunque cognoscuntur eodem actu, cognoscuntur etiam eodem modo habitus, quia vnus actus non potest esse à pluribus habitibus. Sed conclusio & principium non cognoscuntur eodem habitu, quia vt dicitur 6. ethic. scientia est conclusio, & habitus est principiorum, ergo &c. Confirmatur eadem minor. Notitia principij est causa notitiæ conclusionis, vt dicitur 2. phys. & 1. post. tex. c. 89. Sed idem non est causa sui, ergo non est eadem notitia conclusionis & principij. Secundò. Impossibile est plura enuntiabilia vni actu per intellectum enuntiar, quia quæ ratione dices quod tria vel quatuor possunt simul enuntiar, eadem ratione dicam quod decem & 20. & centum. Sed conclusio & principia sunt diuersa enuntiabilia: ergo &c. Tertio. Si conclusio & principia possunt eodem actu enuntiar: multò magis possunt contradictoria eodem actu enuntiar. Sed hoc est falsum: ergo, &c. Consequentia probatur, quia contradictoria sunt de eisdem subiectis & prædicatis, quod non semper conuenit conclusioni & principijs. Falsitas consequentis probatur, quia sequitur quod eadem enuntiamentalis sit simul vera & falsa, & affirmatiua & negatiua, quod videtur omninò absurdum. Quartò. Si eodem actu cognoscitur conclusio & principia, aut illo actu cognoscitur conclusio propter principium vel econtra, aut neutrum propter alterum. Sed vtrumque est æquè primo cognitum. Primum non potest esse, quoniam cognosci vnum propter alterum, puta, b, propter a, non est aliud nisi notitiam a esse causam notitiæ b, idem autem non est causa sui ipsius. Secundum esset non potest dici, quia tunc frustra ponitur talis actus. Nam quodlibet principium proprio actu cognosci potest, vt quod ergo ponitur alius actus communis quo esset cognoscatur, & præsertim cum non perfectius cognoscatur per illum comunè & propriū simul quàm per propriū tantum.

Prima ratio.

Capit. 2.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Notandum.

Not. primò.

Prima conclusio.

Respondeo: pro notitia huius quæstionis sciendum est primo quod conclusio mentalis demonstrata, potest tripliciter considerari. Vno modo secundum se, in quantum est quædam entitas quam in se formauit intellectus. Alio modo prout est signum rei ad extra per eam significatæ & representatæ. Tertio per habitudinem ad sua principia ex quibus deducta est. Sciendum secundò, quod sicut intellectus per speciem causatam à phantasmate & intellectu agente elicit intellectiorem, & mediante causat in seipso verbum quidditatis representatæ: ita intellectus per speciem complexam quæ dicitur habitus scientiæ huius vel illius conclusionis elicit intellectiorem, & eo mediante causat in se verbum complexum, representans rem ad extra quantum ad aliquid sibi conueniens, quod verbum est terminus intrinsecus illius intellectiõnis. Et ipsa huius intellectiõnis quæ ab Arist. 5. de anima tex. c. 2. appellatur compositio vel diuisio, non est aliud nisi formatio illius verbi, & ipsum huius verbum est propositio mentalis. Dico nunc ad quæstrum quatuor conclusiones. Prima est quod accipiendo conclusionem vt est quædam res in se & absolute, ipsa potest cognosci alio actu quàm principia, & etiã quæ suū significatum. Quod probatur. Primò. Intellectus potest de conclusione mentali enuntiare quod est quædam qualitas spiritualis. Sed ad hoc enuntiandum non oportet quod apprehendat

Opinio diuersa quod scientia est simplex qualitas.

prehendat principia nec significatū conclusionis: ergo &c. Maior patet experimēto. Minor probatur. Vnum quodque potest cognosci sine his à quibus non dependet eius cognitio, sed ita est in proposito, quia principia huius conclusionis, homo est sensibilis, & eius significatū nihil faciunt ad hoc, quòd ipsa sit qualitas spiritalis, sed ipsa habet hoc ex natura sua: ergo &c. Confirmatur: quia similiter potest intellectus iudicare quod ipsa conclusio sit propositio affirmatiua, vel negatiua, vel necessaria, vel vera, vel aliquid complexum, & multa alia prædicata huius potest ei attribui: ad quæ nihil faciunt principia demonstrationis. Secunda conclusio. Eodem actu quo apprehenditur res de qua aliquid demonstratur: apprehenditur etiam ipsa conclusio demonstrata. Istam conclusionem non pono ad hunc sensum, quod intellectus apprehendat talem conclusionem esse signum, quia hoc non fit per illum actum, quo aliquid enuntiat de re, sed per actum quo intellectus reflectitur super ipsam conclusionem, sed intelligit sic quòd apprehenditur conclusio in quantum ipsa est signum, id est, in quantum stat sub respectu ad significatū: licet non enuntietur de ipsa quòd sit sub eo. Pro notitia huius conclusionis est quòd idem actus intellectus potest esse simplex apprehensio & compositio vel diuisio respectu diuersorum. Dum enim intellectus apprehendit quod homo est sensibilis, ista apprehensio est compositio respectu hominis & sensibilis, quia intellectus componit ea simul & enuntiat vnum de altero. Eadem etiam apprehensio est simplex respectu propositionis mentalis, homo est sensibilis: quia intellectus de ista propositione nihil enuntiat. Et similiter illa apprehensio respectu huius enuntiabilis, hominem esse animal, est assensus, quia intellectus ei assentit, & eadem apprehensio respectu hominis dicitur iudicium: quia intellectus iudicat homini conuenire sensibilitatem: non tamen est iudicium respectu enuntiabilis, nec respectu propositionis mentalis, quia intellectus non iudicat per illud actum aliquid ei conuenire. Probatur autem dicta conclusio. Primò. Intellectus eodem actu apprehendit verbum simplex, & quidditatem in eo relucens, sicut eadem visione videtur speculum & res representata in eo, ergo pari ratione eodem actu apprehendit verbum complexum, sive propositionem mentalem, & rem significatam de qua aliquid demonstratur. Secundo probatur, quia philosophus in libro de memoria & re, dicit quòd idem est motus intellectus & sensus in imaginem in quantum est imago & in id cuius est imago, ergo idem est motus huius intellectus in rem significatam & in conclusionem in quantum est signum eius. Consequentia patet: quia sicut imaginatum representatur per imaginem, ita significatū propositionis per ipsam propositionem. Tertia conclusio. Eodem actu quo cognoscitur conclusio, cognoscuntur etiam principia. Non intendo dicere per hoc quod quotiescunque intellectus apprehendit aliquam conclusionem quod apprehendat eius principia, sed solum dico, quod istud est necessarium intellectus demonstrat conclusionem, ita quod est impossibile intellectum cognoscere veritatem maioris propositionis quæ est principium, & copulationem minoris propositionis ad eam, quin statim circa conclusionem eliciat actum transcendentem super conclusionem propter principium, & quod ita sit, probatur. Primò. Eodem actu cognoscitur obiectum & id quod est ratio suæ cognoscibilitatis. Sed principium est ratio cognoscibilitatis conclusio nis: ergo vtrumque eodem actu cognoscitur. Maior probatur inductiue. Nam quia lux est ratio videndi albedinem, & quia albedo est ratio videndi parietem, albedo ideo eodem actu videtur lux & albedo & parietes. Minor etiam patet: quia non dicitur conclusio cognosci propter principium: nisi quia principium est ratio cognoscendi conclusionem. Secundo. Si intellectus posset intelligere conclusionem & eodem actu non intelligere principium, sequitur quod intellectus inueniret veritatem ex se in conclusione. Sed hoc est falsum, ergo, &c. Consequentia patet, quia impossibile est intellectum ad aliquid terminari præcisè quin inueniatur in eo veritas præcisè. Falsitas consequentis probatur. Tum quia sicut ea que ordinantur ad finem se habent ad appetibilitatem, sic conclusio se habet ad veritatem, ut dicitur 2. phys. tex. comment. 89. Sed appetibilitas non est in his, quæ sunt ad finem, nisi ex ipso fine: quia si appeterentur propter se, tunc haberent rationem finis: ergo veritas non est in conclusione nisi ex principio. Tum quia aut intellectus videt esse in veritate in conclusione ex terminis, aut ex copulatione terminorum, aut ex principio. Sed non ex terminis, alioquin conclusio esset principium. Nec ex copulatione terminorum: quia copulatio non cognoscitur nisi ex ipsis terminis, sicut neque relatio nisi ex extremis, ergo intellectus videt veritatem in conclusione

tamē ex principiis. Tertiò. Ille actus quo cognoscitur quod a, est b, propter e, & quòd c est causa quæ a fit b, cadit simul super vtrumque. Sed actus qui est scire est huiusmodi ut patet ex eius diffinitione posita primo postea. tex. com. 5. vbi dicitur quod scire est re per causam cognoscere: & quoniam illius est causa, ergo actus quo scitur conclusio, cadit etiam super principium. Quarta conclusio. Proprius habitus conclusionis est alius à proprio habitu principiorum. Ista conclusio patet primo auctoritate philosophi. 2. post. 6. ethi. vbi distinguens habitus intellectuales dicit quòd habitus conclusionis est scientia, & habitus principiorum est intellectus. Secundo. Habitus acquisitus per demonstrationem est distinctus ab eo qui non acquiritur per demonstrationem, alioquin contradictoria verificarentur de eodem. Sed habitus conclusionis est acquisitus per demonstrationem, ut patet primo postea. tex. comment. 5. habitus autem principiorum non est acquisitus per demonstrationem: cum habeatur ante demonstrationem, ut ibidem dicitur, ergo sunt distincti habitus. Tertiò. Impossibile est quòd idem habitus sit certior & incertior respectu eiusdem, sed habitus principiorum est certior habitu conclusionum, ut dicitur 1. & 2. posteriorum & 6. eth. tex. com. 5. ergo non sunt idem habitus. Quartò. Scientia subalternans est distincta à scientia subalternata, ut patet 1. postea. Sed habitus principiorum pertinet ad scientiam subalternantem, vna vbi scientia subalternat sibi aliam quantum ad principia: habitus verò conclusionum pertinet ad subalternatam, ergo idem quod prius. Sciendum tamen quòd quando dicitur habitus principiorum esse intellectus, hoc proprie intelligendum est de illis principiis, quæ ita sunt principia quòd non sunt conclusiones, cuiusmodi sunt principia indemonstrabilia. Illa verò principia quæ in aliqua demonstratione sunt conclusio, & in alia sunt principia, proprie cognoscuntur habitu scientifico, licet ille habitus possit aliquo modo dici intellectus, in quantum etiam ipsa habent rationem principij.

Ad rationes in oppositum responderetur. Ad primam negatur minor, quia licet actus quo intelliguntur principia secundo se eliciatur ab habitu qui est alius ab eo quo intelligitur conclusio, tamen alius quo vtrūque intelligitur elicitur ab eodem habitu. Quis autem sit ille, vtrum habitus principiorum vel conclusionis, potest dici quòd est habitus principiorum, ita quòd intellectus eliciat actum eo mediante, qui prius natura terminetur ad principia, & secundariò terminetur ad conclusionem, quasi quòd ipsa intelligatur in suis principiis: sicut etiam eadem visio prius natura terminatur ad speculum, quam ad res in eo representatas. Posset etiam dici ille actus elicitur ab habitu conclusionis, & quòd in illo instanti primò, in quo causatus est habitus scientiæ per habitum principiorum, intellectus per eum elicit actum, quo intelligit conclusionem & principia. Ad confirmationem dicitur quòd notitia quæ est habitus principiorum causat notitiam quæ est habitus conclusionis, non tamen semper notitia quæ est actualis cognitio principiorum causat esse quæ est actualis cognitio conclusionis, sed aliquando est eadem. Ad secundam potest negari minor, quia secundum aliquos totus syllogismus conuenienter tota demonstratio est vna propositio copulatiua, sed tamen quicquid de hoc sit negatur maior. Ad probationem negatur consequentia, sed tantum ea posunt simul enunciari, quorum vnum est ratio cognoscendi aliud, & hoc modo se habent principia respectu conclusionum. Ad tertiam negatur consequentia, propter eandem rationem, quia licet contradictoria sint de eisdem subiectis & prædicatis, non tamen vnum contradictoriorum est ratio cognoscendi aliud. Ad quartam dicitur quod hoc ideo est, quia vnum cognoscitur propter aliud. Conclusio propter principium. Ad improbationem negatur assumptum. Non enim ideo b cognoscitur propter a, quia cognitio a, causat cognitionem b, sed quia a, est ratio cognoscendi b, eo modo quo dicitur quòd paries videtur propter albedinem.

QVÆSTIO XI.

Vtrum scientia simpliciter mathematica, sunt de abstractis à qualitatibus sensibilibus.

QVÆRITVR vndecimò. Vtrum scientiæ simpliciter mathematicæ, sint de abstractis à qualitatibus sensibilibus. Et arguitur quòd non primo. Impossibile est imaginari aut apprehendere per intellectum aliquod corpus, quin apprehendat aliquam figuram; vt quilibet in seipso experitur. Sed figura est qualitas sensibilis, vt patet: ergo &c. Confirmatur. Sensibilitas est pro-

Quarta conclusio.

Not. quartum.

Ad primum.

Ad secundam.

Ad tertium.

Ad quartam.

Prima ratio.

prietas conueniens entibus mathematicis, vt dicitur secundo de anima. tex. comm. 64. ergo non abstrahunt à sensibilitate & consequenter nec à qualitatibus sensibilibus, quia abstractio ab eis non poneretur nisi ratione sensibilitatis. Secundo. Si mathematici considerat quantitates solum secundum esse abstractum, sequitur quòd consideret eas solum secundum quòd habent esse in anima: quia quantitas non habet esse abstractum, nisi in anima. Sed consequens est falsum: quia passiones quas demonstrat mathematici conueniunt quantitatibus secundum quòd sunt in re extra: ergo &c.

Respondeo. Præmitto aliqua pro notitia huius questionis. Primum est quòd per scientias mathematicas intelligimus Geometriam & Arithmetica, sicut dixit Commentator 2. phy. com. 16. Res autem consideratæ in istis scientiis sunt quantitates: huiusmodi autem quantitates habent esse tantum in rebus naturalibus: vt dixit Com. 6. metaph. com. 2. Et philosophus 2. phys. tex. comment. 16. vbi sic ait, Corpora enim naturalia habent superficies, & soliditates, & longitudines & puncta, & sunt illa de quibus considerat mathematici. Et postea subdit textu comment. 16. quòd cum mathematici & naturalis consideret eandem, quia quantitates habent esse tantum in rebus naturalibus, oportet quòd hæ scientiæ distinguantur per hoc quòd non considerant eas eodem modo. Nam naturalis considerat eas in quantum sunt extrema corporis naturalis: quia vt ibi dicit commentator, vltimum exigit subiectum cuius est vltimum, & ista consideratio est secundum quòd sunt in materia, & est propria naturali, cum sit declaratum ipsum considerare de rebus secundum quòd sunt in materiis & mobilibus. Geometria autem considerat de corpore solum: vt habet tres dimensiones & de superficie secundum quòd est superficies tantum, & similiter de lineis & punctis. Ex his inferri Commentator in fine comment. 18. quòd de rebus naturalibus & mathematicis sunt tres ordines scientiarum. Quædam enim sunt purè naturales, & hæ considerant proprietates rerum naturalium in quantum huiusmodi, & est tota naturalis philosophia. Quædam verò sunt purè mathematicæ, & hæ considerant tantum de quantitatibus absolutè, & de proprietatibus quantitatū, vt sunt figure, & alia huiusmodi. Quædam verò sunt mediæ quæ principia mathematicalia rebus naturalibus applicat, vt Musica & Astrologia, quæ tamen magis sunt affines mathematicis: quia in earum consideratione id quòd est physici est quasi materiale, quòd autem est mathematicum, est quasi formale, sicut musica considerat sonos: non in quantum sunt soni, sed in quantum sunt secundum numeros proportionales adinuicem. Et sic patet quæ sint scientiæ purè mathematicæ & quid considerent. Secundo. Præmittitur quòd duplex est materia, scilicet, sensibilis & intelligibilis. Hanc distinctionem posuit philosophus 8. metaph. tex. c. c. comen. 15. in fine, vbi sic dicit. Est autem materia alia intellectualis, alia sensibilis. Et in principio textus sequentis sic ait, Omnia autem quæ non habent materiam neque intelligibilem, neque sensibilem, vnum quodque eorum statim est vnum aliud quòd est per essentiam. Materia autem sensibilis est ipsa substantia habens qualitates sensibiles, id est quæ primò & per se sunt obiecta aliquorum sensuum. Materia verò intelligibilis est ipsa essentia substantia considerata sine qualitatibus sensibilibus. Et dicitur intelligibilis: quia vt sic est cognoscibilis solo intellectu. Tertiò. Præmitto quòd aliquid esse abstractum ab altero, potest esse dupliciter. Vno modo secundum rem, & hoc est quando id quòd erat coniunctum, & in eo habens esse, separatur ab eo & retinet suum esse, sicut si albedo Sortis separaretur à Sorte & maneret sic separata, dicitur nunc esse abstracta à Sorte. Alio modo dicitur aliquid abstractum secundum rationem, & hoc contingit quando duo sunt coniuncta secundum rem, & vnum eorum intelligitur alio modo intellectu. Sensus igitur questionis est. Vtrum quantitates secundum quòd cadunt in consideratione mathematici intelligantur non intellectis qualitatibus sensibilibus, à quibus tamē secundum rem non sunt separata. Ad quòd responderetur quòd sic. Et vt cognoscatur quomodo eorum quæ secundum rem coniuncta sunt: possit vnum intelligi alio non intellectu, sciendum est quòd vnaqueque res cognoscitur in quantum est actu, id est, vel quia ipsa est actus, vt sunt omnes intelligentiæ, vel in quantum habet aliquè actum partem sui & per ipsam intelligitur; vel saltem in quantum habet habitudinem ad aliquem actum, & sic materia intelligitur per formam, & priuatio per habitum, & negatio per affirmationem. Et sic patet quòd vnum quodque intelligitur per aliquem actum. Et quia vnum quodque intelligitur per suam rationem formalem, ideo oportet in ratione formali vniuersi cuiusque includatur aliquo

Not. primū.

Tres ordines scientiarum.

Not. secundū. Materia sensibilis & intelligibilis.

Not. tertium. Abstractum dicitur dupliciter.



modo actus, tanquam constitutiū illius rationis formalis. Res autē quæ secundum rem alteri est coniuncta, potest dupliciter se habere ad ipsam. Nam aliquando dependet ab ea quantum ad id per quòd constituit sua ratio formalis, aliquando autem non dependet. Vbi igitur est huiusmodi dependentia, ibi non potest vnum intelligi alio non intellectu, & consequenter non potest fieri abstractio: vbi autem non est ista dependentia, ibi potest esse abstractio. Sciendum secundum quòd tripliciter potest esse ista dependentia. Primò eo modo quo pars dependet à toto, dicit enim Philosophus 2. de anima, tex. comm. 9. quòd oculus separatus ab animali vel oculus mortuus non est oculus nisi æquiuocè, quia oculus non est oculus nisi per animam, sicut etiam animal non est animal nisi per animam, dependet igitur formalis ratio oculi ab animali, cui coniunctus est secundum rem, & ideo non potest intelligi oculus non intellectu animali. Et si diffiniatur oculus ponetur animal in sui diffinitione, puta dicendo, quòd oculus est pars animalis sic vel sic disposita, quæ mediante animal est natum habere talem vel talem operationem. Secundo dependet forma à subiecto, siue sit forma substantialis, siue accidentalis. Nam accidentia non diffiniuntur nisi per substantiam. 7. metaph. tex. comm. 17. forma etiam substantialis diffinitur per materiam, vt dicitur 2. de anima, tex. comm. 7. vbi in diffinitione animæ ponitur corpus, & consequenter non potest intelligi aliqua forma materialis, id est, nata informare materiam, nisi concipiatur sua propria materia in qua nata est esse, & accipio materiam in hoc loco, non pro materia prima, quia ipsa non intelligitur nisi per formam absolutè acceptam, vt dicitur li. 8. sed accipio materiam proximam & propriam istri vel illi formæ, eo modo quo dicitur quod corpus organatum est materia animæ. Tertiò dependet vnum relatiuū ab alio, licet enim ista non sint coniuncta secundum rem in eodem subiecto, sunt tamen coniuncta quantum ad hoc, quod repugnat vnum esse in rerum natura, alio non existente. In istis itaque non potest fieri abstractio vnius ab altero. Per oppositum autem sicut aliquæ partes à quibus non dependet ipsum totum, sicut ratio animalis non dependet à ratione oculi vel manus, sunt tamen aliquæ partes à quibus dependet totum, puta ratio syllabæ à literis, vt dicitur 7. metaph. tex. com. 35. Vnde diffinitur syllaba per literas. Et similiter mixtum dependet ab elementis accipiendo nomen elementi vt dicitur etiam de materia & forma, & istæ partes appellantur partes speciei. Similiter totum vniuersale non dependet à partibus subiectiuis: non enim in diffinitione animalis ponitur homo, vel asinus vel aliqua suarum specierum, sed tamen contra partes subiectiue dependet à suo toto vniuersali, quia ponitur in earum diffinitione. Potest ergo totum abstrahi à quibusdam suis partibus, licet non ab omnibus; & totum vniuersale potest abstrahi ab omnibus suis partibus subiectiuis, potest enim apprehendi animal per intellectum non apprehendendo aliquam speciem eius. Et similiter subiectū potest abstrahi ab omnibus illis formis, per quas non constituitur sua ratio formalis, cuiusmodi sunt omnes formæ accidentales. Et quia quantitas est primum accidens absolutum adueniens materiæ, vt dicitur 5. pe Philosophus, & generaliter omnes philosophi, & maxime Com. c. 1. de substantia orbis. Qualitates verò sensibiles in sunt substantiæ compositæ mediante quantitate, ideo potest quantitas intelligi eis non intellectu, & consequenter ab eis abstrahi, & hæc est ratio propter quam dicit Philosophus 2. phys. tex. com. 16. quod abstractum non est medium, eò quòd intellectus non dicit quantitatē esse sine qualitatibus sensibilibus, quia sic mentiretur, sed quia apprehendit quantitatem non apprehendendo vtrum sit colorata, vel calida, vel frigida, vel in homine vel in celo & sic de aliis vt ibi exponit Com. & S. Thom.

Ad primū dicitur quod aliqua qualitas potest dupliciter dici sensibilis. Vno modo, quia est primo & per se sensibilis, & hoc conuenit qualitatibus tertie speciei quæ sunt propria obiecta aliquorum sensuum, & de his tantum qualitatibus est quæstio, & sic negatur minor. Alio modo dicitur qualitas esse sensibilis, quia sensibilis per se, licet non primo, & ab his non est necessè quod quantitates abstrahant. Et per idē patet ad confirmationem. Lico tamen quod quantitas abstrahit à sensibilitate, quia potest per intellectum concipi quantitas non apprehendendo vtrum sit sensibilis vel non, sicut etiam omne subiectum potest abstrahi à sua propria passione. Ad secundum, dicitur quod aliud est considerare quantitatem habere esse abstractum, & aliud est eam abstrahere siue considerare eam abstractiue. Primum non fit nisi per intellectum componentem & diuidentem. Secundum autē fit intellectu simplici apprehendente quantitatem non apprehendendo qualitates. Negatur verò consequentia, quæ

Not. quartum.

Tripliter aliquid ab altero dicitur.

Ad primum.

Distinctio.

Ad secundum.

vtrique

vtique concluderet si mathematicus consideraret quantitatem secundum esse abstractum primo modo, sed non valet, quia considerat eas tantum abstractiue: vt dictum est. Sicut etiam naturalis demonstrat sensibilitatem de animalibus per abstractionem à suis speciebus, & tamen est scientia realis, & multæ tales instantiæ possunt dari ad ostendendum quod illa consequentia non tenet.

QVÆSTIO XII.

Vtrum aliquid in rerum natura sit contingens secundum philosophos.

Præmissio. QVÆRITVR duodecimò. Vtrum aliquid in rerum natura sit contingens secundum philosophos. Et arguitur quod non. Primo. Si aliquid est contingens aut contingentia conuenit ei dum est, aut antequam esset, aut postquam desit esse. Non primum: quia omne quod est, dum est necesse est esse. Non secundum, quia omnis modus essendi præsupponit rem esse: contingentia aut est modus essendi. Non tertium, quia omne quod fuit, necesse est fuisse, ergo nulli rei conuenit contingentia. Secundò. Omne contingens si est, habet causam dantem sibi esse. Nam si non haberet causam, fuisset semper: & per consequens esset necessarium. Sed nullum contingens potest habere causam: ergo &c. minor probatur. Aut illa causa esset per accidens aut per se. Si per accidens: quæro de causa illius causæ per accidens, & sic aut erunt actu infinitæ: aut stabimus ad causam necessariam. Sed causa necessaria necessario producit effectum: ergo nullus effectus est contingens. Tertio. Omne futurum necessario est futurum. Sed omne quod necessario est futurum necessario eueniet: ergo omne futurum necessario eueniet. Maior patet: quia idem prædicatur de seipso cum modo necessitatis. Minor etiam patet, quia subiectum & prædicatum eius idem significant.

Secunda ratio. Respondeo quod contingentia dupliciter loqui possumus. Vno modo prout reperitur in agentibus à proposito. Alio modo prout reperitur in agentibus ex necessitate naturæ. Si primo modo, sic dico quod non tantum est verum, sed etiam est per se notum dari in natura aliquos effectus contingentes, quod patet. Nam illud quod cognoscitur experimento, est per se notum, nec est necesse vt demonstratur. Sed dari tales effectus contingentes cognoscitur experimento: quilibet enim reperitur se facere actus liberi arbitrij contingentem & liberè, & hoc modo est per se notum quod nix est alba, qui enim dubitat vtrū nix sit alba indiget sensu, vt dicitur 2. topicorum, ca. 7. Simili modo est per se notum, motum esse, vt dicitur primo Phy. tex. comment. 1. & cuiuslibet etiam est per se notum quod viuunt, & quod est in vigilia: vt dicit Comment. 4. metaph. comment. 16. Præterea, primæ differentie entis siue primæ proprietates entis, non possunt probari à priori, cum non habeant aliquid prius: necessitas autem & contingentia sunt ex primis differentiis entis eo modo quo ens habet differentias, ergo aliquid esse contingens est per se notum. Nec illa ratio concludit contingentiam qua aliqui solent arguere sic. Si vnum oppositorum est in natura, oportet & reliquum esse. Sed necessitas & contingentia opponuntur, ergo cum sit aliquid ens necessarium, oportet etiam esse aliquid contingens. Nam maior est vera de possibili & non de inesse, id est, si vnum oppositorum & reliquum non repugnat esse, sed non oportet quod sit, alioquin sequitur quod contingentia fuissent ab æterno, quia ab æterno fuit aliquid ens necessarium. Loquendo igitur de effectibus qui producuntur à causis naturalibus: puta à cælo, & aliis huiusmodi, dubium est, an aliqui effectus sint contingentes. Ad quod responderetur quod sic, & probatur. Primo. Omne ens non necessarium est contingens. Sed multa sunt entia non necessaria quæ producta sunt à causis naturalibus, ergo multa huiusmodi sunt contingentia. Maior patet, quia contingentia & necessitas sufficienter diuidunt ens. Minor probatur. Omne necessarium est æternum, sicut secundum Philosophum 8. physicorum, & primo cæli, & patet ratione, quia contingens & possibile idem sunt, æterna autem non sunt possible, quia vt ait Comment. 9. metaph. comment. 17. Potentia non est nisi in rebus generabilibus & corruptibilibus. Sed multi sunt effectus causarum naturalium (vt plantæ & animalia) qui non sunt æterni, ergo &c. Secundò. Quicquid potest esse & non esse, est contingens. Sed multi effectus naturales, possunt esse & non esse, ergo sunt contingentes. Maior patet per definitionem contingentis, & etiam quia si essent necessarii, non possent aliter se habere, ex primo posteriorum, & comm. 9. metaph. comm. 17. dicit quod omne possi-

bile contingit non actu esse. Minor probatur. Multi effectus aliquando sunt & postea non sunt, vt patet in his quæ corrumpuntur: ergo possunt esse & non esse. Patet consequentia ab esse ad posse. Ista ratio est Philosophi 6. metaph. tex. comm. 7. Et multæ aliæ huius rationes adduci possunt, quibus concluditur omnino esse etiam in rebus naturalibus aliquid contingens. Tertio. Probatur auctoritate Philosophi sexto metaph. tex. commen. quinto. Cum in rebus sint quædam quæ semper sunt in eadem dispositione, & sunt necessaria etiam non illa quæ dicuntur violenter, sed quæ dicuntur de illis quæ impossibile est vt sint alio modo, & quædam non sunt necessaria neque semper, sed sunt in maiori parte, & hoc est initium & causa essendi per accidens. Et commentator eodem commento dicit esse manifestum quod non omnia sunt necessaria. Idem quoque habetur tex. & comment. 7. vbi deducunt ad hoc inconueniens quod omnia essent necessaria, eos qui dicebant entia per accidens habere causam necessariam. Et postea Commentator in eodem loco dicit quod ponere omnia esse necessaria, est contra intellectum & sensum. Et parum infra sic ait. Declaratum est igitur ex hoc quod omne quod generatur, & corrumpitur habet causas & quod illæ causæ perueniunt ad primam causam, sed tamen differunt, quia corruptio fit de necessitate, generatio autem non, & si hoc esset, omnia essent existentia necessariò, & si hoc esset, tunc generatio esset in substantia rerum in quibus est generatio sicut corruptio existit in substantiis earum. Confirmatur etiam, quia Philosophus 2. phys. tex. comm. 48. dicit quod aliqua eueniunt ex necessitate, quædam verò vt in pluribus, & quædam vt in paucioribus. Ex quibus omnibus patet, quod secundum Philosophos multa in rebus contingenter eueniunt. Pro notitia verò huius conclusionis, sciendum est quod cum contingens distinguatur contra necessarium, & necessarium dicatur id quod impossibile est aliter se habere, duobus modis accipitur contingens, & hoc dico in naturalibus. Vno modo dicitur aliquid contingens siue non necessarium, siue non semper, licet sit vt in pluribus. Alio modo dicitur contingens quia non est semper, & est vt in paucioribus. Exemplum primi vt calorem esse in æstate: exemplum secundi e contra, vt frigus & longas pluuias esse in hyeme. Sed est maximum dubium quomodo prædicti philosophi possint saluare contingentiam rerum, quia ipsi ponunt tam primam causam quam reliquas omnes causas naturales remotas & proximas agere ex necessitate naturæ, & ideò si pluuia sit in æstate, ipsa euenit necessariò, quia omnes eius causæ necessario agunt ad eius productionem, & si aliqua causa impediatur ne pluat, illa causa impedit ex necessitate naturæ, & sic quæ pluuia non eueniat est necessariò & non contingens. Pro notitia igitur huius dubij, sciendum est quod effectus naturalis dupliciter dicitur contingens. Vno modo quatum ad suam productionem, quia potest esse, quæ causa sit disposita & præparata ad eius productionem, & tamen quæ impediatur ab aliqua alia causa, licet istud impedimentum eueniat ex necessitate naturæ, verbi gratia Materia est disposita per calorem putredinalè ad hoc quod ex ea generetur mus, & stante ista dispositione potest per motum cæli qui est necessarius approximari huic materiæ aliqua stella habens virtutem contrariam generationi muris, & consequenter impedit eius generationem, & tunc dicemus quod sol est causa per accidens generationis muris, causa dico per accidens, non merito sui, sed gratia illius causæ sibi coniunctæ, & eam impediens. Alio modo dicitur effectus contingens secundum se, quia licet eius productio esset necessaria, tamen postquam productus est potest non esse, & est corruptibilis, & istis duobus modis apparet quod saluatur rerum contingentia.

Ad primum in oppositum dicitur infra, quia fiet specialis quæstio vtrum effectus sit contingens pro illa mensura in qua est. Ad secundum negatur minor. Ad probationem dico quod causa effectus contingentis dicitur esse causa per accidens, non quia ipsa sit ab vna alia causa per accidens, sed quia ei coniuncta est causa potens eam impedire & aliquando ipsam impediens, & consequenter faciens quod ipsa non producat semper effectum suum, sed solum rarò, vel vt in pluribus. Ad tertium negatur maior. Sicut etiam ista est falsa, omne album necessario est album. Ad probationem dicitur quod in huius propositionibus duo sunt à parte subiecti & duo à parte prædicati. Nam ista, omne futurum necessario est futurum, æquipollet isti, omnis res futura necessario est futura, similiter homo albus est homo albus. In istis autem, homo est homo, prædicatur idem de seipso, & bene sequitur, ergo homo necessario est homo, & similiter albedo necessario est albedo. Sed in ista. Necesario album est album, subiectum supponit

Secunda conclusio. Not. primò.

Contingentia rerum quo modo saluata non possit.

Ad primum

Ad secundum.

supponit tantum pro re habente albedinem. In prædicato autem ly album, stat formaliter: & est sensus quod illa res pro qua supponit subiectum, stat necessario sub forma significata per prædicatum: hoc autem est falsum. Idem præcisè dicendum est de ista. Futurum necessario est futurum: cum itaque dicitur quod omnis propositio est vera in qua idem prædicatur de seipso cum modo necessitatis, dico quod hoc est falsum: quando id pro quo supponit subiectum non est idem essentialiter cum forma significata per prædicatum: vel saltem nisi talis forma sit propria passio subiecti.

QVÆSTIO XIII.

Vtrum de ente per accidens possit haberi scientia.

Præmissio. QVÆRITVR dicimotertio: Vtrum de ente per accidens possit haberi scientia. Et videtur quod sic. Primò. Hæc propositio, homo est risibilis, potest sciri. Sed ipse est subiectum ens per accidens. Maior patet. Minor probatur. Id quod significat res diuersorum generum, dicit ens per accidens: vt habetur 5. meta. tex. commen. 13. Sed homo & risibile dicitur res diuersorum generum: quia homo est de genere substantiæ, & risibilis est de genere qualitatis: ergo &c. Secundo. Perspectiua est scientia propriè dicta. Sed subiectum perspectiue est ens per accidens: ergo &c. Maior patet per Alecum in libro perspectiue per totum. Minor probatur, subiectum perspectiue est linea visualis, constat autem quod linea est in genere quantitatis, & visualitas de genere relationis: ergo sunt vnum per accidens. Confirmatur: quia Philosophus dicit primo poster. text. commen. 30. quod subiectum perspectiue addit super lineam quandam differentiam accidentalem: ergo visualitas addit per accidens & non per se ipsi lineæ. Tertio. Quicquid continetur sub subiecto metaphysicè est scibile: quia eadè scientia est de toto & de partibus subiecti primo posterior. tex. com. 45. Sed ens per accidens continetur sub ente communissimo: quod est subiectum metaphysicè: ergo &c.

Respondeo. In ista quæstione præmittenda sunt quædam: & postea dicitur ad quæstionem. Præmitto primò quod aliquid potest quadrupliciter esse per accidens. Vno modo accidentalitate prædicationis: & hoc est quando prædicatum dicitur de subiecto, sed in nullo modorum prædicandi per se, quos ponit Philosophus primo posteriorum. Iste autem modus non requirit necessariò realem distinctionem prædicati à subiecto: hæc enim propositio est per accidens si sit aliquo modo vera: calor est calefactio, & tamen prædicatum & subiectum significant eadè rem. Alio modo est aliquid per accidens accidentalitate rei, & non prædicationis: & hoc reperitur in omni propositione cuius prædicatum est propria passio subiecti: prædicatum enim prædicatur per se de subiecto, & tamen est accidens eius: licet non conueniat ei per accidens, sed per se: quia consequitur subiectum necessario ex ipsa natura & quidditate subiecti. Alio modo dicitur aliquid per accidens, quia sunt distinctæ res, quarum vna accidit alteri: sicut homo albus & musicum album: musica enim & albedo sunt diuersorum generum, & per accidens vniuntur in eodem subiecto: quia ei qui habet musicam accidit quod habeat albedinem. Quarto dicitur aliquid ens per accidens accidentalitate causalitatis, quia scilicet, effectus comparatur ad causam, à qua non est per se: puta si dicatur quod album edificat, & quod existente sole in cane pluit: albedo enim non est principium edificandi, nec à sole dum est in cane causetur pluuia, quia cum tunc directè nos aspiciat & in tensè calefaciat aërem, potius consumit vapores quam re soluat. Vnde si tunc eueniat pluuia, erit ab alia causa, puta ex concursu aliquorum planetarum & aliqua causa huius.

Præmitto secundò quod dupliciter dicitur aliquid esse scibile. Vno modo, quia est subiectum conclusionis quæ demonstratur, secundum quem modum communiter assignantur substantiæ scientiarum, dicitur enim quod numerus est subiectum arithmeticæ, & magnitudo geometricæ. Alio modo dicitur aliquid esse scibile, quia est ipsa conclusio, quæ demonstrari potest. Præmitto 3. quod dupliciter accipitur scientia. Vno modo propriè, vt eam diffinit Philosophus primo posteriorum, cum dicit, Scire autem opinamur &c. Alio modo accipitur pro omni certa & infallibili cognitione intellectu, causata ex aliquibus principijs. Quantum ad secundum, hæc est prima conclusio. Ens per accidens secundo modo, potest esse scibile tanquam conclusio. Probatur: Omnis propositio, cuius prædicatum est propria passio subiecti, est scibilis, vt dicitur primo posteriorum. Sed omne per accidens, illud secundo mo-

do potest esse talis propositio, vt cum dicitur, homo risibilis, de quo formatur hæc propositio: omnis homo est risibilis: ergo &c. Nec oportet amplius istud probare, quia de se est notum. Secunda conclusio. Ens per accidens secundo modo non potest esse subiectum propositionis scibilis. In telligitur sic hanc conclusionem. quod nec homo albus, nec homo risibilis, potest esse subiectum conclusionis quæ demonstratur, vnde de homine risibili non potest haberi scientia. Probatur primò, omne subiectum scibile potest diffiniri. Sed homo risibilis & homo albus, & generaliter nullum significans res, diuersorum generum potest diffiniri, ergo non potest esse subiectum scibile. Maior patet, quia diffinitio subiecti est medium in demonstratione, vt probatum est primo posteriorum. Minor est Philosophi septimo meta. dicens quod diffinitio significat aliquid vnum, homo autem & risibilitas non sunt quid vnum, non enim sunt vna res, sed distinctæ. Secundo: Cuiuslibet subiecto scibili est assignare vnam primam passionem, vt dicitur primo posteriorum. Sed ens per accidens non est vna prima passio, ergo. Maior patet. Minor probatur. Aut altera pars entis per accidens esset causa illius passionis, aut altera, aut aliqua entitas resultans ex vtroque. Si primum, puta, si hominis albi, est vna passio, cuius præcisè causa sit homo, ergo illa passio non conuenit homini albo in quantum est homo albus, sed tantum in quantum est homo. Non secundò, quia si albedo est causa illius passionis, ergo illa passio non conuenit homini albo, in quantum est homo albus, sed in quantum est albus. Nò potest etiam dari tertium, quia ex subiecto & accidente non resultat vna tertia entitas. Tertio. Omne subiectum scibile est vnum vnitatis rei. Sed ens per accidens non est vnum vnitatis rei, ergo &c. Maior probatur ex vnitatis subiecti scibilis, accipitur realis vnitatis scientiæ, vt dicitur primo poste. ergo ipsum subiectum est vnum vnitatis rei. Minor probatur, quia ens per accidens nò dicit vnam rem. Item, quia quæ sunt vnum vnitatis rei, generantur eadem generatione, vt dicitur quarto meta. tex. commen. 3. Sed ens per accidens non generatur eadè generatione, alia enim est generatio hominis, & alia est generatio albedinis. Contra hanc conclusionem arguitur. Primò. Hæc propositio est scibilis, homo albus est visibilis, & tamen subiectum est ens per accidens, ergo &c. Minor patet. Maior probatur, quia visibilitas conuenit albo & colorato in secundo modo perfectitatis. Secundò. Hæc est scibilis, homo risibilis est disciplinabilis. Sed subiectum est ens aliquo modo per accidens, in quantum significat res diuersorum generum, ergo. Maior probatur, quia secunda passio potest demonstrari per primam. Ad primum negatur maior. Visibilitas enim per se conuenit colori & albedini, non tamen per se conuenit homini albo, nisi tantum ratione albi, nulla enim causa inest substantiæ hominis per quam conueniat ei visibilitas. Ad secundum negatur maior. Licet enim disciplinabilitas possit demonstrari de homine per risibilitatem, sic arguendo, omne risibile est disciplinabile, homo est risibilis, ergo &c. non tamen demonstrari potest de hoc aggregato homo risibilis, quia, vt dictum fuit eius non est vna diffinitio. Item quia circumscripserit risibilitate adhuc conueniret homini disciplinabilitas & beatificabilitas, nò enim vna passio est causa alterius licet sit ea prior. Tertia conclusio. Ens per accidens tertio modo non potest esse subiectum scibile: nec conclusio scibilis. Primum patet ex conclusione præcedenti. Secundum probatur. Omnis propositio scibilis est per se & de omni, vt patet primo posteriorum. Sed hæc, homo est albus, & alia huiusmodi, non est per se nec de omni, vt patet ex se: quia non omnis homo est albus, nec semper est albus, ergo &c. Quarta conclusio. Effectus per accidens nò est scibilis per causam quæ est per accidens. Probatur. Omne scibile est semper, aut frequenter. Sed effectus per accidens est in paucioribus & rarò, ergo &c. Minor patet, quia ille dicitur propriè effectus per accidens alicuius causæ, qui rarò ab ea est, id est, qui rarò ponitur posita causa. Quod dico, quia licet eclipsis lunæ rarò ponatur, tamen impossibile est ponere eius causam, scilicet interpositionem terre inter solem & lunam quin ponatur eclipsis. Maior habetur primo posteriorum. Secundo. Id quod est scibile est necessarium, & per hoc probat Philosophus primo posteriorum. quod de corruptibilibus non est scientia. Sed effectus per accidens non est necessarius, cum sit contingens, ergo &c. Vnde verò oritur contingentia rerum de qua tangit Philosophus text. com. 1. & 6. non est hoc perferendum, quia hoc magis pertinet ad theologos, qui disputant an cum certitudine diuinæ præsentie stare possit contingentia rerum.

Ad argumenta verò responderetur. Ad primum. Dico Ad primum, quod ipsa est conclusio scibilis, vt dictum est, sed ipsa non est per accidens accidentalitate tertij modi. Ad secundum. Quæst. Met. Paul. Son. k dum

Contingentia dupliciter potest intelligi.

Prima conclusio.

Tex. c. 13.

T. c. 19.

dum negatur minor. Sicut enim mobilitas accipitur vno modo vt est ratio formalis subiecti naturalis Philosophic: & hoc modo ens mobile non est ens per accidens aliquo modo. Alio modo vt est passio demonstrata de ente mobili. Sic praecluse dico de visualitate ipsa enim est propria ratio lineae vt consideratur a perspective: nec eius passio. Ad tertium negatur minor. Ens enim quod est subiectum metaphysic: est ens per se extra animam: prima enim diuisio entis est in ens per se & per accidens, vt dicit Commentator 6. metaphysic. commen. primo. Ens autem per se diuiditur in ens in anima & extra animam: quod est subiectum metaphysic.

QUESTIO XIII.

Vtrum contingens sit contingens, quando est, aut quando non est.

Veritur decimoquarto. Vtrum contingens sit contingens, quando est, aut quando non est. Et arguitur quod non sit contingens quando est. Primò. Pro illa mensura tantum contingens est contingens, in qua potest esse & non esse: cuius ratio est, quia propter indifferentiam ad esse & non esse, dicitur contingens. Sed dum est, non potest esse & non esse: alioquin ista esset possibilis, hoc contingens dum est, non est, ergo dum est, non est contingens. Secundò. Solum tunc effectus est contingens, quando eius causa non est determinata. Sed causa eius est determinata quando effectus contingens est: ergo &c. Tertio. Differentia oppositae non possunt simul conuenire eidem rei. Sed necessitas & contingentia sunt oppositae differentiae, & necessitas conuenit cuiuslibet rei, dum est, quia omne quod est dum est, necesse est esse: ergo nulla res dum est, est contingens. Quarto. Cuiuslibet propositionis verae de praeterito oportet correspondere aliquam veram de praesenti. Sed ista nunc est vera. Sortes fuit, ergo ista aliquando fuit vera, Sortes est. Sed prima est necessaria, cum sit de praeterito, ergo secunda est necessaria quae est de praesenti. Patet consequentia: quia si antecedens est necessarium, oportet quod consequens sit necessarium.

Prima ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Multiplex sensus propositionis de possibili.

Conclusio.

Optimo termino.

Optimo termino.

aliquo lapide equalis ponderis ad veritatem huius non sequitur. Sortes potest portare hunc lapidem: & potest portare hunc alium lapidem, demonstrato vno alio eiusdem ponderis: ergo Sortes potest portare hunc lapidem & hunc, utroque demonstrato. Non enim copulatiua de possibili requirit vnam copulatiua de inesse: sed sufficit quod vtraque eius pars diuisim sit possibilis. Dicunt praeterea quod omnis propositio singularis categorica de possibili, cuius subiectum est nomen proprium, vel pronomen demonstratiuum, habet aliquam de inesse possibilem: ita quod quaelibet talis si est vera, est vera tam in sensu composito quam in sensu diuiso. Ex quo inferunt quod ex ista: hoc potest esse, esse & non esse, sequitur quod ista est possibilis, hoc est & non est. Iste secundus modus dicendi est terministarum. Primum autem potius tenet S. Tho. quia secundum eum in multis locis: omnis propositio modalis potest habere sensum compositum & diuisum: & est distinguenda. Et ideo ex ista, hoc potest esse & non esse, si sit in sensu diuiso, non sequitur quod ista sit possibilis, hoc est & non est, quia modalis in sensu diuiso non officiat: sed bene sequitur quod hoc habet potentiam ad essendum & ad non essendum. Dicitur praeterea quod illa regula de propositionibus singularibus est falsa: quia singularis de possibili potest aliquando esse vera in sensu composito, & falsa in diuiso, & e contra: puta ista, hoc album, demonstrato Sorte potest esse nigrum: est enim vera in sensu diuiso, & falsa in sensu composito. His dictis probatur conclusio. Primò sic. Omne corruptibile nunc est, habet potentiam vt in futuro non sit. Sed aliqua sunt corruptibilia, ergo Minor patet. Maior probatur: quia si in eo non est potentia ad non esse in futuro, sequitur quod nunquam non erit in futuro. Secundò. Id cuius quidditas nunc est sub actuali existentia, & postea non erit sub actuali existentia, habet nunc potentiam, vt non sit in futuro, scilicet essentiam suam quae potest esse sub existentia, & potest non esse sub existentia. Sed multa in rebus sunt huiusmodi, scilicet omnia corruptibilia, vt dictum est, ergo &c. Tertio. Quando dicitur quod contingens dum est potest non esse, non est vera in sensu composito, quia sequitur quod ista propositio esset possibilis. Contingens dum est non est, vnde si est vera, oportet quod hoc sit in sensu diuiso, scilicet quod habeat potentiam per quam possit non esse. Ista autem potentia aut est extrinseca tantum, & hoc non sufficit ad contingentiam saltem secundum theologos & veritatem: quia multa necessaria, scilicet caelum & intelligentiae possunt non esse per potentiam extrinsecam, oportet igitur quod potentia a qua contingens denominatur posse non esse sit potentia intrinseca. Ex his arguitur. Potentia per quam dicitur contingens posse non esse, est ei intrinseca, ergo est in eo dum ipsum est in rerum natura. Antecedens patet ex dictis, & consequentia probatur, quia contingens per sui corruptionem, non acquirit aliquam nouam potentiam. Quarto. Aliquid nunc est, quod non est impossibile non esse, ergo aliquid nunc est quod nunc potest non esse in futuro, & vltra, nunc est quod quando est potest non esse. Quintò. Si contingentia non essent possibilis non esse, quando sunt, sequitur quod nihil esset possibile non esse, nisi quando non est: consequens est falsum, & improbarum ab Arist. 9. metaphysic. text. com. 5. vbi infert Philosophus quod sequeretur quod habens potentiam visiuam non posset videre, nisi quando actu videt: & sic de multis alijs. Per istasmet rationes probatur conclusio quantum ad secundum sensum: quia si res quae est in a, instanti, habet potentiam vt non sit in futuro, habet etiam potentiam vt non sit in a, quia quando corrupta erit ipsa non erit in a, & etiam si ipsa permaneat, tamen definit esse in a per solam transmutationem instantis a.

Conclusio probatur.

Ad primum.

Ad secundum.

Ad tertium.

autem

autem dicitur quod omne quod est dum est necesse est esse: verum est tantum de necessitate conditionata. Sciendum tamen quod dicta propositio tripliciter exponitur &c. Ad quartum conceditur maior & minor: & consequentia primi processus. Ad secundum vero processum qui ibi sit negatur consequentia. Ista enim non est bona consequentia, Sortes fuit: ergo est: sed ista est bona consequentia, hoc propositio nunc est vera, Sortes fuit: ergo haec propositio aliquando fuit vera, Sortes est. Et sicut antecedens est necessarium, ita & consequens non est de praesenti, sed de praeterito: & significatur quod veritas eius transit in praeteritum: licet hoc sit respectu alicuius, quod aliquando erat praesens.

Ad quartum.

QUESTIO XV.

Vtrum contingens effectuum, sumatur ex ordine ad causas proximas vel remotas.

Veritur decimoquinto. Vtrum contingetia effectuum, sumatur ex ordine ad causas proximas, vel potius ad causas remotas. Et videtur quod tantum ex causis remotis: quia ad Deo qui est prima causa habet necessitatem. Primo. In omni potentia si antecedens est necessarium, consequens est necessarium. Sed scientia necessario infert scitum: sequitur enim. Scio aliquid esse, ergo illud est. Similiter sequitur. Deus scit aliquid esse futurum, ergo illud erit. Antecedens autem huius consequentiae est necessarium, ergo consequens est necessarium: & consequenter omnia habent necessitatem a causa prima, & consequenter nihil est contingens a causa proxima. Secundò. Ex maiori de necessario & minori de inesse, sequitur conclusio de necessario: vt dicitur primo priorum. Sed ista maior est de necessario: omne scitum a Deo de necessitate est verum: & ista minor est de inesse: omne futurum est scitum a Deo, ergo sequitur conclusio de necessario, scilicet quod omne futurum de necessitate est verum: & consequenter quod nulla causa proxima dabit contingentiam.

Prima ratio.

Secunda ratio.

Triplex sensus questionis.

Conclusio responsiva.

& caeli est, vt omnes formae quae sunt in potentia materiae educantur in actum: & sic quod generatur monstrum est praeter intentionem causa particularis & non praeter intentionem causa vniuersalis & remotae. Secundo. Ab illa causa sumitur contingentia in effectu, qua posita effectus est contingens, & qua remota non est contingens, etiam existente alia causa in sua perfectione. Patet ista propositio ex diffinitione causa. Sed posita virtute caeli & perfecta virtute generatiua in semine, non ponitur monstrum: posita etiam virtute caeli, & remota perfectione virtutis generatiuae in semine ponitur monstrum siue effectus per accidens: ergo quod iste effectus sit per accidens, est a virtute seminis, quae est causa proxima. Tertio. Id facit effectum esse contingentem: quod facit ipsum esse rariò. Sed causa proxima est quae hoc facit: ergo ab ea habet effectus quod sit contingens. Maior patet: quia id dicitur contingens quod euenit, vt in paucioribus: vt dicitur secundo physic. & 6. metaphysic. Minor probatur: quia si causa proxima esset sufficiens, puta in proposito, virtus seminis, non generaretur monstrum, sed semper generaretur animal perfectum.

T. con. 48

Ad primum.

Duplex necessitas.

Ad primum in oppositum, quod est magnae difficultatis, responderent facile illi qui dicunt quod secundum philosophos Deus nihil intelligit extra se, & consequenter non intelligit aliquid futurum contingens: sed supponendo quod etiam de mente Arist. Deus cognoscat futura, aliter est respondendum. Responderet autem multipliciter. Primo. Quod sicut istud antecedens est necessarium: Deus scit, Sortem moriturum: ita hoc etiam consequens est necessarium: Sortes morietur, non tamen est necessarium necessitate consequentis, sed necessitate consequentiae. Secundò. Responderetur quod aliqua est necessitas casus, vt necesse est diem esse, si sol est super terram. Alia vero est necessitas concomitans: vt necessarium est te currere si video te currere: non tamen mea visio ponit aliquam necessitatem cursui tuo. Necessitas autem futurorum contingentium ad diuinam scientiam est tantum concomitans, & ideo ipsa simpliciter sunt contingentia Tertio. Responderetur quod aliud est necessitas: & aliud est immobilitas. Futura autem contingentia praeserta a Deo sunt quidem immutabilia, quia immutabiliter eueniunt, & tamen sunt contingentia: ita quod immutabiliter euenient contingentia. Quarto. Responderetur quod futura contingentia scita a Deo sunt quidem absolute contingentia, & tamen sunt necessaria necessitate praesuppositionis, id est, supposito quod Deus sciat ea esse futura. huius autem necessitas stat cum contingentia. Quintò. Responderetur quod quando in antecedente ponitur aliquid pertinens ad actum animae tantum, est accipiendum secundum quod stat sub actu animae, & ideo futura contingentia, licet simpliciter sint contingentia, tamen vt scita a Deo esse futura, sunt necessaria. Praedictae responsiones sparsim haberi possunt a S. Thom. in diuersis locis. Quidam alij dicunt quod Deus nullum futurum contingens cognoscit: quia nullum est determinate verum, sed bene cognoscit sub dysfunctione: ita quod est ex defectu futuri contingentis quod non cognoscatur. Aliae vero difficultates quae accidunt circa praedictam Dei de futuris contingentibus, tractanda erunt apud theologos. Posset tamen breuius dici quod istud antecedens est contingens: Deus scit Sortem currurum, licet sit immutabile: quia diuinus intellectus quantum necessario feratur super rerum essentias, tamen contingenter respicit earum essentias. Nam ab aeterno potuit scire Sortem non esse currurum: quia potuit se determinare ad nunquam producendum hoc vel ad faciendum quod nunquam curreret: sed posito quod se determinauerit & cognouerit Sortem currurum, non potest mutari in oppositum. Vnde ista propositio, Deus scit Sortem currurum, non est necessaria absolute: ita quod eius contradictoria sit impossibilis implicans contradictionem, sed est necessaria absolute, id est, immutabilis de veritate in falsitatem: quoniam si semel est vera, nunquam in futuro poterit esse falsa. Similiter hoc consequens, Sortes curret, est simpliciter contingens, sed vt dependet ex isto antecedente, id est, prout est coniunctum scientiae Dei de ipso, licet est necessarium, id est, immutabile: quoniam si scit Deus quod Sortes curret, non potest aliter esse quin aliquando Sortes currat, & tamen hoc non tollit consilium de rebus agentis, vt dicitur infra. Dicitur vltimò quod hoc argumentum potius est ad probandum quod nihil sit contingens, quam ad probandum quod contingetia sumatur ex respectu ad causas remotas. Ad secundum dicitur sicut ad primum. Nam maior est vera de necessitate conditionata, scilicet ista, omne scitum a Deo necessario est verum. Et similiter ista conclusio omne futurum necessarium est verum, est vera de necessitate conditionata, quae non tollit contingentiam, vt dictum fuit.

Vtrum verum sit ens reale vel rationis.

Veritur decimosexto. Vtrum verum sit ens reale vel rationis tantum. Et videtur quod sit reale. Primo. Obiectum intellectus est ens reale. Sed verum est obiectum intellectus, ergo &c. Minor convenienter est concessa: quia intellectus non cognoscit nisi verum. Maior probatur. Obiectum intellectus est prius intellectu & actu eius: cum obiectum moueat potentiam. Sed ens rationis non est prius intellectu, cum sequatur actum intelligendi, ergo &c. Secundo. Nullum ens rationis, est passio subiecti Metaphysicæ. Sed verum est passio entis, quod est tale subiectum, ergo &cetera. Minor patet: vnum enim, & verum, & bonum sunt passiones entis. Maior probatur, quia definitio subiecti est causa quod passio insit subiecto. Sed ens rationis non inest enti reali per rationes entis, sed solum per opus intellectus, ergo &cetera. Tertio. Circumscripto omni opere intellectus, aurum est verum aurum, ergo eius veritas non est ens rationis. Consequenter patet, quia entia rationis non sunt actu nisi ex opere intellectus. Antecedens probatur, quia si per impossibile Deus nihil intelligeret extra se, vt quidam attribuunt Auerro 12. Metaph. adhuc aurum esset verum, ergo &c. Quarto. Veritas & entitas cõueruntur, alioquin non essent transcendentia, ergo veritas nõ est ens rationis. Patet consequentia, quia nullum ens rationis est idem enti reali.

Respondeo, quod aliter sentit in hac quæstione Herueus à communi via beati Thomæ & aliorum. Ipse enim arbitratur quod veritas sit tantum ens rationis, obiectiue existens in intellectu, sicut declarabitur. Et quia ista opinio videtur conformis Philolopho dicenti, quod Metaphysicus non habet considerare de ente vero, quod tamen non esset, si verum sit ens reale; & Comment. in fine Comment. 8. dicit, quod verum est ens diuinum. Ideo in hac quæstione pertractabimus hanc opinionem, & postea quæretur de opinione communi quæ dicit quod veritas est conformitas rei ad intellectum, & forte apparebit quod vtraque opinio est vera. Quantum igitur ad hanc opinionem, præmitto primo, quod ens rationis nullibi est subiectiue, quia inhærentia est proprietates accidentis realis, vt probabitur 7. huius, quæstione secunda. Sed omne ens rationis consequitur res, vt sunt in intellectu. Præmitto secundo, quod cum tres operationes intellectus, aliquod ens rationis consequatur. Quoddam consequitur rem, vt est in intellectu per primam operationem, & huiusmodi est relatio rationis, significatio hoc nomine genus, Species, Singulare. Aliquod vero consequitur rem per secundam operationem intellectus, vt opinio, contradictio, subiectum, prædicatum. Quoddam vero consequitur rem, vt est in intellectu discursiuo, sicut antecedens, consequens & huiusmodi. Præmitto tertio, quod aliquid potest tripliciter denominari verum. Vno modo fundamentaliter. Alio modo representatiue. Tertio modo formaliter: quorum terminorum notitia patebit sequentibus conclusionibus. Quarum prima hæc est. Entitas rei non est formaliter veritas, sed tantum fundamentaliter. Probatur. In quocunque est formalis veritas, ipsum ab ea denominatur verum, omni alio circumscripto: sicut si Sortes habet in se albedinem, nihil aliud requiritur ad hoc quod Sortes denominetur albus. Sed posita sola entitate rei & ipsa re, nõquid res denominatur vera: ergo entitas non est formalis veritas. Maior patet. Minor probatur: quia si sic esset, tunc veritas esset in rebus & nõ intellectu, cuius oppositum dicit Philolophus in hoc textu: ergo &cetera. Secundo. Multæ entitates sunt per se subsistentes. Sed veritas non est entitas. Maior patet in omnibus subsistentiis. Minor probatur. Nulla conformitas est subsistens: quia conformitas est relatio: dicitur autem Comment. septimo Metaphysicæ. Comment. 49. quod nullus respectus per se subsistit. Sed veritas aut est respectus, aut saltem includit respectum: vt communiter est concessum: ergo &cetera. Tertio. Omne nomen significans veritatem formaliter potest dici significare verum vel falsum. Sed hic terminus homo, significat entitatem hominis, quæ est humanitas, & tamen non significat verum nec falsum: vt dicit Philolophus in hoc textu, circa finem, & primo perihierm. ergo relinquitur quod si entitas rei dicitur veritas: hoc non est nisi fundamentaliter, & hoc modo etiam quælibet propositio tam vocalis quam mentalis, in quantum est quædam res, potest dici veritas. Secundo conclusio. Nulla propositio etiam mentalis, in quantum propositio est formaliter veritas, licet sit vera representatiue. Prima pars probatur sicut & præcedens. Sequitur enim quod iste terminus pro-

Entitas rei non est vera nisi fundamentaliter.

positio, significat verum vel falsum quod non est concedendum: cum sit terminus simplex. Consequentia patet: quia ille terminus significat quamlibet positionem: puta ista, homo currit, Sortes disputat: quæ per se sunt formaliter veritas. Secunda pars probatur. Illud est verum representatiue, siue significatiue, quod significat verum. Sed omnis propositio vera significat verum: ergo ipsa est vera representatiue. Secundo. Id est verum tantum representatiue cuius veritas ponitur & remouetur præcisè ex positione & remotione veritatis illius quod representatur. Sed propositio quælibet est huiusmodi, ergo. Maior est nota ex se, tale enim habet præcisè quod est verum, quia illud representat. Minor probatur: quia propositio quæ significat Sortem sedere, tandiu est vera, quandiu Sortes sedet, & eo non sedente statim est falsa. Tertia conclusio. Veritas formaliter est conformitas quæ est relatio rationis rei quæ est extra ad seipsam: vt est obiectiue in intellectu enunciatiuo. Istam conclusionem sic intelligo. Res ad extra potest dupliciter considerari. Vno modo vt est extra. Alio modo vt est per intellectum apprehensa. Quando igitur intellectus enunciat de re, id quod ei conuenit ad extra: puta cum dicit, quod homo est animal, ad hunc actum enunciandi consequitur quædam conformitas: quia res vt stat sub apprehensione intellectus est conformis sibi ipsi, vt est ad extra. Ista autem conformitas est respectus rationis, cum sit eiusdem ad seipsam: & hanc conformitatem, siue veritatem significat propositio ratione copulæ verbalis. Cum enim dico, homo est cæcus, ly est, nullam realitatem significat, sed solum quod ita in re homo est priuatus visu, sicut apprehendit cum intellectus esse priuatum. Probatur autem ista conclusio. Id quod distinguitur contra ens reale, est purum ens rationis. Sed veritas est huiusmodi, ergo est purum ens rationis. Maior patet. Minor probatur, quia Philolophus in textu distinguit ens, in ens reale & rationis: quod ens rationis dicit esse ipsum verum. Et ita concluditur quod veritas formaliter accepta est tantum obiectiue in intellectu: quia est relatio consequens rem, vt est in intellectu obiectiue. Vnde licet omni intellectu circumscripto res sint veræ fundamentaliter, quia correspondent prædicto respectui tanquam fundamentum, non tamen sunt vere formaliter. Sciendum est autem quod ea quæ diximus non sunt intelligenda de veritate vniuersaliter: non enim solum conceptus complexus est conformis rei, sed etiam conceptus incomplexus, sed tantum loquimur de veritate complexa, quæ significatur per propositionem veram, uanc enim veritatem excludit Philolophus à consideratione Metaphysicæ: de aliis vero patet in sequentibus.

Veritas formaliter, quæ sit.

Notandum.

Ad primum.

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad quartum.

Auctor sequitur Beati Thomæ placitum.

Quem respicit dicitur res.

Notandum.

geret actu vel habitu, adhuc lapis habens naturam lapidis, esset verus lapis, ergo &c.

Respondeo, quod secundum opinionem beati Thomæ in omnibus sequor veritas significat rem absolutam cum implicatione respectus, siue accipitur verum vt dicitur de rebus, siue vt dicitur de intellectu. Ipse enim sic dicit formaliter q. 1. de veri. ar. 8. veritas dicta de lapide, claudit in sua ratione entitatem lapidis, & superaddit habitudinem ad intellectum. Quapropter non oportet dubitare quin ista fuerit eius opinio. Sed duo sunt declaranda circa hanc opinionem: primum est, qualis sit iste respectus, & quæ sit huius entitas, secundum est, quomodo verum significet respectum. Quantum ad primum, per entitatem accipitur natura rei quæ dicitur vera. Cum enim dicitur quod istud est verum aurum, sensus est quod habet naturam auri, & cum dicitur quod intellectus cognoscens lapidem est verus, sensus est, quod in intellectu est species siue conceptus lapidis, siue ille conceptus sit complexus, siue incoplexus representans lapidē sicut est. Sed de respectu maius dubium est. Cum enim tā res extra, quam etia intellectus dicantur veri, aliter & aliter referuntur. Res enim quæ cognoscitur à nobis speculatiue cõparatur ad intellectum sicut mouens ad motum, & agēs ad patiens, quia causa sui speciem in intellectu, & quantum ad hoc referuntur adinuicem mutua relatione reali. Comparatur etiam ipsa res ad intellectum, sicut representatū ad representans, & mensura ad mensuratum, hic autem respectus est quidem realis quandiu res est, quia scientia realiter refertur ad scibile, sed si res definit esse, puta dum nulla rosa existente intelligo rosam esse substantiam, nunc refertur tantum relatione rationis, & illa relatio cõformitatis & adæquationis quam dicit veritas, est rationis tantum. Res vero quæ cognoscuntur practica, referuntur quidem ad intellectum antequam sint productæ relatione rationis tantum, vnde diximus supra quod relatio producti ad producibile est relatio rationis. Postquam vero res artificialia est producta, tunc refertur relatione reali: sicut effectus ad causam, sed huiusmodi relatio fundatur super specie intelligibili & super habitu scientifico, non in quantum est scientia, sed in quantum habet rationem potentie actiue. Sed si consideretur vt est scientia, & vt est quædam veritas intellectus: sic dico quod adæquatio eius ad rem quandiu res est, dicitur realis, postquam vero res desit esse, est rationis tantum. Ex his patet qualem respectum dicat veritas, sed loquendo de veritate diuina, cum Deus cognoscat se speculatiue & omnia alia practice, veritas diuina dicit tantum respectum rationis, siue qui est inter essentiam & intellectum diuinum, dum intelligit essentiam suam, siue qui est inter intellectum diuinum & creaturas. Adæquatio autem & conformitas quæ est in creatura existente ad intellectum diuinum, siue ad ideam in eo existentem, est relatio realis. Si igitur quæret aliquis an veritas dicat respectum realem, vel rationis, respondendum est quod abstractum ab vtroque & vtrumque potest ei conuenire.

Ad argumenta responderetur. Ad primum. Dico ad maiorem quod à metaphysico consideratione non excluditur veritas absolute, sed tantum veritas propositionis, quia metaphysicus non habet considerare propositiones, sed locutus: hæc autem veritas est tantum ens rationis & significatur per copulam verbaalem est, vt dicit Philolophus quinto meta. tex. commen. 14. & 6. metaphysicæ. tex. com. 8. Cum enim dico, cæcitas est in oculo, nihil aliud significat ly est, nisi quod verum est oculum, esse priuatum visu. Ad secundum. Dicitur quod ille respectus potest esse realis & potest esse rationis: neutrum tamen ipsorum est de natura ipsius: sed vtrumque potest ei conuenire, secundum quod veritas dicitur ex cõparatione ad alium & alium intellectum. Ad tertium negatur antecedens. Et dicitur vt dicebatur præcedenti quæstione, quod nunquam res nominatur formaliter vera, nisi concipiatur in habitudine ad intellectum à quo dependet.

Ad secundum.

Ad tertium.

Vtrum entia rationis habeant causam dantem eis esse.

Veritur decimo octauo. Vtrum ens verum, siue entia rationis habeant causam dantem eis esse, & arguitur quod sic. Primo. Cuiuslibet existentis citra primum, aliqua quod est causa. Sed entia rationis existentis ergo &c. Maior patet. Minor probatur. Id existit de quo prædicatur, est secundum adiacens, quia in propositionibus simplicibus ly est, significat existentiam, vt dicitur secundo perihier. Sed ista propositio est vera, cæcitas est, ergo &c. Secundo. Id quod est factum in anima, habet causam agentem. Sed entia rationis sunt facta ab anima, ergo &c. Maior patet. Minor est Comment. sexto metaphysicæ. com. 8. vbi sic dicit, loquamur de ente veridicantem secundum quod est veridicantem & hoc est illud quod est in anima: hæc enim entia facta sunt ab intellectu, quando diuidit entia adinuicem ad componit ea adinuicem. Et primo de anima commen. 3. dicit quod intellectus facit vniuersalitatem in rebus, vniuersalitas autem est ens rationis. Tertio. Id quod aliquando non est, & postea est, habet causam deducentem ipsum de non esse ad esse. Sed entia rationis aliquando non sunt, & postea sunt: ergo. Maior patet, quia nihil deducit se ad esse. Minor probatur. Relatio præteriti ad futurum est relationis tantum. Sed ista non erat quando vtrumque erat futurum: & est in actu quando alterum est præteritum & alterum est futurum: ergo &c. Quarto. Id quod non habet causam, aut est primum ens, aut omnino nihil. Sed ens rationis non est primum ens: nec est nihil: alioquin ens distingueretur in ens & nihil, quando diuiditur in ens reale & ens rationis, ergo habet aliquam causam.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Ens rationis quatuor dicitur modis.

Respondeo. In ista quæstione duo sunt declaranda. Primum est quid sit ens rationis. Secundum est an habeat causam. Quantum ad primum, sciendum est quod aliquid esse ens rationis potest exponi quatuor modis. Vno modo secundum constructionem intrasubstantiuam, & sic dicitur ens rationis illud quod est ipsa ratio, siue intellectus sicut dicitur essentia albedinis id quod est ipsa albedo. Secundo dicitur aliquid esse ens rationis subiectiue, & sic omnia quæ sunt subiectiue in ratione, siue sint habitus, siue actus, dicuntur entia rationis. Tertio dicitur ens ratio nis causaliter, id est, id quod est causatum à ratione siue mediata siue immediata, & sic non tantum ea quæ sunt in anima subiectiue, sed etiam omnia artificialia possunt dici entia rationis. Quarto accipitur ens rationis, prout distinguitur contra ens reale de quo loquitur Philolophus sexto huius text. commen. 8. declarans quod tale ens excluditur à consideratione metaphysicæ. Nam ens rationis dictum tribus primis modis non distinguitur contra ens reale, quartum est illud quod excludit Philolophus à metaphysico in loco præallegato. Et licet hoc possit multis rationibus probari quibus declaratur quod huius entia sunt realia. Tum quia de eis considerat Philolophus naturalis. Tum quia habent causas naturales reales. Tum quia specialiter ex Commentatore qui dicit sexto metaphysicæ. com. 8. quod entia rationis de quibus ibi est sermo, habet esse diminutum, & quod metaphysicus habet perscrutari solum de ente perfecto, quod est ens extra animam. Canstrat aut quod libro 9. agit de actibus intellectus & voluntatis, ergo ipsi non sunt illud ens rationis, siue ens in anima, de quo loquitur Aristoteles. Et confirmatur. Quia Philolophus ibi distinguit ens rationis cõtra ens diuinum in decem genera, vt patet text. commen. 4. Sed omnes actus & habitus qui sunt in anima, sunt in aliquo prædicameto, Quæst. Met. Paul. Son. k ergo

Vtrum veritas significet rem absolutam cum respectu.

Veritur decimo septimo. Vtrum opinio dicentium quod veritas significet rem absolutam cum respectu sit vera. Et arguitur quod non. Primo. Omnis realitas absoluta pertinet ad considerationem Metaphysicæ, cum sub ente contineatur. Sed verum excluditur à Metaphysico consideratione: vt dicitur in hoc textu: ergo nullo modo dicitur realiter absolutam. Secundo. Aut ille respectus quem significat verum, est realis, aut rationis tantum. Non realis: alioquin inter essentiam diuinam & eius intellectum esset relatio realis. Non rationis: quia mensurari ad mensuram est realis relatio, vt dicitur 5. Metaph. tex. Commen. 20. intellectus autem speculatiuus adæquatus rebus comparatur ad ens, sicut mensuratum ad mensuram, ergo &c. Tertio. Secundo omni respectu, adhuc aliquid est verum formaliter: ergo veritas non dicit respectum formaliter. Consequentia patet. Antecedens probatur. Si enim nullus intellectus intelligeret

Prima ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

geret

Ens rationis quid.

Esse in intellectu obiectum.

Esse cognitum.

Ad primam.

Ad secundam.

Ad tertiam.

Ad quartam.

Prima ratio.

ergo nullum eorum est ens rationis, siue ens in anima de quo ibi loquitur. Ad cognoscendum autem quid sit ens rationis, sciendum est quod nullum est ens rationis, nisi negatio & priuatio, & relatio, reperiuntur enim aliqua relationes rationis. Priuationes autem & negationes non sunt in rebus, nisi fundamentaliter: formaliter vero habent esse tantum per actum intellectus: non quod sint subiectiue in intellectu, vel quod intellectus effectiue eas faciat, sed quia predicantur de rebus solum dum apprehenduntur ab intellectu, & de his quaeritur in speciali lib. 10. quest. 15. Nunc autem intendo solum declarare quid sint entia rationis quae dicuntur relationes rationis. Ad cuius noticiam est sciendum quod res quas intellectus intelligit habent duplex esse. Vnum est in seipsis vel in causis suis: & secundum istud esse, consequuntur eas suae naturales proprietates. Nam hominem ut est in rerum natura, consequitur ebledo, calor, & alia huiusmodi. Aliud esse habent ipsae res cognitae, quod dicitur esse obiectum pro quanto ipsae res obiciuntur actui intellectus & ipsum terminant: homo enim qui est ad extra actu vel aptitudine, terminat illum actum quo intellectus apprehendit hominem vel quo aliquid de eo praedicatur: & ipse ut sic, dicitur esse obiectiue in intellectu, id est, terminare actum intellectus. Ad rem vero ut sic terminantem actum intellectus, consequuntur aliqui respectus. Nam dum intellectus format hanc propositionem, Homo est animal necesse est quod homo sit obiectum, & animal, sit praedicatum. Subiectum autem & praedicatum dicuntur relatiue inter se, & ideo relationes significatae his nominibus, conueniunt homini & animali solum: ut subiiciuntur actui intellectus, & remoto isto actu non conueniunt eis. Idem dicendum est de respectibus significatis his nominibus, Genus, Specie s, Antecedens, Consequens, & aliis huiusmodi multis. Et sic patet primum. Quantum ad secundum, dicitur quod entia rationis non habent causam dantem eis esse: quod probatur. Primo. Omnis effectus causae efficientis acquirit esse per sui productionem a causa sua. Sed entia rationis non acquirunt esse: ergo & c. Maior patet: minor probatur. Si haberent esse, aut essent per se, aut in alio. Sed non habent esse per se, quia non sunt substantiae: nec etiam inharent alteri, quia non sunt accidentia: ergo & c. Secundum. Impossibile est productionem esse nobiliorum termino suo: quia nobilitas productionis & cuiuslibet actionis sumitur ex termino. Sed ens rationis est imperfectius qualibet productione, quia omnis productio est ens reale: omne autem ens reale est perfectius qualibet ente rationis, ergo & c. Propterea bene dixit commentator sexto metaphys. comment. 8. quod habent esse tantum in anima, non quidem subiectiue, sed obiectiue, habent enim solum esse cognitum, id est, consequens obiectum, & ei conueniunt dum cognoscitur. Cum autem dixi quod habent tantum esse cognitum, non intendo per hoc dicere, quod non sint nisi dum intellectus ea apprehendit: hoc enim est falsum: quia dum intellectus dicit quod homo est animal, relatio subiecti conuenit homini, dato quod intellectus non apprehendat illam relationem, nec hominem sub ratione subiecti: sed bene verum est, quod nunquam entia rationis sunt, nisi intellectus ea apprehendat vel saltem apprehendat obiectum, ad quod ipsa consequuntur & apprehendat ipsum, eo modo quo ad ipsum consequuntur.

QUESTIO XIX.

Vtrum enuntiabilia sint entitates in anima vel extra animam.

Varitur decimonond. Vtrum enuntiabilia sint entitates in anima vel extra animam. Et arguitur quod

non. Primo. Ab autoritate Philosophi primo perier. ubi ait quod ipsum est, si purum dixeris, nihil est, id est, nihil secundum se significat: sed est purum syncategorematicum. Itē sexto metaphys. dicit quod ens quod est in affirmatione & negatione, est passio entis, & nullam naturam extra significat praeter ens, quod est quid, aut quantum, aut quale & c. quod tamen falsum esset, cum quodlibet quid aut quantum & c. significet per simplices terminos praedicamentales. Tertio. Arguitur per rationem. Nam sumo istam, Deus est creator: si ly est, significet aliquam entitatem aliam a significatis per terminos, puta per subiectum & praedicatum huius propositionis, cum subiectum significet diuinitatem & praedicatum quamlibet creaturam, licet non semper supponat pro qualibet, oportebit quod ly est, significet aliquam entitatem, quae nec est Deus, nec creatura: quod est impossibile. Quarto. Quia quae ratio complexio vnus propositionis significat huius entitatem eadem ratione & cuiuslibet; & sic complexio huius Deus, significabit vnā entitatem, quae non est Deus. Itē. Complexio huius Deus non est lapis, & huius, chimera non est ens: & cuiuslibet alterius negatiuae, habebit suam talem aliquam entitatem: quod est nimis mirabile. Quinto. Cum qualibet entitas possit significari aliquo termino, qui pro illa possit etiam supponere in aliqua propositione, cuius subiectum sit a, nomen entitatis significatae per copulam huius propositionis. Sortes sedet, & formetur ista propositio, a, est ens, vel a, est productum vel aliqua talis: pari ratione copula istius propositionis, cuius est subiectum a, sic significabit aliam entitatem, & tunc de illa poterit aliquid enunciar: & copula etiā istius enuntiationis significabit aliam & sic vel oportebit concedere, quod ad cuiuslibet propositionis formationem fiat vna noua entitas extra animam distincta a propositione: & aliis praexistētibus rebus, vel quod in qualibet sunt actu infinitae tales, quorum vtrumque nimis est patenter absurdum.

Respondeo. Circa quaestionem istam quae est difficilis, cum sit de his quae videtur minimae entitatis, variè opinatum fuit. Quidam enim dixerunt quod quaestio ista vana est, eo quod enuntiabilia non habent quid. Nam quidditas conuenit tantum rebus incomplexis, dicente Philosopho: quod eorum quae secundum nullam complexionem dicuntur, aliud est substantia, aliud est quantitas, aliud est ad aliquid, & sic de aliis generibus. Quaeere autem quid sit id, cui non conuenit habere quid, est vnum quaeere & impossibile. Si autem de praedictis aliqua fiat quaestio, quaerendum est qualiter sint: & respondebitur quod sunt vera vel falsa. Alij dicunt, quod huius complexa dicuntur aliquas entitates extra animam: non tamen distinctas ab entitatibus in complexione significabilibus: & haec opinio videtur rationabilis. Pro cuius notitia tria sunt declaranda. Primum est quomodo dicantur vera. Secundum est, quid ipsa sint. Tertium est probare, quod sint entia realia extra animam.

Quantum ad primum. Dico quod esse enuntiabile non est aliud, nisi esse aptum natū enunciar: siue significari per aliquam enuntiationem veram vel falsam. Dicitur ergo illud enunciabile esse verum, quod potest enunciar: per veram enuntiationem. Dupliciter autem potest aliqua enuntiatione dici vera. Vno modo tantum contingenter, & hoc est, quando possibile est quod res per ipsam significatae sint in rerum natura: cum hoc quod vna earum alteri non conueniat sicut est ista, Sortes est albus. Na potest esse quod Sortes sit, & albedo sit, & tamen quod albedo non sit in Sorte: sed in aliqua alia re. Alio modo enuntiatione est vera necessario. Quod etiam potest dupliciter intelligi. Vno modo tantum: quia rebus existentibus in natura, non potest vna ab alia separari. Alio modo, quia etiam rebus non existentibus adhuc propositio de eis formata esset vera. Exemplum vtriusque est in his propositionibus, homo est animal, homo est risibilis: & aliis. Dicunt igitur aliqui quod enuntiabile dicitur necessarium solum ex hoc, quod enuntiatione ipsum significans est vera tantum, dum res existunt: & sic aliqua enuntiabilia dicuntur vera aeternaliter solum ex hoc quod si enuntiationes ipsae significantes formatae fuissent ab aeterno, & tunc res extitissent, ipsae fuissent verae. Alij vero dicunt quod est necessarium, quia siue res sint, siue non, omnino enuntiatione ipsum significans semper est vera, & hoc est magis consonum dictis philosophi, ut probatur lib. 9. quest. 7. Cui autem per prius conueniat veritas, scilicet enuntiabili, an enuntiatione: ut dicatur ideo enunciabile esse verum, quia enuntiatione est vera: aut e contra. ideo enuntiatione est vera, quia enuntiabile est verum. Dico quod per prius conuenit enuntiabili. Tu quia dicit Philosophus in praedicamentis: quod ex eo quod res est vel non est, oratio dicitur vera vel falsa. Tu quia notitia intellectus siue conclusio demonstrata dependet ex obiecto, quod est huius complexum

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

In Antepredicamentis.

Enunciabile quid.

rum: Et licet ita sit, tamen ista duo inseparabiliter se comitantur; quia omne enuntiabile verum est significabile per veram enuntiationem, & omnis vera enuntiatione significat verum enuntiabile. Idem dicendum est etiam de falso enuntiabili in ordine ad falsam enuntiationem. Vnde etiam Deus, licet cognoscat simpliciter intuitu omnia enuntiabilia, vera tamen cognoscat & apprehendit ea esse significabilia per veras enuntiationes. Cuius ratio est: quia enuntiabile dicitur relatiue ad enuntiationem, sicut scibile ad scientiam. Vnde sicut potest intelligi aliquod scibile absolute & sine respectu: etiam non potest apprehendi ipsum esse scibile, nisi ad aliquam scientiam comparatur: ita praedicatio dico de enuntiabili. Ex praedictis patet quod enuntiabile potest tripliciter denominari verum. Vno modo sua veritate intrinseca & formali. Secundum denominatione extrinseca, scilicet, veritate enuntiationis. Tertio veritate diuini intellectus cognoscentis enuntiabilia, quae denominatio est etiam extrinseca. Et sic patet primum.

Quantum ad secundum, sciendum est primo, quod in omni enuntiatione, copula verbalis significat compositionem praedicati cum subiecto: quam compositionem facit intellectus: & consequenter ista compositio est ens rationis. Habens enim intellectus speciem hominis & speciem animalis, coniungit ista adinuicem, & dicit hominem esse animal. Et idem dicendum est in omnibus aliis propositionibus affirmatiuis tam necessariis quam contingētibus: & opposito modo accidit in propositionibus negatiuis. Et quia compositio est relatio quae non potest apprehendi nisi apprehendantur extrema, ideo dicit Philosophus primo perierme. quod verbum, est, con significat quandam compositionem: quam sine extremis non est intelligere: & Comment. ibi dicit quod verbum quando est copula, significat compositionem praedicati cum subiecto: & quod non est via ad intelligendum compositionem praeter intellectum rerum compositarum. Et quia rebus accidit sic concipi & apprehendi, ideo dixit Commentator 10. Metaphys. comment. 8. quod ens significans verum dicit accidens. Nam ut inquit Philosophus 6. Metaphys. tex. comment. 8. est, quod est copula, dicit veritatem propositionis: & quod huius ens consistit in compositione & diuisione: & Commentator ibi sic ait: Loquamur ergo de ente veridicantem secundum quod est veridicans: & hoc est illud quod est in anima: haec enim entia facta sunt ab intellectu quando diuidit entia adinuicem, aut componit ea adinuicem. Hoc igitur ens est vnum genus generum entium: & est vniuersaliter istud ens tantum in affirmatione & negatione. Vera enim affirmatiua significat compositionem in entibus: & vera negatiua diuisionem. Ex his omnibus habentur quatuor de mente Philosophi & Commentatoris. Primum est quod copula in omni propositione facit veritatem propositionis, & compositionem praedicati cum subiecto, vel eorum diuisionem. Secundum est, quod intellectus non potest ista extrema componere, nisi prius vtrumque extremum apprehendat. Tertium est, quod tale ens dicit accidens non quidem de 9. generibus accidentium: sed accipiendo accidens pro omni eo quod conuenit alicui rei, non ex necessitate: extendendo nomen accidentis etiam ad entia rationis. Quartum est, quod huius ens non habet aliam causam nisi intellectum componentem. Ista autem quae dicta sunt intelligenda sunt de propositione vocali vel scripta, scilicet, quod huiusmodi propositiones significant compositionem aut diuisionem quam facit intellectus. Propositio autem mentalis non significat compositionem intellectus: sed est ipsa compositio intellectus. Sciendum secundum, quod propositio mentalis affirmatiua significat aliquam identitatem rei significatae per praedicatum, & rei significatae per subiectum: & hoc est generale in omnibus: quia intellectus per propositionem enuntiat rem de re. Na ipsae res ad extra vere praedicantur: ut probatur fuit lib. 4. q. prima. notabili primo. Identitas autem inter praedicatum & subiectum est relatio rationis tantum: quia consequitur ipsas res prout habent esse obiectiue in intellectu: & est relatio eiusdem ad seipsum: & hoc patet discurrendo in omnibus. Nam in omni propositione affirmatiua, aut praedicatum est essentiale subiecto, aut est accidens eius, aut est praedicatio eiusdem de seipso. Si primum: sic est idem praedicatum & subiectum, ut patet dicendo, homo est animal, nam illa res quae est homo est animal. Si secundum: patet etiam quod est idem, puta cum dicitur, Sortes est albus. Nam idem est ac si dicatur, Sortes est habens albedinem: constat autem quod Sortes & habens albedinem sunt eadem res. Si tertium: idem patet ex se, puta cum dicitur, Sortes est Sortes. Et per oppositum significatur distinctio praedicati & subiecti in omnibus negatiuis. Et quod dictum est in affirmatiuis, verum est tam si sint de est secundo ad-

iacente, quam si sint de est tertio adiacente. Cum enim dicitur, Sortes est, idem est ac si dicatur, Sortes est ens: accipiendo ly ens, prout est participium huius verbi, est. Constat autem quod Sor. & tale ens siue existens, sunt eadem res. Sciendum tertio, quod licet in omni propositione significetur talis identitas & copulatio siue compositio praedicati cum subiecto (quae omnia sunt entia rationis) tamen in affirmatiuis significatur etiam aliquod esse rei, si praedicatum sit reale; & in negatiuis significatur aliquod non esse rei illius quod est subiectum enuntiationis. Cum enim dicitur, Deus est, significatur non tantum compositio facta per intellectum huius verbi, est, cum subiecto, sed etiam significatur ipsa realis existentia de Deo; & ille qui scit haec propositionem, scientiam quod realis existentia Deo conuenit: licet ignoret qualis sit illa existentia in se: & apprehendat eam solum in conceptu communis, etiam existentiae alterum reru. Similiter cum dicitur, homo est animal: vel homo est albus, enuntiat aliquod esse rei de homine, scilicet, natura animalis & natura albedinis. Cum autem dicitur: oculus est caecus, significatur aliquod esse rei quantum ad modum significandi: licet quantum ad rem significetur non esse, & alia propositio equipolleret isti, oculus non videns. Intellectus enim noster sicut cognoscat materialia immaterialiter: ita priuationes cognoscat positue: & per aliquod nomen propositiuum eas significat. Sciendum quarto quod differentia est inter propositiones necessarias & contingentes. Cum enim dicitur, homo est albus, significatur quod homo & habens albedinem sunt idem. Non potest autem homo habere albedinem nisi sit in reru natura, & ideo ad veritatem huius, homo est albus, oportet poni constantiam subiecti. Cum autem dicitur, homo est animal, denotatur quod homo & animal sunt idem: quae identitas conuenit eis fundamentaliter, dato quod non sint in rerum natura. Ex praedictis facile est cognoscere quid sunt enuntiabilia. Dico enim primo quod enuntiabile non est ipsa propositio. Quod probatur. Primo. Signum & signatum non sunt idem (cum referantur inter se.) Sed enuntiatione est signum enuntiabili. Nam ista propositio, homo est albus, significat hominem esse album, quod est eius enuntiabile, ergo, & cetera. Secundum. Quia Philosophus in post praedicamentis dicit: quod sicut caecitas & visus opponuntur priuatiue, ita etiam caecus esse & vident esse. Et postea statim sic dicit, Non est autem neque id quod sub affirmatione & negatione: aut affirmatio & negatio. Affirmatio namque oratio est affirmatiua: & negatio oratio negatiua, horum vero quae sub affirmatione & negatione sunt, nulla est oratio. Dico secundum. Quod nullum enuntiabile est ipsum esse verum. Istud etiam probatur. Primo. Quia ea non sunt idem, quorum vnum potest apprehendi alio non apprehenso. Sed intellectus potest apprehendere aliquod enuntiabile, non apprehendendo ipsum esse verum, potest enim quis apprehendere Sortem currere nihil cogitando vtrum hoc sit verum an falsum: ergo & cetera. Secundum. Quia idem enuntiabile potest mutari de veritate in falsitatem, & e contra: sicut etiam propositio ipsum significans: sicut enim ista propositio aliquando est vera: & aliquando falsa. Sortes currit: ita etiam hoc enuntiabile, Sortes esse currentem, aliquando est verum: & aliquando est falsum. Tertio. Quia enuntiatione non est ipsam esse veram, ergo nec enuntiabile est ipsum esse verum. Antecedens patet ex ratione praecedenti. Consequenter probatur: quia enuntiabile & enuntiatione se consequuntur praeterquam in hoc quod vna est signum, & alia est signatum. Dico tertio quod multa enuntiabilia sunt aliquid vel aliqua extra animam. Istud quoque probatur. Primo. Quicquid terminat relationem realem est aliquid extra animam, sed multa enuntiabilia terminant relationem realem: ergo & c. Maior patet: quia licet in vno relatiuorum possit esse relatio realis: & in altero rationis tantum: tamen id in quo fundatur relatio rationis praedicta, oportet esse ens reale. Cuius ratio est, quia relatio est debilioris entitatis quam fundamentum & terminus, vel saltem id in quo terminus fundatur. Minor etiam patet: quia scientiae ad scibile est relatio realis; multa autem enuntiabilia sunt scita, puta, Triangulum habere tres angulos aequales duobus rectis; & hominem esse risibilem. Secundum. Significatum huius enuntiationis, homo est albus; est ens reale, ergo enuntiabile est ens reale. Patet consequenter: quia enuntiabile non est aliud nisi significatum enuntiationis. Antecedens probatur. Quilibet terminus idem significat dum est in propositione, quod significat positus extra propositionem. Sed isti termini, homo est albus positus extra propositionem; significant entia realia, scilicet, hominem & albedinem; ergo in propositione eandem res significant. Tertio. Quicquid habet causam efficientem, est ens reale: sed aliquid cauriale

bilem habet causam efficientem, ergo &c. Maior patet. Minor probatur. Idem est dictum hominem esse album, & quod homo sit albus, ut patet ex se. Sed aliqua est causa efficiens, quod homo sit albus; ergo &c. Confirmatur. Quia antequam homo dealbaretur non erat hominem esse album; & postquam homo dealbatus est, est hominem esse album, ergo hominem esse album est de nouo productum; & consequenter habet causam efficientem. Dico quarto, quod enunciabile non est aliud quam suæ partes, pura, hominem esse albū, est homo & albedo; & esse quod albedo dat homini; & præter hoc significatur identitas hominis & albi. Similiter hominem esse animal, est homo & animal, & eorum identitas fundamentalis, idem quia conuenit eis etiam dum non sunt actu in rerum natura. idem hominem esse animal est verum; etiam quando homo non est, propter eam sic ait Commentator 6. Metaphys. comment. 8. est compositio; aut diuisio absque eo quod sit extra animam ens, quod differt ab illo quod est in hoc; & est illud quod significat aut quid, aut quale &c. aut aliquid contentum in aliis predicamentis. Ex predictis infero, quod licet sit tantum vna veritas æterna incomplexa, tamē sunt multæ veritates æternæ complexæ; quæ veritates non habent ab æternō aliquid aliud esse nisi esse cognitum, & intellectum ab intellectu Dei.

Ad primum. Ad rationes in oppositum respondetur. Ad primum negatur assumptum. Non enim dicit Philosophus, quod verbum secundum se prolatum sit syncategorema, & nihil significans; sed dicit quod secundum se prolatum est nomen. Vnde eius verba sic sunt. Ipsa verò secundum se dicta verba, nomina sunt & significant aliquid; constituit enim qui dicit intellectum, & qui audit quiescit; sed si est vel non est, nondum significat, id est verbum secundum se prolatum non significat aliquid esse vel non esse. Et postea immediate subiungit, si ipsum ens purum dixeris, ipsum quidem nihil est. Non enim intendit in his verbis dicere, quod copula est nihil significet; alioquin contradiceret sibi, cum supra dixerit quod significat aliquid, sed intendit dicere quod non significat aliquid esse vel non esse. Et

quod ista sit intentio Philosophi, patet ex Commentatore, qui sic ait, Verbum similatur nomini, & communicat ei in hoc quod dicitur separatim, intelligitur ex eo intentio sufficiens per se; sicut illud quod intelligitur ex nomine, cum dicitur separatim per se; & propter hoc cum audit illud audiens sufficit sibi; nisi quia non intelligit ex intentione consecuta quod aliquid sit adhuc existens aut non existens. Ad secundum dicitur, quod intentio Philosophi in illis verbis, non est dicere aliud, nisi quod compositio quam importat verbum in propositione, vel in enuntiabili sit tantum per actum intellectus, ut declaratum est in quæst. cum hoc autem stat quod importetur etiam aliquid aliud, ut ibi dictum fuit. Ad tertium dicitur, quod ista propositio, Deus est creator, significat quod Deus habet creationem; Deus autem & habes creationem sunt eadem res. Creatio autem si accipitur pro actione qua Deus creat, est similiter eadem res cum Deo. Si verò accipitur pro respectu ad creaturas, est ens rationis; nullam autem aliam entitatem significat; & consequenter nulla alia entitas est hoc enunciabile, Deum esse creatorem; nisi quia, ut dictum est, significat identitatem & copulationem extremorum; de qua nullam mentionem facit ipse arguens, cum tamen hoc ita aperte dictum sit à Philosopho, & Commentatore. Ad quartum dicitur, quod non dicimus complexionem significare vnam tertiam entitatem, sed dicimus, quod complexio & compositio extremorum est idem quod ens rationis consequens extrema per opus intellectus. Nec est inconueniens quod entia rationis non sint Deus nec creatura; quia diuisio entis in ens creatum & in ens increatum, est diuisio tantum entis realis. Ad quintum dicitur, quod ad formationem cuiuslibet propositionis resultat vnum nouum ens rationis, scilicet complexio subiecti & prædicati quam significat copula verbalis; & hoc nullum est inconueniens; imò necessarium, nec potest aliter esse; & hoc concludit illud argumentum. Non tamen sequitur ex hoc quod causetur aliqua entitas extra animam; quia propter nostrum affirmare vel negare, nihil mutatur in re.

FINIS LIBRI
SEXTI.

PAVLI SONCINATIS
SVPER SEPTIMI METAPHYSICÆ ARISTOTELIS LIBRUM
ACUTISSIMÆ QUÆSTIONES.

QUÆSTIO I.

Vtrum inherencia sit de essentia accidentis.

Prima ratio.



Væritur primò. Vtrum inherencia ad subiectum sit de essentia accidentis. Et videtur quod sic. Primò. De essentia accidentis est esse ens per se vel esse ens inherens. Sed non est de eius essentia quod sit ens per se, ergo de eius essentia est quod sit inherens. Maior patet: quia esse ens per se & esse inherens, est esse per se, & non per se: quæ sunt contradictoria: constat autem quod inter contradictoria non datur medium. Minor patet: quia si esse per se sit de essentia accidentis, tunc accidens esset substantia: & nullum accidens posset esse in subiecto: quia quod conuenit alicui per se, non potest ab eo separari. Secundo. Id est de essentia accidentis, quo accidens est formaliter ens. Sed est formaliter ens per inherencia: ergo &c. Maior patet: quia ens est de essentia cuiuslibet entis. Minor est Philosophi textus. Comment. 2. dicens, quod accidens non est ens, nisi quia entis. Tertio. Vrina non est formaliter sana, nisi ex sanitate animalis: ergo accidens non est formaliter ens, nisi ex substantia. Antecedens patet: quia in vrina non est aliqua forma absoluta per quam sit sana, sed tantum respectus ad sanitatem animalis. Consequentia probatur: quia 4. Metaph. in principio, Ens dicitur de substantia & accide, sicut sanum de vrina & de anima. Quarto. Vnum quodque potest intelligi absque eo quod non est de essentia eius. Sed accidens non potest intelligi absque inherencia ad substantiam, ergo &c. Maior patet. Minor probatur: quia si posset intelligi sine inherencia ad substantiam, posset etiam intelligi absque substantia: quod est falsum.

Secundario.

Tertio ratio.

Tex. com. 2.

Quarta ratio.

Quid sit inherere accide, sibi subiecto.

Esse de essentia alicuius.

Accidens nomen.

Quantum ad secundum hæc est prima conclusio. Actualis inherencia accidentis ad subiectum non est res distincta ab accidente. Probatur. Primò. Si accidens inhereret per inherentiam se distinctam: aut illa inherencia est substantia, aut accidens. Non substantia, ut patet: neque accidens; alioquin nullum accidens absolute esset in subiecto nisi mediante accidente relatio: & per consequens relatio esset prior inter 9. genera accidentium. Secundo. Si inherencia est res distincta à quantitate: quæro quod sit fundamentum huius inherencie: & non potest dici quod sit aliud, nisi ipsa quantitas. Tunc sic. Quantitas inheret mediante relatione, quæ in quantitate fundatur, ergo illa inherencia prius natura est in subiecto quam quantitas: & per consequens relatio est prior suo fundamento: quod aperte est falsum. Et quod dictum est de actuali inherencia, dicendum est etiam de aptitudinali, hoc excepto quod actualis inherencia est relatio actualis: aptitudinalis verò non est actu relatio. Ex hac conclusione sequitur corollarium, quod hæc inherencia sit relatio realis. Probatur. Nam extrema sunt realia, scilicet, accidens & subiectum, & sunt realiter distincta: accidens etiam secundum naturam dependet à subiecto. ergo relatio eius ad subiectum est realis. Inherencia verò aptitudinalis est etiam relatio realis, eo modo quo est. Si enim accidens separatum à subiecto ponatur inherere subiecto, statim illa relatio quæ prius erat aptitudinalis, erit realis actu. Secunda conclusio. Nulla inherencia, siue actualis, siue aptitudinalis est de ratione naturæ, quæ est accidens, pura non est de ratione quantitatis, aut qualitatibus, aut paternitatis & hoc probatur. Primò. Impossibile est aliquid concipi absque his quæ clauduntur in formali conceptu eius, ut patet 7. metaphys. tex. commen. 2. 8. Sed accidens potest concipi absque inherencia: ergo &c. Maior patet. Minor probatur dupliciter. Primò. Quia quantitates sunt accidentia, ut supra probatum fuit: constat autem quod mathematicus considerat quantitatem per abstractionem ab omni subiecto. Confirmatur. Quia ante demonstrationem habetur conceptus passionis: quia definitio passionis est medium saltem in aliqua demonstratione potissima, ut dicitur 2. posteriorum. Sed tunc non habet conceptus inherencie passionis ad subiectum: quia hæc demonstratur, ergo &c. Secundo. Si inherencia esset de formali ratione albedinis & cuiuslibet accidentis, sequitur quod omne accidens esset formaliter relatum. Sed hoc aperte est falsum, ergo, &c. Consequentia patet: quia omne illud est relatum formaliter, quod includit respectum in sua ratione formali.

Prima conclusio.

Corollarium.

Secunda conclusio.

Ad argumenta respondetur. Ad primum negatur maior: licet enim affirmatio & negatio sub disiunctione consequantur omne ens, non sunt tamen de ratione ipsius, esse enim album vel non esse album, non sunt de essentia hominis: & tamen quilibet homo vel est albus vel non est albus. Ad secundum negatur minor. Licet enim per inherencia sit formaliter inherens: non tamen est per eam formaliter ens, sed per entitatem suam. Et cum dicitur, quod accidens non est ens, nisi quia entis, hoc non intelligitur in ratione principij formalis, sed efficientis & subiectiui. Ad tertium negatur consequentia. Quia vrina nullam habet formam absolutam per quam dicatur sana, accidens verò habet suam propriam entitatem distinctam ab entitate substantiæ, & ideo per eam potest formaliter dici ens. Ad quartum negatur minor. Ad probationem dicitur, quod arguitur à pluribus causis veritatis ad vnam earum. Quod enim accidens non possit intelligi absque substantia, non ideo est, quia substantia sit terminus inherencie siue vnionis accidentis ad substantiam, sed quia eius entitas dependet ab entitate substantiæ, ut magis infra declarabitur.

Ad primam.

Ad secundam.

Ad tertiam.

Ad quartam.

QUÆSTIO II.

Vtrum existentia accidentis sit aliud ab accidente.

Væritur secundò. Vtrum existentia sit aliud ab accidente. Respondeo & dico hæc quæ ideo disputari: quia qui dam dicit & tenent S. Thomam existimasse in compositis, esse distingui ab essentia. In simplicibus autem siue sint accidentia, siue substantiæ, eum putasse non distingui essentiam & esse, præsertim quia etiam Philosophus 3. de anima tex. commen. 9. dicit aliud esse magnitudinem & aliud magnitudinis esse: quod in simplicibus negat. Sed mihi videtur hæc opinionem omnino repugnare rationi & dictis Sancti Thomæ. Rationi quidem, quia ex ea sequitur, quod forma

forma non sit res distincta à materia. Sed hoc est falsum: & contra Philosophum 1. Physic. & 7. Metaphis. text. comment. 28. & infra probabitur: ergo &c. Consequentia probatur. Materia est simplex, ergo esse suum esse: forma est simplex: ergo esse suum esse. Iste consequentia tenent: quia per se in simplicibus non differt esse & essentia. Tunc vltima. Aut esse materia distinguitur ab esse formæ: aut est idem cum illo. Non potest dici primum: quia tunc materia haberet duplex esse scilicet esse sibi proprium: & esse quod ei datur à forma: ergo relinquitur quod sit idem. Tunc sic. Esse materia est ipsa materia & esse formæ est forma, sed esse materia non est distinctum ab esse formæ & sic materia est forma. Secundò. Plura accidentia possunt esse separata à subiecto, ergo si accidens est suum esse, sequitur quod plura esse possunt esse separata: consequentia patet per se. Sed consequens est contra S. Thomam, qui scripsit dicit & habet pro quodam impossibili dari plura esse separata: quia quolibet eorum esset infinitum in entitate: & haberet in se omnem perfectionem essendi, sicut si albedo esset separata haberet omnem perfectionem possibilem reperiri in albedine. Tertiò substantia separata sunt simplices. Sed in substantiis separatis distinguitur esse ab essentia, vt expressè determinat S. Tho. 2. quæst. cap. 52. ergo secundum ipsum, etiam in simplicibus distinguitur esse ab essentia: nec ei attribuenda est ista opinio: cum repugnet principiis eius. Si autem queratur quid sit huiusmodi esse, dico quod est actualitas quam dat accidens suo subiecto, non quidem effectiue, sed formaliter. Paries enim est per albedinem formaliter albus: hæc autem actualitas non est relatio, alioquin esse album esset esse relatiuū, sed est eiusdem generis & speciei cum suo accidente. Vnde esse quantitatis est de genere quantitatis reductiue: tanquam actualitas vltima illius generis: & esse albedinis est in specie albedinis: & sic de aliis.

QVÆST. III.

Verum aliquod accidens possit immediatè fundari in materia prima ex parte quantitate.

Primario. **Q**ueritur tertiò. Vtrum aliquod accidens, excepta quantitate, possit immediatè fundari in materia prima. Et videtur quod sic. Prima. In materia est relatio ad formam recipiendam & ad agens, à quo potest eam recipere. Sed relatio est accidens: ergo &c. Dicitur fortè quod huiusmodi relatio est rationis tantum. Sed contra. Hæc relatio non est aliud quam potentia materiae, vt dicit Comment. primo Physic. in fin. Sed potentia materiae est realis: alioquin materia non esset in potentia nisi per opus rationis: ergo &c. Secundò. Potentia materiae est accidens materiae, sed potentia materiae immediatè est in materia, ergo &c. Minor patet. Maior probatur. Potentia materiae non est forma substantialis: quia materia prius est in potentia quam habeat formam substantialem: & eadem potentia est res distincta à materia: ergo est accidens eius. Patet consequentia & prima pars antecedentis. Secunda pars probatur. Tum quia adueniente forma, corrumpitur potentia, & tamen non corrumpitur materia. Tum quia materia est vna, & potentiae plurificantur: alia enim est potentia ad formam ignis: & alia ad formam aquæ. Vnde Philosophus dicit 3. Physic. quod posse sanari, & posse infirmari non sunt idem. Et Comment. 12. Metaphis. Comment. 10, dicit: quod numerus habitatum, id est, potentiarum materiae, secundum numerum specierum generabilium est. Patet etiam ratione: quia si esset eadem potentia, tunc agens non posset reducere vnam in actum quin reduceret aliam: & sic generans ignem generaret simul aquam & omnia alia ad que materia est in potentia. Tertiò. Commentator in lib. de substantia orbis, cap. 1. dicit Aristotelem idè putasse substantiam compositam esse subiectum accidentium: quoniam si talis substantia esset simplex, non posset esse subiectum: tunc enim esset actus. Pati autem est contrarium actui. Quarto. Eius est actus, cuius est potentia, vt dicit Philosophus de somno & vig. Sed materia est in potentia ad omnia decem genera: vt dicit Philosophus 7. Metaphis. text. Comment. 8. ergo omne predicamentum est actus materiae: hoc in accidentibus est alteratio: ergo accidentia sunt in materia prima. Antecedens patet. Probatur consequentia. Vel subiectum accidentium est materia vel forma: vel compositum. Non forma nec compositum: quia motus non perimit suum subiectum: cum ipsum præsupponat. Sed prædicta alteratio perimit compositum & formam: cum enim alteratur aqua; tandem forma & sub-

stantia composita quæ est aqua corrumpitur. Respondet. In hac quæst. non disputatur, an quantitas sit immediatè in materia prima: quia de hoc queretur in 8. huius, sed queritur de aliis accidentibus. Vident enim aliqui ex mente Auerrois 1. Physic. Comment. vltimo: quod potentia materiae est res distincta à materia, & hæc primò inest materiae: & est ei ratio recipiendi formas. Sicut enim agens non agit nisi mediante aliqua qualitate naturali actiua, quæ est eius dispositio ad agendum: ita etiam materia quæ est principalis ratio recipiendi formam substantialem, non recipit nisi mediante aliqua qualitate naturali passiva. Hæc autem qualitas includit respectum ad formam: & est de secunda specie qualitatis. Est enim naturalis potentia passiva. Ista opinio videtur mihi repugnare Aristoteli, Primò. Omnis forma in materia existens dat ei aliquid esse: alioquin causa formalis esset sine suo effectu formali, ergo illa qualitas, quam ponis in materia ante omnem formam substantialem, dat esse quale siue esse accidentale, & per consequens materia prius haberet esse quale, quam esse quid: quod est impossibile. Secundò. Materia licet sit in potentia ad formas, tamen respicit eas quodà ordine, vt dicit Philosophus 8. Metaphis. text. Comment. quarto, ergo prius respicit formam dantem esse substantialem quam dantem esse accidentalem: cum substantia sit prior accidente, 7. Metaphis. ergo impossibile est quod qualitas præcedat omnem formam substantialem in materia. Ad quæst. igitur, dico duas conclusiones. Quarum prima hæc est. Materia est substantia composita ratio recipiendi omnia accidentia materialia. Notanter dico materialia, quia de spiritualibus secus est: vt sunt scientiæ, & virtutes. Probatur conclusio. Primò. Illud est potentia ratio recipiendi accidentia materialia, per quod substantia primo est in potentia. Sed materia est huiusmodi, ergo &c. Minor patet: quia substantia non est primò in potentia per formam, cum forma sit actus. Nec est primo in potentia per seipsam: quia ipsa quantum ad aliquam sui partem est actus: ergo per materiam. Maior etiam patet ex se: quia vnumquodque est receptiuum quo est potentiale. Secundò. Substantia quæ est homo, non est primo in potentia ad huius accidentia per formam: quia in homine non est alia forma ab anima intellectiua: quæ cum sit spiritualis & indiuisibilis, non potest esse ratio recipiendi accidentia materialia. Ipsa etiam substantia composita, non est primò in potentia secundum se tota: quia non quo ad omnes sui partes, ergo est primo in potentia per materiam quæ est altera pars ipsius compositi. Nisi fortè velit quis dicere: quod est primo in potentia per aliquod suum accidens: quod etiam esse falsum, quia omne accidens est actus, ergo non potest alicui esse prima ratio potèntialis. Secunda conclusio. Materia prima non potest esse proximum & immediatum subiectum alicuius accidentis. Probatur. Primò. Per rationes positas contra aliam opinionem. Secundò. Quia Commenta. in libro de substantia orbis: dicit ex mète Aristotelis, quod subiectum omnium accidentium materialium non potest esse substantia simplex, sed substantia composita: materia autem est simplex, ergo non est primum subiectum. Tertiò materia facit vnum per se cum forma: quæ ei primò aduenit. Sed non potest facere per se vnum cum accidente: quia ex rebus diuersorum generum non fit vnum per se, ergo materia non est proximum subiectum accidentis. Minor patet. Maior probatur. Nam Philosophus 8. Metaphis. in fin. dicit: quod idè ex materia & forma fit vnum per se: quia materia est pura potentia, & forma est actus: ita quod tota ratio est in hoc, quod actus aduenit pure potentia: accidens autem aduenit et pure potentia, cum esset primus actus materiae: ergo &c. Et ex hoc etiam sequitur quod forma substantialis adueniret materiae existenti in actu: & per consequens non posset facere cum ea vnum per se. Ad primum dicitur, quod relatio materiae ad formam: siue ad agens non est res distincta à materia realiter, sed tantum ratione. Et licet S. Thom. 1. dist. 8. dicat quod materia non est sua relatio, sicut est sua potentia: hoc tamen non tollit propositum: quia ipse solum intendit dicere, quod materia est sua potentia formaliter: quia formalis ratio materiae in potentialitate consistit: cum ipsa substantietur per posse, vt dicit Commentator de substantia orbis: & Philosophus 7. Metaphis. text. Comment. 8. dicat quod non est quid: nec aliud genus, sed est potentia ad omnia hæc: non autem est formaliter sua relatio. Cum ergo dicitur, quod materia non est immediatum receptiuum accidentis: hoc debet intelligi de accidente, quod est res à materia distincta: & non de eo quod est tantum ratio quod accidens inest subiecto: dico tamen quod relatio materiae ad formam quam nondum habet: & ad agens à quo non transmutatur, sed potest transmutari, est relatio rationis tantum que proprie

Prima conclusio.

Text. com. 15

Ad primum

proprie dicitur relatio aptitudinalis. Ad formam verò quæ habet & ad agens à quo transmutatur vel est transmutata, refertur translatione reali. Ad secundum dicitur, quod potentia dicit rem absolutam cum implicatione respectus: potentia igitur materiae quo ad absolutum est idè re & ratione cum materia: sed quo ad respectum est idè re: & differt ratione, & propter hoc materia existente vna, plurificantur potentia, quia plurificantur respectus ex pluralitate terminorum, scilicet formarum. Et adueniente vna forma, non corrumpitur illa res quæ erat potentia, sed desinit habere rationem potentia ad talem formam: prius enim materia erat in potentia ad eam: & nunc non est in potentia, sed est in actu respectu eius. Et per hoc patet ad omnia quæ tanguntur illa ratione tam ex dictis Philosophi quam Commentatoris. Cum dicitur quod aliud est posse sanari: & aliud posse infirmari, hoc est verum; non quia potentia sunt distinctæ res; sed quia eadem potentia est ad res distinctas. Ad tertium dicitur, quod ex verbis Auerrois nihil aliud sequitur, nisi quod materia est substantia composita ratio recipiendi accidentia, sed ex hoc non sequitur quod ipsa sit immediatum subiectum. Et eodem modo dicitur. Ad quartum, quod materia est in potentia ad omnia decem genera: quia est prima ratio recipiendi formam cuiuslibet generis. Et negatur consequentia. Ad probationem dicitur, quod subiectum alterationis non est materia nec forma, sed substantia composita; & licet nullus motus per se & directè corrumpat suum subiectum: quia quandiu manet motus, tandiu manet subiectum eius: potest tamen indirectè: & per accidens ipsum perimere: non quidem effectiue aut formaliter, sed ratione sui termini qui est generatio: nam generatio vnus est corruptio alterius. Et quia terminus alterationis est generatio, idè per alterationem potest corrumpi subiectum ipsius alterationis.

Ad secundum

Ad tertium

Ad quartum

conclusio. Responsio. An possint duo accidentia solo numero distincta, esse in eodem sub. adæquato.

Suppositum primum.

QVÆSTIO IIII.

Verum plura accidentia eiusdem speciei possint esse in eodem subiecto adæquato.

Queritur quartò, vtrum plura accidentia eiusdem speciei possint esse simul in eodem subiecto adæquato: quod in ea parte vbi est vnum sit reliquum. Respondet circa hanc quæstionem aliqui absolute, quod non est impossibile duo accidentia eiusdem speciei, etiam si sint habentia contrarium & inducta per motum, esse simul in eodem subiecto, puta, duos calores, & duas albedines; duas paternitates; & sic de aliis. Alij dicunt quod hoc non est impossibile in accidentibus relatiuis; & in his quæ non educuntur de potentia materiae; cuiusmodi est intellectio, volitio, visio, & huiusmodi. Item in his æquè educuntur de potentia materiae, sed non per motum, cuiusmodi est lumen in aère; sed est impossibile duo accidentia educta de potentia materiae per motum, esse simul in eodem subiecto adæquato. Cuius ratio est: quia termini motus sunt impossibiles, ita quod oportet mouens mobile ad aliquam formam, inuenire ipsum in contraria dispositione formæ inducendæ; sed si inueniat ipsum habere formam eiusdem speciei cum forma inducenda, non inuenit ipsum in dispositione contraria; ergo &c. Sanctus Thom. putat impossibile absolute duo accidentia eiusdem speciei quecunque sint, esse simul in eodem adæquato subiecto. Et hoc probatur. Primò. Si non repugnat duo accidentia vnus speciei esse simul in eodem, non etiam repugnat quod infinita sint simul. Sed repugnat infinita esse simul: puta infinita lumina; infinitas intellectiones, ergo repugnat duo esse simul. Maior est Philosophi, 4. Physic. text. comment. 5. vbi per hanc propositionem probat esse impossibile, quod duo corpora sint simul in eodem loco naturaliter; quia etiam infinita possent esse simul. Minor probatur non solum ratione infiniti, cui repugnat esse actus: sed specialiter arguitur, subiectum habens infinita lumina, requirit infinitas causas agentes à quibus illa lumina causentur. Sed in causis agentibus est status, vt probatur 2. Metaphis. text. comment. 7. ergo, &c. Secundò. Totius ad partes est relatio realis; quia talis relatio est effectus ad causam & constituti ad principia constituentia. Sed omne continuū habet infinitas partes proportionales, ergo si ad singulas referatur propria relatione, sequitur quod in quolibet continuo sunt infinitæ relationes; quod natura abhorret, vt dicit Philosophus in lib. de animalib. Tertiò. Suppono quod si lumen ipsum corpus approximetur medio, illuminatio intendit lumen præexistens. Et hoc probatur. Sit mediū

illuminatum ab a corpore luminoso, quod causauit in eo lumen vt b. postea approximetur eidem medio luminoso a, b, potens causare lumen præcise vt s. hoc facto constat: & patet ad sensum, quod medium est intensiue magis illuminatum quam prius. Et denominetur, gratia exempli, illuminatum vt 8. hæc maior illuminatio non est, nisi quia præexistens lumen est intensius quam antè. Nam si lumen a, & lumen b, essent distincta, cum lumen b, non habeat nisi 5. gradus luminis, & eisdem, ac etiam plures habuerit lumen a, non posset esse medium esse magis illuminatum. Suppono secundò quod intensio formarū fiat per additionem partis ad partem: istud ipsi concedunt. Suppono tertiò quod vni-formiter & vniocè fiat intensio in omnibus formis, ita quod si vna forma intenditur per additionem partis ad partem, ita & alia: & eo modo quo vna additur alteri, ita & alia, puta, eo modo quo additur calor calori, similiter etiam additur lumen luminis: alioquin intendi dicitur quæ uiuocè. Tunc arguitur sic, Lumen a, est intensum: quia sibi additur est lumen b, ergo ex a & b factum est vnum lumen: ergo non sunt duo lumina, sed vnum. Dicitur fortè: quod licet b sit additum a, non tamen ex eis fit aliquid vnum. Sed contra. Intensio fit vni-formiter in omnibus formis intensibilibus, ergo cum in aliis ex parte addita: & ex ea cui additur fiat vnum, hoc etiam est concedendum in intensione luminis. Quarto. Si duo lumina possunt simul esse in eodem subiecto, aut necessario sunt equalis gradus aut inæqualis, puta quod vnum est intensius alio. Non inæqualis, puta vnum vt 6. & aliud vt 3, quia cum vtrumque sit vltra dimidium gradum: denominabit subiectum suum & per consequens subiectum erit magis & minus illuminatum: quæ sunt contradictoria. Et confirmatur: quia possibile est quod duo corpora æquè luminosa æqualiter approximentur medio æqualiter disposito in omnibus partibus suis, ergo si causant plura lumina, causant ea æquè intense. Non potest etiam dici, quod necessario sint equalis gradus: quia si sit candela causans lumen vt quatuor, & superueniat corpus magis lucidum, causabit intensius lumen: quia ad intensiorem causam perit, intenditur effectus, Quintò. Omne receptiuum alicuius formæ est denudatum ab omni forma: non solum eiusdem speciei, sed etiam eiusdem generis, vt dicit Philosophus 3. de anima: & Commentator comment. 17. & 18. ergo subiectum recipiens accidens, non potest præhabere aliud eiusdem speciei. Sextò. Sequitur quod omni die tot essent lumina in aère, quos sunt astra, quod certè statim apparet absurdum: essent enim numerabilia continuè. Patet consequentia: quia cum agant de necessitate naturæ, quodlibet eorum causabit semper proprium & distinctum lumen. Confirmatur. Sol per se solum ita intensè illuminat aërem, sicut simul cum astris non enim est minus clara dies, quam si alia sidera præter solem illuminarent: ergo si quodlibet eorum causat proprium lumen, frustra ipsum causat.

QVÆSTIO V.

Vtrum ex substantia & accidente fiat vnum per se.

Queritur quintò. Vtrum ex substantia & accidente fiat vnum per se. Et arguitur quod sic. Primò. Quicquid prædicatur per se de altero, facit vnum per se cum eo, quia modi prædicandi sumuntur à modis essendi, sed aliquod accidens, scilicet, propria passio prædicatur per se de subiecto, vt patet primo posteriorum, ergo est vnum per se cum subiecto. Secundò. Quæ sunt vnum per accidens sunt superabilia, quoniam vnitas accidit eis, & consequenter potest remoueri ab eis. Sed multa accidentia à subiecto remoueri non possunt, vt proprie passionis, & accidentia inseparabilia. Tertiò. Quæ habent idem esse se numero, sunt vnum per se, vt patet de materia & forma. Sed idem est esse substantia & accidentis, ergo &c. Maior patet 8. metaphis. in fi. Minor probatur. Tum quia aliter non saluaretur analogia substantia & accidentis in ente, nisi vtrumque existeret per idem esse, ad quod haberent analogiam. Tum quia in vna substantia est tantum vna extensio, per quam & substantia & accidentia eius habent esse extensum: substantia quidem, in quantum est subiectum extensionis, reliqua verò accidentia præter quantitatem, quia sunt in subiecto extensio: ergo à simili est tantum vnum esse quod conuenit substantia tanquam subiecto existenti, accidentibus autem quia sunt in substantia existente. Tum quia vbi sunt plura existere, ibi sunt plures existentes. Sed non bene dicitur quod Sortes & eius accidentia sunt plures existentes: ergo non habent plura esse existere.

Respon-

Respondeo quod huius q. potest esse duplex sensus. Primus est. An ex re quæ est substantia, & re quæ est accidens, fiat unum per se, sicut ex materia & forma fit per se unum. Secundus est, An propositio in qua prædicatur substantia de accidente, vel accidens de substantia sit propositio per se: & quantum ad utrumque sensum determinabitur: quoniam uterque est pertinet propositio. Quantum ad primum. Dicunt aliqui, quos recitat Henricus de Gandauo. quoli. 10. quæst. 4. quod siue in eodem composito ponantur plures forme substantiales, siue tantum una, impossibile tamen est quod ibi sint plura esse: quoniam forme priores non dant esse: sed tantum forma vltima, quæ est alius perfectior: puta in Sorte dat esse tantum anima intellectiua. Sensitiua verò & vegetatiua & corporeitas non dant esse: quoniam sunt forme incompletæ: & ideo existunt per formam completam, quæ est addita eis. Et sicut dictum est de formis substantialibus, dicunt consequenter etiam de accidentibus cum ipsa sint imperfectiora quam prædictæ forme substantiales incompletæ & imperfectæ. Contra quam opinionem ponitur ista conclusio. Quælibet forma tam substantialis quam accidentalis habet suam propriam existentiam sibi correspondentem. Probatur ista conclusio. Primò. Forma sensitiua per se debet esse ante aduentum animæ intellectiue: & postea non dat esse, ergo illud esse corruptum est. Sed hoc est falsum: ergo &c. Consequenter patet. Falsitas consequentis probatur. Nulla alia est causa quod sit corruptum, nisi quia habet impossibilitatem cum anima intellectiua: quia sicut se habet anima sensitiua ad intellectiuam, ita sensitiuum ad esse intellectiuam, utrobique enim fit comparatio formæ ad formam: & effectus formalis ad effectum formalem, sed sensitiua per se non est impossibilis intellectiue, ergo nec esse sensitiue ad esse intellectiuam. Secundò. Ad idem arguitur. Nullum esse substantiam corrumpitur, nisi quia aliquod compositum corrumpitur: quoniam ut dicitur 7. metaph. text. comment. 27. formæ & huius simplicia non generantur & corrumpuntur nisi aliis generatis & corruptis. Sed nullum compositum corrumpitur in aduentu animæ intellectiue: cum per se omnes forme præexistentes maneat eadem num. in materia: ergo nullum esse substantiale tunc corrumpitur. Tertiò arguitur. Nulla forma potest esse in altero, quin ei communicet suum effectum formalem: quoniam forma & effectus formalis inseparabilia sunt, sed in Sorte est albedo: cuius effectus formalis est esse album: ergo dat Sorti esse album: sed esse album non est esse hominem: quod est effectus formalis animæ intellectiue, & quod est esse Sortis tanquam suppositi per ipsum, formaliter existentis: ergo in Sorte sunt ista duo distincta esse. Et idem dico de aliis accidentibus. Quod autem esse hominem & esse cibum sint distincta esse, probatur. Ea sunt distincta quorum unum manet altero destructo: sed manet esse hominis in Sorte destructo esse albo, si Sortes mutetur de albedine in nigredinem, ergo &c. Quartò arguitur. Nulla potentia potest esse sine proprio actu eius, puta album sine albedine: calidum sine calore. Sed esse est proprius actus essentia: ergo nulla essentia potest esse sine suo proprio esse: esse autem hominis non est proprium esse albedinis, aut caloris & aliorum accidentium: sed esse album est proprium albedinis: & esse calidum caloris: ergo quot sunt essentia accidentium in Sorte, tot sunt esse quæ illis correspondent. Quintò arguitur theologicè. Cõuersa substantia panis in corpus Christi, accidentia existunt sine subiecto: ergo aut existunt per esse panis in quo fuerunt: & hoc nullus dicit: quia esse panis non est, nisi forma panis sit. Aut existunt per esse sibi proprium, distinctum ab esse subiecti in quo præfuerunt: & sic habetur propositum, quod habent proprium esse in eis correspondens. Ista tamen ratio non multum cogit: quia diceretur quod sicut Deus miraculosè facit ea esse sine subiecto, ita causat eis nouum esse: & tamen dum erant in subiecto, existebant tantum per esse subiecti. Secunda conclusio. Ex substantia & accidente non fit unum per se. Ista conclusio dependet in sui notitia à præcedente: & ab his quæ dicuntur lib. 8. quæstio. vltim. vbi habetur quod ea tantum dicuntur facere unum per se, ex quorum vniocè resultat idem esse, quod contingit solum quando alterum eorum est actus, & alterum est pura potentia. Dictum est autem quod esse substantiæ distinguitur ab esse accidentis, & consequenter oportet concludere quod ex eis non fit unum per se.

Conclusio 1. Quælibet forma habet propriam existentiam.

Ratio theol.

Conclusio 2.

Propositio p. accidens.

est de natura subiecti: aut saltem non habet pro causa necessaria & immutabili naturam subiecti, dicitur esse per accidens. Nam si prædicatum dicit naturam subiecti, tunc oportet vt ei ex se ipso conueniat. Si verò subiectum est causa necessaria prædicati, tunc prædicatum conuenit subiecto per ipsam naturam subiecti: & ita conuenit ei per se. Dicendum est igitur quod nunquam ex substantia & accidente fit unum per se secundum considerationem Metaphysicam: quia accidens est extra quidditatem substantiæ, & substantia est extra rationem formalem accidentis: licet ponatur in eius diffinitione per additamentum: & hoc quidem verum est, & ab omnibus concessum. Secundum autem considerationem logicam propositio in qua prædicatur propria passio de subiecto est per se: propositio autem in qua prædicatur subiectum de propria passione est per accidens: licet sit necessaria. Rationem huius assignat aliud est propositionem esse per se, & aliud est ipsam esse necessariam. Ad hoc enim quod propositio sit necessaria, sufficit q. extrema eius sint immutabiliter vnita: in quocunque esse concipiuntur siue in re, siue in intellectu. Vnde quia non potest subiectum esse sine propria passione: nec e contra. Et quia non potest concipi diffinitum nisi concipiatur partes diffinitiuæ, ideo tam propositio in qua prædicatur passio de subiecto: & e contra, quam illa in qua prædicatur diffinitio de diffinito est necessaria. Ad hoc autem quod sit per se, oportet quod in subiecto sit causa formalis in hærentiæ prædicati ad ipsum, quod patet: quia Commentator 2. de anima comment. 67. dicit: quod ista propositio, color est visibilis: est de genere propositionis essentialis, in qua subiectum est causa prædicati, non prædicatum causa subiecti: & idem posuit etiam commento 66. Omnia prædicta vera sunt præter hoc quod dicitur esse de ratione propositionis per se quod subiectum sit causa formalis in hærentiæ ad ipsum. Nam licet hoc requiratur in propositione quæ est per se secundo modo: non tamen requiritur ad eam quæ est per se primo modo. Nec illa est diffinitio propositionis per se. Quod probatur primò. In propositione quæ est in primo modo perfectioris, nulla est causa in hærentiæ prædicati ad subiectum, ergo non oportet subiectum esse causam huius in hærentiæ. Consequentia patet. Antecedens probatur, quia 7. Metaphys. textu & commento 59. dicitur quod nulla est causa quare homo est animal: sicut nulla est causa: quare homo est homo. Secundò arguitur. Quando prædicatum ponitur in diffinitione subiecti, tunc propositio est in primo modo dicendi per se. Sed in ista, risibile est homo, prædicatum ponitur in diffinitione subiecti, ergo ista est per se: & tamen subiectum non est causa in hærentiæ prædicati ad ipsum: cum e contra prædicatum sit causa in hærentiæ subiecti ad ipsum. Non enim est circulus in essentiali dependentia: præsertim in absolutis. Dicitur fortè quod maior est falsa: quia in primo modo perfectioris oportet prædicatum includi in ratione formali ipsius subiecti: & non per additamentum. Sed contra hoc est Philosophus & Commentator: primo posteriorum textu & commento 9. qui dicunt: quod linea prædicatur de triangulo: & punctus de linea in primo modo: & tamen linea ponitur in diffinitione trianguli solum per additamentum. Quod probatur. Diffinitio per additamentum est quando res vnus generis ponitur in diffinitione rei alterius generis 7. Metaphys. text. comment. 17. & 19. Sed triangulus est de quarta specie qualitatis cum sit figura, linea verò est de genere quantitatis: ergo &c. Nec valet auctoritas Commentatoris, 2. de anima. Non enim dicit quid oporteat in omni propositione per se subiectum esse causam in hærentiæ prædicati: sed dicit quod hoc requiritur ad secundum modum. Et hoc patet ex suo modo loquendi. Dicit enim quod hæc propositio, color est visibilis, est de numero propositionum essentialium, id est propositionum per se: sicut etiam ista, homo est risibilis, sed quia possit aliquid eum interrogare, cum multa sint species propositionum per se, cuius species, aut modus perfectioris est prædicta propositio. Respondet quod est de numero earum in quibus subiectum est causa prædicati: ergo apparet quod secundum Auerroem non omne subiectum in propositione per se, est causa prædicati, sed tantum in quibusdam: & illa auctoritas potius confirmat propositum nostrum quam impugnet. Ex prædictis infero: quod omnis propositio per se secundo modo conuertitur in propositionem per se, puta homo est risibilis, in istam, risibile est homo: & ista: ens est unum: in istam: unum est ens: patet igitur quod aliqua propositio in qua prædicatur accidens de subiecto vel subiectum de accidente, est per se logicè, sed non Metaphysicè.

Resolutio.

Prædicata diffinitiuè per additamentum factiæ propositiones per se.

Corollarium.

Ad primum.

quod sicut se habent modi essendi: ita se habeant in omnibus modis prædicandi: cuius ratio est: quia modi prædicandi non sumuntur immediate à modis essendi: sed à modis intelligendi. Potest autem intellectus rem habentem vni modum essendi, diuersimodè apprehendere: & ita diuersimodè eam prædicare, vt magis patebit lib. 9. huius, quando ager de distinctione prædicamentorum. Ad secundum negatur maior. Non enim dicuntur vnum per accidens: quia eorum vnio & cõiunctio accidit eis: sed quia ex eorum vnio ne non resultat vnicum esse: in quo vtrumque existat: imò esse vnus est distinctum ab esse alterius. Et similiter, quia neutrum eorum clauditur in formali ratione alterius. Eisdem argumentum procedit ex falsa imaginatione. Ad tertium negatur minor. Ad primam probationem negatur consequentia. Saluatur enim analogia entis etiam vt dicit existentiam: quia existere per prius dicitur de existentia substantiæ, quam de existentia accidentis. Ad secundam, quicquid sit de veritate maioris de qua dicitur libro 8. negatur similitudo: quia, cum esse sit actus essentia, & circumeat omnia genera sicut, quæ, oportet quod cuiuslibet essentia correspondeat suum proprium esse, & quæquam proprius actus eius: extensio autem non est proprius actus cuiuslibet essentia: sed est determinati generis. Ad tertium dicitur, q. Sortes & accidentia eius sunt plures res existentes. Sort. tamen per se præcisè sumptus & merè substantialiter est vnicum existens.

Ad secundum.

Ad tertiam.

QUESTIO VI.

Vtrum accidentia possint diffiniri solum per additamentum.

Varitur sextò. Vtrum accidentia possint diffiniri solum per additamentum. Et arguitur quod nõ. Primò. Quicquid habet proprium genus & propriam differentiam, potest per ea diffiniri sine alio addito: cum ad diffinitionem sufficit genus & differentia. Sed accidentia habent proprium genus & propriam differentiam: cum sint in prædicamento, ergo eorum potest esse diffinitio, sine aliquo addito essentia ipsorum. Secundò. Vniquodque potest diffiniri & sciri sine eo à quo non dependet. Sed essentia accidentis non dependet à substantia, ergo sine substantia potest diffiniri. Maior patet. Minor probatur. Quicquid conuenit alicui in primo modo dicendi per se, non conuenit ei dependenter siue per aliud: sed quidditas accidentis conuenit ei in primo modo dicendi per se. Ista enim est per se primo, Albedo est color discretiuis visus: ergo &c. Tertiò. Circumscribantur ab accidente omnia quæ sunt extra quidditatem eius: & quæro, vtrum accidens vt sic sit scibile: & constar quod sic. Sed vt sic non dependet à substantia: quia à substantia non dependet nisi quantum ad existentiam, quæ est extra rationem quidditatis eius: ergo idem quod prius. Quartò. Vniquodque potest eodem modo diffiniri quo potest cognosci. Sed accidens potest cognosci sine substantia: ergo sine ea potest diffiniri. Maior patet. Minor probatur: quia accidens aliquando concipitur abstractiue: sicut etiã abstratiue significatur.

Primario.

Secunda ratio.

Tertiario.

Quarta ratio.

Diffinitio quidditatiua. Diffinitio p. substantiæ.

dentiam; & sic diffiniuntur per subiectum. Vnde concludunt isti quod non repugnat accidentibus diffiniri sine additamento. Sed iste modus dicendi non est ad mentem Aristoteli. Quod probatur Primò. Quia Com. 7. Metaphys. com. 18. in principio sic dicit. Cum declarauit, scilicet, Ari. quod ista diffinitio vera est substantiarum tantum; quia habent genera & differentias, & in suis diffinitionibus non inuenitur additio: & quod accidentia non habent diffinitiones, quoniam in suis diffinitionibus accipiuntur diffinitiones suorum subiectorum, quæ non sunt genera eis, sed aliæ naturæ. Et com. 19. in principio idem magis exprimit dicens, Si alia prædicamenta habent diffinitiones, necesse est vt in illis diffinitionibus sit additio supra naturam diffiniri; sicut diffinitio quantitatis & imparis. Impar enim nõ diffinitur sine numero; nec numerus sine quantitate. Et similiter femina non potest sine eo quod in sua diffinitione accipitur, scilicet animal: & ista sunt subiecta eorum: subiecta igitur eorum adduntur in diffinitionibus eorum. Sed fortè dicit aliquis: quod Philosophus loquitur de diffinitionibus, quo ad nos. Vnde arguitur: quod loquatur simpliciter & absolute: quia si ideo diffinitus accidentia per additionem, quia ignoramus proprias eorum differentias, cum etiam multo magis ignoremus proprias differentias substantiarum; sequitur quod apud nos diffinitiones substantiarum eunt per additionem: quod tamen negat Philosophus & Commentator: ergo intendunt loqui, de diffinitionibus substantiarum & accidentium secundum se. Primò si solum ideo diffinitur accidens per subiectum, quia ab eo essentialiter dependet: cum substantia multo essentialius dependeat à prima causa; sequitur quod in diffinitione cuiuslibet substantiæ ponitur prima causa; quod nullus dicit. Apparet ergo quod est ex natura accidentis quod sit diffinibile per subiectum; ita quod non possit diffiniri sine subiecto. Ad cuius notitiam est sciendum q. quedam sunt accidentia propria, id est quæ determinant sibi in hoc subiectum quod in alio esse non possunt; sicut simitas est proprium accidens in naso. Quædam verò sunt accidentia communia, sicut albedo & nigredo. Accidentia propria siue diffiniuntur in concreto, siue in abstracto, necesse est quod in eorum diffinitione ponatur proprium eorum subiectum; vt dicit Philosophus & Commentator 7. Metaphys. com. 18. diffinitur enim simitas quod est curuitas nasi. Accidentia verò communia reducuntur tandem ad aliquid cuius sunt propria: licet enim albedo non sit proprium accidens homini aut rosæ; tamen color est proprium accidens superficiæ: omnis enim superficies rerum corruptibilium est colorata: & color non potest esse nisi in superficie. Vnde diffinitus albedinem per colorem: & color per subiectum, scilicet per hoc quod est qualitas causata ex admixtione lucis in perspicuo terminato; & sic patet quod omnia accidentia diffiniuntur per subiectum. Tamen in hoc est quedam diuersitas; quia quando diffiniuntur in abstracto, ponitur subiectum loco differentia; puta dicendo, simitas est curuitas nasi. Quando autem diffiniuntur in concreto, ponitur subiectum loco generis, puta dicendo quod simus est nasus curuus. Cuius ratio est; quia accidens in concreto significatur ad modum substantiarum compositarum; quia significat formam vt in materia: substantia autem composita ita diffiniuntur quod in eis accipitur genus à materia & differentia à forma. Quando autem diffiniuntur in abstracto non significant formam in materia, sed formam simplicem & absolutam; & ideo tunc in eis non potest sumi genus à materia; sed sumitur ex modo essendi, secundum quod ens diuersimodè secundum prius & posterius de decè generibus prædicatur. Et hoc est verum loquendo de generibus generalissimis accidentium. Genera verò subalterna in eis habent pro genere id quod immediate est eis superius. Differentia autem in ipsis speciebus accidentium sumuntur ex diuersitate principiorum ex quibus causantur. Vnde quia principium relationis est actio & passio & quantitas; diffiniuntur species relationis per ista. Nam dicitur quod æqualitas est rerum differentium eadem quantitas. Et similiter dico: quod quia accidentia absoluta causantur ex principis sui subiecti, oportet quod eorum differentia sumantur ex diuersitate illorum principiorum; sed quia propria principia accidentium non sunt semper nobis nota, ideo quandoque accipimus differentias accidentium ex eorum effectibus: sicut patet quod aggregatiuum & discretiui sunt differentia colorum quæ causantur ex abundantia vel paucitate luminis, ex qua diuersæ species colorum causantur. Non sumitur igitur differentia accidentium ex aliqua parte intrinseca ipsis accidentibus; sed à subiecto; & hoc non solum quo ad nos, sed etiam secundum naturam eorum, & ideo habent ex se quod diffiniri non possunt sine subiecto.

Conclusio resp. propria.

Generalissimum maximum diffinitum per additionem.

Ad primum. Ad primum argumentum in oppositum dicitur: quod si habeat propriam differentiam quæ non sumatur ab extrinseco potest sine addito diffiniri; sed secus est quando eorum differentia ab extrinseco accipiuntur; cuiusmodi sunt differentia accidentium. **Ad secundum.** Ad secundum negatur minor. Ad probationem dicitur quod differentia constitutiva speciei accidentis convenit ei in primo modo dicendi per se; & tamen sumitur ab extrinseco. Et cum dicitur, convenit ei per se primo, ergo non per aliud. Respondeo: quod licet id quod convenit alicui per se primo, non conveniat ei per aliud, de quo per prius prædicatur, tamen potest sumi ab aliquo alio, de quo tamen non prædicatur, & sic est in differentia accidentium; prædicantur enim tantum de speciebus quas constituunt, & accipiuntur à subiectis earum. **Ad tertium.** Ad tertium dicitur, quod circumscripta omni substantia tam existentia, quam possibili existere, nullum accidens habere proprie quidditatem, quia non haberet differentiam per quam constitueretur. Vnde accidens non dependet à substantia solum quo ad existentiam; sed etiam quo ad differentiam constitutivam. **Ad quartum.** Ad quartum negatur minor. Ad probationem dicitur, quod quando accidens significatur in abstracto, tunc intellectus apprehendit quidditatem accidentis, non apprehendendo quod actu existat in aliquo subiecto; tamen apprehendit subiectum tanquam id à quo sumitur differentia constitutiva accidentis, & idem huius abstractio est tantum quo ad esse, & non quo ad rationem quidditativam.

QUESTIO VII.

Utrum accidens possit propria virtute generare substantiam.

Prima ratio. **Q**uæritur septimò. Utrum accidens possit sua propria virtute generare substantiam. Et arguitur quod sic. Primo. Quia S. T. tertia quæstion. 77. artic. 3. dicit: quod accidentia quæ sunt in Eucharistia possunt immutari substantialiter. Et in 4. distinct. 12. quæst. prima. artic. 2. dicit, quod quia prædicta accidentia habent idem esse naturale quod habebant in subiecto, idem habent etiam eundem modum agendi, ut immutent & agant naturaliter sicut prius. Et postea in eodem articulo soluendo quæstionem secundam dicit, quod qualitates non tantum agunt in virtute propria, sed etiam in virtute formæ substantialis. Ex qua propositione habeo istam copulativam. Qualitates agunt in virtute propria, & in virtute formæ substantialis. Id autem in quod potest propria virtute, non potest assignari nisi ipsa alteratio: puta, quod calor pro propria virtute calefacit. Id verò in quod possunt virtute formæ substantialis, est generare substantiam, sicut dicitur 2. de anima. textu commen. 41. quod calor naturalis in virtute animæ generat carnes. In tertio autem contra Gentiles Et 4. dist. 49. dicit: quod dispositio ultima quæ appellatur necessitas est semper ab eodem à quo est forma substantialis. Ex his omnibus simul collectis videtur posse concludi, quod accidens virtute propria potest generare substantiam, sic arguendo. A quocunque sufficienter disponitur materia, ab eodem introducit forma, sed ab accidente virtute propria sufficienter disponitur materia, ergo &c. Maior patet ex dictis ultimo loco Minor probatur. Accidens aliquod potest virtute propria, puta calor, ut patet ex dictis: quæro quid est hoc quod potest virtute propria? Non potest dici, quod sit aliud quam calefacere. Sit igitur summus calor, puta calor ignis: & arguitur sic, Calor ignis potest virtute propria inducere summum gradum caloris in materiam aquæ: ergo potest summè dispo. nere materiam pro forma ignis. Secundò. Id quod virtute propria, omni alio actu circa eandem materiam circumscripto, potest in tota alterationem præcedentem inductionem formæ substantialis: potest etiam virtute propria inducere eandem formam substantialem. Sed aliquod accidens, puta, calor, potest propria virtute in tota alterationem præcedentem inductionem formæ substantialis: ergo &c. Maior probatur. Tum quia Commenta. 7. Metaphysic. commen. 22. dicit: quod illud idem quod transmutat materiam, inducit formam. Tum quia si stante tota alteratione præcedente inductionem formæ, suspenderet Deus actionem cuiuslibet alterius agentis naturalis, præter illud quod materiam alteravit & disposuit, tunc aut forma induceretur in materiam, aut non. Si non, ergo illa alteratio erit infinita: quia nunquam terminabitur per formam stante præsentem illius agentis. Si sic, habetur propositum quod forma substantialis induceretur in materiam ab illo accidente alterante & disponente materiam. Minor etiam probatur. Supponedo quod

Deus potest producere corpus de genere quantitatis separatum à substantia equè calidum sicut est corpus disponens materiam pro forma ignis: licet enim istud non concedatur à Philosophis, conceditur tamen à theologis. Tunc arguitur sic. Quæ sunt æquè calida possunt æqualiter calefacere. Sed ignis calidus potest sufficienter disponere materiam pro forma aquæ: ergo illud corpus separatum, cui sit æquè calidum sicut ignis, potest eodem modo disponere materiam. Tertio principaliter arguitur sic. Illud quod in quocunque subiecto positum semper inducit aliquam formam, producit illam virtute propria. Sed calor cum aliis accidentibus consequentibus formam substantialem; ignis in quocunque subiecto ponatur, produceret ignem: ergo prooucit ignem virtute propria. Maior patet: quia quod producat non habet ex aliquo subiecto determinato, cum producat indifferenter in quocunque subiecto sit. Minor etiam patet. Nam ex simili dispositione materiam sequitur similis inductio formæ. Sed calor cum aliis accidentibus igni dispo. neret eodem modo materiam: sicut modò disponit existens in igne: ergo similem formam induceret. **Quarta ratio.** Id quod virtute propria potest corrumpere substantiam potest etiam virtute propria ipsam generare. Sed accidens potest virtute propria corrumpere substantiam: ergo & ca. Maior patet; quia corruptio vnius substantiæ est generatio alterius. Minor etiam patet: quia calor summus potest virtute propria inducere in aquam calorem incompossibilem formæ aquæ, ergo potest virtute propria corrumpere aquam. **Quinta ratio.** Id quod inducit aliquam formam sicut instrumentum, inducit eam virtute propria, sed calor inducit formam ignis, non sicut instrumentum: ergo &c. Maior nota. Minor probatur. Si calor esset instrumentum tunc forma ignis esset agens principale. Sed hoc est falsum quia secundum Philosophum 4. Meteor. tex. com. 36. Idem: non est causa contrariorum per se. Sed substantia manente eadem, variatis accidentibus producuntur contraria: ergo substantia non est per se causa principalis illorum contrariorum. Minor probatur. A qua enim frigida inducit frigus: & eadem calefacta inducit calorem. Sextò. Philosophus dicit in libro de sensu & sensato, quod ignis non agit in quantum ignis: sed in quantum calidus, ergo forma substantialis ignis, non est principium agendi. **Septima ratio.** Meta. com. 31. dicit: quod elementa non agunt: nec patiuntur nisi per qualitates & non per formas substantiales. Et eodem commeto dicit: quod formæ substantiales materiales non sunt actiua, nec passiva. **Octaua ratio.** Com. 12. Metaph. com. 18. dicit: quod virtutes quæ sunt in omnibus seminibus quæ faciunt animata: non sunt animata actu, sed potentia, & postea dicit quod semina non faciunt animata in actu, nisi per calorem qui est in eis: ergo calor qui est in semine, est principale actiuum animæ sensitivæ. **Respondeo.** quod circa hanc quæstionem dicunt aliqui quod accidens sua propria virtute, & tanquam agens principale generat substantiam. Ad cuius euidenciam est sciendum quod dupliciter aliquid est agens. Nam aliquid est agens productiuum, & aliquid est agens determinatiuum. Agens productiuum in rebus naturalibus est aggregatum ex substantia & qualitate actiua: puta, ignis calidus, siue aggregatum ex igne & calore. Substantia verò ignis præcisè & secundum se accepta, est agens determinatiuum: quia determinat calorem ad certum gradum, vel ad certam latitudinem graduum. Nam calor in aliquo gradu consequitur ignem: & in alio gradu consequitur aërem: & in alio gradu consequitur mixtum: & in ipsis mixtis determinatur alio & alio modo. Et ex his dicunt isti quod forma substantialis est quidem agens quo determinans: sed sola qualitates sunt agentia quibus productiua: ita quod substantia non producit aliquid mediante sua forma substantiali, sed tantum mediantibus qualitatibus actiuis. Et si dicatur quod calor est instrumentum animæ: ut dicitur 2. de anima. Dicunt quod verum est ad istum sensum, quod per animam determinatur gradus caloris: non autem quod anima agat mediante calore. Si iterum dicatur quod nihil agit ultra sua speciem: ergo qualitas non producit formam substantialem. Respondeo quod illa propositio sic est intelligenda. Nihil agit ultra suam speciem, id est, nihil agit ultra id quod continetur in sua virtute actiua: tamen aliquid potest agere ultra suam speciem, id est, aliquid nobilior se. Sed ut appareat falsitas huius opinionis pono tres conclusiones. Quarum prima hæc est. Qualitas separata ab omni subiecto, id est non tantum à substantia, sed etiam à quantitate; non posset quouis modo alterare materiam: nec habere actionem siue realem siue intentionalem. Probatur ista conclusio. Primò. Nulla forma actiua potest agere nisi sit in esse conuenienti ad agendum; sed esse conueniens agenti in materiam est esse extensum; sicut etiam oportet materiam in qua agit esse extensum:

Tertiaratio.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Sexta ratio.

Septima ratio.

Octaua ratio.

T. comm. 14.

Conclusio 1.

ergo talis qualitas separata & inextensa non ageret. Maior nota. Minor habetur 7. Phyt. tex. com. 10. ubi dicitur, quod oportet omne agens naturale esse approximatum passo: huius autem approximatio non potest esse nisi secundum esse situale & quantitativum. Secundò. Non minus possunt intelligentiæ immediatè causare aliquam formam substantialem in materia, quam possit calor separatus in eam inducere; cum intelligentiæ sint nobilioris virtutis super omnes formas materiales, quam calor separatus super calorem in materia existentem. Sed intelligentiæ non possunt causare formas in materia nisi mediante motu cæli; quia secundum Philosophum iste est ordo naturalis & necessarius, ut substantia immaterialis non agat in materiam, nisi mediante substantia corporea. Et propter hoc dixit 7. Meta. tex. com. 28. quod idææ Platonis si essent; nihil generarent, ergo &c. Tertio. Specialiter arguitur de actione intentionali, puta quod albedo separata non possit immutare visum; quia visio sit secundum figuram pyramidalem; cuius basis est in obiecto viso. Sed in albedine separata non possit esse huius basis, cum requiratur subiectum extensum: ergo albedo separata non immutaret visum. **Secunda conclusio.** Qualitas existens in quantitate, separata ab omni substantia, potest habere tam actionem realem quam intentionalem. Licet enim Philosophi non concederent istum casum esse possibilem, sicut concedunt theologo; & verum est, tamen eo admissio etiam per impossibile, consequenter concederent huius qualitatem posse agere: quia haberet omnia necessaria requisita ad agendum. Si quid sit dubium certe hoc declarabitur sequenti conclusione. **Tertia conclusio.** Nullum accidens potest virtute propria producere substantiam. Probatur ista conclusio. Primò. Si accidens esset principalis causa productiua substantiæ, aut produceret eam actione vniuoca, aut actione æquiouca. Non vniuoca: quia substantia non est accidens. In productione autem vniuoca effectus est eiusdem rationis cum sua causa principali. Non æquiouca: quia omnis causa æquiouca est nobilior suo effectû. Sed accidens non est nobilior substantiæ; ergo non est causa æquiouca eius. Minor patet. Maior probatur: quia si sic non esset, nulla alia esset via ad probandum ordinem essentialium in entibus. Posset enim aliquis sustinere quod ignis est primum principium omnium rerum: nec vlla erit via ad hoc probandum. Ad hanc rationem dicunt aliqui quod duplex est agens: vnum est quod agit per transmutationem, & tale si sit æquioucum, non oportet esse nobilior effectû: accidentia verò non agunt ad generationem substantiæ nisi per transmutationem. Aliud est agens sine transmutatione: & istud si sit æquioucum est nobilior suo effectû. Et quia prima causa agit sine transmutatione, idem concludi potest eius nobilitas super omnes effectus. Sed ista responsio stare non potest. Primò quia intelligentiæ & cælum non agunt in ista inferiora nisi per transmutationem: ergo non posset probari quod sint nobiliora rebus inferioribus: cuius oppositum tenent omnes philosophi. Secundò, quia secundum illam responsionem posset aliquis tenere, quod brutum sufficienter disponeret materiam pro anima intellectiua; & consequenter quod generaret hominem: quod est absurdum & contra philosophum 2. Phytico. & 7. Meta. tex. commen. 22. Patet consequentia quia per te virtus inferior potest transmutare materiam ad formam nobiliorem. Secundò probatur ista minor quod causa æquiouca sit nobilior effectû. Et supponitur primo quod causa vniuoca habet pro termino adæquato effectum vniuocum: quod patet: quia si produceret aliquid nobilior se: tunc esset effectus æquioucus: tur secundo, quod est possibile aliquem effectum esse producibilem tam à causa vniuoca quam ab æquiouca, cuiusmodi sunt ea quæ generantur tam ex propagatione quam per putrefactionem: ut dicitur 7. Metaph. text. commen. 22. Supponitur tertio, ut tu dicis, quod causa æquiouca potest esse ignobilior, quam causa vniuoca respectu alicuius determinati effectus. Et arguitur sic. Nullus effectus adæquatus virtuti superiori: potest produci à virtute inferiori tanquam à causa totali. Patet ista propositio ex ratione adæquationis. Sed effectus vniuocus est adæquatus causæ vniuocæ: per primum præsuppositum, quæ causa vniuoca est superior in virtute quam causa æquiouca per tertium præsuppositum, ergo talis effectus non est producibilis à causa æquiouca: quæ est inferior. Confirmatur, quia ubi concurrunt ad aliquem effectum causa vniuoca & causa æquiouca, semper æquiouca est nobilior quam vniuoca: sicut dicitur 2. Phyticorum. & 2. Meta. tex. comm. 4. ergo si causa æquiouca sufficiat per se ipsam ad producendum effectum, erit nobilior quam vniuoca si cum ea concurrerit: et effectus est præcisè nobilior: sicut illa causa vniuoca: igitur causa æquiouca est etiam nobilior effectû. Secundo

principaliter arguitur: quicquid effectiue & principaliter inducit formam substantialem in materia, attingit suam actione materiam primam. Sed nullum accidens potest attingere materiam primam: ergo &c. Maior patet: quia in instanti in quo forma primò recipitur in materia, abiectione sunt omnes formæ præcedentes & est verum dicere quod tunc primo non sunt in materia: & sic materia denudata est ab eis: vnde agens quod tunc formam inducit, attingit nudam essentialiam materiam. Minor probatur. Nullum accidens recipitur immediatè in materia prima, sed in composito: ut dicitur primo Phytico. nisi forte dimensiones interminata: de quibus disputabitur 8. huius. Sed actio accidentis est accidens: ergo &c. **Ad primum.** Ad primum in oppositum dicitur, quod aliquid accidens puta calor potest sua virtute agere. Calor enim est de se & ex natura sua virtus calefactiua: nec habet à subiecto quod sit talis virtus: licet non possit calefacere nisi sit in subiecto aliquo, in quo habeat esse extensum: quod esse, necessario coëxigitur in omni forma materiali actiua. Dicitur secundò quod licet calor in subiecto existens, puta in igne, possit ex natura sua inducere aliquè gradum caloris, non tamen potest inducere illum gradum, qui est vltima dispositio ad formam substantialem, nisi in virtute alicuius substantiæ, ad quam se habet ut instrumentum ad causam principalem, quæcunque sit illa. Ad secundum negatur minor. Ad probationem dicitur quod calor in quantitate separata ab omni substantia, posset disponere materiam vltima dispositione pro forma substantiæ, non tamen propria virtute, sed virtute cæli: aut virtute primæ causæ. Si enim dispo. neret in virtute cæli: quod patet. Nam cælus est primò alterans. In causis autè essentialiter ordinatis secunda præsupponit actionem prioris, idem iste calor exigit cælum agere in materiam, non quod cælum aliquam virtutem calori tribuat, sed quia calor non posset alterare materiam nisi præsupposita actione cæli: & hoc est calorem agere in virtute cæli. Et cum dicitur, Quæ sunt æqualiter calida &c. Respondeo quod quæ sunt æqualiter calida, possunt æqualiter calefacere, non tamen sequitur quod si vnum calefacit tanquam agens principale, quæ etiam reliquum: nisi illa æqualiter calida sint eiusdem generis, puta si vtraque sint substantiæ vel huiusmodi. Constat autem quod substantia calida, & quantitas calida non sunt eiusdem generis. Ad tertium negatur maior. Quod enim calor dispo. neret materiam ad formam muris non habet ab hac substantia determinata, quæ est vniuoca: potest enim dispo. nere sufficienter etiam in virtute cæli, & idem nihil aliud concluderet ex illa ratione, nisi quod accidens non habet ab hac substantia in quantum est hæc, quod dispo. neret ad formam substantialem, sed habet ab ea in quantum est substantia. Negatur etiam minor. Nā si ille gradus caloris qui est in semine viri, poneretur in semine ioseph, nunquam dispo. neret ad animam intellectiuam. Ad quartum posset negari maior, quia facilius est corrumpere quam generare, sed negatur minor. Ad cuius probationem dicitur quod calor ignis non potest ex se inducere in aquam calorem aquæ incõpossibilem, quia talis calor incõpossibilis formæ aquæ est vltima dispositio ad formam ignis: ad quæ calor non potest dispo. nere, nisi in virtute alicuius substantiæ. Ad quintum negatur minor. Et dicitur quod calor non est proprie instrumentum formæ ignis: quia ipsa non est agens principale, sed est instrumentum ipsius ignis, quod est suppositum agens. Ad improbationem dicitur, quod idem agens principale diuersimodè se habens potest esse causa, contrariorum per contrarias dispositiones in eo successiue existentes. Philosophus verò intelligit quod idem agens naturale eodem modo se habens, non est per se causa contrariorum. Ad sextum dicitur, quod Philosophus intendit dicere; quod ignis non agit proximè & immediatè per suam formam substantialem, sed per calorem; tamen forma ignis est ei prima ratio agendi. Vel dicendum est quod solus calor est ei ratio calefaciendi, sed non sequitur ex hoc, quod ipse solus sit ratio generandi substantiam. Ad septimum dicitur eodem modo, quod sola qualitates elementorum sunt elementis proxima ratio agendi: non tamen prima & principalis. Ad octauum dicitur eodem modo. Nam omnes hæc auctoritates vniuociter sunt intelligendæ, & habent eundem sensum.

T. com. 63

Ad primum

Ad secundum

Ad tertium

Ad quartum

Ad quintum

Ad sextum

Ad septimum

Ad octauum

QUESTIO VIII.

Utrum formæ intentionales educantur de potentia materia.

Prima ratio. **Q**uæritur octauò. Utrum formæ intentionales educantur de potentia materiæ vel subiecti. Et videtur quod sic. Primò. Omnis forma quæ acquirit esse per generationem, acquirunt esse per generationem. Quæst. Met. Paul. Sonc.

rationes: Sed formę intentionales acquiruntur per generationem; ergo &c. Maior patet, quia anima intellectiva ex hoc præcisè dicitur non educi de potentia materia, quia non acquirit esse generationem, sed tantum per creationem. Minor probatur. Quicquid acquirit esse, aut hoc habet per generationem, aut per creationem. Sed ista formę non creantur, vt patet, ergo generantur. Secundò. Forma quælibet, quæ per actionem agentis naturalis sufficienter fit in aliqua materia, educitur ex tali materia. Sed formę intentionales sunt tales: calor enim causat suam intentionem in aere: ergo &c. Minor patet. Maior probatur. Formam educi de potentia materia, est eã prius in materia fuisse in potentia, & postea in actu. Sed omnis forma quæ sufficienter fit ab agente naturali, prius fuit in potentia in materia, & nunc est in actu: ergo &c. Tertiò. Quælibet forma successivè acquisita in suo subiecto, educitur de potentia ipsius. Sed formę intentionales acquiruntur successivè: ergo &c. Maior patet: quia ipsi non acquiruntur, nisi per transmutationem materiae. Minor probatur tripliciter. Primò. Si forma intentionalis acquiratur in instanti, sequitur quod alteratio medijs secundum ipsam sit infinita. Sed hoc est falsum: ergo &c. Consequentia probatur. Data quacunq; alteratione successiva, ista quæ est in instanti est in duplo & in triplo & in quadruplo, & sic in infinitum maior quàm illa: ergo est infinita. Secundò. Sequitur quod agens naturale uniformiter ageret: & tamen semper à minori & minori proportionem, consequens est contra Aristotelem 6. Physicorum. Consequentia probatur. Sit a calor, & b, aer, in quo causat sui speciem: pono quod a, non varietur in aliqua sui dispositione, & tamen quod aer continue magis & magis condensetur. Tunc sic, a uniformiter agit: quia semper in instanti tantum: & tamen passum est continue minus dispositum, ergo continue agit à minori proportionem quia à maiori resistentia. Tertiò. Sequitur quod agens naturale æquè agit in passum indispotum sicut in dispositum. Probat consequentia: quia in aere denso, æquè velociter causat lumen sicut in aere raro: quia in utroque instanti. Dicitur forte, quod perfectius lumen causabit in aere melius disposito. Sed ista responsio non soluit difficultatem, quia similiter dicam quod ignis causat calorem in instanti: sed perfectiorem in vno subiecto quam in alio.

Respondeo. In ista quaestione tria sunt declaranda. Primo, quomodo generatio formę intentionalis distinguatur à generatione formę realis. Secundò, quid sit formam educi de potentia materiae. Tertiò respondebitur ad quaesitum. Quantum ad primum dico: quod generationes istæ in tribus distinguuntur. Primum est: quia aliqua formę intentionales non generantur in propria materia, præsertim intentiones colorum. Propria enim materia coloris, est extremitas perspicui terminati: forma autem intentionalis ipsius coloris non causatur in corpore terminato: sed tantum in corpore diaphano, quod non terminatur proprijs terminis, vt aer & aqua. Quælibet autem forma realis causatur tantum in propria materia. Secundò distinguuntur: quia generatio formę realis est inter contrarios terminos, qui non possunt se comparari in eodem subiecto. Vnde ex acquisitione vnius formę contraria, expellitur eius contraria. Formę verò intentionales non habent contrarietatem & comparantur se mutuo in eodem: quod patet. Si enim sint dup alba in eadem camera ex opposito directe situata, oportet quod quilibet causet sui speciem in aere medio: cum agant ex necessitate naturæ. Tertiò distinguuntur: quia in generatione formę realis, est aliqua difficultas propter resistentiam formę contrariae. In generatione autem formę intentionalis nulla difficultas est: ideo causatur in instanti.

Quantum ad secundum dicunt aliqui quod formam educi de potentia materiae, non est aliud nisi materiam habere causalitatem super existentiam formę: & per consequens omnes illæ formę educuntur de potentia materiae, super quas materia habet causalitatem. Ad cuius evidentiam est sciendum quod formę antequam sint actu, præexistunt in potentia in materia tanquam in earum causa subiectiva: & sunt in ea nõ sub existentia propria, sed sub essentia causæ: & propter hoc dicuntur in ea latere. Cũ autem sunt in actu, dicuntur quodammodo educi & extrahi ex illo in quo sic latebant: & sic formam educi de potentia materiae, est eandem fieri in actu. Dicunt præterea isti, quod formarum aliqua sunt magis & aliqua minus in potentia materiae. Illæ enim sunt magis in potentia materiae, quæ requirunt maiorem transmutationem in materia, ad hoc quod fiant in actu. Illæ verò sunt minus in potentia materiae, ad quarum actualitatem pauciores requiruntur transmutationes: & ex hoc concludunt quod formę intentionales sunt quidẽ in potentia materiae, minus tamen quàm formę reales: quia paucioribus transmutationibus indigent ad hoc quod fiant in actu. Ista opinio videtur mihi desecere in duobus. Primum est: quia dicitur quod formam educi de potentia materiae, non est aliud nisi formam esse actu, in materia habere super eam aliquam causalitatem: quia ex hoc sequitur quod anima intellectiva educatur de potentia materiae, cuius oppositum etiam ipsi concedunt. Consequentia probatur: Materia habet aliquam causalitatem super animam intellectivam, quia est subiectum & potentia eius receptiva: & similiter forma est actu in materia: ergo ex ea educitur. Patet consequentia: quia illa duo quæ sunt in antecedente sunt præcisè & totalis causa consequentis. Secundum est: quia dicunt quod illa forma est magis in potentia materiae quæ requirit plures transmutationes ad hoc quod fiat in actu: huius enim oppositum dicit Commentator 12. Metaphys. vbi vult: quod illa forma dicatur proprie esse in potentia materiae: quæ vnico motore educi potest. Et ideo aliter est dicendum quod formam educi de potentia materiae potest tripliciter intelligi. Vno modo ad hunc sensum, quod materia convertatur in formam: & hoc est impossibile, alioquin materia corrumperetur: cuius oppositum probat Philosophus primo Physicorum; textu & comment. 81. Alio modo ad hunc sensum, quod materia & forma perdant proprias unitates: & ita identificentur quod ipse nullo modo sint distinctæ: & hoc etiam est falsum: vt probatur 7. huius: vbi est quaestio an materia & forma sint entitates distinctæ. Tertiò modo ad hunc sensum, quod materia prius erat actuabilis per formam, & nunc est per eam actuata: ita quod etiam ipsa concurrat in suo genere causalitatis: ad hoc quod per formam actuatur: & ipsa quæ prius erat causa in potentia, nunc est causa in actu: & hic est verus sensus. Vnde dico pro maiori noticia quod tria requiruntur ad hoc quod forma dicatur proprie educi de potentia materiae. Primum est, quod materia ante existentiam formæ in ea habeat potentiam, ad hoc vt concurrat, tanquam causa partialis ad fieri ipsius formæ; & propter hoc anima intellectiva non educitur ex materia: quia solus Deus est causa fieri ipsius animæ. Secundum est quod materia pro eodem tempore vel instanti habeat actu hanc causalitatem, pro quo forma dicitur educi de ipsa materia: hanc verò causalitatem habet ex hoc quod transmutatur. Tertium est quod materia trahatur ad participationem esse illius formæ. Et propter hoc dicitur forma potius educi de potentia materiae, quàm de potentia agentis: licet sit in potentia vtriusque ante sui actualitatem.

Quantum ad tertium dico quod formę intentionales nõ educuntur de potentia materiae. Quod probatur. Primò. Nulla forma educitur de potentia materiae, nisi materia ad ipsam transmutetur: quia materia nõ habet alio modo causalitatem. Sed materia nõ transmutatur ad formas intentionales, cũ ipsæ fiant subito & in instanti in suo subiecto: nec requirant aliquam alterationem præuiam: ergo &c. Et ex hoc infero propter eandem causam, quod neque lumen educitur de potentia subiecti. Secundò. Omnis forma educita de potentia materiae, potest in ea conservari remota sua causa productiva, vt patet inducendo in omnes tā substantiales quàm accidentales. Sed nulla forma intentionalis conservatur remota sua causa: ergo &c. Tertiò. Magis apparet quod lumen educatur de potentia materiae, quæ formę intentionalis: quia lumen est forma realis. Sed lumen non educitur de potentia materiae, ergo nec formę intentionales. Maior patet. Minor probatur. Si lumen lunæ educeretur de potentia materiae, sequitur quod materia lunæ esset transmutabilis ad formam. Cuius oppositum dicit Philosophus & Com. 9. Meta. text. & comment. vbi dicunt quod est transmutabilis tantum ad locum.

Ad argumenta in oppositum respondetur. Ad primum negatur maior, accipiendo generationem prout se extendit ad omnem modum generationis. Ad hoc enim quod aliqua forma proprie generetur, oportet quod incipiat esse in subiecto per realem transmutationem materiae. Ille igitur formæ ad quas materia non transmutatur realiter, incipiunt quidem esse in subiecto, non tamen creantur: nec proprie generantur. Ad secundum dicitur eodẽ modo quod maior est falsa, nisi concurrat realis transmutatio materiae, quod non est in proposito. Ad tertium negatur maior. Ad probationem primam dicitur quod dupliciter potest aliqua productio dici infinita. Vno modo, quia caret principio & fine: & sic acquisitio formę intentionalis non est infinita. Nam illud instans in quo ipsa recipitur in subiecto, est primum & vltimum sui: cum illa alteratio non duret nisi per instans. Alio modo dicitur aliquid infinitum: quia alteri comparatum est maius eo in duplo & in triplo: & sic

Ad primum.

Ad secundum.

Secunda ratio.

Tertiatio.

Quid est forma intentionalis, et quare sic dicitur.

hic sine fine. Et ad hunc sensum concedo, quod omnis alteratio subdita est infinita: quia comparata cuilibet alterationi facta per tempus, est ea velocior absque vlla proportionem. Ad secundam probationem negatur consequentia. Ad probationem dicitur: quod licet semper causabitur illa species in instanti, tamen quanto passum erit minus dispositum, tanto species erit remissior: & sic semper actio erit à proportionem maioris inæqualitatis. Et eodem modo dicitur ad tertiam probationem: nec valet illud quod adducitur de calefactione: quia calor est forma habens contrariū: & ideo oportet contrariam formam remitti ad hoc quod calor introducatur in subiectum. Formę verò intentionales nihil habent contrarium: & ideo non est simile, præsertim quia frigiditas non comparatur secum calorem, etiam in gradibus remissis: & ideo oportet prius abici frigiditatem, & postea in alia mensura, siue temporalis, siue instantanea introduci calorem. Inter quælibet autem duo instanta mediat tempus: & ideo postquam calefactum est approximatum calefactibili adhuc concurret tempus antequam causet in eo calorem.

QUESTIO IX.

Vtrum plures formę intentionales, differentes solo numero vel specie, possint simul esse in eodem subiecto adaequato.

Primario.

Varitur non d. Vtrũ plures formę intentionales solo numero vel etiã specie differentes, possint simul esse in eodẽ subiecto. Et videtur quod non. Primò. Plura lumina non possunt simul esse in eodẽ subiecto, vt patet ex præcedenti quaestione. Sed lumen est forma intentionalis: ergo &c. Minor probatur tripliciter. Primò. Nulla realis qualitas immediatè posita supra sensum causat sensationem: vt dicitur secundo de anima. text. comment. 98. Sed lumen immediatè contingens pupillam percipitur à visu, vt patet experimento: ergo &c. Secundò. Lumen facit species colorum sensibilium in medio esse intentionales: vt dicitur secundo de anima. text. comment. 73. ergo ipsum est forma intentionalis. Patet consequentia per regulam. propter quod &c. Tertiò. Forma causata ex refractione radiorum incidentium est intentionalis: vt patet de colorib. iridis: & de figura in speculo resultantem. Sed lumen causatur ex refractione radiorum: saltem lumen causatum per reflexionem: ergo &c. Secundò. Accidentia non numerantur nisi ad numerationem subiecti; & hæc est posita tota ratio repugnantia in præcedenti quaestione ad coexistendum duo accidentia eiusdem speciei in eodẽ subiecto: ergo duæ formę intentionales eiusdem rationis non possunt simul esse in eadem parte medijs. Confirmatur, quia natura specifica non diuiditur in plura numero, nisi per quantitatem. Sed si essent in eodem subiecto, essent in eodem quanto: ergo non essent plura siue distincta. Tertiò. Ab eodem res habet esse, & vnum esse. Sed accidens intentionale habet esse à subiecto cum ab eo dependeat: ergo à subiecto habent quod eorum esse sit vnum. Sed esse vnum, est esse distinctum: ergo à subiecto habent quod distinguantur.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Notandum.

Quid sit forma intentionalis, et quare sic dicitur.

test aliter dici quod aliqua forma est similis formę suę causæ actiua, & quantum ad modum essendi, & quantum ad modum agendi: sicut calor in ligno calori ignis calefactantis: & tales formę dicuntur esse reales. Aliquæ verò sunt, quæ neutro modo conueniunt cum formis suarum causarum efficientium, & istæ dicuntur merè formę intentionales. Sed ista ratio etiam nõ videtur sufficiens. Primò. Phantasma lapidis habet eundem modum essendi, quem habet forma lapidis, scilicet esse extenditum: habet etiam eundem modum agendi aliquem: quia agit & causat speciem in intellectu: & tamen phantasma est forma intentionalis. Et si dicas quod conuenit quantum ad omnes actiones: patet quod hoc nihil est, quia non oportet, quod etiam omnis forma realis conueniat cum forma suæ causæ quatum ad omnia: & hoc præsertim patet in formis effectuum æquiuocorum. Secundò. Prius aliqua forma est talis in se quam habeat habitudinem ad agere vel non agere: ergo non habet ex tali habitudine quod sit realis aut intentionalis. Tertiò potest dici: quod forma ideo dicitur intentionalis: quia potentia non tendit in ipsam, sed tantum in obiectum. Visus enim non videt speciem albedinis existentem in aere medio: sed tendit in albedinem tãquam in obiectum. Ista etiã ratio non bene declarat quaestionem. Primò. Quia species alicuius obiecti potest videri in oculo in quo est: & tamen ipsa est forma intentionalis. Secundò. Quia id à quo dicitur formaliter intentionalis, semper inest ipsi formę intentionali: sed quod potentia tendat in obiectum representatũ per formam intentionalem: & tamen non tendat in formam, non semper conuenit formæ, vt patet, quando nulla potentia sensitiva est præsens obiecto, causanti suam similitudinem in medio. Et ideo dico aliter quod formę possunt habere esse dupliciter. Vno modo esse perfecte sibi debitum. Alio modo possunt habere esse diminutum. Formam habere esse perfectum, nõ est eam esse talem in summo, quantum pertinet ad propositam de quo loquimur: sed est eam denominare subiectum, nisi sit aliquod impediens: quod dico propter eos qui concedunt contrarias formas se compari in eodem subiecto: & quod nulla forma citra medium gradum suæ latitudinis, potest denominare suum subiectum: quia impletur à forma contraria que ipsum denominat: verbi gratia. Albedo vt duo potest stare cum aliquo gradu nigredinis: non tamẽ cum quocunque, sed cum nigredine vt quatuor; & non cum aliquo inferiori gradu: & quia tunc nigredo denominat subiectum, ideo albedo vt duo, non potest ipsum denominare album. Forma verò dicitur habere esse imperfectum & diminutum: quando talis est in natura sua, quod nõ potest denominare suum subiectum tale quale denominatur per eam quæ habet esse perfectum: quod dico: quia omnis forma denominat aliqua denominatione suum subiectum: cum det ei aliquid quod esse. Vnde dicit Philosophus 2. & 3. de anima, quod formę intentionales faciunt potentias esse in actu primò: sed non denominat suum subiectum eodẽ modo quo denominant formę quarum sunt intentiones. Species enim coloris in aere, non denominat ipsum coloratum: nec ex specie lapidis in intellectu dicitur intellectus esse lapideus. Et si arguatur contra hoc: quia colores qui apparent in aere, dũ radij solis attingunt vitrum coloratum, denominant aere rem esse rubeum aut nigrum: & alio colore coloratum. Sed ibi colores habent tantum esse intentionale: ergo forma intentionalis denominat suum subiectum. Respondetur, quod maior est falsa: quod patet: aer enim cum sit extenditum, non est susceptivus alicuius secundæ qualitatis, cuiusmodi est color: & ideo non denominatur rubeus, aut niger. Vnde nõ solet dici quod talis aër sit rubeus, sed quod apparet rubeus: nec tamẽ sequitur ex hoc, quod sensus decipiarur circa proprium sensibile: quia iudicare an illa forma sit realis, vel intentionalis, non pertinet ad sensum, sed ad intellectum. Si iterum arguatur contra hanc responsionem. Illi colores qui sic apparent in aere immutant visum: ergo sunt reales. Respondetur, quod negatur consequentia: quia non repugnat formę intentionali immutare visum, vt patet de forma que resultat in speculo: & sic patet primò scilicet quid sit forma intentionalis.

An lumen sit forma intentionalis.

Lux in corpore luminoso.

Lumen in corpore illuminato.

Quid sit corpus rubeum.

Respondeo. In ista quaestione primò dicitur quid sit forma intentionalis. Secundò dicitur propter ea quæ tanguntur in primo argumento, an lumen sit forma intentionalis. Tertiò respondebitur ad quaestionem. Quantum ad primum. Sciendum est, quod nullum ens est reperibile in natura quin sit aut reale aut rationis: vt vult Arist. 5. & 6. Meta. text. comment. 13. & quia entia rationis habent tantum esse cognitum, & in nullo sunt subiectiue: nec habent causam efficientem: cum quilibet terminus actionis realis sit ens reale. Formę verò intentionales sunt in aliquo subiecto: ideo ipsæ non dicuntur intentionales, quasi sint entia rationis, & habeant esse solum per operationem intellectus: sed sunt vera entia realia extra animam, cum sint in prædicamento qualitatis: & in prima eius specie. Quare autem hæc entia dicantur formę intentionales, pura species albedinis in medio: & in organo: & species lapidis in intellectu, potest assignari multiplex ratio. Primo quidem vt illa entia dicantur intentionalia: quæ non habent esse firmum & permanentem, nisi ad præsentiam suæ causæ: & per hoc quodam modo distinguuntur ab ente reali, id est, ab ente habente esse ratum & permanentem. Sed ista nõ est sufficiens. Primò. Quia sequitur quod species intelligibilis non esset forma intentionalis: quod aperte est falsum. Consequentia probatur: quia species conservatur in intellectu, etiã ab fonte obiecto: & recipitur in intellectu in decubilliter. Secundò. Quia sequitur quod figura impressa in aqua à sigillo esset forma intentionalis. Patet consequentia, quia non habet esse, nisi dum conservatur à sigillo. Secundò po-

patet.

patet, quod omnia ista quatuor idem significant: & differunt secundum connotata: quia lux connotat respectum causae: & lumen connotat respectum effectus: ac si diceretur quod lumen est lux causata. Radius verò & splendor connotat diuersos modos & situs corporis illuminati ad corpus illuminans. Et quod dictum est de radio & splendore: dico etiam de radio incidere & radio reflexo: quia forte radius reflexus non est aliud nisi splendor. Isti enim duo radij sunt idem lumen: sed habent rationem radij incidentis & reflexi per respectum ad diuersas causas. In quantum enim causatur directe à sole, dicitur radius incidens: in quantum verò intenditur ab obiecto quod dicitur reflexus, lumen dicitur reflexus. Et ideo si terminetur radius solis ad aliquod corpus non potens ipsum intendere: cuiusmodi sunt corpora non polita & teresa, talis radius erit tantum incidens & non reflexus. Quando autem terminatur ad aliquod corpus politum & tersum: cuiusmodi est speculum & multa alia, tunc est incidens & reflexus: & in puncto reflexionis maiorem habet intensiorem quam in omnibus alijs. Dico igitur quantum spectat ad principale propositum: quod lumen est forma realis: & non proprie intentionalis: quod probatur. Primo. Omnis forma denominans suum subiectum est realis & non intentionalis, ut patet ex eius diffinitione. Sed lumen denominat suum subiectum esse illuminatum, ut experimento patet: ergo &c. Secundo. Nulla forma intentionalis habet actiuitatem super formas reales. Sed lumen habet actiuitatem super ea quae generantur in materia: quia ut voluit Philosophus: caelum non causat calorem & alios effectus in rebus inferioribus nisi mediante luce: ergo lumen non est forma intentionalis: & sic patet secundum.

Conclusio 1.

Conclusio 2. implicita.

Ad primū.

Quantum ad tertium: dicunt aliqui quod duae formae intentionales non possunt esse simul in eodem subiecto, & remanere in esse distincto, sed ex eis fiet vna: sicut etiam formae mediae componuntur ex contrarijs. Vnde species albi & species nigri sunt vna numero, & duae virtualiter: quia per eam potest ita videri albedo, ac si esset tantum species albedinis: & per eandem potest ita videri nigredo ac si esset tantum species nigredinis. Sed ista opinio videtur mihi falsa. Primo. Sequeretur quod in intellectu non possent simul esse plures species intentionales. Sed hoc est falsum, ergo &c. Consequenter patet, quia species intelligibilis est forma intentionalis, patet etiam falsitas consequentis secundum omnes qui ponunt species in intellectu. Secundo. Forma intentionalis representat naturaliter: & per consequens semper eodem modo, ergo si eadem numero existens, representat album & nigrum: sequitur quod semper vtrumque representabit. Sed hoc est falsum, quod patet. Sint a, album & b, nigrum praesentia oculo Sortis, causant per te eandem speciem numero: pono igitur quod b amoueat, & a remaneat praesens ut prius, & arguitur sic. A est praesens oculo Sortis, & a, nullo modo variatum est: & prius causabat speciem in isto oculo, ergo nunc eadem numero causat vel conseruat, sed ista per te erat representatiua nigri, ergo etiam nunc quantum est ex se esse representatiua nigri, & per consequens apparebit Sorti, quod videndo a, videat etiam b. Tertio. Sicut se habent colores medij ad extremos ex quibus componuntur, ita se habet species constituta ex propria specie albedinis & ex propria specie nigredinis. Sed colores medij sunt distincti specie ab extremis: ergo ista species media est specie distincta ab illis: & per consequens representabit aliquam formam mediam specie distinctam ab albedine & nigredine.

sunt intentionales. Ad secundum principale, negatur maior de accidentibus intentionalibus. Eorum enim distinctio numeralis non est accipienda ex parte subiecti: sed ex parte suarum causarum efficientium. Et similiter dico ad confirmationem. Ad tertium negatur minor: quia accidens intentionale habet esse & conseruari tantum à sua causa efficiente: & non à subiecto: & propter hoc non dicuntur etiam educi de potentia subiecti, ut patuit quaestione praecedenti.

Ad secundū.

Ad tertium.

QUESTIO X.

Vtrum substantia sit prior tempore accidente.

Veritur decimo, an substantia sit tempore prior accidente. Et videtur quod non. Morus & tempus sunt accidentia: & similiter quantitas & figura & alia accidentia caeli. Sed ista sunt aeterna, ut dicit Philosophus 8. Physic. Aeterno autem nihil est prius tempore, ergo non omni accidente aliqua substantia est prior tempore. Secundo, Deus agit alia à se de necessitate naturae secundum opinionem Philosophi: & producit etiam ea in instanti: ergo non est assignare aliquod instans in quo Deus sit, quin in eodem aliquis effectus eius sit. Sed in omni effectu est relatio ad causam suam, relatio autem est accidens, ergo in omni instanti in quo Deus siue quaecumque alia substantia est etiam aliquod accidens est. Tertio. Propria passio simul est cum suo subiecto: cum generentur eadem generatione, ergo substantia non est prior quolibet suo accidente.

Primatio.

Tex. cō. 11.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Respondeo, quod tota difficultas huius quaestionis in hoc consistit: quia Arist. ponit aeternitatem motus: quae videtur repugnare & contradicere huic conclusioni in qua dicit, quod substantia est tempore prior accidente. Et ideo declarare oportet quid senserit Philosophus in praesenti conclusione de prioritate substantiae. Sunt autem tres generales expositiones eius. Prima est Auer. Secunda est Scoti. Tertia est S. Tho. Auer. 7. Metaph. com. 4. dicit: quod accidentium aliquod est superueniens subiecto, secundum eius generationem: sicut frigiditas Sorti. Aliquod vero est congeneratum subiecto in quo est, siue tale accidens sit propria passio: siue accidens commune, sed inseparabile. De primo manifestum est quod subiectum prius est eo tempore. De secundis manifestum est: quod licet subiectum non sit eis prius, tamen materia subiecti est eis prior: materia enim ignis fuit ante ignem, & per consequens ante quodlibet accidens eius. Hanc expositionem quae videtur non est forte aliena ab opinione Philosophi, multi improbant. Primo. Materia nunquam fuit sine aliquo accidente, quia semper fuit ab aliqua forma, quam consequitur aliqua accidentia saltem quantitas: ergo materia non est absolute prior accidente. Secundo. Philosophus probat quod substantia est prior accidente tempore propter duo. Primo quia substantia praedicatur inquit: accidentia autem non. Secundo, quia accidens non est ens: nisi quia entis, scilicet substantiae. Sed materia non praedicatur in quid: cum haec non sit vera, ignis est materia, nec accidentia sunt entia: quia sunt materiae: sed quia sunt substantiae compositae: ergo materia non est illa substantia quam dicit Philosophus esse priorem accidente. Tertio. Illa substantia est prior accidente, tempore: quae etiam est prior diffinitione & notitia. Sed materia non est prior notitia, cum ipsa de se sit ignota. Nec diffinitione, propter eandem rationem: ergo &c. Quarto. Accidentibus caeli nulla materia est prior tempore: cum in caelo non sit materia secundum Auerroem: ergo non est verum vniuersaliter, quod materia sit prior accidente. Sed mihi videtur quod praedicta expositio stare possit maxime secundum principia Comment. Ad cuius euidentiam praemitto duo. Primum est, quod in substantijs abstractis nullum est accidens: sunt enim sua intellectio & volitio, ut ipse dicit 12. Metaph. com. 4. Secundo est, quod accidentia caeli non sunt vniuersalia: quia accidentia reru generabilia. Ex his patet: quod Philosophus loquitur tantum de accidentibus rerum generabilibus: quia etiam in hoc 7. & 8. ut dicit Com. 12. Meta. com. 19. quae res Philosophus tantum de principijs substantiarum generabilium. De principijs verò substantiae aeternae, quae est caelum, quaeretur in 12. huius: quia caelum non habet principia intrinseca, scilicet, materiam & formam: sed tantum extrinseca, scilicet, efficientem, & finem. Et quia materia, ut dictum est, praedicat omnia huiusmodi accidentia, ideo aliqua substantia est prior accidente. Nam materia est substantia. Ad primam igitur rationem dicitur: quod licet materia nunquam fuerit sine accidente, tamen nullum est accidens, quin materia fuerit ante ipsum. Assignato enim quocumque accidente: materia fuit prior. Et si dicatur quod secundum Auer. dimensiones indeterminatae & eadem numero sunt coaeternae materiae.

Prima opinio & est Auer. expositio.

Impugnatur Auer.

Seco. alia expositio.

Contra Scot.

capite de priori.

Expositio sancti Thomae.

Duratio.

Suppositum primum. Suppositum secundum.

Respondeo, quod tota difficultas huius quaestionis in hoc consistit: quia Arist. ponit aeternitatem motus: quae videtur repugnare & contradicere huic conclusioni in qua dicit, quod substantia est tempore prior accidente. Et ideo declarare oportet quid senserit Philosophus in praesenti conclusione de prioritate substantiae. Sunt autem tres generales expositiones eius. Prima est Auer. Secunda est Scoti. Tertia est S. Tho. Auer. 7. Metaph. com. 4. dicit: quod accidentium aliquod est superueniens subiecto, secundum eius generationem: sicut frigiditas Sorti. Aliquod vero est congeneratum subiecto in quo est, siue tale accidens sit propria passio: siue accidens commune, sed inseparabile. De primo manifestum est quod subiectum prius est eo tempore. De secundis manifestum est: quod licet subiectum non sit eis prius, tamen materia subiecti est eis prior: materia enim ignis fuit ante ignem, & per consequens ante quodlibet accidens eius. Hanc expositionem quae videtur non est forte aliena ab opinione Philosophi, multi improbant. Primo. Materia nunquam fuit sine aliquo accidente, quia semper fuit ab aliqua forma, quam consequitur aliqua accidentia saltem quantitas: ergo materia non est absolute prior accidente. Secundo. Philosophus probat quod substantia est prior accidente tempore propter duo. Primo quia substantia praedicatur inquit: accidentia autem non. Secundo, quia accidens non est ens: nisi quia entis, scilicet substantiae. Sed materia non praedicatur in quid: cum haec non sit vera, ignis est materia, nec accidentia sunt entia: quia sunt materiae: sed quia sunt substantiae compositae: ergo materia non est illa substantia quam dicit Philosophus esse priorem accidente. Tertio. Illa substantia est prior accidente, tempore: quae etiam est prior diffinitione & notitia. Sed materia non est prior notitia, cum ipsa de se sit ignota. Nec diffinitione, propter eandem rationem: ergo &c. Quarto. Accidentibus caeli nulla materia est prior tempore: cum in caelo non sit materia secundum Auerroem: ergo non est verum vniuersaliter, quod materia sit prior accidente. Sed mihi videtur quod praedicta expositio stare possit maxime secundum principia Comment. Ad cuius euidentiam praemitto duo. Primum est, quod in substantijs abstractis nullum est accidens: sunt enim sua intellectio & volitio, ut ipse dicit 12. Metaph. com. 4. Secundo est, quod accidentia caeli non sunt vniuersalia: quia accidentia reru generabilia. Ex his patet: quod Philosophus loquitur tantum de accidentibus rerum generabilibus: quia etiam in hoc 7. & 8. ut dicit Com. 12. Meta. com. 19. quae res Philosophus tantum de principijs substantiarum generabilium. De principijs verò substantiae aeternae, quae est caelum, quaeretur in 12. huius: quia caelum non habet principia intrinseca, scilicet, materiam & formam: sed tantum extrinseca, scilicet, efficientem, & finem. Et quia materia, ut dictum est, praedicat omnia huiusmodi accidentia, ideo aliqua substantia est prior accidente. Nam materia est substantia. Ad primam igitur rationem dicitur: quod licet materia nunquam fuerit sine accidente, tamen nullum est accidens, quin materia fuerit ante ipsum. Assignato enim quocumque accidente: materia fuit prior. Et si dicatur quod secundum Auer. dimensiones indeterminatae & eadem numero sunt coaeternae materiae.

Respo.

Respondeo, quod Philosophus loquitur de accidentibus in actu. Dimensiones autem interminatae sunt dimensiones & accidentia tantum in potentia, sicut materia prima. Ad secundam dicitur: quod licet materia prima non praedicetur in quid: nec sit pars quidditatis, puta humanitatis, est tamen pars totius, scilicet hominis, & aliarum substantiarum sensibilium generabilium. Ratio igitur Philosophi in hoc consistit. Substantia praedicatur in quid, id est, praedicatur in quid: vel saltem est pars habetis quidditatem. Vnde cum dicitur, homo est carnis vel materiae: licet haec praedicatio sit denominatiua, tamen denominatio fit ab eo quod est substantia. Accidentia verò praedicantur in quale vel quantum, vel huiusmodi: & nullo modo sunt pars substantiae rei: sed sunt entia, quia sunt entis, id est, substantie, cuius pars est materia, ergo aut tota substantia, aut saltem aliqua pars eius est prior tempore accidentibus. Hac enim rationem quam implicite ponit Philosophus, magis explicat expositio praedicta. Ad tertiam. Potest negari maior. Sufficit enim quod aliqua sit prior tempore: & aliqua diffinitione & cognitione: sed negatur minor: ne videatur praedicta responsio esse fuga. Ad probationem dicitur: quod materia est de se ignota: & cognoscitur per analogiam ad formam substantialem: quia non qualibet transmutatio facit cognoscere materiam: sed tantum transmutatio substantialis. Postquam verò materia cognita est per formam substantialem prius nota est: quam accidentia. Nec valet illa consequentia: materia est posterius nota quam forma substantialis: ergo est posterius nota quam accidens. Similiter materia cum ponatur in diffinitione substantiae compositae: & substantia composita ponatur in diffinitione accidentis, etiam materia consequenter ponitur in diffinitione accidentis, non quidem materia nuda: sed ut sit sub aliqua forma, quia ut sic est nota. Ad quartam dicitur: quod Commentator & Philosophus loquuntur de accidentibus substantiarum generabilium: quae ex materia & forma compositae sunt: nam solum de huius substantiis hic loquitur secundum opinionem Commentatoris.

Seco. alia expositio.

Contra Scot.

capite de priori.

Expositio sancti Thomae.

Duratio.

Secus aliter exponit, dicens, quod prioritas temporis est possibilitas ad habendam actualem existentiam sine alio, quantum est ex se. Quod autem vna res quantum est ex se possit existere sine alia contingit ex hoc quod ab ea non dependet. Cum igitur substantia à nullo suo accidente dependeat (nullum enim prius dependet à suo posteriori) ideo substantia quantum est ex se, potest existere sine accidente: & per consequens est prior accidente tempore. Quod autem aliqua substantia non possit esse sine propria passione: non est ex substantia quantum est ex se, sed quia propria passio à subiecto causatur necessario: & ad ipsum naturaliter consequitur. Sed quantum sit propria ista expositio, patet cuiuslibet intelligenti. Iste enim modus dicendi ponit proprietatem temporis esse prioritatem naturae: quod patet. Nam id est prius natura, à quo non conuertitur subsistendi consequentia, sicut contingit in causa & effectu, ut dicit Philosophus in postpraedicamentis: ergo prioritas de qua iste loquitur, est prioritas naturae & non temporis. Secundo. Id est prius tempore, quod est in aliqua duratione, in qua aliud non est: ut dicitur in postpraedicamentis: ergo si sunt duo, quorum vnum nunquam sit sine alio, siue ibi sit dependentia, siue non, ibi non erit prioritas temporis, sed simultas. Et ideo sequitur tertia expositio quae est Sancti Thomae dicentis: quod Philosophus probat substantiam esse priorem tempore accidente: quia nullum accidens est separabile à substantia: aliqua verò substantia est sine omni accidente, sicut Deus. Et quod ista sit ratio Philosophi, patet. Nam textu comment. 4. postquam dixit quod substantia est prior tempore quam accidens, statim subdit haec verba. Nullum enim aliorum praedicabilium est separabile: & istud solum est separabile. Ad euidentiam verò huius expositionis, sciendum est quod esse prius tempore, est esse prius duratione. Duratio autem est duplex. Vna est quae mensuratur entia successiua: cuiusmodi est motus: & haec mensura dicitur proprie tempus. Quia verò tempore mensurantur tantum successiua, oportet dare aliam quae mensuratur entia permanentia, scilicet, substantiae & naturae rerum: quam non est putandum Aristotelem ignorasse: huius autem mensura appellatur eam siue aeternitas. Sed quia temporis nomen magis est in usu homini, ideo Philosophus omnem durationem & mensuram appellat tempus. Est igitur sensus huius litterae: Substantia est tempore prior accidente, id est prior duratione. Tum quia substantiae mensurantur aequo, quod est prior mensura temporis, quo mensuratur accidentia: cum ipsa accidentia semper sint in transmutari. Tum & principaliter: quia aliqua substantia, scilicet, Deus, mensuratur aeternitate, quae est mensura prior tempore & omni alia duratione accidentium quaecumque sit illa. Nec ista expositio potest pari vllam calumniam nisi à viris proteruis. Et per eam patet solutio ad omnia argumenta: licet enim nullum sit instans in quo non sit aliquod accidens: tamen mensura primae substantiae, scilicet, Dei, est mensura prior secundum se.

nitare, quae est mensura prior tempore & omni alia duratione accidentium quaecumque sit illa. Nec ista expositio potest pari vllam calumniam nisi à viris proteruis. Et per eam patet solutio ad omnia argumenta: licet enim nullum sit instans in quo non sit aliquod accidens: tamen mensura primae substantiae, scilicet, Dei, est mensura prior secundum se.

QUESTIO XI.

Vtrum primum cognitum, sit magis vniuersale.

Veritur vndecimo. Vtrum substantia sit prior notitia accidente. Sed quia fit mentio de eo quod est primum cognitum: ideo circa hoc tria quaeruntur prout haec quaestio tripliciter potest disputari. Primo, an primum cognitum sit vniuersale magis. Secundo, an singulare sensibile sit primum cognitum. Tertio, an primum cognitum sit substantia vel accidens. Quantum ad primum arguitur quod primum cognitum non sit vniuersalissimum. Primo. Agens naturale sufficiens approximatum passo disposito, causat nobiliorem effectum quem potest causare. Sed intellectus agens & phantasma sunt agentia naturalia debite approximata intellectui possibili, ergo causant in eo notitiam speciei specialissimae: cum talis notitia sit perfectior. Secundo. Metaphysica est scientia vltima, ordinis doctrinae, ut ait Auicenna. 1. metaphys. ca. p. 3. Sed non esset vltima, si conceptus entis esset primus. Cum enim ens sit subiectum metaphysicae, si ens esset primum cognitum: metaphysica esset prima omnium. Illa enim scientia prius haberetur: cuius subiectum est prius cognitum. Tertio. Si ad habendam notitiam speciei specialissimae oportet cognoscere omnia superiora: sequitur quod talis notitia erit difficillima, imò quod nunquam haberi poterit: Patet consequentia: quia inter speciem specialissimam & supremum genus, sunt multa genera ignota. Cum enim omne genus diuidatur immediate tantum duabus differentis constituentibus duas species, impossibile est quod animal sit immediatum genus ad omnes species animalium: sed est aliquod genus immediatum homini, forte & similia: quod genus est ignotum. Quarto. Id est prius cognitum, quod est proximum phantasmati moueri intellectum. Sed species specialissima est proximior phantasmati quam ens, ergo species est primum cognitum. Quinto. id est prius cognitum, cuius facilius est abstractio. Sed abstractio minus vniuersalis est facilius: cum à paucioribus abstrahatur quam magis vniuersale. Abstractio enim hominis est tantum à singularibus, abstractio verò animalis est etiam ab omnibus differentijs suarum specierum: ergo &c. Sexto. Species specialissima magis mouet intellectum: ergo magis cognoscitur. Consequenter patet. Antecedens probatur. Tum quia est actualior. Tum quia perfectior.

Prima ratio Scoti.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Sexta ratio.

Seco. placitū.

Vniuersale prius cognitum distinctius minus vniuersalibus secundum Scot.

Duratio placitū. Conclusio.

Respondeo quod circa hanc quaestionem sunt tres opiniones omnino oppositae. Prima est opinio Scoti dicentis, quod primum cognitum est species specialissima: cuius singulare magis mouet intellectum. Dicunt enim duo in ista opinione. Primum est quod species specialissima est primum cognitum intellectui nostro: cognitione tamen confusa. Sciendum est, quod magis vniuersale prius cognoscitur cognitione distincta, quam minus vniuersale. Primum probant rationibus quae supra arguendo factae sunt. Secundum etiam probant tali ratione. Minus vniuersale non potest cognosci distincte, nisi magis vniuersale distincte cognoscatur: ergo magis vniuersale est prius notum notitia distincta: Consequenter patet. Antecedens probatur. Quia minus vniuersale includit in sua ratione magis vniuersale: nulla autem res potest distincte cognosci, nisi cognoscatur omnia quae sunt de ratione ipsius. Secunda opinio est Durandii in primo 2. distinct. & 3. & Burlei primo Physicorum dicentium: quod singulare est primum cognitum nobis: sed de hoc erit specialis quaestio sequens. Tertia opinio est dicentium, quod magis vniuersalia sunt nobis prius nota. Ad cuius euidentiam sciendum est primum: quod dupliciter est notitia. Nam aliqua est habitualis, aliqua verò actualis. Notitia habitualis est, dum in intellectu est species obiecti: licet intellectus ea non vtratur. Notitia verò actualis est dum intellectus actu per talem speciem operatur. De vtraque autem praedictarum cognitionum intelligitur ista opinio. Nam intellectus agens & phantasma, primum causant speciem imperfectam, scilicet, speciem representantem obiectum solum ut est ens, & postea speciem representantem ipsum, ut est substantia vel accidens & vltimo ut est

Quaest. Met. t. aul. Son.

4

talis

talisi speciei. Similiter ab intellectu possibili aduato per speciem alicuius obiecti, puta lapidis. In illo priori in quo proceditur omne opus voluntatis, formatur naturaliter prius conceptus entis quam substantie vel aliorum inferiorum ad ens. Et si dicatur vnde est hoc. Nam intellectus agens & possibilis intendi non possunt: causa autem vni formiter se habente, procedit vniiformis effectus. Respondet quod hoc potest esse propter duo. Primum est ex parte agentis. Secundum vero ex parte passi. Ex parte agentis quidem, quia cum ad causandam speciem concurrat non tantum intellectus agens: sed etiam phantasma ratione virtutis sibi collata ab intellectu agente. Impossibile autem est quin phantasma magis & magis vigoretur: licet enim actio intellectus agentis in phantasma sit in instanti, tam postquam intenditur, tum ex vi cogitativa circa phantasma: quia ex hoc magis quodammodo applicatur intellectui agentis, tum etiam quia post illam primam speciem imperfectam intellectus ea virtutis: & per consequens fit conuersio ad phantasmata ratione cuius conuersionis magis depurantur & illustrantur. Similiter ad formandum conceptum occurrit intellectus possibilis & species in eo existens. Prædicta autem species intenditur & perficitur dum intellectus virtutis ea. Et idem post conceptum imperfectum, potest ab ea elici conceptus perfectior: quia ipsa perfectior est quam prius. Quod autem ad hunc sensum declaratum magis confusa prius cognoscantur, probatur. Primum. Simpliciter & incomplexa sunt prius nota, ex quibus formatur propositiones prius sunt notæ: quia ut dicitur primo postext. tex. comm. 7. propositiones cognoscimus: quia terminos cognoscimus. Item quia secunda operatio intellectus in qua est compositio, sequitur primam ordine nature: ergo talis ordo est in vna qualis in alia. Sed prima complexa nobis nota sunt propositiones vniuersalissimæ, & prima principia quæ componuntur ex terminis communissimis: ergo vniuersalissimæ conceptus sunt primi. Secundum. Vbi est ordo essentialis inter formas & perfectiones receptibiles in aliqua potentia passiva, prius saltem natura recipitur actus imperfectior. Istud patet in omnibus generaliter. Si enim forma per quam Sortes est substantia, esset distincta ab ea per quam est corpus: prius reciperetur forma substantie, quam forma corporeitatis. Idem etiam patet de vegetatio respectu sensitiui, ut dicitur secundo de anima, tex. comment. 31. Sed inter species & conceptus est ordo essentialis: quod probatur: quia qualis est ordo inter naturas representatas, talis est ordo inter formas naturaliter representantes. Sed inter magis vniuersalia & minus vniuersalia est ordo essentialis, ut patet de se: ergo inter species intelligibiles & conceptus est ordo essentialis. Confirmatur: quia dum volumus demonstrare aliquid de inferiori, accipitur eius superius pro medio, constat autem quod inter terminos syllogismi demonstratiui, est ordo essentialis: alioquin demonstratio non esset ex terminis necessariò connexionem habentibus. Tertio. Ab agente naturali, prius saltem natura procedit actus imperfectus quam perfectus, siue agat successiuè, siue in instanti. Ignis enim prius natura introducit & causat lumen remissum, quam intensum: quia gradus perfectior præsupponit gradum imperfectum: sed notitia confusa est imperfecta respectu notitiæ distinctæ: & intellectus est agens naturalis, ergo prius causat notitiam confusam quam distinctam. Quarto. Impossibile est habere aliquem conceptum, quin habeatur omnia quæ in eo formaliter & quidditatiuè includuntur. Sed conceptus entis includitur formaliter & quidditatiuè in omnibus aliis: ergo nullus potest haberi nisi habeatur conceptus entis. Dicitur forte: quod non glauditur in conceptibus differentiarum. Sed hoc nihil est. Tum quia oppositum probatur in hoc. Tum quia sequitur quod prima notitia esset distinctissima, si prius conceptus esset conceptus differentie. Et ex hoc confirmatur magis principale propositum. Nam si species specialissima est, primum cognitum: videtur quod pari ratione differentie inferiores sint prius cognitæ quam superiores, puta rationale quam sensitiuum: & per consequens prius cognoscitur homo cognitione distincta quam confusa. Dicitur forte quod non: quia prius cognoscitur in quantum est animal quam in quantum est rationalis. Sed contra. Non potest cognosci homo in quantum est animal, nisi cognoscatur esse sensitiuum: cum sensitiuum constituat animal. Sed prius cognoscitur differentia inferior quam superior: ergo prius cognoscitur in quantum rationalis, quam in quantum sensitiuum: quod est contra te: qui etiam ponis primam notitiam esse confusam. Confirmatur adhuc: quia Commentator. 1. physicorum, comment. 5. dicit in nobis prius esse apprehensiones vniuersales. Item qualibet potentia prius cognoscit suum adæquatam obiectum, con-

Vnde effusio in causis cõceptibus in intellectu no-

stat autem quod adæquatū obiectum intellectus est ens, ergo ens est primo cognitum.

Ad argumenta in oppositum responderetur: & primo reciditur contra arguentem sic, Agens naturale causat nobiliorem effectum quem possit. Sed notitia confusissima est nobilissima in genere confusorum: sicut latro periculisimus est perfectissimus in genere latronum, ergo non causatur primo notitia speciei confusa, sed notitia entis quæ est confusissima. Dicitur secundo ad arguentem: quod maior est falsitas: ignis enim potens causare calorem & 6. causat prius calorem ut duo & ut tria quam ut sex. Dicitur tertio: quod etiam minor est falsitas: licet enim intellectus respiciat omnem notitiam, hoc tamen est ordine quodam: sicut etiam materia prius respicit formas vniuersales quam particulares, ut dicit Comment. primo metaphys. comment. 17. Et idem intellectus non est dispositus ad notitiam speciei nisi per notitiam confusissimam quæ est notitia entis. Ad secundū negatur minor. Metaphysica enim dicitur esse vltima: non quia de subiecto suo nullus habeatur obiectus ante omnes alios: sed quia præsupponit multa quæ probantur in aliis scientiis. Præsupponit enim substantias separatas esse: probatur autem quod sunt à naturali Philosopho & non à metaphysico, ut dicitur 12. huius. Ad tertium dicitur: quod ad habendam notitiam distinctam speciei, sufficit scire id quod habetur loco differentie vltimæ & proximi generis: cuiusmodi est animal & rationale respectu hominis. Istud autem non est multum difficile, licet sit alicuius difficultatis. Nam scientiæ non possunt sine labore & difficultate acquiri. Ad quartum dicitur: quod aliquid esse proximum phantasmati potest esse dupliciter. Vno modo quia est proximus effectus eius: & sic negatur minor: imò est petitio principij: nam istud est probandum, scilicet quod notitia speciei sit proximior effectui. Alio modo dicitur proximus secundum naturam aut secundum aliquam rationem prædicandi: & sic negatur maior & efficitur minor. Phantasma enim immediate causatum est ab indiuiduo quod est extra. Indiuiduo autem proximior est species quam genus & alia superiora. Vnde si hæc ratio esset bona, potius concluderet, quod singulare est primum cognitum: quia singulare est proximius phantasma ti quam species.

Ad primam rationem.

Ad secundam.

Ad tertiam.

Ad quartam.

QUESTIO XII.

Utrum singulare sit primum cognitum ab intellectu.

Varitur duodecimò, an singulare sit primum cognitum ab intellectu. Respondeo. In ista quaestione tria sunt declaranda. Primum est: vnde oritur difficultas in quaestione. Secundum est titulus quaestioni. Tertium est respondere ad quaest. Prima duo breuiter exponuntur. Difficultas in hac quaestione est: quia species intelligibilis quæ est prima notitia saltem habitualis, causatur à phantasmate & intellectu agente. Phantasma autem est singulare & representatiuum rei singularis. Ideò videtur difficile quomodo species ab eo causata non representet primo illud singulare: cuius fuit phantasma: puta si quis acquirat notitiam rose, occurrit ei primo aliqua rosa mouens eius imaginationem: & causans in ea sui similitudinem: quare etiam hæc rosa non primo causare debet sui similitudinem in intellectu. Pro notitia vero tituli quaestioni est sciendum quod illud dicitur primo cognitum, ab intellectu: ante quod nulla alia notitia siue actualis, siue habitualis habetur ab intellectu. Quarere igitur an singulare sit primum cognitum, est querere an prima species causata in intellectu sit representatiua singularis: puta huius rose quantum ad suam singularitatem, id est quantum ad principia, per quæ est hæc & distincta ab aliis indiuiduis: nec accipio hic singularitatem pro ipsa intentione singularitatis: quia constat intentionem singularitatis: sicut & alias intentiones secundas, præsupponere alias notitias priores in intellectu: sed accipio ipsam singularem realem, ut est signatum & distinctum & vltimò determinatum. Quantum ad tertium respondeo: quod singulare sensibile non potest esse primum cognitum ab intellectu nostro. Et pro ista conclusio arguitur. Supponendo primo, quod intellectus est receptiuus specierum sine materia & sine conditionibus materia: istud ponit Aristot. 2. de anima, tex. comment. 121. & in hoc distinguit intellectum à sensu: quia licet vterque recipiat sine materia: tamen sensus recipit cum conditionibus materia: & intellectus non. Conditiones autem materiae sunt esse hic & nunc, id est esse determinatum ad locum, & ad tempus. Et propter hoc dicitur primo posteriorum de vniuersali: quod opponitur singulari, quod abstrahit

Vnde sit distincta: quia nota est.

Intelligit: quia vniuersale quod est.

Suppositum primum.

Conclusio.

abstrahit ab hic & nunc. Supponitur secundum quod oportet primam notitiam esse certam & determinatam. Istud etiam patet: quia ab ea oritur certitudo & firmitas in omnibus aliis notitiis. Nam ex certissima notitia primo: non terminoritur certitudo notitiæ in primis principijs, & postea in conclusionibus: & sic successiuè. Ex his arguitur sic. Prima notitia intellectus est certissima per secundum præsuppositum. Sed notitia indiuidui sensibilis non est certissima: ergo non est prima. Probatur minor: notitia rei summè variabilis, non est certissima: cum varietur re variata. Sed indiuiduum est summè variabile: tam quo ad locum quam quo ad tempus: & etiam quantum ad alias proprietates indiuiduales, ut patet experimento: ergo &c. Secundum. Id est primum cognitum ab intellectu, quo distinguitur intellectus à sensu. Sed distinguitur intellectus à sensu per hoc quod intellectus est vniuersalium: & sensus singularium: ergo &c. Maior patet, quia cum potentia distinguantur ex obiectis: ex secundo de anima, textu comment. 33. necesse est quod distinguantur per illa obiecta, quæ primo respiciunt. Si enim aliqua potentia prius respicit vnum obiectum: quam aliud: & non distinguitur per illud prius, sed per id quod est posterius, sequitur quod in illo priori, in quo respicit prius & non posterius, non esset distinctio. Minor probatur ratione: quam ponit Commentator 3. de anima comment. 9. vbi sic arguit. Sicut se habet intentio ad intentionem: sic virtus apprehensiva ad virtutem apprehensiuam. Sed in quibusdam intentione imaginata distinguitur ab intentione vniuersali: quia aliud est caro & aliud carnis esse: & aliud magnitudo & magnitudinis esse: vbi omnes exponunt per magnitudinem indiuiduum & per magnitudinis esse, ipsam quidditatem. In quibusdam vero, puta in separatis non est intentio singularis distincta ab vniuersali: ergo virtus apprehensiva intentionis singularis distinguitur à virtute apprehensiva intentionis vniuersalis. Ecce quod distinxit Commentator has virtutes penes vniuersale & singulare. Et per hoc sequitur quod primum obiectum intellectus est vniuersale & primum obiectum sensus est singulare. Tertio. Species qua cognoscitur primo singulare est extensa, sed in intellectu nulla species potest esse extensa: cum intellectus sit indiuisibilis & inextensus: ergo intellectus non potest primo cognoscere singulare. Minor patet. Maior probatur. Id quo cognoscitur singulare modo quantitatio, & in quantum est determinatum ad situm: siue ad hic & nunc, est extensum: alioquin non posset ducere in notitiam sitalem & quantitatum: sed tantum representaret obiectum absolute & simpliciter: ergo &c. Et hæc ratio habetur ex Commentatore 3. de anima, comm. 14. vbi distinguit intellectum possibilem à materia prima per hoc, quod materia prima est in potentia tantum ad formas indiuiduales & quantitatuas: intellectus autem est in potentia ad intentiones vniuersales. Quarto. Si intellectus cognosceret singulare primo: & per se, per propriam speciem: sequitur quod prima notitia intellectus esset summè fallax & incerta. Sed hoc est falsum: quia cum prima notitia concurrat effectiuè ad notitiam subsequenter, ut dicit Philosophus 2. physicorum, textu comment. 89. oportet omnem aliam notitiam esse incertam. Et confirmatur: quia notitia primarum propositionum, puta quod omne totum est maius sua parte, & aliarum, ex quibus deducuntur conclusiones: causantur ex inductione singularium. Et cum nihil cognoscatur nisi per magis nota: oportet primam notitiam esse certissimam: & sic patet illa consequentia. Antecedens autem probatur præsupponendo duo. Primum est, quod notitia conferretur in intellectu post actuale considerationem. Istud patet: quia etiam conferuatur in imaginatione: de qua tamen minus videtur. Secundum est, quod species intelligibilis quantum est ex se, vniiformiter representat. Istud etiam patet, quia representat ex necessitate nature: cum representet ante omnem actum voluntatis. Tunc sic. In intellectu est species primo & præcisè representatiua alicuius singularis, puta a. Sed illa species conferuaretur etiam corrupto a, & semper vniiformiter representat: ut patet ex præsuppositis: ergo corrupto a, representat sicut prius representauit. Et prius per te representabat principia singularitatis existentiam actualem & situm, ergo intellectus corrupto, adhuc iudicabit a existere & habere situm: & alia accidentia: quæ omnia falsa sunt. Quinto. Omne primum cognitum necesse est abstrahi à principijs singularitatis. Sed singulare non potest abstrahi à principijs singularitatis: alioquin esset singulare & non singulare, ergo singulare non potest esse primum cognitum. Maior probatur. Nullum potest esse actu primum cognitum, nisi concurrente actu intellectus agentis, alioquin daretur aliqua intellectus prima, in qua non esset necessarius intellectus

agens. Sed propria actio intellectus agentis non solum est causare speciem intelligibilem, sed etiam abstrahere intentiones vniuersales ab intentionibus imaginatis, ut dicit expresse Commentator 3. de anima, comment. 18. Nulla autem alia abstractio potest fieri ab intentione imaginata siue à phantasmate, siue à singulari, nisi quia abstrahitur à conditionibus singularitatis & causatur in intellectu vna species representans tantum quidditatem, ergo primum cognitum non potest esse singulare, sed tantum quidditas. Sexto arguitur ex communi ratione, qua solet dici, quod oportet inter potentiam & obiectum primum esse proportionem, & deduco sic rationem istam. Impossibile est naturam sensibilem cognosci ab intellectu, nisi intellectui vniatur. Istud ponit Philosophus 3. de anima, textu comment. 37. & 38. vbi vult quod anima est omnia sensibilis per vniorem cum eis. Sed natura sensibilis non potest vniiri intellectui nisi ipsa natura ab hic & nunc, siue à principijs singularitatis, ergo intellectus non intelligit naturam sensibilem primo in quantum est singularis. Minor probatur. Ea quæ includunt conditiones necessarias & formaliter contradictorias non vniuntur, nisi reducantur ad aliquam similitudinem per remotionem illius oppositionis contradictoriae. Sed natura sensibilis in quantum est singularis determinatur ad hic & nunc: cum non possit concipi ut hæc, nisi concipiatur in aliquo situ, intellectus autem abstrahit ab hic & nunc, & constat quod abstrahere ab hic & nunc & esse determinatum ad hic & nunc, sunt conditiones contradictoriae, ergo nunquam natura sensibilis vniiretur intellectui, nisi per huius abstractionem & separationem.

QUESTIO XIII.

Utrum substantia sit prior accidente cognitione.

Varitur decimotertio, Utrum substantia sit prior accidente cognitione. Et videtur quod non. Et primo arguitur quod substantia à nobis cognosci non possit per propriam speciem: quia si substantia præsens causat sui notitiam in intellectu: sequitur quod eius absentia posset naturaliter cognosci. Sed hoc est falsum, alioquin posset intellectus naturaliter cognoscere absentiam panis in hostia consecrata: quod est erroneum. Secundum. Id prius cognoscitur cuius species primo recipitur in intellectu. Sed prius recipitur species accidentis quam substantie: ergo &c. Maior patet. Minor probatur. Eius primo habetur species: cuius primo habetur phantasma. Sed primo habetur phantasma accidentis: imò habetur tantum accidentis: quia phantasma representat tantum accidentia, puta colorem, figuram, quantitatem, &c. Tertio. Si substantia primo cognoscitur: aut hoc est quantum ad communem rationem substantie, scilicet, esse ens per se non inhærens alteri: aut hoc est quantum ad aliquam rationem specialem, puta ignem, terram, lapidem, hominem, &c. Non primum. Tum quia primo cognitum non est dubitatio, sed summa certitudo: cum per ipsum de aliis certificemur: multi autem dubitarunt an tale ens per se, quod dicitur substantia, sit in rerum natura: nam multi crediderunt quod quantitati nihil subiciatur: tum quia nulla relatio est primum cognitum: cum notitia relationis dependeat ex notitia fundamenti & termini: communis autem ratio substantie videtur importare aliquem respectum, scilicet, negationem inhærentie. Secundum etiam dici non potest: quod probatur. Nam intellectus dependet à sensu: ergo vel hoc est respectu eiusdem, aut respectu diuersorum. Si respectu eiusdem, habetur propositum: quia sensus cognoscit tantum accidentia. Si respectu diuersorum, puta quod intellectus mouetur à sensu ad notitiam alicuius rei non sensate, scilicet, substantie, sequitur quod non oporteret, dum intellectus de aliquo certitudinem quaerit, habere recursum ad res sensibiles: cuius oppositum experientia docet. Quarto, videtur hoc esse de mente Philosophi & Commentatoris. Nam 7. metaphysic. comment. 10. dicitur quod substantie sensibiles prius cognoscuntur quam substantie abstractæ, & rationem huius assignant: quia substantie sensibiles sunt minoris entitatis. Ex hoc sic arguitur. Id est prius notum quod est minoris entitatis. Sed accidentis est minoris entitatis quam substantie: ergo &c. Confirmatur, quia Commentator primo physicorum comment. 4. loquens de ordine cognitionis nostre dicit, quod oportet incipere à notitia accidentium vniuersalium. Et 6. metaphysic. cap. 1. dicit quod substantie naturales non possunt à nobis sciri, nisi per earum accidentia. Et 7. metaphysico.

Primario.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Confirmatio.

comment. 9. dicit per actiones cognoscitur substantia. Et Philosophus in prologo libri de anima, textu commentarii undecimi, dicit quod accidentia magnam partem conferunt ad cognoscendum quodquid est.

metaphys. text. comment. 4. ergo substantia prius cognoscitur quam accidens. Confirmatur, quia primum conceptus est diffinitivus: ut patet 3. de anima, text. comment. 2. in prima enim operatione intellectus formatur diffinitio rei. Sed accidens non potest diffiniri sine substantia, ergo conceptus accidentis præsupponit conceptum substantiæ. Quarto. De subiecto cuiuslibet scientiæ oportet præsupponere quid est, ut patet primo posteriorum, text. comment. 2. Sed subiectum naturalis philosophiæ est ens mobile, siue corpus, siue substantia mobilis, ergo primum cognitum in nostra philosophia est ens, cui convenit mobilitas, omne autem quod movetur est corpus, & per consequens substantia, ex 6. phys. text. comment. 32. ergo primum cognitum in naturali philosophia est aliqua substantia. Sed naturalis philosophia est prima scientiarum speculatiarum ordine doctrinæ, ut dicitur 9. metaphys. comment. 3. ergo prima notitia quæ habet intellectus de rebus naturalibus & sensibilibus est notitia substantiæ. Quinto. Istud fuit de mente Philosophi & Commentatoris. Nam Philosophus 7. metaphysicæ, text. comment. 4. dicit, substantiam esse priorem accidente tempore & notitia. Et patet quod loquitur quantum ad nos ut declaratum fuit supra. Et adhuc confirmatur: quia Commentator eodem commentu 4. dicit quod substantia apud nos est manifestior accidentibus. Et primo phys. commentu 3. dicit quod illa quæ sunt nota apud nos primo de rebus naturalibus, sunt composita causata ex elementis. Et 4. metaphys. comment. 4. dicit quod primum in nostra cognitione est substantia sensibilibus.

Ad primum in oppositum dicitur: quod per speciẽ causam ab obiecto, cognoscitur primo substantia quantum ad aliqua eius prædicata essentialia, sed communia. Quia vero species non representat existentiam rei, sed abstrahit ab esse, & non esse, & indifferenter representat rem siue sit, siue non sit: ideo non potest per eam cognosci substantia sit præsens vel non. Ad secundum negatur minor. Ad probationem dicitur quod intellectus potest à phantasmatate representate tantum accidentia, abstrahere speciem substantiæ. Ad tertium dicitur, quod primum cognitum est aliqua natura specifica, quo ad conceptus universales, scilicet entis & substantiæ. Et cum hoc improbat, dico. Ad primam improbationem quod nullus dubitat an substantia, id est, an aliquod ens per se sit in rerum natura, imò hoc omnes firmiter tenent, licet multi dubitauerint, quæ sit illa quæ aliis substat & per se existit. Ad quartam dicitur, quod Philosophus & Commentator expresse tenent, quod prius cognoscatur substantia quam accidens, sed quod post cognitionem confusam habitam de substantia, intellectus cognoscit accidentia eius, & per ea venit in distinctam cognitionem substantiæ, & demonstrat eius proprietates, quia in naturali philosophia, ut plurimum, sunt demonstrationes à posteriori & per effectus. Et ad hunc sensum intelligendæ sunt omnes auctoritates Commentatoris, in quibus videtur dicere quod per accidentia devenitur in cognitionem substantiæ. Istud enim verum est quantum ad cognitionem discursivam, & non quo ad cognitionem simplicem, quæ est omnium prima.

QVÆSTIO XIII.

Utrum substantia cognoscatur ab intellectu coniuncta per propriam speciem.

Varitur decimoquarto. Utrum substantia cognoscatur ab intellectu coniuncto per propriam speciem. Et videtur quod non. Primo. Quicquid cognoscitur, cognoscitur intuitivè. Sed substantia nõ potest cognosci intuitivè, cum nulla species in intellectu representet existentiam rei, ergo &c. Secundo. Intellectus cognoscit substantiam panis, quæ prægit in eucharistia. Sed nõ cognoscit eam per speciem propriam, cum talis substantia ibi nõ sit, & per consequens nõ possit causare sui similitudinem, sed cognoscitur tantum per speciem accidentium quæ eam ducunt in notitiam substantiæ panis, ac si substantia panis ibi esset: ergo &c. Tertio. Species intelligibilis causatur in intellectu à phantasmatibus. Sed phantasmatata sunt similitudines tantum accidentium, ergo non possunt causare speciem substantiæ.

Respondet, quod solutio huius quæstionis, patet ex quæstione præcedenti. Dicitur enim quod substantia prius à nobis cognoscitur, quam accidens cognitione intellectiva, ergo omnis cognitio intellectus sit per aliquam speciem, & in illo priori non habeatur species accidentis, oportet quod habeatur propria species substantiæ. Sed quia Scotista dicunt substantiam cognosci tantum per

per speciem accidentis, ideo oportet specialiter videre quid veritatis habeat illa opinio. Dicitur igitur illi quod à phantasmatate causatur in intellectu tantum species accidentis & quia accidens præfertur si sit proprium, est adæquatus effectus sui subiecti: ideo per speciem talis accidentis potest intellectus habere aliquam notitiam substantiæ, sed imperfectam: intellectus enim ab illo accidente abstrahit unum conceptum, qui est conceptus entis: & in eo intelligit etiam substantiam: sicut etiam existimativa, ex specibus sensarum, apprehendit intentiones non sensatas. Causa autem propter quã potest intellectus per speciem accidentis cognoscere substantiam est quia accidens dependet à substantia, & substantia terminat dependentiam accidentis ad se. Cum igitur speciem accidentis representet accidens, quod est dependens, consequenter illa species determinatur etiam ad representandum terminum huius dependentiæ, quia terminus est substantia. Sed ista opinio videtur omnino falsa & repugnans Aristoteli. Ad quod probandum suppono quod intellectus coniunctus cognoscit aliquam substantiam perfecte quidditatiè. Istud patet. Tunc quia de substantiis habentur propriae diffinitiones & non per additamentum; ut patet 7. metaphysicæ, textu comment. 13. tales autem diffinitiones sunt quidditatiæ, scimus enim quod homo est animal rationale. Tum quia per propria accidentia cuiuslibet gradus substantialis, potest ille gradus substantialis cognosci: per quantitatem enim cognosco quod aliquid sit corpus, & per motum cognosco quod est animal: & per risibilitatem cognosco quod est rationalis. Suppono secundò quod notitia quidditatiæ perfecta est notitia distincta, cognoscere enim hominem quidditatiè, est cognoscere ipsum per proprium genus & propriam differentiam: per quam ab omnibus aliis distinguitur. Tunc arguitur sic. Quicquid cognoscitur notitia quidditatiæ perfecta: cognoscitur per propria speciem vel saltem non cognoscitur per speciem inferioris gradus entis, quod dico, quia Deus per essentiam suam habet omnium notitiam distinctam: quia ipsa eminenter omnia continet: & angelus per speciem unius generis, cognoscit distinctè omnes species illius generis: ratione maxime perfectionis talis speciei: quæ perfectio non reperitur in specie accidentis. Sed intellectus cognoscit aliquam substantiam notitia quidditatiæ perfecta: ergo cognoscit eam per propriam speciem. Maior licet sit declarata, adhuc tamen probatur. Quicquid cognoscitur quidditatiè, perfecte cognoscitur, ut est ab omnibus aliis distinctum, ergo cognoscitur per speciem ipsam distinctè representantem: nulla autem species distincta representat obiectum nisi sit ei propria. Minor patet ex secundo præsupposito & experientia: ergo si substantia cognoscitur: oportet quod cognoscatur per speciem propriam, & non per speciem accidentis. Secundo arguitur, & suppono quod representare non sit agere nisi grammaticaliter, speculum enim representans sortem nihil agit in ipsum. Ex hoc sequitur quod licet forma actiua: quæ nunc non potest in aliquem effectum, possit postea in eundem effectum si ipsa perficiatur, tamen forma naturaliter representans, representat primò quicquid potest, ut patet etiam experientia & ad sensum in omnibus representatiuis speculum enim licet vnam & eandem rem aliquando perfectus & aliquando imperfectus representet secundum quod est magis vel minus tersum & politum: tamen nulla res est: quam nunc possit representare, quin prius eandem non potuerit representare: licet forte non ita perfecte. Sed specie accidentis est forma naturaliter representans, & per te representat primo tantum accidens & non substantiam, ergo nunquam postea poterit representare substantiam. Tertio. Quodlibet ens absolutè prius cognoscitur ad se, quã ad aliud, id est prius cognoscitur notitia absoluta quam notitia relativa, quia conceptus relatiuus præsupponit absolutum in quo funderet. Sed substantia est ens absolutè, ergo prima notitia eius non est relativa: & per consequens prima notitia substantiæ non est in quantum substantia terminat dependentiam accidentis: quia cognoscere aliquid ut est terminus relationis, est cognoscere ipsum conceptu relatio. Quarto arguitur ex dictis adversarij. Nam quod actium naturale non possit agere in passivum, aut est ex defectu agentis, aut ex defectu passi. Sed substantia est actium naturale: ergo si non potest causare speciem sui in intellectu, aut hoc est ex parte intellectus aut ex parte substantiæ, sed non est ex parte intellectus: cum ipse sit in ultima dispositione respectu cuiuslibet cognitionis, ut dicit Scotus 1. sen. quæst. 1. prologi. Nõ est etiam ex parte substantiæ: quia idem dicit 2. dist. 3. quod substantiæ sensibiles & singulares imprimunt species in intellectu angelico: unde multò magis possunt eas causare in intellectu no-

stro qui est magis eis proportionatus. Dicendum est igitur quod substantia cognoscitur per propriam speciem. Quomodo autem talis species causetur, declaro dupliciter. Primò. Dicitur quod sicut accidens producit realiter substantiam in virtute substantiæ, cuius est instrumentum: sicut patet de calore qui in virtute animæ causat carnem: ut dicitur 2. de anima, textu comment. 4. ita etiam phantasmatate licet representet tantum accidens: tamè in virtute illius substantiæ à qua causatum est, potest causare in intellectu speciem propriam substantiæ. Secundò. Dicitur quod in intellectu agente præexistunt virtute omnia intelligibilia, & ideo potest illustrare phantasmatata & ea perficere ut sint apta causare speciem substantiæ: ita quod phantasma speciem talem causabit in virtute intellectus agentis. Et quilibet horum modorum est sufficiens ad salvandum quomodo species substantiæ causetur. Si autem coniunxerimus ista duo simul: & dicamus quod phantasma in virtute utriusque prædictorum scilicet substantiæ agentis intellectus causat speciem substantiæ: habebimus causam magis sufficientem.

Ad primum in oppositum negatur maior: quia ad notitiam intuitivam non sufficit quod habeatur per speciem propriam: sed præter hoc oportet quod illa species representet existentiam rei cognita & alias proprietates convenientes ei in sua existentia reali: prædicta autem species causata à phantasmatibus & ab eis abstracta representat tantum quidditatem & non existentiam. Ad secundum patet ex dictis. Dicitur enim quod accidentia quæ sunt in eucharistia, causant phantasma per quod ipsa representantur, ab illo autem phantasmatate causatur species substantiæ: in virtute tamen substantiæ panis, quæ præfuit. Ad tertium patet ex dictis quomodo phantasma potest causare speciem substantiæ.

QVÆSTIO XV.

Utrum eadem numero notitia possit esse directa & reflexa.

Veritur decimoquinto. Utrum eadem numero notitia possit esse directa & reflexa. Respondet, quod eadem notitia esse rectam & reflexam potest intelligi dupliciter. Vno modo quod directè terminetur ad aliquod obiectum: & indirectè & reflexè terminetur ad aliquod aliud: quod sit distinctè ab ipsa notitia. Alio modo quod reflectatur super seipsam, ita quod sit nota sui ipsius. Quantum ad primum. Dico in doctrina Sancti Thomæ propter aliquos qui hoc negant in schola eius quod eadem numero notitia potest esse recta & reflexa, quod probatur Primò supponitur quod intellectus nõ potest cognoscere singulare materiale, nisi tantum reflexè. Secundo supponitur quod uniuersale cognoscitur ab intellectu tantum directè & non reflexè. Supponitur tertio, intellectus intelligit aliquam propositionem: intelligit simul etiam terminos. Ex his arguitur sic. Intellectus intelligens hanc propositionem. Sortes est homo, habet univalem intellectionem, qua intelligit propositionem & terminos eius. Sed ista intellectio est simul recta & reflexa, ergo. Maior patet ex tertio præsupposito. Minor probatur. Omnis notitia intellectiva singularis materialis est reflexa per primò præsuppositum, & omnis intellectione obiecti uniuersalis est recta per secundum præsuppositum. Sed ista intellectio est simul Sortis qui est singulare materiale, & hominis qui est uniuersale. ergo ista intellectione est recta & reflexa. Secundo arguitur ad idem theologice, præsupponendo quod beati videntes diuinam essentiam vident omnem entitatem actu existentem: ut concedit S. Tho. 4. di. 49. Et arguitur sic. Quilibet beatus ea intellectione qua intelligit Deum, intelligit omnem entitatem quæ non est Deus. Sed sua intellectione qua intelligit Deum, est entitas quæ non est Deus, ergo eadem intellectione intelligit ipsam intellectionem, ergo ista intellectione reflectitur super se. Sed ipsamet est etiam intellectione recta: in quantum terminatur ad diuinam naturam: ergo eadem intellectione est recta & reflexa. Quantum ad secundum. Dico quod aliqua notitia potest reflecti super seipsum. Et licet hoc sit probatum ex secunda ratione immediatè superius posita, tamen adhuc probatur, primo, aliqua volitio potest reflecti super se: ergo etiã aliqua notitia. Et hæc de quæstione.

Perscrutandum cum descriperimus prius.

Hoc loco declarat quo ordine de substantia sit inquirendum. Diuiditur enim substantia in quidditatem & suppositum, quod est substantia prima, putta in humanitate & sor

Duplex notitia intellectiva

Quæstio inuenitur

Opinio prima quæ sit

Improbatur hæc prædicta

Conclusio responsalis

Quod præsupponitur substantia accidentis

Ad primam rationem

Ad secundam

Ad tertiam

Ad quartam

Suppositum primum

Suppositum secundum

Suppositum tertium

Conclusio responsalis

Ad primum

Ad secundum

Ad tertium

Distinctio

Responsiva conclusio

Suppositum primum

Suppositum secundum

Suppositum tertium

Conclusio secunda

Seco. placitum

& Sortem. Substantia autem prima diuiditur, vt patet etiam de anima, in materia, formam, & compositum. Substantiarum etiam aliquæ sunt materiales, & aliquæ immateriales. Dicit ergo quod prius de materialibus & sensibilibus agendum est: quia per eas devenimus in cognitionem insensibilium. Quantum vero ad substantias materiales principaliter agendum est de forma: quia magis latet, & etiam quia magis est ens quam compositum & quam materia. Iuxta quam partem queritur.

QVÆSTIO XVI.

Vtrum materia sit substantia.

Primaria ratio.

Queritur de primo sexto. Vtrum materia sit substantia. Et videtur quod non. Primo. Omnis substantia est ens simpliciter. Sed materia non est ens simpliciter, ergo non est substantia. Maior patet: quia terminus analogus dicitur simpliciter de primo analogato: ens autem dicitur analogice de substantia & de accidente: quorum principaliter est substantia, vt dictum fuit supra. Minor probatur: Materia est ens in potentia, ergo non est ens simpliciter. Antecedens patet 1. phys. text. comment. 69. Consequentia probatur, quia esse tale in potentia est esse secundum quid: sicut esse imaginabile, opinabile & huiusmodi: vt dicitur secundo periheme. Secundo. Super illud Philosophi 1. metaphys. text. comment. 17. in fundamento naturæ nulla est distinctio. dicit Comment. quod de materia non dicitur vere substantia nec aliquod aliud prædicamentum. Tertio. Nulla substantia est medium inter contradictoria, quia contradictio, est oppositio cuius secundum se non est dare medium, vt dicitur 1. posteriorum, & 4. metaphys. Sed materia est medium inter esse & non esse, quæ sunt contradictoria, vt dicit Comment. 1. phy. com. 78. ergo &c. Quarto, esse susceptiuum contrarium est maxime proprium substantiæ, vt dicitur præsentis, & per consequens conuenit omni substantiæ. Sed materia non est susceptiuum contrarium: recipit enim immediatè tantum formas substantiales, inter quas non est contrarietas, ergo materia non est substantia.

Quarta ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

5. 2. d. 13.

conclusio modificata.

Text. 13. septimo huius q. 1000.

Respondet quod materiam esse in genere substantiæ non quidem tanquam speciem, aut indiuiduum, siue naturam perfectam, sed tanquam partem substantiæ compositæ expressè voluit Philosophus 2. de anima, in principio, & 7. metaphys. præsentis cap. Vbi dicit Comment. Substantia dicitur de materia quoquo modo, ad denotandum quod non est substantia tanquam natura completa in specie. Et 8. metaphys. text. com. 4. sic ait. Quod verò substantia est materia palam. Vbi dicit Commentator, quod vnum eorum de quo dicitur substantia est materia. Et in plerisque aliis locis idem ponit Philosophus & Comment. Probatur autem ratione. Primo. Quicquid necessario est prius substantiæ est de genere substantiæ. Sed materia est huiusmodi: ergo &c. Maior patet: quia omne ens aut est substantia, aut accidens: vt dicitur 5. metaphys. accidens autem est posterius substantiæ, vt patuit supra: ergo nihil necessariò prius substantiæ nisi substantia. Minor probatur. Omne receptiuum est prius recepto: & omne constitutiuum est prius constituto. Sed materia est receptiuum formæ & est constitutiuum substantiæ compositæ, vt dicitur 8. metaphys. ergo &c. Secundo. Materia prima est ens reale, & non est accidens, ergo est substantia. Consequentia patet: quia cum substantia & accidens distinguantur per rationes contradictorias, non potest dari medium. Prima pars antecedens probatur. Omne subiectum realis transmutationis est ens reale. Sed materia est subiectum realis transmutationis, vt dicitur 1. phys. & 1. de generatione, text. com. 51. ergo &c. Secunda etiam pars probatur. Materia non est nec potest esse in subiecto. Ergo non est accidens. Consequentia patet & antecedens: quia materia est primum subiectum omnium, ergo non potest esse in subiecto. Tertio. Nulla substantia componitur ex non substantiis, vt dicitur 1. phys. text. com. 52. Sed substantiæ compositæ & sensibiles componuntur ex materia, vt probatur 8. metaphys. in principio. ergo &c. Licet autem ista conclusio communiter concessa sit: volui tamen disputare hanc quæst. propter duo. Primum propter quoddam qui dicunt materiam non distinguì à priuatione: accipientes occasionè ex verbis philosophi 1. phys. text. com. 60. dicentis quod materia & priuatio sunt vnum numero. Arguunt etiam ratione. Primo. Quia si priuatio distinguitur realiter à materia, sequitur quod idem numero possit redire per naturam. Probatur consequentia: dum ex aqua debet generari ignis, materia aquæ est priuata forma ignis: quando postea corrumpitur ignis, ista priuatio est eadem numero cum prima cum sit priuatio eiusdem habitus & eiusdem formæ, ergo redit eadem numero priuatio. Et quia priuatio est negatio in subiecto apto nato: sequitur quod hæc materia sit nata recipere illam numero formam ignis. Sed conitatur quod hæc opinio contra Philosophum est in fine primi phys. text. com. 79. argumentum contra Platonem: qui dicebat materiam non distinguì à priuatione. Quod probatur. Primo. Materia manet non manente priuatione: ergo materia non est priuatio. Consequentia patet, antecedens etiam patet. Nam materia continuè est eadem sub distinctis formis, & tamen adueniente forma priuatio non manet: alioquin habitus & priuatio simul essent. Secundo. Materia non opponitur formæ aliquo genere oppositionis, cum forma sit perfectio materiæ. Sed priuatio opponitur formæ: ergo &c. Nec valet autoritas philosophi in contrarium, quia vt ait Albertus 1. phys. tractatu 3. capit. 15. materia & priuatio sunt idem numero: quia priuatio est in materia, sicut etiam Sort. & quantitas eius sunt idem numero quo ad existentiam. Ad rationem negatur consequentia. Ad probationem. Dico quod quando materia remota est aliqua forma prius in ea existens: tunc in illa materia non dicitur propriè esse priuatio talis formæ, sed bene dicitur esse negatio siue carètia eius, & ideò non redit priuatio illius formæ. Alij dicunt quod materia circumscripta omni formæ est tantum ens rationis moti vt arbitror propter hoc quod materia nullam de se habet actualitatem. Sed quod istud sit falsum & repugnans principiis philosophiæ, probatur. Primo. Nullum ens rationis est effectiuè productum aut primo, aut consequenter, quia entia rationis habent tantum esse cognitum. Sed materia habet causam effectiuam saltem secundum theologos, qui ponunt eam esse creatam, ergo &c. Secundo. Nullum ens rationis est pars constitutiuum substantiæ. Sed materia est pars substantiæ compositæ, ergo non est ens rationis. Tertio. Materia secundum se est ens rationis per se, & incompositum in quo habet esse, est ens reale, ergo id quod de se est ens rationis, transferretur in entitatem realem, quod est impossibile. Quarto. Antequam materia produceretur, hæc erat vera. Materia est substantia, ergo etiam hæc erat vera. Materia est ens reale. Consequentia patet. Antecedens probatur, quia vt alibi probatum fuit, propositio in materia necessaria est vera, siue subiectum sit, siue non sit.

bitus & eiusdem formæ, ergo redit eadem numero priuatio. Et quia priuatio est negatio in subiecto apto nato: sequitur quod hæc materia sit nata recipere illam numero formam ignis. Sed conitatur quod hæc opinio contra Philosophum est in fine primi phys. text. com. 79. argumentum contra Platonem: qui dicebat materiam non distinguì à priuatione. Quod probatur. Primo. Materia manet non manente priuatione: ergo materia non est priuatio. Consequentia patet, antecedens etiam patet. Nam materia continuè est eadem sub distinctis formis, & tamen adueniente forma priuatio non manet: alioquin habitus & priuatio simul essent. Secundo. Materia non opponitur formæ aliquo genere oppositionis, cum forma sit perfectio materiæ. Sed priuatio opponitur formæ: ergo &c. Nec valet autoritas philosophi in contrarium, quia vt ait Albertus 1. phys. tractatu 3. capit. 15. materia & priuatio sunt idem numero: quia priuatio est in materia, sicut etiam Sort. & quantitas eius sunt idem numero quo ad existentiam. Ad rationem negatur consequentia. Ad probationem. Dico quod quando materia remota est aliqua forma prius in ea existens: tunc in illa materia non dicitur propriè esse priuatio talis formæ, sed bene dicitur esse negatio siue carètia eius, & ideò non redit priuatio illius formæ. Alij dicunt quod materia circumscripta omni formæ est tantum ens rationis moti vt arbitror propter hoc quod materia nullam de se habet actualitatem. Sed quod istud sit falsum & repugnans principiis philosophiæ, probatur. Primo. Nullum ens rationis est effectiuè productum aut primo, aut consequenter, quia entia rationis habent tantum esse cognitum. Sed materia habet causam effectiuam saltem secundum theologos, qui ponunt eam esse creatam, ergo &c. Secundo. Nullum ens rationis est pars constitutiuum substantiæ. Sed materia est pars substantiæ compositæ, ergo non est ens rationis. Tertio. Materia secundum se est ens rationis per se, & incompositum in quo habet esse, est ens reale, ergo id quod de se est ens rationis, transferretur in entitatem realem, quod est impossibile. Quarto. Antequam materia produceretur, hæc erat vera. Materia est substantia, ergo etiam hæc erat vera. Materia est ens reale. Consequentia patet. Antecedens probatur, quia vt alibi probatum fuit, propositio in materia necessaria est vera, siue subiectum sit, siue non sit.

Ad primum in oppositum, dico quod dupliciter potest dici aliquid ens simpliciter. Vno modo prout ens simpliciter distinguitur contra ens secundum quid, vt ens simpliciter dicatur, omne id quod est in actu extra nihil, & ens secundum quid dicitur id quod est tantum in potentia, & quod potest esse, sed tamen non est. Alio modo accipitur ens simpliciter pro ente de genere substantiæ, & ens secundum quid pro ente quod est accidens, quia sola substantia dat esse simpliciter, & accidens dat esse secundum quid, scilicet quantum aut quale vel huiusmodi. Materia autem est ens simpliciter vtroque modo. Ad improbationem, dico quod esse in potentia prout illud dicitur in potentia quod non est, sed potest esse, est esse secundum quid, sed esse ens in potentia, id est, esse potètiã subiectiuam & receptiuam formæ substantialis datus esse simpliciter non est esse ens secundum quid. Ad secundum dico quod materia non dicitur vere substantia completa, & natura perfectã in specie, est tamen substantia, id est, non accidens. Ad tertium dicitur quod Comment. non dicit absolute quod materia sit aliquid medium inter esse & non esse, sed quod est medium inter non esse in actu. Ad quartum, dicitur quod esse susceptiuum contrarium immediatè est proprietas substantiæ compositæ quæ est indiuiduum, sed non est proprietas partium eius quæ sunt materia & forma.

QVÆSTIO XVII.

Vtrum materia prima sit de se quædam actualitas.

Queritur de primo septimo, Vtrum materia prima sit de se quædam actualitas. Et videtur quod sic. Primo. Id est actualitas de quo verificatur esse in propositione de secundo adiacente, quia in his propositionibus copula verbalis significat actualem existentiam quæ est actualitas. Sed vere videtur quod materia est, ergo. Minor probatur. Compositum est, ergo materia est. Tenet consequentia, quia impossibile est totum esse, quin partes eius sint. Secundo. Materia aut fuit creata secundum theologos aut est ingenerabilis & incorruptibilis, vt dicitur philosophi, ergo materia non est tantum in potentia, & per consequens est actu. Patet consequentia, quia alioquin nõ aliter esset ens quam erat antequam crearetur, quia etiam tunc erat in potentia ad hoc quod produceretur, nunc autem non est in tali potentia

Ad primum.

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad quartum.

Primaria ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

T. 20.

C. 2. d. 23.

quæst. 1.

Cocclusio prima.

Sec. scilicet.

Quomodo differant potentia obiectiua & subiectiua.

potentia: & per consequens est quædam actualitas correspondens illi potentie. Tertio. Id quod non est actu, est non ens. Sed materia secundum se non est non ens, ergo secundum se est actu. Minor patet ex præcedenti q. Maior est Com. 4. met. com. 15. Quarto. Omnis terminus realis productionis est quædam actualitas vel habes de se actualitatem alioquin productio esset nobilior suo termino: cum omnis productio sit actualitas. Sed materia est terminus productionis realis, est enim producta per creationem quæ est realis productio, ergo &c. Quinto. Extrema relationis realis sunt actu, Sed materia est extremum relationis realis: ergo de se est actu. Maior probata fuit 5. huius. Minor probatur. Inter materiam & formam est realis distinctio, Sed distinctio est relatio, ergo.

Respondet quod ista q. potest habere duos sensus, & secundum vtrumque pertractabitur. Primus sensus est. An materia habeat aliquam formam ex se per quam constitutur in suo materia, sicut ignis per formam ignis constituitur in suo esse, & quantum ad huc sensum probatur quod non. Primo. Id quod est receptiuum cuiuslibet formæ nullam de se habet formam. Sed materia est receptiuum cuiuslibet formæ, ergo &c. Maior est Commen. 3. de anima com. 17. & 18. Minor habetur 7. met. vbi dicit Philosophus quod materia non est quid, nec quale, nec quantum, sed est omnia hæc in potentia. Secundo. Si materia de se haberet aliquam formam, sequitur quod per ipsam esset in actu: & per consequens omnis alia forma adueniret enti in actu: & sic esset accidens, quod est falsum. Sensus secundus est, quod materia per nullam formam constitutur in esse materiæ: & tamen de se sit quædam actualitas. Ad cuius euidentiam dicitur aliqui quod duplex est potentia: & similiter duplex est actu. Primus, potètia dicitur potètia obiectiua: & hæc nihil est aliud nisi ipsa res quæ est obiectum alicuius potètiæ productiue: vnde rosa generanda dicitur esse in potentia obiectiua. Et generaliter omne id quod non est, sed potest esse: dicitur esse in potentia obiectiua. Huic potètiæ correspondet proprius actu. Nam ipsa eadem res, quæ ante sui productionem dicebatur esse in potentia obiectiua, post quam producta est, dicitur esse actu obiectiuus siue actu entitarius: quia est entitas actu posita extra nihil. Et hoc modo dicitur isti quod materia est actualitas opposita potètiæ obiectiue. Alia est potentia quæ dicitur subiectiua. & hæc est illa per quam aliquid subternitur formæ. Ipsa autem forma siue sit substantialis siue accidentalis dicitur actu formalis correspondens huic potètiæ. Materia igitur non est pura potentia, sed est actu obiectiuus: nec talis actu repugnat potètiæ subiectiue. Differunt autem hæc due potètiæ in duobus. Primo, quia potètia obiectiua non est subiectum alicuius transmutationis, sed est terminus à quo, & actu eius est terminus ad quem, potentia vero subiectiua est subiectum transmutationis. Secundo. Differunt, quia potètia obiectiua multiplicatur ad multiplicationem suorum actuum. Alia enim est potètia obiectiua, qua rosa est possibilis produci: & alia qua antichristus est similiter possibilis: potentia autem subiectiua est vna plurius actuum. Eadem enim superficies est in potentia ad albedinem & nigredinem & ad alios colores. Ista opinio innititur principaliter huic potètiæ obiectiue, qua subiecta destruitur penitus hic modus dicendi. Et quia in 9. huius de potentia illa diffuse tractabitur, ideo in hoc loco non arguam contra potètiã obiectiuam: sed solum declarabitur quod de mente Philosophi & Commentatoris materia est pura potentia: & nullam dicit actualitatem. Nec apud eos vsquam reperitur quod materia sit actualitas: sed solum quod est pura potentia. Nam Philosophus 2. de anima, & 8. metaph. textu comment. 9. assignans rationem quare ex materia & forma fit vnum per se, nullam aliam causam ponit: nisi quia materia est potètia: & forma est actu. Et in 7. meta. text. comen. 8. postquam dixit quod materia non est quid, nec quantum, nec quale, postea declarat naturam materiæ dicit, quod est potentia hæc omnia. Item in 5. metaph. text. com. 14. diuidit quodlibet genus entis in potentiam & actu. In genere autem substantiæ ipsa potentia est materia: ergo, &c. Item Commentator in lib. de substantia orbis. cap. 1. dicit, quod materia substantiatur per posse: ergo substantia materiæ est potentia. Item 5. phisic. comen. 8. volens probare quod materia est subiectum generationis, dicit, quod aliquid dicitur non ens tripliciter: vnus est secundum compositionem, puta cū dicitur chimera non est natura & tale non ens, non est subiectum. Alius modus est secundum quæ dicitur in indiuiduo accidētis ipsum esse non ens, puta cum dicimus non album nõ coloratum, & hoc etiam non est subiectum, quia est ens actu. Tertius modus est secundum quem id dicitur non ens quod in indiuiduo substantiæ est potentia, scilicet materia, & hoc est

subiectum, de qua postea sic dicit, quia esse primæ materiæ nõ admiscetur actu, omninò impossibile est vt moueatur. Præter istas auctoritates arguitur etiam ratione. Primo. Omnis actualitas absoluta est ex se cognoscibilis quolibet alio circumscripto. Sed materia non est cognoscibilis ex se: sed tantum per analogiam ad formam, vt dicitur 1. phy. & vt probatur 8. huius: ergo &c. Maior probatur: quia omnis actualitas quantumcunque imperfecta est ad aliquem gradum entis determinata: & per consequens potest aliquo modo mouere intellectum ad sui notitiam. Secundo, sequitur quod quolibet substantia materialis secundum se totam sit actu. Sed hoc est falsum, ergo &c. Consequentia probatur. Quolibet pars eius est actu: quia forma est actu: & etiam materia per te: ergo ipsa tota est actu. Dicitur forte quod tota est actu entitarius: sed non tota est actu formalis. Contra. Sequitur ex hoc quod substantia separata, non sit magis actu, quam substantia materialis. Probatur consequentia: quia substantia separata non est tota actu formalis: quia eius essentia est potentia ad esse simpliciter: recipit enim esse substantiale, & ei subternitur, ergo illa essentia est potètia subiectiua, sicut & materia. Tertio. Materia sic est prope nihil, quod nihil propinquius potest imaginari, sed si sit aliquo modo actu, possibile est imaginari aliquid propinquius ad nihil, puta si materia esset tantum potentia, ergo materia nullo modo est actu. Quarto. De quolibet actu vere potest enuntiarì per propositionem de inesse, quod sit actu, dicendo hoc esse actu. Sed esse actu non potest vere enuntiarì de materia, quia isti dicunt, possibile est materiam esse sine forma, & tunc non est verum dicere, quod materia sit actu, sed quod sit actu. Ex quo arguitur sic, si materia esset separata à forma, ipsa non esset actu, ergo multo minus est actu in composito. Tenet consequentia, quia separata haberet esse per se, quod non habet in composito.

Ad primum in oppositum dicitur, de quolibet existente verum est dicere quod aut est actu, aut habet actu per quem existit, licet in natura sua sit pura, & potètia propter hoc vere dicitur, quod materia est, non quod natura eius sit actu, sed quia semper est necessariò coniuncta alicui actu. Ad secundum dicitur, quod materia habuit esse per creationem, non quod ipsa propriè sit creata, sed est concreta composito, cuius fuit pars, & ideo est actu, non tamen ex se, sed per formam. Nec est eo modo in potentia, sicut antequam crearetur: quia tunc erat tantum in potentia suarum causarum: nunc autem est extra suas causas, licet sit pura potentia non habeat esse ex se. Ad tertium dicitur quod ad hoc quod aliquid non sit non ens, oportet ipsum esse actu: sed non oportet quod hoc habeat ex se: sed sufficit quod habeat per aliquè actu. Vnde si sic arguatur omne quod ex se non est actu, est non ens, id est non exiitens, falsa est, nec eam sic ponit Commentator, sed tantum dicit quod omne quod non est actu, est non ens. Ad quartum dicitur quod sufficit terminum realis productionis, quando talis terminus non est propriè productus, sed compositus, habere necessario contactum actualitatem. licet de se non sit actualitas, & huiusmodi est materia. Ad quintum negatur maior, & dicitur quod licet oporteat extrema esse actu, non tamen oportet quodlibet eorum esse actu ex se.

Primaria ratio in Scotum. T. com. 69.

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad quartum.

Ad quintum.

Secunda ratio.

QVÆSTIO XVIII.

Vtrum forma sit magis ens quam materia.

Queritur de primo octauid. Vtrum forma sit magis ens quam materia. Et videtur quod non. Primo. Nullus effectus est dignior sua causa, Sed forma est effectus materiæ, ergo. Maior patet. Minor probatur. Vnumquodque est effectus illius à quo dependet secundum suum esse, quia habere esse dependens, est habere esse causatum. Sed forma materialis est dependens à materia præter animam intellectiuam, vt dicit Philosophus 7. & 8. huius text. com. 34. ergo &c. Secundo. Tardè aliquid est perfectius ens, quanto magis est elongatum à non esse: sicut tanto est perfectior albedo, quanto minus est permixta nigredini. Sed materia est magis remota à non esse, quàm forma. ergo &c. Maior patet. Minor probatur. Id magis est elongatū à non esse, quod magis est remotum à corruptione: quia corruptio est via ad non esse 5. phys. text. com. 7. Sed materia est magis remota à corruptione, cum sit incorruptibilis primo de generatione, forma vero corruptibilis est, ergo &c.

Respondet quod Philosophus 7. met. text. com. 7. & 8. comparans materiam & formam & compositum inter se, dicit formam esse priorè materia, & per consequens esse priorè composito, quia etiam materia prior est composito, cum sit Quæst. Meta. Pau. Sonc. m. princi

principium eius. Nō possunt autem hæc verba verè intelligi de prioritate durationis: quia hoc repugnet dicitis eius, cum ipse dicat r. physico. & r. de generatione, tex. cō. 82. materiam esse ingenerabilem, & non habuisse principium sui esse. & ideo loquitur de prioritate perfectionis. Declaranda sunt igitur duo: primum est quomodo forma est dignior composito: secundum est quomodo sit dignior materia. Quantum ad primum, dico quod compositum est simpliciter & absolute dignius forma: licet forma sit eo perfectior secundum quid. Primum probatur: Et suppono quod in composito materiali sunt tria realiter distincta, scilicet materia: forma: & esse. Suppono secundum quod esse sit actualitas compositi & formæ & materiæ: Suppono tertio quod materia dicat aliquam entitatem positivam, licet potentialem: & hoc patet: quia ipsa est extra nihil. Ista omnia patent ex dictis supra: Nunc arguitur sic. Compositum materiale includit quicquid perfectionis dicitur entitas formæ: & præter hoc includit alias entitates & perfectiones (saltem ipsum esse, quod est actualitas ultima, ergo compositum est nobilior forma simpliciter & absolute. Quod autem forma sit secundum quid nobilior composito, probatur: Omnis causa est aliquo modo dignior effectu, ut dicit Commentator 2. physicorum, commento 4. unde & albedo in quantum dat homini, esse album, est secundum quid dignior homine. Cuius ratio est: quia ipsa comparatur ad ipsum ut actus ad potentiam: & ut habens actu aut virtualiter id quod effectus habet in potentia. Sed forma est causa compositi: est enim eius causa formalis: ergo & c. Et si dicatur: ergo etiam materia est nobilior composito cum sit eius causa. Negatur consequentia: quia illa maior assumpta non habet veritatem in causa materiali: quia causalitas materiæ consistit tantum in recipiendo & in esse ens potentiale & non actuali.

Conclusio 1.
Quomodo forma sit dignior composito & eorum.

Conclusio 2.

Ad primum.

Ad secundum.

actum: cum sit pura potentia, primo phys. text. comment. 69. ergo nō est actu distincta à forma. Dicitur forte quod materia habet aliquem actum, scilicet formam: & per eam distinguitur. Sed hoc nihil est: quia licet per formam quæ habet distinguatur ab aliis materiis: nō tamen per eam distinguitur ab ipsamet forma: quod probatur. Idem non est terminus relationis & fundamentum distinctionis materiæ à forma. Secundo. Materia non distinguitur actu à sua prima actualitate: sed forma est prima actualitas materiæ: ergo & c. Maior probatur: quia (ut dictum est) actus est qui distinguit, & separat. Sed ante primam actualitatem nulla est actualitas per quam res possit ab ea distingui: ergo & c. Minor etiam probatur. Forma est esse materiæ: ergo est prima eius actualitas. consequentia patet. Antecedens probatur: quia si esse est res distincta à forma, tunc inter materiam & formam mediarer aliquid, scilicet ipsum esse: quod est contra Philosophum 8. metaphys. text. comment. 16. Tertio. Quæ sunt entitates & realitates actu distinctæ, habent distinctas productiones. Sed materia & forma non habent distinctas productiones, ut dicitur 7. metaphys. text. comment. 27. ergo. Maior probatur: quia ut dicit comment. 4. metaphys. text. comment. 7. productio est ad realitatem: ergo quæ habent distinctam & præcisam realitatem, habent & distinctam productionem. Quarto. Quæ sunt actu distincta, habent distinctas & præcisas rationes. Sed forma non habet præcisam rationem à materia: ergo & c. Maior patet, quia cuiuslibet entitatis est proprius conceptus quo potest concipi: ut est ab aliis distincta Minor probatur: quia Commen. 7. meta. com. 11. dicit distinctiones accidentium non esse propriæ definitiones: quia in eis ponitur subiectum, quod habet rationem propriam & præcisam à ratione accidentis: definitiones autem substantiarum sunt propriæ definitiones: quia non includunt multa: quorum quodlibet habeat propriam rationem: constat autem quod in definitione substantiæ ponitur materia & forma: & ut dicit Com. 8. meta. c. 6. ergo materia & forma non dicunt rationes præcisas. Quinto. Substantia materialis est vna entitas per se in actu: ergo eius materia nō est entitas actu distincta à forma. Antecedens patet. Consequentia probatur: quia Philosophus 7. meta. tex. cō. 49. dicit quod impossibile est substantiam esse ex substantiis in actu, sed quæ sunt actu distincta sunt entia in actu: ergo & c. Sexto. Ad idem sunt multæ auctoritates Commentar. Nam 1. de anima, com. 7. dicit quod materia non differt à forma in composito, nisi potentia. Et 3. cœli. com. 27. dicit quod materia prima est ens in ente actu nō distinctum ab eo: & 8. met. cō. 16. dicit quod si anima & corpus essent duo diuersa: oporteret assignare rationem quomodo ex eis fiat vnum: & 12. meta. c. 1. dicit quod agens apud Aristotelem nō est congregans inter duo in rei veritate, & congregat inter potentia & actum materia & formam: & 7. meta. com. 31. dicit: quod impossibile est formam & eius subiectum esse duo in actu.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Sexta ratio.

Explana- tur sim- liss quæ- sionis.

Conclusio.

Quantum ad secundum, dico quod forma est absolute nobilior materia: & probatur. Primum. Omnis actus est simpliciter nobilior sua pura potentia: ut dicitur nono metaphysico & tex. comment. 15. & omnis perfectio est nobilior puro perfectibili, quod nullam de se habet perfectionem nisi potentialem. Sed forma est actus & perfectio: materia vero est pura potentia, & purum perfectibile: ergo & c. Secundò. Illud est simpliciter perfectius à quo habent res & natura quod simpliciter se excedant in perfectione: sed huiusmodi est forma. Idem enim aurum est simpliciter nobilior argento: quia habet nobiliorem formam: nec materia ad hoc aliquid facit: quia eadem materia necessariò potest successiue habere formam auri & argenti: & tamen semper erit aurum præstantius argento.

Respondet, Et prius declaro titulum questionis. Potest enim primo intelligi questio ad hunc sensum. Verum materia sit de se aliquo modo actus, siue formalis, siue entitativus. aut si non est actus. Verum habeat intrinsecè tanquam partem sui aliquem actum, per quem distinguatur actualiter à forma quam habet: & ad hunc sensum non querimus. Sed queritur præsupposito quod materia sit pura potentia. Vtrum verè dici possit quod ipsa actualiter est distincta à forma, qua informatur. Et responderetur affirmatiue quod sic. Primo. Extrema relationis realis sunt actu distincta, quia relatio realis non est eiusdem ad seipsum. Sed inter materiam & formam est relatio realis, quæ est vna eorum adinuicem. Tum quia vno materiæ cum forma est seclusa omni operatione intellectus. Tum quia relatio formæ ad materiam est causa ad effectum: & e contra relatio materiæ ad formam: ipsæ enim sunt sibi inuicè causæ: ut dicitur 2. phy. tex. com. 30. ergo eorum relatio est realis. Secundò. Omnis entitas absoluta, quæ successiue stat cum rebus essentialiter distinctis, distinguitur actu realiter ab eis. Sed materia est entitas absoluta & stat successiue cum formis essentialiter distinctis: pura cum forma ignis, & terræ, & plantæ. ergo & c. Notanter dico in maiori, entitas absoluta: quia in relatiuis secus est: eadem enim albedo nunc est similitudo, & postea erit dissimilitudo: sed hæc distinctio est ratione terminorum à quibus relationes habent rationes suas formales: quod non contingit in absolutis, & ad huc sensum intellecta maior ipsa est vera: & ea vitur Philosophus 1. phys. tex. Com. 51. ad probandum quod materia non est forma: & 4. phys. tex. Com. 3. ad probandum quod locus distinguitur à locato: & similiter ipsa vitur Commentator 1. Phys. Com. 82. ad probandum quod essentia materiæ distinguatur ab eius potentia. Tertio. Omnis perfectio distinguitur actu à suo perfectibili, cum nulla

res sit perfectio sui ipsius. Sed forma est perfectio materialis est ens actu: ergo eius materia & forma sunt actu. Tunc sic. Materia est actu: & forma est actu, sed materia non est forma: ergo est actu distincta à forma. Quintò. Ens corruptibile distinguitur actu ab ente incorruptibili sed materia est incorruptibilis & forma est corruptibilis. ergo & c. Sextò. Id quod præcedit aliud duratione, est ab eo realiter actu distinctum, quia potest esse eo non existente. sed materia præcedit formam duratione: ergo & c. & multæ aliæ rationes possunt adduci. Sed credo quod si quis proteruendo vellet tenere oppositum, responderet ad omnia hæc dicendo, quod utique materia non est forma: non tamen est actu ab ea distincta: quia illa tantum dicuntur esse distincta actu quæ habent distincta esse: quod non conuenit materiæ & formæ, unde si plures entitates in eodem esse conueniant: nō habent actualem distinctionem: sed quicquid sit de hoc, mihi videtur rationabiliter dici, quod materia & forma actu distinguitur.

Ad argumenta verò in contrarium respondetur. Ad primum dicitur, quia non qualibet distinctio est per actum: quia sicut probatur 12. huius, materiæ corruptibilium & incorruptibilium distinguuntur seipsis, secundum verum sensum qui ibi declaratur. Quantum autem spectat ad propositum, materia est actu distincta à forma non per formam neque per aliquem actum ei super additum: sed seipsa. Ad hæc enim actualem distinctionem sufficit: quod materia sit & forma sit, & quod materia non sit forma. Quod autem materia non sit forma, non habet aliunde: sed ex natura sua, quæ est pura potentia: & forma est actus. Ad secundum negatur maior. Materia enim non est suu esse quod existit. Nec valet probatio, ut patet ex responsione ad primum. Negatur etiam minor: quia esse est distinctum à forma: non tamen ex hoc sequitur quod aliquid sit medium inter materiam & formam: imò esse sequitur formam: quia forma constituit proprium susceptivum ipsius esse, scilicet compositum: & per consequens est posterius quam forma. Ad tertium dicitur quod aliquæ realitates sunt entia completa in genere substantiæ: ut lignum, lapis, homo & c. Et de his conceditur maior: & negatur minor. Aliæ sunt realitates quæ sunt tantum partes quidditatis & substantiæ: ut materia & forma: & de his negatur maior: cuius ratio est: quia productio terminatur ad esse istarum partem non habet esse sibi proprium, sed sunt per esse totius: & id nō producantur, nisi ea productione qua producit totum. Ad quartum negatur minor. Ad probationem dicitur quod Commentator non intencit aliud, nisi quod distinctio accidentium completur plura, scilicet subiectum & ipsa in accidens: quorum quodlibet est natura completa in specie: & ideo nō est ita proprie distinctio: sicut distinctio substantiarum: quæ nō includit partes naturas completas, sed tantum partes, scilicet licet materia & non forma. Ad quintum negatur consequentia. Ad probationem dicitur quod impossibile est substantiam esse ex pluribus substantiis in actu completis: sed non est impossibile: imò est necesse, quod sit ex pluribus partialibus: cuiusmodi sunt materia & forma. Ad omnes auctoritates Commentatoris dico quod Commentator solum vult dicere per illa verba, quod materia & forma non sunt duo diuersa & distincta tanquam res complete in specie: quia tunc ex eis non posset fieri vnum per se: sunt tamen duo quorum alterum est potentia & alterum est actus. Et ideo possunt dici actu distinguuntur quod inter ea sit distinctio actualitatis: quia materia & forma non sunt duæ actualitates: sed quia est inter ea actualis distinctio: ad quam sufficit vtrumque eorum esse in actu: & materiam non esse formam.

quia Philosophus 3. de anima, tex. com. 9. dicit quod aliud est caro, & aliud est carnis esse: sed per esse carnis nihil aliud intelligit, nisi quodquid est carnis, ergo & c. Respondeo in hac quest. primo declarabitur titulus q. & quid sit quodquid est, secundo dicitur ad quest. Quantum ad primum, posset per quodquid est vno modo accipi quidditas & natura rei abstracte signata: puta si dicatur, quod humanitas est quodquid est hominis. Sed hoc esset satis improprie. Nam quodquid est prædicatur in recto de eo cuius est: humanitas autem non prædicatur in recto de homine, ut infra disputabitur: licet enim homo habeat humanitatem: non tamē homo est humanitas. Alio modo accipitur quodquid est pro significato definitionis: & hoc est proprie dictum. Nam Philosophus in topicis dicit, quod distinctio est oratio indicans quodquid est esse rei. Isto modo, animal rationale dicitur quodquid est hominis. Et ideo com. 7. metaph. com. 11. dicit quodquid est, est illud quod significat sermo, qui dicit essentiam rei, quæ est distinctio. Quartum ergo. Vtrum distinctio & distinctum sint idem, & non. Vtrum quidditas, si se natura & suppositum sint idem. Quid autem sit quodquid est declarat Philosophus in hoc 7. tex. com. 11. dicens, quod ipsum quodquid est requirit duo. Primum est quod sit constitutum ex prædicatis per se: iuxta prædicata per accidens, non possunt responderi ad interrogationem factam per quid. Si enim queratur quid est homo, non bene responderetur quod est albus. secundo requiritur quod constitutur ex his quæ sunt per se in primo modo perfectatis, & non in secundo. Quod probatur tripliciter. Primo. Quia prædicata secundi modi siue propriæ passionis inhereat subiectis, ergo nō sunt quodquid est eorum. Patet consequentia, quia quodquid est substantiæ est substantia, & per consequens nulli inhereat. Secundò. Quia passio non ponitur in definitione subiecti: sed e contra, secundo posteriorum: ergo propria passio non pertinet ad quodquid est subiecti. Tertio. Si passio esset ipsa essentia subiecti, cum eiusdem sint plures passionis, sequitur quod quilibet earum idem esset essentialiter subiecto: & per consequens essent idem inter se. Unde Com. com. 11. dicit quod Philosophus per prædicata per se, inuit primū modum prædicabiliū essentialiū, quæ sunt tria. scilicet genus, differentia, & distinctio constituta ex genere & differentia. Et si queratur quis ostendat huius definitionis, dico quod est intellēctus, qui formans conceptum de distincto: puta apprehēdens & cōcipiens, quod homo est animal rationale: & videns quod per hunc conceptum sufficienter exprimitur omnia prædicata essentialia hominis, appellat illū conceptum distinctiōem: non quod intellectus faciat significatū distinctiōis: ut quidam attribuūt S. Thom. licet intellectus prædicato conceptui attribuat intentionem distinctiōis.

Quantum ad secundum, hæc est prima conclusio. Quodquid est, id cuius est, sunt idē realiter. Probatur. Primum. Nulla res distinguitur à sua substantia. Sed quodquid est est substantia eius cuius est, ergo nulla res distinguitur à suo quodquid est. Maior probatur. Res quæ est substantia: aut est suamet substantia: aut est aliena substantia. Sed non est aliena substantia: ergo. Maior etiam patet, quia quodquid est substantiæ, non potest esse accidens. Secundò. Si quodquid est distinguitur ab eo cuius est, sequitur processus in infinitum. Sed hoc est impossibile: ergo & c. Consequentia probatur. Sit a. quodquid est hominis: aut à distinguitur à suo quodquid est, aut non. Si non, ergo pari ratione standū erat in primo. Si sic, queritur de illo alio & sic in infinitum. Dicitur forte quod a non habet quodquid est: sed ipsum est quodquid est alterius. Contra. Qualibet entitas finita habet a se ipsam naturam: & per consequens habet quodquid est: quia de ipsa potest queri quid est hoc: ergo si a est res distincta ab homine, habet suum proprium quodquid est. Secunda conclusio. Quodquid est non est separatum secundum esse ab eo cuius est. Probatur. Primum. Nulla res potest cognosci quidditatiue, nisi fiat quod eius quodquid est inest ei: quia tantū huiusmodi notitia est proprie quidditativa. Sed si quodquid est esset separatum ab eo cuius est, non posset fieri quod ei inest, ergo sequitur quod nullius rei posset haberi scientia. Secundò. Nulla res est formaliter talis per id, quod ab ea est separatum: paries enim nō est albus per albedinem ab eo separatam: ergo si quodquid est hominis esset separatum ab homine, sequitur quod homo non esset formaliter animal rationale: quod est absurdum. Tertia conclusio. Quodquid est non distinguitur ratione ab eo cuius est. Probatur. Primum auctoritate Philosophi in hoc 7. tex. c. 1. sic dicens, At vero non solum vnum, sed & r. tio eadem ipsorum. Secundò probatur ratione. Idem est conceptus hominis & animalis rationalis. Sed animal rationale est quodquid est hominis: ergo quodquid est non differt ratione siue conceptu ab eo

res sit perfectio sui ipsius. Sed forma est perfectio materialis est ens actu: ergo eius materia & forma sunt actu. Tunc sic. Materia est actu: & forma est actu, sed materia non est forma: ergo est actu distincta à forma. Quintò. Ens corruptibile distinguitur actu ab ente incorruptibili sed materia est incorruptibilis & forma est corruptibilis. ergo & c. Sextò. Id quod præcedit aliud duratione, est ab eo realiter actu distinctum, quia potest esse eo non existente. sed materia præcedit formam duratione: ergo & c. & multæ aliæ rationes possunt adduci. Sed credo quod si quis proteruendo vellet tenere oppositum, responderet ad omnia hæc dicendo, quod utique materia non est forma: non tamen est actu ab ea distincta: quia illa tantum dicuntur esse distincta actu quæ habent distincta esse: quod non conuenit materiæ & formæ, unde si plures entitates in eodem esse conueniant: nō habent actualem distinctionem: sed quicquid sit de hoc, mihi videtur rationabiliter dici, quod materia & forma actu distinguitur.

Ad primam rationem q. 9.

Ad secundam.

Ad tertiam.

Ad quartam.

Ad quintam.

Ad auctori- tates.

Prima ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

QUESTIO XX.

Vtrum quodquid est, sit idem cum eo cuius est.

Queritur vigesimò. Vtrum quodquid est, sit idem cum eo, cuius est re & ratione. Et videtur quod non. Primum. quod distinguantur ratione. Ea distinguuntur ratione, quorum vnum dicit tantum vnum conceptum, & reliquum dicit duos conceptus: sed quodquid est dicit duos conceptus: animal enim rationale dicit conceptum animalis & conceptum rationalis: homo autem dicit vnicū conceptum ergo, & c. Minor patet: & maior probatur: quia distingui ratione, est distingui conceptibiliter. Secundò. In his quæ sunt idem re & ratione, quicquid prædicatur de vno, prædicatur etiam de alio: alioquin contradictoria simul verificaretur de eodem. Sed de quodquid est prædicatur aliquid quod non prædicatur de eo cuius est: ergo & c. Maior patet. Minor probatur: nam quodquid est, puta, animal rationale, est distinctio: & tamen id cuius est, non est distinctio, sed distinctum. Tertio. arguitur quod nō sunt idē realiter:

Quomodo sit audien- da questio.

Quod- quid est quid sit.

Non pos- sunt præ- dicata esse quidditativa. Tex. cō. 22.

Conclusio prima.

Conclusio secunda.

Conclusio tertia.

quius est. Minor patet. Maior probatur: quia qui concipit hominem: nihil aliud præcisè concipit, nisi animal rationale. Tertiò. In his quæ ratione distinguuntur non est negatio si vnum addatur alteri. Sed est negatio: si dicatur homo animal rationale, ergo non distinguuntur ratione. Quarta conclusio. In his quæ sunt per accidens quodquid est, & id in cuius est, non sunt idem. Probatur. Entis per accidens, non est quodquid est, nec diffinitio. Nam homo albus non potest diffiniri: cum nõ dicat vnum per se: quælibet autem diffinitio constat ex genere & differentia, quæ faciunt vnum per se, ergo ens per accidens non est idem cum suo quodquid est. Secundò arguitur etiã quod quodquid est accidentis, puta albi, non sit idem subiecto: puta cum homine sic. In his quæ essentialiter distinguuntur, vnum non est quod quid est alterius: vt patet ex prima conclusione. Sed accidens & subiectum distinguuntur essentialiter: cum vnum sit substantia: & reliquum sit per accidens: ergo &c.

Conclusio quarta.

Ad primum. Ad argumenta respondetur. Ad primum negatur minor. Animal enim rationale vt est diffinitio hominis, dicit vnicum conceptum: eum, scilicet, quem dicit homo: sed iste conceptus est resolutibilis in plures conceptus, scilicet, in conceptum animalis: & in conceptum rationalis. Ad secundum. Dico quod homo & animal rationale dicunt eundem conceptum formalem & obiectiuum: quia eis correspondet eadem natura: & ideo omnis terminus primæ intentionis conueniens vni, conuenit etiam alteri: sed bene verum est quod huic conceptui prout significatur per huc terminum animal rationale, attribuit intellectus quoddam nomen secundæ impositionis: & appellat ipsum diffinitionem. Ad tertium. Dico quod Philosophus 3. de anima, & si alicubi inueniatur sic locutus: per quodquid est accipit ipsam quidditatem, & naturam, puta carnitatem, humanitatem & huiusmodi. Nos autem loquimur de quodquid est T. com. 22. concretè significato per diffinitionem.

Ad secundum.

Ad tertium. Dico quod Philosophus 3. de anima, & si alicubi inueniatur sic locutus: per quodquid est accipit ipsam quidditatem, & naturam, puta carnitatem, humanitatem & huiusmodi. Nos autem loquimur de quodquid est T. com. 22. concretè significato per diffinitionem.

T. com. 22.

Eorum quæ sunt, hæc quidem natura sunt, hæc verò ab arte.

Hoc loco intendit probare quod res sensibiles nõ sunt ab ideis separatis, sed à formis quæ sunt in materia. Ad quod probandum præmittit duo. Primum est quod eorū quæ sunt, aliqua sunt à natura: vt homo: aliqua ab arte, vt domus: aliqua à casu, vt inuentio thesauri: sed tam in his quæ sunt à natura, quàm ab arte, reperitur hic tertius: aliquando enim artifex operatur ex proposito per artem, aliquando producit artificiatum aliquod à casu præter intentionem: similiter animalia genita ex semine non sunt à casu: genita verò per putrefactionem sunt à casu. Secundum quod præmittit est, quod in omni generatione reperiuntur tria, scilicet id quod fit: id à quo fit, & id ex quo fit. Circa quam partem queritur primo.

QUESTIO XXI.

Utrum animalia generata ex semine & per putrefactionem, sint eiusdem speciei.

Queritur vigesimoprimum. Utrum animalia genita ex semine, sint eiusdem speciei cum genitis per putrefactionem: puta mus cum mure: rana cum rana &c. Et videtur quod non. Primo. Transmutationes diuersarum rationum terminantur ad formas speciei distinctas: quia vt dicitur 5. phys. motus habent ex terminis vnitate & distinctionem. Sed generatio quæ est per semen, est alterius rationis ab ea quæ est per putrefactionem: cum prima proprie dicatur nauitas: & secunda non: ergo formæ ad quas terminantur species distinguuntur. Confirmatur. Ad productionem eiusdem rationis, sequuntur relationes eiusdem rationis, cum relatio naturaliter sequatur suum fundamentum: vnde quia generare Sortè & generare Plat. sunt eiusdem rationis: ideo sicut ad vnã sequitur paternitas & filiatio, ita etiam sequitur ad aliam. Sed ad generationem, quæ est ex semine: sequitur relatio paternitatis & filiationis: mus enim genitus à mure, est filius eius, sed ad eã quæ est per putrefactionem nõ sequitur filiatio: nam mus genitus à sole, non est filius solis: ergo &c. Secundò. Vna natura tantum vno modo communicatur. Sed comunicari per propagationem & communicari per putrefactionem sunt diuersi modi, ergo non possunt conuenire eidem naturæ secundum speciem. Tertiò. Sequitur quod generatio vniuoca reduceretur ad generationem æquiuocam. Sed hoc est falsum: vt communiter conceditur, ergo. Consequencia probatur. Primus enim mus, non fuit productus per semen, aliquo ante eum fuisset alius, & per consequens ipse nõ esset primus, sed fuit productus per putrefactionem: ergo quicun-

Prima ratio.

Confirmatio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

que post eum generantur per semen generatione vniuoca, reducuntur ad eius generationem æquiuocam. Quarto. Commentator 8. phys. comment. 46. dicit quod si materia fuerint diuersa, diuersificatur & forma: Sed materia ex qua generatur aliquid per propagationem, est alterius rationis ab ea ex qua generatur per putrefactionem: quia ista est semen, & ista non: ergo formæ quæ introducuntur in eas sunt diuersarum rationum.

Quarta ratio.

Respondeo. In hac quæst. declaranda sunt duo. Primum est. An omnia genita per semen, possint eadem secundum speciem generari per putrefactionem. Secundum est. An ex quæ vti que modo generantur, sint eiusdem speciei. Quantum ad primum, existimauit Auicenna quod sic, dicens matricem mulieris requiri ad generationem animalium perfectorum, nõ quidem de necessitate, sed tãtum ad bene esse. Sicut enim aliqui fructus conuenientius in vno loco nascuntur quàm in alio: cum tamen & hic & ibi nasci simpliciter possint: ita omnia animalia genita in matrice, possunt extra matricem generari, sed non ita perfectè. Quã opinionem secutus est etiam Albertus 8. phys. corum, & 2. Albertus mineralium, & 3. meteorum. Mouebatur autem ad hoc Auicenna. Tum quia cum fuit generale diluuium omnium hominum reparatum est postea genus humanum per putrefactionem. Tum quia visus est aliquando vitulus per pluiam in terram cadere: quod esse non potuit: nisi quia per putrefactionem genitus est: constat autem quod vitulus est animal perfectum. Ista opinio communiter nõ tenetur. Et quod sit contra philosophum, & contra veritatè, patet. Primò. Omne generabile per putrefactionem habet formã educibilem de potentia materie putrefactæ. Sed anima intellectiua non est educibilis de potentia materie: cum maneat corrupto corpore: vt expressè voluit Philosophus 12. met. tex. c. 17. ergo homo genitus ex semine nullo modo posset generari per putrefactionem. Secundò. Ad idem arguitur: quia Philosophus tex. commen. 59. dicit expressè, quod sicut eorum quæ fiunt per artem, aliqua possunt fieri à casu, & aliqua non: puta domus: ita eorum quæ fiunt à natura aliqua possunt esse à casu: & aliqua non: ergo de mente Philosophi est, quod non omnia genita ex semine possunt fieri per putrefactionem & à casu. Nec valet quod dicit Auicenna: nunquam enim fuit ita generale diluuium quin aliqui homines superuixerint: credere autem quod vitulus de celo ceciderit, fatuum est: & si cecidit, hoc fuit arte diaboli, qui ipsum in aëra eleuauerat.

Auicenna placitum.

Albertus sequitur Auic.

Impugnatur Auicenna.

Quantum ad secundum maior est dubitatio. Nã Commentator 8. phys. com. 46. propter aliquas rationes suprapositas tenuit quod impossibile sit animalia genita semine esse eiusdem speciei cum genitis per putrefactionem. Secundum quam opinionem sæpe loquitur etiam Beatus Thom. in plerisque: sed quia in hac quæst. habetur expressè quid senserit Philosophus: & Beatus Thom. in hoc loco: ideo responderetur ad quæst. hac prima conclusione. Animalia genita ex semine sunt eiusdem speciei specialissimæ cum genitis per putrefactionem. Probatur primò, quia Philosophus 7. metaphysic. tex. com. 23. in principio sic dicit. Quædam enim eadem & ex spermate fiunt, & sine spermate. Nec est dicendum quod Philosophus loquatur de identitate materialis: quia hoc esset falsum, nec de identitate generica: quia de hoc nullus vnquam dubitauit, ergo loquitur tantum de identitate specificã. Secundò. Impossibile est proprias passiones vnus speciei conuenire indiuiduis alterius speciei, quia propria passio est proprius effectus naturæ specificæ, cuius est passio: vt patet primo posteriorum, tex. commen. nono, dicitur Philosopho, quod in conclusione demonstrationis prædicatur proprius effectus de propria causa. Sed genita ex semine & genita per putrefactionem, habent eadem passiones, ergo habent eandem naturam specificam. Minor probatur. Mus genitus per putrefactionem potest generare alium murem: ergo habet potentiam generatiuam eiusdem speciei cū aliis muribus. Consequencia patet. Antecedens est notum experimento. Et si dicatur quod Philosophus in libro de animalibus dicit, quæcunque non ex animalibus fiunt, ex corrupta materia hæc generat quidem: sed alterum secundum genus. Respondeo quod Philosophus non loquitur vniuersaliter: sed particulariter: & tantum de his quæ immediatè generantur: vult enim dicere quod aliquod animal huiusmodi immediatè generat oua, vel aliquid aliud tale: quod est alterius rationis: & eã mediante generat animal sibi simile in specie. Tertio. Nulla est maior ratio in accidentibus quod accidens genitum vniuocè sit eiusdem speciei cum accidente genito æquiuocè, quam quod in substantiis: nec potest ista propositio negari rationabiliter. Sed calor genitus vniuocè à calore est eiusdem speciei cum calore genito à sole & ex collisione lapidū. Vnde Com. 2. cæli, com. 46. dicit quod calor potest

Prima conclusio.

genere

ductum est hoc aliquid determinatum & particulare, ergo omne producens est hoc aliquid. Patet consequentia: quia sicut actiones sunt circa singularia: ita etiam sunt singularium. Sed idem enim sint vniuersalia quædam, non sunt hoc aliquid, sed quale quid: ergo non sunt principia productiua rerum particularium. Circa quod queritur.

QUESTIO XXII.

Utrum compositum primò & per se generetur.

Queritur vigesimosecundo. Utrum compositum tantum primò & per se generetur. Et arguitur quod non primò. Prius natura, forma vnitur materie, quàm compositum constituatur. Sed in illo priori forma habet esse: & est producta: ergo est producta primò & per se: & non per compositum. Maior patet: quia partes prius naturaliter sunt quàm constituent totum: cum omne principium sit prius principio. Minor probatur: quia vniri præsupponit esse. Secundò. Id primò & per se generatur, cui primò & per se conuenit esse. Sed esse conuenit formæ primò & per se: ergo &c. Maior patet. Minor probatur. Id conuenit alicui primò: cui non conuenit per aliud, sed per ipsum conuenit aliis. Sed esse conuenit supposito per formam datam esse: ergo &c. Confirmatur, quia Commentator 7. Metaph. dicit quod generans non generat compositum: nisi quia generat formam: ergo forma prius natura generatur. Tertio. In compositis ex materia & forma nulla est essentialis entitas, siue substantialis: nisi materia & forma: ergo si nec materia nec forma primò & per se generantur: sequitur quod nihil primò & per se generetur. Consequencia patet. Antecedens probatur, quia si est alia entitas: non apparet quæ sit illa, nisi dicatur quod est quidditas: puta in Sorte fortetitas aut humanitas. Sed hoc non obstat, quia Philosophus dicit expressè: neque ipsum quod quid est generatur primò & per se: vt patet tex. Commen. 27. Quarto. Si compositum primò & per se generatur: aut generatur dum est, aut dum non est. Non est dicendum primum: quia generatio est mutatio de non esse ad esse: ex quo patet, quod id quod generatur, acquirit esse per generationem: & per consequens nondum habet esse. Non potest etiam dici quod generetur dum non est. Quod probatur: supponendo duo: quorum primum est quod datur primum esse rei permanentis: vt patet 8. Physic. tex. com. 69. Secundum est, generatio substantiæ est in instanti. Tunc sic. Accipio primum instans esse Sortis: & per te ante hoc instans fuit generatio Sortis. Cum igitur inter quolibet duo instatia sit tempus medium, sequitur quod in toto isto tempore Sortes non sit & tamen generatio eius præfuit & sic generatio fuit, & nihil per eam genitum fuit.

Prima ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Respondeo tribus conclusionibus, quarum prima hæc est. Compositum generatur primò & per se. Probatur. Id primò & per se generatur, cui primò & per se conuenit esse. Sed compositum est tale, ergo &c. Maior patet, quia vt dicit Philosophus & Commen. 5. Physic. tex. Commen. 7. generatio est via ad esse. Minor probatur sic. Et primò & per se conuenit esse quod est per se existens. Sed compositum est tale, cum sit indiuiduum de genere substantiarum: ergo &c. Maior patet: quia omne generans intendit principaliter producere sibi simile. Minor patet, dum enim ignis generat ignem, id quod propriè est simile igni generanti non est forma ignis geniti: quia forma ignis non est ignis, sed ipse ignis genitus est ei similis. Secunda conclusio. Forma non generatur primò & per se. Hanc probat Philosophus presenti textu. Primo. Quicquid per se generatur, per se existit: cum generatio terminetur ad esse. Sed forma non existit per se, sed tantum in composito: quod patet, quia corrupto composito non manet amplius forma: & loquor de formis eductis de potentia materie: ergo forma non generatur per se primo. Secundò. Omne quod per se generatur, generatur ex materia. Sed forma non generatur ex materia: ergo, &c. Maior est Philosophi 7. Metaph. tex. comen. 22. vbi dicit quod oportet in omni generatione, tam naturali, quam artificia, esse tria, scilicet generans, generatum, & id ex quo generatur, quod est materia. Hoc idem etiam ponit 12. Metaphysic. tex. com. 12. Minor probatur. Id ex quo aliquid fit tanquam ex materia, habet materiam partem sui: quia vt patet primo phys. tex. com. 4. & 5. Metaph. cap. de elemento, materia inexistit ei quod fit ex materia, sed forma non habet materiam partem sui: ergo &c. Et licet forma non fiat per se primò, generatur tamen ad generationem compositi: quia compositum primò & per se

Conclusio prima.

Conclusio secunda.

generari à lumine & à motu, ergo substantia genita ab agente vniuoco, est eiusdem rationis cum ea quæ genita est ab æquiuoco. Quarto. Non apparet quæ sit alia prima radix huius distinctionis specificæ: nisi quia genitum per putrefactionem est ab agente vniuersali: genitum verò ex semine est ab agente particulari. Sed hæc non est sufficiens causa distinctionis secundum speciem: ergo &c. Maior patet minor probatur. Constat enim quod Adam immediatè fuit à solo agente vniuersali scilicet à Deo: & tamè fuit eiusdem speciei cum aliis hominibus qui geniti sunt ab homine. Dicitur fortè quod Deus potest producere effectum eiusdem speciei cum effectu cause particularis: alia tamen causa causat hoc nõ possunt. Sed contra. Suppono quod Deus potest de potentia absoluta dare soli virtutè qua possit ita sufficienter disponere materiam ad animam rationalem: sicut nunc sufficienter disponitur per virtutem formatiuam quæ est in semine viri. Istud patet: quia non implicat contradictionem. Ponatur ergo in esse. Tunc sic. Materia in qua inducitur anima rationalis à sole, est disposita dispositionibus eiusdem rationis: sicut materia in qua introducitur anima ab homine: ergo hæc anima, & illa anima sunt eiusdem rationis. Quintò. Tota ratio Commentatoris sumpta ex parte materie est quia indiuidua eiusdem rationis videntur requirere materias proximas eiusdem rationis: vt videtur dicere Commentator 8. Physic. Com. 46. nam ex menstruo hominis non generatur equus, sed ea quæ generantur ex putrefactione, non habent materiam proximam eiusdem rationis: cum his quæ generantur ex semine: quia materia illorum non est sanguis menstruus: qui tamen est materia eorum quæ ex semine generantur. Sed apparet expressè quod maior huius rationis est falsa. Nam ex cibis diuersarum rationum puta pane, vino, oleo, & huiusmodi, generatur sanguis. Item, possibile est quod materia generationis habeat latitudinem magnam: cum nõ sit species specialissima: potest igitur esse quod ex his materiis conuenientibus tamè in vna ratione cum propinqua, generantur animalia eiusdem speciei. Secunda conclusio. In his quæ generantur ex putrefactione: non tantum, concurrunt virtus actiua vniuersalis, scilicet solis & stellarum, sed etiam aliqua virtus actiua particularis: puta aliquis calor elementaris: & aliquid humidum putridum existens in materia putrefacta. Ista conclusio probatur. Primo. Quia videmus ex aliqua materia putida potius generari vnum animal, quam aliud: vt recitat Commentator 12. Metaph. Comment. 18. ex opinione Themistij, puta ex carnis humanis generantur vermes: ex vino putrefacto, generantur muscæ parue: & sic de aliis: quod non esset: nisi quia in hac materia est aliquid principium actiuum ad hanc formam: & non in illa. Secundò. Ab agente vniuersali agente de necessitate naturæ cuiusmodi est cælum: non potius produceretur vna forma quam alia: cum de se indifferenter omnes respiciat, nisi eius actio determinaretur per agens particulare: ergo oportet in omni generatione naturali concurrere aliquod principium actiuum particulare.

Solutio ratio Auer. quæ facit 8. Physic.

conclusio secunda.

Ad primum.

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad quartum.

Tex. cõ. 26.

Ad argumenta respondetur. Ad primum & ad eius confirmationem. Dico quod aliquas transmutationes esse alterius rationis potest esse dupliciter. Vno modo quod distinguuntur specie essentiali. Alio modo quod distinguuntur specie accidentaliter: sicut Sortes albus & Plato niger. Essentialis distinctio sumitur ex terminis, accidentalis sumitur ex modo acquirendi terminos. Dico igitur quod istæ generationes non distinguuntur essentialiter, sed tantum accidentaliter, sunt enim ad formas eiusdem rationis, sed alius est modus acquirendi istam & acquirendi illam. Vel aliter posset breuiter dici quod transmutationes nõ tantum distinguuntur ex terminis, sed etiam ex principiis: & hoc modo distinguuntur istæ generationes, & ideo non oportet quod ad eas sequatur eadem relatio. Ad secundum negatur maior: quod enim aliqua natura pluribus modis comunicetur, potest contingere ex duplici causa. Primo ex maxima eius perfectione, & sic natura diuina communicatur per generationem & spirationem, vt dicunt Theologi. Alio modo contingit ex maxima imperfectione formæ rei animatæ: & hoc reperitur in animalibus genitis tam ex semine quàm ex putrefactione. Ad tertium. Dicitur quod oportet: omnem generationem vniuocam reduci æquiuocam: quia ante omne agens vniuocum fuit agens æquiuocum, saltem Deus. Ad quartum negatur propositio Commentatoris: nisi loquatur de materiis primis: cuiusmodi est materia generabilium: & materia cæli: tales enim non possunt recipere formas eiusdem rationis.

Quoniam vero ab aliquo fit quod fit.

Hoc loco probat quod Idem sint necessario ponenda propter productionem rerum tali ratione. Omnia pro-

capit esse per generationem, & consequenter etiam forma. Tertia conclusio. Materia non generatur. Ista conclusio communiter est concessa. Tum quia primo physice, & primo de generatione probatum est materiam esse ingenerabilem. Tum quia materia præexistit generationi, ergo non capit esse per generationem. Tum quia quicquid generatur habet materiam: materia autem non est alia materia: ergo &c. Ista conclusio ponit Com. 12. Met. Comm. 12. ubi ait: forma non generatur neque materia, sed id quod congregatur ex eis. Aliqui tamen dicunt quod licet materia non generetur tanquam terminus quouis modo productus per generationem ipsa tamen generatur subiectiue. Quod probatur. Primo. Materia est subiectum generationis, ergo materia generatur subiectiue. Antecedens est Philosophi 5. Physic. textu Comment. 8. Consequentia probatur. Impossibile est formam esse in aliquo, quin denominet ipsum formaliter tale, ergo si generatio est in materia, denominat ipsam esse genitam. Secundo. Philosophus 5. Physic. text. Comment. 8. probat quod generatio non est motus, tali ratione. Quod generatur non est: quod mouetur est: ergo generatio non est motus: constat quod in maiori non accipitur quod generatur pro termino qui generatur: quia minor esset falsa, quia etiam terminus qui acquiritur per motum non est: ergo accipitur in maiori quod generatur subiectiue: & sic ex mente Philosophi subiectum generationis generatur subiectiue. Iste modus dicendi non est solitus poni à beato Thom. nec in schola eius proprie concederetur: potest tamen habere verum sensum: licet sit abuti vocabulis, verus sensus est iste, quod materia generatur subiectiue, id est efficitur subiectum generationis: cuius autem non erat subiectum. Dum enim ex aere generatur ignis, in instanti introductionis formæ ignis in materiam: hæc materia est subiectum huius generationis cuius immediatè ante hoc non erat subiectum: & ideo ipsa potest dici genita subiectiue, id est, esse constituta de nouo subiectum generationis istius. Quod autem istud quod impropiè dicatur, patet, & quia nec Philosophus nec Commentator aliquando dixerunt materiam quouis modo generari, imò totum oppositum. Nec rationes cogunt: & prius retorqueo eas contra arguentem. Impossibile est formam esse in aliquo, quin ipsum denominet formaliter tale. Sed sicut generatio: ita & forma est subiectiue in materia: ergo materia denominabitur ab anima sensitiua esse animalis: & ab anima intellectiua esse homo, quod nullus sanæ mentis concederet. Item. Quod generatur non est. Sed materia per se generatur: ergo materia non est: quod est falsum, quia quod non est, nulli subiicitur nec transmutatur. Ad primam igitur rationem dico quod licet omnis forma existens in aliquo det ei aliquod esse: & per consequens aliquam denominationem secundum illud esse: non tamen oportet quod subiectum ab ea denominetur secundum omne nomen ipsius formæ: gratia exempli. Locus est in locante: & quia dat ei esse quantum: ideo denominat ipsum quantitatiue. Vnde locus denominat vtique id in quo est, sed tamen non denominat ipsum, in quantum est locus: imò vt sic, denominat locatum. Similiter generatio quæ est ipsamet forma acquisita per generationem, dat esse composito & materiæ, & ideo ab ea denominatur materia esse: non autem denominatur generari, quia generatio ex sua ratione formali nihil aliud dicit, nisi viam ad id quod per generationem capit esse, quale est compositum & forma. Ad secundam. Dicitur quod argumentum non est ad mentem Philosophi. Omne enim quod mouetur est: quia in toto motu est aliquid licet sub esse imperfecto, de forma quæ per motum acquiritur. In tota autem alteratione quæ dicitur generatio præcedens introductionem formæ in materia, nihil est de forma, neque sub esse perfecto, nec sub esse imperfecto: & ideo generatio distinguitur à motu. Generatio autem propriissime dicta distinguitur à motu: quia hæc est ad substantiam, & motus est ad accidens: hæc est instantanea, & motus in tempore. Prædictas tres conclusiones confirmat Comment. 7. Metaph. Commen. 23. in fi. ubi sic dicit. Declarat, scilicet Philosophus, differentiam inter formam & materiam, & dat propositionem in eo quod vult declarare, quod forma nec est generabilis nec corruptibilis, nisi per accidens: & similiter est de materia, & quod generabile & corruptibile in rei veritate est indiuiduum compositum ex forma & materia. Item Comment. 26. generatum: igitur est illud necessariò quod congregatur ex forma & materia, non forma nec materia.

Ad prima. Ad argumenta respondetur. Ad primum dico quod in instanti inductionis formæ in materia simul sunt quatuor. Nam forma non vnitur materiæ, constituitur compositum. Ipsum compositum constitutum existit: materia & forma habent esse. Et licet omnia ista simul snt in eodem instan-

ti temporis, tamen si volumus diuidere hoc instans in plura instantia naturæ (vt more aliorum loquamur) siue in plura secundum rationem, dicemus quod talis est ordo eorum. Nam primò forma vnitur materiæ, secundò constituitur compositum ex partibus simul vnitis: tertio compositum habet esse. Et huius ratio est: quia compositum est proprium potentiale ipsius esse: oportet igitur prius compositum esse constitutum quam ibi sit esse, quare forma & materia sunt per esse compositi. Et cum dicitur quod vniri præsupponit esse, negatur quando vniri est via ad esse, sicut est in proposito. Ad secundum negatur minor. Ad probationem dicitur quod compositum non habet esse per formam quasi forma prius habeat esse, sed ideo solù, quia forma constituit compositum: quod est proprium potentiale ipsius esse, sed ex hoc non sequitur quod forma prius habeat esse: imò e contra, vt dictum fuit. Et eodem modo dicendum est ad confirmationem. Ad tertium dicitur primò quod compositum dicitur tertiam entitatem distinctam à partibus etiam simul sumptis, vt infra declarabitur. Dico secundò quod si etiam hoc non esset, adhuc ratio non concludit. Non enim valet hæc consequentia. Nulla partium compositi per se primo generatur, ergo compositum non per se primo generatur: cuius ratio est quia compositum dicitur constitutum ex partibus, quælibet autem pars præcise accepta, dicitur aliquid simplex: cui non conuenit per se esse sicut composito ex ipsis, & ideo compositum potest dici per se primo & per se generari. Ad quartum. Dicitur quod generatio accipitur dupliciter, vt habetur 5. Meta. Vno modo pro alteratione præuia, qua disponitur materia ad formam, & sic id quod generatur non est, sed erit in ultimo instanti generationis, & quia inter tempus & vltimum eius instantis, nihil mediatur, ideo inter esse rei genitæ, & eius generationem non est medium. Alio modo accipitur generatio magis proprie, pro ipsa introductione subita formæ in materiam, quæ quidem generatio non est aliud nisi forma in primo instanti sui esse, ita quod in hoc instanti solo dicitur generatio, & ipsamet immediatè post hoc non appellabitur generatio, sed forma. Et sic dico: quod substantia generatur dum est, non quidem semper dum est, sed solum in primo instanti sui esse, & per hoc distinguitur à rebus successiuis, quæ fiunt in toto tempore mensurante durationem earum. Et cum dicitur, id quod est non fit, dico quod hoc est verum post primum instans sui esse, in primo autem instanti est falsum.

QUESTIO XXIII.

Vtrum forma proprie & per se generetur.

Varitur vigesimotertio. Vtrum verè dici possit quod forma proprie & per se generetur, licet etiam compositum per se generetur. Et videtur quod sic. Primo. Cuiuslibet transmutationes per se vnæ, est aliquis terminus per se vnus. Sed dealbatio Sortis est transmutatio per se vnæ: ergo eius est terminus per se vnus; aut ergo iste terminus est Sortes, aut albedo, aut Sor. albus. Non primum quia terminus generationis capit esse per generationem. Sortes autem non capit esse per dealbationem, cum ei præexistat. Non tertium, quia Sor. albus non est vnus per se, sed per accidens. 5. Metaphysic. text. Commen. 13. ergo albedo est id quod generatur per se. Secundo. Forma prius natura habet esse, quam compositum habeat esse: ergo in illo priori forma est genita per se & non ad generationem compositi, quia compositum nondum est. Consequentia patet. Antecedens probatur. Pro quocumque instanti est compositum, ex aliquibus prioribus est compositum, cum componentia sint prior composito, & constituentia constituto. Sed pro illo signo quo compositum terminat actum generationis, est compositum, ergo componentia non accipiunt esse per generationem compositi: forma autem est componens compositum: ergo &c. Tertio. Illud magis proprie est productum, quod se toto & quolibet sui est productum: quod enim alicui conuenit adæquatè prius conuenit ei quam illi cui non conuenit adæquatè: id autem quod conuenit alicui se toto, conuenit sibi adæquatè. Sed forma est producta se tota: compositum autem est productum se toto: cum materia, quæ est pars eius, non sit producta, primo Physic. ergo &c. Quarto. Id est prius generatione quod est posterius resolutione. Sed corruptio formæ est posterior corruptione compositi: ergo &c. Maior patet. Minor probatur. Id est prius natura, a quo non conuertitur subsistendi consequentia. Sed bene sequitur: Corruptur forma, ergo compositum, sed non sequitur e contra, corruptur compositum: ergo corruptur forma: corruptio enim homine, non corruptur forma hominis.

Ad secundum

Ad tertium.

Ad quartum.

Quod sit esse dum fit.

Cap. ubi supra.

Primario.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Respon

Respondet, quod quidam rationibus suprapositis moti, reprehendant Aristote. in hoc passu dum dicit quod forma non generatur per se: & dicitur quod duplex est forma, scilicet, forma totius: puta humanitas & forma partis: puta anima. Forma totius non generatur alia generatione quàm composita: quia est ipsamet compositum: forma verò partis generatur per se sua propria generatione. Nā tali formæ conuenit duplex esse: habet enim quoddam esse proprium & intrinsecum ei, scilicet, illud esse quo est forma, & quo distinguitur à materia. Aliud etiā esse habet extrinsecum ei & accidentale, scilicet, esse totius: quod participat dum est in toto, quod quidem esse non est proprium formæ: quia conuenit etiam materiæ & toti composito. Et ideo destructo isto esse, adhuc potest manere illud, quod est proprium formæ. Et secundum hoc potest esse triplex generatio. Prima est generatio formæ, qua forma accipit esse sibi proprium. Secunda est generatio compositi. Tertia est generatio qua forma & materia accipiunt esse compositi per quādam participationem: & his tribus generationibus correspondant vniformiter tres corruptiones. Sed quia Aristot. vt inquit commentator primo physice positus est regula in natura: & cui in Philosophia contradici non debeat, nisi fortè vbi deuiat ab his quæ sunt fidei: ideo communiter Peripateticis non negatur eius doctrina: & propter hoc dicendum est quod solum compositum per se generatur: forma verò generatur tantum ad generationem compositi, siue sint formæ accidentales, siue substantiales. per se enim generatur Sortes & Sor. albus dum dealbatur: albedo autem & anima generatur consecutiue. Ad cuius euidenciam est sciendum quod cum dicitur compositum generari prius quàm forma, istud non est intelligendum de prioritate temporis: quia dum ex aqua generatur aer, & similiter in omni generatione substantiali, in instanti abiectionis formæ præcedentis ipsum compositum, puta, aer & forma eius & materia capiunt esse, ita quod istud est primum non esse omnium præcedentium: & est primum esse aeris & materiæ & formæ ipsius. Cum autem in instanti non sit prius & posterius, non potest dici quod forma prius tempore generetur, quàm compositum, aut e contra: sed omnis prioritas quæ ibi est, dicitur prioritas naturæ: quæ potest stare cum similitate temporis: simul enim generatur subiectum & propria passio: & tamen subiectum prius natura generatur quàm passio. Loquendo igitur de ista prioritate, dico secundum Philosophum quod compositum prius natura existit: & capit esse quàm forma & materia. Sed antequam istud probetur: oportet reprobare aliqua quæ dicit opinio supraposita. Et primo cum dicit quod aliud est esse formæ, & aliud est esse compositi. Contra. Esse compositi est illud esse quod resultat ex vnione formæ cum materia: quia ex tali vnione resultat compositum & per consequens esse eius. Sed forma dum vnitur materiæ, communicat ei suum esse: cum materia sub forma non existat nisi per esse formæ: ergo illud esse quod tu dicis proprium formæ, est etiam esse compositi. Secundo. Quot sunt esse, tot sunt generationes: quia cum generatio sit via ad esse, 5. physice textu comment. 7. & generationes plurificentur ex terminis: oportet multiplicari esse, multiplicari generationes. Sed dum ignis generat ignem, non possunt in eodem instanti temporis procedere ab igne plures generationes: ergo non possunt in illo instanti acquiri plura esse. Maior patet. Minor probatur. Plures generationes diuersarum rationum requirunt distincta principia formalia à quibus sint. Sed si aliud est esse formæ ignis, & aliud materiæ: & aliud ipsius ignis, ipsa sunt diuersarum rationum: cum forma ignis non sit esse ignis, nec materia eius: ergo requirunt distincta principia formalia à quibus sint. In igne autem generante non sunt distincta principia formalia quibus generet: cum ignis generet per suam formam substantialem, quæ est tantum vnæ: ergo &c. Tertio. Quicquid habet esse sibi proprium, est ens actu. Sed per se forma habet esse sibi proprium: & similiter materia: & habent per se huiusmodi esse antequam compositum, ergo forma & materia prius sunt actu quàm compositum. Sed ex duobus entibus in actu non potest fieri vnus per se, vt dicitur 8. metaphysic. textu comment. 16. in fine: ergo ex forma & materia non fiet vnus per se. Quod est falsum. Est etiam falsa hæc opinio in hoc quod dicit. Forma totius est ipsum compositum: quia vt probabit infra Philosophus in hoc 7. quidditas compositi non est compositum in rebus materialibus. Et in eodem lib. dicit Philosophus quod ipsum quodquid est non generatur per se.

Triplex generatio.

In fine prologo.

Notandum.

Generatur compositum prius quàm forma prioritate naturæ.

Ratio efficiens.

conclusio responsiua.

educta de potentia materiæ dependet in suo esse à toto composito: ergo non habet prius esse quàm compositum. Sed e contra. Maior patet. Minor probatur. Quælibet pars non dependens à toto quantum ad actiua existentiam, potest naturaliter remanere destructo toto. Illud patet in partibus quantitatis, quæ in toto existunt per esse totius: tamen destructo per solam diuisionem, adhuc illæ partes habent esse proprium eis. Sed forma educta de potentia materiæ, non potest naturaliter existere corrupto composito: ergo dependet ab eo. Secundo. Omne per se genitum præsertim si generatur prius altero, est per se subsistens. Sed formæ naturales non per se subsistunt, sed in alio, scilicet, in materia: ergo &c. Minor patet. Maior probatur. Id quod habet esse prius altero non indiget eo ad sui existentiam cum prius existat: ergo est per se subsistens. Consequentia probatur: quia per se subsistere, est habere esse, & non in alio. Patet igitur quod si forma prius haberet esse quàm compositum, in illo priori subsisteret: quia haberet esse non in alio: quod est falsum.

Ad primum. Ad primum dicitur quod duplex est terminus generationis, scilicet, terminus qui generatur, & terminus quo. Si maior intelligitur de termino genito, non est vera vniuersaliter: quia in generatione accidentali: cuiusmodi est alteratio & augmentum: & motus localis, nihil generatur quod sit vnus per se: licet hoc semper sit in generatione substantiali. Si autem intelligitur de termino quo: sic conceditur maior vniuersaliter & tota ratio: formalis enim terminus dealbationis est albedo: constat autem quod albedo est quid vnus per se. Ad secundum negatur antecedens. Ad probationem dicitur quod forma & materia dupliciter considerari possunt. Vno modo quo ad suas naturas: sicut sunt priores composito: prius enim natura forma & materia sunt quædam natura partialis, quæ constituant totum. Alio modo considerantur quantum ad suum existere, & sic sunt posteriores toto composito. Et si dicatur, contra: Omnis causa prius habet esse quàm suus effectus: ergo forma prius habet esse quàm compositum. Negatur antecedens de causis intrinsecis: cuiusmodi est forma & materia, licet verum sit de causa efficiente. Ad tertium negatur maior. Quia causa quod aliquid per se generatur non est quia generatur, quantum ad quodlibet sui: nec requiritur talis adæquatio, sed causa est, quia ei proprie conuenit subsistere in rebus natura: sola autem composita subsistunt. Et subsistentia conuenit composito adæquatè, adæquatione prædicationis, & per consequens conuenit ei primum. Ita enim propositio, compositum subsistit, habet prædicatum conueniens subiecto primo & per se: nam ideo Sortes subsistit, quia est compositum: & similiter dicitur de aliis in rebus materialibus. Ad quartum dicitur quod quando aliquid generatur solum per modum sequelæ, etiam corruptur solum consequenter ad corruptionem alterius, vt patet de quantitate & aliis dispositionibus consequentibus formam in materia: sicut enim forma prius natura recipitur in materia quàm prædicta accidentia: ita etiam prius abiicitur: & ita est de composito & de forma eius quæ sicut capit esse, quia compositum capit esse, ita corruptur: quia compositum corruptur. Quod autem dicitur de anima intellectiua, non est ad propositum. Nam quod ipsa maneat post corruptionem hominis, non ideo est: quia prius ei conuenit esse quàm composito, sed quia ipsa est immortalis.

Ad primum.

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad quartum.

QUESTIO XXIII.

Vtrum forma generetur per accidens.

Varitur vigesimoquarto. Vtrum sit de ratione formæ quod generetur saltem per accidens in productione qualibet: cuius ipsa forma est terminus formalis. Et arguitur quod non. Primò. Si Deus creasset animas & reliquas formas, antequam vnirentur materiæ: & postea vniret eas materiæ: sicut nunc fit dum compositum generatur, ipsa forma esset formalis terminus productionis substantiæ compositæ. Sed posito illo casu, ipsa forma non produceretur: quia præexistebat, ergo non est de ratione formæ quod producat per omnem generationem, cuius ipsa est terminus. Secundo. In nutritione hominis, anima intellectiua est formalis terminus. Sed anima non producit per nutritionem. Tum quia præexistit nutritioni. Tum quia essent in homine tot animæ, quot sunt nutritiones successiue: ergo &c. Minor patet: & maior: quia non apparet alius formalis terminus nutritionis, nisi forma corporis nutriti, in cuius substantiam conuertitur nutrimentum. Tertio. In resurrectione anima intellectiua

Prima ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

erit formalis terminus: quia nulla alia forma ibi erit: vel saltem ipsa erit forma principalis. Sed constat quod anima per resurrectionem non generabitur: ergo &c.

Terminus duplex.

Respondeo. Et præmitto quod in omni generatione est duplex terminus, scilicet terminus qui, & terminus quo: terminus qui, dicitur proprie ipsum compositum quod producitur & appellatur terminus: quia terminat generationem: eo enim producto cessat generatio. Terminus quo, est ipsa forma rei genitæ, qua mediante compositum terminat generationem. Præmitto secundò quod aliquod generari non est aliud, nisi ipsum capere esse: cum generatio sit mutatio de non esse: ut dicitur 5. Phis. tex. Comment. 7. formam igitur generari est ipsam capere esse: cum prius non esset. Ex his respondetur ad quæst. ista conclusionem.

conclusio responsiva.

In omni generatione substantiæ quæstio: oportet formam generari siue capere esse: non quidem tanquam termini qui, sed tanquam termini quo. Probatur. Primò. Quia Philosophus 2. Phis. tex. Comment. 14. dicit, quod generatio est via ad hoc quod forma fiat. Sed omne quod fit, capit esse: & per consequens generatur: ergo &c. Secundò. De ratione termini producti est quod capiat esse per productionem: alioquin illa productio non esset generatio, cum generatio terminetur ad esse: ergo etiam de ratione termini formalis est quod capiat esse. Patet consequentia: quia Comment. 7. Metaph. Comment. 31. dicit quod quia subiectum formæ non habet esse nisi per formam, idèd generans nõ generat subiectum, nisi quia generat formam. Tertiò. Ad idem est Simplicius in prædicamentis dicens hanc esse differentiam inter actionem & relationem: quia formalis terminus actionis siue generationis generatur: terminus autem relationis non generatur ex ipsa relatione: imò potius e contrâ relatio oritur ex fundamento & ex termino: ut diximus lib. 5. ergo formalis terminus generationis substantiæ materialis generatur. Nec oportet multum conari ad probationem huius conclusionis: quia communiter est concessa.

Supra text. comm. 20.

Ad primum.

Ad argumenta in oppositum, quod verum concludunt, sed nulla illa productionum est proprie generatio naturalis, de qua loquimur. Vnde ad primum dico quod si forma præxisteret materiæ, & postea ei vniureretur, ista nõ esset proprie generatio, quia forma non educeretur de potentia materiæ: nec disponderetur materia dispositione quæ est necessitas ad hoc quod forma de nouo in ea crearetur, sicut contingit in generatione hominis. Ad secundum, dicitur quod nutritio nõ est proprie generatio cõpositi quod nutritur: quia nutritioni compositum præxistit. Ad tertiũ. Dico quod resurrectio nõ erit generatio, sed diuina quædam operatio: vnde in omnibus istis transmutationibus quæ non proprie possunt dici generationes, non oportet formalem terminum produci, sed sufficit ipsum communiari producto, & hoc reperitur in omnibus ante dictis.

Ad secundũ. Ad tertium.

QVÆSTIO XXV.

Vtrum rationes philosophi contra Platonem efficaciter concludant.

Quæritur vigesimoquintò. Vtrum rationes Philosophi contra Platonem efficaciter concludant, quibus probat non posse poni ideas: sicut posuit Plato. In ista autem quæst. seruabo hunc ordinem. Primò dicam quid veritatis habeat opinio Platonica. Secundò quid ei imponat Aristoteles. Tertiò adducuntur rationes Philosophi in contrarium, declarando quomodo concludant. Quantum ad primum non est disputandum hoc loco quid sit Idea. Ab omnibus enim est concessum quod idea est forma exemplaris: siue formam exemplarem appellemus rem producibilem, vt habet esse obiectiuum in intellectu producente: siue eam appellemus formam subiectiuam in intellectu existentem. Dicunt igitur aliqui quod Plato posuit ideas separatas à rebus materialibus, sed existentes in intellectu diuino, sicut ponuntur ideas à theologis. Et quod ista fuerit opinio Platonis dicitur esse manifestum ex libris Plat. præsertim Plotini. Et si ita loquatur Plato vera est eius opinio.

Quid Plato de ideis.

Quid attribuuntur Platoni.

Quantum ad secundum, dicitur Peripatetici Platonem posuisse ideas, id est, formas separatas à singularibus per se existentes: puta, vnum hominem separatum: & lapidem separatum: & sic de qualibet re: has autem ideas dicebat esse tantum formas: quia in quidditate substantiæ non includitur materia, sed ipsa forma est tota quidditas. Motus autem ad hoc ponendum: vt dicit Comment. 7. Metaphys. Comment. 31. Primò, ratione generationis. Nam omne genitum generatur ab aliquo suæ speciei. Sed ea quæ generatur per putrefactionem, non generatur ab aliquo parti-

culari agente suæ speciei: ergo generatur ab illa idea separata. Secundò, ratione scientiæ. De corruptibilibus enim non potest haberi scientia, cum sint contingentia: ergo oportet ponere ideas vt de rebus habeatur scientia. Tertiò, ratione apprehensionis intellectus. Nam intellectus potest apprehendere hominem, nõ apprehendendo aliquod singulare: ergo etiam extra intellectum est homo præter homines singulares.

Suppositum primum.

Quantum ad tertium, arguit Philosophus contra hanc opinionem cuius ratio habetur 7. Metaph. tex. Comment. 28. vbi Comment. præsupponit primo quod generans & genitum conueniunt in eadem forma, non secundum numerum, sed secundum speciem, quod probat, quia forma generantis non fit, cum præxistat generationi: ergo si est eadem cum forma geniti, sequitur quod nihil generetur. Supponit secundo quod substantia materialis non generatur nisi per transmutationem materiæ, quod probat, quia generatio esteductio formæ de potentia in actum. Supponit tertiò quod generatio non terminatur ad vniuersale, sed ad particulare: quia actiones sunt singularium. Quibus præsuppositis arguitur sic. Omne generans transmutat materiam ad formam particularem distinctam numero à forma generantis. Sed idea separata non potest immediate transmutare materiam, ergo non est necessaria propter generationem. Maior patet ex præsuppositis. Minor probatur. Ad cuius euidentiam sciendum est quod huius idea ex quo ponitur esse immaterialis & quædam substantia separata, ipsa esset immobilis in se: quia vt probatur 6. Phis. omne quod mouetur habet materiam: & per consequens se habet semper eodem modo. Idem autem manens idem semper facit idem, vt dicitur secundo de generatione. text. Comment. 56. ergo nihil potest fieri ab idea nisi mediante aliquo: quod aliter & aliter se habeat: primum autè quod aliter & aliter se habet, est primum mobile quod est cælum: ergo idea non transmutabit immediate materiam ad formam, sed tantum mediante motu cæli. Vnde & Philosophus secundo de generatione dicit quod motus solis in circulo obliquo est causa generationis & corruptionis rerum. Et 8. Phis. dicit quod motus cæli est sicut vita natura existentibus omnibus. Ex prædictis habemus hanc propositionem, idea non potest transmutare immediate materiam ad formam substantialem, sed tantum mediante motu cæli: cui subsumitur ista minor propositio. Sed idea non requiritur ad motum cæli, cum intelligentiæ ad hoc sufficiant: vt probatur 8. Phis. & 12. Metaph. ergo, &c. Et ideo Comment. sic dicit Comment. 31. impossibile est, vt scilicet agens transmutet materiam, nisi mediante corpore aliquo non transmutabili, scilicet corporibus cælestibus. Confirmatur. Primum in vnoquoque genere est causa omnium quæ sunt post: vt dicit Philosophus 10. Metaph. tex. Comment. 7. Sed motus cæli est primus omnium motuum tempore, natura & perfectione: ergo impossibile est materiam quouis modo transmutari, nisi præsupposito motu cæli. Maior patet. Minor probatur quo ad singulas eius partes. Nam quod sit prior natura, patet: quia sine ipso non potest esse aliquis aliorum motuum: & probatur 8. Phisico. augmentatio enim præsupponit alterationem, & alteratio præsupponit quod alterabile sit approximatum alteranti. Est etiam alia ratio. Nam licet alij motus plus ponant in suo subiecto, tamè motus localis plus ponit in aliquo: quia motus localis est causa eius quod acquiritur per quemcũque alium motum. Nisi enim cælum moueretur localiter, nihil generaretur. Quod etiam sit prior tempore, patet: quia solus ille potest esse perpetuus: vt dicitur 8. Phisico. Quod autem sit prior perfectione patet: quia ipse solus est regularis & vniformis, nec variat suum subiectum secundum aliquid absolutum inhaerens ei. Et si dicatur contra hoc: quia nobilitas motus accipitur ex nobilitate termini, cum sint eadem res. Sed terminus alterationis & augmenti & generationis sunt nobiliores termino motus localis: cum illi sint res absolute: & ille sit respectus qui est vbi: ergo &c. Respondetur quod motus potest accipi dupliciter. Vno modo quo ad eius entitatem secundum quam est idem omni termino suo: & sic conceditur id quod dictum est. Alio modo accipitur motus vt motus est, id est, secundum suam rationem formalem. Sicut enim relatio est idem cum fundamento: & tamen dicitur minima entitatis, quia ex sua ratione formalis parum ponit: hoc enim modo comparatur motus ad terminum: non sicut effectus ad causam, sed sicut potentia ad actum: & sicut imperfectum ad perfectum: & ideo cessat motus acquisito termino. Quantò igitur terminus est perfectior, tantò motus est imperfectior: quia est priuatio maioris perfectionis. Contra hanc primam rationem arguitur. Primò. Deus est substantia separata, & tamen immediate potest transmutare materiam ad formam

Suppositum secundum. Suppositum tertium.

Notandum.

Tex. com. 1.

Te. cõ. 7. 4. Motus localis an præcedat alios.

QVÆSTIO XXVI.

Vtrum quidditas substantiarum materialium includat materiam partem sui.

Tex. cõ. 13.

soluuntur obiecta in Ar.

Secunda ratio Arist.

Tertia ratio Arist.

Ad rationes Plato.

formam: ergo hoc non repugnaret ideæ: quia sit forma separata. Secundò. Cælum non generat viuencia, nisi mediante virtute sibi influxa ab intelligentia. Sed illa virtus est forma accidentalis, ergo intelligentia quæ est forma separata, potest immediate causare aliquam formam. Tertiò. Quanto aliquid est magis in actu: tantò potest perfectius agere: vnumquodque enim agit secundum quod est actu: vt dicitur 9. Metaphys. Sed forma separata est magis in actu quàm forma in materia: quia illa non est admittit potentialitati: ergo sicut forma in materia potest transmutare materiam, etiam forma separata hoc poterit. Quarto. Forma separata est perfectior quàm coniuncta: ergo magis potest operari. Quinto. Cælum est pura forma: vt dicit Commentator in de substantia orbis. Sed cælum immediate transmutat materiam ad formam: vt patet in generatione per putrefactionem: ergo &c. Ad primum dicitur: quod non potest transmutare materiam ad formam non repugnat præcisè formæ: quia sit forma separata, sed quia est forma finita separata: ita quod & finita & separatio sunt totalis ratio huius impossibilitatis: nec aliqua istarum per se sufficit: Deus autem est infinitæ virtutis. Ad secundum dico: quod licet forma separata non possit immediate causare formam habentem esse perfectum & quietum in materia, potest tamen influere formam se habentem per modum passionis intentionalis eo modo quo agens principale dicitur causare aliquam formam in instrumento cui ipsum mouet: quæ forma & virtus potius est in fieri quàm in facto esse, & hoc modo intelligentia primo modo infuit, cælo quandam virtutem tanquam instrumento: & postea infuit motum quo mediante generatur hoc inferiora. Ad tertium dico, quod quanto aliquid est magis in actu, tantò potest habere nobiliorem operationem: non tamen potest habere immediate quamcunque operationem. Vnde intelligentia & forma separata possunt intelligere & velle quæ sunt nobilissimæ operationes: non tamen possunt immediate transmutare materiam ad formam quæ est operatio ignobilior. Et per hoc patet etiam responsio ad quartum: quia ad actionem talium formarum necessario requiritur materia. Ad quintum negatur maior. Non enim negat Commentator cælum habere materiam, sed dicit quod non habet materiam subiectam priuationi, vt dicitur infra. Secundam rationem principalem pro opinione Philosophi ponit Commentator Comment. 31. circa finem: & est talis: Agens particulare transmutat materiam ad formam: ergo idea separata non potest eam transmutare. Antecedens probatur. Ab eodem agente causatur forma substantialis à quo disponitur materia vltima dispositione quæ dicitur necessitas: quia impossibile est quod agens causet aliquid, quin etiam causet ea quæ ad ipsum necessariò consequuntur. Et propter hoc ab eodem generante sunt effectiue propriæ passionis, à quo est subiectum earum. Sed forma necessariò concomitatur perfectam dispositionem: quia ideo dicitur necessitas, quia ad ipsam necessario consequitur forma: ergo &c. Consequentia etiam probatur. Impossibile est quod idem effectus dependeat à duabus causis sufficientibus eiusdem speciei: alioquin à qualibet earum esset dependens, & non dependens: quod patet: quia qualibet earum posita, & altera remota: adhuc effectus erit: ex quo ponitur quod vtraque per se est sufficiens. Sed idea est eiusdem speciei cum substantia particulari, vt concedit etiam Plato & idea est causa sufficiens. Probatur est etiam quod substantia particularis est causa sufficiens: ergo si est substantia particulari non potest esse ab idea. Tertiam rationem ponit Philosophus textu Comment. 45. vbi sic arguit. Substantia vniuersaliusque est ei propria. Sed idea non est propria alicui indiuiduo: ergo non potest esse eius substantia. Maior patet: quia illa sunt distincta quorum substantiæ sunt distinctæ. Minor probatur. Id quod est commune multis, nulli eorum est proprium, sed idea est communis omnibus indiuiduis, cum ponatur esse quoddam vniuersale: ergo &c. Istæ duæ vltimæ rationes videntur factis claræ: nec patiuntur magnas instantias. Rationes autem pro opinione Platonis non concludunt. Nam prima soluta est supra in quæst. de generatis per putrefactionem. Secunda etiam non concludit: quia de corruptibilibus est scientia, non inquantum sunt corruptibilia, sed quantum ad rationes eorum vniuersales & necessarias. Tertia soluetur infra: vbi queritur: an sit possibile quidditas rerum sensibilium esse separatas.

Primatio.

Secunda ratio.

Auer. op. Prima propositio.

Secunda propositio.

Tertia propositio.

Rationes pro opin. Auer.

Conclusio Auen.

Duplex forma.

Materia an pars quidditatis.

Quæritur vigesimo sexto, vtrum quidditas substantiarum materialium includat materiam tanquam partem sui. Et videtur quod non. Primò. Quicquid pertinet ad quidditatem significatur per diffinitionem, sed diffinitio non significat materiam: ergo &c. Maior patet. Minor probatur. Si diffinitio significat materiam: aut significat eam secundum nudam eius essentiam, aut secundum quod est affecta qualitatibus sensibilibus. Non primum: quia vt sic, materia est ignota: & per consequens non est principium notificans diffinitum. Non secundum, quia sequitur quod diffinitio substantiæ materialis esset per additamentum. Secundò, omnes partes diffinitionis sunt formales: ergo materia non significatur per diffinitionem. Consequentia patet. Antecedens est Philo. 2. Metaph. Com. 2.

Respondeo quod circa hoc fuit antiqua quæstio inter Auerroem & Auen. Nam Auer. opinio in quibusdam propositionibus consistit: quarum prima est: quod omnes substantiæ sensibiles, præsertim si sint generabiles & corruptibiles, habent materiam. Hoc enim expressè dicit Philosophus 8. Metaph. tex. Comment. 3. vbi ait: Sensibiles autem substantiæ omnes habent materiam: & 7. Metaphys. textu Comment. 24. ait: substantia est materia & species, & quod ex his est quidem vt materia pars alicuius dicitur. Secunda propositio est: quod nulla substantia sensibilis est sua quidditas: puta homo non est humanitas, sicut expressè ponit Philosophus 7. Metaphysico. tex. Com. vltim. vbi quantum ad hoc ponit differentiam inter substantias materiales & immateriales: quia in materialibus differt quidditas ab eo cuius est. In materialibus autem est idem. Tertia propositio est quod quidditas non est nisi ipsa forma, & ideo includit materiam. Humanitas enim & anima hominis sunt eadem res omnino, sed dicitur anima siue forma inquantum actuat materiam, dicitur autem humanitas, inquantum per eam homo ponitur in specie. Motus autem fuit ad hoc ponendum principaliter: quia Philosophus 7. Metaphysico. textu Comme. 35. sic dicit, Quoniam verò animalium anima est forma ipsorum: hæc enim est substantia animati & species & quod quid est erat esse. Quod autem prædicta opinio sit Auer. patet. Nam 7. Metaphys. Comment. 35. sic dicit, Quidditas hominis est homo vno modo: & non est homo alio modo. Est enim homo, id est, forma hominis: & non est homo congregatus ex materia & forma. Et Comment. 34. dicit quod quando in aliqua diffinitione ponitur materia talis materia non est pars quidditatis. Et in eodem Comment. sic dicit: Materia vero dicitur secundum considerationem ad substantiam, compositam ex materia & forma esse pars substantiæ secundum vero considerationem ad substantiam declarantem essentiam rei non dicitur esse pars substantiæ, sed esse apprensus deferens formam & eius diffinitionem. Probatur autem ista opinio. Primò. Id per quod distinguitur suppositum à quidditate non includitur in quidditate: alioquin suppositum & quidditas non distinguerentur per illud, sed in eo conuenirent. Sed suppositum distinguitur à quidditate, quia habent materiã: (vnde in separatis à materia non est distinctio suppositi & quidditatis) ergo cum suppositum includat materiam, quidditas eam non includit. Secundò. Omne habens materiam potest esse & non esse, vt dicit Philosophus 7. Metaph. Sed quidditas nõ est generabilis, nec corruptibilis, vt dicitur in eodem 7. ergo &c. Opinio autem Auen. quam sequitur etiam Sanctus Thomas & Scot. est quod quidditas rei materialis non solum est ipsa forma, sed est quid compositum ex materia & forma. Humanitas enim constituitur ex materia & anima intellectiua. Vnde dicunt isti quod duplex est forma. Vna est forma partis, id est, forma quæ est pars compositi: & dicitur forma partis secundum constructionem intransitiuam: & hoc modo quidditas non est ipsa forma: humanitas enim non est anima. Alia est forma totius, id est, quæ est totum. Et dicitur forma, quia significatur abstractiue. Omne enim abstractum significatur per modum principii formalis respectu sui concreti: & hoc modo quidditas est forma, sed talis forma componitur ex materia & forma partis. Quod probatur. Primò. Si materia non est pars quidditatis, sequitur quod ipsa sit nihil. Sed hoc est falsum: ergo &c. Falsitas consequentis patet: alioquin substantia particularis componeretur ex nihilo. Consequentia probatur. Omnis entitas præter primam causam est in aliquo genere: alioquin 10. prima genera non

non diuiderent sufficienter ens commune. Sed si materia non est pars quidditatis, non est in genere, ergo est nihil. Maior patet. Minor probatur. Quicquid est in genere, aut est quidditas, aut habens quidditatem, aut est pars alicuius quidditatis. Sed materia non est quidditas, ut patet, nec habens quidditatem, id est, suppositum per se existens, nec per te est pars quidditatis: ergo est nihil. Secundò. Si tantum forma est quidditas, sequitur quòd forma sit ens completum in specie, sed hoc est falsum: ergo &c. Maior patet: quia quidditas & natura specifica idem sunt. Minor probatur. Nullum completum in specie facit cum altero vnum per se. Sed forma facit vnum per se cum materia, ut dicitur 8. Metaph. tex. Commen. 16. ergo &c. Tertio. Quidditas substantiæ compositæ sufficit ad hoc quòd talis substantia sit: nec aliud principium requiritur. Sed forma non sufficit: alioquin compositum posset esse, dato quòd non haberet materiam: ergo non sola forma est quidditas. Quarto. Sequitur quòd quando diffinitur substantia materialis, si in tali diffinitione non ponentur accidentia, sed tantum materia & forma, adhuc ista diffinitio esset per additamentum contra Philo. 7. metaph. Probatur consequentia: quia in ea ponitur aliquid, quod est per te extra quidditatem, scilicet materia.

Ad primam Ad rationem pro opinione Auer. responderetur. Ad primam in principio quæst. dicitur quòd in diffinitione substantiæ materialis non ponitur materia nuda. Sed materia affecta qualitatibus sensibilibus, scilicet calido, humido &c. puta carnes, ossa, sanguis &c. Ad huius improbationem dicitur, quòd omnis diffinitio substantiæ materialis est per additamentum. Non enim distinguitur diffinitio substantiarum à diffinitionibus accidentium: quasi quòd nulla diffinitio substantiæ sit per additamentum: sed in hoc distinguitur: quia diffinitio accidentis est per additamentum. Non autem requiritur hoc generaliter in diffinitione substantiæ, siue in communi, siue in speciali: licet hoc sit necesse in diffinitionibus naturalibus. Ad secundum dico quòd partes diffinitionis dicuntur formales: non quia quælibet pars diffinitionis sit forma: quia etiam Comment. 3. Metaph. Comment. 3. dicit quòd diffinitio significat materiam & formam, sed dicuntur formales respectu diffinitionis in quantum ipsum notificat. Ad primum eorum quæ sunt in quæst. dicitur quòd suppositum non distinguitur à quidditate: eò quòd quòd suppositum includat materiam: & quidditas non includat, sed quia suppositum includit accidentia indiuiduantia, quæ non includit natura: huius autem accidentia non includeret nisi haberet materiam. Ad secundum negatur minor: non enim intendit Philosophus quòd quidditas nullo modo corrumpatur, sed quòd non corrumpitur primò & per se, sed ad corruptionem suppositi. Sed quia opinio Auer. sustineri potest: maximè propter auctoritatè tanti viri: responderetur etiam ad argumenta pro opinione Auer. Ad primum negatur consequentia. Ad probationem negatur minor. Ad probationem negatur maior. Ad cuius euidentiã est sciendum: quòd licet quidditas non includat materiam: ipsa tamen non potest esse separata secundum esse à materia: ut dicitur 8. Metaph. Comment. 3. Vnde in substantia composita est materia non tanquam pars quidditatis, sed tanquam sustentans & deferens quidditatem. Et ideo licet non sit quidditas, nec pars quidditatis, nec habens quidditatem: est tamen in genere tanquam sustentans eam. Ad secundum negatur minor. Ad probationem negatur maior. Ad hoc enim quòd ex duobus fiat vnum per se omnimoda persicite Metaphysica, duo requiruntur & sufficiunt. Primum est quòd sint eiusdem generis, secundum est quòd alterum sit pura potentia. Defectu primi non fit vnum per se ex subiecto & accidente. Defectu secundi non fit vnum per se ex duabus substantiis perfectis. Quòd autem vnum eorum sit completum in specie, hoc non impedit: dummodo alterum sit pura potentia & sint eiusdem generis: ergo &c. sicut est in proposito. Ad tertium dicitur quòd quidditas sufficit in ratione principij formalis, sed præter hoc requiritur etiam principium materiale per quòd formale principium deferatur. Ad quartum negatur consequentia. Quia ratio quòd aliqua diffinitio dicatur esse per additamentum, non est quòd ponatur in ea aliquid quòd sit extra quidditatem diffinitionis, sed ratio præcisè & totalis est, quia tale possumus esse extra genus diffinitionis: & propter hoc qualibet diffinitio accidentis est per additamentum, quia semper ponitur substantia quæ est alterius generis ab accidente. Materia autè licet sit extra quidditatem substantiæ (est tamè eiusdè generis cù ea) consequenter haberet cõcedere illa opinio quæ relatiuè ponitur in diffinitione quidditatiuæ correlatiuè, quia eiusdè generis sunt.

Diffinit. subst. mater. iuxta per addit. Ad secundum Solutio rationum Auer. contra Auer. Ad primum

Ad primum Ad argumenta responderetur. Ad primum negatur consequentia. Ad probationem dico quòd cum creati terminetur ad esse, illud propriè creatur & fit, quod est per se subsistens: & ideo ad hoc quòd aliqua forma propriè creetur, oportet quòd ex nihilo fiat, à quo habeat esse dependens; sicut anima rationalis, quæ licet fiat in materia, tamen ab ea non dependet. Cùm igitur formis naturalibus præexistat materia à qua dependet: nec sint per se subsistentes, non sequitur quòd creentur. Ad secundum. Admittitur responsio quæ ibi data est. Ad improbationem eius dicitur, quòd consequens illarum est verum ad hunc sensum: Nallum mobile mouetur motu qui sit violentus, scilicet contra inclinationem cuiuslibet partis ipsius mobilis, quia nullus motus est contra inclinationem materiæ: sed motus violentus ideo præcisè est violentus: quia est contra inclinationem formæ ipsius mobilis. Ad tertium negatur consequentia. Ad probationem negatur assumptum. Et dico quòd passum conferre vim non est ipsum coagere agenti, sed est ipsum habere naturalem inclinationem ad id quòd fit ab agente. Ad quartum dico quòd artificialia in hoc distinguuntur à naturalibus: quòd cùm principia actiua vtrorumque sint ad extra: materia artificialium reducitur in actum tantum per artem: materia vero naturalium reducitur in actum per agens naturale. Item quia in quibusdam quæ sunt à natura, principium actiuum est aliquo modo ad intra: ut diximus de virtute quæ est in femine: & hæc est intentio Philosophi. Ad confirmationem dico quòd oportet principia semper manere quandiu res naturalis conseruatur. Ad quintum dicitur, quòd dictum Cõmentatoris de virtute sermonis est falsum. Dicitur autem agens naturale non largiri multitudinem: quia nihil generat totalitè nouum: cuius nulla pars præcesserit, id enim quòd propriè generatur est compositum, cuius altera pars, scilicet, præcessit. Et ad hunc sensum accipienda est alia auctoritas Cõmentatoris dicentis 7. Metaphysic. Commen. 3. quòd generans non est producens, sed extrahens. Non enim propriè producit formam, sed composi-

Ad secundum Ad tertium Ad quartum Ad quintum

Ad sextum

Ad septimum

Ad octimum

qua ita fiunt ab arte, quòd nullo modo possunt fieri à natura: ut domus: quædam verò possunt fieri & ab arte, & à natura, ut sanitas: dicens hoc esse, quia in his quæ possunt fieri à natura præexistat aliqua pars eius quòd sit. Circa quòd queritur.

QUÆSTIO XXVII.

Utrum forma introducenda præexistat in materia, vel tota, vel pars eius.

Quæritur vigesimo septimo. Utrum aliqua pars forme introducendæ, vel tota forma præexistat in materia. Et videtur quòd sic. Primò. Si nihil forme præexistit, sequitur quòd forma creatur ab agente naturali. Sed consequens est falsum, quia creatio requirit virtutem infinitam: ergo. Consequentia probatur: quia agens produceret formam ex nihilo. Dicitur fortè, quòd creatio est omnino ex nihilo, etiam subicitur, quia in creatione non præsupponitur materia. Contra. Anima rationalis creatur: & tamen præsupponitur materia eius productioni, cùm non producatur nisi in materia: ergo, &c. Secundo. Omne quòd naturaliter fit, habet in se principium sui motus, ergo in materia ex qua fit compositum naturale, præexistit principium motus, quòd est ipsa forma. Dicitur fortè, quòd cum natura dicatur de materia & forma secundo Physic. tex. cõ 4. ad motum naturalem sufficit habere in se principium passiuum sui motus: quòd est materia. Contra. Si materia sufficit ad hoc quòd motus sit naturalis, sequitur quòd nullus motus sit omnino violentus, sed quocunque assignato qui sit violentus, ipse erit partim naturalis. Probatur consequentia: quia nullus motus est contra inclinationem materiæ: cùm ipsa sit inclinata naturaliter ad omnem formam & per consequens ad omnem motum. Tertio. Sequitur quòd introductio formæ in materiam sit violenta: quòd est contra Philosophum primo Physic. tex. Commen. 81. Consequentia probatur: quia principium huius introductionis esset extra, & passum nullam cõferret vim: quia conferre vim alteri est ei coagere: quicquid autem alteri coagit est aliquo modo actu: quòd non potest dici de materia secundum se: ergo illa introductio esset violenta: quia violentum dicitur cuius principium est extra non conferente vim passiuo. Quarto arguitur: quia Philosophus in hoc textu dicit artificiale differre à naturalibus: quia principium rei artificialis est omnino extra: principium autem rerum naturalium est intra. Nec est dicendum quòd loquatur de principio materiali: quia sicut materia præexistit composito naturali: ita in cõposito artificiali: ergo intelligit Philosophus de principio formali. Confirmatur: quia Philosophus primo phys. tex. commet. 49. dicit quòd oportet principia semper manere. Sed nulla forma semper manet secundum esse perfectum, ergo secundum esse imperfectum. Quinto. Philosophus 8. Metaphysic. tex. commet. 25. assignat causam quare compositum ex materia & forma est vnum, dicit quòd hoc ideo est: quia id quòd erat in potentia fit in actum ab agente, in omnibus in quibus est generatio. Vbi sic dicit Comment. Est ergo aliquid vnum, quòd prius est in potentia, & postea transferretur in actum, translatio autem eius non largitur ei multitudinem, sed perfectionem in esse. Sed si forma non præexistet, largiretur genito multitudinem: ergo &c. Sextò. Forma educitur de materia: ergo in materia præexistebat: patet consequentia: quia nihil educitur de eo in quo non est.

Prima ratio. Secunda ratio. Tertia ratio.

Quarta ratio. Ethic. 6. c. 1.

Quinta ratio.

Sexta ratio.

Formam præexistere in materia est tribus modis.

Formam præexistere in materia est tribus modis.

Formam præexistere in materia est tribus modis.

Formam præexistere in materia est tribus modis.

materiæ. Si detur secundum, habeo intentum: quia essentia materiæ non est essentia formæ: cùm materia sit pura potentia, & forma sit actus: potentia autem & actus opponuntur: nec aliquis gradus vnus oppositi potest stare cum summo gradu alterius oppositi. Si detur primum. Contra. Sit illud præexistens, a, & materia sit, b. Tunc sic. Ex duobus vnitis præsertim si vnum sit potentiale, & reliquum actuale, necessario fit aliquod vnum: ergo vel ex a, & b, fit vnum per se, vel sit vnum per accidens. Non vnum per se: quia omne tale est terminus generationis, & per consequens non præexistit generationi. Non etiam est dicendum quòd fiat vnum per accidens: quia tunc sequitur quòd ens per accidens sit prius ente per se. Tertio id quòd simpliciter capit esse per generationem compositi, non præexistit in generatione. Sed forma est huiusmodi: ergo &c. Maior patet: alioquin generaretur postquam est. Minor patet ex præcedenti quæstione. Quarto. Sequitur quòd in eadem parte materiæ essent duæ formæ substantiales. Consequens est falsum, ut infra probabitur, ergo &c. consequentia probatur: quia dum ex aère debet generari ignis: tunc est forma aquæ, & per te præexistit etiam forma ignis: ergo sunt duæ formæ. Quintò. Aut illud præexistens est vnum numero respectu omnium formarum, aut tot sunt quot sunt formæ. Si idem numero: ergo aliquid idem numero est in forma aquæ, & in forma ignis: & cum tale præexistens non sit forma aquæ, & forma ignis quæ distinguuntur specie, sequitur quòd forma ignis esset composita ex partibus diuersarum rationum. Si est aliud & aliud: cùm non possit esse in materia nisi ipsam informet, sequitur quòd eadem materia simul sit informata formis diuersarum specierum. Sexto. Aut per generationem acquiritur aliquid nouum quòd non præfuit, aut nil nouum acquiritur. Si sic, ergo forma non præfuit: quia formam appellamus tantum id quòd de nouo acquiritur. Si nihil, ergo omnia semper fuerunt. Septimò. Quicquid potest producere ens perfectius, potest producere ens imperfectius eiusdem rationis. Sed inchoatio formæ, est imperfectior gradus formæ acquirendæ: & sunt eiusdem rationis: ergo cum agens siue generans producat formam, sequitur quòd etiam posset producere illam inchoationem: quòd tu negas. Octauò. Si in materia præexistit inchoatio formæ, sequitur quòd forma sit composita ex illo præexistente: & ex eo quòd de nouo acquiritur. Sed hoc est falsum: cùm forma substantialis sit simplex: ergo &c. Ex prædictis rationibus patet expressè quòd in generatione rei naturalis, nihil formæ generandæ præexistit in materia, sed tantum ipsa materia præexistit tanquam purum potentiale in quo sunt potentialiter omnes formæ.

Prima ratio. Secunda ratio. Tertia ratio.

Quarta ratio. Ethic. 6. c. 1.

Quinta ratio.

Sexta ratio.

Formam præexistere in materia est tribus modis.

Formam præexistere in materia est tribus modis.

Formam præexistere in materia est tribus modis.

Formam præexistere in materia est tribus modis.

tum, formam vero extrahit de potentia materiæ. Ad sextum dico: quòd formam educi de potentia materiæ, non est formam præfuisse actu in materia, sed est formam incipere esse actu in materia, in qua prius erat tanquam in potentia, & à qua dependet, & ipsam materiam trahit ad participandum esse formæ.

QUÆSTIO XXVIII.

Utrum opinio tenentium inchoationem formarum possit teneri rationabiliter.

Quæritur vigesimo octavo. Utrum prædicta opinio de inchoatione formarum possit rationabiliter teneri. Et videtur quòd non, propter rationes factas contra eam in præcedenti quæstione, præter quas ad huc arguitur. Primò. Sequitur quòd idem numero posset per naturam reparari. Sed hoc est falsum, ut omnes concedunt, ergo &c. Consequentia probatur. Sit ignis, a, ex quo generetur, b, aqua, & postea ex b, aqua generetur, c, ignis, constat quòd ignis, a, & ignis, c, habent eandem numero materiam, & habent eandem numero formam, quia per te forma ignis semper est eadem in materia, licet aliquando habeat esse confusum, & aliquando habeat esse distinctum, ergo est idem indiuiduum. Secundò sequitur, quòd generatio formæ substantialis esset intentio. Sed hoc est falsum, quia cum intentio formæ sit alteratio, non potest esse in substantia. Consequentia probatur. Omnis forma quæ manens eadem, nunc est imperfecta, & postea perfecta, intenditur & remittitur. Sed generatio esteductio formæ de esse imperfecto ad esse perfectum, cùm forma præexistat in materia: ergo &c. Tercio omnis forma quantumlibet imperfecta, est alicuius bonitatis. Sit igitur perfectio formæ in materia confusè ut quatuor, perfectio vero formæ completa generatione sit vt quinque. Aut igitur quando generatio fit paulatim producitur ex imperfectione, vt quatuor ad perfectionem maiorem, aut non. Si primum, forma erit intensibilis. Si secundum, fiet motus ab extremo in extremum sine medio. Quarto. Sequitur quòd materia non sit immediatum subiectum generationis contra Philosophum primo de generatione, textu Commen. 10. dicitur, quòd in generatione fit transmutatio totius in totum: nihil remanente quòd per se subiectum sit nisi materia prima. Consequentia probatur. Terminus ad quem generationis est imperfectio formæ: & terminus ad quem est perfectio eiusdem. Sed immediatum subiectum huius imperfectionis & perfectionis, non est materia, sed forma. ergo &c. Tercia ratio.

Prima ratio. Secunda ratio. Tertia ratio.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Sexta ratio.

Formam præexistere in materia est tribus modis.

Formam præexistere in materia est tribus modis.

Formam præexistere in materia est tribus modis.

Formam præexistere in materia est tribus modis.

Tex. cõ. 29. Dubitabit autem aliquis. Hoc loco declarat causam quare eorum quæ sunt, ali-

formæ ad quam mouetur, quæ potentia est inchoatio formæ. Tota igitur forma est ab intra, scilicet secundum esse potentiale, ut idem Albertus ait s. Metaphys. tractatu 3. c. 12. & tota est ab extra secundum esse actuale. Falsò itaque ascribitur Alberto quòd dicat formam præexistere in materia actu. Nec beatus Th. 2. Phys. arguit contra Albertum: eum dicit quosdam putare generationem ideo esse naturalem, quia forma quæ est in materia coagit agenti, sed arguit contra quosdam alios, qui illud existimabant: quos etiam reprehendit ipse Albertus 1. Phys. tractatu 3. cap. 15. Vtrum autem hæc opinio dicentium formam præexistere in materia secundum esse imperfectum, sit vera, arbitror quòd non, sed tamen gratia exercitij & disputationis volo declarare quem sensum habeat ista opinio: & quomodo responderetur ad rationes contra ipsam, ut appareat quòd si etiam esset Alberti, saluari potest.

Primum modum ponendi inchoationem.

Circa hanc opinionem sunt duo modi dicendi. Primus est dicentium quòd in materia est quantitas cœterna materiæ: sicut ponit Comment. in de substantia orbis: & Albertus s. Metaphys. Ex hoc principio dicunt aliqui quòd forma generanda non præexistit in materia secundum se actu, sed tantum potentia: præexistit tamen actu secundum formam corporeitatis, quæ est eiusdem generis cum forma generanda: quia forma corporeitatis coagit agenti ad quamlibet formam specialem. Et hæc videtur opinio Linc. in libr. de luce. vbi vult quòd materiæ sit concretus quidam habitus confusus, scilicet forma corporeitatis, cōfusè continens omnes formas speciales, sicut genus confusè continet differentias. Agens autem naturale deducit hanc formam corporeitatis ad esse specificum: puta ad esse ignis: & aquæ & huius. Et secundum hoc diceretur quòd vna est inchoatio omnium formarum specialium: quia vna est forma corporeitatis cœterna materiæ. alij dicunt quòd ipsa forma non præexistit in materia secundum se ipsam, sed secundum esse imperfectum: per agens autem naturale deducitur ad esse perfectum, accipientes occasionem ex verbis Auer. 7. Metaphys. dicit enim Comment. 27. Id quod est in actu, nihil est aliud ab eo quòd est in potentia. Imaginantur enim isti quòd in materia sit forma ignis & terræ, & omnium aliorum quæ generari possunt, sed dicunt quòd istæ formæ non dant materiæ aliquod esse distinctum & specificum, propter earum imperfectionem. Antè enim quam generetur ignis, illa forma ignis, quæ in materia præexistit, non dat ei esse igneum, quia tamen est forma: ideo ibi dicitur esse formale, sed esse confusum: puta, esse corporeum, & idem esse dant omnes alie formæ, quæ sic præexistunt. Et quia non dat esse distinctum, dicitur quòd est secundum esse formabile, id est, potentiale, ad esse distinctum per actionem agentis. Verbi gratia, cum materia transmutatur per caliditatem & siccitatem, essentia illius formæ quæ prius erat sub esse confuso, deducitur ad esse distinctum, ut sit forma ignis in actu, & sic de alijs est dicendum. Et si queratur vtrum omnium formarum sit vnica inchoatio, aut singule formæ habeant singulas inchoationes, dico quòd tot sunt inchoationes, quot sunt formæ specie distincte, respectu autem formarum eiusdem speciei, est vnica inchoatio. Cuius ratio est, quia si tot essent inchoatiua formæ ignis, quot formæ ignis possunt successiue recipi in materia, cum illæ sint infinite, sequitur quòd actu essent infinite inchoationes eiusdem speciei in materia. Item si alia esset inchoatio formæ ignis, a, & alia ignis, b, nulla apparet ratio, quare dū generatur ignis, potius introduceretur, a, forma quàm, b, forma: & ideo idem est omnium formarum eiusdem speciei: & hæc est opinio quæ Alberto ascribitur.

Ad rationes huius questionis.

Ad rationes in oppositum respondetur. Et primo ad eas quæ in principio huius questionis positæ sunt. Ad primum negatur consequentia. Ad probationem dicitur, ut ait Albertus s. Metaphys. tractatu 3. & 4. quòd materia potest dupliciter considerari: Vno modo quantum ad suam substantiam, id est, in quantum est substantia, quæ est fundamentum formæ: & sic est eadem successiue sub diuersis formis, sed ut sic non indiuiduat. Alio modo accipitur materia in ratione materiæ: materia enim ut materia dicitur potentiam ad transmutationem. Alia autem saltem ratione est potentia ad hanc transmutationem quàm ad aliam, & hoc modo non est eadem materia sub distinctis formis: quia distincte formæ non recipiuntur in materia nisi per distinctas mutationes, & hoc modo materia indiuiduat. Ad hoc ergo quòd sit idem indiuiduum iuxta viam Alberti, oportet quòd habeat eandem materiam & eandem formam, acquisitam per eandem numero mutationem, quòd non est in casu illius argumenti. Sed contra. Substantia non mensuratur tempore, ergo identitas aut diuersitas temporis nihil facit ad hoc quòd sit idem indiuiduum. Responde-

tur quod licet substantia in quantum est substantia non mensuretur tempore subiacet tamen in quantum est indiuidua naturaliter. Ad secundum negatur consequentia. Ad probationem negatur maior. Ad hoc enim quòd forma aliqua intendatur oportet quòd educatur de esse imperfecto, sed distinctio est ad esse perfectum & distinctum. Si autem forma eadem manens, prius habeat tantum esse confusum & postea esse distinctum, non dicitur propter hoc intendi: & sic est in educatione formæ substantialis. Formæ autem accidentales aut non habent inchoationem in subiecto: quia cum subiectum sit in actu, sufficiens est coagere ad productionem accidentis: vel si habeat inchoationem, non dicitur proprie intendi quando educuntur de illo esse confuso ad esse distinctum, sed tunc habent generari & fieri. Intenduntur autem quandoque ex esse distincto, sed in perfecto, educuntur ad esse perfectius. Ad tertium dico quòd forma substantialis in instanti educitur de esse imperfecto ad esse perfectum: nec oportet pertransiri aliqua media: quia in forma substantiali non sunt gradus & latitudo. Ad quartum negatur consequentia: quia ad generationem sufficit quòd materia sit immediatum subiectum illius entitatis quæ est forma & terminus ad quæ & a quo, & sic est in proposito: quia perfectio & imperfectio formæ non sunt res distinctæ ab ipsa forma.

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad quartum.

Ad rationem primam.

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad quartum.

Ad quintum.

Ad sextum.

Ad septimum.

Ad octauum.

Ad argumenta posita in præcedenti questione respondetur. Ad primum dicitur quòd Philosophus in ista auctoritate 7. Metaphys. intendit solum dicere: quòd domus & ignis sunt ab extra tanquam ab eo quòd proprie est generans: cum hoc autem stat quòd in materia est inchoatio formæ ignis: quia hæc inchoatio non est agens per medium transmutantis, sed tantum per modum inclinantis. Auctoritas autem s. Phys. intelligenda est quòd generatio est mutatio ex negato secundum esse imperfectum, & distinctum in affirmatum secundum tale esse distinctum. Et eodem modo intelligitur illud dictum in postprædicamentis. Ad secundum, dicitur quòd inchoatio formæ est res distincta à materiæ: hæc autem inchoatio non facit proprie vnum, neque per accidens, neque per se cum materia, quia omne quòd per se facit vnum cum materia, dat ei aliquod esse distinctum ut esse ignem: esse album: & sic de alijs. Ad tertium negatur minor. Nam forma non capit simpliciter esse, sed tantum esse distinctum. Ad hoc enim quòd mutatio aliqua dicatur generatio, sufficit quòd terminus sit forma substantialis, & quòd per talem mutationem educatur de esse confuso ad esse dictum. Et per hoc respondetur etiam ad quartum. Non enim inconuenit: imò est necesse, quòd in eadem materia sint multæ essentia formarum, secundum esse inchoatum & confusum: licet sit impossibile quòd sint simul multæ secundum esse distinctum: quia forma habens esse distinctum denominat simpliciter tale: puta, ignem, terram, aquam. Impossibile etiam est quòd aliquid sit simul omnia hæc: quia ista requirunt qualitates contrarias, quæ se non compatiuntur in eodem. Ad quintum dicitur quòd est aliud, & aliud respectu formarum quæ specie distinguuntur, & necesse est tales formas simul esse in materia, ut dictum est. Istæ tamen formæ non dicuntur proprie informare materiam, quandiu habent solum esse confusum: quia tale esse est quasi potentiale. Ad sextum dicitur quòd per generationem non acquiritur noua essentia formæ, sed nouum esse, scilicet esse distinctum. Nec sequitur quòd omnia præfuerint: licet sequatur quòd essentia formarum præfuerint, composita enim non præfuerunt: quia illa essentia formæ non constituebatur suppositum. Ad septimum negatur minor: quia agens non potest producere essentiam formæ: quia illa præexistit. Sed quia potest argui de esse, ideo aliter dico quòd agens potest producere esse distinctum & non esse confusum: non quidem ex defectu agentis, sed quia agens agere non potest, nisi presupposito esse confuso. Sicut etiam iuxta viam Alberti s. Metaphys. & Auer. in libro de substantia orbis, agens naturale non potest producere formam corporeitatis, & tamen potest producere animam, quæ est perfectior. Falsa igitur est maior illius rationis, quando illud imperfectius necessariò præxigitur actioni ipsius agentis, & sic est in proposito. Ad octauum negatur consequentia. Ad eius euidenciam est sciendum quòd cum in materia sint essentia omnium formarum, antequam ex ea aliquid generetur, omnes istæ essentia dant vnicum esse, quòd forte est esse corporeum, sed quando agens aliquid ex materia generat, puta ignem, tunc forma ignis definit dare esse confusum & dat esse distinctum, scilicet esse ignis: non quòd illud esse confusum corrumpatur, sed tale esse non est esse formæ ignis sicut prius erat, quia ipsa non potest simul esse confusum & esse distinctum, sed tale esse confusum remanet tantum esse aliarum formarum. Illa autem consequentia nullam

nullam habet apparentiam: quia hæc opinio non distinguit, quòd pars formæ præexistat, & quòd pars addatur, ut possit ex his partibus integrari totalis forma.

QUESTIO XXIX.

Vtrum agens naturale attingat essentiam formæ.

Primatio.

Quæritur vigesimo nono. An agens naturale attingat essentiam formæ. Et videtur quòd non. Primo. Sequitur quòd agens naturale corrumperet aliquid nobilius se: & sic esset actio à proportionem minoris inæqualitatis, contra Philosophum s. primo physico. tex. com. 35. Probatur consequentia. Ignis est nobilior aqua: quòd igitur ex igne generatur aqua, si aqua generans aquam, attingit formam aquæ: ergo corrumpit formam ignis: & sic destruit nobilius se. Et idem patet, quando elementum generat mixta: puta cum aër generat grandinem. Dicitur fortè quòd aqua potest corrumpere formam ignis, prius remittendo eius calorem, quo remisso, necesse est formam ignis corrumpi. Sed contra. Ignis est naturaliter calidus in summo, & cum calor sit actiuor frigore: impossibile est aquam remittere calorem ignis. Secundo. Effectus in actu & causa in actu sunt simul. Sed cõtingit animal mori post emissionem seminis in matrice: ergo anima geniti non est ab animali generante. Dicitur fortè quòd in semine remanet virtus animalis à quo decedunt: & per eam attingitur forma geniti. Sed contra. Primò. In instanti generationis semen corrumpitur, ergo & virtus eius, cum sit accidens oportet corrumpi ad corruptionem sui subiecti. Sed agere præsupponit esse: ergo in instanti illo non agit nec attingit formam introducendam. Secundo. Hæc virtus est imperfectior anima: ergo non potest essentiam animæ attingere. Tertio. Virtus vniformis actiua agentis, nõ potest causare effectum difformem in passio vniformi: quia difformitas in effectu, aut est ex difformitate agentis, aut ex difformitate passi. Sed semen est vniforme: materia etiam in quam agit, est vniformis: ergo virtus seminis non potest efficere tantam diuersitatem, quanta est in membris animalium. Dicitur fortè quòd virtute illius à quo deceditur, potest ista virtus omnia prædicta, sicut calor naturalis potest virtute animæ causare carnes. Sed contra. Tum quia nihil potest agere in virtute non existentis, sed in casu argumenti, à quo decedunt esse semen, est non existens, ergo & c. Tum quia quælibet causarum accidentaliter ordinatarum potest agere propria virtute: sicut Sortes genitus à Platone potest generare Ciceronem, dato quòd Plato nihil ad hoc faciat, sed inter semen, & cum à quo est decedens, est ordo accidentaliter: ergo & c.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Arist. sententia.

Respondeo, quòd circa hanc questionem dissentiunt Arist. & Auicenn. Nam Auicenn. 7. Metaphys. cap. 4. supponens primo, quòd Deus sit causa effectus omnium: & supponens secundo quòd idem manens idem, est semper naturam facere idem, sicut etiam dicit Philosophus secundo de generatione, tex. comment. 56. existimauit quòd à prima causa non possit immediatè esse multitudo: sed quòd prima causa immediatè & primò producat tantum vnam intelligentiam, in qua necessario cadit compositio essentia & esse, cum habeat esse receptiuum à causa prima. Et quia duorum non potest esse compositio, nisi vnum sit potentiale respectu alterius, ut dicitur 8. meta. tex. com. 15. ideo in hac intelligentia est actualitas & potentialitas. Ab illa autem intelligentia ratione huius diuersitatis, potest producere multitudo. Nam ipsa intelligendo primam causam, producit aliam intelligentiam. Et intelligendo se, ut est potentialis producit corpus primi cœli. Intelligendo autem se ut est actualis, producit animam eiusdem primi cœli. Hæc autem secunda intelligentia producit aliam intelligentiam eam à qua ipsa producta est, & producit secundum cœlum intelligendo se, & sic successiue vsque ad intelligentiam inferiorem, gubernantem totam spheram actiuorum & passiuorum, & hanc appellauit datricem formarum, ita quòd agentia naturalia disponunt tantum materiam sufficienti dispositione, sed formam substantialem non attingunt, hæc autem intelligentia ipsam essentiam formæ attingit. Hæc opinio innuitur rationibus positis supra in principio questionis, & potest facile sustineri, sicut in fine questionis apparebit. Aristoteles autem secundo physico. 12. & 7. metaphysic. & Commentator 12. metaphys. commento. 12. & communiter Peripatetici tenent, quòd ab eodem agente disponitur materia sufficienter & introducitur

forma, ita quòd agens naturale & particulare non solum præparat materiam, sed etiam essentiam formæ attingit. Quòd probatur. Primò. Si agens naturale tantum disponit materiam, sequitur quòd materia posset esse sine forma. Sed hoc est falsum saltè naturaliter, ut probatur 8. huius: ergo & c. Consequentia probatur. Disponat ignis materiã aquæ sufficienter ad formam ignis & cum est sic disposita, annihilat Deus intelligentiam, quam appellas datricem formarum, hoc posito, in materia non est forma aquæ: quia non potest stare cum illis dispositionibus: non etiam est in illa materia forma ignis per se, quia cum intelligentia sit annihilata, non potest aut eam aut aliam producere. Secundo. Quicquid agit intelligentia ad extra, agit liberè & nõ ex necessitate naturæ, ergo quantumcunque materia fuerit disposita, poterit nullam formam introducere. Tertio. Sequitur quòd omnis generatio naturalis esset æquiuoca. Consequens est falsum, ut patet, ergo & c. Consequentia probatur: quia formæ rerum naturalium nõ sunt eiusdem speciei cum intelligentia. Dicitur fortè quòd agens naturaliter dicitur generare: quia licet non generet formam, tamen sufficienter eam disponit, sicut & homo generat hominẽ: licet anima intellectiua non producat nisi à Deo. Sed contra, ex hoc sequitur quòd agens naturale sit superfluum. Consequentia probatur. Quicquid potest facere maius potest etiam facere minus, præsertim in essentialiter ordinatis, sed intelligentia potest introducere formã, quòd est maius: ergo potest causare dispositiones in materia, quòd est minus. Quarto. Sequitur quòd formæ rerum naturalium essent immortales, sicut anima. Consequens est falsum, & omnibus repugnans, ergo & c. Consequentia probatur, quia huiusmodi formæ ita essent ab extrinseco sicut anima. Quintò. Sequitur quòd crearentur, sicut etiam anima dicitur creari, nec vlla ratio apparet magis hic quam ibi.

Primatio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Ad primum.

Ad secundum.

Ad rationes Auicennæ respondetur. Ad primum dicitur quòd dum aqua corrumpit ignem, maior est virtus actiua aquæ quàm virtus resistitiua ignis: licet virtus actiua ignis sit maior quàm virtus actiua aquæ, & ideo actio est à proportionem maioris inæqualitatis. De hac tamen difficultate quæ vtrique magna est diffusè tractabitur in 8. in quest. an elementa maneat in mixto: vbi etiam dicitur ad aliud quòd tangitur in illa questione, scilicet à quo generentur mixta quæ sunt in aère. Ad secundum dicitur quòd responsio ibi data est bona & vera. In semine enim est virtus animæ per quam virtutem semen agit attingendo animam, & hæc virtus dicitur formatiua, & fortè nõ est aliud nisi calor. Ad primam improbationem dicitur, quòd in semine sunt duo. Primum est corpulenta substantia, & hæc corrumpitur in instanti introductionis animæ, sed in hac substantia non est subiectiua prædicta virtus. Secundum est spiritus spumosus, fere enim totum semen in spiritum conuertitur, quòd maximè patet ex seminis spumositate, & hæc non corrumpitur, sed manet, in eo autè est virtus animæ. Et si dicatur, Semen operatur ad animam sicut instrumentum, ad causam principalem. Instrumentum autè non agit ad esse cum cause agentis, nisi dum actu mouetur ab agente principali: ut patet in terra & martello: ergo cum actu non mouetur semine ab anima generantis, ex quo ipsa ponitur corrupta: sequitur quòd agere non possit. Respondetur quod in instrumento dupliciter potest recipi virtus agentis principalis. Vno modo per modum intentionis tantum, & tunc verum est id quòd dicitur. Alio modo communicatur prædicta virtus per modum forme permanentis, & tunc instrumentum potest agere: etiam si agens principale sit corruptum, tale autem instrumentum est semen. Ad secundam improbationem negatur consequentia. Nã hæc virtus vtrique est accidens de secunda specie qualitatis: est enim naturalis quedã potentia, sed dupliciter potest considerari. Vno modo præcisè secundum se, & sic non posset attingere formam substantialem. Alio modo consideratur in quantum est instrumentum animæ, & sic habet quòd possit attingere formam. Hæc autem attingitio principalis attribuitur agenti quàm isti virtuti: quia licet ipsum agens non sit instrumentum, tamè ipsius est. Illud enim dicitur facere, quòd per nos vel per alios facimus. Ad tertium dicitur eodem modo quòd hæc virtus formatiua, in quantum est instrumentum animæ habentis difformes virtutes & potentias, potest esse principium diuersitatis membrorum, & ratione huius appellatur formatiua: quia format & organat corpus: post quã verò anima in corpus introducta est, hæc virtus quæ eadẽ manet, ut dictum fuit, non est amplius formatiua, sed est regitiua & gubernatiua corporis. Et sic patet quod responsio quæ dabatur ad hæc tertia improbationem, bona est. Cũ verò improbatur hæc responsio, dicitur ad primum, quod licet nihil possit agere in virtute nõ existentis quasi coagendo nõ existenti, potest tamen aliquid agere per virtutem sibi

Ad tertium.

communicatam a re quae modo non existit, & sic est in proposito. Nam semen agit in virtute non existens, id est, per virtutem ei communicatam ab anima generantis quae actu non est: virtus etiam agit in virtute eiusdem animae: non quidem per aliam virtutem ei communicatam, sed quia ipsamet est virtus animae. Ad secundum dicitur quod inter semen & animam, cuius virtute decemur: est ordo essentialis, in quantum vnum est instrumentum alterius. Nec valet similitudo de Sorte & Platone: quia ipsi sunt eiusdem speciei, & ideo non possunt habere ordinem essentialem. Quia tamen opinio Auicennae sustineri potest probabiliter, ideo ad argumenta pro opinione Aristotelis etiam respondetur. Ad primum negatur consequentia. Ad probationem dicitur quod casus est impossibilis: quia in ultimo instanti temporis mensurantis alterationem & motum, quo materia disponitur, simul introducit formam: ita quod verum est dicere, nunc primum materia disposita est, & nunc primum forma introducta est. Nec ista postulat abinuenire separari. Et ideo posito quod intelligentia sit in ultimo instanti dispositionis materiae: ipsa tunc attingit formam: & ideo implicat contradictionem, quod ipsa tunc non sit. Sed si ponatur casus, quod Deus prius annihilauerit intelligentiam. Aliter respondetur. Et dicitur primum de mente Auicennae quod casus est impossibilis: quia ut communiter ascribitur tam Philosopho quam Auicennae & aliis veteribus Philosophis, Deus produxit intelligentias & caelum quae sunt entia incorruptibilia de necessitate naturae. Dicitur secundum, quod si Deus potest eam annihilare, tunc posito illo casu, agens naturale posset utique disponere materiam aequali dispositione, sed non sufficienti & ultima: quia ad hanc requiritur coassistencia intelligentiae.

Dilutio rationum Aristotelis contra Platonem.

T. com. 37.

Dubatur autem merito quae sunt partes speciei. In hac parte quaeritur quae sint partes speciei. Circa quod quaeritur.

QUESTIO XXX.

Utrum partes speciei, & partes materiae sint idem secundum rem.

Primaria ratio.

Quaeritur trigesimo. Utrum partes speciei & partes materiae sint idem secundum rem. Et arguitur quod non. Primum. Si partes speciei & partes materiae sint idem, sequitur quod indiuiduum non sit idem numero in rebus animatis a principio suae generationis vsque ad finem. Sed hoc est falsum: ergo &c. Consequentia probatur, quia in indiuiduo non est semper eadem materia, nec eadem quantitas: ergo sequitur quod non est idem indiuiduum. Antecedens probatur, quia partes materiae per actionem caloris naturalis resolutae sunt: nam si manerent semper eadem, cum eis addatur materia nutrimenti, animal augetur ad excessiuam quantitatem. Et sic oportet quod in omni quod nutritur, sit continuè alia & aliam materia, & per consequens alia & alia quantitas, ergo est continuè aliud & aliud indiuiduum. Patet consequentia: quia materia & quantitas, sunt principium indiuiduationis. Secundum. Ea sunt distincta realiter: quorum vnum manet & alterum corrumpitur. Sed partes speciei semper manent, partes autem materiae non: sed fluunt & resurgunt: ergo non sunt idem. Tertio. Differentia significat partes speciei, & non significat partes materiae: ut dicit Philosophus in hoc septimo, ergo partes speciei & partes materiae sunt aliud & aliud significatum. Quarto. Partes materiae possunt restaurari, partes autem speciei non possunt restaurari, ergo non sunt idem. Consequentia patet. Maior est Philosophi secundo de generatione, text. c. 70. Minor probatur. Si partes speciei possent restaurari, sequitur quod animal nunquam corrumpereetur, hoc est falsum: ergo &c. Consequentia probatur. Nam animal non moritur: nisi quia aliquid deperditum est, quod non potest restaurari. Sed si partes speciei possent restaurari, nihil esset in animali quod restaurari non posset: ergo, &c.

Secundaria ratio.

Respondetur. Et primo declarabitur titulus quaestionis. Secundum dicitur ad quaest. Quantum ad primum sciendum est quod cum dictum fuerit supra, materiam & formam pertinere ad quidditatem rerum sensibilium: posset aliquis credere, ideo partes speciei distingui a partibus materiae ex hoc, quod in quolibet indiuiduo materiali sint duae materiae & duae formae: quarum altera pertinet ad naturam specificam, & haec appelletur pars speciei: altera verò pertinet ad indiuiduum, & haec appelletur pars materiae: & hic sensus omnino falsus est: quia ubi sunt duae materiae & duae formae, ibi sunt duo supposita. Alius sensus potest esse, quod partes speciei distinguantur a partibus materiae: quod quod sint separatae ab indiuiduo secundum esse: & hoc

Explicatur visus quaestionis.

Respondetur. Et primo declarabitur titulus quaestionis. Secundum dicitur ad quaest. Quantum ad primum sciendum est quod cum dictum fuerit supra, materiam & formam pertinere ad quidditatem rerum sensibilium: posset aliquis credere, ideo partes speciei distingui a partibus materiae ex hoc, quod in quolibet indiuiduo materiali sint duae materiae & duae formae: quarum altera pertinet ad naturam specificam, & haec appelletur pars speciei: altera verò pertinet ad indiuiduum, & haec appelletur pars materiae: & hic sensus omnino falsus est: quia ubi sunt duae materiae & duae formae, ibi sunt duo supposita. Alius sensus potest esse, quod partes speciei distinguantur a partibus materiae: quod quod sint separatae ab indiuiduo secundum esse: & hoc

etiam patet esse falsum per omnes rationes: quibus improbantur ideae Platonis. Tertio potest intelligi quod tam istae partes, quam illae sint in indiuiduo materiali, & quaerere verum sint vnae entitas an diuersae.

Quorundam placitum.

Quantum ad secundum est duplex opinio. Prima est facta in soluta, & dicitur quod partes speciei & partes materiae sint distinctae res. Ad cuius euentiam est secundum, quod generatur aliquod suppositum: puta Sortes, forma eius primo recipitur in aliqua parte materiae: & postea augetur per conuersionem nutrimenti in substantiam ipsius. Dicitur ergo quod partes speciei nihil aliud sunt nisi forma: & illa prima materia cui vnitur: puta illa materia quae mater administrat. Dicuntur autem esse partes speciei, quia quando suppositum durat: tandiu saluatur in hac parua materia natura specifica. Nec potest haec materia resolui per actionem caloris naturalis, sed semper manet. Totum verò residuum quod additur Sorti per nutritionem, dicitur pars materiae, & ista non semper manet, sed resoluitur aliis partibus aduenientibus. Haec opinio licet forte non possit demonstratione improbari: repugnat tamen philosophiae & veritati. Et ideo contra eam ponuntur duae conclusioes.

Prima conclusio.

Quarum prima haec est. Partes materiae & partes speciei sunt eadem res. Cum enim in supposito materiali nulla sint partes essentialiter nisi materia & forma, quae libet istarum potest dupliciter considerari. Vno modo in quantum est haec, & sic dicitur pars materiae: quia est pars indiuidui, quo ad eius indiuiduationem. Sort. enim per hanc materiam; & per hanc formam & quantitatem distinguitur a quolibet alio supposito. Ista etiam res considerat secundum suam rationem absolutam, dicuntur partes speciei, & ideo sunt idem realiter. Quod probatur. Primum. Omne inferius est idem realiter suo superiori: cum recipiat eius praedicationem essentialiter. Sed partes materiae & partes speciei sunt sicut superius & inferius, puta anima, & haec anima, carnes, & haec carnes, corpus, & hoc corpus, ergo sunt idem realiter. Secundum. Si materia cui primum vnitur forma: & materia cui eadem forma vnitur per indiuiduationem, essent distinctae materiae, sequitur quod haberent distincta esse. Sed hoc est falsum: ergo &c. Consequentia patet. Tum quia ut dicitur septimo metaphysice dicit Commentator commen. 7. quod in fundamento natura nulla est distinctio. Falsitas consequentis probatur. Si haec materiae haberent distincta esse: aut ista esse sunt ab vna & eadem forma: aut a diuersis. Non ab eadem: quia effectus formalis non plurificatur, nisi plurificata causa formali. Non a diuersis: quia tunc quaelibet istarum materiarum haberet suam propriam formam: & per consequens constitueret cum ea proprium & determinatum suppositum. Tertio. Generata ignis b ignem: qui non augetur per additionem alicuius materiae: constat quod in b sunt partes materiae & partes speciei: quia b & est ignis & est hic ignis. Sed in b non est aliqua materia prior, cui primo sit vnita aliqua forma, & aliqua posterior cui per posterius sit vnita, ergo partes speciei & partes materiae non distinguuntur: sicut dicebat illa opinio. Secunda conclusio. Partes materiae & partes speciei distinguuntur ratione. Probatur primum. Id quod est principium conuenientiae, distinguitur ratione ab eo quod est principium distinctionis. Sed in partibus speciei conueniunt omnia indiuidua eiusdem speciei: distinguuntur autem per partes materiae: ergo &c. Secundum. Ea distinguuntur ratione: de quibus verificatur praedicta contradictoria. Sed partes speciei & partes materiae sunt huiusmodi. Nam partes speciei ponuntur in definitione: partes autem materiae non ponuntur: ergo &c.

Secunda conclusio.

Ad primum.

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad quartum.

remoueat ratio speciei: non potest in eis ratio speciei separari. Manus enim mortua & caro mortua, non potest amplius esse caro & manus.

QUESTIO XXXI.

Utrum sit aliquod principium indiuiduationis in substantiis materialibus.

Primaria ratio.

Quaeritur trigesimo primo. An in substantiis materialibus ponendum sit aliquod principium indiuiduationis: per quod natura induitur: quia ipsa ex se sit indifferens. Et arguitur quod non. Primum. Res differens & res indifferens, non sunt eadem res. Sed natura Sortis est natura differens: cum sit ei propria: ergo si in Sorte esset natura indifferens: sequitur quod in Sorte essent duae naturae: & sic daretur tertia humanitas communis omnibus indiuiduis. Secundum. Si humanitas Sortis de se est indifferens, & per aliquod distinguitur humanitate Platonis, aut humanitas differet numeraliter ab illo quo distinguitur: aut non est dicendum, quod non: quia si non distinguitur tunc esset indiuidua ex se: & per consequens non esset indifferens: & quia quicquid differet ab alio realiter, differet numero, cum ista sit prima distinctio realis: ideo oportet eam numero distingui ab isto principio indiuiduante. Si sic, ergo vel distinguitur seipsa, vel per aliquid additum. Si seipsa, habeo propositum: si per aliquid additum: quaeritur an distinguitur ab illo, & sic in infinitum. Tertio. Quicquid aduenit alicui indifferenti, relinquit ei omnem indifferentiam sibi intrinsecam: ergo si aliqua natura de se est indifferens, differentia indiuidualis ei adueniens relinquit in eam talem indifferentiam. Antecedens patet: quia non potest auferri id quod inest tali naturae intrinsecae & per se. Nam albedo adueniens superficiei, non auferit ab ea indifferentiam quam habet ad alios colores, & sic sequitur quod si in Sorte est aliqua natura indifferens, quod ipsa semper est indifferens. Quarto. Eodem formaliter homo humanitate, ergo est formaliter vnus homo eadem humanitate. Maior patet. Minor est Philosophi quarto metaphysice. Quintum. Indiuidua nihil includunt nisi essentiam sui generis, ergo per talem essentiam sunt indiuidua & non per aliquid additum. Consequentia patet. Antecedens probatur: quia si indiuidua distinguuntur per accidens eis additum: sequitur quod non sit differentia inter totum in modo, & totum vniversale specificum: quia vtrumque distinguitur in suas partes per differentias accidentales. Sextum. Omnem realitatem indifferentem ad aliqua plura potest Deus transferre ab vno eorum in aliud: hoc patet exemplo isto. Quia enim materia est indifferens ad plures formas, non repugnat ei ab vna in aliam transferri. Sed humanitas est res extra intellectum indifferens ad proprietatem meam & tuam, per te igitur potest Deus transferre humanitatem, quae est sub proprietate mea ad proprietatem tuam, & per consequens potest fieri tua: & per consequens humanitas mea potest esse humanitas tua: quod videtur absurdum.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Text. c. 3.

Sexta ratio.

Terminatio opinio.

Respondetur quod circa istam quaestionem dixerunt aliqui, quod nulla natura est de se indifferens, sed quod quaelibet ex se est singularis & indiuidua: nec oportet quaerere principium aliquod, per quod induitur. Istud autem sic declaratur. Nam quaelibet habet duplex esse: quorum primum esse esse extra animam, secundum verò esse in anima. primum esse habet natura ex se formaliter, & non ab alio nisi tantum effectiue, vnde si quaeratur quare natura lapidis est ens reale: dicendum est quod ex se habet, vt sit ens reale. Si verò quaeratur, vnde habet esse in anima, dicendum est quod est per illud, scilicet per sui similitudinem, vel per ipsam animam. Et quia singularitas conuenit naturae secundum esse reale extra animam: ideo sicut non est assignare causam quare sit ens reale: ita non est assignare causam, quare sit vna & singularis. Et similiter quia vniversalitas conuenit ei vt habet esse in anima (intellectus enim facit vniversalem in rebus: vt dicitur 3. de anima, comento 5.) ideo assignatur intellectus pro causa illius vniversality & indifferentiae, quam habet natura: nec ipsa habet aliquam indifferentiam ex se, sed aliunde, scilicet ab intellectu. Et potest ista opinio confirmari per argumenta facta in principio quaestionis, licet ea non fiant a positore huius opinionis. Sed contra praedictam opinionem, ponuntur tres conclusiones: quarum prima est ista. Quidditates substantiarum materialium sunt de se indifferentes. Pro intellectu huius conclusionis. Sciendum est primo, quod actualis existentia est extra rationem quidditatis cuiuslibet finitae. Istud patet: quia nulla res potest intelligi sub opposito alicuius pertinentis ad suam quidditatem: sicut patet

Prima Conclusio.

Not. prima.

Not. secundum.

Secunda conclusio.

Tertia conclusio.

quod homo non potest intelligi esse inanimatus, nec irrationalis, sed quaelibet quidditas finita potest intelligi non esse: ergo existentia non est de ratione quidditatis. Sciendum secundo, quod aliquid potest conuenire alteri per se, siue ex se tripliciter. Vno modo in primo modo perfectioris. Alio modo in secundo. Alio modo in tertio. Sciendum tertio, quod quidditas aliqua, puta humanitas nihil includit in se formaliter, nisi quod conuenit in primo dicendum per se. Vnde dicit Auicenna 5. metaphysice quod equitatis est tantum equitatis: cum igitur in ratione humanitatis non includatur singularitas nec pluralitas: quia si de ratione ipsa esset singularitas, nunquam posset ei conuenire diuisio, & sic in Sorte & Platone non esset distincta, & si per se conueniret ei pluralitas ipsa, in nullo esset singularis: quia ea quae conueniunt alicui in primo modo perfectioris, nunquam possunt ab eo auferri: vt habetur ex Commentatore 7. metaphysice. comen. 59. ergo cum pluralitas nec singularitas conueniant per se quidditati: sequitur quod ipsa, quantum est ex se, est indifferens ad vtrumque ipsorum. Dico autem indifferentiam conuenire ei ex se, non in primo modo, vel in secundo, sed in tertio: quia praecedendo naturam ab omnibus quae non sunt de quidditate ipsius: cuiusmodi est esse in re extra, & esse in intellectu: ipsa non habet quod sit vna: nec habet quod sit plures. Secunda conclusio est ista. Oportet assignare aliquod principium, per quod natura induitur: in opposito materiali: quia natura non est per se haec. Probatur ista conclusio. Primum sic. Quicquid conuenit alicui & non conuenit ei per se, conuenit ei per aliquid additum. Sed singularitas conuenit naturae & non per se: ergo per aliquid additum. Secundum. Id cuius propria vnitas est minor vnitate numerali, non habet ex se quod sit vnum numero & singulare. Sed vnitas naturae specificae est minor vnitate numerali: ergo natura specifica non habet ex se quod sit vna numero siue indiuidua. Maior patet: quia cum minori vnitate potest stare oppositum maioris vnitatis. Nam cum vnitate generica stat pluralitas specifica, & cum vnitate specifica stat pluralitas indiuidualis. Minor probatur: quia vnitas specifica est tantum vnitas ratio nis, ergo est minor vnitate numerali, quae est realis. Tertio. Quaecumque seipsa formaliter distinguuntur, possunt retinere suam distinctionem in quocumque sint: sed non quae libet et indiuidua eiusdem speciei possunt retinere distinctionem numeralem in quocumque sint, ergo non distinguuntur seipsa. Maior patet: nam quia color & sapor distinguuntur seipsa, ideo semper distinguuntur in quocumque subiecto sint. Minor probatur: quia duo accidentia diuisa solum numero, non possunt esse in eodem subiecto: vt supra probatum fuit: ergo &c. Quarto. Quaecumque distinguuntur seipsa, semper distinguuntur: quia distinctio consequitur ea ex natura ipsorum: & per consequens non potest ab ea separari. Sed non omnia indiuidua eiusdem speciei semper distinguuntur: ergo &c. Maior patet. Minor probatur. Nam partes in quas lignum est diuisum, sunt indiuidua eiusdem speciei: & tamen non semper fuerunt distincta: quia ante diuisionem ligni nullam habebant actua lem distinctionem inter se. Quinto arguitur ad idem. Id cui per se conuenit incommunicabilitas & singularitas, non est communicabile multis. Sed natura est de se communicabilis cum ei conueniat vnitas: quia vnitas est autem est quod est naturae esse in multis: ergo natura non est de se singularis. Minor patet. Maior probatur. Cui per se conuenit vnum oppositum, ei non potest conuenire reliquum oppositum: quia quae per se insunt, semper & necessario insunt: vt dicitur primo poster. Sed incommunicabilitas & incommunicabilitas sunt opposita: ergo &c. Sexto. Id quod de se est hoc, non potest concipi conceptu vniversali, alioquin talis apprehensio esset falsa: quia attribueretur rei id quod ei non conuenit. Sed natura potest concipi conceptu vniversali, ergo non est de se haec. Septimo. Si homo est de se hic homo: sequitur quod quilibet homo sit hic homo. Sed hoc est falsum: alioquin omnes homines essent vnus homo, ergo homo non est per se hic homo. Prima consequentia probatur: quia quicquid conuenit naturae ex se: conuenit ei in quocumque reperitur. Octauo. Generari & produci, per prius inest indiuiduo quam speciei, quia homo non generatur, nisi quia hic homo generatur: vt dicitur primo & septimo metaphysice: text. comen. 28. ergo indiuiduum addit aliquid supra speciem, ratione cuius primo inest generari & produci. Tertia conclusio. Id per quod natura induitur non est pura negatio, nec ens rationis. Probatur. Nulla negatio aut ens rationis potest esse causa vnitatis numeralis: cum talis vnitas sit ens reale. Sed esse indiuiduum est esse vnum numero: ergo. Probationes autem pro ista conclusione habentur 12. huius.

Ad primum. Ad argumenta responderetur. Ad primum dicitur quod res quæ est in Platone, puta humanitas, potest dupliciter considerari. Vno modo vt est extra intellectum, & quia vt sic, habet esse reale incommunicabile in Sorte, id est vt sic, non est indifferens ad quodcumque aliud esse. Alio modo potest considerari: vt abstractitur per intellectum à tali esse: quod quidem fieri potest: quia esse non est de ratione ipsius, & vt sic, est indifferens ad hoc & ad illud esse. Et cum improbat: dico quod res differens & res indifferens sunt eadem res, cui opponitur indifferens secundum quod præscinditur ab omni esse extra intellectum, & conuenit differentia prout non præscinditur à tali esse. Ad secundum dicitur quod humanitas Sortis & id per quod ipsa distinguitur numero ab vnitate Platonis, non sunt duæ res numero de genere quantitatis: quia substantia Sortis circumscripto omni accidente, non est vna vnitate numerali, sed tantum vnitate transcendente: & ideo est vna seipsa. Nec oportet querere aliud, per quod hoc modo sit vna: oportet tamen querere per quod sit vna vnitate numerali, prout distinguitur numero ab humanitate Platonis. Ad tertium negatur minor: quia cum indifferens conueniat naturæ specificæ solum prout præscinditur ab omni esse, sicut in anima, sive extra animam: principia indiuiduantia non possunt auferre à natura huiusmodi indifferentiæ: quia semper ista natura si præcisè secundum se consideretur, indifferens est. Illa tamè principia indiuiduantia dant ei determinationem in actuali existentia, & faciunt quod natura vt sic, non est indifferens: cum hoc tamen stat quod natura sit indifferens secundum se. Dicunt tamen aliqui ad hoc argumentum quod maior est falsa, nisi tale adueniens adueniat alicui prius existenti secundum esse reale, eo modo quo color aduenit superficiæ & forma materiæ, sed sic non est in proposito: quia natura non subsistit priusquam ei adueniat principia indiuiduantia. Sed mihi videtur quod prima responsio sit rationabilior. Nam etiam forma adueniens materiæ, licet det ei hoc esse determinatum, puta esse igneam, & faciat eam prout tunc non esse indifferens ad alia esse: tamen non auferit à materia illam indifferentiã quæ conuenit ei ex se. Est enim ista indifferentiã, puta, negatio omnium eorum ad quæ dicitur indifferens: & tantum valet dicere, est indifferens ex se ad esse ignis & ad esse aque: ac si diceretur: nec esse ignis nec esse aque conuenit ei per se, sed tantum aliunde: & ita dico de natura quod est indifferens ad singularitatem & pluralitatem, quia neutrum istorum conuenit ei in primo vel in secundo modo dicendi per se, sed ipsa solitarie considerata neutrum istorum habet. Ad quartum negatur maior de vnitate numerali. Philosophus autem ibi intelligit de vnitate transcendente: quia loquitur de vno quod conuenit cum ente. Ad quintum negatur antecedens. Quia indiuiduum vt indiuiduum, includit aliquod accidens superadditum. Ad improbationem negatur consequentia: quia accidentia indiuiduantia per quæ distinguuntur partes subiectiæ totius vniuersalis speciei determinant principia essentialia ipsius indiuidui, scilicet materiæ & formæ. Accidentia verò per quæ diuiditur totum in modo, non determinant huius principia: sed præsupponunt eam esse determinatam. Ad sextum negatur maior. Quando id quod est indifferens ad aliqua plura recipit esse actualis existentie per alterum eorum. Nam sicut non potest transferri de esse substantiali in esse substantiale, ita non potest transferri de vno in aliud. Ad primum dicitur quod non est simile de materia prima: quia ipsa non recipit immediatè esse actualis existentie à forma: cum illud esse per prius sit suppositi quàm materiæ, sed quia potest similiter dici quod esse per prius est suppositi quàm natura, id est simpliciter nego maiorem, quando tale indifferens est indifferens solum prout præscinditur à quolibet esse extra intellectum: secundum quod modum diximus naturam esse indifferens. Et præsertim negatur maior: quando tale indifferens recipit vnitatem & pluralitatem ab his quæ ei adueniunt, & hoc modo se habet natura ad principia per quæ indiuiduatur.

Ad secundum. Dicitur quod humanitas Sortis & id per quod ipsa distinguitur numero ab vnitate Platonis, non sunt duæ res numero de genere quantitatis: quia substantia Sortis circumscripto omni accidente, non est vna vnitate numerali, sed tantum vnitate transcendente: & ideo est vna seipsa. Nec oportet querere aliud, per quod hoc modo sit vna: oportet tamen querere per quod sit vna vnitate numerali, prout distinguitur numero ab humanitate Platonis.

Ad tertium. Negatur minor: quia cum indifferens conueniat naturæ specificæ solum prout præscinditur ab omni esse, sicut in anima, sive extra animam: principia indiuiduantia non possunt auferre à natura huiusmodi indifferentiæ: quia semper ista natura si præcisè secundum se consideretur, indifferens est. Illa tamè principia indiuiduantia dant ei determinationem in actuali existentia, & faciunt quod natura vt sic, non est indifferens: cum hoc tamen stat quod natura sit indifferens secundum se.

Ad quartum. Negatur maior de vnitate numerali. Philosophus autem ibi intelligit de vnitate transcendente: quia loquitur de vno quod conuenit cum ente. Ad quintum negatur antecedens. Quia indiuiduum vt indiuiduum, includit aliquod accidens superadditum. Ad improbationem negatur consequentia: quia accidentia indiuiduantia per quæ distinguuntur partes subiectiæ totius vniuersalis speciei determinant principia essentialia ipsius indiuidui, scilicet materiæ & formæ. Accidentia verò per quæ diuiditur totum in modo, non determinant huius principia: sed præsupponunt eam esse determinatam. Ad sextum negatur maior. Quando id quod est indifferens ad aliqua plura recipit esse actualis existentie per alterum eorum. Nam sicut non potest transferri de esse substantiali in esse substantiale, ita non potest transferri de vno in aliud.

Ad quintum. Negatur antecedens. Quia indiuiduum vt indiuiduum, includit aliquod accidens superadditum. Ad improbationem negatur consequentia: quia accidentia indiuiduantia per quæ distinguuntur partes subiectiæ totius vniuersalis speciei determinant principia essentialia ipsius indiuidui, scilicet materiæ & formæ. Accidentia verò per quæ diuiditur totum in modo, non determinant huius principia: sed præsupponunt eam esse determinatam.

Ad sextum. Negatur maior. Quando id quod est indifferens ad aliqua plura recipit esse actualis existentie per alterum eorum. Nam sicut non potest transferri de esse substantiali in esse substantiale, ita non potest transferri de vno in aliud. Ad primum dicitur quod non est simile de materia prima: quia ipsa non recipit immediatè esse actualis existentie à forma: cum illud esse per prius sit suppositi quàm materiæ, sed quia potest similiter dici quod esse per prius est suppositi quàm natura, id est simpliciter nego maiorem, quando tale indifferens est indifferens solum prout præscinditur à quolibet esse extra intellectum: secundum quod modum diximus naturam esse indifferens. Et præsertim negatur maior: quando tale indifferens recipit vnitatem & pluralitatem ab his quæ ei adueniunt, & hoc modo se habet natura ad principia per quæ indiuiduatur.

QVÆSTIO XXXII

Vtrum substantia sit indiuidua per entitatem potestatem vocatam hæccitatem.

Ad primum. Variatur trigesimo secundo. Vtrum substantia sit indiuidua per aliquam entitatem potestatem, sicut enim per se vnum cum ea, & determinante eam ad singularitatem. Et videtur quod non. Primo. Aut illud additum faceret vnum per se, aut per accidens, sed neutrum potest dici: ergo &c. Consequentia patet, quia ex formalis & potentiali semper sit vnum, 8. metaphy. text. comment. 16. Illud

autem additum ponitur esse quid formale cum determinat quidditatem. Falsitas consequentis probatur, quoniam ad vtramque partem. Et primo quod non faciat vnum per se: quia omne tale aut est materia aut forma, & sic in composito essent duæ materiæ, aut duæ formæ, quod est falsum saltem in elementis. Quod etiam non per accidens probatur, quia tunc species non prædicaretur de indiuiduo secundum se totum: quia non quo ad illud additum quidditati. Secundo. Ad quod aliquid sit indiuiduum sufficit negatio diuisionis intrinsecæ, & negatio identitatis cum alio: quia indiuiduum dicitur quod est in se indiuiduum, & diuisum ab aliis, ergo non oportet superaddere aliquid potestatum. Tertio. Si indiuiduum est indiuiduum per entitatem potestatem, faciente per se vnum cum quidditate (quod tamen oportet dicere, alioquin indiuiduum non esset in prædicamento, sicut nec alia entia per accidens) sequitur quod indiuiduum haberet propriam definitionem, & per consequens de seipso posset esse scientia & definitio, sed ista sunt contra Philosophum primo posteriorum, text. comment. 20. ergo &c. Consequentia probatur, quia omne per se vnum habet propriam perfectam, & per consequens propriam definitionem. Quarto. Omne per se vnum est per se intelligibile, sicut etiam est per se ens, quia vnum quodque sicut se habet ad esse, ita etiam ad veritatem, 2. metaphy. text. 4. Sed singulare non est per se intelligibile, sed tantum sensibile: vt dicit Philosophus 3. de anima: & 7. metaphy. text. comment. 10. ergo &c. Quinto. Si aliquid potestatum reale esset in indiuiduo præter naturam specificam: sequitur quod species non diceret totum esse indiuiduum: quia species non dicit illud additum, sed species dicit totum esse indiuiduum, vt inquit Porphyrius cap. de specie: ergo &c. Sexto. Species de se est aroma, sicut idem Porphyrius dicit. Et Plato dicit, quod in specie specialissima est quiescendum: quia ipsa non est ultra diuisibilis, ergo non oportet ei addere aliquid principium distinctiuum.

Respondet. Circa hanc questionem dicunt aliqui, quod omnis quidditas est formaliter indiuidua per seipsam, & hoc improbatum est præcedenti questione. Alij dicunt quod est formaliter indiuidua per duas negationes, & hoc improbatum 12. huius, vbi erit sermo de indiuiduatione intelligentiarum. Quidam alij dicunt quod quilibet substantia est indiuidua per suam actualem existentiam: quia vt habetur 7. metaphy. actus est qui distinguit, ergo vltimus actus vltimatè distinguit. Sed existentia est vltimus actus, ergo per eam distinguuntur indiuidua. Sed ista propositio videtur omnino irrationalis. Primo. Id quod de se est communicabile, non potest esse principium incommunicabilitatis: alioquin daret modum repugnantem sibi. Sed existentia ex se est communicabilis, cum possit concipi conceptu ita communi sicut & ens; ergo &c. Secundo. Quæ sunt eiusdem rationis, & numero distinguuntur, non possunt esse prima distinctiua numeraliter: quia ex quo conueniunt in aliquo, & inter se distinguuntur, oportet assignare aliquid per quod sub illo communi distinguuntur. Sed existentia Sortis & existentia Platonis sunt eiusdem rationis, sicut etiam Sortes & Plato, ergo oportet dare aliquid per quod ipsæ distinguuntur numero, & per consequens ipsa non primo distinctiua, sed habent alia distinctiua priora eis. Tertio. Quod præsupponit distinctionem numeralem, non potest esse primum distinguens. Sed existentia præsupponit distinctionem numeralem, ergo &c. Maior patet. Minor probatur. Prius est formam vniri materiæ prioritate naturæ quàm constituere compositum, & dare ei existentiam. Sed in illo priori in materia est quantitas: quia impossibile est formam vniri materiæ non quantæ, & etiam non habenti determinatam quantitatem & figuram, vt dicitur primo physicorum, & secundo de anima, commeto 63. ergo in illo priori illa materia est distincta in partes eiusdem rationis. Patet ista vltima consequentia, quia quantitas non potest absolui à distinctione. Constat, quia si forma non præsupponeret materiam cui vniri esse hanc & distincta: sequitur quod ipsa non magis vniretur vni materiæ, quàm alteri; quod est satis absurdum. Quarto. Primum principium distinctum, est de se distinctum & hoc determinatum, si enim non esset hoc ex se, sequitur quod haberet aliquid prius per quod efficeretur hoc, sed esse existentie non est ex se hoc & determinatum, ergo non est primum distinctiuum. Minor probatur. Id quod est ex se hoc determinatum, habet proprias differentias, sed existentia non habet proprias differentias: alioquin oporteret dare vnã coordinationem existentiarum: sicut datur vna coordinatio essentiarum: ergo &c. Quidam alij dicunt quod formale distinctiuum est hæccitas, quæ non est aliud nisi quidam modus intrinsecus naturæ, cui conuenit singularitas, vt declarabitur 12. huius. Sed

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Sexta ratio.

Scotiæ ratio.

Sed etiam ista opinio licet sit subtilis: tamen videtur omnino falsa. Primo quia isti ponunt quod materia vt est partialis entitas quidditatiua, est indifferens ad hanc vel illam, ita quod vt est entitas quidditatiua est naturaliter prior illa entitate: vt est hæc, & idem dicunt de forma & de composito. Ex quo sequitur secundum eos quod tam materia quàm forma & compositum habent suas proprias hæccitates. Ex hoc arguitur sic. Si compositum est indiuiduum per hæccitatem: sequitur quod omne indiuiduum sit tria indiuidua. Sed hoc est falsum: ergo &c. Consequentia probatur. In quocumque sunt tres hæccitates: in eo sunt tria esse hæc. Sed per te in omni indiuiduo materiali sunt tres hæccitates, ergo in quolibet sunt tria esse hæc. Minor est positio tua: & maior probatur: quia impossibile est dari tres albedines quin dentur tria esse alba: cum nunquam forma vel modus absoluantur à suo effectu formali, aut modali, ergo impossibile est dari tres hæccitates, quin dentur tria esse hæc: quia sicut ab albedine habet aliquid quod sit album: ita ab hæccitate habet quod sit hæc. Fortè dicitur: quod ibi sunt tria indiuidua, scilicet materia, forma, & compositum: quorum quodlibet habet propriam indiuiduationem: nec istud est inconueniens. Sed contra. Sequitur ex ista responsione, quod similiter in quolibet composito materiali, sint duæ existentie: cum tamen in multis etiam per te sit tantum vna forma saltem in elementis. Probatur consequentia: quia materia per te potest esse sine forma, ergo ad materiam sequitur ex se propria existentia, & similiter ad formam sequitur propria existentia: quia etiam ipsa, per te, multo magis potest esse sine materia, & propria existentia formæ. Secundo. Sequitur quod forma vniretur materiæ mediante aliqua alia realitate reali formæ. Sed hoc est contra Philosophum octauo metaphy. text. comment. 16. & secundo de anima, text. comment. 17. ergo &c. Consequentia probatur. Supponitur primo: quod modus intrinsecus formæ sit intimior ipsi formæ, quàm sit vnio eius ad materiam: quia nunquam potest separari à suo modo, dum est in actuali existentia, & tamen potest separari à materia. Supponitur secundo, quod realitas qua forma est hæc, est alia à realitate qua est natura, vt isti dicunt. Tunc sic: Modus formæ est intimior ei quàm vniri materiæ, ergo dum forma vnitur materiæ, prius natura sibi conuenit ille modus quàm vnio ad materiam, ergo vnio præsupponit illum modum, & per consequens mediat ille modus inter formam & materiam. Sed ille modus per secundum præsuppositum, est realitas distincta à realitate formæ, ergo forma vnitur materiæ mediante alia realitate: imò medianibus duabus, scilicet hæccitate materiæ, & hæccitate formæ. Tertio, sequitur quod materia separata ab omni forma non tantum esset in actu entitatu, sed etiam in actu formali: consequens est contra te: ergo, &c. Consequentia probatur. Materia separata ab omni forma haberet per te propriam hæccitatem & modum intrinsecum. Sed ille modus est actus formalis. Quod probatur: quia per te, determinat materiam, vt sit hæc: determinat autem est proprium actus formalis, quia omne sic determinans, habet modum cuiusdam qualificantis. Et magis confirmatur: quia tu dicis quod iste modus siue hæccitas est differentia indiuidualis, & comparatur ad naturam cuius est modus, sicut realitas formalis ad realitatem potentialem. Quarto. Hæccitas Sortis & hæccitas Plat. sunt eiusdem rationis, & solo numero distinguuntur, ergo oportet querere aliquid per quod distinguuntur, & per consequens ipsi non sunt prima distinctiua. Ad hanc rationem dicunt isti, quod istæ hæccitates non sunt eiusdem rationis, sed sunt primo diuersæ: quia ens non prædicatur de eis formaliter: licet ipsæ per identitatem sint ens. Sed illa responsio improbat in infra: vbi erit questio, An ens prædicetur de vltimis differentiis. Sequitur vltima opinio quæ distinguit dicens, quod aliter est dicendum de substantiis materialibus, & aliter de substantiis abstractis. Nam substantia materialis indiuiduatur per aliquid additum, quod est materia sub quantitate, & de istis erit sermo in sequentibus questionibus. Substantiæ verò spirituales completæ in specie, indiuiduantur seipsas: nec oportet in eis querere aliquid principium distinctiuum superadditum quidditati: vt dicitur 12. huius.

Sanillatio.

Suppositum primum.

Suppositum secundum.

Ergo Seco.

Op. Thom. farum.

Ad primum rationem.

ro: sicut dicit S. Tho. prima quæst. 3. Ad improbationem verò huius dicitur, quod prædicatio hominis de Sorte est superioris de inferiori: quia est prædicatio habentis humanitatem, de habente istam humanitatem, sed non oportet ex hoc quod homo prædicetur seorsum de eo per quod Sortes est formaliter indiuiduum & distinctum, sed prædicatur de hoc toto subiecto Sortes, accipiendo totum categorematicè. Nam sicut Sortes dicit determinatè & explicitè principia indiuiduantia: ita homo dicit ea indeterminatè & implicitè. Ad secundum dicitur: quod ad hoc quod aliquid sit indiuiduum, suffiunt illæ duæ negationes, sed cum omnis negatio præsupponat affirmationem, oportet dare aliquod posituum ad quod consequantur illæ negationes, & hoc est illud quod formaliter dicitur distinguere quæ principio distinctiuo. Ad tertium dicitur: quod sicut dicit Philosophus primo topicorum, definitio est oratio indicans quodquid est esse rei: & propter hoc de nullo potest haberi propria definitio, nisi ipsum habeat propriam quidditatem. Indiuiduum autem non habet propriam quidditatem distinctam à quidditate speciei, quia istud principium ei superadditum non pertinet ad aliquod esse quidditatiuum, & per consequens non potest habere propriam definitionem. Et cum definitio subiecti sit medium in demonstratione: per consequens etiam non potest de indiuiduis in quantum huiusmodi, haberi demonstratio & scientia: vt dicitur 1. posteriorum, & 7. met. cap. de partibus definitionis. Ad quartum conceditur quod singulare est per se intelligibile: non tamen directè & primo, sed tantum indirectè, & per quandam reflexionem sicut declaratum fuit tertio de anima. Ad quintum dicitur primo quod species potest accipi dupliciter. Vno modo vt significatur abstractiue: puta, hoc nomine humanitas. Alio modo vt significatur concretiuè. Dicitur secundo quod esse accipitur dupliciter. Vno modo prout dicit quidditatem. Alio modo prout dicit quamcumque entitatem. Ex his dico quod species abstractiue dicta, dicit totum esse indiuiduum, accipiendo esse pro quidditate, & ad hunc sensum locutus est Porphyrius. Si verò species accipiat concretiuè, sic dicit totum esse, id est, totam entitatem indiuiduum, sed implicitè tantum & non explicitè. Ad sextum dicitur, quod species dicitur aroma, id est, indiuisibilis, non quod ei repugnet omnis diuisio, sed quia repugnat ei diuisio formalis, quæ est per formales differentias, & ad hunc sensum iussit Plato quiescere in specie specialissima.

QVÆSTIO XXXIII

Vtrum materia sit principium indiuiduationis.

Varitur trigesimo tertio. Vtrum materia sit principium indiuiduationis. Et arguitur quod non. Primo. Si materia est causa indiuiduationis: cum sit causa intrinsecæ aut concurrat ad indiuiduationem in genere causæ materialis, aut in genere causæ formalis. Nō primum: quia causalitas materiæ est recipere formam, ac ei subterni: non autem dare ei indiuiduationem, nec aliquid aliud. Non secundum quia causalitas materiæ & causalitas formæ non coincidunt. Secundo. Quicquid est principium singularitatis, est de se hoc singulare. Sed materia non est de se hoc: ergo, &c. Maior patet. Commune additum quia communi non facit nisi commune, & per consequens non facit singulare: præsertim quia vniuersale & singulare opponuntur: constat autem quod vnum oppositum additum alteri suæ naturæ, non facit alterum oppositum: sicut albedo addita albedini non facit nigredinem. Minor probatur. Id quod potest concipi conceptu communi, non est de se hoc: alioquin esset commune & non commune, sed materia potest concipi conceptu communi: quod patet, quia Philosophus 7. meta dicit materiam commune poni in definitione substantiarum sensibilium. Cōfirmatur. Quicquid prædicatur de pluribus, est commune: quia singulare de vno solo dicitur, sed materia prædicatur de hac materia & de illa: ergo est communis. Tertio. Materia est eiusdem rationis in genito & corrupto, ergo habet eandem singularitatem in vtroque, & per consequens sequitur quod genitum & corruptum sint idem numero. Antecedens patet: quia materia in vtroque est pura potentia: esse autè potentia, est propria ratio materiæ. Consequentia probatur: quia materia per te ex sua propria ratione indiuiduatur. Diceretur fortè, quod sunt distincta indiuidua, non ratione materiæ, sed ratione quantitatis. Sed contra. Tū quia indiuiduum habet per te, à materia quod sit incommunicabile, & à quantitate habet quod sit distinctum, ergo licet non sit idem distinctum. Meta. Paa. Souc. n 3

Ad secundum.

Ad tertium.

T. cō. 201. Ad quartum.

Ad quintum.

Ad sextum.

Vide cap. 2. q. 3. conclusio. 2. Pr. ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

stinctum: est tamen idè incommunicabile. Tum quia possibile est saltem per Dei potentiam, quod ab aqua remoueat...

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Respondet. Et primo declarabitur titulus quæstionis. Secundum dicitur ad quæstum. Quantum ad primū. Sciendum est quod querere de principio indiuiduationis rerum materialium...

conclusio resp. spo. sicut quæstio.

Quantum ad secundum hæc est conclusio responsiva. Materia est principium indiuiduationis quantum ad esse incommunicabile. Probatur. Primo. Quicquid est de ratione primæ substantiæ...

Not. primū.

Ad cuius euidentiā sciendum est primo, quod omne receptibile in altero, habet rationem actus respectu eius a quo recipitur, & ipsū recipiens habet rationem potentialis...

materiæ. Sed si bene consideremus apparebit quod hæc instantia non tollit rationē. Ad cuius euidentiā est sciendum quod natura vniuersalis existēs in supposito materiali...

Not. secundum.

Replica.

Responsio.

Ad tertiam.

Ad liquorum posiuo.

Impugnatio.

Propria responsio.

Ad quartam.

Ad quintam.

Ad primum.

Ad secundum.

Materia dicitur...

id est, incommunicabilis, sed non est de se hæc, id est, vna vnitate numerali. sed tantum vnitate transcendente: & idè vt efficiatur vna vnitate numerali, requiritur quæritas. Ad tertiam dico qd per rationē materiæ potest accipi vno modo essentia materiæ...

ment aliam partem materiæ. Quæro an hoc indiuiduum de nouo constitutum sit idem cum priori indiuiduo quod ad distinctionem, vel non. Si non & tamen est eadè quæritas, ergo quantitas non est formale principium distinctionis...

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Sexta ratio.

Septima ratio.

Octaua ratio.

Nona ratio.

Conclusio responsiva quæstio.

QVÆSTIO XXXIII.

Vtrum quantitas sit principium indiuiduationis.

Prima ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

QVÆRITVR trigesimoquarto. Vtrū quantitas sit principium indiuiduationis. Et arguitur qd non. Primo. Prius natura vnitate materiæ quam quantitas. Sed illo prior igenitum est particulare & non vniuersale...

Respondet vnica conclusione quæ est hæc. Quantitas est principium indiuiduationis quo ad esse distinctum & significatum & demonstrabile. Sed antequam probetur conclusio præmittit quod cum de ratione indiuidui sit nō lō esse incommunicabile, sed etiam esse indiuiduum in se, & diuisum ab aliis...

per se: ergo quicquid est diuisum siue distinctum habet hoc à quantitate. Maior est philosophi primo posteriorū. **tex** comment. 14. dicentis: Primum dico cui non per alterum, sed per ipsam alteri. Minor probata fuit 5. huius. Secundo. Aut esse distinctum conuenit in diuiduo per materiam: aut per formam: aut per quantitatem. Sed non per materiam: neque per formam, ergo per quantitatem. Maior nota, quia nihil aliud potest dari. Minor probatur, quod non per materiam patet: quia materia precise & secundum se accepta per exclusionem cuiuslibet formæ, nullam habet distinctionem in se, quia actus est qui distinguitur & separatur, 7. metaph. Quod non per formam patet: quia forma non est distincta, nisi quia recipitur in distincta materia: unde distinctioni formæ præsupponitur distinctio materiæ, ergo relinquatur quod per quantitatem. Tertio. Diuidatur lignum in decem partes: constat quod istæ partes sunt indiuidua eiusdem speciei, sunt enim decem ligna: quero per quid distinguantur. Apparet enim quod non potest assignari alia ratio huius distinctionis, nisi quantitas quæ est diuisa. Dicitur fortè ad omnes istas rationes quod tale principium distinctiuum vnus indiuidui ab alio, est: hæcceitas. Et si queratur quid sit hæcceitas, dicitur quod est vltima actualitas compositi. Sed contra hanc responsionem arguitur primo. Vltima actualitas compositi est actualis existentia: siue ipsum esse. Sed esse non est principium indiuiduationis: ergo &c. Maior patet. Id à quo omnis actus habet actualitatem, est vltima actualitas. Sed esse est huiusmodi: forma enim siue sit substantialis, siue accidentalis nõ habet quod actu existat nisi per esse. Minor probatur. Id quod est de se communicabile nõ est principium distinctionis siue incommunicabilitas. Sed esse est huiusmodi, cum sit actualissimum, ergo &c. Secundo. Impossibile est quod aliquid conueniat duobus primo & per se. Sed diuisibilitas in partes eiusdem rationis conuenit primo & per se quantitati, vt supra probatum fuit: ergo non potest conuenire esse primo & per se.

Ad primum.

Ad secundum.

Responsiones sunt Ioan. & ap. 101.

Ad argumenta in oppositum respondetur. Ad primum dicitur quod in illo priori hoc genitum est vnum vnitate transcendente, non autem vnitate numerali, quia hæc non est nisi per quantitatem, & de hac vnitate loquimur. Ad secundum dicitur, quod aliud est loqui de animabus quæ aliquando fuerunt in materia: & aliud est loqui de his quæ nunquam fuerunt in materia. Si loquamur de his quæ aliquando fuerunt in materia: dicunt aliqui quod distinguuntur per respectum ad materiam in qua fuerunt. Et si dicatur quod respectus est posterior absoluto: cum igitur anima sit ens absolutum, videtur quod anima in illo priori sit distincta & non per respectum, quia in illo priori est. Respondent quod respectus est quidem posterior anima quo ad substantiam eius, sed est prior eadem anima in quantum est distinctum: nam distinctum, in quantum huiusmodi, est relatiuum. Et si iterum dicatur, quod respectus habet ab anima quod sit hic & distinctus, cum accidentia distinguantur per substantiam: ergo anima non habet à respectu quod sit hæc. Respondent quod respectus ille potest dupliciter considerari. Vno modo vt est vnus & indistinctus in se: & hoc habet ab anima in qua est. Alio modo vt est distinctus ab aliis, & hoc habet non quidem ab anima, sed à termino qui est ipsa materia in qua fuit anima. Sed iste modus dicendi patitur maximas difficultates. Primo. Omnis relatio habet aliquod fundamentum, quod est accidens secundum istos: aut ergo fundamentum illius respectus est ipsa anima: vel aliquod accidens eius. Non essentia anime: vt ipsi habent concedere. Non accidens, quia non apparet quid sit illud: non enim est in anima aliud accidens nisi intellectus & voluntas, quorum neutrum videtur fundare hunc respectum, quia sequitur quod talia accidentia prius essent distincta quam anima, ex quo ipsa immediate fundant hunc respectum formaliter distinctiuum, & sic ista anima distingueretur ab alia: quia intellectus istius distinguitur ab intellectu vel voluntate illius. Secundo. Distinctio est relatio: aut ergo ille respectus est ipsa distinctio, aut est alius respectus siue relatio. Non alius quia relatio non fundat relationem. Si dicatur quod est idem, tunc sequitur quod nihil aliud est dicere quod anima distinguatur per respectus, nisi quod distinguatur distinctione: & sic nulla alia ratio assignatur distinctionis earum, nisi quia distinguuntur. Tertio. Numeralis, distinctio relationum secundum S. Tho. non sumitur ex terminis, alioquin pater tot haberet paternitates quot haberet filios: sed sumitur ex fundamentis: ergo iste respectus nõ habet à termino quod sit distinctus ab alio respectu, sed hoc habet à fundamento. Quarto. Terminus qui est materia in qua fuit hæc anima, non habet eandem numero distinctionem quæ prius: ergo si numeralis distinctio horum respectuum sumitur à

termino, sequitur quod hæc anima & respectus eius non habeant eandem numero distinctionem quam prius. Consequentia patet. Antecedens probatur. Distinctio materiæ non est nisi per quantitatem. Sed illa materia non habet eandem quantitatem: cum etiam non habeat eandem formam substantialem: ergo &c. De animabus vero quæ nunquam fuerunt in materia, est dubium: quia (vt dictum est) supra arguendo: ipsæ non habent respectum ad materiam: posito illo casu nisi respectum rationis. Et quia prædictæ rationes efficacissimæ sunt, ideò videtur mihi aliter esse dicendum & de mente Beati Thom. præsertim quæst. 9. de spiritu, in responsione ad tertium: quod in animabus separatis siue aliquando fuerint in materia, siue non, nihil est ponendum eis superadditum quod sit formale distinctiuum, sed ipsæ substantiæ earum distinctæ sunt. Illa autem distinctio non sumitur intrinsecè ab aliquo: quod sit in anima, sed sumitur ab extrinsecò tantum: scilicet à materia, non enim esset possibile plures animas numero esse distinctas, nec actu distinguerentur nisi esset possibile reperiri diuersas partes materiæ, quibus istæ anime sunt applicabiles. Et quod istud senserit Beatus Thomas, declaro. Nam vbi supra dicit quod indiuiduatio anime ita dependet à materia, sicut & esse ipsius: constat autem quod esse anime non dependet à materia in conseruari nec in fieri absolute: quia Deus potest facere animam extra omnem materiam, sed ita dependet quod nunquam anima esset anima: nisi esset possibile dari materiam cui esset vnibilis. Anima igitur quæ fuerunt in materia receperunt distinctionem in instanti primo vnionis earum ad materiam: & ideò post separationem sunt distinctæ, quia fuerunt in distinctis materiis. Ille vero quæ nunquam fuerunt in materia, si fieret, ideò essent distinctæ: quia possent esse in distinctis materiis: sicut ideò essent anime: quia possent esse in materia. Et si dicatur effectus in actu & causa in actu simul sunt. 2. & 5. metaph. tex. comment. 37. Sed nulla materia per causam positum est actu, ergo non est actu distinctio animarum. Respondeo, quod licet materia actu non sit, est tamen actu causa effectiua huius distinctionis, scilicet Deus creans, & hoc sufficit. Contra. Præter causam efficientem oportet assignare aliquod formale distinctiuum. Respondeo, quod formale distinctiuum, id est, quod formaliter distinguuntur est ipsa distinctio quæ non est aliud à substantia anime. Relatio enim nõ distinguitur à fundamento: cũ possit fundari immediate super substantiam, vt dictum fuit supra 5. huius. Ad tertium principale dico quod posito illo casu, nõ esset omnino idem indiuiduum, sed esset idem quo ad distinctionem: posito quod quantitas illa conseruauerit id esse quod prius habebat. Ad improbationem dico quod licet hæc materia & alia sint distinctæ, quia habent distinctas quantitates, & hæc tamen materia habet eandem numero distinctionem quam aliquando alia materia habuit. Ad quartum dico quod quantitas & quodlibet accidens est vnum subiecto cũ eo in quo est. Vnde subiectum & quantitas sunt quidè duo, diuisate quæ est numerus transcendens: sed non dualitate quæ est de genere quantitatis: quia quantitas est ratio ipsi subiecto quod sit vnum vnitate numerali: & sic patet quod minor est falsa. Ad probationem dico quod quæ distinguuntur specie, distinguuntur numero transcendente, nec aliter est vniuersaliter vera propositio philosophi. Ad quintum dicitur quod respectus ibi posita vera est. Vna enim quantitas distinguatur ab alia quantitate, quia partes eius distinguuntur à partibus alterius. Et quia partes in ordine ad totum habent modum materiam: ideò etiã quantitati potest dici conuenire diuisibilitas ratione alicuius materialis, quia tamè partes non sunt aliud à quantitate, ideò quantitati per se primo conuenit diuisibilitas. Ad primam improbationem dicitur: quod omnis distinctio formalis est specifica si sit in formis, quibus non conuenit per se primo diuisio in partes, aut eiusdem aut aliter rationis, cuiusmodi non est quantitas. Ad secundam dicitur: quod situs qui est differentia quantitatis est ordo partium in toto, ordo autem fert secum distinctionem: & ideò situs distinguuntur seipsis, præsertim quia etiã ferunt secum oppositionem, in quantum vnus est sursum, alius deorsum, vnus ante & alius retro. Ad tertium conceditur antecedens de situ qui est prædicamentum, & dicit ordinem partium in loco, sed hoc nõ est ad propositum, negatur autem de situ qui est differentia quantitatis. Ad sextum negatur minor, quia generans generale non potest generare nisi ex materia, cui regnare esse sine quantitate. Et si dicatur quod saltem prius natura acquiritur forma substantialis quam quantitas. Respondendum est sicut ad primum responsionem est. Ad septimum dico quod aliquid potest tripliciter esse ens per se. Vno modo, quia à nullo dependet, & tale est solus Deus. Secundo, quia vtiq; ab

Alius solus di modus per auctore.

Replica.

Ad tertium.

Ad quartum.

Ad quintum.

Ad sextum.

Ad septimum.

Enus per se dicitur tripliciter.

alio de

Ad octauum.

Ad nonum.

Cap. 2. d. 3. c. 2.

Prima ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quid quæritur terminata & interminata sit.

alio dependet: sed in sua ratione formali nec in recto, nec in obliquo dicitur diuersorum generum: & sic entia metaphysicæ & mathematicæ sunt entia per se. Tertio quia dicitur diuersorum generum habentibus necessarium ordinem inter se ita quod eorum vnus nõ est per accidens: & sic entia naturalia sunt entia per se: includit enim accidentia sensibilia & quantitatem quæ necessario concomitantur formam & materiam naturalem: & ideo non sequitur quod indiuiduum sit eas per accidens, licet indiuiduetur per quantitatem. Ad octauum negatur antecedens, intelligendo quod sint indiuidua perfecta: quia in illo priori non habet omnia quæ pertinent ad indiuiduationem: puta distinctionem. Ad probationem negatur minor. Et dicitur, quod substantia in quantum est subiectum habet quidem omnia alia pertinentia ad indiuiduationem, sed non habet distinctionem quæ est à quantitate. Ad nonum dicitur, quod indiuidua substantiæ quantum ad id per quod distinguuntur, non pertinent ad prædicamentum substantiæ, sed quantum ad id per quod sunt incommunicabilia.

QVÆSTIO XXXV.

Verum quantitas interminata sit principium indiuiduationis.

Quæritur trigesimo quinto. Verum quantitas interminata sit principium indiuiduationis, aut potius quantitas terminata. Et videtur quod quantitas terminata non sit tale principium. Primo. Quantitas terminata consequitur esse formæ in materia, ergo consequitur eius indiuiduationem, & per consequens non causat eam. Antecedens patet. Consequentia probatur, quia quantitas consequitur formam: ideo forma est causa eius. Sed sicut se habet forma ad quantitatem: ita hæc forma ad hanc quantitatem, ergo sicut forma est causa quantitatis, ita hæc forma forma est causa huius quantitatis & sue terminationis. Secundo. Variato principio formali, necesse est quod varietur effectus. Sed quantitas terminata variatur, vt patet in cera habente successiue diuersas figuras: & in his quæ augentur & in rarefactis. ergo si quantitas terminata est principium indiuiduationis, sequitur quod varietur indiuiduatio substantiæ: vel ergo variabitur quo ad intentionem & remissionem, & hoc non, quia vnũ indiuiduum non est magis indiuiduum quam aliud: vel variabitur quo ad identitatem & diuersitatem: & sic aqua rarefacta per calorem non erit eadè quæ prius fuit. Maior patet: nam impossibile est variari albedinem, quin varietur esse album, & ita apparet in aliis formis, nec potest dari vlla instantia. Minor etiam declarata est, ergo &c. Tertio. Per prius materia est hæc, quam recipiat hanc formam: & prius recipit hanc formam, quam recipiat hanc quantitatem, ergo quantitas consequens formam non est illa per quam materia recipiens formam, est hæc materia. Maior patet, quia forma nõ est hæc, nisi quia recepta est in hac materia. Minor etiam patet: quia quantitas consequitur formam.

Respondetur. In ista quæstione primo declarabitur, quid intelligendum sit per dimensiones terminatas & interminatas. Quantum pertinet ad hoc propositum, quia de ipsis erit specialis quæstio in 8. huius. Secundo dicitur ad quæsitum. Quantum ad primum ascribunt quidam com. cum putasse præexistere quasdam dimensiones in materia nunquam ab ea separantur: sed manent eadem in generato & corrupto: & istas appellant dimensiones interminatas, & per has distinguuntur indiuidua, quia enim forma recipitur in materia habente has dimensiones quæ nunquam ab ea separantur, ideo hæc forma est hæc: & ita generaliter dicitur de omnibus formis. Sed quid senserit com. & quid veritatis habeat hæc opinio infra dicitur. Per dimensiones autem terminatas & interminatas non intelligo diuersas entitates, sed vnã & eandem quæ diuersimodè considerata, dicitur terminata & interminata. Probat enim Philosophus 4. Phy. quod aliquid potest rarefieri & condensari, dato quod quantitate præexistente non perdat, sed quod eadem conseruetur, & hoc ideo est, quia eadem numero quantitas est in potentia ad hoc quod sic vel sic terminetur, siue talis terminus sit extrinsecus sicut superficies est terminus corporis extrinsecus: cum sit entitas à corpore distincta, vt probauimus in 5. huius: siue sit terminus intrinsecus, sicut bicubitum est terminus intrinsecus corporis bicubiti, cum nõ sit res ei superaddita. Potest ergo quantitas aliqua: puta quantitas aeris, & quælibet alia rerum corporalium dupliciter considerari. Vno modo in ratione dimensionis precise abstrahendo & præscindendo eam à quolibet termino, licet nunquam existat absque termino, & sic dicitur dimensio interminata: quia intellectus eius apprehendit non apprehendendo aliquem terminum cum. Alio

modo potest considerari vt habet aliquem terminum, puta superficiem, & prout est bicubitum aut tricubitum, & sic de aliis: & hoc modo dicitur dimensio terminata. Prædictæ autem dimensiones interminatæ sunt in potentia ad seipsas: vt sunt terminatæ. Non quod dimensiones interminatæ sint purè in potentia & non in actu, cum sint dimensiones simpliciter, & ad sensum demonstrabiles: sed dicuntur esse in potentia: quia considerantur per abstractionem à quolibet termino, cum tamen semper in actuali existentia aliquem terminum habeant.

Quantum ad secundum, dico quod tam dimensiones terminatæ quàm interminatæ, sunt principia indiuiduationis, sed aliter & aliter. Ad cuius euidentiã est sciendum quod materia de se indiuisibilis sit, & reddatur diuisibilis tantum per quantitatem, hanc diuisibilitatem habet à dimensionibus interminatis, ita quod si per impossibile in materia essent dimensiones & quantitates nullum habentes terminum, puta si in materia esset corporeitas absque omni superficie, & non esset bicubitum nec tricubitum: nec vllum alium terminum haberet aut intrinsecum aut extrinsecum, talis materia esset indiuisibilis: quia esset quanta: nullam tamen actu haberet diuisionem: & quia ad hoc quod vnũ indiuiduum ab alio sit distinctum, præsupponitur materiã esse diuisibilem: quia nisi esset diuisibilis, nunquã diuideretur in partes. ideo dimensiones interminatæ sunt principia indiuiduationis originatiue & præsuppositiua, quia ab eis habet materia, quod sit diuisibilis in partes eiusdem rationis. Quia vero impossibile est materiam esse actu distinctã in partes, nisi dimensiones quæ sunt in materia habeant distinctos terminos, id est, distinctas superficies & lineas, per quas distinguantur, ideo à dimensionibus, vt sunt terminatæ, habet indiuiduum quod sit actu ab aliis distinctum. Et ideo concluditur quod dimensiones terminatæ sunt principia indiuiduationis quæram ad id quod vltimo est de ratione indiuidui, scilicet, quantum ad esse actu distinctum, & quantum ad esse actu signatum & demonstrabile.

Ad argumenta respondetur. Ad primum negatur consequentia accipiendo indiuiduationem formæ, quod ad eius distinctionem. Ad probationem dico: quod hæc forma est causa huius quantitatis quo ad entitatem eius, non tamen est causa quod hæc quantitas sit hæc quantitas, sed econtra. Ad secundum negatur minor, non enim variatur quantitas terminata, vt est principium indiuiduationis, quantitas enim nõ indiuiduat: prout habet hunc specialem terminum, puta, vt est bicubitum; sed indiuidua prout est quantitas terminata, quicunq; terminus sit ille, & ideo quantum manet eadem numero quantitas, licet varietur terminus eius, & habeat diuersos terminos successiue, semper manet idem indiuiduum. Quia tamè quantitas successiue recipiens alium & alium terminum, potest dici quantitas interminata respectu eius quæ semper eundè numero terminum habet, sicut est quantitas cæli, ideo aliquando dixit beatus Thom. quod quantitas interminata est principium indiuiduationis in indiuiduis substantiarum corruptibiliũ. Ad tertium negatur minor, licet materia prius recipiat formam quam quantitatem, tamen non prius recipit formam, vt est hæc, quia nec forma nec materia est hæc nisi per quantitatem. Ex quo patet quod forma substantialis & quantitas & materia se mutuo præcedunt. Nam materia quo ad suam entitatem potentialem, prior est tã forma quam quantitate. Forma vero quantum ad esse est prior materia & quantitate, quia neutrum istorum est, nisi per formam. Quantum vero ad esse distinctum, quantitas est prior materia & forma, quia nec forma nec materia habent distinctionem, nisi à quantitate.

Nunc autem dicamus primum.

Hoc loco disputat quomodo diffinitio dicat aliquid vnum. Circa quod queritur. Cap. 2. d. 3. c. 2.

QVÆSTIO XXXVI.

Verum genus & differentia, distinguantur tantum ratione.

Quæritur trigesimo sexto. Vtrũ genus & differentia distinguantur tantum ratione. Et arguitur quod prima ratio nõ. Primo, eadè realitas non potest esse principium realis conuenientie & realis distinctionis. Sed realitas generis est principium realis conuenientie, homo enim & equus realiter conueniunt in natura animalis, differentia autem est principium realis differentie, quia homo per rationale realiter differt ab equo, ergo genus & differentia nõ sunt eadè realiter.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Sexta ratio.

Septima ratio.

Octava ratio.

Nonna ratio.

Distinctio realis.

Distinctio rationis.

Probatur conclusio.

Scilicet responsio.

realitas. Secundo. Sicut se habet tota distinctio ad distinctum, ita partes distinctio ad partes rei. Sed tota distinctio significat distinctum, ergo partes distinctio significant partes rei. Tertio. Sequitur quod distinctio est effectus negatio. Sed hoc est falsum: ergo &c. consequentia patet: quia idem bis diceretur. Responderetur fortè quod non valet consequentia: quia licet genus & differentia dicant eandem rem, non tamen sub eodem conceptu. Sed contra. Hic est negatio, bipes habens pedes: & tamen idem dicitur bis sub alio & alio conceptu: ergo responsio illa est nulla. Quarto. Nullo intellectu considerante, natura generis est contrahibilis: & natura differentia est contrahens, ergo distinguuntur plusquam ratione. Quinto. Vnius rei potest haberi vnus conceptus adæquatus, cum vna res sit vnus cognoscibile, sed eius quod significatur per genus & differentiam non potest haberi vnus adæquatus conceptus: alioquin non fierent necessarii isti duo, ergo non est eadem entitas. Sexto. Ea quæ immutatur intellectum ad diuersas scientias, sunt distinctæ entitates. Sed genus & differentia sunt huiusmodi, ergo &c. Maior patet: quia talia ita immutatur intellectum, sicut est natus immutari à distinctis rebus. Minor probatur. Nā de linea visuali ratione sui generis, scilicet linearis, est geometria: ratione vero differentia quæ est visualitas, est perspectiua. Septimo. Distinctorum actuum sunt distincta obiecta: quia actus per obiecta distinguuntur, 2. de anima; ergo si conceptus generis & differentia sunt distincti: præsupponitur quod obiecta sint ante distincta. Octauo. Si natura generis extra intellectum est omnino idem cum differentia, aut est idem cum vna tantum differentia: aut cum omnibus. Non cum vna tantum: alioquin genus non prædicaretur nisi de vna specie. Si cum omnibus, ergo vel sunt tota natura generis, quæ sunt differentia: vel omnes differentie conueniunt in vna natura generis: & per consequens sunt idem inter se. Nono. Sequitur quod Deus non potest intelligi genus & differentia vtriusque obiecta. Sed hoc est falsum. Deus enim intelligit ea esse distincta. Consequentia probatur. Omnis cognitio quam habet Deus est intuitiua: alioquin esset imperfecta. Sed notitia intuitiua est rei, vt est existens realiter extra animam: ergo non potest cognoscere intuitiue aliqua esse distincta: nisi realiter sint distincta.

Respondeo per vnicam conclusionem quæ est ista: Genus & differentia distinguuntur tantum ratione. Ante autem quam probetur, oportet declarare quid sit distinctio realis, & quid sit distinctio rationis. Ad cuius euidenciam est sciendum, quod distinctio rerum quibus conuenit distinctio præter omnem operationem intellectus: ita quod huius res sunt distinctæ, dato quod non sint obiectiue in intellectu, huc necessario, siue contingenter consequantur se in actu existenti. Iste modo. Soltes & albedo, & superficies & color, & omne subiectum & sua passio, realiter distinguuntur: licet vnus sine altero esse non possit. Dicuntur autem realiter distinguuntur: quia sunt distinctæ realiter. Et similiter etiam ea quæ sunt subiectiue in intellectu: puta species, & actus intelligendi habent realem distinctio: quia posito quod intellectus nihil de eis concipiat: adhuc vnus non est aliud. Distinctio autem rationis est illa quæ conuenit rebus solum vt habeant esse in intellectu: nec eis conuenit nullo intellectu actu intelligente: ita quod in rebus earum nulla est distinctio: nec secundu esse quod habent extra intellectum, sed tantum secundum esse quod in intellectu habent: quia eum de vna & de eadem re format intellectus distinctos conceptus: ideo illa res vt stat sub vno conceptu, distinguitur ratione à seipsa: vt stat sub alio. Ex his arguitur ad conclusionem. Omnis distinctio, aut est realis, aut est rationis tantum. Sed generis & differentia: non est distinctio realis: ergo eorum est tantum distinctio rationis. Minor probatur per principia eorum qui dicunt hanc distinctio: em non esse tantum rationis. Omne abioturum ab alio realiter distinctum, potest esse alio non existente. Sed natura generis non potest esse sine differentia, ergo non distinguuntur realiter. Maior huius rationis ipsi concedunt: & per eam probant quod materia potest esse sine forma. Minor est philosophi in textu dicentis, quod genus non potest esse sine specie: probatur ratione: quia natura generis separata à rebus differentia nihil aliud esset nisi idea: & sic redit ad opinionem Platonis de ideis. Maior vero principalis rationis probatur. Nulla passio excedit suum subiectum, alioquin non esset ei adæquata: & sic esset dare passionem non habentem subiectum, de quo potest primo demonstrari. Sed idem & distinctum sunt passiones entis vt patet 5. Metaphy. tex. comment. 1. 6. ergo non habent in se plus quam ens. Sed omne ens est, aut reale: aut rationis: vt patet 5. & 6. metaphy. tex. comment. 1. 3. ergo omnis distinctio est realis, vel rationis. Ad

hoc solet dici quod ens reale, vt distinguitur contra ens rationis, non solum accipitur pro realitate, sed etiam pro omni modo, qui conuenit rebus extra animam: & ideo distinctio huius entis sic accepti non est rationis nec proprie realis, sed est media: & dicitur distinctio ex natura rei. Sed contra. Suppono quod ens extra animam sufficienter diuidatur in decem prædicamenta: alioquin oporteret dare 11. prædicamentum. Tunc arguo sic. Iste modus aut est substantia, aut accidens. Si accidens, ergo distinctio ipsum consequens, est realis, quia omne accidens dicitur quandā realitatem. Si substantia, ergo vel materia, vel forma, vel compositum vt dicitur 2. de anima & 7. metaphy. Sed quocumque istorum detur, distinctio erit realis, ergo &c. Secundo. Quicquid per se ponitur in genere est vera realitas. Sed hæc distinctio si non est per opus intellectus, ponitur per se in genere: ergo &c. Maior patet. Minor probatur. Omnis relatio quæ non est per opus rationis, ponitur per se in genere relationis: cum de seipsa prædicentur genera & species. Sed distinctio est relatio, ergo &c. Secundo principaliter arguitur. Quandoquocumque aliqua res potestalis & prior respicit plures actualitates, Deus potest eam transmutare de vna actualitate in aliam. Sed realitas generis per se est potentialis, & est prior realitate cuiuslibet differentie, ergo Deus posset transmutare animalitatem à rationalitate in irrationabilitatem & e contra: quod euidenter est falsum. Tertio. Omnis realitas eo formaliter mouet visum quo disgregat aut congregat: alioquin posset disgregare aut congregare sine motione. Sed albedo disgregat ratione suæ differentia quæ est disgregatio, & mouet. Dicitur forte quod maior est falsus, nec probatio valet: quia licet sint distinctæ, tamen vna non potest esse sine alia. Sed contra. Mouere visum distinguitur per se à congregare visum: & est prius mouere quam congregare & disgregare, ergo in illo priori mouet visum & non congregat nec disgregat: quod est impossibile. Quarto. Omnis realitas prior, distincta realiter & essentialiter ab alia, est ab ea separabilis. Sed genus est prius differentia, sicut potentia actus: & in quibusdam, scilicet in his in quibus sunt plures formæ, distinguitur essentialiter à differentia: vt concedit Scotus, ergo Deus posset in istis facere genus sine differentia: & per consequens posset facere animal quod nec esset rationale nec irrationale. Quinto. Sequitur quod à remotis citius videbitur hæc albedo quam hic color, semper demonstrando idem. Consequens est euidenter falsum, alioquin disgregaret visum, & non immutaret, cum disgreget, in quantum albedo, & immutet in quantum color. Consequentia probatur. Omnis realitas actualior & perfectior alia intenziue & extenziue potest à remotis & in maiori distantia aliquam potentiam mouere. Sed realitas huius albedinis est actualior intenziue & extenziue realitate huius coloris, quia hic color dicit solum realitatem generis, hæc albedo dicit realitatem generis & differentia. Item realitas indiuidui speciei est perfectior realitate indiuidui generis: prima includit differentiam, secunda non: ergo &c. Maior etiam patet, quia vnusquodque agit in quantum est actus, & patet probatio conclusionis in se.

Nunc restat eam declarare. Ad cuius euidenciam est sciendum quod genus & differentia eandem rem significant, sed sub diuersis conceptibus. Nam genus significat eam confusè & per modum determinabilis, differentia vero significat eam per modum determinantis, conceptus autem confusus ac determinabilis est alius à conceptu determinante. Sed est sciendum quod cum dico genus significare naturam indeterminate, istud potest tripliciter intelligi. Primo quod natura quam dicit genus, sit realiter extra animam indeterminate: & res quam dicit differentia sit realiter determinata: & hic sensus est falsus: quia hoc inferret realem distinctio. Secundo potest intelligi quod genus significet rem cum indeterminatione, differentia vero significet rem cum determinatione: ita quod terminatio & indeterminatio sint de principali significato generis aut differentia, & hoc etiam est falsum, alioquin nunquā posset simul habere conceptum generis & differentia: quia dū intelligit aliquid esse indeterminate, non potest tunc intelligere ipsum esse determinatum. Tertio potest intelligi quod determinatio & indeterminatio non conueniant ipsis rebus, sed sint particulariter significatæ per genus & differentia, nec consequuntur modum intelligendi, ita quod non conueniunt rebus extra, præsertim indeterminate, sed solum vt habent esse in intellectu: & iste sensus est verus. Potest enim intellectus apprehendere naturam animalis per abstractionem ab omnibus differentiis, & hunc conceptum suæ apprehensionem consequitur indeterminatio, non quod intellectus apprehendat naturam indeterminate: sic enim falsè apprehenderet: sed quia ita apprehendit eam, ac si esset indeter

Text. cō. 2.

Secundatio

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Genus & differentia ratione cap. in diff. 11.

Ad primum.

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad quartum.

Ad quintum.

Ad sextum.

Ad septimum.

Ad octauum.

Ad nonum.

At verò & oportet diuidi.

Quæstio xxxvii.

Vtrum differentia specialissima includat omnes superiores formaliter.

Prima ratio.

Secundatio.

Tertia ratio.

indeterminata. Vnde tota hæc indeterminatione est in modo concipiendi. Potest etiam intellectus apprehendere naturam animalis, vt est in homine, & sic apprehendit eam determinate: tales enim modi concipiendi compatiuntur se mutuo ad intellectum.

Ad argumenta responderetur. Ad primum negatur minor quantum ad primam eius partem. Natura enim generica aut specifica nullam habet vnitatem extra intellectum, vt infra probabitur, sed tantum habet vnitatem rationis, conuenientem ei per opus intellectus, & ideo non est principium conuenientia realis, sed tantum rationis, differentia vero est principium realis distinctionis: & licet homo & equus sint animal, non sunt tamen realiter idem animal. Ad secundum negatur maior, sicut enim tota distinctio significat totum distinctum, ita quælibet pars distinctio significat totum: nec pars significat partem: alioquin non prædicarentur in recto de ipso distincto. Ad tertium dicitur quod responsio data est bona: quia ad negationem oportet quod reperatur idem & suo eodem conceptu. Ad improbatum dico quod exemplum non est ad propositum: quia ibi reperitur idem conceptus, scilicet, conceptus pedis. Ad quartum negatur antecedens. Cuius ratio est, quia contrahere & contrahi sunt tantum actus rationis, nec conueniunt rebus extra animam, & ideo animal extra intellectum non est contrahibile: nec rationale est contrahens. Quicquid enim contrahitur est commune: natura autem ad extra: vt sic non est communis: quia quicquid est, vnus numero est. Ad quintum negatur maior. Loquendo de conceptu simplici representante rem perfecte: sed sufficit quod vnus cognoscibilis habeatur vnus conceptus complexus, per quem perfecte representetur & cuius quælibet pars imperfecte ipsum representet. Ad sextum negatur maior: quia de eadem re possunt esse distinctæ scientia: cum distinctio scientiarum non solum attendatur penes distinctionem rerum, sed etiam penes distinctionem mediorum siue principiorum. Dico tamen quod conceptus generis & differentia non sunt ita distincti, sicut conceptus diuersarum rerum: quia in his vnus est determinatio alterius: non autem in illis qui sunt diuersarum rerum. Ad id quod dicitur de linea visuali, dico quod visualitas non est essentialis differentia linearis. Ad septimum dicit quod ad distinctionem actuum sufficit distinctio formalis obiectorum: hæc autem distinctio formalis non præexistit actu in obiectis, sed fundamentaliter & potentialiter. Ad octauum dicitur quod natura generica extra intellectum est idem cum quolibet differentia: & quod tot sunt nature animalis, quot sunt differentia & species animalium, dicitur tamen animal esse tantum vnus genus: quia ei non attribuitur intentio generis: nisi vt abstrahitur per intellectum ab omnibus differentis. Ad nonum dicitur quod Deus non cognoscit animal & rationale habere extra intellectum vllam actualē distinctionem: sed tantum potentialem, quæ reducitur in actum per opus rationis. Intellectus autem noster habet propriam speciem animalis & propriam speciem rationalis: per quas format duos conceptus, quorum prius est confusus: secundus vero est distinctus. Quod autem dicitur de cognitione intuitiua, ad rem theologiam pertinet.

tur quod in definitione esset negatio. Sed hoc est falsum: vt patet 7. meta. ergo &c. Consequentia probatur. Si rationale includit sensibile: cum sensibile includatur etiam in animali tanquam differentia constitutiva: tunc dicitur animal rationale, bis diceretur sensibile. Quarto. Sequitur quod daretur processus in infinitum in differentiis. Sed hoc est impossibile: alioquin nullius rei haberetur perfecta notitia: ergo &c. Consequentia probatur. Rationale & irrationale conueniunt in sensibili, & distinguuntur inter se: ergo aliqua differentia distinguuntur, & non seipsis: quia quæ in aliquo conueniunt, non possunt seipsis distinguuntur. Quæritur ergo de his quæ distinguuntur, quomodo differant inter se: & sic in infinitum. Quinto. Sequitur quod differentia esset species. Sed hoc est falsum: alioquin prædicabilia non essent, ergo &c. Consequentia probatur. Id est species quod prædicatur in quid de differentibus numero & aliquid habet prædicatum de se in quid & aliud in quale: sed differentia dicitur de differentibus numero: & de ea aliquid prædicatur in quid, scilicet, differentia superior: & aliquid in quale, scilicet, id per quod distinguitur ab alia differentia: ergo &c.

Respondeo, quod quia beatus Thomas nihil de hac questione expresse loquitur: ideo quidam ex nostris variè senserunt. Ioannes Capreola 1. distinctio. quæst. 2. tenuit opinionem Scoti, dicens, quod si includi formaliter in alio, nihil aliud sit quam dicere eandem essentiam cum alio, sic differentia inferior includit omnes superiores: si autem includi formaliter sit includi in formali conceptu, sic est dicendum quod non. Quidam alij tenent partem affirmatiuam, dicentes, quod differentia inferior includit formaliter omnes differentias superiores. Includi autem vnus in alio formaliter est ipsum claudi in formali, siue quidditatiuo conceptu eius: sicut animal includitur in homine. Et hoc etiam sustinetur gratia exercitij: licet mihi magis placet prima opinio: probatur autem ista conclusio. Primo. Quicquid prædicatur de aliquo in abstracto includit in formali conceptu eius: sed differentia superior prædicatur hoc modo de inferiori: ergo &c. Maior patet: quia cum abstractum dicat tantum id quod ad naturam eius pertinet: nihil potest de eo prædicari, nisi sit de ratione ipsius. Minor est Philosophi, in textu præsentis, dicentis quod fixio est pedalis, & per fixationem accipit differentiam inferiorem: per pedatitatem vero differentiam superiorem. Dicitur forte quod philosophus accipit abstractum pro concreto. Sed expresse apparet quod hæc glossa falsificat textum philosophi. Nam secundum hanc glossam hæc propositio non est vera, fixio est pedalis. Secundo. Sequitur quod conceptus differentia esset conceptus simpliciter simplex. Sed hoc est falsum: ergo &c. Falsitas consequentis patet: quia conceptus differentia non est simpliciter conceptus generis generalissimi: conceptus autem generis generalissimi non est simpliciter simplex: cum sit resolutibilis in plures conceptus: soluitur enim conceptus substantia in conceptum entis & in conceptum perfectitatis. Consequentia probatur: quia conceptus differentia non esset resolutibilis in plures conceptus. Tertio. Sequitur quod differentia specificæ essent de primis prædicatis. Consequens est falsum: quia sunt tantum 10. prima prædicata simplicia siue 10. materies rerum: vt dicit Comment. 8. metaphy. comment. 8. ergo &c. Consequentia probatur. quia cum differentia non includat genus: sic etiam non includeret differentias superiores, sequitur quod nihil haberet supra se: & per consequens esset de primis prædicatis. Dicitur forte quod consequentia non tenet: quia licet non habeat prædicata directè, habet tamen indirectè. Sed hoc non tollit rationem. Nam etiam prima genera habent aliquid prædicatum indirectè: hæc enim est vera. Substantia est animal, & tamen propter hoc non tollitur quin sit de primis prædicatis.

Ad argumenta responderetur. Ad primum negatur minor. Ad probationem dico quod si intelligatur, quod primo diuersa in nullo simpliciter conueniant: sic est falsum: decem enim genera sunt primo diuersa: vt dicitur 10. Metaphy. text. comment. 13. & tamen conueniunt in re. Si autem intelligitur quod non conueniant in aliquo, quod diuidatur per differentias sic conceditur: sed dicitur quod differentia superior quam includunt formaliter differentia inferiores, non diuiditur: quia distinguuntur per differentias, conuenit tantum generibus. Ad secundum negatur consequentia. Ista enim est immediata: nulla substantia est quantitas primo posteriorum: & tamen subiectum & prædicatum conueniunt in ente: nec per eas potest probari quod quantitas negeret vniuersaliter de substantia: quia ens dicitur de vtriusque affirmatiue. Et similiter per sensibile non potest probari quod irrationale negeret non

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Ioannes Cap.

Conclusio.

Ad primum.

Ad secundum.

non vniuersaliter de rationali: quia sensibile de vtrisque dicitur affirmatiue. Ad tertium negatur consequentia: quia non est nugatio: si idem bis dicitur: sed prius in communi, & postea in speciali, puta si dicatur animal homo: & sic est in proposito. Nam cum dico rationale, dicendo animal: dico sensibile, sed in communi. Dicendo autem rationale: dico sensibile, sed magis specialiter & determinate. Ad quartum negatur consequentia. Ad probationem, dico quod non oportet ea quae conueniunt in aliquo & inter se distinguuntur, distinguuntur per differentias: si talia sint ipsismet differentiae: & si illud commune in quo conueniunt non diuidatur per differentias. Ad quintum negatur consequentia loquendo de identitate formali, differentiae enim non conueniunt intentione speciei. Ad probationem dico quod de differentia nihil praedicatur in quate: quia ipsa nihil habet sibi additum, per quod distinguatur a differentia sibi opposita: sed distinguitur seipsa: ut dictum fuit.

QUESTIO XXXVIII.

Vtrum genus & species sint idem inconuertibiliter.

Prima ratio. Vtritur trigesimo octauo. Vtrum genus & species sint idem inconuertibiliter. Et arguitur quod non. Primo. Relatio realis requirit extrema realiter distincta. Sed inconuertibilitas siue inadaequatio est relatio realis: ergo non potest esse inter genus & speciem: quae sunt idem realiter. Confirmatur. Aequalitas requirit distinctionem realem: ergo etiam inadaequitas. Sed genus & species non distinguuntur realiter, ergo non sunt idem inadaequabiliter. Secundo. Ponere identitatem generis & speciem inconuertibilem, est infringere omnem demonstrationem, ergo talis identitas non est ponenda. Consequentia patet. Antecedens probatur: quia dum concluditur aliquid de specie per genus, dicitur quod est fallacia accidentis: & quod licet maior & minor extremitas sint idem in medio: non tamen sunt idem inter se: quia medium est eis inconuertibile. Tertio. Relatiua aequiparentiae mutuo conuertuntur. Sed identitas est relatio aequiparentiae: nam idem est idem: ergo quicquid est alicui idem, est ei conuertibiliter idem. Quarto. Maior est identitas inter ea quae sunt idem entitatiue, quam inter ea quae sunt aequalia quantitatiue. Sed duae lineae non possunt esse aequales quantitatiue, quin sint aequales conuertibiliter: ergo si genus & species sunt idem entitatiue, oportet quod sint idem conuertibiliter. Quinto. Nulla res est inconuertibilis sibiipsi, sicut nec excedit, nec est maior seipsa. Sed genus & species sunt eadem res: cum vnum de altero quidditatiue & essentialiter praedicatur, ergo vnum non est alteri inconuertibile. Sexto. Sequitur quod in qualibet specie & in quolibet indiuiduo esset duplex identitas. Sed hoc est falsum: quia sicut tantum vna est vnitas, ita vna identitas. Consequentia probatur. Identitas conuertibilis, & identitas inconuertibilis, non sunt eadem identitas. Sed species est eadem inconuertibiliter sibiipsi, & est eadem inconuertibiliter generi per se. ergo &c. Item terminus identitatis conuertibilis est ipsamet species: terminus vero identitatis inconuertibilis est genus: ergo non sunt eadem identitas.

Not. prim. Respondeo. In ista quaestione praemittenda sunt aliqua & postea dicitur ad quaestio. Quantum ad primum. Sciendum primo quod dicere aliquid esse conuertibile & inconuertibile idem est: ac si dicatur ipsum esse aequale vel inaequale secundum praedicationem: unde sicut aequale & inaequale dicuntur ad aliud, quia sunt relatiua, ita etiam conuertibile & inconuertibile dicuntur ad aliud: & idem sicut nihil dicitur aequale aut inaequale sibiipsi proprie loquendo: ita nihil est conuertibile aut inconuertibile sibi: sed tantum alteri, quod distinguatur aut re aut saltem ratione. Dicitur ergo vnum esse alteri conuertibile secundum praedicationem, si ei adaequatur in praedicando: & hoc reperitur in omnibus, quae ita se habent, quod de quocunq; praedicatur vnum, praedicatur etiam reliquum. Ea vero sunt incorruptibilia quae opposito modo se habent. Sciendum secundo quod natura generica dupliciter potest considerari. Vno modo secundum actuale eius existentiam: & quia non existit nisi in suis inferioribus: ideo ut sic, nulli identificatur nisi in quo est: & ea quae est in vno, non est in alio. Illud enim animal quod est homo, non est id quod est asinus. Et propter hoc dixit beatus Thom. in tractat. de natura generis: animal quod praedicatur de homine, idem est penitus quod homo. Alio modo potest considerari prout habet esse obiectiuum in intellectu, id est, ut est cognitum apprehensum per abstractionem

Prima ratio.

Secundaria ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Sexta ratio.

Not. prim.

Not. secundum.

ab omnibus differentiis ipsum diuidetur, secundum quem modum dicitur habere unitatem rationis & esse quoddam vnum in quo omnes species eius conueniunt. Et ad hunc sensum loquendo de genere responderetur ad quaestio ista conclusionem. Genus & species sunt idem inconuertibiliter. Quae quidem conclusio non tantum vera est de genere & specie: sed etiam de quolibet superiori vniuoco, respectu suarum partium subiectiuarum. Et per genus & speciem: ut habent esse in intellectu, non accipio species aut conceptus eorum formales qui sunt subiectiuum in intellectu, quorum vnus est vniuersalior in presentando quam alius, scilicet conceptus generis & speciei: sed accipio conceptus obiectiuos, scilicet naturam significatam per genus: & naturam significatam per speciem, puta hoc nomine, animal, & hoc nomine, homo. Cum enim isti termini sint vniuoci: quilibet eorum significat immediatè aliquam vnã naturã. Et breuiter intelligo in conclusione quod humanitas & animalitas secundum se consideratae sunt idem inconuertibiliter. Quod enim sint idem, oportet probare: quia vnum de altero praedicatur in quid, scilicet animal de homine: sed quod sint idem inconuertibiliter, probatur. Primo. Impossibile est quod aliqua duo sint idem conuertibiliter vni tertio, quin etiam sint conuertibiliter inter se. Cuius ratio est: quia talis est vnio extremorum inter se, qualis est eorum in medio. Sed homo & asinus sunt duo quae sunt idem in animali in quo conueniunt: ergo si animal est idem conuertibiliter vtrisque: eorum sequitur quod homo & asinus sunt idem. Secundo. Quae sunt idem conuertibiliter, de quocunq; praedicatur vnu, praedicatur & aliud: ut patet ex definitione conuertibilium. Sed non de quocunq; praedicatur genus, praedicatur species: quia animal dicitur de equo, de quo non praedicatur homo: ergo &c. Tertio. Quicquid idem est homini conuertibiliter, est tantum homo: sed animal non est tantum homo, ergo &c. Maior patet: quia quod est praecise homo: est tantum homo. Sed quod est conuertibiliter homo, est praecise homo: quia esse aliquid praecise & esse ipsum adaequatè siue conuertibiliter idem significat. Minor etiam patet: quia animal est aliud quam homo: est enim idem cum equo, ergo &c. Quarto id quod est idem multis, & tanta identitate vni quata alteri, nulli eorum est idem conuertibiliter & adaequatè, ut de se patet ex terminis. Sed genus est idem cuilibet speciei, & tanta identitate vni quata alteri, quia cuilibet essentialiter, ergo &c.

Ad argumenta responderetur. Ad primum negatur minor: cuius ratio est, quia conuertibilitas & inconuertibilitas opponuntur. Est autem conuertibilitas nihil aliud nisi identitas adaequata. Vnde cum dico, Sorres est idem sibi adaequatè: nũ dico duos respectus, sed tantum vnũ, & explico modum eius. Ita inconuertibilitas ei opposita est identitas, & per inconuertibilitatẽ exprimo modum illius identitatis. Vnde sicut identitas adaequata est tantum relatio rationis, ita & inadaequata. Ad confirmationem dico quod antecedens & consequentia & consequens vera sunt de aequalitate quantitatiua: sed falsa sunt de aequalitate & inaequalitate secundum praedicationem, diffinitio enim & diffinitiuum sunt equalia secundum praedicationem, & tamen sunt realiter distincta. Ratio autem huius diuersitatis dicitur respondendo ad quintum. Ad secundum negatur antecedens. Iste enim syllogismus optimus est. Omne animal est sensitiuum, omnis homo est animal: ergo omnis homo est sensitiuus, nec est hic fallacia consequentis. Ad probationem, dico quod solum tunc non sequitur extrema esse idem inter se, quia sunt idem in medio inconuertibili, quando argumentum peccat in forma, unde licet homo & asinus sint idem in animali, non sequitur quod sint idem inter se, quia argumentum peccat in forma arguendo sic ex puris affirmatiuis in secunda figura: Omnis homo est animal, asinus est animal, ergo asinus est homo. Ad tertium. Dicitur quod aliud est loqui de conuertentia, & aliud de conuertibilitate: quia conuertentia est proprietas relatiuorum praesertim aequiparantiae: quae conuertuntur, non tantum quia mutuo referuntur, sed etiam quia referuntur secundum idem nomen, conuertibilitas autem est proprietas terminorum, qui adaequate de eisdem praedicantur: & ideo argumentum non est ad propositum. Ad quartum & quintum. Responderetur simul, quod dupliciter potest dici vna res esse inconuertibilis alteri realiter. Vno modo per inclusionem alicuius realitatis, quia, scilicet aliqua realitate includit, quã non includit alia, sicut ternarius includit aliquod vltimum binarium, & hoc non est in genere & specie, quia genus nihil dicit quod non sit in specie, & similiter species nulla realitate dicit distinctã a realitate generis, quia genus & differentia sunt eadẽ res, sed illa inconuertibilitas est in inaequalitate quantitatiua. Alio modo dicitur aliqua inconuertibilis per exclusionem, & sic se habent genus & species, nam homo excludit asinum a suo significato, quod non excludit animal. Ad argumentum igitur dicitur quod non est simile de equalitate

Ad primum.

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad quartum.

Ad quintum.

Ad sextum.

quantitatiua & entitatiua: quia aliter & aliter negant exclusionem, ut dictum est. Ad quintum tamẽ dicitur. Quod proprie loquendo nulla res est sibiipsi inconuertibilis, est tamen inconuertibilis alicui a quo non distinguitur realiter. Et idem species non est inadaequata sibi, sed est inadaequata generis. Ad sextum negatur consequentia. Ad primam probationem, dico quod vtraque identitas, est idem respectus, quia habet idem fundamentum scilicet eandem naturam: sed habet aliam & aliam denominationem ex terminis. Concedo tamen quod identitas conuertibilis non est inconuertibilis: est tamen eadem relatio eidem, sicut albedo est eadem res cum similitudine, licet ista non concedatur, albedo est similitudo. Ad secundam probationem negatur consequentia. Non enim sequitur quod sit alia & alia relatio: quia semper est idem fundamentum, licet habeat diuersas denominationes ex terminis, sicut si paternitas qua refertur vnus pater ad multos filios, ut terminatur ad Sortem vocaretur a, & ut terminatur ad Platonem, vocaretur b, esset tamen eadem relatio.

QUESTIO XXXIX.

Vtrum materia & forma sint vniuersalia.

Primaria ratio.

Secundaria ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Intellectus quasi.

Conclusio responsalis negatiua.

Vtritur trigesimo nono, vtrum materia & forma sint vniuersalia. Et videtur quod sic. Primo. Quicquid praedicatur in quid de differentiis solo numero est species: ut patet ex diffinitione speciei. Sed materia & forma sic praedicantur: ergo sunt species: & per consequens sunt vniuersalia. Maior patet. Minor probatur. Nam materia praedicatur in quid de materia Sortes & de materia Platonis: constat autem quod istae materiae distinguuntur tantum numero: similiter forma: puta anima, praedicatur de hac & de illa anima. Confirmatur. Materia praedicatur de materia caeli & de materia corruptibilium in quid. Sed istae materiae sunt diuersarum rationum, ut dicitur: ergo materia praedicatur de differentiis speciei & per consequens est genus. Secundo. Omne indiuiduum est indiuiduum alicuius speciei: quia indiuiduum & species dicuntur relatiue. Sed haec materia & haec forma sunt indiuidua alioquin frustra quaereretur principium indiuiduationis eorum, ergo sunt indiuidua. Sed non sunt indiuidua alterius quam materiae & formae: quia non apparet aliquid aliud quod praedicetur de ipsis immediatè: ergo &c. Tertio. Quicquid potest concipi conceptu communi, est vniuersale. Sed materia potest concipi conceptu communi, ergo &c. Maior videtur nota. Minor est philosophi 7. metaph. text. comm. 39. vbi dicit, Palam est quod anima est substantia prima: corpus autem materia: homo vero aut animal quod est ex vtrisque: ut vniuersale: Socrates autem & Coriscus ut singulariter: siquidem anima dupliciter dicitur. Alij nanque ut animam. Alij vero ut totum: si vero simpliciter anima haec & corpus hoc: ut quidem vniuersale & singulare. Quarto. Quod materia sit vniuersalis, habetur expressè a philosopho 6. & 7. metaph. textu comm. 35. dicente, quod materia vniuersalis ponitur in diffinitione substantiarum sensibilium & non materia particularis. ergo &c.

arguitur specialiter de materia per rationes Alberti magni in praedicabilibus tractatu primo, cap. 8. vbi arguit. Primo sic. Si materia esset vniuersale oporteret quod ipsa esset vniuersale substantiale: & non accidentale: cum ipsa sit substantia & non accidens. Sed ipsa non est vniuersale substantiale: ergo &c. Minor probatur. Omne vniuersale substantiale dat esse: & nomen & rationem ei in quo est: sed materia non dat esse, aut nomen, aut rationem: homo enim non est homo per materiam: quia materia hominis posset esse sub forma lapidis: ergo &c. Secundo. Omne praedicabile habet modum formae respectu eius, de quo dicitur quia dici de altero est modus formae: sicut & esse in alio. Sed materia non habet modum formae: quia casualitas & modus materiae non conuenit formae nec e contra: dicitur 2. physic. text. comment. 30. ergo &c. Tertio. Nihil est communicabile multis vnum existens in eis secundum essentiam nisi forma: natura materia non est communicabilis multis, nisi per diuisionem: ita quod non tota est in singulis: vniuersale autem est totum in singulis: ergo vniuersale non est materia. Patet ex his quod ad hoc, quod aliquid sit vniuersale, requiruntur duo: primum est quod dicat naturam completam: & secundum est quod significetur per modum totius.

Ad argumenta responderetur. Ad primum negatur maior, si tale praedicatum in quid non dicat nisi tantum naturam partialem: cuiusmodi sunt materia & forma. Ad secundum dico quod de huius partibus naturarum non dicitur proprie quod sint indiuidua: sed potius quod sint singulares: cuius ratio est: quia indiuiduum & particulare dicuntur proprie in ordine ad vniuersale: singulare autem dicitur per oppositum ad commune. Ista autem partes possunt habere rationem alicuius communis & possunt concipi conceptu communi: sed vniuersale praeter conceptum communem, requirit etiam conditiones suprapositas. Et per hoc patet responsio ad tertium & quartum: non enim dicit Philosophus aliud nisi quod materia signata non ponitur in diffinitione, sed materia communis: & si alicubi inueniatur materia vniuersalis, exponendum est vniuersale pro communi. Vel dicendum quod Philosophus non loquitur de materia prima, sed de materia proxima, ut sunt carnes & ossa & sanguis: quod patet: quia etiam tantum de huius materia ipse ibi exemplificat.

QUESTIO XL.

Vtrum natura vniuersalis habeat unitatem realem, minorem unitate numerali.

Vtritur quadagesimo. Vtrum natura vniuersalis habeat aliquam unitatem realem: sed minore unitate numerali extra intellectum. Et videtur quod sic. Primo. Si vniuersale nullam habet unitatem realem: sequitur quod omnis vnitas realis sit vnitas numeralis. Sed hoc est falsum: ergo &c. Consequentia patet, quia praeter unitatem rei singularis non est alia: nisi vnitas vniuersalis. Falsitas consequentis probatur: si sola vnitas numeralis est realis, sequitur quod nulla sit distinctio realis nisi distinctio numeralis. Sed hoc est falsum: quia distinctio specifica est realis. Consequentia probatur. Omne distinctum est distinctum realiter tantum ea unitate, qua est vnum realiter in se, ergo si omnis vnitas realis est numeralis, sequitur etiam quod omnis distinctio realis sit numeralis. Secundo. Sequitur quod Sortes non plus distinguatur a Platone quam a lapide. Sed hoc est falsum: ut de se patet. ergo &c. Consequentia probatur: quia in nullo conuenit plus cum Platone quod sit realiter vnum quam cum lapide. Tertio. Fundamentum relationis realis est reale. Sed vnitas specifica est fundamentum realis similitudinis: quae est inter duo indiuidua eiusdem speciei. Nam vnum in qualitate facit simile, ergo vnitas specifica est vnitas realis. Minor patet. Maior probatur, quia fundamentum relationis non est debilius relatione. Quarto. Sequitur quod differentia numeralis esset differentia simpliciter, differentia vero specifica esset secundum quid. Sed hoc est falsum: alioquin sic arguendo, ista differunt specie, ergo differunt numero, esset arguere a secundum quid ad simpliciter, contra Philosophum 4. metaph. cap. de vno: in fine. Quinto. Vniuersale incorruptibile est & perpetuum: ut dicitur primo posterioro. ergo ut sic habet unitatem realem. Patet consequentia: quia secundum unitatem numeralem corruptitur corruptis indiuiduis: ergo oportet quod ex ea parte qua est incorruptibilis respondeat ei propria vnitas.

Respondeo, quod natura vniuersalis nullam habet a unitate. Met. Paul. Son. vnita

Ad primum.

Ad tertium & quartum.

Cap. 9. d. 5.

quasi. 3.

Primaria ratio.

Secunda ratio.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

vnitatem realem: sed solum vnitatem rationis, vt est obie-
ctiue in intellectu. Ad cuius euentiam, sciendum est quod
cum vnuerfalitas conueniat tam generibus quam specie-
bus, aliqua tamen differentia est quantum ad eorum vni-
tatem. Aliquod enim est genus tantummodo logicum, &
non physicum: quia nomen ipsum significans non dicit
vnam naturam cui conueniat esse vnus rationis, sed tan-
tum dicit vnā rationem, ex parte intellectus: sed natura
correspondens huic rationi habet esse diuersarum ratio-
num in re: & hoc modo corpus est genus ad corruptibilia
& incorruptibilia. Sed corporeitas in corruptibilibus ha-
bet esse corruptibile: in celo autem habet esse incorrupti-
bile: & ideo metaphysicus qui considerat naturas rerum,
dicit. to. meta. tex. comm. 26. quod corruptibile & incor-
ruptibile differunt plusquam genere: & 7. phys. dicitur quod
iuxta genera latent æquiuocationes. logicæ autē qui for-
mat tam de hoc quam de isto vnum cōceptum, scilicet esse
subiectum triax dimensionis in quo conceptu vniformi-
ter conueniunt, dicit quod corpus est genus, quia secun-
dum hanc rationem, vniocē prædicatur. Genus autem
physicum, & similiter omnis species specialissima, non so-
lum dicit vnā rationem formatam ab intellectu, sed
etiam vnā naturam aptam natā reperiri in multis. Quæ
natura tripliciter considerari potest: vno modo secundum
se: & sic qualibet natura est vna: alioquin nomen ipsam
significans non esset vniocum, cum de ratione termini
vniocū sit significare immediatē vnum. Hanc autem vni-
tatem non communicat natura suis inferioribus: sed con-
uenit naturæ in illa prioritate naturæ qua est prior suis in
ferioribus. Hæc autem vnitas nunquam est actualis, sed
terminus potentialis: quia sicut natura nō habet actū esse
ante sua indiuidua, ita nō habet actū vnitatem. Sed si ipsa
separaretur secundum esse ab omnibus indiuiduis esset
actū vna secundum esse sic separatum: quia non haberet
per quid plurificaretur: sicut etiam si daretur albedo sepa-
rata, ipsa esset tantum vna. Secundō potest considerari na-
tura secundum esse quod habet in indiuiduis: & sic acci-
dit ei vnitas & pluralitas: & nullum istorum conuenit ei
per se. Si enim de ratione humanitatis esset pluralitas: se-
quitur quod in Sorte essent plures humanitates: si etiā de
ratione ipsius esset vnitas, sequitur quod ipsa nunquam
posset plurificari in Sorte & in Plat. Cuius ratio est: quia
quæ sunt de ratione alicuius: & quæ per se conueniunt ei
nunquam possunt ab eo separari. Tertiō potest considera-
ri secundum esse quod habet in intellectu per sui speciem
repræsentantem ipsam, præsciendō & abstrahendo ab
omnibus principis indiuiduantibus: & sic est vna. Nam
remotis omnibus principis distinctiuis, remouetur disti-
ctio: & res ipsa manet indistincta. Constat autem quod
hæc vnitas non est realis, quia non conuenit naturæ extra
intellectum: sed est rationis tantum, conueniens ei secun-
dum esse quod habet in anima. Et ad hunc sensum proba-
tur: quod natura vnuerfalis nō sit in pluribus indiuiduis
secundum aliquam vnitatem realem. Primō. Quia sequi-
tur quod in eodem supposito: puta in Sorte, essent duæ hu-
manitates. Sed hoc est falsum: quia duæ humanitates con-
stituunt duos homines. Sortes autē est tantum vnus homo.
Consequētia probatur. Vnitas rei & entitas rei sunt eadē
res: vt dicitur 4. metaph. ergo plurificato vno plurifi-
catur reliquum. Sed per te humanitas Sortis habet vni-
tatem numeralem: in Sorte etiam est vnitas specificā secun-
dum quam eadem humanitas est in Platone: ergo si in
Sor. sunt duæ humanitates reales: sequitur quod in Sor. sint
duæ humanitates. Secundō. Sequitur quod nihil posset anni-
hilari, nisi omnia quæ sunt eiusdem speciei annihilaretur.
Sed hoc falsum: alioquin prima causa non esset infini-
tæ virtutis. Consequētia probatur: & suppono quod rem
annihilari sit eam desinere esse: ita quod nec ipsa nec ali-
quid eius maneat: & nihil loco eius succedat: propter quod
panis qui conuertitur in corpus Christi non annihilatur.
Tunc sic. Si aliquid annihilatur: nihil eius manet. Sed si
Deus destrueret animā Sortis, aliquid eius maneret: quia
per te eadem natura animæ secundum vnitatem realem
est in hac anima & in illa quæ ponitur conseruari: puta in
anima Platonis: ergo hæc non annihilatur. Ad hoc solet
negari consequētia, & dici quod annihilatur: quia licet
aliqua entitas quæ fuit in hac anima, remaneat: non tamē
manet vt fuit huius animæ. Sed contrā. Hoc non tollit
rationem: quia annihilatio dicit simpliciter totalem deci-
sionem rei: & non huius aut illius: alioquin si Deus pone-
ret in lapide albedinem eandem numero quæ fuit in cy-
gno: sequitur quod ipsa annihilaretur: quia non est illius
cuius prius fuit. Tertiō. Corruptis primis substantiis, im-
possibile est aliquid eorum remanere: vt dicitur in prædi-
camentis. ergo corrupto Socrate destruitur omnis huma-

nitatis quæ fuit in Socrate: & per consequens nulla remanet
quæ fuerit in eo. Ad hoc solet dici quod mortuo Sor. hu-
manitas eius amplius non est permansuē & duratiuē: est
enim quidditatiuē. Sed contrā, hæc consequētia est bona.
Humanitas Sortis est quidditatiuē, ergo humanitas Sor-
tes est. Sed ipsa non est etiā per te: ergo non est quiddita-
tiuē. Maior probatur: quia ly quidditatiuē, non est termi-
nus distrahens neque diminuens: & per consequens valet
ista consequētia, secundum rem quā ponit Philosophus
secundo perihē. Quartō. Sequitur quod nihil posset de
novo creari, si præexistunt alia indiuidua eiusdem speciei.
Sed hoc est falsum, vt tenetur secundum fidem: ergo &c.
Consequētia probatur. Creatio est ex nihilo. Sed dum
producitur vna anima ipsa non est ex nihilo: quia per te
aliquid eius præfuit in aliis animabus: ergo ipsa non crea-
tur. Respondetur quod creatio est ex nihilo in particulari:
potest tamen esse ex aliquo in vnuerfali. Sed contrā. Id
quod est non fit, nec creatur: alioquin acquireretur esse
postquam esset: ergo siue præexistat in vnuerfali, siue in
particulari impossibile est quod de nouo creetur.

Ad argumēta respondetur. Ad primum negatur maior. Ad
probationem negatur consequētia. Ad cuius proba-
tionem negatur antecedens, quia ex illo antecedente, cum
vno vero assumpto sequitur conclusio falsa: & per conse-
quens ipsum est falsum: sic arguendo. Omne distinctum
realiter est distinctum ea vnitatem qua est, vnum in se reali-
ter. Sed Sortes est vnus secundum speciem: & distinguitur
à Platone: ergo distinguitur ab eo secundum vnitatem spec-
ificam: quod est falsum. Et ideo dico quod distinctio spe-
cifica est realis: & natura super qua fundatur est realis: sed
realis natura non habet vnitatem realem minorem vnitatem
numeralem. Ad secundum negatur consequētia. Quia Sor-
tes distinguitur à Pla. tantum distinctione numerali: à la-
pide autem distinguitur distinctione numerali & spec-
ifica & generica. Et ad probationem dicitur quod Sortes
plus conuenit cum Pla. quam cum lapide: quia cum Pla.
conuenit in natura humana, quæ est realis: licet nō habeat
vnitatem realem. Ad tertium negatur minor. Quia simili-
tudo Sortis ad Pla. fundatur super vnitatem generali Sor. &
similiter similitudo Plat. super humanitate Pla. sed vnitas
specificā quæ est vnitas rationis est eis ratio fundandi si-
militudinem. Et ad hunc sensum loquitur Philosophus
cum dicit quod vnū in qualitate facit simile. Ad quartum
negatur consequētia. Quia præsupponit quod distinctio
specificā sit tantum distinctio rationis: imō est distinctio
realis: & præsupponit distinctionem numeralem & non
econtrā. Et ideo arguere à distinctione specificā ad nume-
ralem, non est arguere à secundum quid ad simpliciter: sed
arguere à maiori ad minus, quod in maiori includitur: quæ
est bona consequētia: sicut si ex eo quod aliquid est sen-
situum, arguatur ipsum esse vegetatiuum. Ad quintū ne-
gatur consequētia: quia infertur consequens: ac si ante-
cedens esset verum de incorruptibilitate, quæ attenditur
penes formam & naturam, dantem esse incorruptibile eo
modo quo corpora cœlestia sunt incorruptibilia: vnuer-
falia autem non sunt hoc modo incorruptibilia: sed ideo
dicuntur incorruptibilia: quia non corrumpuntur per se,
sed tantum ad corruptionem indiuiduorum.

QVÆSTIO XLII.
Vtrum vnuerfale separatum à singularibus
possit fieri diuina virtute.

QVÆSTIO XLI.
Vtrum vnuerfale separatum à singularibus
possit fieri diuina virtute.

QVÆSTIO XLII.
Vtrum totum distinguatur à partibus
simul sumptis.

QVÆSTIO XLII.
Vtrum totum distinguatur à partibus
simul sumptis.

QVÆSTIO XLII.
Vtrum totum distinguatur à partibus
simul sumptis.

Tertia ratio

Quarta ratio

Conclusio prima negatiua

Ad secundum

Ad tertium

Ad quartum

Ad quintum

Primaria

Secunda ratio

cienter disposita ad formam ignis: & sit, b, instans in quo
forma ignis inducitur in materia. In hoc instati prius na-
tura introducit forma ignis quam quantitas per tertium
præsuppositum. Sed Deus potest suspendere actionem ge-
nerantis postquam in illo priori introduxit formam ignis,
ne introducat quæritatem: ergo ille ignis erit vnuerfalis:
quia non habebit quantitatem. Tertiō. Deus non est mi-
noris virtutis quam intellectus creatus. Sed intellectus fa-
cit actū vnuerfalia: ergo Deus potest facere quod vn-
uerfalia subsistant. Quartō. Remotis omnibus principiis
indiuiduantibus, natura remanet actū vnuerfalis. Sed
Deus potest ista principia annihilare conseruando natu-
rā cum sint posteriora tali naturæ: ergo potest facere vn-
uerfalia separata in singularibus.

Respondetur, quod cum vnuerfalia reperiantur in sub-
stantiis materialibus, & in accidentibus: non est vniformi-
ter respondendum in omnibus istis, sed aliter se habet in
substantiis quam in accidentibus: & aliter in accidenti-
bus absolutis quam in relatiuis. Quantum ad substantias,
Dico quod impossibile est fieri substantiam materialem
vnuerfalem separatam ab indiuiduis: puta humanitatem,
vel alteritatem, vel aliud huiusmodi. Quod probatur. Primō.
Impossibile est quod aliquid sit animal nisi habeat carnes
& ossa. sed si esset animal separatum non habens quanti-
tatem, non haberet carnes & ossa: ergo non esset animal.
Maior patet: quia animal significat corpus compositum
ex his. Minor probatur. Vbi sunt carnes, ibi sunt aliqua
qualitates sensibiles, scilicet calidum vel humidum, vel
siccum: quia istas requirit. Sed si animal esset separatum à
quantitate non haberet huius qualitates, quia quantitas
est prior qualitatibus sensibilibus: ergo &c. Secundō. Id
quod est de ratione alicuius, non potest ab eo separari,
non enim potest fieri homo, nisi sit rationalis. Sed de ra-
tione quidditatis materialis est quod existat in indiuiduo
aliquo: ergo non potest fieri separata ab omnibus indiui-
duis. Maior patet. Minor probatur. De ratione quidditatis
materialis est quod sit substantia corporea. Sed omnis sub-
stantia corporea necessariō habet quantitatem per quam
est corporea, ergo necessariō est indiuidua, cum habeat
omnes causas & omnia principia individualia. Tertiō. Im-
possibile est fieri animalitatem: nisi sit sensitua, quia sen-
situum est differentia constitutiua animalis, conueniens
ei in primo modo dicendi per se. Sed si animal esset sepa-
ratum à singularibus, non esset sensituum, nec posset im-
mutari ab accidentibus, scilicet à calido & frigido, cum
actiones terminentur tantum ad singularia, ergo, &c.
Quantum ad accidentia relatiua, Dico similiter quod non
possunt fieri separata. Non enim potest fieri vna paterni-
tas separata ab omni subiecto. Quod probatur. Primō.
Quicquid potest fieri separatum ab omnibus aliis, potest
etiam intelligi nullo alio intellectu. Sed relationi repu-
gnat concipi nisi alia concipiatur: ergo relationi repu-
gnat habere esse separatum. Maior patet: quia omni alio
circumscripto adhuc habet tuam quidditatem per quam
est intelligibile. Minor probatur. Cōceptus relationis de-
pendet à fundamento & à termino. Sed ista sunt ei ex-
trinseca. ergo &c. Secundō. Si paternitas subsisteret aut
esset subsistens in aliquo patre, aut esset subsistens in se
sine patre. Sed primum non potest esse, quia tunc aliquod
abstractum esset pater. Non potest etiam dici secundum,
quia paternitas non potest intelligi sine patre. Quantum
verō ad accidentia absoluta, Dico quod Deus potest fa-
cere huius accidentia separata ab omni subiecto, puta po-
test facere calorem separatum. Quod probatur. Primō.
Virtus infinita potest quicquid nō includit contradic-
tionem. Sed virtus primæ causæ est infinita, & calorem esse
absque subiecto non includit contradictionem, ergo, &c.
Maior ab omnibus est concessa. Minor probatur. Quod
enim non includat contradictionem ex parte agentis fa-
ctis patet: quia ex quo ponitur quod eius virtus sit infinita,
non potest dici quod aliquid sit ei impossibile propter de-
fectum virtutis. Quod etiam non includat contradic-
tionem ex parte facti, probō. Nam accidens non requirit
subiectum nisi quia ex se non potest existere propter de-
biliteriam & imperfectionem sui esse. Sed oportet quod à
substantia sustentetur. Sed quicquid potest substantia da-
re accidenti, multo magis potest dare Deus: ergo Deus
potest ei dare stabilitatem sui esse sine substantia. Et
confirmatur: quia quicquid potest Deus facere mediante
causa secunda: potest hoc facere immediatē. Sed potest
facere quod accidens sit mediante causa secunda, quæ est
substantia: ergo potest hoc facere immediatē. Et si quæ-
ratur An tale accidens separatim esset vnuerfale. Respon-
deo quod non. Quia de ratione vnuerfalis est quod sit
natura prædicari de multis, vt patet ex definitione ipsius,

Tertia ratio

Quarta ratio

Conclusio prima negatiua

Ad secundum

Ad tertium

Ad quartum

Ad quintum

Primaria

Secunda ratio

iste autem calor non posset de multis prædicari: sed tan-
tum de seipso: & esset vnum vnitatem transcendentē & non
vnitate numerali. In hoc tamen conueniet cum ideis
Platonis: quod sicut illa nullam habent operationem,
ita nec huius accidens. Non enim caliditas, nec defice-
ret, nec esset principium alicuius operationis, sed tan-
tum præfentaret infinitatem diuinæ virtutis. Cuius ra-
tio est, quia esse principium operationis non conuenit ac-
cidenti, nisi vt est instrumentum substantiæ. Instrumen-
tum autem non habet virtutem actiuam, nisi dum moue-
tur ab agente principali: à quo moueri non potest: nisi dū
est ei coniunctum. Et sic patet, quod repugnat omnibus
modis dari vnuerfalia separata à singularibus.

Ad argumenta respondetur. Ad primum negatur maior. Ad
probationem, Dico quod quantitas est accidens
per se consequens materiam: & ideo sine quantitate esse
non potest. Sed contra hanc responsionem arguitur. Nul-
lum subiectum potest transmutari ab vno accidente per
se in aliud eiusdem speciei: sicut patet quod Sor. non po-
test successiue habere plures risibilitates. Sed assigna-
quæcumque materia rerū corruptibilium, ipsa potest trans-
mutari ab vna quantitate in aliam: ergo quantitas non
est accidens eius per se. Respondetur quod maior est falsa,
nec est simile de risibilitate: quia risibilitas consequitur
naturam hominis immediatē: & non mediante aliquo,
quod ei superaddatur & ideo nō posset variari risibilitas
nisi variaretur humanitas: quantitas autem consequitur
materiam per se, id est, non per accidens, licet consequatur
eam per aliud, scilicet per formam: non ad hunc sen-
sum quod forma per prius sit quanta quam ipsa materia:
sed quia quantitas non recipitur in materia nisi prius ma-
teria sit actiua per formam substantialem. Ad secundum
conceditur primum præsuppositum, absolute loquendo:
posset tamen esse talis dispositio, qua existente Deus non
posset suspendere actionem causæ secundæ: quia seque-
retur cōtradictio: puta si à materia abiciatur forma aquæ:
non posset tunc Deus suspendere omnem actionem cau-
sarum secundarum, ne introducerent aliam formam in
materiā, quia sequeretur materiam esse sine forma, quod
est impossibile. Et per hoc dico ad argumentum, quod si
agens introducit formam ignis, non potest Deus facere
quin introducat quantitas, quia vtrumque vna & eadem
actione introducit: & vnum necessariō alterum com-
conicitur. Ad tertium negatur consequētia, quia hoc non
est ex defectu alicuius virtutis, sed ex parte rei cui repu-
gnat habere esse separatum in natura & in actuali existen-
tia reali. Non autem repugnat habere esse abstractum per
operationem intellectus: qui potest intelligere prius, non
intellecto posteriori. Ad quartum negatur minor. Quia
non potest subsistere nisi in indiuiduis, in quibus princi-
pia indiuiduantia necessariō consequuntur naturam se-
cundum esse: nulla autē res potest esse sine his quæ ipsam
necessariō consequuntur.

QVÆSTIO XLII.
Vtrum totum distinguatur à partibus
simul sumptis.

QVÆSTIO XLII.
Vtrum totum distinguatur à partibus
simul sumptis.

QVÆSTIO XLII.
Vtrum totum distinguatur à partibus
simul sumptis.

Ad primum

Ad secundum

Ad tertium

Ad quartum

Cap. 3. d. 2. qu. vnica. Primario

Secunda ratio

Tertia ratio

Quarta ratio

Tex. comm. 26.

Distinctione

Distinctione

Tex. comm. 26.

aut illud est materia, aut forma, aut compositum: patet quia nulla est alia prater istas. Sed non superaddit materiam, nec formam, nec compositum. Alioquin essent in eodem aut duæ materia: aut duæ formæ: aut duo composita: quod est falsum: ergo &c. Quinto sequitur quod diffinitio non significaret totum diffinitum. Consequens est falsum, ut dicitur 7. Metaph. ergo &c. Probatur consequentia: quia diffinitio in substantiis materialibus significat tantum partes diffinitæ. Sexto. Si totum differt à partibus, aut differt seipso toto, aut non seipso toto. Si seipso toto, ergo differt per quamlibet sui partem: quod est impossibile: quia sequeretur quod per 2. partem distingueretur ab ipsa, a parte. Si non differt seipso toto: sequitur quod non differt seipso à partibus: quia totum est ipsum, sed per aliquod additum. Et queritur quid sit illud ut tangebatur in prima ratione. Septimo. Totum aut est aliquid prater partes, aut non. Si non: ergo non differt ab eis. Si sic: sequitur quod saltem virtute divina possit esse sine partibus: quod est falsum: ergo non est dicendum quod differt à partibus. Octavo. Philosophus 2. de anima. tex. comm. 10. in fine, sic dicit, Animal est anima & corpus. Et Auicenna, 3. metaph. cap. 2. sic dicit. Igitur homo est corpus & anima. & neutrum per se est homo. Ista autem propositiones non essent veræ: si totum diceret entitatem additam partibus: ergo &c.

Quinta ratio.

Sexta ratio.

Septima ratio.

Octava ratio.

Diversa opinion.

Op. Auer. cap. 17.

Alberti opinio.

Auicenna opinio.

Thom. sententia.

tes: sed aliquid ex partibus constitutum. Et hanc opinionem communiter alij sequuntur ut Scorus libro 8. metaphysic. & Herueus quolibet. 2. quest. 14. Pro cuius opinionis notitia duo sunt faciendæ. Primò probabitur totum distingui realiter à partibus. Secundò declarabitur per quid distinguatur ab eis.

Conclusio 1.

Quantum ad primum arguitur primò sic, Humanitas Socratis est aliquid totum, constitutum ex materia & forma: & non est aliud, nisi materia & forma, ut tu dicis: ergo ista propositio est vera, Humanitas est materia & forma. Sed hoc est falsum: ergo. Consequentia patet: falsitas consequentis probatur. Humanitas non est materia. ergo non est materia & forma. Antecedens patet secundum omnes. Consequentia probatur: quia ad falsitatem vnus categorica: sequitur falsitas copulatiuæ constitutæ ex ea & altera copulatiua. Secundò. Cuiuslibet transmutationis terminus per se, est aliquid absolutum per se vnum. Sed generatio Socratis est quædam transmutatio: ergo eius per se terminus non est vnio materiæ cum forma, cum sit relatio. Nec terminus per se est materia & forma: quia ipsa sunt duo: ergo eius terminus per se est alia entitas absoluta distincta ab eis: etiã ut sunt vnita. Tertio. Id quod prius natura capit esse quàm aliud, est ab eo realiter distinctum. Sed compositum prius natura capit esse quàm materia & forma: quia ut dicitur 7. metaphysicæ ipsa non generatur nisi ad generationem cõpositi: ergo &c. Quarto. Omne constitutum distinguatur realiter à constituto. Sed partes simul vnita constituunt totum: ergo simul vnite distinguuntur à toto. Et confirmatur: quia materia est pars integralis totius constituti ex materia & forma: ergo vel integrat seipsam vel formam, vel vnionem materiæ cum forma: vel aliquid aliud distinctum ab eis. Sed non seipsam: ut patet. Non formam: quia principia non sunt ex alterutris. Non vnionem: quia absolutum cuiusmodi est materia non constituit relationem, nec est pars eius: ergo integrat aliquid aliud distinctum, ab eis realiter. Quinto. Quilibet corruptio substantialis terminatur ad aliquid absolutum. Sed corruptio Socratis est substantialis, ergo terminatur ad aliquid absolutum. Istud autem est, aut materia, aut forma, aut aliquid distinctum ab eis. Non materia nec forma: quia ista manent corrupto Socrate: ergo id quod corrumpitur est aliqua tertia entitas distincta. Confirmatur: quia nulla relatio desinit esse nisi ad definitionem alicuius absoluti. Sed dum corrumpitur Socrates, desinit esse relatio inter materiam & formam eius: ergo aliquid absolutum desinit esse. Istud autem non est materia nec forma, ergo aliquid aliud. Si quis tamen vellet tenere opinionem Auerrois, posset his rationibus respondere. Ad primum. Quia hæc est vera: humanitas est materia & forma intellectiua. Ad probationem negatur consequentia, cuius ratio est: quia licet falsitas categoricæ inferat falsitatem copulatiuæ: non tamen falsitas categoricæ de simplici subiecto, & prædicato, inferat falsitatem de copulato extremo. Si enim neque Socrates per se, neque Plato per se possunt trahere nauim: sed ambo simul: tunc est vera, Socrates & Plato possunt trahere nauim: & tamen quælibet istarum est falsa, Socrates potest trahere nauim. Plato potest trahere nauim. Similiter dico in proposito quod ista est vna categorica de copulato extremo: humanitas est materia & forma. Vnde non sequitur si non est materia, quod non sit materia & forma. Ad secundum. Dicitur quod terminus per se generationis est totum compositum: sed hoc est vnum per se. Et cum arguitur. Substantia composita est tantum materia & forma, sed materia & forma non sunt per se vnum: quia sunt res distinctæ: ergo, &c. Negatur minor: quia vbi duæ res distinctæ quoad suas proprias entitates vniantur: ipsæ sunt aliquid per se vnum, si sunt vnita: quando alterum eorum est pura potentia, & alterum est actus, & sic se habent materia & forma. Ad tertium. Dicitur quod compositum non capit esse prius quàm materia & forma simul vnita: licet prius capiat esse quàm quælibet earum præcise, & seorsum, ac per se considerata. Ad quartum. Dicitur quod minor potest habere duos sensus: vnus est quod quælibet pars secundum se considerata constituat totum: non quod ipsa sola constituat, sed quia secundum se considerata sibi conuenit constituere: quia conuenire non conuenit ei per aliud: licet non habeat quod constituat nisi dum alteri est vnita: & hic est verus sensus sed non sequitur ex hoc quod totum non sit partes vnite: sed solum quod distinguatur à quilibet parte secundum se accepta. Alius sensus est quod ambæ partes simul & copulatiuè acceptæ constituantur: & hic est sensus falsus: quia ipsæ ut sic, sunt id quod est constitutum. Ad confirmationem: dicitur quod materia non integrat se nec formam:

Tex. comment. 17.

nec

PAULI SONCINATI SVPER OCTAVVM METAPHYSICÆ ARISTOTELIS LIBRVM ACUTISSIMÆ QUÆSTIONES.

QUESTIO I.

Utrum materia repugnet esse sine omni forma.



VARIIVR primò, utrum materia ita sit potetia & hoc aliquid, quod ei repugnet esse actu sine omni forma. Et videtur quod non. primò. Sit a, vltimò instans in quo abicitur à materia forma terra: dū ex terra generatur aqua. Et arguitur sic. In a, instati forma terra, non est in hac materia: quia non darur vltimum esse rei permanentis, sed primum non esse. Sed potest Deus non coagere alicui agenti naturali ad introductionem alterius formæ in eadē materia: cum non agat ad extra e necessitate naturæ, sed tantum liberè & contingenter: ergo potest facere quod nulla forma sit in illa materia. Secundo. Quicquid determinat sibi aliquod genus, determinat sibi aliquam speciem illius generis: quia nihil est in genere quod sit in aliqua eius specie. Sed materia nullam formam sibi determinat quia quacunque signata potest ea spoliari, ergo materia non determinat sibi formam: & per consequens potest esse sine forma. Tertio. Non repugnat quod accidens per se existat, ergo non repugnat quod materia existat per se sine forma. Antecedens est generaliter concessum. Consequentia probatur. Tum quia accidens est dependens à substantia: cum sit ea posterius: materia autem non dependet à forma: cum sit prior ea. Tum quia per se existere est proprium substantiæ: materia autem est substantia, & accidens non: ergo si per se esse repugnet materiæ: repugnet etiam accidenti. Quarto. Omnia absoluta realiter distincta, possunt ita ab inuicem separari: ut vnum sit sine altero, sed materia & forma sunt entia & absoluta, cum sint substantie: sunt etiam realiter distincta: quia materia non est forma, nec e contra: ut probatum fuit in septimo huius: ergo. Quinto. Quicquid Deus causat mediatis causis secundis, potest immediatè causare se solo: cum contineat eminenter omnem virtutem causarum secundarum. Sed Deus dat esse actu materiæ mediante forma: ergo potest facere se solo quod materia sit. Sexto. Incorrumpibile potest esse sine corruptibili cum ab eo non depēdeat. Sed materia est incorruptibilis, primo physicorum: forma verò est corruptibilis: ergo &c.

Cap. 2. d. 13. q. unica. cap. 1. Primario ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Sexta ratio.

Theologorum & philosophorum opinio.

Conclusio repositiva.

Responsio qua datur ratio Auerrois à Scoto.

nec vnionem: sed materiam & formam simul: quia materia est altera pars huius totius materia & forma. Ad quintum. Dicitur sicut dictum est ad secundum, vbi erat mentio de generatione totius: & per idem dicitur ad confirmationem: prius enim desinit esse ipsum cõpositum, quàm vnio materiæ cum forma: sed illud compositum est tantum materia & forma: quæ non habent tamen rationem totius, nisi dum sunt vnita: non quod vnio sit de ratione totius, sed quia est sine qua non.

Conclusio 2.

Quantum ad secundum principale dico quod totum non distinguitur à partibus, per aliquid additū toti: sed distinguitur seipso. Ad cuius evidentiam sciendum est quod ut dicit Herueus quolibet. secundo, q. 14. dupliciter aliquid differ. ab alio seipso. Vno modo: quia vnum non est alterum: nec vnū est aliquid alterius: nec aliquid vnus est alterius: secundum quem modum vna intelligentia distinguitur ab alia seipso: & hoc modo non distinguitur totum à partibus: tum quia partes sunt aliquid totius, tum quia quæ differunt, hoc modo seipsas differunt per quodlibet sui: & in nullo conueniunt. Alio modo differt aliquid ab alio seipso: non quia illud aliud non sit aliquid eius vel e contra: sed ex entitate sua habet quod non sit illud: & e conuerso, & hoc modo differt totum à partibus: quia totum habet ex sua entitate quod non sit sui partes: sed quod sit ex partibus. In his autem quæ hoc modo differunt seipsas potest vnum esse aliquid alterius.

Ad primum.

Ad rationes in oppositum responderetur. Ad primum negatur minor: quia ipsum totum est quædam entitas realis prater partes. Ad probationem dicitur quod procedit ex falsa imaginatione: ac si diceremus quod prater materiam, & animam intellectiuam requiritur aliquid aliud intrinsecè ad constituendum humanitatem: hoc enim non dicimus: imò dicimus quod materia & forma constituunt humanitatem: sed ipsa humanitas eo ipso quo est humanitas distinguitur à suis partibus: & non per aliam entitatem additā humanitati. Et sic distinguitur per aliquid reale: quod est ipsamet humanitas. Ad secundum negatur antecedens. Ad probationem dicitur quod partes continui habent esse tantum in potentia: quia non existunt per esse proprium eis: sed solum per esse totius. Ipsum autē totū continuum est in actu. Et si dicatur, vna pars continui potest corrumpi altera non corrupta: ergo sunt plures partes actu numeraliter distinctæ. Neganda est consequentia, sed bene sequitur quod sint plures numero in potentia, quia quælibet pars est in potentia ad existendum separatim à toto, & tunc haberet suum esse proprium, sed quandiu sunt in toto habent esse tantum in potentia. Non est autem inconueniens quod duæ lineæ sint in eodem situ: quarum vna est in actu, altera in potentia: & sic est de toto continuo & partibus eius. Ad tertium negatur consequentia, quia quaternarius non constituitur nisi ex quato: vnariibus numeralibus. Entitas autem ternarij & vnitas illa qua entitas ternarij est vna, est vnitas transcendens. Et idē ex ista vnitate & tribus vnariibus ternarij, non constituitur quaternarius: sed remanet tatum ternarius & vnitas & transcendens: sicut etiam ex tribus lapidibus & vna intelligentia, non fit numerus quaternarius de genere quantitatis. Ad quartum dicitur quod entitas qua totum distinguitur à partibus, est ipsum compositum: quod non distinguitur à partibus per entitatem ei additam, sed seipso, & idē non sequitur quod sint duo composita, sed vnum tantum & partes eius. Ad quintum. Negatur consequentia, quia ut dicitur 7. metaph. quælibet pars diffinitionis significat totum diffinitū: licet diuersimodè, quia genus significat per modum determinabilis: & differentia per modum determinantis. Ad sextum. Dicitur quod totum differt seipso toto prout ly toto stat categoricè, & non differt seipso toto prout ly totum stat sy categoricè, quia esset sensus quod differret per quamlibet partem sui. Ad septimum. Dicitur quod totum est aliquid prater partes, quia entitas quæ non est partes. Ad probationem negatur consequentia: quia partes sunt de ratione totius & intrinsecè ipsum constituant. Sicut etiam homo dicit aliquid prater animam intellectuam: & tamen non valet consequentia si inferatur, quod Deus posset facere hominem sine anima intellectu. Ad octauum. Dicitur quod illæ propositiones accipiendæ sunt secundum prædicationem causæ materialis: ita quod in eis non est prædicatio formalis, sed est prædicatio per causam & est sensus, Animal est anima & corpus, id est compositum ex anima & corpore.

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad quartum.

Ad quintum.

Ad sextum.

Ad septimum.

Ad octauum.

Quæst. Met. Paul. Son.

o 3

actu

actu esset in actu. Sed impossibile est quod simul sit in actu, & non sit in actu: ergo impossibile est quod sit sine forma. Ad hanc consequentiam solet responderi quod esse in actu potest intelligi dupliciter. Vno modo in actu entitativo. Alio modo in actu formali. Materia sine forma potest esse in actu primo modo: sed non secundo modo. & sic loquendo de actu, negatur prima consequentia. Vel ut alij dicunt aliquid est in actu dupliciter. Vno modo, quia de eo verificatur quod est per propositionem de ineffe: & per oppositum illud dicitur esse in potentia, de quo verificatur esse tantum in propositione de possibili. Alio modo dicitur aliquid esse actu: quia est natura completa: & dicitur esse in potentia id quod est tantum natura partialis, nata perfici alio actu. Materia sine forma esset actu primo modo, sed non secundo modo, quia esset partialis, natura apta perfici per formam. Intelligit igitur Commentator quod materia esset actu primo modo: quia scilicet verum esset dicere materia est, & esset sine actu secundo modo, quia esset perfectibilis. Istae responsiones non satisfaciunt Commentatori: quia per te valet ista consequentia. Materia esset actu entitativo sine actu formali: siue esset actu in natura, sine actu completo, & tu qui concedis hanc consequentiam, concedis etiam consequens: ut patet expressè. Sed Commentator dicit hoc consequens esse impossibile, alioquin in sua, ratio nihil concluderet.

1. part. q. di. s. 66. ar. 1. ergo responsio est omnino contra Commentatorem. Et hæc est ratio super quam fundavit suam positionem: estia Sancti Thomae. quando dixit quod implicat contradictionem materiam esse sine forma. Tertia auctoritas est 2. physicorum commento 30. ubi declaras quod causa sunt sibi invicem causa, sic dicit: Materia est causa formae secundum quod forma non potest inveniri nisi per illam: forma autem est causa materiae secundum quam materia potest esse in actu & demonstrata, nisi per illam & præcipue materia prima. Arguitur etiam rationibus, probando quod non solum naturaliter, sed etiam simpliciter repugnat materiam esse sine forma: & probatur ex dictis aduersarij, scilicet Scoti. Ipse enim libro 7. metaphysic. dicit quod proprie loquendo differentia est inter esse actu, & esse sub actu, & esse in actu, & esse actu: quia esse actu conuenit tantum formae: esse sub actu proprium materiae, esse in actu est proprium composito singulari, saltè in corporalibus: esse autem actu, conuenit omni entitati quæ est extra nihil. Ex quo patet quod iste negat materiam esse actu quouis modo: & tamen concedit eam esse actu entitativo: si nullam formam haberet. Contra. Materia est actu sine forma: ergo materia habet esse. Patet consequentia, quia oppositum consequens tollit antecedens. Sed esse est actualitas quedam, immò est prima omnium actualitatum: ergo vel materia est illud suum esse quo est, vel est distincta ab illo esse. Si est suum esse, ergo ipsa est actus sicut & esse. Si non est suum esse, ut ille videtur concedere secunda distinctione primæ questionis secundæ, ergo materia habet actum à distinctum. Sed omne habet actum est sub actu, ergo sequitur quod materia esset sub actu, eius oppositum iste dicit. Confirmatur, quia existentia est actus formalis. Sed materia non potest per te esse in actu formali sine forma: ergo materia non potest esse actu sine forma. Secundò sequitur quod materia sub forma existet in duabus existentibus. Sed hoc est falsum; ergo, & cetera. Consequentia probatur. Si materia sit existens sine forma, & postea adueniat ei forma: constat quod materia habeat propriam existentiam, quando erat sine forma, & nunc habet etiam existentiam sibi datam à forma: ergo existit duabus existentibus. Dicitur fortè quod adueniente existentia formæ prior existentia corrumpitur. Sed contra. Adueniente posteriori formam materia, remanet forma præexistens ut tu concedis, qui ponis pluralitatem formarum. Sed forma præexistens dat existentiam materiae, ergo multo minus corrumpitur existentia propria ipsius materiae. Confirmatur. Si separaretur forma à materia, & nulla alia forma adueniret, adhuc materia existeret per te sua propria existentia, sed non apparet à quo de nouo causeretur: ergo ipsa manet simul cum existentia rei, communicata à forma. Tertio & fortius ad idem arguitur supponendo primo quod omnis distinctio, si quæ est maior quam ex natura rei, est realis, quia secundum Scotum ponentem plures gradus distinctionum quam rei & rationis, supra distinctionem ex natura rei est immediatè distinctio realis. Sponitur secundum quod prædicata quidditatiua non sunt tantum collecta per opus intellectus, sed conueniunt rebus extra intellectum ex natura rei, ut similiter concedit Scotus. Ex his arguitur & c. Quicquid distinguitur ab alio plus quàm ex natura rei distinguitur ab eo realiter, per primum suppositum. Sed

contra Sco.

Ratio contra Scotum.

Seco. 2. d. 1. q. 3.

Secunda ratio contra Sco.

Ratio contra Sco.

actualis existentia materiae distinguitur à materia plus quàm ex natura rei, quòdo materia est actu sine forma: ut tu ponis: ergo illa existentia distinguitur realiter à materia: & consequenter materia non existit nisi per aliquem actum formalem ab ea realiter distinctum. Probatur minor dupliciter. Primò prædicata quidditatiua conueniunt materiae, secluso omni opere intellectus in primo modo dicendi per se: ut patet per secundum præsuppositum. Sed existentia non conuenit materiae in primo modo dicendi per se: ergo existentia plus distinguitur à materia quam prædicata quidditatiua. Secundò. Plus distinguitur existentia à materia quàm quidditatiua materiae. Sed prædicata quidditatiua materiae distinguitur à materia ex natura rei: ergo existentia distinguitur à materia plus quàm ex natura rei. Minor patet secundum Scotum: qui vult quod species & genus & differentia & generaliter omne superius & inferius distinguantur ex natura rei. Maior probatur. Id quod conuenit alicui semper & necessario & in quocunque esse, minus distinguitur ab eo quàm id quod conuenit ei non semper nec necessario, sed per accidens. Sed prædicata quidditatiua conueniunt materiae semper & necessario: quia ut dicit Scotus 3. dist. 2. r. siue res sit, siue non sit prædicata quidditatiua, de ea verificatur: existentia autem conuenit rei tantum per accidens & non semper, sed solum post sui productionem: ergo & c. Dicitur fortè quod est dare gradus in distinctione ex natura rei. Nam animal distinguitur ab homine ex natura rei: & similiter animal rationale: & tamè animal rationale plus distinguitur ab homine quam animal: quia animal rationale dicit totum, & animal dicit tantum partem. Sed contra hanc responsionem arguitur. In his quorum vnum includitur in ratione alterius, præcisè ratio quod distinguitur ex natura rei est: quia quodlibet eorum habet propriam formalitatem: & nihil plus requiritur. Sed ita genus habet propriam formalitatem, sicut & differentia, ergo non plus distinguitur differentia à differentio, quam genus ex natura rei: nisi fortè extensiuè, non autem intensiuè: sicut non plus distinguitur homo ab equo & asino quam ab equo tantum, nisi extensiuè. Præterea arguitur sic destruendo eorum fundamentum huius responsionis. Materia distinguitur à sua existentia ex natura rei: ergo realiter. Probatur consequentia. Maior distinctio infert minorem. Sed distinctio ex natura rei est maior quam distinctio realis: ergo, & c. Maior patet. Minor probatur. Illa distinctio est maior, quæ est per magis intrinseca. Sed distinctio ex natura rei est per magis intrinseca: quia est per ea quæ conueniunt rebus in primo modo dicendi per se: ergo est maior distinctio: ne reali. Quartò arguitur specialiter contra eos qui dicunt materiam esse actum entitativum: quia esset extra nihil etiam si nullam formam haberet. Nulla res potest intelligi sub opposito suæ quidditatis. Sed materia potest intelligi sub opposito actus entitativi: ergo ipsa non est essentialiter actus entitativus. Maior patet non enim potest verè intelligi quod homo non sit rationalis. Minor probatur. Materiam esse actum entitativum est materiam esse extra nihil per te. Sed potest verè intelligi, quod ipsa non sit extra nihil: ergo potest intelligi verè quod ipsa non sit actus entitativus. Maior patet. Minor probatur. Antequàm crearetur materia ipsa non erat extra nihil: & erat verè ipsam non esse extra nihil. Sed Deus tunc intelligebat omne verum, ergo verè intelligebat materiam non esse extra nihil & per consequens non esse actum entitativum.

Ad primum in oppositum dicunt aliqui quod posito illo casu annihilaretur materia. Sed hæc responsio non soluit difficultatem: quia bene sequitur. Deus necessario annihilat materiam, ergo necessario agit ad extra. Et ideò aliter responderetur, quod Deum agere ad extra ex necessitate naturæ, potest intelligi dupliciter. Vno modo simpliciter & sic negatur consequentia: nec probatur in hoc sensu. Alio modo conditionaliter & præsuppositiuè: & sic conceditur consequentia, sed negatur falsitas consequentis: posito enim quod Deus producat hominem, necessario producit risibilitatem: & similiter præsupposito illo casu necessario coagit agenti naturali ad introductionem alicuius formæ. Ad secundum dicitur quod maior est vera ad sensum in quo posuit eam philosophus in prædicamentis, scilicet quod omne quod est in genere tanquam natura: natura completa est etiam in aliqua specie illius generis: ex ista autem maiori sic concessa, nihil omnino sequitur ad propositum: sed tantum sequeretur quod materia esset in aliqua specie substantiæ si ipsa esset natura completa, eo tamen modo quo est natura quedam, est in aliqua specie subalterna, scilicet in specie corporis: ad quam reducitur tanquam pars eius constitutiua. Dico præterea accipiendo maiorem ad sensum quo inducitur ab

Ratio contra actum entitativum.

Ad primum

Ad sec. d. 1.

ab arguetur: quod dupliciter potest intelligi potèntiale determinans sibi aliquod genus formatu determinare sibi aliquam eius speciem. Vno modo signatè, puta hanc, scilicet, a, & nullam aliam quasi quòd habeat, a, & nullam aliam possit habere: & sic negatur maior. Nam visus non potest per se primò moueri nisi à colore: & tamen nullus est signatus color ad quem determinetur. Alio modo disunctiuè: & sic conceditur maior & negatur minor. Et loquendo ad propositum dico quòd materia sic determinat sibi formas naturales quòd semper habet hanc vel illam. Et q. illa ratio nihil concludat, patet: quia Scotus qui eam facit, negat hanc consequentiam 2. distinct. 1. g. soluendo quandam rationem Commentatoris. Hic ignis potest esse sine hoc gradu caloris & potest esse sine illo: ergo potest esse sine omni calore. Et similiter istam. Hoc corpus potest esse sine hoc loco & sine illo, ergo potest esse sine omni loco. Ad tertium negatur consequentia, nec probationes sunt ad propositum: quia tota ratio quare materiae repugnet esse actu sine forma, est: quia materia est pura potentia: ita quod omnimoda potèntialitas: & negatio omnis actualitatis, est ratio sine qua non huius repugnantia: quia verò in accidente non est negatio omnis actualitatis: cum accidens sit de se quedam actualitas, ideò non est simile. Ad quartum negatur maior: unde dico quòd multa sunt realiter distincta: quorum vnum non potest esse nisi aliud sit: ut patet de essentia & esse de subiecto & propria passione. Et similiter de materia & forma. Cuius ratio est: quia semper alter istorum est alteri ratio essendi in actu: puta esse respectu essentia, & forma respectu materia: sicut patuit ex verbis Commentatoris supra; vel vnum necessario consequitur ad aliud: ut patet de propria passione respectu sui subiecti. Et quòd illa maior sit falsa, adhuc patet. Nam substantia distinguitur à quantitate: & tamen homo non potest esse sine quantitate: & similiter asinus: alioquin non essent corpora organica in primo modo dicendi per se. Ad quintum dicitur quòd Deus continet eminenter omnem causalitatem, quæ ad perfectionem pertinet. Si vero detur aliqua causalitas includens imperfectionem: ipsa non potest conuenire Deo. Causalitas autem forma & materia habent imperfectionem annexam scilicet potèntialitatem: omnis enim causa formalis est alteri inexistens & faciens compositionem cum eo: & per consequens est potèntialis: & ideò Deus non potest supplere causalitatem causa materialis neque formalis: forma autem dat esse materie in genere causæ formalis. Vnde ad argumentum negatur maior, loquendo de effectu quem dat per causas formales sicut est in proposito. Ad sextum dicitur quòd maior potest dupliciter intelligi. Vno modo quòd incorruptibile potest esse sine hoc corruptibili signato: & sic conceditur: quia nulla est forma corruptibilis quæ non possit à materia remoueri, sed tamen ea remota alia introduceretur. Alio modo quod potest esse, dato quod nullam formam corruptibilem habeat: & sic negatur: præsertim quando illud incorruptibile est pura potèntia: cuiusmodi est materia.

Ad tertium.

Ad quartum.

Ad quintum.

QUESTIO II.

Vtrum materia possit intelligi conceptu proprio & præcisò.

Primario **Q**uæritur secundò. Vtrum materia possit intelligi conceptu proprio & præcisò. Et arguitur quòd sic. Primò. Quicquid est secundum se cognoscibile, habet proprium còceptum & præcisum. Sed materia est secundum se cognoscibilis: ergo & c. Maior patet: quia si cognoscitur aliquid tantum conceptu alieno, non cognoscitur secundum se, sed per aliud. Minor probatur. Cognoscibilitas est passio entis: ergo conuenit cuiuslibet enti. Confirmatur. Quia accidens est secundum se cognoscibile: ergo multo magis materia. Antecedens patet. Consequentia probatur: quia materia cum sit substantia, est nobilior quolibet accidente, ergo conuenit ei cognoscibilitas nobiliori modo quàm accidentibus. Secundò. Notitia cuiuslibet effectus, dependet à notitia omnium per se causarum eius: & maximè si sint causa intrinseca: ut dicitur primò Physicorū in principio. Sed materia est causa per se & intrinseca substantiarum materialium: ut dicitur 8. Metaphysic. tex. coinmen. 3. ergo nulla substantia naturalis potest cognosci, nisi cognoscatur materia. Confirmatur: quia materia ponitur in definitione rerum naturalium, ergo est principium notificandi eas, quod non esset nisi ipsa cognosceretur. Dicitur fortè ad hoc quòd materia utique est cognoscibilis, sed tamen non potest cognosci nisi per analogiam ad formam. Sed contra. Nulla notitia intuitiua est discursiua. Sed ma-

Secunda ratio. Tex. cò. 1.

Tertia ratio

teria potest cognosci intuitiua, quia possumus scire quòd materia est, ergo notitia qua cognoscitur materiam esse non est discursiua. Sed notitia qua cognoscitur materia per comparationem ad formam est discursiua, ergo notitia qua cognoscitur materiam esse: non est per comparationem ad formam. Confirmatur. Possibile est quòd Deus producat vnum animal sine quantitate: & consequenter sine omni qualitate sensibili: & queritur vtrū materia huius animalis sit cognoscibilis. Si dicis quòd non. Contra, quia ista materia est in actu sub forma substantiali, licet nulli habeat accidens absolutum: ergo est cognoscibilis. Si dicis quòd sic: habeo propositum quòd non cognoscitur per analogiam ad formam: cum non possumus cognoscere aliquam transmutationem huius materiae in alias formas.

Confirmatio

Respondeo, quòd triplex potest esse sensus huius questionis. Primus est. An materia possit ex natura sua causare sui similitudinè in intellectu, & ipsum mouere ad sui notitiam. Secundus est. An intellectus possit formare conceptum aliquem de materia, qui tantum ei conueniat & nulli alteri. Tertius est. An intellectus formando prædictum conceptum, intelligat & apprehendat necessariò aliquid aliud. Quantum ad primum sensum dico quod materia non est secundum se cognoscibilis, sed cognoscitur per formam representantem naturam: cuius ipsa est pars. Intellectus enim per speciem substantiæ corporeæ, cognoscit substantiam corpoream & materiam quæ est pars eius. Quod autem materia non possit habere propriam speciem in intellectu, probatur. Primò. Quicquid causat sui similitudinè in intellectu est actiuum & motiuum intellectus: quia educit ipsum de potentia ad actum. Sed materia non potest esse principium actiuum, cum sit pura potentia, ergo materia non potest mouere intellectum ad sui notitiam. Secundò. Omne motiuum intellectus ad sui similitudinè se habet in mouendo in genere causæ efficientis. Sed materia & efficiens non possunt esse idem: ut dicitur secundò Physicorum: ergo materia non potest causare sui similitudinè in intellectu. Quantum ad secundum, dico quòd intellectus potest habere proprium còceptum materiae. Quòd patet: quia intellectus dicit materiam esse puram potentiam in genere entium. Item dicit materia esse subiectu cuiuslibet transmutationis: & multos alios huiusmodi còceptus format, qui verè enuntiarì non possunt, nisi tantum de materia.

Conclusio 1.

Te. cò. 201. Conclusio secunda.

Conclusio tertia.

Quantum ad tertium de quo principaliter queritur in hac questione: dico quòd materia non potest concipi, nisi intellectus comparet eam ad formam: non ad hanc vel illam, sed ad formam absolutè: & consequenter oportet si intellectus debet venire in notitiam materiae: quòd apprehendat formam: & hoc est cognoscere materiam per analogiam ad formam. Probatur ista conclusio. Primò. Nulla res potest cognosci nisi aut ipsa sit actus: aut per id quòd est actus eius. Sed materia non est actus: ergo non potest cognosci nisi per id quòd est actus eius. Minor patet. Maior probatur per Philosophum nono Metaphysicæ textu commenti 1. ubi sic dicit. Et cum dictum est de potentia quæ est secundum modum motus, distinguemus actum: & questio est quid sit actus, quoniam hæc distinctio manifestabit etiam possibile. Quòd exponens Commentator sic dicit: Questio in qua est error, est scire primò quid sit actus & quæ sint differentia eius, quoniam distinguendo illum per distinctionem distinguemus etiam secundum distinctionem possibile: cum possibile non intelligatur nisi in respectu actus: & causa propter quam indigemus distincte actum in sciendo, possibile est, quoniam cum dicimus quòd aliquid potest moueri aliquid & moueri ab aliquo, non dicimus hoc simpliciter, sed in respectu: quoniam vnaqueque istarum potentiarum non intelligitur nisi in respectu actus. Secundò. Arguitur quia Philosophus primò Physicorum, textu commenti 69. dicit quod subiecta natura, id est, materia cognoscibilis est per analogiam, siue per comparationem: ut haberetur in traductione Arabica: quia sicut se habet res ad statum: & lignum ad scammum, ita materia ad substantiam actu existentem: ergo materia non est scibilis secundum se. Responderi solet ad hanc rationem, quòd Philosophus non dicit quòd materia non possit sciri secundum se: sed tantum dicit quòd est scibilis per analogiam: cum hoc autem stat quòd possit etiam sciri secundum se. Sed contra hæc est expolitio Commentatoris sic ibi dicens. Et ista materia quæ est subiecta substantiæ, non potest intelligi per se cum non sit aliquid in actu habens quidditatem: sed intelligitur secundum comparationem propter latentiam suæ substantiæ: & ideò cum voluerimus dare substantiam eius, dicimus ipsam esse id, cuius proportio ad substantiam est, sicut proportio cupri ad idolum. Ex quibus patet quòd materia secundum expositionem Auerrois non est cognoscibilis per

sc. Tertio arguitur, quia Philosophus nono Metaphysic. text. commen. 20. probat quod actus est nobilior potentia, propter hoc quod res non sciuntur dum sunt in potentia: sed solum dum sunt in actu: & hoc probat inducendo in mathematicis: & postea ita concludit. Quare palam, quia potentia entia, ad actum reducta inueniuntur: causa vero quia intelligentia est actus: quia & ex actu & potentia, & propter hoc facientes cognoscunt. Et Commentator commen. 20. sic ait. Intendit declarare, scilicet Philosophus, quod res non inueniuntur & sciuntur, nisi quando sunt in actu: & dat exemplum in mathematicis. Et postea circa finem commenti dicit. Ergo declaratum est ex hoc quod illud quod est in potentia, non erit scitum neque ens, nisi cum exierit in actum: & causa in hoc est: quia intelligere quod est in potentia, non venit ad actum nisi per intelligere aliud, quod est in actu. Quarto arguitur: quia licet materia conueniat in aliquo conceptu absoluto, scilicet in conceptu entis & substantia: tamen nullus istorum conceptuum est proprius materiae cum conueniat etiam aliis, proprius autem conceptus materiae est: quod sit tantum potentia: ut sepe dicit Philosophus & Commentator. Sed conceptus potentia non potest haberi nisi concipiatur actus: eo quod potentia relatiue dicitur ad actum: ergo materia non est cognoscibilis secundum se. Venit autem intellectus in notitiam materiae hoc modo. Nam cognoscimus quod sit transmutatio in substantiis, puta quod ex aere generatur ignis: & ex hoc concludimus quod oportet aliquid esse quod subsistat utriusque termino transmutationis: & sic cognoscimus per discursum materiam esse. Quid autem sit materia, cognoscimus remouendo ab ea omnes actus: quia ipsa non est quid, nec quale, nec quantum, nec aliquid aliorum: sicut neque lignum est ex se aliqua figura, scilicet, aut scanni, aut lecti: & concludimus per discursum quod sicut lignum est tantum potentia respectu artificialium: quae possunt fieri ex ligno: sic materia est pura potentia respectu omnium formarum naturalium: & consequenter quod ex se nullam habet formam.

Materia pro prius conceptus.

Quomodo veniat intellectus in cognitionem materiae.

Ad primu.

Ad secundu.

Ad tertiu.

cap. 2. d. 19. q. unica. Prima ratio.

Secunda ratio.

teria non esset maior quam ista portio: imò non essent inter se distincta: cum in fundamento naturae nihil sit distinctum: ut dicitur primo Metaph. text. & commen. 17. ergo ad quodcumque est in potentia vnum: est etiam in potentia alterum. Tertio. Eorum quorum vtrumque habet in se infinitas partes, ad quodcumque est in potentia vnum, est etiam in potentia alterum, si sint eiusdem rationis. Sed materia est eiusdem rationis in toto & in partibus: & ita sunt infinitae partes in minima portione materiae: sicut in quacunque materia: ergo &c.

Tertia ratio.

Materia duo modis consideratur.

Suppositum.

Suppositum secundum.

Tex. co. 41.

Tex. co. 24.

Suppositum tertium.

Respondeo. Et pro notitia quaestionis praemitto quod materia potest dupliciter considerari. Vno modo secundum se, id est per abstractionem ab omni forma praesertim a quantitate, per quem modum ipsa est omnino indiuisibilis: ut dicitur primo Physicorum, non eo modo quo punctus est indiuisibilis: quia punctus detractum est ad genus quantitatis, tanquam principium & positionem ac situm habet, sed diceretur materia esse indiuisibilis per negationem totius generis quantitatis: & hoc modo accepta materia non esset in ea totum & pars: cum ratio totius & partis non conueniat nisi habentibus diuisibilitatem. Alio modo consideratur materia prout est actu sub formis substantialibus, & sub dimensionibus & distincta in partes: & ad hunc sensum procedit praesens quaestio. Pura. Vtrum materia quae est sub minimo terrae vel ignis sit in potentia ad omnem formam naturalem. Praemitto secundum quod huiusmodi minimam portionem materiae esse in potentia ad omnem formam potest tripliciter intelligi. Vno modo quod in ista materia possit recipi quaelibet forma: ita quod talis materia per se & separatim existat. Alio modo quod talis materia alteri vnatur. Tertio modo quod materia disposita recipiens aliquam vniam formam numero, poterit etiam recipere aliam eiusdem speciei.

Quantum ad primum sensum dico, quod non quaelibet portio materiae est in potentia ad omnem formam. Probatur ista conclusio. Supponendo tria. Primum est quod est dare minimum naturale secundum extensionem, puta, minimam carnem, minimum ignem & huiusmodi, ut dicit Philosophus 1. Physicorum, textu commenti 36. vbi sic argumetur. Si necesse est, cuius pars contingit, quantumcumque esse secundum magnitudinem & paruitatem, & ipsum totum coningere. Dico autem talium aliquam partium, in quam cum inest diuiditur totum. Si autem impossibile est animal aut plantam quantumcumque esse secundum magnitudinem & paruitatem, manifestum est: quoniam & partium quamlibet. Erit enim totum partibus simile. Caro autem & os & huiusmodi partes sunt animalis & fructus plantarum. Manifestum igitur quoniam impossibile est carnem, aut os, aut aliquid aliud quantumcumque esse magnitudine, aut in maius, aut in minus. Et secundo de anima. idem dicitur. Secundum est quod quodlibet elementu potest immediate transmutari in aliud: ut dicitur secundo de generatione. Tertium est quod elementa superiora generantur ex inferioribus secundum multiplicatam analogiam, puta ex pedali terrae fit decupedale aquae: & ex pedali aquae fit decupedale aeris: inferiora autem elementa generantur ex superioribus secundum minoratam analogiam: quia ex decupedali aquae fieret tantum pedale terrae: ut dicitur secundo de generatione. Ex his arguitur sic. Signetur minimum ignis per se existens & appelletur a, istud enim est possibile per primum suppositum, & ex a, potest immediate generari terra per secundum suppositum, & ex a, generabitur terra secundum minoratam analogiam per tertium suppositum: aut ergo ex a generabitur minimum terrae potens per se existere: aut generabitur minus minimo, aut maius. Non maius: quia cum ignis sit rarior terrae: non potest ex minimo ignis generari maius minimo terrae: & etiam quia tunc ista generatio non esset secundum minoratam analogiam: non etiam generabitur minimum terrae propter easdem rationes: ergo ex a generabitur minus minimo terrae, sed minus minimo terrae non potest per se existere: ergo materia minimi ignis non est in potentia ad formam terrae sub qua possit per se existere. Secundo arguitur. Sit a, minimum ignis, & diuidatur: quod est possibile, cum sit quantum: & quare vtrum facta diuisione materiae alterius partis, a, possit sub aliqua forma per se existere, aut non. Si non, habeo propositum. Si sic. Contra. Non potest materia partis, a, existere seorsum sub forma ignis, quia non datur minus minimo, ut patet ex terminis, non potest etiam seorsum existere sub forma alicuius alterius elementu, cum alia elementa generentur ex igne secundum minoratam analogiam: ut dictum fuit, & multo minus potest existere sub forma mixti, ergo &c. Contra fundamentum huius conclusionis arguitur. Primum. Circumscribatur omne continens

Prima ratio.

Secunda ratio.

Tex. co. 4.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Ad rationes quibus materia destruitur.

nens & omne corruptiuu: & sit sola aqua in vniuerso: quae quidem aqua data, diuidatur sicut possibile est, quia est quanta: hoc factu, illa in qua sit diuisio non erunt nihil: quia hoc est contra diuisionis rationem: nec erunt non aqua ex sola ratione diuisionis, quia tunc aqua componeret ex non aquis. Non repugnat etiam formae aquae, illa paruitas quae iam est in actu: quia ita parua praefuit, licet in toto nec per ipsam diuisionem corrumpetur aqua: quia circumscriptum est omne corruptiuum: non ergo videtur aliqua ratio intrinseca quare forma naturali repugnet: quin semper quocumque per se existente possit aliquid minus esse per se existens: licet forte extrinseca impeditiua talis per se existentiae assignetur contrarietas corruptentis. Secundum. Si esset dare minimum de forma: sequitur quod esset dare primam partem motus ad formam seu minimam partem formae quae potest induci per motum. Consequentia patet: quia semper prior pars motus est non solum natura, sed etiam duratione antequam sit aliquid sequentis. Sed quod consequens sit falsum probatur: quia si ponatur talis prima pars: illa erit facta in instanti: & cum agens praesens existens possit iterum causare aliam partem formae aequalem ipsi primae: aut illam causabit simul in eodem instanti cum prima: & eadem ratione tertiam partem etiam causabit in instanti eodem: & sic de qualibet: & per consequens totam formam causabit in instanti: quod est falsum. Aut illam secundam partem causabit in alio instanti: & sic quamlibet aliam in alio instanti a priori: & tunc vel istae partes erunt causatae sine quiete media: & per consequens totus motus erit compositus praecise & muratum esse: quod improbat 6. Physicorum a Philosopho per haec verba scilicet, dicendo motum esse aliquid non motum. Vbi Beatus Thomas lectione secunda dicit. Quia impossibile est quod motus componatur ex momentis, ostendit huius impossibilitatem inducendo ad tria inconuenientia: quorum primum, si motus componatur ex momentis & magnitudo ex indiuisibilibus: ita quod per indiuisibilem partem magnitudinis non moueatur, sed motum sit, sequitur quod aliquid non motum, id est, quod prius non mouebatur, sit motum: quia ponitur quod secundum indiuisibilem transiit: id est, motum est non transiens: quia in eo moueri non poterat. Vnde sequitur aliquid esse transiitum absque hoc quod aliquando irer: quod est impossibile: sicut impossibile est quod aliquid sit praeteritum, quod nunquam fuerit praesens: vel inter causationem vnus partis & causationem alterius erit quies media: & hoc etiam est inconueniens: quia tunc agens naturale esset praesens per tempus debito passiuo: & non ageret: quod est inconueniens. Tertio. Omne alterans prius alterat partem subiecti sibi propinquior, quam partem remotiorem ab eo. Si ergo ponatur minimum subiecti quo possit introduci forma ab agente: vel ipsum erit indiuisibile sicut punctus: quod esset impossibile: vel si erit diuisibile, pars eius erit propinquior agenti quam alia: & in propinquior prius induceretur forma: & cum pars sit minor toto: sequitur quod illa non fuit minimum in quo potuit forma induci: vel est dare minus minimo: quod est impossibile. Quarto. Sit per te minima aqua & appelletur a, aut a, potest condensari, aut non. Non est dicendum quod non: quia maior aqua quam a, potest condensari: ut patet experimeto, ergo & a, potest condensari cum sit minoris resistentiae. Ponatur ergo in actu quod condensetur: ergo facta condensatione erit minor quam prius: & per consequens non erat tunc minima. Diceretur forte quod facta condensatione corrumpetur. Sed contra, ex hoc sequitur quod datur vltimum esse rei permanentis. Consequentia probatur sequenti ratione. Hoc diuidatur minimum: puta, a, aut forma, a, manet facta diuisione, aut non. Si manet, ergo a, non fuit minimum. Si non manet, habetur intentum. Nam assignetur b, instans in quo a, est, & immediate post, b, fiat diuisio ipsius a. Tunc sic, a, est, in instanti, b, & immediate post hoc non erit, quia immediate post hoc fiet diuisio, ergo instans, b, est vltimum instans esse, a. Pro responsione ad praedictas rationes. Sciendum est: quod cum dicit Philosophus dari minimum naturale: hoc potest dupliciter intelligi. Vno modo quod datur minimum potens per se existere & sic est verum. Alio modo quod datur minimum alteri inexistens: & sic est falsum: quia cum forma naturalis extendatur in materia per quantitatem oportet quod sicut non datur minimum quantitatis: ita non datur minimum formae: sed quaelibet data, ipsa est diuisibilis: cum sit continua.

ra & actuarentur per formam eius. Dico tertio quod si Deus destrueret totum vniuersum & conseruaret tantum vnum minimum aquae vel ignis: & diuideret illud minimum: tunc ex necessitate conditionata vel annihilaret materiam, vel in eam introduceret vniam nouam formam. Ad secundum dicitur quod est dare primam partem formae: quae agens introducit in materiam: & quod inter eam & reliquas partes mediat quies: quia nullus motus est simpliciter continuus, nisi tantum motus localis, nec sequitur quod agens sit praesens passiuo & non agat: quia causata illa prima parte formae, disponit reliquas partes passiuo: & completa dispositione causat in eis aliquam aliam partem formae. Ad tertium dicitur quod ad hoc ut forma introducatur in aliquo subiecto, oportet ipsum esse dispositum, non solum qualitatiue, sed etiam quantitatiue: & ideo signatur aliqua pars subiecti quae tota simul disponitur: & in qua simul inducitur forma: quia pars illius partis non est prius disposita quantitatiue quam ipsum totum quod est illa pars signata. Ad quartum dicitur quod potest condensari, sed facta condensatione corrumpetur forma aquae. Ad quintum dicitur quod forma minima aquae non manet facta diuisione. Ad improbationem dicitur quod diuisio non fit subito, sed in tempore, post instans autem, b, non sequitur immediate aliud instans: sed tempus in quo fiet diuisio. In vltimo autem instanti huius temporis, corrumpetur forma aquae: & introduceretur alia forma. Vnde istud instans temporis mensurantis diuisionem erit primum non esse formae aquae, & idem instans erit primum instans esse formae sequentis. Sed contra. Annihilat Deus, a, aquam immediate post instans, b, ergo b, est vltimum esse aquae. Responderetur quod si Deus debet annihilare, a, immediate post, b, oportet quod eam annihilaret in tempore: & impossibile est quod in instanti. Si vero ipsam annihilaret non immediate post b, sed in ipso, b, tunc annihilabitur in instanti: sed istud instans erit primum non esse, a, aquae. Quantum ad secundum principale dicitur, quod quaelibet portio materiae est in potentia ad quamlibet formam. Et hoc probatur. Primum. Materia corruptibilis de qua sola loquimur in proposito potest priuari forma, quam habet, alioquin compositum ex tali materia & forma non esset corruptibile: ergo vel materia remanebit sine forma, quod est impossibile, vel aliam formam accipiet. Et pro ista conclusione sunt duae primae rationes factae in principio quaestionis.

Ad secundu.

Ad quartu.

Alia quaestio determinatio.

Conclusio tertia.

Quantum ad tertium principale dico, quod non omnis portio materiae disposita est in potentia ad omnem formam numero: sed est ita in potentia ad istam quod non ad aliquam aliam. Verbi gratia. Sint duae materiae, scilicet, a, & b, sufficienter dispositae ad recipiendam formam ignis, & ponatur inter has duas materias vniam agens, puta ignis potens introducere formam ignis in vtraque materia. Dico quod iste ignis illam numero formam quam causabit in a, non potest causare in b, & illam quam causabit in, b, non potest causare in, a. Cuius ratio est, quia dispositiones quae sunt in, a, ita disponunt & determinant ipsum ad hanc formam numero, quod non ad aliam, & si deberet causari in, a, alia forma secundum numerum, oporteret ab eo abici praedictas dispositiones, & causari alias. Fundamenta huius positionis dicta sunt libro quinto. Et si dicatur. Si ille ignis disponeret, a, & b, vnde est quod illas numero dispositiones quas causat in, b, non causat in, a, nec contra. Responderetur quod hoc ideo est, quia agit secundum diuersas partes suas: aliqua enim pars huius ignis est vicinior, a, aliqua est propinquior, b. Et si iterum dicatur, ponat Deus, a, & b, in eodem situ, quaritur tunc ut prius, vnde est dicendum: Respondeo quod post illo casu ista diuersitas nullo modo esset ex parte agentis, sed tantum ex parte subiectorum, ideo enim distinguerentur, quia essent in distinctis subiectis.

Ad rationes in oppositum responderetur. Ad primam & secundam patet solutio, & quia sunt pro secunda conclusione. Ad tertiam dicitur eodem modo quod quaelibet portio materiae est in potentia ad quamlibet formam, non tamen eodem modo sicut totum, scilicet ut possit per se existere sub quaelibet forma.

Q V A E S T I O I I I I .
Vtrum materia sit in potentia ad quaelibet quantitatem, absque eo quod rarefiat & ei addatur aliquid.

Quaritur quarto. Vtrum materia sit in potentia ad quaelibet quantitatem absque eo quod rarefiat & aliquid ei addatur. Et arguitur quod sic. Primum. Secludatur materia ac omni forma tam substantiali quam accidentali

Prima ratio.

tali: & postea ponatur in ea quantitas, non apparet aliqua ratio quare non possit ita poni magna quantitas in tali materia, sicut parua: quia nihil est repugnans quantum est ex parte materiae. Secundo. Actioe distinctarum potest prior inesse sine posteriori: sed extensio materiae secundum maiorem quantitatem & additio & rarefactio sunt actiones distinctae, & extensio est prior eis: ergo potest materia extendi sine additione & rarefactione. Maior patet: quia non repugnat: prius esse sine posteriori. Minor probatur. Nam rarefactio terminatur ad raritatem quae est qualitas: & extensio terminatur ad quantitatem: & additio materiae ad materiam, terminatur ad substantiam, ergo sunt distinctae actiones. Patet consequentia: quia mutationes distinguuntur ex terminis quinto Physicorum. Quod autem extensio sit prior saltem rarefactione patet: quantitas ad quam terminatur extensio, est prior qualitate ad quam terminatur rarefactio. Tertio. Producat Deus vnam quantitatem separatam ab omni subiecto & ab omni qualitate: & consequenter a raro & denso: constat quod poterit eam mutare de magno in paruum: & de paruo in magnum: & hoc fiet sine additione materiae: & sine raro & denso cum sit separata ab omni substantia & qualitate. ergo etiam quantitatem existentem in materia potest mutare de parua in magnam: non addendo materiam: nec rarefaciendo.

Secunda rati
Tex. cō. 32.
Ternario.

Titulu q. in
tenuo.
Not. primū.

Respondet, quod titulus huius quaestiois non est, vtrum materia sit in potentia ad quantitatem infinitam: ita quod possit dari magnitudo infinita: sed quaeritur. An materia sit in potentia ad quamlibet quantitatem naturalem. Sciendum tamen est quod materia potest accipi dupliciter. Vno modo secundum se & per remotionem omnium formarum: & sic dico quod ei considerat non repugnat tanta quantitas: quanta est quantitas ignis. Alio modo accipitur materia prout est determinata, id est prout est materia huius vel illius, puta huius pugilli terrae vel aquae, vel huius lapidis aut hominis, & sic quaeritur. Vtrum haec materia possit extendi ad quacunque magnitudinem? Sciendum secundum quod hanc materiam effici maiorem quam sit secundum quantitatem potest esse dupliciter. Vno modo per additionem alterius materiae ad ipsam, & sic constat quod posset effici maior. Si enim pugillo ignis addatur materia combustibilis quae conuertatur in ignem: constat quod praedictus ignis efficitur maior per additionem materiae ad ipsum: propter quod dixit Philosophus 2. de anima, quod ignis cresceret in infinitum, si in infinitum adderetur ei materia combustibilis. Alio modo potest materia effici maior, non per additionem materiae, sed per solam raritatem. Si enim pugillus terrae conuertatur in ignem, illa materia quae prius erat parua sub forma terrae, est postea magna sub forma ignis, quia facta est rarior. Quaritur ergo. Vtrum remota additione materiae ad materiam: & remota similiter raritate possit materia effici maior quam esset prius? Pro notitia autem huius primo declarabitur quod in essentia materiae est reperire plus & minus: quia hoc est necessarium ad principale propositum. Secundo dicetur ad quaestionem.

Tex. cō. 13.

Te. com. 7.

Tex. cō. 37.

Quantum ad primum non intendo dicere quod materia sit partibilis secundum se: & quod seclusa quantitate in ea sint partes: sed solum quod plus de materia est in vno quam in alio, ita quod istud plus & iste excessus non est ex parte quantitatis: sed est in illa entitate quae est materia: & hoc probatur. Primo. Id cui sit additio est plus post additionem quam esset ante additionem. Sed in nutritione materia nutrimenti additur materiae eius quod nutritur: ergo in nutrito est plus de materia quam ante. Maior patet ex terminis: non enim capit intellectus quod aliquid addatur alteri eiusdem rationis cum eo & non sit plus sibi quam esset prius. Minor etiam patet. Nam nutrimentum additur nutrito: vt dicitur secundum de anima. Sed non additur secundum formam, aut aliqua accidentia, ergo tantum secundum materiam. Patet consequentia cum maiori, & probatur minor, quia in nutritione corrumpitur forma substantialis nutrimenti & consequenter omnia accidentia eius, quia corruptis nobis corrumpuntur omnia quae sunt in nobis, ergo manet tantum materia, & illa additur nutrito. Secundo. Dicit Philosophus 2. de generatione, in vno pedali terrae plus est de materia quam in pedali ignis. Sed istud plus non est ex parte quantitatis, cum vtrumque sit tantum pedale, nec ex parte formae substantialis, quia etiam ipsa est aequaliter extensa in vtroque: ergo est tantum ex parte materiae. Et si arguatur contra, quia plus & minus sunt passiones quantitatis, sicut etiam magnum & paruum: & aequale & inaequale, ergo in essentia materiae non est plus & minus. Re-

spondeo primo, quod in materia nunquam est plus & minus aut totum & pars, nisi ipsa sit diuisa in partes per quantitatem: cum hoc tamen fiat quod aliquando sit plus de materia vbi minus est de quantitate: & minus sit de materia vbi plus est de quantitate: vt patet in pedali terrae & bipedali ignis. Dico secundo quod aequale quae est relatio praedicamentalis, fundatur tantum super quantitatem. Sed inaequalitas transcendens potest fundari super omni naturam: albedo enim vt quatuor est inaequalis albedini vt 6. & ita in proposito materia pedalis terrae est plus quam materia bipedalis ignis & ei est inaequalis: quia plus de essentia materiae est in vno quam in altero: & istud plus non est plus secundum quantitatem, sed secundum essentiam.

Quantum ad secundum dico quod est impossibile materiam quae est sub aliqua quantitate, effici maiorem, nisi aut rarefiat, aut aliqua materia sibi addatur. Exemplum primi est cum ex terra fit aqua, vel aer, vel ignis. Exemplum, secundi est in nutritione. Pro notitia huius conclusionis. Sciendum est quod quando ex paruo fit magnum, nulla materia addita, ibi concurrunt de necessitate duae mutationes, quarum vna est extensio praexistens quantitatis: alia est rarefactio: non enim fit additio quantitatis ad quantitatem dum aliquod corpus rarefit: sed quantitas praexistens magis extenditur quam prius. Harum autem mutationum prior natura est. Pius enim notum est aere rarefieri quam ipsum acquirere maiores dimensiones: licet ista duo sint in eodem instanti temporis: sed tamen magis notum est ad sensum quod acquirat maiores dimensiones quam quod rarefiat: propter quod solet diffiniri rarefieri per hoc, quod est acquirere maiores dimensiones tanquam per aliquid magis notum & consequens rarefactionem. Sciendum secundum quod dupliciter augentur dimensiones. Vno modo per additionem quantitatis ad quantitatem, & istud augmentum nunquam est sine additione nouae materiae: quia quantitas non separatur a materia. Alio modo augetur quantitas (vt dictum est) per maiorem extensionem: & non per additionem: & hoc est tantum in rarefactione: quia istae duae mutationes se necessario concomitantur. Ex his arguitur primo. Impossibile est quod materia acquirat maiorem quantitatem nisi vel addatur quantitas quantitati vel quantitas praexistens magis extendatur. Si primum, ergo additur materia materiae. Si secundum, ergo est ibi rarefactio. Vtraque consequentia patet ex praedictis. Secundo. Suppono primo quod terra est densior aere. Suppono secundo quod id est densius in quo est plus de materia sub paruis dimensionibus. Et arguitur sic. Fiat terra ex pedali aeris parte, nulla addita materia: & sine rarefactione potest ex pedali aeris fieri multum de terra gratia exempli, decem aut centum pedalia. Sed terra est densior aere, ergo in vno pedali terrae est plus de materia quam in vno pedali aeris: ergo si ex vno pedali aeris fieret vnum aut multa pedalia terrae, sequitur quod id quod plus habet de materia, non haberet plus de materia. Tertio impossibile est quod pars aequetur toti nisi parti aliquid addatur: alioquin totum non esset maius sua parte. Sed materia existens in decem pedalibus terrae, est totum respectu materiae existentis in vno pedali terrae: ergo impossibile est quod materia existens in vno pedali terrae efficiatur tanta quanta est sub decem pedalibus sine additione. Nec potest dici quod hoc fiat per rarefactionem: quia tanta raritatis est vnus pedalis terrae, sicut tota terra. Quarto. Impossibile est quod minus fiat plus, nisi per additionem eius quod dicitur plus. Sed minus de materia est in pedali terrae quam in 10. ergo ex vno non fient decem sine additione materiae. Minor patet. Maior probatur: quia omne plus habet tantum & amplius, quod id respectu cuius est plus.

Conclusio re
spona. n.

Not. primū.

Not. s. cun-
dam.

Ad primū.

Ad secundū.

& rarefactio non possunt abinucem separari; quia vna ad etiam necessario consequitur, scilicet extensio ad rarefactionem & ideò minor rationis est falsa. Ad probationem dicitur quod licet prius natura acquiratur quantitas in materia quam qualitas: tamen aliqua qualitas scilicet raritas prius acquiritur quam fiat noua extensio praexistentis quantitatis. Ad tertium dicitur primo, quod loquimur metaphysice & non Theologicè vt ratio procedit. Dicitur secundo quod posito illo casu talis quantitas non posset quouis modo mutari de paruo in magnum nisi per additionem nouae quantitatis.

Ad tertium.

Primario,
Tex. cō. 31.

Secunda
ratio.

Tertia ratio

Suppositum
primum.

Prima parte
4. 45. art. 5.

QVÆSTIO V.

Vtrum materia habeat suam entitatem & realitatem a forma.

Quaeritur quintò. Vtrum materia habeat suam entitatem & realitatem a forma. Et arguitur quod sic. Primo. Supponitur quod forma est causa formalis materiae & non compositi. Istud suppositum probatur tripliciter. Tum quia Philosophus 2. Physicorum dicit quod omnes partes respectu totius sunt causae materiales. Sed forma est pars compositi: ergo respectu eius est causa materialis: ergo si respectu alicuius est causa formalis, hoc erit tantum respectu materiae. Tum quia forma est causa formalis eius, in quo recipitur. Sed recipitur in materia: ergo &c. Tum quia forma eius est causa formalis cuius est finis: quia forma & finis coincidunt in idem numero. Sed forma est finis materiae: vt patet secundo Physicorum: ergo est causa finalis materiae. Supponitur secundo, quod omnis causa formalis causat aliquid in suum effectum distinctum ab ipsa. Istud probatur. Tum quia si id quod causat non esset distinctum a causa formali: sequitur quod causa formalis causaret seipsam. Tum quia sequitur quod substantiae separatae ita essent causae formales, sicut formae quae sunt in materia. Ex his arguitur sic. Forma est causa materiae. Sed omnis forma causat aliquid in suo effectui. ergo forma causat aliquid in materia. Sed istud causatum non est ipsa forma per secundum praesuppositum, ergo est ipsa essentia materiae: & sic forma causat essentiam materiae. Secundo arguitur. Ex materia & forma resultat compositum, aut ergo resultat ex hoc praecise quod materia & forma sunt, & hoc non: alioquin separata anima Sortis a Sorte, adhuc maneret Sortes: quia eius materia & forma manent, resultat compositum ex vnione formae cum materia: & hoc non: quia cum vnio sit relatio, non potest esse ratio existendi substantiae & constituendi ipsam: ergo resultat compositum ex hoc quod forma dat materiae propriam realitatem. Tertio arguitur. Hic ignis producit hunc ignem: & non potest ipsum conseruare: sed conseruatur a causa vniuersali puta a caelo: ergo causa vniuersalis producit aliquid perfectius in effectu quam causa particularis. Sed forma conseruat materiam: ergo producit entitatem materiae. Patet consequentia: quia in materia nihil est perfectius quam eius entitas.

Circa hanc quaestionem dicunt aliqui quod materia habet totam suam entitatem & realitatem a forma: non tantum sicut a causa sine qua non: quia scilicet destructis omnibus formis entitas materiae non maneret: sed annihilaretur: sed etiam dicunt quod habet omnem realitatem sibi intrinsecam a forma tanquam a causa date sibi entitatem. Sed ista opinio, neque Philosophis, neque Theologis consentit. Vnde dico secundum Theologos, quod materia est tantum a Deo per creationem. Secundum autem Philosophos tenentes quod omnia sunt a Deo effectiue: dico quod materia prima est effectiue a Deo: non cum nouitate essendi, sed aeternaliter: propter quod dicitur esse ingenerabilis & incorruptibilis. Fortè autem illi qui tenent primam opinionem, arbitrati sunt quod materia non sit entitas distincta a forma: quod fuit improbatum 7. huius. Si tamen intendunt aliter dicere sicut puto, scilicet quod materia & forma sint entitates distinctae: & quod forma det materiae entitatem & realitatem, arguo contra eos. Primo supponitur quod materia producit tantum per creationem. Supponitur secundo quod virtus creatiua nulli enti finito potest communicari etiam tanquam instrumento. Ista duo supposita sunt Sancti Tho. in prima parte: cui isti attribuunt hanc opinionem. Supponitur tertio quod aliquid creati est ipsum accipere esse, id est suam entitatem & realitatem. Et arguitur sic. Id quod producit in esse tantum per creationem habet esse, id est suam entitatem tantum a Deo. Patet istud ex secundo praesupposito: quia virtus creatiua nulli alteri potest communicari. Sed materia exit in esse tantum per creationem secundum veritatem. Aut ipsa

a nullo habet esse secundum eos qui tenent, quod entitas incorruptibilis a nullo sunt effectiue: ergo materia habet suam entitatem tantum a Deo vel ex se: & consequenter non habet eam a forma. Dicitur fortè quod habet eam tantum a Deo effectiue: sed tamen habet eam a forma formaliter. Contra hoc arguitur supponendo quod in omnibus circa primam causam differet existètia ab entitate quae existit, vt probatum fuit libro quarto, & arguitur sic. Si forma dat formaliter realitatem materiae: sequitur quod cuiuslibet formae substantialis sint duo effectus formales. Sed hoc est impossibile: quia forma & effectus formales sicut se necessario consequuntur quantum ad esse: ita etiam quantum ad vnitatem & pluralitatem secundum omnes. Vna enim albedo dat tantum vnum esse album: ergo entitas materiae non est effectus formalis formae. Probatum prima consequentia. Effectus formalis formae est ipsum esse, quod forma dat materiae, aut composito. Sed esse quo materia existit est entitas distincta a materia: ergo si forma est etiam effectus formalis eiusdem formae, sequitur quod eius sint duo effectus formales. Et in hoc isti decepti sunt: quia enim videbant quod materia non potest esse in rerum natura, nisi habeat formam dante sibi esse, putauerunt, quod forma sit causa entitatis materiae: non considerantes quod aliud est dare esse materiae formaliter: & aliud esse causam entitatis materiae. Secundo arguitur. Omnis causa formalis est intrinseca ei cuius est causa. Sed forma non est intrinseca entitati materiae: ergo non est eius causa formalis. Maior probatur, quia materia & forma sunt causae intrinsecae suo effectui: effectus autem & finis sunt extrinseci. Minor patet: quia pura potentia non est extrinseca alicui actus: alioquin cum summo vnus oppositi flaret aliquid aliud alterius oppositi: sed materia est pura & summa potentia: forma vero est actus: ergo forma non est intrinseca materiae. Tertio. Nullum oppositum est causa entitatis alterius: vt patet in omnibus modis oppositionum: Sed actus & potentia sunt valde opposita, vt dicit Còmen. primò de anima: commen. 6. ergo cum forma sit actus & materia sit potentia: sequitur quod forma non est causa entitatis materiae. Quarto. Accipio illud instans primum in quo creata est materia sub aliqua forma: puta sub forma terrae. Et arguitur sic. Prius natura est Deum producere entitatem materiae: quam forma aliquid causare circa materiam: ergo entitas materiae non est a forma. Consequentia patet: quia entitas materiae iam est antequam forma aliquid causet: & consequenter si forma causaret istam entitatem, ipsa causaret id quod praexistit eius causalitati. Antecedens probatur. Prius natura est formam esse quam ipsam aliquid causare: quia ideò causat, quia est: & non ideò est, quia causet: ergo prius natura Deus producit entitatem materiae quam forma causet. Antecedens patet. Probatum consequentia. Prius namque producit materia quam forma: quia omne receptiuum materiae est prius quam forma aliquid causet circa ipsam. Istud argumentum non est de quacunque forma: sed de prima forma sub qua creata est materia. Vnde cum ipsa forma non fuerit causa entitatis materiae: sequitur quod nulla alia forma sequens sit causa entitatis eius. Dico ergo quod forma est quidem causa materiae existat: sed tamen non est causa entitatis materiae quae existit: sive rei quae est subtracta essentiae.

Conclusio.

Ad primū.

Ad argumenta. Respondetur. Ad primum dicitur quod forma non est causa formalis nisi dando esse, & quia dat primo & per se esse composito, & consequenter etiam materiae: ideo proprie est causa formalis tantum compositi quod constituit: vnde posset negari primum praesuppositum. Et ad primam eius probationem dicitur quod Philosophus loquitur de partibus integralibus: cuiusmodi sunt partes constituti: & non loquitur de partibus essentialibus. Ad secundam dicitur quod maior est falsa: nisi id in quo recipitur sit constitutum per eam tanquam per partem sui secundum quem modum materia recipitur tantum in composito. Sicut etiam albedo non dicitur causa formalis parietis, sed est causa formalis albi, id est compositi ex albedine & subiecto. Ad tertiam negatur maior: forma enim & finis generationis non sunt eadem res, vnde si forma esset causa formalis eius cuius est finis, ipsa esset causa formalis generationis, quod aperte est fallum. Dico igitur quod ad esse causam formaliter alicuius, non pertinet esse finem eius, sed esse formaliter constitutum eius. In hoc enim stat formalis ratio causae formalis: loquendo de ea in ordine ad id cuius ipsa est intrinseca. Loquendo autem de causa formali in ordine ad suum effectum formalem ipsa dicitur causa illius esse quod dat suo constituto. Sed admissis duobus praesuppositis dico ad argumentum quod forma causat aliquid in materia distinctum a forma: istud autem non est ipsa entitas materiae: sed est illud esse actuale quod

quod ipsa dat in materia; forma enim dat principaliter esse compositum: & consequenter etiam materia: quia ipsa non existit, nisi per esse compositum. Ad secundum dicitur, quod ex materia & forma resultat compositum in quantum sunt unita: non quod vno formaliter constituat compositum, sed est causa sine qua non: partes enim non constituerent nisi vniuntur. Ad tertium negatur prima consequentia. Quod enim effectus cōseruetur à causa vniuersali, & non à causa particulari: non est ex hoc quod causa vniuersalis producat in effectu aliquod perfectius, quam causa particularis: sed est quia causa vniuersalis nobiliori modo agit quam particularis: agit enim per primum motum: quo remoto nulla esset actio in rebus inferioribus: & consequenter nullo modo essent res inferiores: cum ipsa non possint esse sine propriis earum actionibus. Dico secundò quod forma non conferat materiam: nisi sicut causa sine qua non secundum quem modum concessum est etiam quod dat entitatem materiae. Causa autem conferat materiam est solus Deus à quo solo creata est.

QVÆSTIO VI.

Vtrum potentia materiae sit essentia materiae.

Prima ratio **Q**uæritur sextò. Vtrum potentia materiae sit essentia materiae. Et arguitur quod non. Primò. Illa non sunt realiter vnum, quorum vno multiplicato alterum non multiplicatur. Sed multiplicatur potentia materiae, non multiplicata essentia eius: ergo &c. Maior patet: aliqui contra-dictoria verificarentur de eadem re. Minor probatur. Plurificatis actibus, plurificantur potentia. Sed eadem numero materia est in potentia ad plures actus: nam materia, b, ignis est in potentia ad aërem & aquam & terram: ergo &c. Secundò. Si essentia materiae esset eius potentia, sequitur quod per aduentum formæ substantialis corrumpere-tur essentia materiae. Sed hoc est falsum: vt patet: ergo &c. Consequentia probatur, quia posita forma corrumpitur po-tentia quæ erat ad illam formam: ergo corrumpitur quic-quid est idem realiter illi potentia. Tertio. Si materia est sua potentia, sequitur quod materia sit in genere relatio-nis: consequens est falsum: quia materia est substantia, 2. de anima: & 8. Metaphysicæ: ergo materia non est sua po-tentia. Minor patet. Maior probatur: quia cum potentia di-carur in ordine ad actum: oportet quod sit de genere ad a-liquid.

Secunda ratio

Tertiaratio

Te.com. 8.

Respondeo. Circa istam quæstionem dicunt aliqui qd potentia accipitur tribus modis. Vno modo pro subiecto quod dicitur potens, eo modo quo diceretur, quod ignis est potentia ad calefaciendum. Alio modo accipitur po-tentia pro qualitate de secunda specie qualitatis, per quam subiectum denominatur formaliter esse potens, & sic ca-lor in igne est eius potentia calefactiua. Tertio accipitur potentia pro respectu prædicti subiecti ad id respectu cuius est potens. Dicunt præterea isti quod materia est sua po-tentia primo modo, quia materia est ipsum subiectum po-tens recipere formas, non tamen essentia materiae est po-tentia secundo modo vel tertio: sed ponitur in essentia ma-teria quædam forma absoluta de genere qualitatis, à qua denominatur potens: & mediante huius qualitate ponitur in eadem materia respectus ad formam: ponitur autem prædicta qualitas in materia, vt relatio ad formam immè-diatè fundetur in substantia materiae. Hanc opinionem attribuunt Commentatori: tum quia primo Physicorum commento 70. dicit quod potentia non est idem cum sub-stantia materiae: tum quia in libro de substantia orbis dicit quod posse quo substât hoc subiectum, differt à natura subiecti.

Suppositum secundum.

Contra istam opinionem arguitur: & quod sit falsa in se: & quod falsè attribuat Commentatori. Quod enim sit falsa in se, probatur. Primò. Supponitur quod huius po-tentia quæ est qualitas, sit materia, & ratio recipiendi for-mam. Istud patet secundum auctores primæ opinionis, qui dicunt quod sicut forma substantialis non agit nisi me-diante aliqua qualitate quæ est ei ratio agendi: sic etiam materia quæ est principale receptiuum formæ non recipit eam nisi mediante aliqua qualitate naturali passiva, quæ est ei dispositio ad recipiendum alia. Supponitur secundò: quod nullum accidens facit cum subiecto vnum per se per-ferre Metaphysica. Istud patet: quia substantia & accidens sunt diuersorum generum. Et arguitur sic. Id quod cum materia facit vnum per se, non vniuntur ei mediâte eo quod facit cum ea vnum per accidens. Forma substantialis facit vnum per se cum materia: & illa qualitas, quam tu ponis, facit cum ea vnum per accidens: ergo forma substantialis non vniuntur materiae mediâte tali qualitate. Minor pro pri-

ma parte patet in fine 8. Meta. Pro secunda parte patet ex secundo præsupposito. Maior probatur. Tum quia id quod facit cum altero vnum per se, non vniuntur ei mediâte ali-quo: vt dicit Philosophus secundo de anima. & 8. Metaph. Tum quia sequitur quod id quod est ens per accidens, est set prius eo quod est per se. Secundò arguitur. Supponen-do tria secundum Philosophum. Primum est quod gene-ratio est æterna à parte antè & parte post, vt dicitur primo cœli, & 8. Physicorum. Secundum est, quod est impossi-bile dare multitudinem actu infinitam, vt demonstrat Phi-losophus tertio Physicorum. Tertium est quod potentia multiplicatur, secundum multiplicationem formarum: ita quod in materia sunt tot potentia, quot sunt formæ ad quas materia est in potentia: & hoc concedunt tenentes prædictam opinionem. Ex his arguitur. Impossibile est esse actu multitudinem infinitam. Sed si in materia esse poten-tia distincta à materia, daretur multitudo actu infinita: ergo est impossibile esse in materia talem potentiam. Maior est 3. Physico. Nec valet dicere, quod Philosophus intendit negare infinitum solum in magnitudine: non autè in mul-titudine. Sic enim dicit tex. commen. 41. Neque numerus etiam potest esse separatum & infinitum. Vbi dicit Com-men. quod cum declarauerit Philosophus quod infinitum non est quantum continuum, incepit declarare vniuersali-ter quod infinitum non est quantum discretum. Et post-èa subdit quod non est possibile inuenire numerum se-paratum à materia, aut non separatum esse actu infinitum. Probatur minor. Tot sunt potètiæ materiæ, quod sunt for-mæ quas materia potest recipere: vt patet ex tertio præ-supposito. Sed est in potentia ad formas infinitas: eo quod generatio est æterna ex primo præsupposito: ergo habet potentias infinitas. Tertio probatur: quod prædicta opinio non sit de mente Commentato. quia aut ista potentia est accidens per accidens, aut est accidens per se. Non primò, quia nullum tale est cœternum materiae: & etiam quia se-quitur quod materia posset esse sine huius potentia. Non secundum; quia omne accidens per se sicut propria passio per prius conuenit vniuersali quam particulari: licet enim albedo prior insit Sorti quam homini: idè enim homo est albus quia Sortes est albus: tamè risibilitas prius inest ho-mini quam Sorti: nam idè Sortes est risibilis, quia homo est risibilis. Sed materia secundum Commentatorem non est vniuersalis, quia vt probatum est libro 7. secundum eum, sola forma est vniuersale, & pertinens ad quidditatem, ergo potentia non est propria passio materiae. Fortè tamen diceretur, quod licet vbi datur vniuersale & particulare, propria passio prius conueniat vniuersali quam particula-ri, tamen etiam natura quæ non est vniuersalis potest cō-uenire aliqua propria passio. Nam secundum Commen. vt infra declarabitur; dimensiones interminatæ sunt propria passio materiae: sicut risibilitas hominis, nisi fortè quis di-cat quod non fuit intentio Comment. quod dimensiones non separarentur à materia, vt infra declarabitur. Et idè aliter arguitur sic. Quantitas immediatè se habet ad ma-teriam quam qualitates, vt dicit Commen. in libro de sub-stantia orbis, ergo dimensiones interminatæ per prius sunt in materia quam ista qualitas quam tu appellas potentia, ergo in materia non est aliqua potètia ab ea distincta qua mediâte recipiat dimensiones, & tamen materia est po-tentia respectu dimensionum; licet non sit in potentia se-parata ab actu. Sed immediatè per seipsum recipit eas, ergo potentia à qua materia denominatur potens, non est res distincta à materia. Quarto arguitur, quia Comment. cap. primo de substantia orbis: dicit, quod Aristor. inuenit quod substantia omnium accidentiū sunt substantiæ com-positæ, & quod substantia simplex non potest esse huius subiectum. Sed materia est de se substantia simplex; ergo non potest esse subiectū illius qualitatis quem isti ponunt. Confirmatur quia sequitur quod idem numero accidens migraret de subiecto in subiectum, quod est impossibile. Probatur consequentia. Nam in materia ignis est potentia ad formam terræ, istius potentia subiectum non est sola materia, cum non sit substantia composita. Sed ignis est subiectum eius, cum autem ex igne generatur aër, in eod-entem aère manet potentia eadem ad formam, ergo illa po-tentia migrat de subiecto in subiectum. Proceffit autem prædicta opinio ex quibusdam verbis Commen. falsè in-tellectis. Ipse enim primo Physicorum comment. 70. sic di-cit. Accidit substantiæ eius scilicet materiæ, vt sit in potè-tia omnis formæ; non quod potentia eius est in substan-tia, ita quod sit pars definitionis, quoniam si potentia es-set in substantia eius, tunc esse eius destrueretur ablatione potentia & præsentia formæ in actu scilicet formæ ad quam habebat potentia vt reciperet, & vniuersaliter si po-tentia esset in substantia eius corrumpetur ad generatio-nem;

Suppositum tertium.

Primaratio.

Auer. non consentit su periori opi-nioni.

Origo opi-nioni unde formata est.

nem: & esset in prædicamento ad aliquid, non in prædica-mento substantia. Ad euidentiā istorū quæ dicit comm. sciendum est quod iste terminus potètia, in suo significato dicit re absolutā, & tamen connotat respectū ad actū. Po-tesse ergo dupliciter accipi potètia. Vno modo pro illo ab-soluto. Alio modo pro respectu. Si primo modo accipitur potentia, sic materia est sua potentia, & hoc modo po-tentia ponitur in diffinitione materiae. & propter hoc Philo-sophus 1. phy. tex. com. 69. appellat eam subiectā naturā, & 7. & 8. metaph. dicit: quod ipsa non est quid, nec qualitas: nec quantum, sed est potètia ad omnia ista. Secundo autè mo-do accipiendo potentiam, materia non est sua potentia, nec talis potentia ponitur in diffinitione materiae, & sic intel-ligit Com. in hoc loco: non autem intelligit de aliqua po-tentia quæ dicatur qualitas, quod patet. Primo quia poten-tia quam dicit non esse materiam corrumpitur in aduen-tu formæ: talis autem potentia quæ est qualitas & ratio recipiendi formam, manet simul cum forma, licet diuersi-modè, quia ante aduentum formæ erat separata ab actu, & postea est coniuncta actui. Secundo quia potentia de qua loquitur Commen. est de genere relationis: qualitas autem non est relatio. Et ideo nulla talis qualitas poneda est in essentia materiae: à qua denominetur esse potètia: sed ip-samet essentia materiae est potentia receptiua formarum: nec aliquid aliud est ei ratio recipiendi cas.

Ad primam

Ad secundam

Ad tertiam

Ad primam rationem in oppositum dicitur quod ali-quid plurificari potest esse dupliciter. Vno modo quantū ad suam entitatē, & sic conceditur maior, & negatur mi-nor. Alio modo formaliter, & sic negatur maior. Sortes o-nim per eandem albedinem est similis Platoni albo: & est dissimilis Ciceroni nigro: & sic multiplicatur relatio, dato quod non multiplicetur fundamentum: & tamen est idem realiter cum fundamento: hoc ideo est: quia non multiplicatur illa entitas quæ est relatio, licet multiplicetur in es-se relatio. Similiter diceretur de materia & potentia eius ad diuersos actus, quod multiplicaretur in ratione poten-tia & non in ratione materiæ. Dicitur secundo, quod in materia est vnica potentia realis, per quam materia respicit omnes formas, in illa autem potentia fundantur tot respectus rationis quot sunt formæ receptibiles in mate-ria, adueniente autem vna forma, cessat ille respectus ra-tionis qui erat ad ipsam, & materia tunc habet ad eam re-spectum realē, & sic patet quod plurificatur potentia ma-teria accipiendo potentiam pro aliquo absoluto: eadem en-tem potentia numero potest esse ad plures actus, licet cū diuersis respectibus rationis. Ad confirmationem dicitur quod duplex est potentia respectu formæ. Vna est potè-tia remota, & hæc est tantū vna, scilicet essentia materiae, alia est potentia proxima: & hæc multiplicatur secundum varietatem formatam, alia enim est dispositio siue poten-tia proxima ad formam ignis, & alia ad formam aquæ. Et ad hunc sensum dixit Com. quod numerus habitatum materiae est secundum numerum formarum. Ad secundum negatur consequentia. Ad probationem dicitur quod per aduentū formæ definit esse ille respectus rationis qui fun-dabatur in materia, sed non definit esse illa potentia qua materia erat formaliter in potentia ad formam, imo manet actui coniuncta. Ad tertium negatur consequentia, cuius probatio procedit solum quantum ad illum respectum, quem connotat hoc nomen potentia, in obliquo.

QVÆSTIO VII.

Vtrum materia sit ratio recipiendi quantitatem.

Prima ratio

Secundaratio

Quæritur septimo. Vtrum materia sit ratio recipiendi quantitatem, ita quod quantitas recipiatur in sup-posito per materiam tanquam per immediatam rationem recipiendi. Et videtur quod non. Primò. Id quod conuenit per se alicui generi: conuenit per se omnibus suis inferioribus. Sed corpori quod est genus de prædicamento sub-stantia conuenit per se esse quantum, ergo homini con-uenit in quantum est homo, per se esse quantum, cum ho-mo contineatur sub corpore. Sed homo est homo per suā formam, quæ est anima, & non per materiam, ergo non tantum materia, sed etiam anima est ei ratio recipiendi quantitatem. Secundo. Nihil continetur per se sub corpo-re de genere substantia, nisi ad ipsum per se consequatur quantitas. Sed corpus de genere substantia non dicit tan-tum materiam, nec tantum formam, sed compositum, ad quod per se consequitur quantitas, ergo si quantitas non

consequitur compositum, quod est homo, sed tantum ma-teriam eius: sequitur quod homo non continetur per se sub corpore: quod est falsum. Tertio esse extensum con-uenit materiae per se, primo (si enim cōueniret ei per aliud, hoc non esset nisi per formam: & sic forma esset ratio reci-piendi quantitatem.) Sed id quod conuenit alicui primo & per se: conuenit ei omni alio circumscripro ergo circun-scripta forma adhuc conueniret materiae esse extensum: quod est impossibile, quia in per se ordinatis: secundum nō potest esse sine primo: forma autem est prior quantitate ordine essentiali, ergo nisi forma substantialis insit mate-riae, non potest in ea esse quantitas. Quicquid est ra-tio recipiendi quantitatem, est etiam ratio augmenti: quia augmentum est secundum quantitatem. Sed materia non est ratio augmēti in rebus viuētibz, sed animæ alioquin res inanimatæ ita auerentur, sicut res animatæ, ergo &c. Quinto. Id est ratio recipiendi quantitatem, per quod differt subiectum formæ accidentalis à subiecto formæ sub-stantialis: cum ipsa quantitas sit accidens. Sed subiectum formæ accidentalis differt à subiecto formæ substantialis per esse ens in actu simpliciter, esse autem ens actu simpli-citer conuenit subiecto per formā substantialē: ergo omne cōpositum est subiectum formæ accidentalis, & per con-sequens etiam quantitatis & per suam formam substan-tialem extensum. Id quod non est proprium potentiale, illius non est immediata ratio recipiendi formas genere distin-ctas: quia cuiuslibet formæ secundum genus correspondet pro-prium potètia. Sed materia est immediata ratio recipi-endi formas substantiales quæ genere distinguuntur à quan-titate, ergo non est immediata ratio recipiendi quantitatē.

Tertia ratio

Quarta ratio

Quinta ratio

Sexta ratio

Suppositum

Prima con-clusio.

Secunda con-clusio.

Respondeo, præmittendo aliqua pro notitia huius quæ-stionis. Primum est quod esse subiectum quantitatis & esse rationem recipiendi quantitatem non sunt idem. Imme-diatum enim subiectum quantitatis est substantia, compo-sita & non materia, & quia vt probatum fuit in septimò. Nullū accidens immediatè recipitur in materia. Esse enim subiectum quantitatis est eam principaliter sustentare in sua existentia, quod non potest conuenire materiae, cum sit pura potentia. Esse autem rationem recipiendi, est esse id à quo substantia habet quod recipiat quantitatem & ei subternatur: sicut etiam aliud est esse calefaciens, & aliud esse rationem calefaciendi, ignis enim est calefaciens: & calor est ei ratio calefaciendi. Præmitto secundo: quod qualibet quæritas habet quod sit quantitas in subiecto re-cepta, & habet quod sit determinata secundum magnitudi-nem & paruitatem, & ideo aliud est etiam magnere à quo habet subiectum quod sit receptiuum quantitatis, & aliud est quæritare à quo habet quod sua quantitas ira sit terminata. Ad quæ autem respondeo tribus conclusionibus. Quarum prima hæc est. Proxima ratio recipiendi quanti-tatem non est materia nec forma: sed proprium potentia-le de genere quantitatis. Ista conclusio non est probanda in hoc loco: sed probabitur in 12. huius, vbi de hoc erit spe-cialis quæstio. Secunda conclusio. Prima ratio per quam aliquid est susceptiuum quæritatis, non est forma, sed ma-teria. Ista conclusio non probatur. Primo. Cum in substan-tia composita nihil sit prius quantitate nisi materia & for-ma & ipsum compositum, oportet quod aliquod istorum sit ratio recipiendi quantitatem. Sed compositum non est prima ratio: cum sit ipsum recipiens, & non ratio recipi-endi: nec forma est talis ratio, ergo materia. Quod autem non sit forma, probatur. Supponendo quod in homine nulla alia est forma, nisi anima intellectiua: quia hoc probabitur infra. Sed anima intellectiua non est prima ratio recipiendi quantitatem. Tum quia ipsa reci-pitur in materia distincta, ergo in ille prius materia est quanta. Tum quia ipsa anima intellectiua esset quan-ta & extensa (sicut per accidens. Secundo. Arguitur. Totā causa propter quæ recipitur quantitas in substantia materiali, est vt per eam distinguatur ab aliis quæ sunt eiusdem speciei. Sed distinctio prius conuenit materiae quam formæ: ideo enim forma est hæc: quia recipitur in hac materia & non e contra, ergo quantitas conuenit per prius ratione materiae, quam ratione formæ. Tertio. Quantitas ex sua propria ratione habet reddere substan-tiam diuisibilem in partes eiusdem rationis, vt probatum fuit in quinto huius. Sed huius diuisibilitas conuenit per prius materiæ quam formæ, cum aliqua formæ sint in-diuisibiles tam per se, quam per accidens, saltem anima in-tellectiua. Aliæ verò quæ sunt diuisibiles per accidens non diuiduntur, nisi quia materia in qua sunt diuiditur, ergo &c. Quarto. Materia de se est vna, & tamen plurificata est sub diuersis formis, alia enim est materia huius ignis à materia illius. ergo id quod facit huius distinctionem sci-licet, quantitas; inest ratione materiae, vt faciat eam esse

distinctam. Confirmatur. In instanti in quo forma ignis recipitur in materia, aut prius secundum rationem materia habet esse distinctum & quantitatem: aut prius secundum rationem habet formam ignis quæ esse distinctum, Non enim potest dici quod utrumque simul: quia inter istas formas est ordo per se. Si dicas quod prius habet formam ignis, ergo in illo priori iste ignis non est ab aliquo alio distinctus: & cum eius generatio sit distincta: sequitur quod distincta generatio non terminabitur ad distinctum genitum. Et propter hanc rationem motus fuit com. in lib. de substantia orbis. ad ponendum dimensiones coæternas materia. Quantum autem concludat hæc ratio, patet infra. Concludit enim saltem apparetur in hoc proposito. Quinto, si forma substantialis est ratio recipiendi quantitatem: sequitur quod ita se habet quantitas ad formam substantialem, sicut color ad superficiem. Patet ista consequentia, quia superficies est ratio recipiendi colores. Sed si superficies separaretur à substantia, adhuc ipsa est colorata, ergo in forma puta in anima post separationem à materia saluaretur quantitas, & per consequens anima separata haberet trinam dimensionem & esset corpus: quod est absurdum. Tertia conclusio. Quod quantitas substantie materialis sit determinata ad aliquam magnitudinem vel paruitatem non est ratione materie, sed ratione forme. Probatur. Quælibet forma substantialis habet virtutes suas naturales determinatas, cum habeat finitas virtutes, tam intensiue quam extensiue, ergo quælibet forma substantialis requirit quantitatem determinatam. Probatur consequentia: quia ut dicit Philosophus 4. meteor. In maiori quanto maior est virtus, & hoc patet ad sensum: maior enim ignis habet maiorem virtutem calefactiuam: si ergo esset infinite quantum, virtus quoque esset infinita, & non terminata. Aliis rationibus probabitur ista conclusio in 1. Physi. ubi ostenditur quod dantur minima naturalia, ratione forme, & non ratione materie.

Tertia conclusio.

Ad primum

Ad primum dicitur quod sicut omne prædicatum dicitur tota essentia subiecti aut partem essentiae, dicitur de subiecto in primo modo dicendi per se, ita prædicata quæ per se consequuntur essentiam aut aliquam partem essentiae, dicuntur de subiecto in secundo modo perfectiatis. Nam intellectus & voluntas licet tantum animam consequantur, & non materiam, tamen prædicantur de homine in secundo modo dicendi per se: ita etiam quantitas dicitur per se: licet consequatur tantum materiam. Sed quicquid sit de hoc, dico ad maiorem, quod si intelligitur quod esse quantum conuenit per se corpori de genere substantie ratione forme dantis esse corporeum, sic est falsa. Forma enim dans esse corporeum non ideo dicitur forma corporeitatis: quia ipsa sit ratio recipiendi quantitatem, sed quia primo constituit subiectum & materiam, in qua potest designari trina dimensio & ad quam necessario consequitur quantitas & corpus de genere quantitatis. Sed aliud est quantitatem necessario consequi aliquam formam, & aliud est formam esse rationem recipiendi quantitatem. Si autem intelligitur quod quantitas necessario concomitatur formam corporeitatis, sic conceditur: sed tunc dico quod etiam necessario consequitur animam, cum & ipsa det esse corporeum. Ad secundum dicitur quod homo continetur per se sub corpore, quia anima dum recipitur in materia, consequitur per se quantitas, ratio tamen recipiendi quantitatem non est anima, sed materia. Ratio autem quod formam quamlibet substantialem consequatur per se quantitas est, quia materia non potest esse sine quantitate, & quia est ordo essentialis inter formas substantiales & accidentales, & ideo cum quantitas necessario sequatur materiam, ex quo materia non potest esse sine quantitate: & non possit ibi esse quantitas nisi prius natura in sit forma substantialis, ideo quantitas necessario consequitur formam substantialem. Ex quo patet quod ista conclusio per prius & principalius est ratione materie. Et per hoc magis patet id quod dicebatur ad primum argumentum.

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad tertium dicitur quod esse extensum conuenit materie formaliter per quantitatem, substantie autem compositæ conuenit primo & per se tanquam subiecto extensionis: sed materie conuenit primo & per se tanquam ei, quod est ratio recipiendi extensionem, non autem sequitur quod extensio ei conueniret si esset separata à forma substantia, sicut patet in simili. Nam calor conuenit primo & per se esse rationem calefaciendi, & tam si calor esset separatus ab omni subiecto, non calefaceret, & tamen ei semper conueniret esse rationem calefaciendi: quia si poneretur in subiecto, esset ei ratio calefaciendi, ita dico in proposito quod si materia esset separata ab omni forma substantia, ipsa non possit per se habere quantitatem, quia forma substantialis præsupponitur quilibet accidentali: tamen ipsa esset

ratio recipiendi quantitatem, quia si materia vniretur forma substantialis faciens cum ea suppositum: tale suppositum reciperet quantitatem ratione materie. Ad quartum dicitur quod in augmento est considerare tria. Primum est potentia augmentatiua, quæ est actiua: & hæc consequitur animam: & ideo res inanimata augeri non possunt: quia non habent huius principium actiuum. Aliud est additio materie nutrimenti ad id quod nutritur, & hoc constat esse ratione materie, scilicet quod vna materia additur alteri: & ex eis fit vna, quia actuatur per eandem formam, Tertium est determinatio quantitatis. Nam id quod augetur, non augetur in infinitum, sed ad aliquem terminum magnitudinis, & hoc est ratione forme, ut patet per tertiam conclusionem. Et quia augmentum non est nisi via ad quantitatem determinatam, ideo augmentum proprie loquendo est ratione forme. Sed prima receptio quantitatis in aliquo subiecto est ratione materie: augmentum autem non dicit primam receptionem quantitatis. Ad quintum negatur maior. Ratio enim recipiendi formam substantialem & quantitatem est eadem. Quod autem subiectum forme accidentalis & quantitatis sit ens in actu, non arguit quod forma substantialis per quam est in actu, sit ei ratio recipiendi quodlibet accidens, sed solum quod est ordo essentialis inter formam substantialem & accidentalem. Vnde dico breuiter quod id per quod distinguitur subiectum forme accidentalis à subiecto forme substantialis: non habet quod sit ratio recipiendi formam accidentalem: sed bene oportet quod sit constitutum ipsius subiecti forme accidentalis: & quod nulla forma accidentalis possit in eo recipi, nisi subiectum primo per illud sit constitutum, & huius est forma substantialis. Prius enim oportet terminari dependentiam quam habet materia ad formam substantialem: quam dependentiam quam habet materia tanquam ratio recipiendi ad formam accidentalem. Ad sextum dicitur quod idem non est proxima ratio recipiendi formas genere distinctas: & ideo in quolibet subiecto quantitatis oportet ponere proprium potentiale ad quantitatem: cum hoc tamen stat quod materia sit prima ratio recipiendi tam formam substantialem, quam quantitatem: præsertim quia materia non dicitur proprie ratio recipiendi formam substantialem: sed dicitur eius subiectum. Non est autem inconueniens quod idem sit subiectum formarum vnus generis, & sit ratio recipiendi formas alterius generis. Et sic patet quod licet forma substantialis sit aut causa efficiens quantitatis quæ ipsam consequitur, aut sit eius causa finalis: tamen materia est subiecto quantitatis ratio recipiendi ipsam quantitatem.

Ad quartum augmentum.

Ad quintum.

Ad sextum.

QUESTIO VIII.

Utrum forma corporeitatis sit coæterna materie.

QVÆRITVR octauo. Utrum forma corporeitatis sit coæterna materie, & distincta ab omnibus formis superuenientibus. Et arguitur quod sic. Primo. Impossibile est eandem formam produci in eandem materiam ab agentibus diuersarum rationum. Sed forma cadaueris erit in materia Sortis si corruptatur Sortes ab agentibus diuersarum rationum: siue enim Sortes comburatur: siue moriatur in aqua, siue à quocunque alio agente interficiatur, inducitur in eius materia forma cadaueris: ergo ipsa non inducitur de nouo: sed præfuit in materia. Per formam autem cadaueris habet Sortes tantum quod sit corpus: ergo forma ista corporeitatis semper præfuit in materia. Patet consequentia cum minori. Maior probatur, Actiones agentium diuersarum specierum, sunt alterius rationis, cum sint à formis diuersarum rationum: ut dicit Comment. quinto physico. comment. 38. ergo non terminantur ad formam eiusdem rationis. Patet consequentia, quia motus specificantur ex terminis. Secundo. Si anima & corporeitas sunt eadem forma, sequitur quod compositio realis ex anima & corpore non sit compositio realis. Sed hoc est falsum: ut patet, ergo, &c. Consequentia probatur. Compositio ex his quæ non sunt distincta realiter non est realis. Sed per te anima & corporeitas non distinguuntur realiter. Ergo compositio ex anima & corpore erit rationis tantum. Tertio. Agens naturale non abiicit à materia ex qua aliquid generat, nisi tantum illas formas quæ sunt impossibiles forme generanda. Sed forma corporeitatis non est impossibilis alicui alteri forme speciali: stat enim cum formis elementorum & mistorum omnium & animatorum: ergo nunquam abiicitur à materia. Quarto. In generato manet eadem numero materia quæ præfuit in corrupto

Prima ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

corrupto: ergo in generato manet eadem numero corporeitas quæ fuit in corrupto. Antecedens patet. Consequentia probatur. Vbi est eadem numero quantitas, ibi est eadem numero corporeitas, quia variato subiecto, variatur accidens. Sed ubi est eadem numero materia, ibi est eadem numero quantitas, eo quod materia non efficitur hæc, nisi per quantitatem: ergo ubi est eadem numero materia, ibi est eadem numero corporeitas. Quinto. Id in quod agit agens naturale: oportet esse quantum: quia agens naturale non agit nisi per contractum quantitatis. Sed quantitas qua materia est quantum passiuum naturale, fundatur necessario super aliquam formam substantialem, aliam ab illa quæ inducenda est in materia: & præsertim super corporeitatem: ergo corporeitas præexistit in materia. Si dicatur quod maior est vera in alteratione: quia omne quod alteratur est quantum: sed hoc non oportet in introductione forme substantialis. Contra. Agens naturale magis agit dum introducit formam substantialem, quam quando tantum alterat subiectum: ergo si alterando agit in quantum, multo magis introducendo formam substantialem. Confirmatur, quia sequitur quod in instanti in quo causatur forma substantialem in materia actio agentis, & etiam ipsa forma reciperetur in indiuisibili: & esset inextensa.

Quinta ratio.

Forma corporeitatis à materia separari potest.

Aui. placitum.

Prima ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

ma corporeitatis: ergo &c. Confirmatur: quia Philosophus in primo de generatione, dicit, quod in generatione totum mutatur in totum non manente aliquo sensato: ergo forma corporeitatis non manet in subiecto generationis. Quinto. Si aliqua forma est inseparabilis à materia, sequitur quod non potest naturaliter cognoscere materiam primam ex qua omnia fiunt, esse puram potentiam. Sed hoc est falsum, & contra Philosophum primo physico. ergo &c. Consequentia probatur. Materia non cognoscitur nisi per transmutationem substantialem: ergo cum non possit transmutari ab illa forma quæ ab ea est inseparabilis: sequitur quod non potest cognosci. Vnde dicit aliquis, quod non omnia fiunt ex aliqua potentia pura, sed ex illo ente in actu: quod dicitur esse corpus. Dico igitur quod siue accipiatur forma corporeitatis propria forma dante esse corporeum de prædicato substantie (ad quem sensum loquebatur Auicenna) siue accipiatur pro tercia dimensione quæ est corpus de genere quantitatis, ipsa non est coæterna materie, sed generatur & corrumpitur secundum generationem & corruptionem aliarum formarum substantialem. Si quis tamen vellet tenere opinionem Auicennæ, posset disputatiue respondere ad rationes factas contra ipsam.

T. com. 10.

Quinta ratio.

Tex. c. 69.

Conclusio responsalis.

Ad primum. contra Aui.

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad quartum.

Esse actu simpliciter.

Ad primum ergo responderetur, quod in qualibet substantia composita sunt plures forme, quarum quælibet dat esse subsistens: sed negatur consequentia: qua inferitur quod talis substantia sit plura subsistentia. Ad probationem quoque negatur consequentia: cuius ratio est: quia quælibet forma accidentalis est inexistens: nec esse inexistens conuenit composito ex accidente & subiecto; & ideo ubi sunt plures forme accidentales, ibi necessario sunt plura quæ inexistunt. Subsistere autem non conuenit forme substantiali, sed ipsi composito ex materia & forma: & ideo non sequitur si sunt plures forme in Sorte quod Sortes sit plures subsistentes. Dico tamen quod anima intellectiua est per se subsistens, dici potest quod Sortes & eius anima sunt duæ res subsistentes, non tamen quod Sortes sit duo subsistentia: quia Sortes non est anima Sortis. Ad secundum negatur consequentia: cuius ratio est, quia non omne adueniens enti in actu quocunque modo est accidens, sed oportet quod sit ei inhaerens. Vnde vestitus adueniens Sorti non est accidens, id est, de natura accidentis: accidit tamen Sorti, id est, non conuenit ei per se, sed accidentaliter. Similiter si adueniat enti in actu incompleto in specie, non oportet quod sit accidens. Ad huius improbationem negatur consequentia: quia enim anima intellectiua conuenit omni homini & soli homini, ideo expresse constat quod ipsa non dat esse genericum, alioquin conueniret etiam aliis prior homini: sed dat esse specificum. Et quia anima est prior risibilitate, & homo non potest constitui in specie humana per duas formas: ideo statim sequitur quod risibilitas non est forma substantialis, aut si est substantialis, non tamen est realiter distincta ab anima. Ad confirmationem negatur maior. Licet enim forma incorruptibilis sit dignior qualibet re corruptibili quantum ad permanentiam essendi, non oportet tamen quod sit dignior quantum ad hoc quod est dare specificum. Ad tertium dicitur quod compositum ex forma corporeitatis & ex materia ab alio dependere, potest dupliciter intelligi. Vno modo quantum ad esse corporeum, & sic est verum: nam sicut forma superuenientes non dant materie aut composito esse corporeum, ita etiam per eorum remotionem non remouetur esse corporeum: & ideo à nulla earum dependet: sed non sequitur quod sit accidentia, quia adueniunt incompleto in specie sicut dicebatur ad secundum. Alio modo potest intelligi quod non dependeat ab aliquo posteriori quantum ad esse specificum: & sic negatur maior. Ad quartum dicitur quod subiectum generationis non potest esse ens actu simpliciter: & actu completo in specie. Sed est sciendum quod esse actu simpliciter potest esse duobus modis. Vno modo, ut esse simpliciter distinguitur contra esse accidentale: quod esse esse secundum quid: & sic omnis forma substantialis dat esse actu simpliciter. Alio modo ut esse actu simpliciter dicitur esse completum & specificum non expectans tale esse per vltiorem formam: & hoc modo tantum vltima forma dat esse simpliciter, forme autem præcedentes dant esse tantum secundum quid. Ad confirmationem dico quod male allegatur à Philosopho, ipse enim dicit in illo cap. quod incipit: de generatione autem vniversa, quæ est alteratio quando manente eodem subiecto sentato, subiectum mutatur in passionibus contrariis aut in mediis. Quando autem totum mutatur in totum: puta aqua in aerem: tunc non est alteratio, sed generatio. Intel-

igitur autem totum mutari in totum: quia aqua non manet aqua: sed ipsa tota aqua categorice accipiendo totum mutatur in aerem: non tamen intendit negare quin aliqua forma quae erat in aqua, maneat etiam in aere: praesertim, quia Philoſophus postea subdit in eodem cap. sic dicens In his autem si aliqua manet passio eiusdem contrarietatis in generato & corrupto: patet quando ex aere fit aqua si ambo diaphana aut frigida: non oportet huius alteram passionem esse in quod transmutatur. Ex his verbis patet quod philosophus voluit aliquam eandem numero qualitatem manere in generato & corrupto: & per consequens aliquam eandem formam substantialem: alioquin accidens migraret de subiecto in subiectum. Ad quintum negatur consequentia. Ad probationem dicitur primum quod Avicenna non recipit dicta Aristotelis. Dicitur secundo quod via ad cognoscendum materiam non est tantum transmutatio substantialis: sed etiam uniuersaliter motus localis. Quod patet: nam in caelo est materia etiam secundum Philosophum, & tamen non potest transmutari substantialiter. Motus enim localis sufficit ad hoc: quia omne quod mouetur est quantum: omne autem quantum habet materiam. Dicitur tertio, quod cum elementa & mista corrumpantur & generentur, ex hoc cognoscimus: quod subiectum istarum formarum substantialium non potest esse simplex forma: quia omnis substantialis forma quae non est in materia, est intellectualis: & ultra concludimus quod ipsa est in materia: & quia non est ire in infinitum in potentiis receptiuis, concludimus quod est dare vnam primam potentiam receptiuam quae est materia: & sic patet quod licet aliqua forma sit a materia inseparabilis, tamen per transmutationem cognoscitur materia: & ipsa est subiecta priuationi aliarum formarum. Ista dicta sunt non quod existimem opinionem Avicenna esse veram: sed gratia disputationis: & pro reuerentia tanti philosophi. Videtur tamen mihi rationabilior opinio quae dicit quod nulla talis forma est inseparabilis a materia. Nam si aliqua forma dat esse perfectissimum & completum: hoc maxime conuenit formatis incorruptibilibus: ut patet in omnibus formis corporum caelestium: quare oportebit quod forma corporeitatis qua dicunt isti esse incorruptibilem, det esse perfectissimum: omnis autem forma adueniens enti completo & perfecto est accidens: & sic sequeretur omnes alias formas esse accidentia. Item supponitur, quod nihil est in genere quin sit in aliqua eius specie. Supponitur secundo quod corpus est quoddam genus substantiae. Supponitur tertio quod prius natura abiicitur forma praecedens quam introducat forma sequens: licet vtrumque sit eodem instanti. Ista tria supposita communiter sunt concessa. Generetur ergo ignis ex aere: & in illo instanti in quo abiicitur forma aeris, suspendat Deus omnes actiones causarum secundarum: quod vtiq; posset: quia nulla apparet contradictio. Non enim sequitur, quod materia sit sine forma: quia haberet per se formam corporeitatis: hoc posito constitutum ex materia & ex hac forma erit corpus: & tamen in specie corporis non erit: quod est contra primum praesuppositum. Item sol & luna conueniunt in genere corporis, & distinguuntur specie inter se: ergo oportet ponere in sole duas formas substantiales per quarum vnam sit corpus: & per aliam sit sol. Sed hoc est falsum: ergo forma corporeitatis non est ponenda distincta ab aliis. Consequentia patet. Probatur falsitas consequentis: quia isti non ponunt corporeitatem coeternam materiam nisi ut formae possint sibi succedere in eadem numero materia, qualis successio non est in corporibus caelestibus.

Ad quintum.

opi. Auer.

Contra Avicenna

Ad primum

Ad secundum

pus: altera enim pars entitatis corporis corporeitas est ipsa anima: dicitur tamen, nempe, animal, compositum ex anima & corpore: quia materia quae est altera pars corporis, & quae prius natura respicit animam prout est corporeitas quam prout est anima, facit realem compositionem cum ipsa anima. Ad tertium negatur minor. Nam aliquam formam esse impossibilem alteri contingit dupliciter: vno modo ex speciali natura ipsarum formarum: quia, scilicet, vel sunt contrariae, vel disparatae. Alio modo vna est alteri impossibilis ex parte subiecti: & ex vniuersali ratione formae substantialis: & hoc modo omnes formae substantiales sunt impossibiles, quia materia non potest per plures actuari, & similiter, quia omnis forma adueniens subiecto habenti formam substantialem est accidentalis, licet autem corporeitas sit cum qualibet forma: non tamen stat cum aliqua quae sit ab ea distincta. Ad quartum dicitur quod materiam esse vnam potest intelligi dupliciter. Vno modo vnitatem transcendentem: & sic conceditur antecedens & negatur consequentia. Nec valet probatio: quia materia non habet hanc vnitatem a quantitate: sed ex seipsa. Alio modo est vna vnitatem quae est principium numeri: & sic negatur antecedens, quod non probatur. Ad quintum negatur minor. Dico enim quod in instanti in quo abiicitur forma praecedens, introducit forma sequens, & quantitas, & sic materia in qua agit agens naturalis, semper est quanta. Quid autem prius introducat prioritate naturae, forma substantialis an quantitas, dicitur quaestione sequenti: & ex illo patebit ad omnia argumenta quae fierent circa hanc difficultatem.

Ad tertium.

Ad quartum

Materia dicitur esse vna dupliciter.

Ad quintum.

QUESTIO IX.

Vtrum incorruptione substantiali fiat resolutio vsque ad materiam primam.

Q V A E R I T V R nono. Vtrum in corruptione substantiali fiat resolutio vsque ad materiam primam. Et arguitur quod non. Primum. In instanti corruptionis formae, sunt in materia dispositiones facientes pro eius corruptione, ergo non est facta eius resolutio vsque ad materiam primam. Consequentia patet. Antecedens probatur. Dum ex aqua fit ignis: aut dispositiones corrumpentes formam aquae, siue ei impossibiles, sunt illae quae sequuntur formam ignis: aut quae praesuerunt corruptioni aquae, aut quae sunt in instanti corruptionis aquae. Non primum: quia prius natura corrumpitur forma aquae quam inducat forma ignis: & consequenter quam inducantur qualitates consequentes formam ignis. Non secundum: quia tunc corrumpissent aquam: nam in quocunque instanti, primum est in materia aliqua dispositio impossibilis formae: in eodem instanti forma illa corrumpitur, ergo sequitur quod primo sunt in materia in instanti corruptionis formae. Secundum arguitur ad idem supponendo tria. Primum est quod omne quod mutatur est, quando primo mutatum est: est in eo ad quod mutatur est: ut demonstrat Philosophus sexto physicorum. Secundum est, quod dum ex aqua generatur ignis, oportet materiam eius continuè rarefieri: donec perueniat ad summam raritatem: vel saltem ad aliquem gradum raritatis, puta ad raritatem, ut 6. Tertium est quod in intentione formae, pars prior manet cum sequente, siue fiat additio per additionem partis ad partem, siue quocunque alio modo: quia hoc nihil variat propositum. Ex his arguitur. Omne quod mutatur est: quando primo mutatum est, est in termino motus. Sed aqua ex qua generatur ignis, in instanti corruptionis aquae est mutata primo ad aliquam raritatem impossibilem formae aquae: quia ante hoc instans, cum aqua non esset corrupta non erat in ea iste gradus raritatis sibi impossibilis, ergo in hoc instanti materia aquae est sub isto gradu raritatis, & consequenter non est facta resolutio ad materiam primam. Tertio arguitur ad idem, supponendo duo. Primum est quod ignis generans ignem ex aqua, causat in materia aliquas dispositiones. Secundum est quod agens naturale nihil agit frustra. Ista duo sunt ab omnibus concessa. Et arguitur sic. Si dispositiones praeristentes cum forma aquae, & facientes pro forma ignis corrumpantur in instanti generationis ignis: aut corrumpuntur ab aliquo alio agente contrario, aut ab ipso igne generante ignem. Non ab alio. Tum quia possibile est quod nullum aliud sit. Tum quia possibile est quod ignis sit fortior quolibet alio agente approximato illi materiae. Non ab igne generante: quia frustra destrueret eas, cum postea oporteat

Prima ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio

oporteat alias eis similes iterum generari: ergo a nullo corrumpuntur. Quarto. Sequitur quod stante materia summe disposita: non introduceretur forma ad quam est disposita praesente agente. Consequens est falsum: ergo & cetera. Consequentia probatur. Sit a, materia terrae summe disposita pro forma aquae ad aquam quae sit b, & approximetur ei c, ignis fortior ad agendum quam sit b, aqua. Et arguitur sic. In a, materia terrae, introduceretur aliqua forma, quia materia non potest esse sine forma, & non introduceretur forma aqua: quia ignis est fortior ad agendum quam b, aqua, ergo non introduceretur forma ad quam est summe disposita. Quinto. Supponitur quod materia quantum est ex se: sit indifferens ad omnes formas, licet per prius recipiat vnam quam aliam, id est, formas elementorum quam mistorum: ut dicit Commento. 1. Metaphysicae Comment. 32. & 12. Metaphysicae Comment. 2. Et arguitur sic. Materia quantum est in se, est indifferens ad omnem formam, & non magis ad vnam quam ad aliam: nisi quia per dispositiones magis ordinatur & determinatur ad vnam quam ad aliam: ergo si sit resolutio vsque ad materiam primam, sequitur quod materia aut nullam formam recipiat, aut omnes simul recipiat: & non magis vnam quam aliam. Confirmatur, quia Philosophus secundo de generatione. text. Commen. 2. 5. dicit quod dum ex aere generatur ignis, manet qualitas symbolica, scilicet caliditas quae est communis vtrique.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Comm. 17.

Quid sit ista resolutio.

Gregor. & Marsilius sentiunt oppositum.

Ad primum

Corruptio enim formae praecedens est quodammodo dispositio pro forma sequenti, & reducitur respectu eius ad genus causae materialis: quia se tenet ex parte materiae. Ignis enim quantum est ex se, est sufficiens generare formam ignis, sed materia non potest eam recipere quando habet formam aquae: necessaria est igitur corruptio formae aquae: non ad hoc quod ignis generet formam ignis, sed ad hoc quod materia eam recipiat: & sic forma quae abiicitur, est prior forma quae introducit in genere causae materialis, & ex parte subiecti. Quantum autem est ex parte causae formalis, & efficientis, & finalis, forma quae generatur, est prior ea quae abiicitur. Agens enim non corrumpit vnam formam, nisi ut aliam generet: & sic ipsa est finis corruptionis alterius: & si tales formae essent impossibiles, non corrumpere vnam dum generat aliam. Similiter forma quae generatur, est similitudo formae ipsius agentis, quod quidem agens principialiter agit ad causandum suam similitudinem in subiecto: & consequenter ad remouendum ea quae sunt impossibilia ei: & sic patet quod in genere causae efficientis & formalis, & finalis, prius natura generatur forma ignis: & accidentia quae ipsam necessariò consequuntur: & postea abiicitur forma aquae: & ideo ista accidentia in primo instanti sui esse faciunt, quod forma aquae corrumpatur, per negationem de praesenti & positionem de praeterito. Ad secundum dicitur, quod in illo instanti in quo in materia aquae est summa raritas, corrumpitur aqua. Et dum probatur quod non per illa praesupposita, conceditur primum & secundum, sed negatur tertium quando terminus illius transmutationis corruptio est subiecti, quod transmutabatur: tunc enim corruptio subiecto corrumpuntur accidentia eius: & sic est in proposito. Nam in instanti terminante hanc rarefactionem, corrumpitur aqua: & consequenter omnis raritas praerexistens: & noua raritas introducit in materia quae est impossibilis formae aquae. Contra hanc responsionem arguitur. Ista dispositio quae introducit cum forma ignis: & quae est impossibilis formae aquae appellatur a, & forma ignis appellatur b. Aut a est prius b, natura aut posterius. Si prius, ergo in libro priori naturae, est in materia: sine forma substantiali. Si posterius. Contra. Sequitur quod alteratio facta in materia pro b, esset infinita. Consequens est falsum: quia nullus est motus sine termino. Probatur consequentia: quia terminus illius alterationis aut est ipsum b, aut aliud consequens b, puta a. Non primum. Tum quia forma substantialis est per se terminus generationis: ergo non est per se terminus alterationis. Tum quia omnis mutatio finita prius est finita intrinsece quam extrinsece. Sed, b, est terminus extrinsecus alterationis, cum sit forma substantialis, ergo prius finitur ad aliquam formam accidentalem. Tum quia motus & terminus sunt eiusdem rationis. Sed forma substantialis non est eiusdem rationis cum alteratione: nec cum forma accidentali acquisita per alterationem: ergo, b, non est per se terminus illius alterationis. Pro responsione ad ista, Sciendum est quod alterationis praecedens generatio non est substantialem, duplex potest dici esse terminus, scilicet intrinsecus & extrinsecus. Terminus intrinsecus est vltimus gradus formae accidentalis acquisitae per alterationem: & iste est ille quia acquiritur in vltimo instanti temporis mensurantis huius alterationem: cui instanti correspondet vltimum mutatum esse. Terminus vero extrinsecus est ipsa forma substantialis, quae ideo dicitur terminus extrinsecus: quia non est de natura ipsius qualitatis, secundum quam est alteratio. Sciendum secundum quod aliqui imponunt Sancto Thomae, quod praedicta alteratio habeat terminum intrinsecum: quasi vltima dispositio ad formam generandam prius recipiatur in materia quam ipsa forma generanda, & consequenter quod sit simul cum forma abiicienda. Istud autem nunquam dixit Sanctus Thomas, sed totum oppositum. Ipse enim saepe dicit quod si ex aqua generetur ignis, in illo instanti in quo inducitur in materia summus gradus siue vltima dispositio ad formam ignis corrumpitur forma aquae: ita quod illud instans est primum non esse formae aquae. Sciendum tertio quod vltima dispositio ad formam, & ipsa forma sunt sibi mutuo causae. Nam in illo instanti in quo primum in materia recipitur forma ignis & summus calor illius, & sic forma ignis est aliquo modo causa efficiens illius caloris, & aliorum suorum accidentium, & sic in genere causae efficientis ipsa recipitur prius natura in materia, quam eius vltima dispositio. Ipse autem dispositiones sunt causae formae ignis in genere causae materialis: quia dispositiones se tenent ex parte materiae, ut dictum fuit: & per consequens reducuntur

Ad secundum.

Replica.

Notandum.

Notandum.

Notandum.

Ad primum argumētum.

ad genus causę materialis : & sic prius natura recipiuntur in materia quam forma ignis. Ex his dico ad argumētum quod a, est prius b, in genere causę materialis, & b, est prius a, in genere causę efficientis. Et cum arguitur contra primum, dicitur quod licet in nullo instanti temporis possint dispositiones eadē in materia sine forma substantiali, non est tamen inconueniens quod in aliquo instanti natura præcedat eam in materia secundum genus causę materialis. Cum verò arguitur contra secundum, negatur consequentia. Ad primam probationem dicitur quod duplex est alterio, quædam est cui non coniungitur generatio, puta dum Sortes albus vt quatuor acquirit albebinem : vt sex : & ista necessario habet terminum intrinsecum & vltimum mutatum esse : per quod acquiritur aliquis gradus formę accidentalis et intrinsecus. Aliqua verò est alteratio cui coniungitur generatio, oputa, dum aqua calefit, vt ex ea generetur ignis : & ista non habet terminum intrinsecum, sed solum extrinsecum, quia non habet vltimum mutatum esse, sed solum primum non esse, & vltimum tempus sui esse : terminus enim huius generationis est forma substantialis quę generatur. Dum verò queritur, an sit terminus per se, dico quod est per se, id est, necessario consequens alterationem. Non est autem per se, id est intrinsecus. Nec est necesse omnem alterationem habere terminum per se isto secundo modo. Ad secundam negatur maior de alteratione non habente terminum intrinsecum, cuiusmodi est omnis alteratio coniuncta generationi : cuius ratio est, quia subiectum eius corrumpitur in instanti, in quo debet habere terminum intrinsecum : & ideo habere non potest, sed habet tantum extrinsecum. Ad tertiam negatur maior de termino extrinsecos : & sic est in alteratione de qua loquimur. Quod autem prædicta alteratio non habeat terminum intrinsecum, satis probatur. Primum, quia sequitur quod agens naturale non impeditur, esse approximatum passo summę dispositio & non ageret in ipsum, quod est contra Philosophum sexto Physic. Probatur consequentia. Calefactio aquę ex qua generatur ignis, habet terminum intrinsecum, ergo habet summum calorem simul existentem cum forma aquę. Patet ista consequentia : quia tantum summus gradus est intrinsecus isti alterationi : quia quocunque dato citra summum, dispositio pro forma ignis non est completa. Si etiam dum esset intrinsecus, oportet manere subiectum præexistentis alterationis : quod est ipsa aqua, corrumpitur postea ista dispositio ad corruptionem aquę : ergo vel corrumpitur in primo instanti sui esse in aqua : & hoc non alioquin sequitur quod immediatè post hoc non generabitur ignis : quia immediatè post hoc instans non est aliud instans, sed tantum tempus : generatio autem ignis est in instanti, ergo corrumpitur in aliquo instanti posteriori : & sic in tempore medio inter ista instantia aqua erit sufficienter disposita pro forma ignis : & tantum non generabitur ignis, positis omnibus requisitis necessariis ad actionem. Secundo sequitur quod aliqua qualitas incompossibilis formę aquę stare per tempus cum forma aquę : quod est dicere contradictoria, scilicet eam esse incompossibilem & non esse incompossibilem. Consequentia patet ex dictis : ergo & c. Ad tertium principale conceduntur præsupposita. Et dicitur quod ignis generans ignem ex aqua, corrumpit dispositiones pro forma ignis quę erant in aqua. Et cum arguitur quod frustra eas corrumpat. Negatur consequentia : quia vt dicitur 2. Physic. text. Comment. 77. illud est frustra quod non consequitur finem suum : prædictę autem dispositiones ordinabantur tanquam ad finem ad formam ignis, quę non posset acquiri in materia nisi ipsa corrumpereatur ad corruptionem sui subiecti, & ideo non sunt frustra : essent autem frustra si non corrumpereatur, sunt enim tales, vt finem non consequantur, nisi ex earum corruptione. Ad quartum negatur consequentia. Ad probationem dicitur quod posito illo casu introduceretur in materia forma aquę & non forma ignis. Cuius ratio est duplex. Prima quidem : quia si ignis dum ager in illam materiam, oportet quod ei applicetur per motum localem. In primo autem instanti temporis mensurantis hanc applicationem non ager, sed incipiet agere per negationem de præsentī, & positionem de futuro. In prima autem parte temporis huius applicationis ager debilitat : quia est elongatus a passo : & ideo aqua corrumpet continue illam paruam caliditatem quam iste ignis caulabit in materia : aut potius illius remissionem frigiditatis quam ignis facit : & sic aqua introducet formam aquę. Secunda ratio est : quia si tiam ignis crearetur a Deo : & apponeretur illi materię in tanta proximitate in quanta est aqua, adhuc in primo instanti sui non ageret in illam materiam, sed inciperet egere, vt dixi

Quædam aliteratio caret termino intrinsecos.

Ad tertium.

Ad quartum.

pro negationem de præsentī : & ideo aqua in illo instanti introduceret formam aquę in illam materiam, sufficienter ab ea disposita. Ad quintum dicitur quod materia potest considerari dupliciter. Vno modo per abstractionem ab omnibus formis, siue substantialibus, siue accidentalibus tam de præsentī, quàm de præterito, puta, si per impossibile esset vna materia quę nullam formam vquam habuisset, & sic dico quod ipsa vt sic est indifferens ad omnem formam. Alio modo potest considerari, vt denudata omnibus formis in actu : tamen quod habuerit aliquam in præterito : & quod pro aliqua fuerit disposita : licet illę dispositiones nunc primò abiectę sint : & sic non est indifferens ad omnes formas, sed est determinata ad eam ad quam fuit disposita, cuius ratio est naturalis & necessaria consecutio talis formę ad præcedentem alterationem. Impossibile enim est dare alterationem non habentem aliquem terminum : alteratio autem pro introductione formę ignis in materiam aquę, non potest terminari ad formam aquę : quia ipsa est prior illa alteratione : & etiam quia non datur vltimum esse eius, sed primum non esse. Nec etiam potest terminari termino intrinsecos : vt supra probatum fuit : igitur necesse est quod talis alteratio terminetur ad formam ignis : & sic ex ista necessaria consecutione talis formę ad talem alterationem, determinatur materia ad talem formam. Dicitur secundò quod cum dispositiones quę simul recipiuntur in materia cum forma generanda, sint priores ea in genere causę materialis, ipsę in illo priori naturę determinat intrinsecè materiam ad formam istam : & illarum dispositiones prout præcedunt formam prioritate naturę, sunt pro introductione formę in materia : & prout sunt posteriores natura eadē forma sunt pro conseruatione eiusdem. Ad confirmationem dicitur quod in habentibus symbolum est facilius transitus non ex hoc quod eadem numero dispositio quę fuit in corrupto maneat in generato, sed quia ibi est minor resistentia ratione qualitatis symbolicę.

QUESTIO X.

Vtrum in animali sint plures formę secundum diuersitatem partium organicarum.

Varitur decimo. Vtrum in animali sint plures formę, secundum diuersitatem partium organicarum. Et arguitur quod sic. Primum. Diuersitas in accidentibus propriis arguit diuersitatem formę substantialis, cum talia accidentia maximam partem conferant ad cognoscendum quodquid est. Sed propria accidentia carnis & ossis & cerebri & cordis sunt diuersa : ergo in eis sunt distinctę formę substantiales. Maior patet. Minor probatur : quia talis determinata licitas, qualem habet os, & talis determinata humiditas, qualem habet cerebrum sunt eis propria accidentia : & idem est iudicium de aliis qualitativis competentibus aliis partibus. Secundo. Omnis actio naturalis ab agente naturali, est in virtute formę substantialis. Sed eadem forma non potest esse principium contrariarum actionum, saltem per se : ergo vbi sunt contrarię actiones naturales, ibi sunt distinctę formę substantiales. Sed in distinctis partibus sunt contrarię operationes : quia cor desiccatur & cerebrum humectatur : ergo & c. Tertio. Eadem forma prout est in vna parte, non est corruptiua sui ipsius prout est in alia parte. Sed operatio cordis intensa nata est corrumpere cerebrum & e contra : ergo alia est forma cordis & alia forma cerebri. Quarto. Pars aliqua animalis, potest separari ab animali sine generatione : puta dum ab aliquo extrahitur. Sed post separationem non manet in actu per formam totius animalis, ergo manet in actu per propriam formam quam habebat. Quinto. Eadem forma non potest informare materiam dispositam contrariis dispositionibus. Sed dispositiones cordis sunt contrarię dispositionibus cerebri : ergo non potest in his partibus esse eadem forma. Sexto. Dicit Philosophus in 1. libro de animalibus quod cor animalis prius tempore generatur, quàm alię partes : & sic est assignare multas generationes completas, vnam ante aliam in generatione animalis terminatas ad plures formas partium. Septimò. Quando caro abscissa coniungitur statim reliquę parti in loco abscissionis reunitur. Sed hoc non esset nisi in carne abscissa maneret aliqua forma substantialis, & aliqua dispositiones super eam fundatę, super quas sit animalis reintegratio vt vnio : quia alia caro non posset ita reuniti : ergo in carne erat propria forma. Octauò. Forma carnis & ossis sunt formę constarę ex realitatibus elementorum. Sed anima est constata ex realitatibus elementorum : ergo forma carnis est distincta ab anima. Maior est Philosophi, & Commen,

Ad quintum.

Primario.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Sexta ratio.

Septima ratio.

Octaua ratio.

Nonā ratio.

Commen. septimo metaphysic. text. & comen. vltimo. Minor est Philosophi primo de anima contra Empedoclem, & Commen. secundo de anima comen. 43. Nonò. Commentator sexto physicorum, comen. 59. sic ait. Est & motus generati alicuius totius, compositus ex motibus partium in generationibus compositis ex motibus diuersis. Et postea subdit, Non sequitur vt transmutatum quod præcedit in ea, sit de specie transmutati posterioris, sed de alia specie, licet transmutatio dicatur esse eiusdem. Ex quibus verbis habetur quod partes organicę distinguuntur specie ab animali : quia transmutatum posterius, hoc est animal genitum, non est de specie geniti prioris, scilicet partis, puta cordis : licet transmutatio sit eiusdem speciei, in quantum vtraque est substantialis. Et 12. metaphysicę, comment. 17. dicit quod totum animal & eius partes conueniunt in forma generali, & sunt diuersa in formę speciali.

Respondeo. Circa hanc questionem dicunt aliqui, quod in quolibet animato sunt tot formę substantiales, quot sunt partes organicę : quia alia est forma carnis, & alia formę ossis, & sic de aliis. Mouentur autem isti principaliter ex hoc : quia nisi sic esset, sequeretur contradictio, scilicet quod aliquid esset, & non esset. Nam corrupto Sorte, non manet anima Sortis : & manet ossa Sortis : vt patet ad sensum. Quod autem sequatur ea non manere, si non habeant propriam formam, declaratur. Non enim manent per formam Sortis, quia ipsa est separata a materia. Nec manent per formam propriam : quia per te eam non habent. Nec manent per aliquam formam de nouo acquisitam : quia ipsa non potuit generari subito, sicut facta est corruptio : eo quod agens naturale non generat aliquam formam, nisi præcedente alteratione, quę non fit subito, sed in tempore. Dicitur præterea quod præter prædictas formas sunt in animali duę alię formę communes toti animali, & omnibus partibus eius : quarum vna est forma misti : & hæc ponitur ad saluandum quod viuens & mortuū sunt vnum corpus numero : & ab hac forma non habet animal quod sit animal : sed solum quod sit mistum. Alia verò forma est ipsa anima, a qua habet animal quod sit animal. Contra istam opinionem, dico, quod omnes partes organicę actuantur per vnam & eandem formam substantialem, quę est forma totius animalis : & consequenter sunt eiusdem speciei substantialiter : distinguuntur verò specie secundum diuersas species accidentales : vt declarabitur respondendo ad argumēta. Pro ista opinione arguitur. Primum. Omnis forma quę est per se primò terminus nutritionis est anima. Sed forma carnis est terminus nutritionis per se primò : ergo forma carnis est anima. Maior probatur supponendo quod nutriri conuenit tantum viuentibus, vt dicitur 2. de anima. Et arguitur sic. Id quod conuenit viuenti, in quantum est viuens, conuenit ei ratione animę : quia per solam animam est viuens. Sed nutriri conuenit viuentibus, in quantum sunt viuentia : cum conueniat omnibus & solis viuentibus, ergo conuenit eis per animam : & sic anima est primò & per se terminus nutritionis. Dicitur autem esse terminus nutritionis : quia acquiritur in materia nutrimenti facta transmutatione nutrimenti in id quod nutritur. Minor etiam probatur. Caro in quantum caro, nutritur : ergo forma per quam est caro est anima. Consequentia patet : quia probatum est, quod anima est terminus nutritionis. Antecedens probatur : quia caro in quantum caro per nutrimentum restauratur & augetur : ergo caro in quantum caro nutritur. Antecedens patet ad sensum : & consequentia probatur : quia nihil propriè augetur nisi quod propriè nutritur : vt dicitur secundo de anima : ergo & c. Secundo. Quicquid est in animali generatum per virtutem feminis, est tale per animam. Sed caro est generata in animali per virtutem feminis, ergo caro est caro per animam. Minor patet : quia virtus feminis conuertit sanguinem menstruum in carnes, & ossa, & nervos. Maior probatur. In omni generatione vnioca, forma quę acquiritur in genito, & forma generantis sunt eiusdem speciei. Sed animal generat aliud animal vniocę : & forma qua animal generat est anima : ergo omnis forma quę virtute generationis acquiritur in genito, est anima. Dicitur forte quod anima generantis actio vnioca per virtutem feminis producit animam animalis geniti : sed formam carnis generat actio æquiuoca. Sed contra. Animal generans, & animal genitum non solum vniocatur in esse animato, sed etiam in esse carneo : ita quod habent per omnia vniocationem virtute suę generationis : ergo aut animal generabit carnes per propriam formam carnis, & non per virtutem feminis : quod est falsum, aut generatione vnioca producit carnes in genito per virtutem feminis : & sic mediante anima, & consequenter forma qua caro est caro est forma qua generans generat : & hæc est

anima. Tertio arguitur supponendo tria. Primum est, quod licet ponatur pluralitas formarum ad euitandam contradictionem, tamen oporteret ad intrinsecum materię in qua sunt, scilicet diuersas dispositiones ratione quarum ista formę sint diuersę ponere. Secundum est, quod dispositiones pro formis partium organicarum, consequuntur qualitates primas elementorum : & sunt diuersę complexionones : quod patet : quia cor est siccum & calidum : cerebrum verò est humidum. Tertium est quod licet organa sensuum sint diuersimodè complexionata, tamen ipsę potentie animę quę sunt in organis non dependent a complexionibus organorum, siue a qualitatibus elementorum : nisi forte sicut a causa sine qua non conseruarentur. Quod declaratur. Nam ex actionibus cognoscimus formas quę sunt principia actionum : quia demonstrationes naturales : vt plurimum sunt ab effectibus ad causas. Costat autem quod actiones sensuum sunt supra actiones elementorum : cum sensus recipiat formas intentionaliter : quę actio est super omnia elementa : cum omnis operatio elementaris sit materialis. Ex hoc sequitur quod licet potentie sensitiuę sint subiectiue in conuictoribus : tamen fluunt tantum ab anima. Ex his arguitur. Si diuersę complexionones & qualitates cordis & cerebri in animali requirunt diuersas formas substantiales, sequitur quod diuersę potentie animę, sequantur in suis subiectis diuersas animas. Sed hoc est falsum : quia non est alia anima in organo visus, quàm in organo auditus : vt colligitur in secundo de anima : ergo cor & cerebrum non habent distinctas formas substantiales. Consequentia probatur : Ea quę sunt magis intima, magis distinguuntur : magis enim distinguitur homo & animus per rationale & irrationale quàm per risibile & rudibile : & magis per risibile & rudibile, quàm per album & nigrum. Sed in animali potentie animę sunt magis intima animę, quàm qualitates elementares & complexionones : ergo si in animali diuersę complexionones requirunt necessariò diuersas formas, multo magis hoc requirunt diuersę potentie animę. Confirmatur ista ratio. Diuidatur animal annulosum : constat quod partes diuersę sunt eiusdem speciei. Sed in eis sunt diuersę complexionones : aliam enim complexionem requirit cauda : & aliam requirit caput : ergo diuersę complexionones in partibus, non requirunt necessariò distinctas formas substantiales. Si dicatur quod sunt eiusdem speciei : quia vna pars ordinatur ad aliam, scilicet cauda ad caput. Contra. Impossibile est quod partes reducantur ad totum, vel vna ad aliam : nisi quandiu possunt esse partes totius : quia etiam non sunt actu partes, nisi dum actu constituant ipsum totum. Sed facta diuisione animalis annulosi, non possunt amplius partes reduci ad totum : manus enim abscissa cum habeat esse per se, non potest esse pars animalis : ergo facta diuisione, vna pars non est ad aliam ordinata. Quod etiam iste ordo vnus formę ad aliam non sit ponendus, magis probabitur in sequentibus. Quarto arguitur. Supponendo quod non potest esse generatio vnus sine corruptione alterius. Illud patet ex communi philosophia : & per Commentatorem primo physicorum, commento 69. dicentem, quod si materia haberet formam propriam : nullam aliam reciperet ipsa permanente : sed statim corrumpereatur quàm cito alia generaretur. Hoc declarato arguitur. Si partes organicę habent propriam formam : sequitur quod generatio esset sine corruptione. Consequens est falsum : vt probatum fuit. Ergo & cetera. Consequentia probatur. Prius natura generatur partes organicę, quàm ipsa totum animal : & in aduentu animę quę est forma totius, illę partes manent : nec apparet quid aliud corrumpatur. Ergo generatio animalis est sine alicuius corruptione. Quinto arguitur. Supponendo tria. Primum est quod forma educitur de potentia materia secundum exigentiam dispositionum eius. Secundum est quod quilibet pars integralis corporis viuunt : & consequenter habet animam vegetatiuam educatam de potentia materia, saltem in aliis ab homine. Tertium est quod in omnibus suis partibus, sicut forma aëris : licet habeat diuersas potentias. Illud patet : quia si substantialiter differret, essent diuersę secundum speciem. Ex his arguitur. Si forma carnis differret specie a forma ossis, oportet quod dispositio pro forma carnis differat specie a dispositione pro forma ossis. Patet consequentia per primum præsuppositum. Sed hoc est falsum : quia pars animę quę est in carne, differret specie a parte animę in osse : quod est falsum ex tertio præsupposito. Probatur consequentia per primum præsuppositum : licet enim in carne sint aliquę qualitates differentes specie a qualitatibus ossis propter diuersas operationes huius carnis & ossis, tamen illę qualitates : quibus disponitur vtrumque ad formam substantialem, sunt eiusdem speciei.

Prima ratio pro veritate.

Suppositum quartum.

Suppositum quintum.

Ad primum. Ad rationes in oppositum respondetur. Ad primum conceditur maior de accidentibus propriis totius compositi: & negatur de accidentibus suarum partium. Cuius ratio est: quia forma propria est illa quæ dat esse proprium: partes autem in toto non sunt nisi per esse totius: & ideo sicut proprietates partium non arguunt proprium esse earum: ita etiam non arguunt propriam formam. Ad secundum negatur minor: possunt enim ab eadem forma provenire contrariæ actiones in diversis subiectis. Nam sol aliquid indurat & desiccatur: & aliquid dissolvit. Similiter ab eadem anima proveniunt contrariæ operationes in diversis partibus animalis. Ad tertium Herueus respondet dupliciter. Primum quod maior est falsa: eadem enim forma in vna parte existens corrum per accidens existentiam sui in alia parte. Secundum dicit quod corruptivum per se talis existentiæ, est ipsum continens vel aliquid aliud extrinsecum, faciens motum cordis, vel aliquid aliud huiusmodi habens vehementiorē motum quam natura sua requirit. Ad quartum quod est principale motivum prædictæ opinionis, negatur maior: quando enim aliqua pars animalis dividitur: necesse est quod ipsa per illam divisionem alteretur: & in fine divisionis est totaliter disposita pro forma cadaveris, quæ introducit in tali parte: & hoc est verum, si fiat totalis divisio. Si autem non totaliter dividatur à toto, retinet eandem formam quam prius habebat & potest sanari. Ad quintum negatur maior: quando talis forma est perfecta & continet virtualiter formas imperfectas: huiusmodi autem est anima: ipsa enim continet virtualiter formas elementorum: & ideo potest in corde causare caliditatem: & in cerebro frigiditatem. Ad sextum dicitur quod Philosophus intendit solum dicere quod materia organizatur & figuratur figura convenientiore cordi quam figuris aliarum partium: & tamen tunc non est verè cor: sed solum in illo instanti in quo in omnibus partibus debet organizari & dispositis introducit in omnes anima sensitiva. Ad septimum dicitur quod pars totaliter absca nonquam reunitur secundum continuitatem: licet forte reuniri possit secundum contiguitatem. Dicitur secundo quod si ponatur reuniri secundum continuitatem: quod est dicendum si talis pars reunita habeat postea operationes vitæ, puta sensuum, hoc continget: non quia habeat eandem formam separata, quæ habeat coniuncta: sed quia habet dispositiones cõformes & vicinas ei cui reunitur. Quod autem videatur potius esse dicendum, quod non reunitur quam quod sic, apparet: quia esset regressus à privatione ad habitum: prius enim erat privata anima: & modo est animata. Ad octavum dicitur quod forma carnis nec aliqua alia forma substantialis in animalibus est constata ex elementis: quia elementa non manent in mixto realiter, sicut voluit Commentator: & ideo eius auctoritas in hoc proposito non recipitur.

QVÆSTIO XI.

Vtrum in animalibus viventibus sit alia forma præter animam.

Cap. 2. d. 15. q. 7m. Prima ratio. **Q**uæritur vndecimò. Vtrum in animalibus viventibus sit aliqua alia forma substantialis præter animam. Et arguitur quod sic. Primum. Quicquid dividitur in motore in actu & rem motam in actu, habet distinctas formas substantiales: quia nulli subiecto convenit esse actu distinctum, nisi per formam substantialem. Sed homo & etiam omne animal est tale, vt dicitur 8. physicorum, textu & commento 28. & Commentator 4. phy. commento 71. ergo in quolibet animali sunt saltem duæ formæ. Si dicatur quod anima non movet corpus immediate: sed solum per potentiam motivam, quæ præsupponit corpus iam esse constitutum in actu per animam. Vnde id quod movet est potentia motiva: & id quod movetur est corpus. Contra. Eodem modo dicitur, quod ignis dividitur in partem moventem & partem motam: quia forma ignis movet mediante sua leuitate, & sic leuitas est pars movens: & ignis est id quod movetur. Secundum. Dicit Philosophus primo de anima, textu commen. 71. contra tenentes quod anima est numerus compositus ex punctis: quod est impossibile quod animal non moriatur nisi per corruptionem sui corporis. Sed si in homine non esset alia forma præter animam, non esset hoc impossibile: imò esset necessarium, si animal moritur, quod eius corpus corrumpatur: ergo &c. Tertium. Philosophus primo de anima, text. commen. 72. probat quod anima non est corpus: quia si esset corpus, duo corpora essent simul scilicet corpus quod esset anima, & corpus in quo esset anima: ergo corpus in quo est anima, est corpus per aliam formam quam per animam. Quarto. Phi-

losophus secundo de anima, text. com. 7. dicit quod anima est actus corporis physici organici, potentia vitam habentis, ergo corpus cui aduenit anima iam est corpus: & est in potentia ad ipsam animam. Quintum. Dicit Commentator primo metaphysicæ, commen. 17. quod materia prius recipit formas universales: & postmodum animas vsque ad formas individuales, ergo prius in materia est forma per quam animal est corpus: & postea anima per quæ est animal. Sextum. In quocunque sunt duo accidentia solo numero differentia, in eo sunt duæ formæ substantiales: quia accidentia non differunt solo numero: nisi quia sunt in distinctis subiectis. Sed in animali sunt duo calores differentes solo numero: ergo in animali sunt duæ formæ substantiales. Maior patet. Minor probatur. Tum quia in animali agrotto est calor naturalis qui causat digestionem: & calor innaturalis qui est calor febrilis. Tum quia in animali est calor elementaris & calor vitalis. Septimum. Moueatur bos per casum in motum continuum à summitate turris vsque in terram: & dum est in aère medio moriatur: aut ille motus est vnus, aut non. Si est vnus, ergo mobile est vnum: & consequenter habet vnam formam postquam est mortuum, quam habebat dum viveret. Si non est vnus, contra. Nulla cadit quies media, sed continuè descendit, ergo motus est vnus.

Respondeo. Ista quæstio posita est propter formam corporeitatis quam aliqui ponunt: tamen aliter quam posuerit Auicenna. Volebat enim Auicenna quod corporeitas esset omnino inseparabilis à materia: ita quod semper manebat eadem numero in materia in quacunque generatione, non solum mixtorum, sed etiam corporum simplicium. Nam alia est forma secundum ipsum per quam ignis est ignis: & alia per quam ignis est corpus: cum autem ex igne generatur aqua, corrumpitur illa forma per quam ignis est ignis: & manet illa per quam est corpus: & consequenter manet idem numero corpus quod erat prius. Isti verò aliter dicunt. Ad cuius evidentiam est sciendum quod quælibet forma substantialis est impossibilis in eodem illi formæ quam virtualiter continet: dicitur autem vna forma virtualiter continere illam formam cuius effectus & operationes potest causare & supplere ipsa circumscripta. Et quia forma mixti inanimati & forma elementi continet virtualiter formam corporeitatis: quia effectus corporeitatis sunt esse quantum & esse extensibile: quæ omnia efficiunt prædictæ formæ: ideo in mixto inanimato & in elemento non est forma corporeitatis distincta propriis formis eorum: sed in eis est tantum vna forma. Anima verò non potest supplere prædictos effectus: cum talis anima sit impartibilis & inextensa: & propter hoc oportet ponere in huiusmodi animatis, corporeitatem distinctam realiter ab anima: vt probant rationes suprapositæ. Contra istam opinionem dico quod in animalibus & viventibus est tantum vna forma substantialis, quæ est anima dâs impugnatione. Scotus.

Et licet hoc probetur per rationes generales, concludentes vnitatem formæ in omnibus: tamen arguitur specialiter. Primum. Supponitur quod aliqua est forma extensa per totum animal. Istud probatur. Tum quia sola anima intellectiua est tota in toto: & tota in qualibet parte: & tamen hoc cõueniret etiam aliis, si ipsæ essent indiuisibiles. Tum quia Philosophus secundo de anima, text. commenti 20. dicit quod in animalibus annulosi duæ sunt animæ in potentia, quæ reducuntur ad actum per eorum diuisionem, ergo illa anima est partibilis: Ex hoc arguitur sic per rationem istorum. Quælibet forma est impossibilis illi, quam continet virtualiter. Sed anima sensitiva continet virtualiter corporeitatem: ergo sunt impossibiles in eodem. Maior est eorum. Minor probatur. Anima sensitiva est extensa in brutis: vt patet per suppositum, ergo potest dare esse extensum & esse corporeum, qui sunt effectus corporeitatis: ergo continet eam virtualiter. Secundum arguitur. Possibile est secundum istos quod materia sit actu in rerum natura, sine omni formæ: & cum hoc sit possibile in sensu composito, nullum sequitur impossibile si ponatur in actu: vt dicitur nono metaphysicæ, text. commenti 10. ponatur ergo materia nullam habens formam: huic autem materiæ postea vniat Deus animam sensitivam: puta leonis cum quantitate, nullam aliam formam substantialem causando in prædicta materia: quod isti habent concedere esse possibile: quia vnum quodque potest produci non producto eo à quo realiter est distinctum: & quæro tunc vtrum compositum ex ista materia & anima sensitiva sit animal vel non. Non potest dicere quod non: quia ipsum est substantia animata sensitiva: ergo est animal: & patet consequentia à definitione ad diffinitum. Si est animal: ergo

Quinta ratio.

Sexta ratio.

Septimaria.

Scoti placitum notandum.

Conclusio responsalis impugnatione.

Scotus.

Suppositum primum.

Prima ratio contra Scotus.

ergo est corpus. Patet consequentia ab inferiori ad suam superius affirmatiuè: ergo habet formam corporeitatis. Sed per casum positum non habet aliam formam substantialem nisi animam, ergo est forma corporeitatis in rebus animatis. Dices forte quod est corpus de genere quantitatis: sed non est corpus de genere substantiæ. Contra. Corpus de genere quantitatis non est superius ad corpus de genere substantiæ: cum non sit cum eo in eodem ordine prædicamentali: ergo &c. Dicitur forte aliter quod posito illo casu non valeret consequentia, est animal, ergo est corpus. Contra. Consequentia ab inferiori ad suam superius est consequentia formalis. Sed nullus casus variat consequentiam formalem: vt dicitur logici: cum ipsa sit summè necessaria: præsertim posita constantia subiecti: vt est in proposito: quia ponitur quod hoc animal sit in rerum natura: ergo, & cetera. Confirmatur. Ista consequentia est formalis: homo est animal, ergo est corpus, ergo non est possibile ira esse sicut signatur per antecedens: quin ita sit sicut signatur per consequens, ergo non est possibile quod sit animal nisi sit corpus de prædicamento substantiæ. Tertio arguitur. Supponendo circumscriptis omnibus differentiis à genere: genus non potest esse in rerum natura, sed est tantum in apprehensione animæ. Et huius ratio est: quia nihil est in genere, quin sit in aliqua eius specie. Supponitur secundo quod id cui adueniunt plures formæ ab eo realiter distinctæ, potest naturaliter esse in rerum natura etiam eis remotis: si ipsum quoque dicat aliquam formam. Istud patet per eos: quia quod materia non possit esse naturaliter sicut forma, est, quia nullam habet ex se formam, & si haberet aliquam formam sibi intrinsecam, posset esse in natura omnibus aliis remotis. Supponitur tertio quod si corporeitas est forma distincta ab anima in rebus animatis, ab ea sumitur genus: & ab anima sumitur differentia constitutiua animalis: quia quod animal sit corpus, habebit à corporeitate, & quod sit sensitivum habebit ab anima sensitiva. Ex his arguitur sic, Id cui adueniunt plures formæ realiter distinctæ, potest naturaliter esse in natura: eis remotis, si ipsum dicat aliquam formam. Sed generi adueniunt differentiæ quæ sunt formæ ab eo realiter distinctæ in animalibus, ergo genus potest naturaliter esse sine differentiis, & consequenter erit tale ens in genere & non in aliqua eius specie, quod est contra primum præsuppositum. Maior patet ex secundo præsupposito: & minor ex tertio: & falsitas conclusionis ex primo: & consequentia est formalis: ergo bene sequuntur omnia prædicta. Aliæ rationes quibus probatur quod animal est animal, & corpus per eandem formam, posita sunt supra vbi probabatur quod non sunt tot formæ in eodē, quot sunt prædicata quidditatiua.

Ad primum. Ad primum argumentum in oppositum dicitur quod animal diuiditur in partem moventem & partem motam: non quia in eo sint duæ anime distinctæ vel duæ partes habentes distinctas formas substantiales, sed quia in animali sunt duæ potentie, quarum vna, scilicet appetitus imperat motum: vt dicitur tertio de anima textu cõmenti 49. Alia verò, scilicet vis motiva affixa musculis & nervis exequitur motu. Virtus autem imperans & exequens non fuit in rebus non habentibus animam sensitivam, & ideo non dicuntur moueri seipsa tali motu, scilicet motu locali. Plantæ vero mouent se, non quidem motu locali, sed quia habent in se principium actiui nutritionis & generationis & augmentis: quod non conuenit rebus inanimatis. Et per hoc patet ad confirmationem. Ad secundum dicitur, quod illa verba non sint philosophi, sed Commentatoris: de quo multi dicunt quod putauit tot esse formas in composito, quot sunt prædicata quidditatiua, & ideo eius auctoritas non recipitur in hoc proposito. Dicitur secundo quod ratio quam ibi facit Philosophus contra antiquos est ista. Si anima est puncta: sequitur quod anima non possit mori aut separari à corpore manente ipso corpore. Consequens est falsum, vt patet: ergo &c. Probat autem consequentiā: quia puncta non possunt separari à linea manente linea: eo quod sunt eius vltima, & ita exponit Commentator. Non dicit tamen Philosophus, aut Commentator quod maneat idem numero corpus, postquam separata est anima. Ad tertium dicitur quod illa consequentia non valeret secundum Philosophum & veritatem, sed valet ex concessis ab his contra quos arguebat: ipsi enim dicebant quod anima est corpus subtilissimum penetrans vnum aliud corpus, scilicet corpus animalis: sequitur enim hoc posito: penetratio corporum, & duo corpora esse simul. Ad quartum dicitur quod anima dicitur esse actus corporis, & dicitur esse actus animati: sicut etiam lux dicitur esse actus lucidi: & dicitur esse actus diaphani: cuius ratio est: quia in definitione formæ potest poni subiectum informe: & potest poni subiectum formatum. Dicitur autē anima esse actus

Suppositum secundum.

Suppositum tertium.

Ad primum.

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad quartum.

animati, quia est tanquam pars eius: est enim altera pars substantiæ animatæ. Dicitur verò esse actus corporis tanquam subiecti, non ad hunc sensum quod aliquid ens actu constitutum per formam corporeitatis distinctam ab anima sit subiectum animæ, sed quia constitutum ex materia prima & anima, in quantum dat esse corporeum, est subiectum quodammodo, & est in potentia ad ipsam animam in quantum dat esse animatum. Non sequitur autem ex hoc quod in corpore animato sint distinctæ formæ, sed quod ibi est tantum vna habens diuersos gradus perfectionis. Ad quintum dicitur quod materia prius recipit formam vniuersalem quam particularem: puta corporeitatem quam animam, sed in aduentu animæ corrumpitur corporeitas: & generaliter in aduētū cuiuslibet forme perfectioris corrumpitur imperfectior. Ad sextum negatur minor. Ad probationem dicitur quod vnicus calor in animali dicitur naturalis in quantum consequitur animam naturaliter, & est instrumentum eius in digerendo: idem quoque calor dicitur innaturalis, in quantum propter aliquam causam aut extrinsecam aut intrinsecam est intensior quam requirit natura talis animalis. Similiter idem calor est animalis, in quantum anima eo mediante exercet opera vitæ, & regulat ea generando: carnes & ossa: dicitur etiam elementaris in quantum habet aliquid de proprietate calor elementaris, scilicet dissoluere aliqua & coagulare alia. Ad septimum dicitur primum, quod motus potest ex duobus habere vnitatem, scilicet ex vnitare subiecti & ex continuitate. In casu autem illo motus esset vnus secundo modo & non primo modo. Dicitur secundo quod ille motus non est etiam simpliciter vnus ex cõtinuitate, sed tantum secundum quid: quia non est simpliciter continuus. Dicitur enim aliquis motus non esse continuus dupliciter. Vno modo: quia intercipitur per quietem mediam: & hoc non accidit in casu prædicto. Alio modo motus non est continuus: quia in tempore mensurante ipsum est signare vnum instans in quo mobile non mouetur nec quiescit, sed incipit moueri per negationem de presenti & positionem de futuro, & ita est in casu prædicto. Est enim dare aliquid instans in quo est primum non esse bouis, & primum esse cadaveris: & in hoc instanti verum est dicere: cadaver nunc non mouetur, & immediatè post hoc mouebitur. Decipiuntur autem multi in hoc argumento & similibus: quia purant valere hanc consequentiam: hoc mobile non mouetur: ergo quiescit. Sed non valet: quia datur medium hoc quod est incipere moueri.

QVÆSTIO XII.

Vtrum in eodem composito sint plures formæ substantiales secundum ordinem prædicabilium essentialium.

Quæritur decimosecundò. Vtrum in eodem composito sint plures formæ substantiales secundum ordinem prædicabilium essentialium. Et arguitur, quod sic. Primum dicit Philosophus 7. metaphysicæ. quod definitio est sermo habens partes, & quod partibus definitionis correspondent partes rei: ergo alia est pars à qua homo est animal, & alia à qua homo est homo. Nec potest dici quod materia sit illa pars quæ correspondet generi: quia genus non dicitur puram potentiam, sed dicitur formam median inter potentiam & actum, vt dicit Commentator 1. metaphysicæ, commento 17. Secundum. Philosophus secundo metaphysicæ volens probare quod non sit processus in infinitum in causis formalibus, probat non esse processum in infinitum in prædicatis in quid, ergo vult quod secundum diuersitatem talium prædicatorum, sint distinctæ formæ in eodem individuo. Tertium. Idem non potest esse simile & dissimile alicui secundum eandem formam. Sed homo secundum quod animal est similis equo, & secundum quod homo est ei dissimilis. Ergo alia est forma per quam est homo: & alia per quam est animal. Quarto. Diuersa quod quidem sunt diuersæ formæ: quia quodquidem est forma: sed in quolibet existente in genere, sunt diuersa quodquidem est: ergo diuersa formæ. Maior patet. Minor probatur: Diuersa obiectiua intellectus sunt diuersa quodquidem est. Sed genus & differentia sunt diuersa quodquidem est: cum possint intelligi sine se inuicem: ergo genus & differentia sunt diuersa quodquidem est, & ista sunt in omni re prædicamentali: ergo &c.

Respondeo. Dicunt aliqui quod fuit opinio Commentatoris quod in eodem composito materiali sint tot formæ substantiales, quot sunt prædicata quidditatiua: ita quod in Sorte vna est forma per quam est corpus: & alia per quam est viuens: & alia per quam est animal: & alia per quam est homo. Vbi autem istud ponat: quia non habetur

Ad quintum.

Ad sextum.

Ad septimum.

Multorum deceptio hoc argumento.

Cap. 2. d. 15. q. 7m. Primario.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Est tamen nunc latius effectus.

betur in libris qui apud nos sunt: qui dicitur Averroë istud tenuisse lib. 1. 3. metaphysic. qui liber nondum in lingua Latina traductus est. Quid autem senserit Commentator circa hoc quaesitum, nolo ad praesens disputare, sed tantum probare praedictam opinionem in se esse falsam. Arguitur autem contra hanc opinionem. Primò. Qualis est ordo inter formas, talis est ordo inter ea quae à formis constituuntur, sed inter hominem & animal est tantum ordo rationis: ergo inter animam rationalem & sensitiuam est tantum ordo rationis: & non realis: qui consequitur res circumscripto omni opere intellectus. Maior est nota. Minor probatur. Ordo eiusdem ad seipsum, est ordo rationis tantum. Sed idem homo est homo & animal ad se: ergo &c. Confirmatur. Ordo praedicamentalis est rationis tantum: alioquin non pertineret per se ad logicam considerationem. Sed ordo inter species & genera est ordo praedicamentalis: ergo &c. Secundo. Si Sortes per aliam formam est animal: & per aliam est homo: accipio praecise illam per quam est animal: & quaero an simul recipiatur in materia cum illa per quam est homo, an prius, an posterius. Non simul: quia nullum agens introducit in eodè instanti duas formas substantiales in eadem materia: alioquin tunc ageret duobus productionibus: quod est impossibile. Non posterius: quia tunc in illo priori in quo introducta est anima rationalis Sortes esset homo, & non esset animal, quod etiam est impossibile. Relinquitur ergo quod prius. Tunc quaero an in illo priori sit rationale vel irrationale. Si rationale, ergo est homo. Si irrationale, ergo est vel equus vel bos, vel asinus, vel aliquod aliud animal: & per consequens eadem est forma per quam est homo vel asinus. Si dicatur quod neutrum illorum est. Contra: quia differentiae à genere separari non possunt. 3. metaphysic. tex. commen. 10. Tertio. Praedicari per se in primo modo de specie non solum conuenit generibus substantiarum, sed etiam accidentium: color enim praedicatur per se in primo modo de albedine & nigredine: ergo conuenit omnibus istis per aliquam communem rationem: puta quia omnia ista sunt genera. Sed in accidentibus genus non dicit aliam formam à forma specifica: ergo nec in substantiis. Quarto. Eadem est forma per quam Sortes est corpus, & per quam est substantia: ergo pari ratione per eandem formam est homo & animal. Consequenter patet: quia non videtur maior ratio hic quam ibi: ita enim corpus & substantia sunt genera, sicut animal. Antecedens probatur. Forma per quam Sortes est corpus, aut est substantialis, vel accidentalis. Non accidentalis: alioquin forma accidentalis constitueret aliquid in genere substantiae. Si substantialis, ergo dat esse substantiale: & per consequens Sortes per ipsam est substantia. Si ergo esset substantia per vnā aliam formam, illa esset superflua: sequitur etiā quod Sortes bis esset substantia: quod est absurdum. Quinto. Sequitur quod in eodem essent duae animae sensitiuae. Consequens manifeste est falsum: ergo &c. Consequenter probatur. Supponendo quod omne genus diuiditur immediate tantum duabus differentiis: vt dicitur 10. metaphysic. tex. commen. 12. Supponendo secundò quod omnis anima: aut est vegetatiua, aut sensitiua, aut intellectiua: vt dicit Philosophus secundo de anima. tex. commen. 31. vbi ponit ista tria genera animarum. Ex his arguitur. Equus & asinus conueniunt in animali tanquam in genere remoto: ergo si secundum diuersitatem generum est diuersitas formarum, sequitur quod in equo est vna forma per quam est animal. Sed praeter illud genus remotum, equus & asinus conueniunt in alio genere proximo: ergo per aliam formam equus est in isto genere: ista autem forma de necessitate est anima: alioquin forma per quam esset in genere proximo quod est perfectius, esset ignobilior ea per quam est in genere remoto: aut igitur haec anima est vegetatiua, aut sensitiua, aut intellectiua. Non intellectiua, alioquin intelligere posset & esset rationalis. Non vegetatiua: alioquin esset imperfectior quam illa per quam equus est animal: ergo est sensitiua, & sic iam in equo sunt duae sensitiuae. Tunc vltra. In equo per se est etiam alia forma, per quam equus est equus. Sed oportet etiam hanc esse sensitiuam propter praedictas rationes: ergo in equo sunt tres animae sensitiuae. Sextò. Si sunt tot formae, quor sunt praedicata quidditatiua, sequitur quod alia est forma per quam ignis est substantia: & alia per quam ignis est corpus. Sed hoc est falsum: ergo &c. Consequenter patet, quia substantia est genus superius ad corpus, falsitas consequentis probatur. Sit à compositum ex materia & ex illa forma per quam ignis est praecise substantia, aut hoc compositum sic praecise acceptum, est substantia corporea, aut incorporea. Si corporea, ergo a est corpus, vel aliqua pars eius est corpus: non enim potest aliter intelligi quod sit corpus: quodcumque

autem horum detur, habeo propositum. Nam si est corpus, cum omne corpus sit substantia: & non omnis substantia sit corpus, oportet quod in illo composito alia sit forma, per quam est substantia: & alia per quam est corpus, & sic illud non est compositum praecise ex materia & forma, per quam est substantia: quod tamen supponebatur. Oportet ergo dicere quod per eandem formam est substantia & est corpus. Si verò dicatur quod est substantia incorporea, cum angelus sit etiam substantia incorporea, & alterius rationis ab ista, aliqua species substantiae incorporeae praedicabitur in quid de isto composito & de angelo. Et cum illa species sit praedicatum inferius ad substantiam, oportebit quod in isto composito praeter formam, per quam est substantia sit vna alia forma secundum hoc praedicatum quidditatiuum. Si dicatur quod non est substantia corporea nec incorporea, ergo est alterius rationis à substantia corporea & ab incorporea: ergo aliqua species, & consequenter aliquod praedicatum essentiale inferius ad substantiam probatur de hoc composito: ergo habebit aliquam formam substantialem praeter illam per quam est substantia, quod tamen est contra praesuppositum. Septimò. Dicit Philosophus tertio metaphysic. quod in diffinitione sufficit ponere primum genus cum vltima differentia, sed hoc esset falsum si secundum pluralitatem praedicatorum in quid, esset multitudo formarum: quia tunc per huius diffinitionem non explicaretur aliqua forma intermedia. Si enim dicatur quod homo est substantia rationalis, non denotabitur per hanc diffinitionem illa forma per quam est corpus: nec illa per quam est viuens, aut animal: ergo &c. Octauò. Sequitur quod quodlibet superius esset tantum pars sui inferioris, & consequenter quod non praedicatur de eo in quid: quod est falsum. Consequenter probatur. Nam si est praedicta multitudo formarum, corpus dictum de homine signabit aliquid compositum ex materia & corporeitate: homo autem signat compositum ex materia & corporeitate, & anima intellectiua. Primum autem istorum est pars secundi: vt patet ex se.

Ad argumenta verò in oppositum responderetur. Ad primum dicitur quod respositio habetur ex dictis lib. septimo, vbi declaratum est, quod genus & differentia non dicunt diuersas res, nec sumuntur à diuersis formis, sed ab vna & eadem diuersimodè accepta: verum est tamè quod in omni substantia materiali sunt diuersae res, scilicet materia & forma. Quidam tamen dicunt quod propositio philosophi habet veritatem tantum in quibusdam diffinitionibus, datis per terminos obliquos: puta si dicatur, quod homo est quid constitutum ex materia & anima intellectiua. Sed non habet veritatem in diffinitione data per terminos rectos: puta dicendo, quod homo est animal rationale. Ad secundum negatur consequentia: quia vt ibi innuit. Commentator commento 10. quod non sit processus in infinitum in causis formalibus: quia non est processus in infinitum in praedicatis in quid: non ideo est, quia sint tot formae quot sunt praedicata in quid, sed ideo est quia si essent infinitae formae in re quae diffinitur, oporteret quod partes diffinitionis essent infinitae: quod est falsum. Cum hoc autem stat quod non sint plures formae in substantia quae diffinitur. Ad tertium dicitur primò. Quod sequitur ex eadem ratione quod in albedine sint plures formae: quia est similis nigredini, in quantum est color, & est ei dissimilis, in quantum est albedo, & tamen isti negarent in albedine esse plures formas. Dico secundò ad argumentum, quod conuenientia in genere non est praecise similitudo, sed tantum conuenientia in specie specialissima: non enim est proprie dictum quod albedo & nigredo sint similes. Dico tertio quod nullum est inconueniens quod secundum eandem formam, aliqua conueniant in genere & differant specie: vt declaratum fuit lib. 7. quia conuenire in genere est conuenientia secundum quid: & differre secundum speciem est differre simpliciter: non est autem inconueniens quod aliqua secundum quid conueniant, & simpliciter differant. Ad quartum negatur minor. Ad probationem negatur maior: si intelligitur de diuersitate reali, & conceditur si intelligitur de diuersitate rationis, sed tunc non conueniunt pluralitatem formarum secundum rem, sed tantum secundum distinctionem rationis.

QUESTIO XIII.

Utrum in homine anima sensitiua & intellectiua sint plures animae.

Varitur decimotertio. Utrum in homine sint plures animae: ita quod anima intellectiua in eo distincta quatuor

atur à sensitiua, & à vegetatiua. Et arguitur quod sic. Primò in omni generatione substantiali est aliquis terminus formalis, capiens esse per illam generationem. Sed anima intellectiua non accipit esse per generationem, sed tantum per creationem, ergo est in homine aliqua alia anima, quae est formalis terminus generationis hominis. Confirmatur. Nutritio Sortis est vera generatio substantialis per quam nutrimentum accipit esse nutriti, ergo terminatur ad formam substantialem, sed non ad animam intellectiua: quia praesertim nutritio: ergo ad aliam. Si dicatur quod terminatur ad vnionem animae Sortis cum materia nutrimenti. Contra. Tum quia generatio substantialis non terminatur primò ad vnionem. Tum quia omnis actio substantialis noua est ad aliquem terminum nouum: ergo cum nutritio sit noua habet nouum terminum. Secundò arguitur, quod saltem sit ibi alia forma distincta ab anima intellectiua: quia homo est corpus, sed non est corpus per animam intellectiua: ergo per aliam formam. Maior patet. Minor probatur. Nulla forma potest esse ratio essendi alicui in aliquo esse quod est sibi omnino incompossibile & repugnans. Sed esse corporeum & extensibile & diuisibile sunt effectus omnino repugnantes animae intellectiuae, cum ipsa sit indiuisibilis: ergo anima intellectiua non potest alicui esse ratio essendi corpus. Tertio. Si homo per eandem formam est homo & animal: sequitur quod quicumque conuenit homini per formam per quam est homo, conuenit ei per formam per quam est animal. Sed hoc est falsum: ergo, & caetera. Consequenter patet. Falsitas consequentis probatur. Quicumque conuenit homini per formam per quam est animal, conuenit ei, in quantum est animal. & consequenter conuenit omni animali. Sed non omne quod conuenit homini per formam per quam est homo, conuenit omni animali: ergo non est homo & animal per eandem formam. Quarto. Impossibile est quod eadem forma sit corruptibilis & incorruptibilis. Sed sensitiua in homine est corruptibilis, cum sit eiusdem rationis cum sensitiua bruti: intellectiua verò est incorruptibilis: ergo intellectiua & sensitiua in homine non sunt eadem anima.

Respondeo. Circa hanc quaestionem varie opinatum est à ponentibus pluralitatem formarum in composito substantiali. Quidam enim dixerunt quod in homine sunt plures formae, scilicet corporeitas inseparabilis à materia & anima. Quidam alij dicunt quod forma corporeitatis in homine distinguitur realiter ab anima, quae simul est vegetatiua sensitiua & intellectiua: & quod illa corporeitas est separabilis à materia, licet non statim. Mortuo enim homine manet corporeitas: & postea resoluitur cadaver suae illud corpus in elementa: & in hoc fit resolutio vsque ad materiam primam. Quidam alij dicunt quod ideo in homine est forma distincta ab anima: quia in eo sunt tot formae, quot praedicata quidditatiua. Quidam alij dicunt, quod ideo hoc est: quia in homine sunt actu formae elementorum. Et omnia ista supra improbata sunt. Quidam verò dicunt, quod licet in omnibus aliis esset vnica forma: tamen in homine oportet intellectiuam animam esse distinctam à sensitiua: quia intellectiua est inextensa, & habet esse per creationem: sensitiua verò per generationem. Et ratione huius posita est quaestio ista: in qua solum intendo probare quod intellectiua & sensitiua in homine sunt vnica forma. Et arguitur. Primò sic. Suppono quod diffinitio animae posita à Philosopho secundo de anima, vbi dicit, quod anima est actus primus corporis physici: conueniat vnicoe cuilibet animae. Hoc suppositum licet negetur à Commentatore, qui dicit quod anima intellectiua est separata à materia secundum rem: tamen conceditur ab omnibus qui dicunt animam intellectiuam informare materiam. Supponitur secundò, quod anima non solum dicitur actus primus prout distinguitur contra operationem: sed etiam accipiendo actum primum pro eo qui secundo modo aduenit corpori organico: quia si aliter acciperetur, sequeretur quod secundum Commentatorem & Auicennam forma mixta esset anima: quia ipsa aduenit corpori physico tanquam actus primus distinctus contra operationem. Ex his arguitur. Omnis anima est actus primus, id est, primò adueniens corpori physico. Sed si anima intellectiua distinguitur à sensitiua: sequitur quod non primo adueniat corpori physico, ergo sequitur quod non sit anima vnicoe cum anima sensitiua: quod est contra primum praesuppositum. Maior patet ex secundo praesupposito. Minor probatur. Anima sensitiua prius aduenit corpori physico, si ipsa distinguitur ab intellectiua: ergo intellectiua non primo aduenit corpori physico. Secundò. Si in homine sensitiua & intellectiua realiter distinguuntur: sequitur quod homo sit compositus ex animali & anima intellectiua. Sed consequens est falsum: ergo &c. Falsitas

consequentis probatur: quia tunc homo non esset animal: eò quod nulla pars integralis praedicatur in re de suo toto. Consequenter probatur dupliciter. Primò. Omne constitutum ex materia & anima sensitiua est animal: cum sit substantia animata sensitiua. Sed aliqua pars hominis esset composita ex materia & anima sensitiua: ergo aliqua pars hominis esset animal. Sed homo componitur ex suis partibus, ergo esset compositus ex animalibus. Confirmatur. Si tale constitutum maneret abeunte anima intellectiua, ipsum vtique sentiret: ergo esset animal. Tertio principaliter arguitur. Si sensitiua & intellectiua in homine distinguuntur, ergo habent distinctas diffinitiones. Patet consequentia, quia distinctarum formarum oportet esse distinctas diffinitiones: agat igitur aliquid agens corrumpendo dispositiones intellectiuae, & non corrumpendo dispositiones sensitiuae: quod vtique erit possibile: cum illae formae ponantur distincte, & etiam quia sicut sensitiua fuit prior in generatione: sic erit posterior in corruptione, & cum forma non possit seruari in materia, corruptio eius dispositionibus: nec possit corrumpi eis manentibus: sequitur quod abicietur intellectiua & manebit sensitiua, & consequenter homo mortuus viuere, quod est omnino impossibile. Quarto. Supponitur quod noua corruptio non potest esse sine noua generatione, vt dicitur 1. de generatione. tex. commen. 17. Cuius ratio: quia agens intendit generationem de per se: corruptionem autem intendit tantum per accidens vel consequentiè. Tum etiam quia generatio est prior corruptione: sicut esse est prius non esse. Et ex hoc habetur quod nullum agens naturale potest corrumpere aliquam formam, nisi aliquam de nouo generet: ergo dum corrumpitur homo, non potest dici quod solum remaneat aliqua forma quae praesertim: puta forma corporeitatis, sed oportet aliquam de nouo generari. Confirmatur. Agens non potest corrumpere aliquam formam, nisi causando in subiecto accidentia illi formae incompossibilia. Sed huius accidentia necessarìo disponunt ad aliquam aliam formam. ergo agens corrumpeus vnā formam necessariò generat aliam. Quintò. Si sensitiua & intellectiua distinguitur realiter in homine: sequitur quod homo sit ens vnum per aggregationem. Sed hoc est falsum, alioquin non esset vnum per se: ergo &c. Consequenter probatur: quia ibi sunt plura entia in actu. Dicitur fortè quod ex pluribus in actu potest fieri vnum per se, si vnum eorum sit ordinabile ad aliud: sensitiua autem est ordinabilis ad intellectiuam. Sed contra. Ista ordinabilitas aut conuenit per se animae sensitiuae, aut conuenit ei tantum per accidens. Non per accidens: alioquin intellectiua in homine non praesupponeret sensitiuam ex necessitate. Non per se: quia aut hoc esset in primo, aut in secundo modo. Non primum: quia nulla relatio est de ratione absoluti, anima autem est quid absolutum. Tum etiam quia sensitiua in homine si distinguitur ab intellectiua, est eiusdem rationis cum sensitiua in bruto: ergo cum iste ordo non sit de ratione sensitiuae bruti: non est etiam de ratione sensitiuae hominis. Non conuenit etiam ei in secundo modo perfectitatis: quia cum propriae passionis consequantur naturam ex vi naturae ipsius, oportet quod consequantur omnia quae sunt illius naturae. Sed vt dictum est, sensitiua in homine si distinguitur ab intellectiua, est eiusdem rationis cum sensitiua bruti: ergo si praedicta ordinabilitas conuenit sensitiuae bruti: sequitur quod non potest esse propria passio sensitiuae hominis. Sextò. Illae formae sunt incompossibiles in eodem, quarum vna virtualiter continet aliam. Sed intellectiua virtualiter continet sensitiuam, ergo non possunt esse distinctae in eodem. Maior patet: quia pluralitas entium non est ponenda sine necessitate: quando autem vna continet aliam, sufficit illa quae alias continet: & sic aliae essent superfluae. Minor probatur. Intellectiua potest esse principium omnium potentialium & operationum: quarum principium est sensitiua: ergo continet eam virtualiter, & propter hoc dixit Philosophus quod sicut trigonum continetur in tetragono, sic vegetatiuum in sensitiuo: & sensitiuum in intellectu.

Suppositum primum.

Suppositum secundum.

Ad primum.

Ad quartum.

Nota hic.

Ad primum.

Ad

Ad secundum. Ad secundum negatur minor. Ad probationem quoque negatur minor, non quidem quod anima sit extensa, & det esse extensum, sed quia ei non repugnat esse in materia habente esse extensum per quantitatem, & non per aliquam formam substantialem extensam ad extensionem quantitatis. Et si dicatur. Omnis forma dans esse corporeum de genere substantia, est forma extensa. Sed anima intellectiva non est extensa: ergo &c. Negatur maior: sed sufficit quod talis forma constituat suppositum talis naturae in qua possunt designari tres dimensiones: hoc autem facit omnis forma quae recipitur in materia: cum materia sit ratio recipiendi quantitatem in supposito: & ideo quae primum forma est unita materiae, statim constitutum est id quod est receptivum quantitatis. Ad tertium negatur falsitas consequentis.

Ad tertium. Ad probationem dicitur quod si ly, in quantum, teneatur reduplicative, prout accipitur in tota illa deductione. Negatur maior. Nam Sor. per eandem albedinem est albus & est qualis: & tamen non est albus in quantum est qualis.

Ad quartum. Ad quartum negatur minor. Dico enim quod sensitiva in homine est incorruptibilis. Et cum improbat, dico quod corruptibile & incorruptibile quae sunt naturae complete in specie, non sunt eiusdem rationis: tamen naturae partiales, & etiam accidentia possunt esse eiusdem rationis, licet unum sit corruptibile & aliud incorruptibile: quantitas enim caeli est eiusdem rationis cum quantitate rerum corruptibilium.

QUESTIO XIII

Utrum homo generet hominem: stante unitate forma in homine.

Prima ratio. Quod dicitur decimo quarto. Utrum stante unitate formae in homine stare possit quod homo generet hominem. Et arguitur quod non. Primo. Cuiuslibet generationis est aliquis terminus intrinsecus: alioquin generatio esset infinita & non terminata. Sed anima intellectiva non est terminus intrinsecus generationis, sed tantum creationis, ergo si in hoc homine est tantum anima intellectiva, homo non generat hominem. Secundo. Ab eodem sunt dispositiones ultimae pro forma a quo est ipsa forma: ut saepe dicit S. Thom. Sed anima intellectiva est tantum a Deo: ergo solus Deus causat in materia sufficientes dispositiones pro anima intellectiva, & sic homo non dicitur generare: etiam ex hoc quod sufficienter disponat materiam. Tertio. Completa generatione: virtus seminis nihil producit, sed qualitates animae intellectivae consequuntur eam in genere causae efficientis: ergo virtus seminis non producit dispositiones consequentes animam intellectivam. Sed si in homine est tantum anima intellectiva, nullae sunt dispositiones, nisi illae quae consequuntur animam intellectivam: ergo homo non causaret in homine genito aliquam dispositionem. Quarto. Ad creationem nullum agens naturale cooperatur tanquam instrumentum. Sed anima intellectiva per solam creationem acquirit esse in materia: ergo agens naturale nullo modo operatur ad hoc quod anima intellectiva acquirat esse in materia. Quinto. Vbi sunt duae mutationes distinctae, ibi sunt duo termini distincti: quia mutationes distinguuntur ex terminis. Sed creatio animae intellectivae sortis, & generatio sortis sunt distinctae mutationes: ergo habent distinctos terminos substantiales, quod non potest esse, si sola anima intellectiva est in homine.

Secunda ratio. Respondetur, quod posita unica forma in homine quae est anima intellectiva: verum est dicere quod homo generat hominem. Pro notitia huius conclusionis dico quinque. Primum est, quod totum constitutum ex partibus realiter distinguitur a partibus suis, etiam simul acceptis, & hoc fuit probatum supra libro 7. q. vltima. Secundum est, quod generatio est transmutatio de non esse in esse, & per consequens, omne quod acquirit esse substantiale est verè generatum: si tale esse acquirat per actionem agentis naturalis. Tertium est quod agens naturale, puta homo generans, siue virtus in semine ab eo decisio existens, potest disponere materiam factus in quo est tantum anima sensitiva aliquibus dispositionibus nobilioribus, quae requirunt animam sensitivam, & hoc patet: quia virtus illius seminis est instrumentum animae intellectivae hominis generantis, & ideo potest disponere materiam ad formam similem illi animae, in cuius virtute agit. Quartum est, quod stante materia perfecte disposita pro aliqua forma, necesse est eam introduci in materiam. Quintum est, quod impossibile est formam esse unitam materiae, quin statim resulter totum compositum. Ex quibus omnibus sic arguitur. Id verè generat hominem, quod facit animam intellectivam esse in

Suppositum primum. **Suppositum secundum.** **Suppositum tertium.** **Suppositum quartum.** **Suppositum quintum.**

materia: quia, ut dictum est, ex tali unione necessario resultat homo. Sed si sola anima intellectiva est in homine: homo facit animam intellectivam esse in materia, cum disponit materiam nobiliori dispositione quam requirit anima sensitiva: ergo homo verè generat hominem, etiam si tantum anima intellectiva sit in homine. Primo supponitur quod per nutritionem generatur vera caro: ut omnes concedunt. Secundo supponitur quod anima intellectiva est in toto homine: & in omnibus partibus eius: ut etiam generaliter est concessum. Ex quo sequitur quod dum per nutritionem generatur caro in homine: anima intellectiva incipit de novo esse in materia illa, quae fuit materia nutrimenti. Et arguitur sic. Haec caro de novo generata est aliquid vivens anima intellectiva, per secundum praesuppositum: & verè est generatum de novo in quantum vivit anima intellectiva per primum praesuppositum. Sed non dicitur verè generata in quantum vivit anima intellectiva, ex hoc quod anima intellectiva de novo sit producta, sed solum quia de novo est unita isti materiae virtute nutritionis: ergo non requiritur ad veram generationem quod forma geniti acquirat esse simpliciter a generante, sed sufficit quod per actionem eius vivatur materia. Sciendum est secundum quod materia ex se est semper in ultima dispositione ad corporeitatem. Unde si forma ignis daret materiam tantum esse corpoream, & non esse igneam, non operaret materiam disponi per caliditatem & siccitatem ad formam ignis. In ordine autem ad alias formas operaret materia disponi, & ideo virtus seminis disponit materiam ex qua debet generari homo pro anima vegetativa. Sed quia non intendit ultimam nisi animam intellectivam: ideo hoc vivens anima vegetativa, ulterius disponitur pro anima sensitiva, & completa dispositione corruptur ista vegetativa, & introducit sensitivam: quae tamen continet virtualiter vegetativam. Istud quoque vivens anima sensitiva disponitur pro intellectiva, & tandem corrumpitur illa sensitiva: & causatur in eadem materia anima intellectiva virtualiter continens vegetativam & sensitivam. Corruptur autem praedictae formae: quia non erant introductae ut manerent, sed solum ut essent viae & dispositiones ad intellectivam. Ex quo patet: quod in generatione hominis concurrunt multae generationes, quarum una alteri succedit. Patet similiter quod anima intellectiva dat homini quod sit corpus & vivens & animal & homo: sed inter materiam & ipsam animam in quantum dat esse corporeum non cadit aliqua dispositio media: inter materiam verò & animam in quantum dat esse vivens vel animal vel homo cadunt mediae dispositiones. Tertio idem apparet ex opinione Avicennae dicentis quod non solum in generatione hominis, sed generaliter in omni generatione naturale agens particulare tantum disponit materiam: agens verò univertale scilicet intelligentia datrix formarum reducit formam, de potentia materiae attingendo essentiam eius.

Ad primum. **Ad secundum.** **Ad tertium.** **Ad quartum.**

creari est accipere esse ex nihilo: & quia nullum agens naturale operatur ad hoc: quod anima intellectiva accipiat esse, ideo nullum cooperatur ad hoc quod anima creetur: potest tamen agens naturale cooperari ad hoc quod ista forma quae accipit esse ex nihilo, vivatur alteri in primo instanti sui esse, & ei communicet esse suum. Ad quintum dicitur, quod duarum mutationum potest esse idem terminus formalis, sed alio & alio modo: sicut dictum est de generatione animalis, & eius nutritione: quarum est idem terminus formalis scilicet anima eius: & sic est in proposito: quia anima est terminus creationis, in quantum accipit esse simpliciter: & est terminus generationis in quantum accipit esse in materia.

Ad quintum

QUESTIO XV.

Utrum eadem accidentia quae fuerunt in vivo, remaneant in mortuo.

Prima ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Not. primum.

Not. secundum.

Conclusio.

Not. tertium.

tates magis intensas quam requirat animal, faciunt ad eius corruptionem. Causatur autem praedicta intensio qualitatium in humoribus, aliquando a continente: & aliquando ex mutua actione earum inter se, & aliquando ex reactione ipsius animalis in quod agunt naturaliter: reactio enim non est tantum inter contraria, sed etiam inter intensum, & remissum. Si igitur animal sit aliquando caliditatis: & spiritus, vel humores in ipsum agentes sint maiores caliditatis ex reactione animalis: & in eos intenditur eorum caliditas. Fit autem semper ista intensio quocumque modo moriatur animal. Nam etiam in abscissione capitis & in vulneratione per quam cito moritur animal: cum ista non sint nisi in tempore: fit alteratio ad praedictas qualitates. Dico igitur quod ab huiusmodi agente particulari intrinseco immediate determinatur materia ad formam cadaueris, quia dispositiones quae causantur in animali dum moritur disponunt materiam tantum ad formam cadaueris. Si autem fiat sermo de disponente formaliter, dico quod istud est duplex. Nam primum & principale sunt praedictae dispositiones, quae causant spiritus & agens extrinsecum in materia in instanti separationis animae: praedicti enim spiritus non corrumpuntur in instanti in quo corrumpitur animal, sed manent: & ideo in illo instanti possunt causare aliquam dispositionem in materia. Secundarium autem disponentis est ordo inter animam & formam cadaueris, sicut enim sic ex natura sua ordinat, quod ex una non habet immediate sequi, nisi alia: sicut etiam est ordo inter formam vivi & formam aeti: & inter albedinem & pallorem: & inter calorem & tepiditatem: ut dicitur 8. Metaph. tex. comment. 14.

Quantum ad secundum, dicunt aliqui quod in mortuo sunt eadem numero accidentia quae erant in vivo: quia secundum eos sola materia est subiectum huiusmodi accidentium, licet totum compositum ab eis denominetur: & ideo cum maneat eadem materia, manet etiam eadem accidentia. Quod autem sola materia sit subiectum: & non ipsum compositum, probant. Primo. Nulla res agit ad corruptionem simpliciter, sed per se, sed si calor aquae esset in tota aqua, & non in sola materia: ipse ageret per se ad corruptionem sui: ergo est tantum in materia. Maior patet. Minor probatur. Calor aquae agit per se ad corruptionem sui causa, siue qua ipse non potest conservari si est in tota aqua: ergo agit per se ad corruptionem sui. Patet consequentia: alioquin caliditas non ageret per se ad corruptionem terrae, cum non immediate agat ad corruptionem terrae, sed tantum ad corruptionem frigiditatis. Secundo. Illi soli inhaeret dispositio ad formam de cuius potentia educitur forma, sed forma educitur tantum de potentia materiae: ergo dispositiones inhaerent soli materiae. Ad primum negatur minor. Ad probationem negatur consequentia. Ad cuius probationem similiter negatur consequentia: cuius ratio est: quia aliud est agere ad corruptionem alicuius consequentiae, & aliud est agere ad corruptionem alicuius per accidens. Actio enim agens primum & per se attingit formam quam causat: in materia: secundario autem & consequenter materiam: & tamen per se corrumpit formam, quae est ei inopposita: ea autem quae sunt inopposita formae introducenda, & tamen corrumpuntur ad corruptionem subiecti praexistens, corrumpit per accidens. Unde omne quod corrumpitur per accidens corrumpitur consequentiae, non tamen omne quod corrumpitur consequentiae corrumpitur per accidens. Ad secundum negatur maior, dispositiones enim licet disponant tantum materiam, de cuius potentia educitur forma: sunt tamen subiectivae in composito. Dico igitur quod propter hanc causam, scilicet: quia accidentia corporis vivi sunt in ipso toto: & non tantum in materia eius: necesse est ea corrumpi saltem accidens ad corruptionem corporis vivi. Quod autem non sint in sola materia, patet ex dictis supra.

Diffolutio rationum suarum. **periois opinionis.**

clisio responsiva.

Ad primum. **Ad secundum.** **Ad tertium.** **Ad quartum.**

QVÆSTIO XVI.

Vtrum mater concurrat actiue ad generationem prolis.

Primario. Q Væritur decimosexto, vtrum mater concurret actiue ad generationem prolis. Et arguitur quod sic. Primum in quocunque est potentia generatiua, in eo est virtus actiua ad generationem. Sed in muliere est potentia generatiua, cum habeat animam vegetatiuam, cuius vires sunt nutritiua, augmentatiua: ergo &c. Minor patet, & maior est Philosophi 2. de anima, text. Commenti. 37. dicentis, quod omnes potentia animæ vegetatiuæ sunt actiua. Secundò. Potentia generatiua patris & potentia generatiua matris sunt eiusdem speciei: ergo si generatiua patris potest in aliquid actiue, in idem potest actiue generatiua matris. Patet consequentia: quia actiuum & passiuum specie distinguntur. Tertio. Quicquid conuenit per se alicui formæ: conuenit per se omnibus, quæ sunt eiusdem speciei, sed potentia generatiua patris conuenit per se esse principium actiuum generationis: ergo cum generatiua matris sit eiusdem speciei, sequitur quod ei similiter conuenit esse principium actiuum. Quarto. Si esse principium tantum passiuum sufficit ad materiam: sequitur quod Adam de cuius substantia formatum est corpus Eux, sit mater eius: quod est absurdum dicere.

Quomodo mater concurrat actiue ad generationem prolis. Respondeo. Quia ab omnibus est concessum quod mater concurrat passiuè, licet quidam dicant quod etiam actiue: idè primo dicitur quomodo est principium passiuum: & postea quomodo sit principium actiuum. Quantum ad primum dicitur quod materia quam mater ministrat generationi, siue proli quæ concipitur, non est semen, eo quod, vt inquit Philosophus libro de animalibus: experitum est mulieres concepisse, quando tamen non seminauerunt. Sed huius materia est sanguis menstruus mulieris. Dico autem in hoc loco sanguinem menstruum, non eum quem mulier emittit per singulos menses: tum quia huiusmodi sanguis purior & corruptus est: tum quia in aliis animalibus quorum fœmellæ non habent sanguinem menstruum, non potest fieri generatio, sed ille sanguis qui est materia fœtus: & qui transmutatur ad carnem, est sanguis purus per separationem ab re illius sanguinis menstrui. Iste autem sanguis mouetur à venis ad matricem quæ est locus aptus generationi.

Prima conclusio. Quantum ad secundum pono duas conclusiones. Quarum prima est quod mater concurrat actiue aliquo modo ad generationem. Secunda conclusio est, quod mater non habet actionem per quam organizetur & animetur materia quæ est subiectum generationis. Prima conclusio potest probari sufficienter per rationes factas in principio quæstionis. Et adhuc specialiter sic probatur. Relatio materinis in matre consequitur actionem matris circa prolem quæ generatur, ergo mater est aliquo modo principium actiuum generationis. Consequentia patet. Antecedens. Maternitas non fundatur super quantitatem, nec est relatio mensuræ ad mensuratum: ergo fundatur super actionem vel passionem. Sed non fundatur super passionem, ergo super actionem. Prima consequentia patet à sufficienti diuisione: quia omnis relatio fundatur super aliquod illorum trium. Minor autem secundæ consequentiæ probatur. Relationum oppositarum consequentium actionem & passionem si vna fundatur super passionem, necesse est aliam fundari super actionem. Istud patet discurrendo in omnibus: puta in relatione moti ad mouens, & agentis ad patiens: & producti ad producentem. Sed filiaris & maternitas sunt relationes oppositæ: & filiaris fundatur super passionem, scilicet super passiuam generationem: ergo maternitas fundatur super actionem. Pro notitia verò secundæ conclusionis Sciendum est quod ad generationem concurrunt tres actiones. Vna est præcedens generationem. Alia est essentialiter ipsa generatio. Tertia est consequens generationem. Prima actio est illa, qua præparatur sanguis de quo supra diximus per digestionem & purgationem: vt sit materia apta generationi: & hanc actionem habet mater per suam potentiam generatiuam. Secunda actio est organizatio corporis & completa dispositio ad animam: cuius terminus extrinsecus est ipsa anima: & huius actionis principium est tantum pater, & non mater. Tertia actio est, deducere fœtum conceptum ad debitam perfectionem & maturitatem: & huius actionis principium est mater: bona enim dispositio matricis plurimum facit ad hanc. Sciendum secundò quod in semine viri est multitudo spirituum habentium calorem cœlestem, & elementarem: non quod isti calores sint duæ res distinctæ, sed est vnus & idem calor: sicut etiã in animali vnicus calor in quilibet parte ani-

Not. primum Tres actiones ead. animal. un. generatiu.

Not. secundum.

malis existens dicitur animalis & cœlestis & elementaris secundum diuersas considerationes. In quantum enim digerit alimentum & dissoluit, & alia huiusmodi facit, sic dicitur elementaris: in quantum verò habet determinatam mensuram: non enim auget, nec aliquid facit in infinitum, sed determinatè, sic dicitur esse cœlestis: quia ista determinatio est à cœlo: in quantum vero est conueniens cœplexioni animalis sic dicitur calor animalis. Propterea dixit Comment. 2. de anima, com. 42. quod alterare alimentum conuenit calori ignis, sed secundum ista alteratio est determinata, debet attribui virtuti coniunctæ cum igne: sicut etiam molificare ferrum ad faciendum aliquod artificiatum conuenit igni, sed quod ista molificatio sit terminata, est ab arte artificiali. Et idè dixit Com. 12. Meta. Comm. 19. quod calor cœlestis qui generat animalia, est similis calori artificiali, quem ars mensurat ad aliquam operationem. Nec obuiat prædictis illud dictum Philosophi 2. de generatione, calor cœlestis saluat animalia: & calor elementaris corrumpit: accipit enim ibi calorem elementarem pro calore in illo gradu intensiōis in quo conuenit elemento. Et quæ dicta sunt de calore in animali, dicenda sunt de calore existenti in semine: dicitur enim calor elementaris, in quantum agit, calcificando, dissoluendo, vel coagulando. Et dicitur cœlestis in quantum eius actio est determinata. Sciendum tertio quod ista virtus in semine existens dicitur virtus formatiua: quia format corpus generandum: & agit ad modum intellectus: quia agit sine organo corporali. Postquam verò semen maris per hanc virtutem complete disposuerit materiam qualitatiue & quantitatiue, causat in ea animam vegetatiuam: ipsum verò semen maris quasi totum resoluitur in spiritus: corpulenta verò eius substantia corrumpitur: & transit etiam ipsa in substantia prolis. In illo autem sic genito, in quo est anima vegetatiua: est quædam virtus consequens animam: & appellatur virtus regitiua: quia regit tale corpus & gubernat & dirigit in suas operationes. Et sic patet quomodo semen maris sit principium actiuum generatiuis. Nunc restat probare quod ista actio conueniat tantum ei & non semini mulieris. Et arguitur. Primum sic. Si vtrumque, scilicet viri & mulieris est actiuum, sequitur quod mulier potest generare sine viro: consequens est falsum: ergo &c. Consequentia probatur, supponendo quod sanguis menstruus mulieris, sit materia fœtus: vt omnes concedunt: & arguitur sic. Vbi sunt duæ virtutes actiuae differentes solum secundum magis & minus, virtus remissior potest per intensiōem peruenire ad æqualitatem virtutis intensioris: vt patet in omnibus. Sed si semen viri & mulieris sit actiua, semen mulieris differt à semine viri, solum secundum magis & minus, cum sint eiusdem speciei, ergo poterit in aliqua muliere ita intendi calor naturalis, quod virtus feminis eius erit fortior, quam virtus huius vel illius viri: ergo solum illud semine mulieris sufficit ad generationem. Secundò. Nulla res potest agere in seipsam per generationem: licet enim aliqui concedant quod aliquid potest mouere se motu locali & motu alterationis: tamen nullus concedit quod aliquid potest mouere se per generationem. Sed si semine mulieris est actiuum, sequitur quod potest se mouere per generationem: ergo non est actiuum. Maior patet. Minor probatur. Virtus actiua feminis mulieris, aut est in qualibet eius parte, aut in aliqua sic, & in aliqua non. Si detur secundum, ergo semen mulieris sufficit sine semine viri. Patet consequentia: quia in eo est principium actiuum & passiuum. Nec valet dicere quod non est sufficiens principium: quia vt prius arguebatur, potest intendi & perfici. Si detur primum, ergo illa pars in qua est principium actiuum & passiuum mouet seipsam ad generationem.

Ad primum. Ad rationes in oppositum dicitur quod cōcludunt matrem esse principium actiuum aliquo modo. Si verò sint ad probandum quod concurrat actiue in operatione, quæ est ipsa generatio, dicitur ad primum quod potentia generatiua matris est actiua, sed negatur ista consequentia. Est actiua, ergo est actiua organizando & introducendo formam substantialem: arguitur enim à superiori ad inferiori actiue, sine distributione superioris. Ad secundum dicunt aliqui quod semen maris & fœminæ differunt specie: cuius ratio est: quia decidunt ab omnibus mēbris. Membra autē animalis sunt heterogenea: & propter eorū heterogeneitatem possunt causare superfluitates diuersarū specierum: nam superfluitas primæ digestionis est alterius speciei à superfluitatibus aliarum digestionum. Sed istud mihi non videtur verum: quia licet in eodem sint mēbra heterogenea, tamē membra ista in matre & in fœmina sunt eiusdem speciei: & idè superfluitates in matre & fœmina sunt eiusdem speciei. Dico igitur aliter ad argumentum quod ista duo semina sunt eiusdem speciei, & tamē in vno est virtus actiua & non in altero: sicut etiam

Not. tertium.

Tantum viri semen esse actiuum non mulieris.

Ad primum.

Ad secundum.

Ani hoc non accipiat.

Responsio propria.

etiam calor naturalis matris & fœminæ sunt eiusdem speciei: & tamen vnus eorū generat lac: & alius non, licet enim indiuiduorum eiusdem speciei sint eadem propria passiones: non tamen oportet quod eorū sint eadem proprietates: quod etiã magis patet. Semina enim omnium virorum sunt eiusdem speciei, & tamen est aliquis homo cuius semen non est actiuum generationis, propter eius imperfectionem. Et propter hoc patet ad alia quæ sequuntur.

Ad quintum.

QVÆSTIO XVII.

Vtrum dimensiones interminatæ precedant formam substantialem in materia.

Primario. Q Væritur 17. Vtrum dimensiones interminatæ præcedant formam substantialem in materia. Et videtur quod sic. Primum. Si dimensiones non præcederent formam substantialem, sequitur quod materia non reciperet simul diuersas formas numero & specie distinctas. Consequens est falsum, vt patet, ergo &c. Consequentia probatur. Materia non recipit diuersas formas: nisi quia ipsa est diuisa in partes. Sed non est diuisa nisi per dimensiones: ergo & cetera. Secundò. Sequitur quod corpus fieret ex non corpore. Sed hoc est falsum: sicut etiam substantia non fit ex non substantiis: ergo &c. Consequentia probatur: quia materia non est corporea nisi per dimensiones, Tertio. Sequitur quod nulla forma posset recipi in materia: consequens est falsum: vt patet ad sensum. Consequentia probatur. Nihil transmutat materiam nisi corpus: corpus autem non agit nisi per contactum: vt dicit Philosophus primo de generatione, text. comment. 45. ergo omne recipiens actionem agentis corporei, habet aliquem situm: alioquin non posset ab agente contingi. Sed omne habens situm habet dimensiones, ergo nisi materia habeat dimensiones non poterit ab agente transmutari.

Primario.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Sexta ratio.

Septima ratio.

tationis accidentalis, manet idem numero: quia retinet eadem formam substantialem quam prius habebat: corpus autem quod est subiectum transmutationis substantialis, non est idem numero: quia non retinet eandem numero formam substantialem, puta corporeitatem: vt dicebat Auerroes quem ibi reprehendit: alioquin transmutatio substantialis esset alteratio: quia esset entis in actu: & similiter sequitur quod tale subiectum retineret nomen & distinctionem. In illo tamen corpore sunt tres dimensiones inseparabiles ab ipso, secundum quas est idem subiectum numero: licet non sit idem numero per aliquam formam substantialem. Item in libro de substantia orbis, ca. 1. columna prima, dicit sic: Quia inuenit, scilicet Arist. omnes formas communicari in dimensionibus interminatis, scilicet quod materia prima nunquam denudatur à dimensionibus non terminatis: quia si denudaretur, tunc corpus esset ex non corpore, & dimensio ex non dimensione: & tunc forma corporalis vel forma corporales essent contrariæ & succedentes sibi in hoc subiecto, sicut est dispositio de formis substantialibus. Et quibusdam interpositis ita subiungit: Dimensiones autem simplices quæ appellantur corpus simplex, non denudantur à primâ materia. Hæc Comment. Quem autem sensum habuerint in prædictis verbis nunc restat declarare. Nam circa hoc sunt duæ opiniones. Prò notitia primæ opinionis quæ cōmunitè tenet. Auer. Sciendum est quod Auerroes posuit tria esse cōternæ, scilicet materiam primam, & formam corporeitatis datam esse corporeum de genere substantiæ & dimensiones. Mouebatur autem ex hoc fundamento, quod putabat quod accidentia non possunt habere pro subiecto nisi tantum ens actu: & idè dimensiones cum sint accidentia, non possunt fundari in sola materia, sed in cōposito ex materia & forma corporeitatis. Pro sua autē positione sic arguit Auerroes. Inter agens & patiens physicum, est cōtactus: vt dicit Philosophus primo de generatione, text. com. 45. Sed omni cōtactus physicus requirit quantitatem: ergo materia in quam agit agens physicum, habet quantitatem: quæ ab ea non separatur in instanti, in quo patitur recipiendo formam substantialem. Sed quantitas cum sit accidens non potest habere pro subiecto nisi ens in actu, ergo in eadem materia est aliqua forma substantialis, quæ ab ea non separatur. Auerroes autem non ponit aliquam formam substantialem cōternam materiæ, sed tantum dimensiones: quia secundum eum sola materia est subiectum dimensionum. Et licet forma substantialis sit perfectione prior quam dimensiones: tamen dimensiones sunt priores origine hæc & illa forma substantiali. Nec sequitur si forma substantialis aduenit materiæ actuata per dimensiones, quod eius generatio sit alteratio: quia oportet subiectum alterationis esse actu per formam datam esse specificum & nomen & distinctionem: huius autem non est quantitas, nec alia forma accidentalis. Fundamentum autem huius opinionis est: quia omne quod corrumpitur, aut corrumpitur à contrario: aut per viam sequelæ, dimensiones autem non possunt corrumpi à contrario. Tum quia quantitas nihil est contrarium: vt dicitur in prædicamentis. Tum quia quantitas non est forma actiua: vt dicitur 4. physico. & consequenter non potest alia corrumpere tanquam sibi contrariam. Non etiam corrumpitur per viam sequelæ: quia quantitas potest in differenter stare cum hac & illa forma: sicut etiã quia caliditas potest indifferenter stare cū forma ignis & cū forma aeris non corrumpitur, dum ex vno eorum generatur aliud: vt dicitur secundo de generatione. Et si hoc est quod dicit Comment. in verbis suprapositis, cap. 1. de substantia orbis: dum ait, quod si materia denudaretur à dimensionibus, sequitur quod forma corporales essent sibi mutuo contrariæ: sicut est dispositio in formis substantialibus. Istum sensum si habuit Comment. in suis verbis, ipse est contra S. Thom. Alio modo exponitur dicta Comment. ad cuius euidentiã est sciendum quod quantitas interminata & quantitas terminata sunt idè realiter, vt infra declarabitur. Et si similiter forma corporeitatis est idè realiter cū formis specialibus: puta forma per quæ homo est corpus, est illa per quæ homo est animal: licet enim Comment. formas elementorum actu in misto: non tamen ponit pluralitatem aliarum formarum. Et quod ista sit mens eius, declaratur: quia ipse ad hoc quod saluet elementa in misto, dicit quod oportet eorū formas substantiales remitti: & quasi effici corporeales: ergo si forma corporeitatis in homine est distincta ab anima, oportet eam remitti. Comm. autem nullas alias formas substantiales dicit posse intendi & remitti, nisi tantum formas elementorum propter earum imperfectionem: ergo alia forma non sunt distinctæ realiter in eodem cōposito. Sciendum secundò quod esse corporeum est primum gradus quem dat quælibet forma substantialis.

Sententia Auerrois. Anicem. pl. 111.

Fundamentum opinionis Auer.

Tex. c. 83.

Tex. c. 25.

Not. primum.

Not. secundum.

Not. tertium

Et ideo forma corporeitatis est forma communis: quia reperitur in omnibus copositis ex materia & forma: dimensiones autem interminatæ consequuntur quamlibet formam substantialem in materia, in quantum dat esse corporeum: & ideo ipsa etiam sunt omnibus communes. Sciendum tertio quod neque corporeitati, neque dimensionibus prædictis est aliquid contrarium propter earum communitatem & ideo quantum est ex se sunt incorruptibiles & inseparabiles à materia & ei coæternæ: licet corruptantur per viam sequelæ ad corruptionem subiecti habentis formam specialem. Forma enim ignis in quantum dat corporeum, est incorruptibilis: & similiter quantitas eius, in quantum est interminata, scilicet in quantum est absolute quantitas considerata per abstractionem ab omni termino scilicet bicubito, tricubito, & sic de aliis: forma tamen ignis, in quantum dat esse igneum, est corruptibilis: quia ut sic habet contrarietatem ad alias formas speciales. Et ideo dico de eius quantitate in quantum est terminata. Sed quia eadem est forma qua ignis est corpus & qua est ignis: ideo ea corrupta in quantum dat esse igneum, corruptitur etiam consequenter in quantum dat esse corpus: & similiter dicendum est de quantitate interminata. Ista autem opinio sic intellecta non est contra S. Thom. & forte ad hunc sensum sæpe concessit ipse quod dimensiones interminatæ sunt coæternæ materiæ. Sed quia opinio secundum primam expositionem communiter attribuitur Comment. ideo contra eam adduco tantum rationes postas à S. Thom. in tractatu de natura materiæ: & eas etiam solua: propterea, ut si illa non est opinio Comment. habeamus rationes contra ipsam. Secundò ut si est opinio Comment. habeamus solutiones & possumus eam tueri. Arguitur ergo quod nulle sint dimensiones nec per se, nec consequentiè inseparabiles à materia. Et quia aliquæ illarum rationum sunt ad probandum, dimensiones interminatas non distinguui à terminatis: istas referuabo ad sequentem quæstionem. Primo igitur arguitur sic. Si dimensiones sunt, aliqua sunt coæternæ materiæ: & ab ea inseparabiles, aut sunteductæ de potentia materiæ, aut non. Si sunteductæ de potentia materiæ, ergo prius non erant in materia: & sic non sunt ei coæternæ: & consequenter sunt ab ea inseparabiles: quia quod non est æternum à parte ante, & non est etiam æternum à parte post: ut dicitur primo cœli. Itè quod educitur de potentia materiæ educitur per transmutationem. Sed transmutatio materiæ nudæ est ad formam substantialem: ergo prius acquiritur in materia forma substantialis quam dimensiones. Si verò non sunteductæ de potentia materiæ, sequitur quod non sunt tantum tria principia rerum naturalium. Consequentia probatur. Quia omne quod manet in genito & non fit ex alio, est principium: ut dicitur primo Physic. Sed dimensiones sunt huiusmodi, si non sunteductæ de potentia materiæ: ergo etiam ipsa sunt principia: & sic sunt quatuor principia. Item sequitur quod accidentia haberent principia alia à principis substantiæ. Patet consequentia: quia Comment. dicit quod dimensiones terminatæ sunt ex interminatis. Secundò. Aut dimensiones interminatæ distinguunt partes materiæ, aut non. Si sic, cum omnis distinctio sit ab aliquo actu materiæ habebit partes distinctas actu, & non à forma substantiali: quod est impossibile, cum non habeat esse nisi à forma substantiali. Si verò non distinguuntur nisi in potentia, ad nihil vile ponuntur: quia in materia nuda est potentia ad diuisionem partium quam acquirit inducta forma, quod est totum compositum ex diuersis partibus. Tertio. Aut ex materia & dimensionibus fit vnum per se, aut per accidens. Non vnum per se: quia ex substantia & accidente non fit vnum per se: 6. Metaph. cum sint diuersorum generum: ergo ex his fit vnum per accidens. Sed omne per accidens reducitur ad per se: ergo in materia est prius aliqua forma substantialis faciens cum ea vnum per se. Quarto. Cum dimensio interminata sit terminata: aut est in materia, ut in subiecto, aut est in ipso coposito. Non in materia, alioquin dimensio esset mensura materiæ & non compositi: cum quantitas sit mensura tantum sui subiecti. Non in composito: quia terminatum & interminatum non variant essentialiter rei. Sed dimensiones interminatæ erant per se subiectiue in materia, ergo dimensiones terminatæ non sunt in composito: alioquin accidens migraret de subiecto in subiectum. Quintò arguitur ab aliis. Dicit Philosophus 1. Physic. quod materia & forma sunt causa omnium accidentium: ergo dimensiones non sunt tantum à materia, sed etiam à forma. Confirmatur: quia Comment. in de substantia orbis dicit quod Aristoteles sciuit dimensiones interminatas non posse esse in materia, nisi postquam forma substantialis fuerit in ea. Sextò. Ex materia & prima forma eius fit vnum per se. Sed ex materia & dimensionibus non fit vnum per

se: quia sunt diuersorum generum: ergo dimensiones non sunt prima forma materiæ. Minor patet. Maior probatur: quia ubi est tantum vnum actus, ibi est vnum simpliciter quod est vnum per se. Septima. Substantia præcedit accidens tempore & definitione: ergo forma substantialis prius est in materia, quam dimensiones. Nec valet dicere, quod materia quæ est substantia, præcedit: quia Philoſophus non potest intellexisse de materia: cum materia non habeat definitionem. Octauò. Propria & immediata potentia debet proportionari proprio actui. Sed omnis forma substantialis est actus simpliciter: ergo eius subiectum est potentia simpliciter. Nonò. Sequitur quod materia haberet maiorem colligationem cum forma accidentali: quam cum substantiali: & quod essentialius eam respiceret. Consequens est falsum: quia materia est eiusdem generis cum forma substantiali: & non cum accidentali. Consequentia probatur, quia per se est separabilis ab omni forma substantiali, & non ab omni accidentali.

Ad primum istorum dicitur quod dimensiones non sunteductæ de potentia materiæ. Et ad primam probationem negatur consequentia. Cuius ratio est quia secundum Philoſophum & Commentatorem, omne principium, aut est principium per accidens, aut per se: dimensiones non sunt principium per accidens: quia tale principium non manet in genito: ut patet de priuatione: principia autem per se habent duo. Primum est quod manet in genito. Secundum est quod sunt de substantia eius: istud autem secundum non conuenit dimensionibus. Ad secundam probationem, dico primò quod alia sunt principia accidentium à principis substantiarum: quia ut dicitur lib. 12. accidentia habent suum proprium potentiale. Dico secundò quod consequentia non valet: quia cum dicitur quod dimensiones terminatæ sunt ex interminatis, ly ex, dicit tantum ordinem naturæ: & non habitudinem principij. Ad secundum argumentum dicitur quod non distinguunt a actu. Cuius ratio est quia non potest esse distinctio per dimensiones: quin ipsa sint terminatæ saltè intrinsecè, scilicet punctis, vel lineis, vel superficiibus, sed bene faciunt eam actu diuisibilem. Et ad probationem negatur consequentia: quia non ponuntur dimensiones interminatæ ut actu distinguat sed ut actu dent esse extensum materiæ, & reddant eam actu diuisibilem in partes, quod non conuenit ei considerare secundum nudam essentialiam suam. Ad tertium dicitur quod eo modo fit vnum ex eis, sicut ex subiecto & propria passione, quia dimensiones interminatæ sunt propria passio materiæ: ex subiecto autem & passione fit vnum per accidens. Metaphysicè loquendo. Ad probationem dicitur, quod isto vno per accidens est prius natura aliquid quod est vnum per se, scilicet ipsa materia, quæ secundum se est vna vntate transcendente, & hoc sufficit. Ad quartum dicitur quod utraque dimensio est tantum in materia, ut in subiecto. Ad improbationem negatur consequentia: quia dimensio primò & per se mensurat materiæ: secundariò autem & consequentiè mensurat totum compositum & formam eius: & accidentia si habeant esse extensum. Ad quintum negatur consequentia: quia propositio Philosophi non est intelligenda coniunctim, sed diuisim: non enim est sensus quod omne accidens sit à materia & forma simul, sed quod omne accidens consequitur, vel hoc, vel illud: dimensiones autem consequuntur tantum materiæ. Ad confirmacionem dicitur sequèdo secundam expositionem, quod illud dictum est verum: quia dimensiones interminatæ præsupponunt formam substantialem in quantum dat esse corporeum. Secundum autem primam expositionem dicitur quod falsè allegatur Commentator: quia ipse non dicit illud de dimensionibus interminatis, sed de terminatis. Eius enim verba sunt hæc. Cum inuenit Aristoteles in eius dimensionibus communicari formas omnes: quarum quilibet habet quantitatem terminatam propriam, sciuit dimensiones terminatas vltimo actu non posse esse, nisi postquam forma substantialis est in actu. Ad sextum negatur maior. Ad probationem dicitur, quod ubi est tantum vnus actus substantialis in materia: ibi est vnum simpliciter & vnum per se: non autem, ubi est tantum vnus actus accidentalis. Quomodo tamen dimensiones interminatæ debent esse actu materiæ, dicitur sequenti quæstione. Ad septimum dicitur quod substantia quæ est materia, præcedit accidens tempore eo modo quo declarauimus libro quinto de mente Commentatoris. Substantia autem quæ est prior accidente definitione & noticia, est substantia composita & sensibilis. Ad octauum dicitur, quod propria potentia debet proportionari actui, id est: debet esse disposita ad ipsum, non tamen sequitur ex hoc, si actus est tantum actus, quod subiectum eius sit pura

Septima ratio.

Octaua ratio.

Nona ratio.

Ad primum.

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad quartum.

Ad quintum.

Ad sextum.

Ad primum.

Ad octauum.

oreen

Nona ratio.

Ad argumentum in capitulo.

Ad primum.

Cause materiae in eodem.

potentia, alioquin sequitur quod cum omne accidens sit tantum actus, quod eius subiectum esset tantum potentia, quod patet esse falsum, subiectum enim albedinis est ens actu. Ad nonum dicitur quod materia respicit essentialius id est, inseparabilius aliquid accidens quam quamlibet formam substantialem, sed respicit essentialius formam substantialem quam accidens: tanquam id à quo materia habet esse simpliciter: habet enim esse simpliciter à forma substantiali & non ab accidentali.

Ad argumenta verò facta in principio quæstionis nunc est respondendum. Sed tamen prius declarabo vnum dubium: quia iuxta secundam expositionem, in qua dicitur quod opinio Comment. & S. Thom. sunt eadem: & quod Comment. ponit formam corporeitatis inseparabilem à materia. Quomodo igitur differt sua opinio ab opinione Auicennæ quem reprehendit 1. Physicorū, comme. 63. Ad hoc respondetur quod differunt in hoc: quia Auicennæ dicit quod corporeitas distinguitur ab aliis formis superuenientibus: & quod ipsa nullo modo separatur à materia, sed semper manet eadem numero corporeitas: & eadem numero dimensio. Comme. autem tenet secundum illam expositionem quod in corruptione substantiali sit resolutio vsque ad materiam primam: & corrumpitur forma corporeitatis, cum sit idem realiter cum aliis formis specialibus, sed quia non corrumpitur per se, & similiter dimensiones interminatæ ideo dicuntur inseparabiles à materia: non quia separantur, sed quia non separantur per se. Pro responsione verò ad argumenta, præmitto vnum quod positum est supra, scilicet quod dimensiones quæ simul introducuntur cum forma in primo instanti, sunt natura posteriores forma in genere causæ efficientis: & sunt natura priores ea in genere causæ materialis: istud autem intelligitur non solum de dispositionibus qualitatibus, sed etiam de quantitativis. Ex quo sequitur, quod dimensiones consequentes formam sunt priores ea in genere causæ materialis. Et si arguitur contra hoc, quia prius natura est rem esse, quam agere vel quouis modo disponere. Sed dispositiones in quantum habent esse, sunt posteriores forma: quia non habent esse nisi ab ea: ergo in quantum disponunt, sunt ergo in quantum sunt dispositiones sunt posteriores forma. Respondetur quod aliqui propter hæc rationem dixerunt dispositiones nullo modo præcedere formam: & quod non oportet materiam esse determinatam ad formam per aliquid intrinsecum, sed sufficit quod determinetur ab agente: sicut etiam paries, qui est de se indifferens ad hanc albedinem & ad illam, disponitur ad hanc numero albedinem non per aliquid sibi intrinsecum, sed tantum determinatur ad hanc ab agente. Ista responsio licet possit sufficere, tamen videretur mihi quod oportet determinari materiam per aliquid intrinsecum: & hoc maxime propter actionem agentis æquiuoci. Nam sol de se est indifferens ad generandum ranam, & ad generandum murè: & materia etiam seclusa omni dispositione, est indifferens ad omnem formam: ergo si sol debet ita in hac materia introducere formam ranæ, quam muris, oportet materiam per aliquid intrinsecum esse determinatam. Nec valet dicere in hoc proposito quod determinatio ista est ex ordine formarum, ut dicebatur supra de forma cadaueris: quia videmus quod aliquando ex terra completa generatur ranæ, & aliquando quod generatur mus vel locusta vel aliquid huius: ergo forma terre completa non habet ex se magis determinatum ordinem ad hanc formam quam ad illam: & consequenter oportet quod ista determinatio fiat per aliquas dispositiones existentes in materia. Nisi forte saluaretur ista responsio dicendo quod materia determinetur per dispositiones præcedentes: quia enim ipsa in instanti in quo abiicitur forma præexistens, corrumpuntur tantum per accidens, scilicet ad corruptionem subiecti, ideo materia est determinata: ut in instanti in quo ille corrumpitur, recipiat talem formam substantialem: ad quam similes dispositiones sequuntur: quales erant illa: quæ per accidens corruptæ sunt. Sed sustinendo quod dispositiones quæ generantur simul cum forma sint priores ea, ut dictum est: alteri responderetur dicendo duo. Primum est, quod prædictæ dispositiones dupliciter se habent ad formam: quia faciunt ad introductionem formæ in materia: & faciunt ad consequentiam eiusdem formæ in materia: in quantum sunt dispositiones primo modo, præcedunt formam natura: in quantum sunt secundo modo, sequuntur eam. Secundum est quod de istis dispositionibus in quantum sunt priores forma: ita loquendum est in proposito sicut de materia: eò quod reducitur ad genus causæ materialis. Cõstat enim, quod materia in illo instanti primo in quo vntur ei forma, habet causalitatem super formam, & forma super ma-

teriam: & cum omnis causa sit natura prior effectu, oportet quod in illo instanti materia sit prior forma: & tamen in illo instanti in quantum est natura prior forma, materia non habet esse, cum non habeat esse nisi à forma. Dico igitur quod sufficit causam materialem in instanti quo est causa & in quantum præcedit id cuius est causa, habere esse potentiale: quia hæc est natura & conditio causæ materialis. Similiter dico in proposito quod dispositiones in quantum natura sunt priores forma, habent esse potentiale. Distinguuntur enim dispositiones à suo esse, sicut & omnes alie forme. Possunt igitur considerari præcise quantum ad eorum essentias quæ sunt in materia: & ut sic, sunt dispositiones, & sunt potèntiales respectu esse, & præcedunt formam. Possunt etiam considerari quantum ad suum esse absolute: & sic sequitur formam, cuius sunt effectus. Possunt etiam considerari in quantum suum esse communicant materiæ: & sic etiam sequuntur formam ordine naturæ: quia prius est eas habere esse, quam communicare suum esse alteri. His præmissis respondebitur ad omnia argumenta, quæ quasi omnia sunt Comment. in primo cap. de substantia orbis: sustinendo quod opinio eius distinguitur ab opinione S. Thom. Ad primum negatur consequentia. Ad probationem dicitur quod est nulla: quia etiam Comment. dimensiones interminatæ non dat actu esse distinctam. Dico igitur quod cum diuersæ forme recipiuntur in diuersis materiis, quantitas quæ simul causatur in materia cum forma substantiali, in quantum est prior forma in genere causæ materialis, facit materiam distinguibilem ab aliis partibus materiæ. Dico secundò quod sufficit materiam in illo instanti in quo recipit formam substantialem esse distinctam ab aliis partibus materiæ per quantitatem: quæ in eodem instanti recipitur in materia. In illo autem priori quo formam præcedit quantitatem, dico quod si forma sit diuersarum specierum, ipsa sunt distincta secundum speciem ex se, & non per quantitatem. Si autem sint eiusdem speciei, sic in illo priori sunt distincta distinctione causantibus numerum transcendentem. Ad secundum dicitur quod ista propositio ex se dicat habitudinem principij intrinseci, conceditur consequentia & negatur falsitas consequentis. Et ad probationem negatur consequentia. Cuius ratio est: quia substantia diuiditur per potentiam & actum: & ideo datur aliqua substantia quæ est pura potentia. Ex quo sequitur quod omnes partes constituentes substantiam, quæ sunt tantum potentia & actus, possunt esse substantia. Et quia huius partes substantiæ, scilicet, potentia & actus non sunt corpus (nam neque pura potentia est corpus) nec actus est corpus, ideo corpus non fit ex corporibus, sed necessitò fit ex non corporibus. Si autem ly ex, dicat habitudinem termini à quo, sic negatur consequentia: quia omne quod fit, est per se corpus: sicut etiam id quod generatur: & dico quod est corpus non per dimensiones coæternas suæ materiæ, sed per suam formam specificam, & per quantitatem eam consequentem. Ad tertium negatur consequentia. Ad probationem dicitur quod omnis actio quæ est motus, requirit subiectum ens actu: & ita intelligit Philosophus primo de generatione, tex. comment. 44. & 45. dum dicit quod omne agens physicum agit per contactum: actio autem quæ non est motus, sed mutatio, cuiusmodi est generatio, non requirit subiectum quod sit ens actu: sed pura potentia: & consequenter non requirit quod in illa mensura qua fit, sit contactus, sed quod immediate ante hoc fuerit contactus: & ita est in omni generatione naturali. Ad quartum patet ex responsione ad primum. Ad quintum dicitur quod proprie loquendo, quantitas non educitur de potentia materiæ: sed consequitur formam substantialem in materia. Et si educitur de potentia alicuius: magis dicendum est quod educitur de potentia subiecti quam materiæ. Nec est inconueniens quod accidens diuisibile recipiatur in subiecto quod est ens actu, sed inconueniens quod albedo recipiatur in subiecto: quod ex se non est album. Ad sextum dicitur quod partes quantitatis non præsupponunt partes materiæ esse actus: sed in potentia quæ reducitur ad actum per partes quantitatis: ita quod partes quantitatis faciunt partes materiæ esse actus partes, id est, esse actu distinctas. Ad septimum dicitur quod quando quantitas corrumpitur per se primò, & generatur per se primò: tunc eius generatio & corruptio sunt motus oppositi, sed quando quantitas corrumpitur & generatur solum per modum sequelæ: tunc eius generatio & corruptio non sunt motus, sed subiecta mutationes, quæ possunt esse in eodem instanti: quia in eodem instanti vna quantitas definit esse, & alia incipit exponendo definit, per negationem de præfenti & positionem de præterito: & incipit per positionem de præfenti, & negationem

De ratione

mat. v. 1. b.

Ad primum.

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad quartum.

Ad quintum.

Ad sextum.

Ad septimum.

de

de præterito. Vtrum autem inter motus oppositos neces-
sario mediet quies, dictum fuit supra q non. Vtrum etiã
opinio Com. & S. Tho. circa dimensiones interminatas sint
eadem, videtur mihi quodd non: alioquin S. Tho. in tracta-
tu de natura materiae non argueret contra eam ex propo-
siti: si tamen ipse edidit illum librum. Item quia Com. pri-
mo cap. de substantia orbis, loquens de materia, dicit q Ar-
rist. scilicet primum eorũ quę recipiuntur in hoc subiecto ef-
se tres dimensiones quę dicuntur corpus. S. autem Thom.
dicit quodd primum quodd recipitur in materia, est forma
substantialis dans esse corporeum.

QUESTIO XVIII.

Vtrum dimensiones interminatae distinguantur
realiter à dimensionibus terminatis se-
cundum Comment.

Primario.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Aue. placiũ

Quæritur decimo octavo, Vtrũ dimensiones intermi-
natae distinguantur realiter secundum Comm. à di-
mensionibus terminatis. Et arguitur q sic. Primò. Termini
motus realiter sunt distincti: vt dicitur primo Physic. Sed
dimensiones interminatae & terminatae sunt termini mo-
tus: quia vt dicitur Com. cap. 1. de substantia orbis dimen-
siones terminatae sunt ex interminatis: ergo & cetera. Secun-
dò. Impossibile est eandem entitatem esse separabilem à
materia & esse inseparabilem: cum sint ista opposita con-
tradictoria. Sed dimensiones terminatae sunt separabiles à
materia: interminatae vero sunt inseparabiles: vt dicitur in
eodem cap. ergo & cetera. Tertio. Impossibile est eandem
quantitatem esse priorem & posteriorem seipsa. Sed dimen-
siones interminatae sunt priores in materia quam termina-
tae: quia prima sunt æternæ, & secunda non. Item prima
præcedunt formam substantialem: & secunda eam sequun-
tur: ergo & cetera. Quarto. Ens in potentia distinguitur realiter
ab ente in actu: vt patet de materia & forma. Sed dimen-
siones interminatae sunt in potentia: dimensiones vero termi-
natae sunt in actu: vt colligitur ex eodem cap. 1. ergo non
sunt eadem.

Responded. In ista questione primò declarabitur opi-
nio Commentatoris. Secundo opinio S. Tho. Quantum ad
primum dicunt aliqui quodd Commentator per dimen-
siones interminatas non accipit aliud, nisi potentiam
materiae vel compositi ex materia & forma, ad ipsam ef-
ficientiam quantitatis sine omni gradu: prout eadem ef-
ficientia quantitatis manet in toto motu argumẽti: ita quodd
potentia materiae ad quantitatem absolute considerata
cum præcissione cuiuslibet gradus: puta pedalis vel bipeda-
lis, & terminorum, huius dicitur dimensio intermina-
ta. Et sic secundum hanc opinionem non est aliud dimen-
sio interminata nisi potentia materiae. Ista expositio est
omniò contra mentem Commen. quia ipse capite primo
de substantia orbis, dicit expẽ, quodd dimensiones intermi-
natae sunt tres dimensiones quæ dicuntur corpus. Et quodd
tres dimensiones sunt accidentia: constat autem quodd
potentia materiae non est corpus secundum ipsum: nec est
accidens materiae, sed est eius differentia substantialis: vt
dicit Comment. in eodem cap. Alij dicunt quodd quantitas
præcedens in materia cum forma quæ abicitur ante gene-
rationem eius quæ de nouo acquiritur, dicitur dimensio
interminata, in quantum talis quantitas facit materiam
diuisibilem ab alia materia: & in quantum etiam facit eam
transmutabilem. Nam ad hoc quodd materia recipiat di-
uersas formas, oportet quodd habeat diuersas partes in qui-
bus eas recipiat: diuersas autem partes sine quantitate ha-
bere non potest. Similiter ad hoc quodd transmutetur ad
formam, oportet quodd habeat quantitatem, cum nihil na-
turaliter transmutetur nisi quantum. Dare autem ista duo
materiae scilicet esse transmutabile, & esse distinctum, non
conuenit quantitati in quantum est terminata, id est in quan-
tum est tanta vel tanta, sed absolute in quantum est quan-
titas: & ideo quantitas in quantum dat materiae duo prædi-
cta, dicitur interminata. Ista expositio non videtur esse ad
mentem Commentatoris. Tum quia secundum ipsum di-
mensiones interminatae nunquam separantur à materia.
Tum quia forma substantialis recipitur mediantibus eis
in materia: de quibus prædicta expositio nullã facit men-
tionem. Et ideo ad habendam notitiam opinionis Com-
mentatoris ponitur ista conclusio. Dimensiones intermi-
natae non distinguantur realiter à dimensionibus termi-
natis. Prohò itaò conclusionem: & postea declarabo quo-
modo dicatur terminatae & interminatae. Prima ratio pro
conclusionem est ista. Impossibile est duas quantitates di-

stingui, nisi aut per situm, aut per subiectum: sicut contin-
get si duo corpora essent simul, secundum quodd dice-
bant antiqui ponentes generationem corporum: vt ha-
betur 4. physicorum. text. comm. 53. Sed quantitates in igne
vel in alio corpore non possunt distinguí situm: quia vnum
corpus habet vnicum situm: nec possunt distinguí subie-
cto tantum: quia secundum Commentatorem est impos-
sibile duo corpora esse in eodẽ situ: ergo nullo modo, pos-
sunt in eodem esse duæ quantitates actu distincte. Dicitur
fortè quodd distinguuntur sicut ens in potentia & ens in
actu: quia dimensiones interminatae sunt tantum in poten-
tia, & terminatae sunt in actu. Sed contra hoc arguitur. Pri-
mò, quicquid dat alicui esse, partibile est in actu: sicut &
ipsum esse quodd dat. Sed dimensiones interminatae dant
materiae esse partibile. Vnde Commentator primo cap. de
substantia orbis, sic dicit: Diuisio autem non est huic subie-
cto, scilicet materiae, nisi per quantitatem: & loquitur de
dimensionibus interminatis. Et in eodẽ causato circa me-
dium sic dicit, loquendo de materia & de dimensionibus
interminatis. Si non haberet dimensionem, non reciperet
insimul formas, diuersas numero: neque formas diuersas
specie, nisi in temporibus diuersis: ergo dimensiones in-
terminatae sunt actu. Secundo, quia nullum demonstrabile
ad sensum est ens in potentia. Sed dimensiones intermi-
natae sunt demonstrabiles ad sensum: ergo & cetera. Maior pater.
Minor est Commentatoris, 1. physico. Commento. 63. vbi
dicit quodd videmus ad sensum idem corpus transferri de
carneitate in terrestreitate: & tamen manere idem cor-
pus. Secundo principaliter arguitur. Omne quodd est in ali-
quo genere directè, aut pertinet ad illud genus tanquam
species, vel indiuiduum: aut reducit ad genus tanquam
principium, vel priuatio, vel pars. Sed quantitas intermi-
nata si distinguitur à terminata non est in genere quanti-
tatis: vt species vel indiuiduum: cum omnis species sit de-
terminata respectu sui generis: & omne indiuiduum re-
spectu suæ speciei. Non etiam sunt in genere vt princi-
pium: quia principium primæ dimensionis scilicet linea
est punctus, qui caret omni dimensione. Non etiam sunt
priuationes: quia priuatio nullam habet essentia. dicit autem
Commen. quodd dimensiones interminatae sunt quædam
accidentiales essentia in materia. Neque sunt in gene-
re vt partes: quia partes cuiuslibet totius quantitatu sunt
terminatae. Tertio. Impossibile est ponere aliquam dimen-
sionem in materia sine puncto: cum punctus sit primum
principium omnium dimensionum. Sed punctus sicut est
principium lineæ, ita est terminus eius: vt patet ex defini-
tione lineæ qua dicitur quodd linea est longitudo sine la-
titudine: cuius extrema sunt duo puncta: ergo omnis di-
mensionis longitudo est terminata: & per consequens si
dantur aliquae dimensiones interminatae, illæ non distin-
guuntur realiter à terminatis, sed sunt eadem realiter & ra-
tione distinguuntur. Ad cuius notitiam est sciendum quodd
ad quamlibet formam substantialem in materia, conse-
quitur determinata quantitas: propter quodd dixit Com-
ment. primo cœli comm. 75. quodd diuersas formarum est
causa diuersitatis quantitatum & magnitudinum recipien-
tium formas. Et eandem sententiam posuit 1. de anima
commento 53. arguens cõtra Pythagoram vbi dicit Com-
mentator quodd membra leonis non differunt à membris ce-
ui: nisi propter diuersitatem animæ leonis ab anima cerui.
Sciendum secundò quodd eadem numero quantitas ma-
neus in materia potest esse nunc magis & nunc minus ex-
tensa, id est habere partes magis & minus distantes: pro-
pter quodd talis quantitas non est ex se determinata ad cer-
tum gradum extensionis, sed est indifferens ad multos gra-
dus: & in potentia ad eos. Sciendum tertio, quodd quanti-
tatis aliquis est terminus intrinsecus, scilicet puncta respe-
ctu lineæ, & linea superficies corporis: aliqua vero est ex-
trinsecus, id est, alterius generis à dimensionibus scilicet fig-
ura: & esse bicubitũ vel tricubitũ & sic de aliis. Imaginatur
itaque Com secundum primã expositionẽ positam in præ-
cedenti questione, quodd eadem numero quantitas manet
semper in materia: sed secundum quodd in eadem materia
succedunt diuersae formae substantiales, ita illa quantitas re-
cipit diuersas figuras & maiorem & minorem extensionem.
Hæc igitur quantitas cum de se sit indifferens ad varias
extensiones & figuras, vt dicitur sic, esse interminata &
potentialis, & eadem quantitas secundum quodd habet sem-
per aliquam figuram & extensionem: sicut etiam semper
est coniuncta alicui formæ substantiali dicitur terminata.
Hanc esse suam opinionem innuit Comment. c. 1. de sub-
stantia orbis: columna prima, in fine: cum dicit: Vide-
tur quodd forma caliditatis quãdo agit in aqua: augetur &
crescit in dimensionibus & vicinatur dimensionibus aë-
tis: cum igitur peruenit ad maximam quantitatem aquæ
tunc

Conclusio
sana opinio-
nis Auer.

tunc subiectum eius denudatur à formã aquæ & quantita-
te dimensionum aquæ propria, & recipit formam aëris &
quantitatem dimensionum propriam formæ aëris. & simi-
liter facit contrarium forma frigiditatis in aëre, scilicet
quodd dimensiones aëris non cessant diminui donec spo-
lietur à sua forma & recipiat formam aquæ: dimensiones
autem simplices quæ appellantur corpus simplex, non de-
nudantur à prima materia. Hæc Commenta. & in eod. li-
bro cap. tertio sic dicit, Vidit Aristot. quodd trina dimensio
non separatur à materia, à qua tamen aufertur superficies:
& non remanet aliquid in ea, nisi dimensio quæ est in po-
tentia ea. Nam cum determinatur superficies, sit corpus
in actu: cum vero aufertur superficies, remanet dimensio,
id est, corpus in potentia. Ex prædictis patet quodd secun-
dum Commentatorem eadem numero quantitas secun-
dum quodd variatur eius extensio, dicitur diuersimodè ter-
minata: & eadem dicitur interminata secundum quodd ex
se est in potentia ad hanc vel illam extensionem.

Quia fuerit
in quæstio o-
pino Tho.

Thom.

Mens S.
Thom.

Ad primum.

Ad secundũ.

Ad tertium.

Ad quartũ.

Quantum vero ad opinionem Sancti Thomæ dicunt
aliqui quodd sibi contradixit: quia aliquando dicit in mate-
ria esse dimensiones interminatas: & aliquando istud negat.
Mihi autem videtur quodd sibi nõ contradixerit. Nam
in 4. distinctione 12. recitat opinionem Commentatoris,
dicens: quodd si materia panis non conuerteretur in cor-
pus Christi, reciperet aliquam formam aliam mediatis
dimensionibus: quæ erãt in pane. Ponit igitur duo de men-
te Commentatoris. Primum est, quodd eadem numero di-
mensiones sunt in generato & corrupto. Secundũ est quodd
materia mediatis eis recipit formam. Primum istor-
um non concedit S. Tho. sed ponit tantum recitando opi-
nionem Commentatoris. Secundum autem concedit: non
tamen ad sensum quem habebat Commen. sed solum quia
dimensiones prius natura recipiuntur in materia in gene-
re causæ materialis quàm forma eo modo qui declara-
tus est supra. Similiter in 4. dist. 44. vbi dicit quodd in re-
surrectione reparabitur idem corpus numero: quia manet
eadem anima & eadem materia: & eadem dimensiones.
Non enim dicit hoc vltimum determinatè: sed respondendo
ad argumentum infidelium ex his quæ ab eis conceduntur.
præsertim à Commentatore. quasi velit dicere S. Tho. ani-
ma intellectiua manet corrupto corpore: eadem materia
manet: & eadem numero quantitas manet, vt tu concedis:
ergo potest idem numero reparari. Sua igitur responsio
procedit ex concessis ab aduersario: & non ex his quæ sunt
suæ opinionis. Et ita exponendus est vbi quicquid loquitur
de materia ista. Posuit autem S. Tho. dimensiones intermi-
natas esse eadem realiter cum terminatis & distinguí: vt
dictum est supra de mente Comment. nec ab eo differt
quantum ad hoc nisi quodd vult eas separari à materia in
separatione formæ substantialis.

Ad rationes in oppositum patet, quid dicendum. Ad pri-
mum negatur maior. Nam albedo remissa est terminus à
quo intensiois, & eadem intensio est terminus ad quem.
Licet enim Philosophus dicat 1. physicorum, text. com. 51.
quodd termini motus sunt incompossibiles, non tamen di-
cit quodd sint realiter distincti. Ad secundum negatur ma-
ior secundum Commentatorem: licet enim à materia se-
paretur dimensio terminata: tamen dimensio interminata
non separatur à materia, id est, licet dimensio desinat ha-
bere terminum quem prius habebat: tamen manet in materia
& est de se in potentia ad multos terminos. Sanctus autem
Thom. diceret, quodd vtraque est separabilis à materia per
medium sequela. Ad tertium negatur maior, loquendo se-
cundum diuersas consideraciones. Eadem enim quantitas,
in quantum de se est indifferens ad hunc & illum termi-
num, est prior seipsa in quantum habet hunc terminum:
puta hanc figuram, vel hanc extensionem: sicut etiam eadẽ
albedo est prior seipsa etiam tempore in quantum est simi-
litudo. Ad quartũ dicitur quodd maior est vera de eo quodd
est eas in potentia: ita quodd est pura potentia, in quo ten-
su negatur minor. Sed eadem maior est falsa de ente in po-
tentia ad hoc vel illud. Idem enim Sortes numero qui nunc
est albus in actu, erat prius in potentia ad albedinem. Et
similiter eadem numero quantitas quæ nunc habet hanc
figuram: erat prius in potentia ad hanc figuram.

QUESTIO XIX.

Vtrum aliqua forma possint intendi & remitti.

Primario.

Secunda ra-
tio.

Quæritur decimonono. Vtrum aliqua forma possint
intendi & remitti. Et arguitur q non. Primò. Impos-
sibile est aliquam formam intendi: quia ipsa sit ma-
gis talis quàm esset prius. Sed vna albedo non est magis
albedo quàm alia: ergo non est possibile albedinem inten-
di: & idem iudicium est de aliis formis. Secundo. Dicit Phi-

lophus 8. metaphysic. text. commen. 10. quodd forma re-
rum sunt sicut numeri: ita quodd quolibet addito variat spe-
cies: sed non potest fieri intensio formæ: nisi aliquid ei ad-
datur: alioquin per motum realem, nihil reale acquirere-
tur: ergo forma intensa distinguitur specie à forma remissa:
quod est impossibile.

Responded. præmittendo vnum isti quæstioni & om-
nibus sequentibus: quodd licet agere de intensiois forma-
rum & earum proportionibus pertineat ad naturalem
& aliquo modo ad metaphysicam: quia tamen Philoso-
phus de hac materia aliquid tangit in isto: dicimus quid
in hoc senserit S. Tho. abstinendo à maximis & subtilissi-
mis quæstionibus, quas posuit Suiffert calculator: & reli-
qui, qui toto tempore vitæ suæ insudarunt circa hanc par-
tem philosophiæ: quia in sequentibus agendum est dista-
se de intensioe formarum: & Aristot. secundo Posteriorum,
docet prius esse determinadã quæstionem, an est:
idem hanc quæstionem præposuit omnibus sequentibus:
licet in se non habeat magnam difficultatem: sed solum
in his quæ ad eam sequuntur. Sciendum est igitur quodd
intensio accipitur dupliciter. Vno modo pro actione qua
forma accidentalis vel potius subiectum secundum eam
alteratur: & sic calefactio & dealbatio dicuntur esse quæ-
dam intensioes. Alio modo accipitur intensio pro ipsa
forma intensa: & sic dicimus albedinem perfectam esse
intensioem albedine imperfecta. Et quia secundum se-
quitur ad primum: idem in sequentibus erit sermo aliquan-
do de vna, & aliquando de alia: licet magis agendum sit
de ipsi formis: quæ dicuntur intense aut remissa. Scien-
& intensiua. Latitudo extensiua est dimensio siue quanti-
tas continua permanens, quæ est superficies. Attenditur
autem excessus in huius latitudinis, penes maiorem distan-
tiam extremitatum: nam quãto extrema vnius superficiẽ
magis distant, tantò ipsa est magis extensa, & occupat ma-
iorem situm. Latitudo intensiua non attenditur penes ma-
iorem aut minorem situm: sed solum penes maiorem dis-
tanciam in perfectione. Nam albedo quæ est in pedali
niuis, est præcisè tantæ extensionis, quæ est albedo in
pedali parietis: & tamen est maioris intensiois: quia est
ea perfectior: nix enim est albius pariete. Et quia sunt mul-
ti gradus in isto excessu perfectionis: quia gratia exempli,
a, habet perfectiorem albedinem quàm b, & b, quàm c, &
c, quàm d, ideo ab a, vsque ad d, est quædam latitudo per-
fectionis quæ dicitur latitudo intensiua. Et sic loque-
mur de intensioe in quæstionibus sequentibus. Scien-
dum tertio, quodd comparatio inter formas quantum ad
intensioem attenditur primò & per se, ratione identita-
tis specificæ. Si enim excessus in perfectione vnius speciei
super aliam, sufficeret denominare vnam esse intensioem
alia: sequitur quodd anima intellectiua in homine esset in-
tensior quàm sensitua in bruto: quodd tamẽ est falsum se-
cundum omnes: quia vna anima intellectiua non est quan-
tum in se est perfectior quàm alia: vt infra probabitur. Et
si dicatur: Nonne nigredo corui est intensior quàm albe-
do manus? & tamen distinguuntur specie. Responded. quodd
vtrique aliqua nigredo potest esse intensior quàm hæc si-
gnata albedo: pura quia nigredo illa est vt 6. & albedo est
tantum vt 1. Sed nunquam diceretur illa nigredo esse in-
tensior hac albedine, nisi esset intensior aliqua alia nigred-
ine quæ est eiusdem speciei cum ipsa: & ita per prius con-
uenit ei comparari ad aliquam suæ speciei: quam ad ali-
quam alterius speciei. Sciendum quartò quodd excessus in
istis formis, potest habere similitudinem ad excessum se-
cundum quantitatem continuum, & secundum quantita-
tem discretam. Secundum quantitatem discretam est quan-
do forma intensior potest in plura obiecta quàm forma
remissa: sicut si habitus scientificus est simplex qualitas: vt
quidam volunt: quantum sit intensior, tantò potest in plures
conclusiones. Secundum vero quantitatem continuum est
ex hoc præcisè, quodd forma intensior maiorem habet actu
latitudinem intensiuam, quàm remissa: sicut etiam illa quan-
titas dimensiuua est maior: quæ plus habet de extensione.
His præmissis dico ad quæstionem quodd aliqua forma ac-
cidentalibus possunt intendi & remitti. Probatum ista conclu-
sio. Primò. Omnis qualitas quæ nunc est altera perfectior
eiusdem speciei, & prius non erat, est intensior ea: quia
idem est vnam esse intensioem, quodd esse perfectiorem.
Sed existentibus duobus caloribus æquè perfectis: pura in
duabus aquis, contingit vnum fieri perfectiorem alio vt
patet ad sensum: ergo contingit vnum eorum intendi. Secun-
dum, dicit Philosophus in prædicamentis cap. de qualitate,
quodd qualitas suscipit magis & minus: album enim
magis & minus alterum altero dicitur: & iustum altero ma-
gis & minus dicitur. Quodd autè sit idem esse magis albu-
m
Quæst. Meta. Paul. 30n. 9 4. altero

Not. primũ.

Not. secun-
dum.

Duplex la-
tudo.

Not. tertiu.

Not. quartũ.

Conclusio
sana opinio-
nis Auer.

altero quod intensus album, patet ex Commen. qui ibi sic dicit. Et namque recipit quantitas magis & minus: quoniam iam erit iustus magis iusto: & album intensus albo. Circa hanc conclusionem nolo amplius me extendere: quoniam quod omnibus Peripateticis est concessa.

Ad primum. Ad primum in oppositum negatur maior: sed sufficit quod aliud secundum ipsum sit magis tale: & sic est in proposito: licet enim vna albedo non sit magis albedo quam altera: tamen vna est intensior altera, & secundum eam dicitur corpus esse magis album. Ad secundum dicitur quod Philosophus comparat formas numeris, quantum ad hoc quod si cut vnitas addita numero variat speciem: sic si addatur aliqua realitas essentie formae ipsi formae praesistenti, variabitur species: nos autem non ponimus intentionem fieri per additionem partis formae ad formam: sed per maiorem participationem formae in subiecto: & ideo illa auctoritas Philosophi non est ad propositum.

Ad secundum.

QUESTIO XX.

Vtrum in toto tempore intensiois forma maneat eadem forma numero.

Prima ratio.

Queritur secundo. Vtrum in toto tempore mensuratione intensioe alicuius formae, maneat eadem forma numero. Et arguitur quod non. Primò. Sicut est in motu ad vbi: ita videtur esse in motu intensiois: cum vterque habeat successionem. Sed in motu ad vbi continuè corruptitur primum vbi, in aduentu secundi: quia vt probatur sexto phys. tex. com. 32. mobile non est in spatio sibi aequali, nisi per instantes: & ita neque est in eodem vbi, nisi per instantes: quia si esset in eodem vbi per duo instantia, cum inter quolibet instantia necessariò mediet tempus: sequitur quòd dum mouetur, esset in eodè vbi per tempus: & consequenter quòd quiesceret: ergo similiter in intensioe sit corruptio formae praesistentis, & est continuè alia & alia numero. Secundo. Terminii motus sunt impossibiles, ergo forma quae est terminus ad quem in motu intensiois. Tertiò. Ea distinguuntur realiter inter quae cadit comparatio secundum maius & minus: quia idem non est maius seipso. Sed inter formam quae est terminus ad quem: & eam quae est terminus ad quem cadit comparatio: eò quòd forma intensa est maior & perfectior quam remissa: ergo distinguuntur numero. Quarto. Impossibile est contraria esse simul. Sed minus album & magis album sunt contraria, vt dicitur quinto physicorum. tex. & com. 19. ergo &c. Quintò. Forma perfectior continet imperfectiorem, sicut sensitiuum continet vegetatiuum. Sed ista continentia est tantum virtualis & non realis: ergo in forma intensa non est realiter forma remissa.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Respondet quòd praesens quaestio affert nobis parum difficultatis: quia ponimus quòd eadem numero forma omnino non mutata in essentia sua, & nulla realitate formae ei penitus addita, sit intensior. Et dicitur intensior ex eo quod est magis radicata in subiecto: sicut declarabitur in sequentibus. Sed maior difficultas accidit eis qui dicunt formas intendi per additionem partis formae ad formam praesistentem. Vnde quidam ex eis dicunt quòd in quolibet instanti temporis mensurantis intensioem formae, est continuè alia & alia numero forma. Quidam verò ex eis tenent quòd manet continuè eadem numero forma: sed augetur intensioe: sicut & in augmento quantitatis extensioe fit additio partis ad partem. Et quia isti conueniunt nobiscum in hac conclusione: licet differant in modo ponendi eam. Ideò duo faciam in ista quaestione. Primò probabitur absolute quod in toto tempore mensurante intensioem, manet eadem numero forma. Secundo idem probabitur ex his quae conceduntur ab aduersariis.

Conclusio.

Suppositum primum.

Suppositum secundum.

Quantum ad primum arguitur sic. Primò supponitur quod actus elicit ab aliquo habitu intendunt ipsum: quia sicut habitus generantur ex actibus: ita ex eisdem intenduntur: quia hoc est generale in omnibus formis intensibilibus, quod per quoscunque actus generantur per eosdem vel similes intenduntur. Supponitur secundo, quòd actus intellectus & voluntatis sit subiecto: & hoc probatur libr. 9. vbi erit specialis quaestio de hac materia. Sit ergo in voluntate vnus habitus, puta a, eliciens vnum actum ex magno conatu vnus iustitatis, qui actus sit b; & arguitur sic, b in hoc instanti intendit alicquem habitum, & tantum intendit quantum potest, cum agat ex necessitate naturae: aut ergo intendit a, aut alicquem alium habitum. Non alium, quia alius non est in hoc instanti, cum ipsum a sit in hoc instanti: duo enim habitus non eliciunt eundem actum numero: ergo intendit a, ergo a in hoc instanti est. Tunc vltra. Eadem voluntas

omittat habere volitionem, quae est, a, & hinc ad horam efficiat alium actum qui sit, c. Et arguitur vt prius quòd b, c, intendit alicquem habitum: & non alium nisi, a: ergo in tota intensioe manet eadem numero forma. Confirmatur Nulla res corrumpitur saltem per negationem de praesenti, in illa mensura in qua agit: quia nihil agit nisi dum est. Sed actus elicitus, ab aliquo habitu in instanti, intendit ipsum in illo instanti in quo est elicitus: quia vt dictum est, agit necessariò: ergo habitus in illo instanti est: & tamen in eodem instanti est etiam id quòd est acquisitum per intensioem illius: ergo intensioe ista manet idem habitus: & non est corrupta forma praesistentis. Confirmatur secundo, quia nulla res corrumpit seipsam per actum suum. Sed habitus praesistentis eliciendo actum intendit seipsam per actum suum: ergo per eundem actum non corrumpit se. Secundo arguitur. Si in intensioe est continuè alia & alia forma, ergo similiter est etiam in remissione. Sed hoc est falsum: ergo &c. Patet consequentia. Falsitas consequentis probatur. Sit, a, ignis, ex quo debet generari aqua per actionem aquae remittentis calorem ipsius, a, & signetur vnum instans in quo in, a, sit calor vt 8. & postea, vt tu dicis in, a, non sit idem numero calor: sed alius, scilicet calor vt 7. Quòd a quo generatus est per se ipse calor vt 7. Non potest dici quòd sit generatus per se, nisi aut ab aqua, aut a subiecto, scilicet ab ipso igne aut a calore qui praesuit, scilicet a calore vt 8. aut a seipso. Sed non est per se generatus aut ab aqua: vnus enim contrarium non generat per se aliud: oportet autem isti calori assignare causam per se: praesertim cum generatio sit per se intenta, & agens naturale non corrumpat nisi vt generet: aqua autem ratione suarum qualitarum est contraria huic calori: ergo &c. Non est etiam generatus a subiecto, nec a seipso, quia nulla res educit se de potentia in actum. Dicitur forè quòd est a forma substantiali ignis. Sed contra. Forma illius ignis est in se tãta perfectionis quantae erat ante: cum formae substantiales non remittantur: ergo si generat calorem in subiecto, cuius ipsa est forma, generabit eum ita intensum vt prius. Non etiam generatur a calore qui praesuit. Tum quia ille calor non est: eò quòd primum est huiusmodi qui de nouo per te generatur, & primum non esse illius qui praesuit. Tum quia sequitur quòd ille calor qui praesuit corrumpet seipsum. Nam idem agens quòd introducit vnã formam de nouo, corrumpit eam quae abicitur: ergo non potest assignari causa per se huius noui caloris. Nisi dicat quòd est caelum, qui non sunt bene dispositi ad philosophiam: sicut etiam reprehendit Commenta. 9. Metaphy. commento 7. circa finem, eos qui dicebant omnia esse tantum a Deo: & tuberahebant a rebus proprias actiones. Et etiam probatur ratione: quòd non sit a caelo, quia agens vniuersale cuiusmodi est caelum, agit secundum exigentiam agentis particularis. Sed huic subiecto approximata est aqua sufficiens causare frigus: ergo potius caelum causaret frigus quam illum calorem. Tertiò arguitur. Nullum agens viuocum potest inducere formam altioris gradus, quam habeat formaliter in se. Sed calor minor intendit maiorem: ergo in hac intensioe calor vltimo causatus, non est alius numero ab eo qui erat remissus. Maior patet: quia agens viuocum continet effectum suum formaliter. Non continet autem formaliter gradum superiorem: & ideo non potest producere vnã formam de nouo quae sit superior & perfectior quam sua. Minor patet ad sensum: Nam calor causatus ex lignis, est remissior quam calor ferri igniti: & tamen ignis lignorum per suum calorem causat illum calorem in ferro: ergo calor ferri non est alia forma in vltimo instanti intensiois eius a forma ignis lignorum introducta.

Quantum ad secundum. Sciendum est quòd dupliciter potest intelligi formam praecedentem in intensioe corrumpi. Vno modo ita, quòd in quolibet instanti temporis mensurantis aiterationem, sit alia & alia forma. Alio modo quòd hoc sit in quolibet instanti: sed in alia & alia parte temporis: puta quòd ignis causans calorem in aqua per aliquod tempus, disponat aquam ad certum gradum caloris: & postea per tempus disponat eam ad altiore gradum: & dum eum introducit, corrumpat praecedentem gradum. Illi contra quos arguitur in ista quaestione non ponunt hunc secundum modum: sed primum: & ideo specialiter arguitur contra ipsum. Supponendo primo quòd aliteratio & intensio formae sit motus continuus simpliciter. Istud suppositum licet non sit verum: vt dicitur infra: tamen conceditur ab eis. Supponitur secundo quòd per tempus intensiois, quaelibet forma secundum quam sit intensior: duret tantum per instantes. Istud suppositum sequitur etiam expositioe eorum: quia si aliqua forma eadem numero duret per tempus: cum in tempore illo

Distinctio.

Suppositum primum.

Suppositum secundum.

elicet

Suppositum tertium.

Ad primum.

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad quartum.

Distinctio.

Ad quintum.

esset adhuc intensior, & acquiratur semper aliqua pars formae, iam praesistentis & sequens essent simul: & consequenter non in quolibet instanti esset alia & alia: quòd est contra positionem. Supponitur tertio quòd terminus a quo in intensioe non est priuatio formae intensae: sed est alia quòd posituum, scilicet forma remissa. Hoc suppositum ipsi ponunt: vt patet in secundo, ratione eorum posita in principio huius quaestiois. Et arguitur sic. Sortes ante calidus incipit magis calefieri, ita quòd intensio caloris eius duret per horam: verum est dicere, in aliquo signato instanti huius horae, quòd aliquis gradus caloris est nunc primo generatus in Sorte: ergo aliquis gradus caloris est nunc primo corruptus. Patet consequentia per positionem: dum vnus generatur, necesse est alium corrumpi: & etiam quia termini motus sunt impossibiles: terminus autem a quo est gradus remissus, vt patet ex tertio supposito. Quare autem de isto qui est nunc primo corruptus, verum sit acquisitus in eodem instanti in quo est corruptus: & constat quòd non: ergo in aliquo instanti priori. Et cum inter instans in quo fuit genitus: & instans in quo fuit corruptus mediet tempus, oportet quòd durauerit per tempus. Et cum illa intensio sit continua per primum suppositum, sequitur quòd post instans in quo iste gradus est primo genitus, & ante instans in quo est primo corruptus, multi gradus caloris sint acquisiti: & consequenter quòd dum isti acquirantur: ille primus non corrumpatur.

Ad rationes in oppositum respondetur. Ad primum negatur maior. Cuius ratio est: quia motus localis est simpliciter continuus: & ideo necesse est quòd mobile habeat continuè aliud & aliud vbi: alioquin non continuaretur motus simpliciter, sed mobile aliquo modo quiesceret. Intensio autem formae non est motus simpliciter continuus: vt dicitur infra: & ideo est necesse quòd sit continuè alia & alia forma. Dicitur secundo, quòd forma quae intenditur, magis habet similitudinem cum magnitudine (super quam mobile mouetur, quam cum vbi: cuius ratio est, quia sicut diuisibilitas est in motu locali propter latitudinem extensiuam ipsius magnitudinis: ita diuisibilitas est in alteratione propter latitudinem intensiuam ipsius qualitatis, & ideo sicut manet eadem magnitudo numero in toto motu locali: ita manet eadem qualitas numero in tota alteratione. Et sicut in motu locali est continuè aliud & aliud vbi: ita in intensioe est continuè alius & alius gradus. Ad secundum dicitur quòd termini motus possunt considerari dupliciter. Vno modo quantum ad eorum entitates: & sic negatur antecedens: patet enim quòd dum quantitas augetur, manet praesistentis quantitas. Alio modo possunt considerari in quantum sunt termini, & sic conceditur antecedens & negatur consequentia: & quia forma non est terminus a quo in intensioe, si accipitur praesens secundum entitatem suam: sed in quantum est remissa: & in quantum est ei coniuncta priuatio gradus altioris. Et quia non manet remissa nec coniuncta praedictae priuationi postquam est facta intensior: ideo non manet prius erat terminus a quo & hoc sufficit. Ad tertium negatur maior. Ad probationem dicitur quòd eadem forma intensibilis secundum quòd habet vnum gradum, potest dici imperfectior seipso secundum quòd habet alium: sicut etiam Sortes doctus est nobilior seipso indocto: & tamen est idem numero Sortes. Ad quartum negatur minor. Ad probationem dicitur quòd minus album non dicitur contrarium magis albo, nisi quia est minus elongatum a nigredine quam magis album: sed hoc non facit proprie contrarietatem. Dicitur secundo quòd dupliciter possunt aliqua dici contraria. Vno modo quantum ad suas entitates, & sic negatur minor: nec sic intelligit Philosophus & Commentator. Alio modo quantum ad suos modos essentiae: & sic conceditur totum: & non sequitur aliud, nisi quòd eadem forma non potest esse simul intensa & remissa. Ad quintum negatur maior. Nam sensitiuum continet vegetatiuum: eo modo quo forma vnus rationis continet formam alterius rationis, & propter hoc vegetatiuum non potest fieri sensitiuum. forma autem intensa continet formam remissam tanquam id cum quo est eiusdem rationis: & ideo forma remissa manens eadem numero potest fieri intensa.

QUESTIO XXI.

Vtrum intensio formae fiat per additionem partis ad partem.

Prima ratio.

Queritur 21. Vtrum intensio formarum fiat per additionem partis ad partem. Et arguitur quod sic. Primò. Per quamlibet transmutationem realem acquiritur, vel deperditur aliquid reale, sed intensio & remissio sunt

reales transmutationes, ergo &c. Sed illud reale quòd acquiritur per intensioem, non potest esse aliud quam aliquid ipsius formae: ergo aliqua pars formae additur formae praesistenti. Confirmatur: quia terminus intensiois, aut est praesens forma quae praesuit: aut est aliqua entitas superaddita. Non primum, quia idem non potest bis naturaliter produci: ergo secundum: quòd est propositum. Confirmatur secundo: quia sequitur quòd agens naturale ageret: & tamen nihil ageret: consequens est falsum, vt patet ex se. Consequentia probatur: quia non agit formam praesistentem suae actioni: nec aliquam aliam, vt tu dicis, ergo sequitur quòd nullam. Confirmatur tertio: quia sequitur quòd mobile moueretur ad id quòd habet: & sic moueretur otiose: quòd est falsum. Patet consequentia: 4. phys. com. 19. vbi probatur quòd locus non est materia nec forma: quia si sic, cum mobile moueatur ad locum, moueretur ad id quòd habet, & ita otiose. Confirmatur quarto: quia calidum intensum potest in aliquam operationem, in quam non poterat prius: ergo habet aliquam formam per quam agit, quam ante non habebat. Secundo. Impossibile est fieri transitum de contradictione reali in contradictione realem, nisi fiat acquisitio aut deperditio alicuius realitatis in eo de quo successiue verificantur contradictiones. Sed huius transitus sit in forma quae intenditur, quia prius non erat intensa: & modo est intensa. ergo &c. Confirmatur: quia Commentator primo physicorum, commento 62. dicit quòd omnis forma secundum quam aliquid transmutatur, habet partes.

Respondet. Circa hanc quaestioem sunt duae oppositae opiniones generales: quarum tamen quaelibet habet varios modos dicendi. Quidam enim dicunt quòd formarum intensio attenditur penes hoc, quòd aliqua noua realitas pertinet ad essentiam formae, additur formae praesistenti. Imaginantur enim isti quòd sicut in augmento quantitatis additur quantitas quantitatis secundum extensionem, ita etiam in augmento formarum addatur forma formae: puta, albedo albedini: calor calori: sic de aliis. Ita tamen quòd ista additio non sit extensiuã, id est, secundum diuersas partes subiecti: sed intensiuã, & in eadem parte subiecti: & quòd ex forma quae additur: & ex ea cui additur sit vnum per se & vna forma totalis & completa. Ista autem opinio diuersimodè declaratur propter difficultates quae accidunt tenentibus eam. Mouentur tamen omnes principaliter ex rationibus positis in principio quaestiois: Et licet multiplicentur argumenta ad diuersis: tamen totum fundamentum positionis in illis consistit: & ad ea reducuntur aliae rationes. Quidam verò positionem praedictam aliter tenent: licet enim dicant quòd sit additio formae ad formam: dicunt tamen quòd illa realitas quae additur formae praesistenti, non est integra, nec perfecta nec praesens, & distinctè participat integritatem aut rationem specificam, quasi vnum indiuiduum talis formae, puta caloris, aut albedinis: sed quòd participat rationem caloris per quandam reductionem, vt quasi possit dici con calor & non calor. Dicunt praeterea, quòd iste calor qui additur calori, non solum est impraeisus re sed etiam intellectu. Re quidem: quia non est factibilis per se & seorsum ab eo cui additur. Intellectu autem: quia intellectus non potest eum per se & seorsum intelligere: sed intellectui apprehendenti calorem qui additur, necessariò occurrit calor cui fit additio. Quidam alij dicunt quòd tam calor cui fit additio, quam ille qui additur, sunt duo calores: sed quòd ex eis fit vnus, sicut etiam ex duabus aquis fit vna, dum vna aqua alteri continuatur. Et quia omnes isti in hoc conueniunt quòd intensio est per additionem partis ad partem. Intendit

Improbatur talis opinio. Contra quae suppositum primum. voluntas habens perfectissimum habitum, sicut voluntas habens imperfectissimum habitum. Consequens est falsum, & contra experientiam: quia experimur in nobis quòd tanto intensus operamur, quanto habemus perfectiores habitus. Consequentia probatur, supponendo duo. Primum est quòd habitus non sunt necessarij in voluntate quo ad substantiam actus, sed solum quantum ad modum actus, ita quòd voluntas sine omni habitu potest elicere actus suos: & hoc fuit probatum lib. 5. Secundum est, quòd voluntas licet producat actum suum in instanti: tamen potest continuare volitionem per tempus: vt patet ex experimento. Sint igitur duae voluntates: quarum vna habeat perfectum habitum, & eliciat volitionem toto conatu: constet quòd illa volitio erit finite intensa. Sit igitur gratia, eximply: vt sex. Alia verò voluntas nullum habeat habitum & eliciat volitionem, oportet quòd etiam sit aliquantulum intensiois, & sit vt duo vel tria. Ista voluntas potest continuare suam

Confirmatio prima.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Secunda ratio.

Motus in opinio.

Improbatur talis opinio.

Suppositum primum.

Suppositum secundum.

suam volitionem & addere partem parti : ergo per istam additionem deueniet ad hoc quod etiam ipsa sit vt sex : & consequenter quod sit equalis illi quæ fuit elicitæ à voluntate habente nobilissimum habitum. Secundo arguitur. Supponendo quod in intensione remaneat prior forma : vt etiam ipsi dicunt. Supponitur secundo: quod intensio formæ & alteratio sit motus simpliciter continuus. Istud præsuppositum licet in se sit falsum: tamen conceditur ab eis. Ex his arguitur sic: Si intensio sit per additionem partis ad partem : sequitur quod in eadem parte aeris sit infinitum lumen. Consequens est falsum. ergo &c. Probatur consequentia. Sit corpus causans lumen in b, aere in instanti a, & continuè post admoveatur versus eundem aërem : constat quod lumen continuè intendetur per totum tempus mensurans motum approximationis. Si igitur intenditur per additionem luminis ad lumen: cum corpus luminosum in quolibet instanti temporis mensurantis illam approximationem causat tantum lumen in eodem aere quantum causatur in a, instanti: & cum in eodem tempore sit infinita instantia : & omnia illa lumina per te manent simul: sequitur quod infinita lumina equalia intensiue sint in eodem aere. Illud autem quod habet infinitas partes equalis. per quarum additionem fit eius intensio, est infinitum intensiue: ergo illud totale lumen est infinitum intensiue. Dicitur forte quod corpus luminosum in quolibet instanti temporis mensurantis approximationem causat minus de lumine quam causauerit in primo instanti, in quo illuminauit aërem. Sed contra. Signetur aliquod instans medium in illo tempore: & sit instans a, constat per te quod in quolibet instanti ante a, causatur tantum de lumine quantum causat in a, licet in instantibus sequentibus causet continuè minus & minus. Sed in tempore ante a, fuerunt infinita instantia: ergo in illo tempore sunt causata infinita lumina equalia illi: quod est causatum in instanti a, aut forte maiora: ergo illud lumen est infinitum intensiue. Si dicitur quod non sequitur: quia in qualibet magnitudine sunt infinitæ partes: & tamen magnitudo non est infinita. Respondeo quod non est simile. Si enim in aliqua magnitudine essent infinitæ partes equalis: puta ignita pedalia, sequitur necessariò quod ipsa sit infinita. Similiter si signata vna parte, darentur infinitæ partes maiores: adhuc sequitur quod magnitudo sit infinita. Et quia nullum horum est verum in magnitudine, licet in ea sit signare aliquam partem qua infinitæ partes sunt minores: ideo, nulla magnitudo est infinita. In forma autem quæ intenditur sit intensio per additionem partis ad partem, est dare infinitas partes equalis: vel est assignare vnam: qua infinitæ partes sunt maiores: vt declaratum est, ergo bene sequitur quod quilibet forma quæ intenditur sit infinita intensiue in fine intensiois, quod aperte est falsum: alioquin albedo vt 6. esset ita intensa, sicut albedo vt 8. & patet consequentia, quia vtraque esset infinita intensiue. Et hæc ratio est quæ me principaliter mouet ad tenendum quod non habet intensio per huius additionem. Quidam alij aliter respondent ad hanc rationem, negando consequentiam: quia vt dicunt, in argumento supponitur vnum falsum, scilicet quod in continua intensione luminis in quolibet instanti aliquod lumen primo acquiratur, hoc enim est falsum: quia in nullo motu continuè aliquid acquiritur in instanti: sed in instanti est primum acquirunt id quod in tempore immediato acquiratur. Et similiter non est verum quod agens naturale in quolibet instanti, in quo est magis approximatum passo magis dispositio, causat in eo, nobilioris esse effectum: sed bene verum est, quod in quolibet tali instanti nobilior effectus primo in passum inductus est. Sed contra istam responsionem arguitur dupliciter. Primum sic: in quolibet instanti temporis mensurantis approximationem corporis luminosi ad aërem: aer est magis dispositus ad recipiendum lumen, ergo in quolibet instanti, illius tempore, is perfectius lumen inductum est in aere: ergo in fine illius temporis est causatum infinitum lumen. Patet ista, vltima consequentia: quia in illo tempore sunt infinita instantia: in quorum quolibet causatum est perfectius lumen. Prima autem consequentia cum suo antecedente conceduntur ab aduersario. Ad hoc argumentum responderetur dupliciter. Primum quod non est intelligendum quod lumen posteriorius causatum sit maius priore: sumendo posteriorius cum exclusione prioris. Secundo quod secunda consequentia non tenet: alioquin quibus candelis equalibus ad illuminandum sic positis, quod vna à susceptiuo luminis paululum plus differet quam altera: & per consequens minus lumen causet. Si illa remotior approximeretur, quousque sit in equali distantia à susceptiuo luminis cum reliqua, sequeretur quod in illa distantia, multo maius lumen causaret quam altera: quod ad sensum patet falsum. Probatur con-

Suppositum primum. Suppositum secundum.

Ratio mouens auferrem.

Responsio.

sequentia: quia, cum primò est remotior, causat asiquantum lumen: & ponatur quod sit subduplum ad lumen causatum ab altera: tunc cum appropinquabit per secundam partem illius maioris distantia, maius lumen causabit: & per consequens æquale, sicut illud primò causatum: & per consequens vtrumque simul erit iam æquale luminis causato ab altera candelâ: & in alia parte illius distantie erit quadruplum & octuplum: sic tandem quando esset in equali distantia cum alia candelâ causaret multò maius lumen quam illa. Sed nulla istarum responsionum euacuat argumentum. Non quidem prima: quia licet lumen posteriorius accipitur cum exclusione prioris, non sit maius eo: est tamen ei æquale: quia subiectum non est minus dispositum: nec agens est minoris virtutis, quam prius. Et cum per te in quolibet instanti illius temporis sit nouum lumen primò causatum: sequitur quod in fine sint infinita lumina equalia. Item probatur quod sit maius etiam præcisè acceptum: quia quilibet effectus præcisè acceptus causatus ab agente naturali in passo melius disposito & magis approximato agenti, est nobilior quolibet alio effectu eiusdem rationis præcisè accepto & prius causato, dum passum erat minus dispositum & minus approximatum agenti. Istam propositionem sic formatam Philosophus negare non potest. Sed in quolibet instanti passum est magis dispositum: quia lumen præcedens disponit ad sequens: & est magis approximatum agenti naturali: quia corpus luminosum naturaliter illuminat: ergo in quolibet instanti perfectius lumen præcisè acceptum est causatum. Secunda etiam responsio non valet: sed est contra ipsum respondentem: quoniam illud inconueniens bene sequitur ex sua positione: sed non sequitur ex nostra: quia nos non dicimus quod intensio fiat per additionem partis ad partem: nec etiam dicimus quod intensio sit motus continuus. Secundo arguitur contra eandem principalem responsionem. Si in aliquo instanti temporis mensurantis approximationem corporis luminosi, aliquid aliud corpus de nouo crearetur in eadem distantia ad illud susceptiuum: in qua in eodem instanti distat corpus luminosum continuè appropinquans: in illo instanti causaret aliquod lumen in illo susceptiuo: ergo similiter corpus luminosum quod præfuit in illo instanti, lumen aliquod causabit. Consequentia patet: maxime supponendo quod corpus quod præfuit, sit maioris virtutis in illuminando quam corpus de nouo creatum. Antecedens probatur: quia omne corpus quod potest lumen causare in primo instanti in quo est, si est in aliquo instanti, primò causat lumen in susceptiuo, si aliquid tale est in debita distantia, & nullum sit impedimentum. Ad hanc rationem quidam negant consequentiam: & dicunt quod in instanti creationis noui corporis luminosi non causatur nouum lumen à corpore quod præfuit: sed tunc primò causatum est lumen à corpore de nouo creato: quod causat nouum lumen in instanti suæ creationis: postea quod creetur vicinum alicui susceptiuo. Et quod prædicta consequentia non valeat declarant à simili. Nam si ponatur quod corpus præexistens fuerit per tempus in eodem loco non motum, & corpus aliud creetur in eadem distantia ad susceptiuum: constat quod in instanti suæ creationis corpus nouiter creatum causabit lumen: & tamen corpus quod præfuit nihil tunc causabit nouum de lumine: & nihilominus ab vtroque susceptiuum equaliter illuminabitur. Sed quod ista responsio non soluat rationem: & quod prædicta consequentia teneat, probatur. Supponendo quod sit duo agentia naturalia sint equalis virtutis: in quacunque mensura agit vnum eorum in aliquo passo, in eadem mensura agit & alterum. Istud patet: quia nulla est ratio diversitatis: cum omnia requisita ad agendum sint paria, scilicet virtus agentis: dispositio passi: & approximatio. Tunc sic. Sint a, & b, equalia in virtute ad illuminandum eandem partem: ita tamen quod a, præfuerit, & per suum motum approximeretur illi parti aeris: quam ante illuminabat: & b, de nouo creetur, sic quod in primo instanti sui esse sit ita distantia equali ad illum aërem, in qua est a, in eodem instanti, constat quod in hoc instanti b, causat nouum lumen in aere: ergo a, causat in eodè instanti nouum lumen. Antecedens patet per te: consequentia patet per præsuppositum. Secundo supponitur quod illa illuminatio fiat in instanti: vt sæpe dicunt Philosophus & Comment. Tunc sic, Illuminatio fit in instanti, ergo lumen acquiritur in instanti: aut igitur causatur ab a, in instanti creationis, b, causatur in illo met instanti creationis, b, in quo, b, causat lumen in aere: aut in tempore illi immediato: aut in instanti illi immediato: aut in aliquo instanti prioris. Patet ista consequentia: quia non est assignare aliquam aliam mensuram in qua causetur. Si primum, habeo propositum. Si secundum

Improbatio responsionum.

Ratio 2. contra eandem responsionem.

Aliorum responsio.

dum, contra: quia nulla illuminatio est in tempore per præsuppositum: ergo nullum lumen acquiritur in tempore. Si tertium, contra: quia instans non est immediatum instanti. Non quartum, quia in alio instanti per te causabatur vel causatum erat aliud lumen. ergo &c. Tertiò. Agens naturale approximatum passo & non impeditum agit in instanti, nisi repugnet ex natura actionis eius actionem esse instantaneam. Sed ita est in casu prædicto, ergo, a, in illo instanti in quo creatur, b, causat nouum lumen, & ita propter eandem rationem dicendum est de quolibet instanti temporis mensurantis illam approximationem. Nec valet similitudo siue instantia quam isti adducunt: quia si, a, stat continuè in eodem loco, & non mouetur: nulla est ratio quare debeat causare nouum lumen: eò quod non est magis approximatum passo quam prius: & sic patet quod non est possibile fieri intensioem per additionem partis ad partem. Quantum ad secundam principalem opinionem sciendum est quod dupliciter eam declarant illi qui tenent doctrinam S. Thomæ: cuius est prædicta opinio. Quidam enim dicunt quod forma quæ intenditur, nullo modo variatur quantum ad essentiam, sed solum quantum ad esse, quod ipsa dat suo subiecto: quia ipsa forma dum est remissa dat imperfectum esse suo subiecto: sed dum intenditur corrumpitur illud esse & causatur vnum aliud esse perfectius: & sic eadem forma numero dat successiue diuersa esse. Ista autem esse sibi succedentia sunt diuersi gradus formæ. Ex quo sequitur quod gradus non sunt aliquid intrinsecum formæ quæ intenditur, sed sunt realiter ab ea distincti. Mouetur autem isti ex quibusdam verbis Sancti Thomæ, dicentis quod forma quæ intenditur dat prius esse imperfectum: & postea dat esse perfectum. Ista expositio videtur mihi falsa propter duo. Primum est: quia sequitur quod eadem forma durans plus quam per instantis, in eodem instanti corrumpitur & generatur siue desinit esse & incipit esse. Consequens est falsum, secundum omnes: quia licet aliqui concedant quod in his quæ durant tantum per instantis, possit aliquid incipere & desinere esse: tamen est falsum in his quæ durant per tempus: cuiusmodi est omnis forma quæ intenditur. Consequentia probatur. Quicquid in eodem instanti mutatur de esse quod habet, corrumpitur: & quicquid acquiritur esse quod non habet, generatur, vt patet in 5. physic. tex. commen. 7. Sed per te forma quæ intenditur amittit esse quod habet, & acquirat esse nouum: ergo corrumpitur & generatur. Item sequitur ex eodem fundamento, quod eadem forma numero reparatur per naturam. Consequens est falsum. Consequentia probatur: quia prius natura est quod forma dat per esse imperfectum, quam quod acquirat esse perfectum: quia prius est recedere à termino à quo, quam accedere ad terminum ad quem: ergo in illo priori forma non est: & tamen postea erit eadem numero, licet sub alio esse, vt tu concedis. Secundum fundamentum est: quia causa formalis & effectus formalis vniufcuique se consequuntur secundum generationem & corruptionem, & secundum vnitatem ac pluralitatem, & secundum perfectionem & imperfectionem. Ex quo arguitur sic. Si eadem forma numero: puta eadem albedo, daret successiue diuersa esse dum intenditur: sequitur subiectum cuius albedo intenditur, non esse per totum tempus intensiois idem numero album. Consequens est falsum, vt patet. ergo &c. Consequentia probatur. Istud subiectum non habet idem numero esse album, ergo non est idem numero album. Antecedens est tua positio. Consequentia probatur: quia denominatio non fit à forma, nisi ratione esse quod ipsa dat suo subiecto: si nullum daret esse, nullo modo ipsum denominaret loquendo de denominatione intrinseca. Item intellectus non capit quod effectus formalis sit ignobilior, & causa formalis sit nobilior. Sed per te forma remanet in essentia sua nullo modo variata: & æquè nobilia præcisè, vt prius, ergo non dat nobilioris effectum formalem. Minor est tua positio. Maior probatur: accipio primam qualitatem alicuius subiecti, respectu cuius nulla requiritur dispositio, puta raritatem ignis, corrupto omni agente à quo causata est ista raritas: & arguitur sic: Raritas ignis vniufcuique se habet vt prius, ergo non dat magis esse rarum. Patet consequentia: quia eius causalitas formalis respectu talis esse est causalitas necessaria: & per consequens est vniufcuique se sicut & forma. Non potest dici quod illud perfectius esse sit propter maiorem dispositionem subiecti. Quia positum est quod in subiecto non sit prior dispositio. Nec potest dici quod sit ab agente: quia positum esse quod agens sit corruptum: & dato quod esset, non est ad propositum: quia loquimur de causa, à qua est formaliter. Et ideo aliter dicunt alij, quod forma intensa distinguitur à seipsa quando erat remissa:

Ratio 3.

Alter opinio cui adhaerent Thomæ.

Aliorum responsio.

quia habet ipsam & aliquid plus. Illud autem plus, non est aliquid signabile & distinctum, ita quod possit distingui à forma remissa, sicut etiam materia nutrimenti adueniens nutritio, non potest signanter distingui à materia procedente eius quod nutritur & cui aduenit. Et sicut etiam in extensione pellis maioritas adueniens non potest distingui à precedente. Dicunt secundo quod forma intensa continet virtualiter formam remissam. Sed vnum contineri ab alio virtualiter potest esse tripliciter. Vno modo secundum causalitatem effectiuam. Alio modo prout dispositione materiae transcurrentis continentur in effectu: puta elementa in mixto. Tertiò secundum continentiam formalem: & hoc modo intensum continet remissum: sicut etiam intellectuum continet sensiuum: licet inter ista sit differentia duplex. Prima quidem: quia intellectuum, vegetiuum & sensiuum, in diuersis sunt distinctarum specierum: intellectum autem & remissum in diuersis sunt eiusdem speciei. Secunda verò, quia de eodem & pro eodem instanti verificatur vegetiuum & sensiuum & intellectuum. Intensum autem & remissum non verificatur de eodem pro eodem instanti: cuius ratio est: quia forma dicitur remissa prout est cum præcisione & priuatione maioris perfectionis: dicitur autem intensa prout est sine dicta præcisione: & ideo non potest simul esse intensa & remissa. Alioquin esset simul intensa & non intensa: quæ sunt contradictoria. Dicerent tertiò isti quod quando S. Thome dicit quod intentio non fit per additionem: debet intelligi quantum ad partes signabiles & distinctas, & non aliter: & per hoc euadant rationes multas. Ista expositio licet sit subtilis & pulchra: non videtur tamen esse ad mentem S. Thomæ, quia sequitur, vt supra arguebatur, quod in fine intensiois, forma esset infinita intensiue: quia acquiritur infinitas partes equalis: licet illæ partes non sint signabiles. Nisi forte euaderent hoc dicendo, quod intentio non est motus continuus. Secundo, quia Philosophus & Commentator 4. physic. tex. & commen. 84. dicunt quod intensio formarum fit nullo penitus addito. Et Philosophus eodem textu sic dicit. Corpus magnum & paruum habent eandem materiam, & signum eius est hoc quod narro: quoniam cum ex aqua fit aër, tunc materia eadem non recipit additionem aëris. Quod exponens Commentator sic dicit: idem corpus transferitur de minori quantitate in maiorem: non aliqua quantitate in actu adueniente ei ex qua fit maius. Et hæc sententiam sæpe reperit in eodem commento. Volens autem Philosophus probare quod ita sit adducit duo exempla. Vnum est quod calidum efficitur magis calidum absque eo quod in eo efficiatur aliquid calidum quod ante non erat. Aliud est, quod si lignum curuum magis incuruetur, non erit ibi aliquid in quo fiat incuruatio, quod ante non fuit curuum. Quod autem Philosophus in prædictis verbis loquatur de additione per intentionem & non solum per extensionem, patet ex Commentatore, qui sic ait: Dicimus quod materia veniet ex hac caliditate demonstrata, ad maiorem caliditatem, nullis partibus calidis in actu aduenientibus, scilicet corporibus calidis: sed transfertur in maiorem caliditatem ex intentione ipsius caliditatis: & similiter materia transfertur de minori quantitate in maiorem nulla quantitate in actu adueniente. Et ideo ad saluandum dicta philosophi & Commentatoris & Sancti Thomæ dico quod forma non intenditur per additionem alicuius, siue illud sit signabile, siue non. Et quod sicut in toto tempore intensiois manet eadem forma numero, ita manet idem esse numero: quod tamen efficitur perfectius: sicut & ipsa forma efficitur perfectior. Ad cuius notitiam est sciendum quod sicut subiectum antiquam reciperet formam accidentalem erat in potentia ad ipsam: ita etiam dum habet eam imperfectè, est in potentia respectu vltioris perfectionis. Dum autem intenditur aliqua forma, ipsa efficitur perfectior quam esset prius, & similiter eius esse efficitur perfectius: non per hoc quod eis aliqua noua entitas adueniat: sed solum per hoc quod subiectum per eam est magis elongatum à potentia, quam prius habebat ad formam & ad esse eiusdem formæ. Dicitur autem magis elongari, non per acquisitionem nouæ realitatis, sed per habitationem eiusdem realitatis, tamen nobiliori modo. Et ita intelligit Sanctus Thome, quando dicit quod formæ intenduntur: quia magis radicantur in subiecto. Nec vquam dixit quod eadem forma accidentalis det successiue plura esse. Ex prædictis dico consequenter quod gradus formæ non sunt aliquid extrinsecum à forma: nisi forte ad hunc sensum quod non sunt de quod sit vt quatuor vel vt quinque, sed gradus formæ sunt ipsamet forma, prout est alio & alio modo se habens: pura si in ligno causatur caliditas & postea intenditur, est talis ordo.

Dispositio.

Autor non accepit prædictam responsionem.

Conclusio responsionum.

Nam

Nam ignis in primo instanti quo est approximatus ligno, incipit eum calcificare per negationem de presenti & positionem de futuro: quia non datur primum mutatum esse, sexto physico. tex. Commen. 46. & in aliquo tempore immediate post istud primum instans, causat in ligno aliquid caloris puta calorem remississimum: licet hunc calorem remississimum causet in minori tempore magnus ignis quam parvus ignis: ita quod calor remississimus causatur a quolibet igne: licet in maiori vel minori tempore, secundum quod ignis est maior vel minor: & iste est primus gradus caloris: ita quod calor: vel remississimus & in potentia ad ulteriorem perfectionem, dicitur esse primus gradus: & postea lignum per aliud tempus quiescit sub hoc calore remississimo, & interim disponitur per raritatem vel alio modo ad hoc quod istem calor efficiatur perfectior: & in ultimo instanti temporis fit perfectior ille calor: qui, ut sic, & ut est in potentia ad ulteriorem perfectionem dicitur esse secundus gradus: & sic successiue donec perueniat ad summum calorem: qui ut sic & consideratur cum negatione potentie ad maiorem perfectionem, appellatur summus gradus. Et sic patet ex dictis quod forma intensa & remissa distinguitur tantum ratione & non realiter: quia non distinguitur per aliquam realitatem quae sit intensa & non in forma remissa, sed solum eo modo qui fuit declaratus.

Ad primam. Ad rationes in oppositum respondetur. Ad primam dicitur quod maior potest intelligi dupliciter. Vno modo quod acquiratur aliqua realitas quae prius non erat: & sic est falsa. Alio modo quod saltem realitas quae praefuit: habeatur nouo modo, id est, perfectiori modo quam prius: & sic conceditur totum, sed non plus habetur, nisi quod formalis terminus intensio est perfectior, quam ante. Ex hoc autem non sequitur, quod sit ei addita noua entitas, ut declaratum fuit. Per idem dicitur ad primam confirmationem quod formalis terminus intensio est eadem entitas, sed perfectior quam ante. Ad secundam confirmationem, si intelligitur quod nullam nouam realitatem ageret, conceditur consequentia, & negatur falsitas consequentis. Nam etiam sol conseruans lumen in aere agit, & tamen nihil nouum agit. Si autem intelligitur quod non ageret saltem eandem realitatem, faciendo eam perfectiorem: sic negatur consequentia: quae non probatur ad hunc sensum. Ad tertiam confirmationem dicitur, quod non est inconueniens quod mobile moueatur ad id quod habet, non ut habeat ipsum simpliciter, sed ut habeat ipsum nobiliori modo. Ad quartam confirmationem negatur consequentia, sed sufficit quod forma quam prius habebat & per quam agit, sit perfectior quam esset prius. Ad secundum argumentum negatur maior: & eius falsitas apparet in multis. Possunt enim nunc amari a Sorte a quo ante non amabar, nulla mutatione penitus facta in me: quo casu posito, factus est transitus de contradictorio in contradictorium, sine mei mutatione. Similiter per eandem uolitionem possum uelle quod Sortes hodie uiuat & cras moriatur: cras igitur Sortes non est uolitus a me uiuere: & prius erat uolitus uiuere, & tamen nec in me nec in eo est facta aliqua mutatio, sed ex lapsu temporis contingit iste transitus de contradictione in contradictionem. Dico igitur multo magis quod potest in proposito fieri iste transitus, non per acquisitionem nouae realitatis, sed ut dictum est saepe supra. Ad confirmationem dicitur quod non est ad propositum. Nam Commentator ibi comparat substantias ad accidentia quantum ad duo. Primum est quod sicut transmutatio accidentium requirit idem subiectum sub utroque termino, ita & transmutatio substantialis. Secundum est quod sicut forma accidentalis successiue recipitur in subiecto secundum partes subiecti, ita quod per prius in una parte quam in alia: sic & forma substantialis si ipsa habeat partitionem & extensionem: quod dicitur propter animam rationalem quae est impartibilis. Patet igitur quod loquitur de partibus secundum extensionem & non de partibus intensiuis: alioquin omnes formae substantiales, praeter animam intellectiuam, haberent partes intensiuas.

QUESTIO XXII.

Utrum intensio formarum sit motus continuus.

Primaria ratio. **Q**uod sit motus continuus. Et arguitur quod sic. Primum, de ratione motus est continuitas & successio partium, ut dicitur 3. physico. Commen. 6. Intensio formarum est motus: ergo continuus. Secundum, Omne mobile dum mouetur, partim est in termino a quo & partim in termino ad quem: ut dicitur 6. physico. tex. commen. 32. Sed hoc non esset ve-

rum, nisi motus esset simpliciter continuus: quia si pro aliquo tempore quiescit sub forma: tunc est tantum in termino ad quem & non in termino a quo: ut ibi demonstrat Philosophus: ergo alteratio est motus simpliciter continuus. Tertio, Agens naturale approximatum passo & non impeditum, necessarium agit in ipsum, ut dicitur 1. de generatione, & 9. metaphysicae. Sed corpus luminosum approximatum diaphano, est potens ipsum, illuminare: sicut erat in primo instanti suae praesentiae: & passum non est minus dispositum quam prius, imo magis, cum habeat lumen, quod ante non habebat. Similiter actus continuatus per tempus est in quolibet instanti ita perfectus, sicut in primo instanti: & sic dicitur de aliis agentibus naturalibus: ergo si prius agebant in passum, sequitur quod continuè agant in ipsum & consequenter quod talis alteratio sit continua simpliciter. Quarto, Raritas continuè intenditur, ergo aliquis formae intensio est continua. Consequentia patet: quia raritas est forma intensibilis. Antecedens probatur. Partes corporis quod rarefit continuè magis ac magis distant inter se per motum localem ipsarum partium: ergo raritatis corporis continuè intenditur. Antecedens patet. Consequentia probatur: quia aliquid esse rarum non est aliud, nisi partes eius magis distare, vel saltem est aliquid necessarium consequens earum maiorem distantiam.

Tertia ratio. Tex. co. 10.

Quarta ratio.

Motus continuus est simplex.

Respondeo, quod huius questionis potest esse triplex sensus, secundum quod motus aliquis potest tripliciter intelligi esse continuus. Primum dicitur aliquis motus esse continuus: quia ipse semper est in rerum natura, eo modo quod ponebat Heraclitus omnia semper moueri & nunquam quiescere: licet aliquando lateat nos utrum moueatur, vel non: quia motus eorum est imperceptibilis: sicut narrat Philosophus 8. physico. textu comen. 23. ubi reprobat ex proposito praedictam opinionem: & similiter textu comen. 54. & 55. Alio modo dicitur motus esse motus continuus ex parte mobilis: & hoc est quando forma ad quam est motus, successiue acquiritur in partibus mobilis sine interruptione, sicut si successiue calefiat aliqua pars post partem. Quod potest esse dupliciter. Vno modo sine corruptione formae vel partis formae in aliqua parte subiecti, sicut est in casu posito de calore: puta, dum ignis successiue calefacit aliquem totum aërem: sed per prius partes sibi propinquas, quam remotas. Alio modo contingit per hoc per continuam acquisitionem formae in aliqua parte subiecti: & deperditionem eius in aliqua alia parte: sicut apparet in illuminatione aëris à sole, qui ex motu suo sicut continuè illuminat aliquam partem, quam ante non illuminabat, ita continuè definit aliquam partem illuminare, quam ante illuminabat. Tertio dicitur motus esse continuus ex parte formae quae acquiritur, & hoc quando in eadem parte subiecti forma continuè magis & magis perficitur: ita quod non sit assignare aliquod tempus, in quo mobile eodem modo se habeat: & hoc est intensio formae esse simpliciter continuam. Et ad hunc sensum procedit praesens questio: ita quod non solum quaeritur, utram sit successio in intensio formae, sed etiam utrum sit simpliciter & omnino continua, ita quod mobile in quolibet instanti temporis intensio se habeat aliter & aliter secundum illam formam. Ad hanc questionem sic intellectam dicunt aliqui, quod intensio est simpliciter continua propter rationes supra inductas in principio questionis. Sed Sanctus Thomas tenet opinionem contrariam, scilicet, quod intensio formarum non sit motus simpliciter & omnino continuus, imò incidit quies media: quoniam corpus alterans si sit sufficiens & non impeditum in primo instanti quo est sufficienter approximatum passo incipit agere in passum causando in ipsum tam perfectam formam quam potest, & postea mobile per aliquod tempus quiescit sub illa forma: & secundum eam uniformiter se habet: donec aut propter maiorem dispositionem subiecti: aut propter maiorem virtutem agentis: vel ex aliqua alia causa possit magis perficere illam formam. Quod quomodo sit dicitur in responsionibus argumentorum. Sed prius probatur quod praedicta opinio sit contra Thomam & Philosophum & Commentatorem, & etiam probatur ratione. Primum auctoritas est Commentatoris tertio physico. comen. 6. ubi postquam de clarauit definitionem motus, scilicet, quod est actus entis in potentia, & dixit eam conuenire omnibus motibus: & motui aeterno, statim infert corollarie quod continuatio est de ratione motus, quia motus, id est, illa res quae est motus: quando quiescit est perfectio eius quod est in actu: & statim immediate ita subdit: Vnde videmus quod motus augmenti & alterationis sunt plures motus: non enim possumus, dicere quod augmentatum est motus: imò in hora de initio augmenti usque ad finem: apparet enim motus eius in tempore sensibili: & similiter est dispositio

Responso aliquorum.

Que fuerit in proposito probemur Arist. S. Th. & Auer.

positio in pluribus alterationibus. Fortè dicitur quod Commentator non loquitur de una alteratione, vel augmento: puta dum aqua alteratur ad summam caliditatem: & similiter dum completur vnum augmentum in Sorte: puta per diem vel mensem, sed loquitur de pluribus. Non enim est possibile aliquam rem semper augeri, sed aliquo tempore augetur: & aliquo tempore quiescit, & iterum aliquo tempore augetur. Sed quod ista responsio non sit ad propositum, patet: quia Commentator cum dixerat quod continuitas conuenit omni motui, declarat quod hoc non est eodem modo in omnibus: & comparat vnum motum localem, quicumque sit ille, alicui motui augmenti vel alterationis: & dicit quod vnus motus augmenti vel alterationis componitur ex pluribus motibus & pluribus quietibus. In vno autem motu locali non cadit quies media. Item constat quod sicut viuencia non semper augetur: ita mobilia localiter non semper mouentur nisi caelum: de quo ibi non est sermo, ergo nullam poneret differentiam inter hos motus quantum ad continuitatem, quod tamen ibi facit ut patet ex verbis suis quae sunt in ista. Motus igitur augmenti de initio motus ad finem, componitur ex pluribus motibus & pluribus quietibus. In vno autem motu tranillanti qui est de principio ad finem, non interponitur quies: & idè continuatio est manifestior in eo, & credimus hoc in augmento & alteratione: quia videmus aliqua augeri per annum vno digito: & remotum est: ut ille digitus diuidatur per omnes partes temporis illius anni: quoniam minimum tempus sensibile non habet ex eo partem sensibilem. Hæc Commentator. Ex cuius vltimis verbis formatur etiam ista ratio pro conclusione. Si augmentum & alteratio essent motus simpliciter continui, sequitur quod secundum quodlibet minimum tempus sensibile in toto tempore augmenti & alterationis esset etiam signare miniam partem formae sensibilem. Sed hoc est falsum, ut ibi dicit Commentator: & patet experimento: quia experimur nos non comprehendere distinctas partes formae secundum comprehensionem partium temporis. Consequentia probatur: quia si alteratio est simpliciter continua: sicut tota forma fit in toto tempore, sic medietas fit in medietate temporis, & medietas medietatis, in medietate medietatis temporis: & sic successiue. Secunda auctoritas est Philosophi octauo physico. tex. comen. 23. ubi sic dicit: Impossibile est enim aliquid augeri vel diminui semper, sed inter ea est medium. Et postquam hoc declarauit duobus signis: statim sic infert. Et secundum hunc modum est cursus de alteratione etiam quaeunque alteratio sit: quoniam non est necesse si alteratur diuiditur in infinitum, ut propter hoc diuidatur alteratio etiam in infinitum: sed multoties erit subitò: sicut est congelatio. Respondetur quod per hanc auctoritatem (ut dicebatur in principio questionis) intentio Philosophi est arguere contra eos qui dicebant omnia semper moueri. Et quia ipsi non determinabant quo motu hoc esset, idè in quolibet genere motus ostendit Philosophus hoc esse falsum. Et primum in augmento & decremento. Tum quia inter augmentum & decrementum mediat quies. Tum quia animal aliquando cessat augeri: cum hoc tamen stat quod aliquod augmentum sit continuum. Similiter dicit quod nihil alteratur continuè, id est semper, sed aliquando quiescit. Quod potest contingere tam quando alteratio est subita (ut ibi dicit de congelatione) quam de alteratione quae est continuas: sicut ipse statim subdit de sanatione & infirmatione: necesse est enim, ut quando quis mouetur de sanitate in aegritudinem: & postea de aegritudine in sanitatem, quod ibi cadat quies media. Ista expositio vtrique est vera, & hoc est quod principatiter intendit Philosophus. Sed quod non solum dicat quod res non sunt in continuo motu, imò quod nullum augmentum & nulla alteratio est continua. Probatur. Primum: quia Philosophus ibi dicit quod motus augmenti est similis ei, quo guttae aquae cadendo cauant lapidem: & quod eodem modo soluitur vtraque questio. Soluens autem questionem istam dicit quod si lapis (gratia exempli) perforaret a centum guttis distillaribus: non est necesse si guttae cadentes faciunt aliquam cauitatem, quod medium fiat in medio illius, scilicet, quod aliquarum guttarum moueat aliquam quantitatem: pars enim illarum non mouet in tempore omnino illam quantitatem. Illud enim quod diuiditur per distillationem diuiditur in multas partes: sed nulla illarum partium mouetur per se: sed infimum mouetur. Manifestum est igitur quod non est necesse ex hoc quod si distillatio diuiditur in infinitum, quod ex dimiuto recedat semper aliquid, sed fortè recedat ipsam totum. Hæc Philosophus. In quibus aperte concludit quod non in quolibet instanti temporis mensurantis distillatioem, recedit aliqua pars. Et similiter est de

augmento & de alteratione ut statim subdit. Ergo secundum ipsum, non solum augmentum non est semper, sed etiam quodlibet augmentum & alteratio habent quietem medianam. Secundum idem apparet ex multis quae ibi ponit. Commentator ad hoc propositum, & in fine colligens omnia sic dicit. Non est hic motus continuus in rei veritate & cetera usque in finem. Tertio ad idem sic dicit Sanctus Thomas octauo physico. lectione quinta. Non est possibile continuè alicui augeri vel minui &c. Tertio principaliter arguitur ratione. Et supponitur primum, quod est dare primum esse in rebus permanentibus: ut probat Philosophus octauo physico. tex. comen. 69. Supponitur secundum quod in omni motu continuo, ante quodlibet moueri est mutatum esse: & ante omne mutatum esse est moueri: ut probat Philosophus sexto physico. tex. comen. 58. Supponitur tertio, quod agens naturale sufficiens, & non impeditum agit in passum in quocunque instanti est ei praesens. Istud conceditur ab aduersariis: quia ipsi dicunt quod omnis huiusmodi actio est simpliciter continua. Ex his arguitur tunc. Cuiuslibet formae permanentis est dare primum esse ex primo supposito: quod si ipsa acquiritur per motum continuum, non est dare eius primum esse: ergo nulla forma permanentis potest acquiri per motum continuum. Maior patet. Minor probatur. In omni motu continuo, ante quodlibet moueri est mutatum esse: & contra: ergo in tali motu non est dare primum: ergo neque in forma secundum quam est motus intensio est dare primum. Patet ista vltima consequentia per Philosophum sexto physico. tex. comen. 10. dicentem quod diuisio est vniuersaliter in motu & tempore, & magnitudine, siue forma secundum quam est motus. Et etiam patet eadem consequentia, quia motus & forma secundum quam est motus sunt vna & eadem res. Dicitur fortè quod forma acquiritur in instanti: & sic datur primum esse eius: & primum instans in quo generatur: sed hoc non est eius intensio. Intenditur autem continuè post illud instans. Sed contra. Aut intenditur, vel incipit intendi in instanti immediato illi instanti in quo generatur: aut in instanti sequenti & mediato. Si in instanti immediato, ergo instans est immediatum instanti: quod est contra Philosophum 6. physico. tex. comen. 1. Si in instanti mediato, ergo cum inrer duo instantia sit tempus medianum: in illo tempore medio agens naturale est approximatum passo: & tamen nihil agit in ipsum: quod est contra tertium suppositum. Quarto ad idem arguitur per rationem secundam postquam questione praecedenti, in qua dicebatur quod sequitur formam esse infinitam in vltimo instanti terminante intentionem: quia cum per se sit motus continuus in quolibet instanti, tantum de forma acquiritur quantum in instanti primo, ergo habet infinitas partes aequales, ut ibi deducebatur.

Nullus motus continuus praeter localem.

Tertia ratio principalis.

Not primum. Not secundum. Not tertium.

Nunc ad rationes in oppositum respondetur. Pro quorum noticia sciendum est quod forma quae intenduntur sunt in triplici differentia. Nam aliqua sunt in subiecto simplici, & non quanto: cuiusmodi sunt omnes habitus & operationes intellectus & voluntatis. Quaedam vero sunt in subiecto materiali: sed non habent contrarium, cuiusmodi est lumen in diaphano: & visio in organo visus, siue habeant esse extensum, siue non. Quaedam vero habent esse in subiecto materiali, & habent contrarium: ut calor & frigus & reliquae huiusmodi qualitates materiales tam primae quam secundae: in quibus omnibus diuersimodè sit intentio. Sciendum secundum: quod est dare in omnibus istis remississimam formam non solum extensiuè, sed etiam intensiuè. Et dico extensiuè in his quae sunt extensa per accidens: sed aliter & aliter. Nam datur remississimus calor extensiuè, potens per se existere: & iste potest produci in aliqua mensura sibi adaequata. Sed quia omne extensum est diuisibile in infinitum: idè non datur minimus calor simpliciter, imò quolibet dato potest dari minor, non tamen potens per se existere. Nullus autem calor minor minimo potens per se existere est producibilis in aliqua mensura sibi adaequata, sed producit tantum producto aliquo maiori se. Similiter est dare minimum calorem intensiuè: sed non est dabilis minor eo: neque potens per se existere neque non potens per se existere: quia ipsa intensiua latitudo caloris, non est diuisibilis in infinitum: ut probabitur questione sequenti. Ite autem calor minimus potest produci in mensura sibi adaequata, ita quod per eam nihil aliud producat: nisi minimus calor intensiuè. His praemissis dico quod qualitates primi ordinis hoc modo intenduntur. Nam phantasma & intellectus agens causant speciem intelligibilem in intellectu: & quanto phantasma est nobilius, tanto causat nobiliorem speciem. Intellectus autem vtenas speciem praedictam, & ea

Not primum. Formarum intensibilium triplex gradus.

Not secundum.

Quomodo fiat intentio in formis intellectibus.

mediante eliciens actum, intendit speciem suae habitum elicitivum actus. Et quia actus intellectus fit in instanti, ideo in primo instanti sui esse, ipse actus intendit habitum tantum quantum potest: quia agit ex necessitate naturae. Sed licet actus sit productus in instanti, potest tamen ab intellectu conservari per tempus, ita quod sicut erat productus ab intellectu & a specie, conservatur etiam ab utroque. Potest autem esse quod in isto tempore in quo conservatur actus, ipse quoque intendatur. Si enim conservetur per valde modicum tempus potest manere ut prius & non intentus. Si autem conservetur longo tempore hoc non potest esse nisi quia voluntas imperat intellectui: ut per speciem iam factam intensiorem, diligentius consideret obiectum: & sic actus intendatur. Potest etiam intendi habitus ex multis actibus imperfectis: quorum nullus per se intendit, sed ultimus in virtute praecedentium. Eodem modo dicendum est de actu voluntatis: quia ipsa voluntas continuando actum, intendit ipsum. Quomodo autem possit esse aliqua alteratio in parte intellectiva: dictum est in libro 5. Patet ex praedictis quomodo est possibile dari regressum naturalem in demonstrationibus: quia intellectus per effectum demonstrans aliquid de causa, habet intensiorem notitiam effectus quam sit ista notitia causae quae per notitiam effectus causatur: cum demonstratio sit ex notitiis. Intellectus autem potest postea vi notitia causae, non utendo notitia effectus: & sic negotiando intendit notitiam causae: & tunc per causam demonstrabitur effectus. Quantum vero ad qualitates secundi ordinis, dico quod corpus luminosum in ultimo instanti motus mensurantis motum eius localem, per quem accedit ad diaphanum illuminat ipsum: & si postea continue moveatur: sicut est de sole continue moto: tunc per aliquod tempus non causat maius lumen: nec extensivum: nec intensivum: & in ultimo instanti illius temporis causat minimum lumen extensivum id est illuminat aliquam minimam partem diaphani, quae minorem non potest per se illuminare. Similiter in eodem instanti intendit lumen in aliqua parte, quae erat prius illuminata. Et licet in quolibet instanti illius temporis fuerit magis approximatus illi parti diaphani, non tamen in quolibet instanti intendit lumen. Cuius ratio est: quia non est divisibilis in infinitum forma quae intenditur, sed est dare minimum eius. Et sic causa quare non intendebat non est ex defectu virtutis corporis luminosi, sed ex natura simplicius formae cui repugnat sic intendi. Quantum vero ad qualitates tertij ordinis, dico quod qualitates secundae intenduntur ex intensione qualitarum primarum. Sapor enim intenditur ex intensione caliditatis & humiditatis: qualitates autem primae intenduntur non praesupposita aliqua priori intensione necessariam. Et licet aliqui dicant quod oportet prius disponi subiectum per raritatem & densitatem: puta quod aqua non potest caleferi: nisi prius rarefiat secundum partes suas propinquas superficiei: tamen istud non videtur necessarium: quod declaro dupliciter. Primum, fiat magnum vas vitreum plenum aqua vel aere: & circumclusum vndique vitro, ita quod sit omnino continuum & sphericum vel circulare, & non habens aliquod foramen: & postea ponatur ad radios solis vel appropinquetur igni, patet experimento quod illa aqua calefit: vel aere sine fractione vasis, & tamen non rarefit, aliquando vas frangeretur, ergo non est necesse quod raritas praecedat calefactionem. Secundo, ponatur ferrum vel aurum rotundum, puta ducatur super tabulam lapideam, & fiat circulus circa aurum tate magnitudinis praecise quantum est aurum: & postea appropinquetur igni & calefiat: patet ad sensum quod non faciet maiorem circulum postquam est calefactum, quam faceret ante quando erat frigidum: & multa alia experimenta ad idem possent adduci. Item sequeretur quod quanto aliquid magis rarefit, tanto magis caleferet: quia haberet maiorem dispositionem ad calorem: & tamen multo minus rara magis calefiunt: ut patet de aqua & de ferro: Item lutum dum calefit induratur, & condensatur: ut patet ad sensum: ergo non omnia quae calefiunt rarehant ut dicunt isti. Et certe videtur mirum & voluntarie dictum quod adamas inclusus annulo rarefiat dum calefit. Propterea aliter est dicendum quantum mihi videtur, quod agens naturale non potest introducere in subiectum formam habentem contrarium: & loquimur de qualitatibus primis, nisi prius abiciatur aliam formam contrariam: & in primo non esse forma praecedentis, causat tam perfectam formam quam potest: & nisi tale agens magis vigoretur aut ex sui magnitudine: puta si ignis augetur, aut aliquid aliud concurrat nunquam faciet aliam formam esse perfectiorem in eadem parte subiecti: sed causabit eam in partibus subiecti magis remotis: & per sui praesentiam conservabit in se quae tempore eadem for-

mam in subiecto. Quod autem videamus quod columna tanto magis calefit, quanto magis stat ad sphaeram solis, & similiter aquam tanto magis caleferi quanto diuturnius stat vicina igni, hoc ideo est: quia sol continue magis appropinquat columnae: & propterea de hoc est iudicium: sicut supra dicebatur de illuminatione & de intensione luminis. Si autem sol staret fixus: sic dico quod etiam intendere calorem: quia esset alius & alius radius: quo mediante calefaceret. Sicut enim multiplicatis actibus, intenditur habitus: quia ultimus habitus agit in virtute praecedentium: sic dico in proposito de multitudine radiorum ignis quoque intendit calorem in aqua: aut quia efficitur maior: aut quia magis ei approximatur: aut quia aer inter ignem & aquam est alius & alius. Vel forte melius est dicendum & brevius quod agens naturale manens idem numero, & non variatum nec mutatum in se vel in sua virtute intendit formam: non tamen motu continuo. Cuius ratio sumenda est, non ex parte agentis: sed ex parte formae quia repugnat ipsi formae ut continue intendatur: cum non sit divisibilis in infinitum: stat ergo per aliquod tempus & in fine illius intendit: & postea subiectum quiescit sub illo gradu, adhuc per tempus, & in fine forma intenditur. Et si dicatur: quare potius sit intensio in hoc instanti quam in illo. Dico quod hoc est ex eadem causa qua est quod iste radius potius tunc sit a sole quam ille alius: oportet enim omnia ista reducere ad divinam voluntatem & providentiam, sicut infinita alia huiusmodi. Nam idem numero visibile potest succedere causare in eodem oculo frequenter clauso & aperto plures visiones: & nulla est causa quare nunc causet istam & non aliam, nisi libera voluntas agentis primi. Causa enim huius differentiae non est ipsum visibile: quia ex se est indifferens ad causandum hanc & illam. Nec est etiam ex parte potentiae visus: quia ipsa similiter est indifferens ad quamlibet recipiendam. Nec est ex aliquo ordine inter eas, cum non habeat ordinem essentialium, praesertim si sint causa perfecta.

Ad primam vero rationem in oppositum dicitur primo quod licet de ratione motus sit successio, non tamen de ratione eius est continuas, praesertim perfecta: sed hoc est tantum de ratione motus localis. Dicitur secundo, quod non omnis intensio est motus: sed est aliqua simplex mutatio. Si enim illuminato aere a candela appropinquetur sol aeri in primo instanti sua praesentia intendit illud lumen. Ad secundam dicitur quod maior non est vera universality in motu locali: ut ibi dicit S. Tho. confirmando resolutionem Themistij: & magis hoc declarat 8. phys. lectio 5. exponendo textum comment. 23. circa finem. Ad tertiam negatur minor: quoniam agens dicitur impeditum ad agendum in quolibet instanti intentionis formae propter repugnantiam ipsius formae: quia ei repugnat in quolibet instanti intendi. Potest tamen dici agens agere aliquo modo in quolibet instanti: quam in quolibet instanti saltem conservat formam in subiecto. Ad quartam negatur antecedens. Ad probationem negatur consequentia. Ad cuius probationem dicitur quod licet raritas consequatur necessitate illam maiorem distantiam partium: quia est impossibile eam esse quin corpus rarefiat: non tamen raritas consequitur eam pro quolibet instanti.

QUESTIO XXIII.

Vtrum sit dare minimum secundum intentionem in formis quae intenduntur.

Veritur vigesimo tertio. Vtrum sit dare minimum secundum intensiorem in formis quae intenduntur. Et arguitur quod non. Primum. Sit corpus luminosum illuminans aere summè dispositum ad quantamcumque distantiam potest hoc posito arguitur sic. Omni parte proportionali huius luminis est aliqua remissior, & loquimur de partibus secundum extensionem subiecti: ergo non est dare minimum lumen intensivum. Patet consequentia: quia si datur minimum lumen eo non erit minus in aliqua parte medij. Antecedens probatur, quoniam in casu dato, nulla pars medij est per totum uniformiter lucida: sed quae remotior est, minus est lucida: & quia non est dare ultimam partem simpliciter primam quae sit illuminata, non est dare aliquam minimè illuminatam: & per consequens quilibet data est aliqua alia pars remissior. Secundo. Sequitur quod est dare ultimum formae permanentis. Consequens est contra Philosophum 8. physicorum. tex. com. 69. Consequentia probatur. Sit aliquod visibile in tali distantia ab oculo, ut possit causare tantum remississimam visionem, ut tu dicis, & incipiat elongari ab oculo per motum localem

Alia responsio.

Ad primam

Ad secundam

Ad tertiam

Ad quartam

Prima ratio

Secunda ratio

localem, tunc est verum dicere quod in hoc instanti est remississima visio, & post hoc non erit: ergo &c. Tertio. Si datur minimum, ipsum esset omnino indivisibile intensivum. Consequens est falsum. Tum quia sicut indivisibile secundum extensionem additum alteri non facit maius: sic nec indivisibile secundum intensiorem additum alteri non facit intensius: & per consequens forma non intendetur ex additione talium modorum, & cum tota forma sit rebus in talia minima, si ponantur, sequetur quod nulla forma esset intensior alia. Tum quia quodlibet talium acquirere subit & in instanti, & per consequens vel nulla intensio esset continua, cuius oppositum est probatum: vel aliquis motus continuus esset compositus ex mutationibus, vel mutatis esse precise: quod est reprobatum 6. physicorum, tex. commen. 5.

Respondet quod praesuppositis his quae in praecedenti quaestione dicta sunt de minimo intensivum, dupliciter potest intelligi quod datur minimum. Uno modo quod datur minimum non per se existens, sed necessitate coniunctum alteri, sicut dicimus quod in quantitate continua non datur hoc modo minimum: quia quantitas est divisibilis in infinitum. Vnde quacunque pauca quantitate data, est dare minorem. Et sicut dicitur aliqui quod similiter forma intensibilis in infinitum secundum latitudinem intensivam est divisibilis: & consequenter quod quacunque forma remissa data est, dare aliam remissionem eiusdem speciei. Alio modo potest intelligi quod datur minimum potes per se existere: ita quod licet ipsum non sit simpliciter minimum, tamen si fieret ultior remissio, necesse esset ipsum corrumpi. Et sic etiam dicunt quod non datur minimum: quia quacunque forma remissa data, ipsa potest fieri remissior & remanere sic remissa in rerum natura. Oppositum huius tenet S. Thom. qui dicit quod est dare minimum intensivum, siue remississimam formam, ita quod si fiat ultior remissio: necesse est ipsum corrumpi: & huius minimum acquiritur in instanti: verbi gratia, Ignis calefaciens aquam in primo instanti expulsiōis frigiditatis, id est, in primo instanti non esse frigiditatis, introducit in aquam remississimum calorem: & postea successivè ipsum intendit, ita quod quilibet ignis hoc facit: licet quanto fuerit fortior, tanto citius abiciat frigiditatem, & intendat calorem: semper tamen primum quod causabitur in subiecto de calore erit remississimus calor. Et idem dico de forma quae abicitur: est enim devente ad remississimum frigus aquae quod statim & in instanti ignis corrumpet, licet successivè abicerit frigiditatem praesistentem, donec deventum sit successivè ad hanc minimam frigiditatem. Et hoc est generaliter verum in omnibus formis habentibus contrarium. In his vero quae non habent contrarium, sicut est lux, causatur remississima forma secundum maximam vel minimum distantiam ad diaphanum. ut declarabitur respondendo ad argumenta. Quod autem sit dare hoc modo minimum formae quae intenditur & remittitur, probatur. Primum. Si non est dare minimum sequitur quod non est dare primum esse rei permanentis. Consequens est falsum: ergo antecedens. Consequentia probatur. Sit a primus calor causatus in aquam: aut iste calor est remississimus: aut non. Si sic, habeo propositum. Si non, ergo si abicitur ab aqua, oportet quod hoc fiat successivè, ex quo habet latitudinem per se, & omnis talis forma corrumpitur successivè & per motum continuum: ut tu dicis. Sed omnis forma quae successivè deperditur est etiam successivè acquisita & continuè, ergo ille calor est per continuum motum acquisitus. Sed quicquid continuo motu acquiritur, prius acquirerebatur: quia omne quod transmutatur, prius transmutabatur: ergo non datur primum instans esse caloris a. Quod erat probatum. Secundo. Si aliquid transmutatur, a summa caliditate ad frigiditatem, est dare primum instans in quo frigiditas est inducta: quare tunc aut illa frigiditas primo inducta est remississima, aut non. Si sic, habeo propositum. Si non, sequitur quod inter ipsam & caliditatem summam est dare frigiditatem remissioem. Cum igitur mobile prius transmutetur in medium, quam in extremum sequitur quod illa frigiditas quae ponitur primo inducta, non fuit primo inducta: quia frigiditas minor fuit prius inducta. Dicitur forte quod ista ratio non excludit: quia non oportet quod subiectum, quod transmutatur, sit prius sub medio quam sub extremo: sed hoc est verum tantum in motu locali. Nam cum lumen generatur in aere, in instanti generationis corporis luminosi, illud lumen non est minimum: quod patet, quia potest remitti per elongationem corporis luminosi a parte aëris in qua est lumen: & tamen illa pars non fuit prius sub lumine minori. Sed contra arguitur quod instantia non est ad propositum: quia ratio facta procedit de formis quae acquiruntur per motum

Tertiaratio.

Op. S. Thom. et est conclusio.

Probat dari minimum in formis.

Instantia.

Dicitur in hanc.

tum simpliciter continuum: quia in omni tali motu, subiectum necessariò prius transmutatur ad medium quam ad extremum: quia in eo ante quodlibet moveri est mutatum esse: tu autem dicis, quod acquisitio caloris & frigiditatis, & generaliter omnis alteratio est motus continuus. Instancia facta de lumine non est quantum ad formas quae acquiruntur per motum, sed quae acquiruntur in instanti in quo non est medium nec extremum. Ista igitur propositio sic limitata: Omne quod transmutatur motu continuo ad aliquam formam, prius est sub medio quam sub extremo: est evidens: nec potest rationabiliter negari. Confirmatur: quia dato quod non esset necesse quod mobile duntaxat ab extremo in extremum pertraheret omnia media: tamen hoc est possibile. Ponatur ergo in esse, quod mobile trahatur a calido in frigidissimum per omnia media: tunc est dare primum instans in quo est sub frigiditate. Aut ergo illa frigiditas est remississima, aut non. Si sic, habetur propositum. Si non, ergo prius fuit sub remissiori frigiditate: & ita non dabitur primum instans in quo est sub frigiditate. Nec hanc rationem possunt aliter evadere, nisi negando illam regulam & magnum fundamentum in philosophia positum ab Arist. 8. phy. tex. com. 69. quod datur primum instans esse rei permanentis. Tertio. Supponitur quod in qualibet forma intentia sint infinitae partes aequales: hoc suppositum, licet sit falsum, tamen oportet quod concedatur a tenentibus contrariam opinionem: ut supra probatum fuit. Et arguitur sic. Si non est dare calorem remississimum sequitur quod possibile est ipsum remitti in infinitum. Consequens est contra Philosophum, 6. phys. tex. commen. 94. ubi dicit quod solus motus circularis potest durare in infinitum: Consequentia probatur. Agens remittit hunc calorem, qui non est remississimus, continue remouet ab eo partem post partem secundum positionem tuam. Aut ergo ista subiecto sit secundum partes proportionales, aut secundum partes eiusdem quantitatis. Si primum habeo propositum: quia illa sunt infinita. Si secundum, est idem iudicium: quia etiam ipse sunt infinitae: ut patet ex praesupposito, ergo &c.

Ad primum in oppositum dicitur negando antecedens. Ad probationem dicitur quod licet quantitas aëris sit divisibilis in infinitum, tamen est aliqua pars quae illuminatur tota simul & non per partem post partem: sicut etiam aliqua pars a qua tota simul calefit. Non enim est verum quod agens naturale prius agat in partes propinquas quam remotas loquendo de partibus minimi, imò in totum minimum simul agit. Ad secundum est difficilius, dico primum quod in his quae sunt subitò: & quibus non repugnat durare tantum per instans: cuiusmodi est visio: potest dari ultimum instans sui esse. Philosophus autem 8. physic. non loquebatur de istis. Dico secundo & forte melius quod est dare remississimam visionem in fieri: ita quod non possit generari remissior: sed non est dare remississima in corrumpi & idem dico de alia formis. Vnde posito illo casu, illa visio fiet remissior per elongationem corporis visibilis: & deventur ad vnum instans quod esset primum non esse illius visionis. Et cum arguitur, ergo ipsa non fuit remississima, concedo quod non fuit remississima simpliciter, fuit tamen remississima in generali. Et dico consequenter quod datur maxima distantia in qua visibile potest causare visionem. Ad tertium negatur falsitas consequentis. Ad probationem primam dicitur quod procedit ex falso praesupposito, scilicet quod intentio fiat per additionem. Ad secundum dicitur quod intentio non est motus continuus.

QUESTIO XXIII.

Vtrum intensio attendatur per accessum ad summum, vel potius per recessum a non gradu.

Veritur vigesimo quarto. Vtrum intensio formae attendatur per accessum ad summum, vel potius per recessum a non gradu. Et videtur quod non per accessum ad summum. Primum. Quia dato opposito, sequitur quod gradus summus caliditatis in infinitum excedit gradum medij totius latitudinis caliditatis: quod est impossibile: quia tunc in infinitum distaret gradus medius caliditatis a summo. Et similiter quilibet gradus remissus: & sic non penes appropinquationem ad summum sumenda esset intensio qualitatis. Sed consequentia principalis probatur sic: quia plus excedit gradus summus gradum medij totius latitudinis quam aliquis circa summum, & intra medium: sed in infinitum aliquis gradus inter summum, & medium excedit medium exponendo ly infinitum: sic aliquantum & in quo est. Met. Paul. Sen. duplo

Prima ratio

duplo & in quadruplo: & sic in infinitu: ergo gradus summus in infinitum excedit medium. Consequencia nota, & prima pars antecedentis de se patet: & minor probatur sic: quia in infinitum plus appropinquat aliquis talis gradus gradui summo quam gradus medius & penes appropinquatione ad summum, est intensio mensuranda: ergo &c. Antecedens patet: quia tota latitudo inter medium & summum est in infinitum diuisibilis: ergo est aliquis gradus distans a summo per medietatem illius distantie: & aliquis per quartam & aliquis per millesimam & sic in infinitum. Secundò dato opposito aliquis fiet gradus citra summum interius summo: quod est impossibile: & con- sequentia probatur. Signetur proportio gradus summi ad medium quæ est proportio dupla. Et arguitur sic: Aliquis est gradus citra summum plus quam in duplo intensior medio: ergo aliquis est gradus citra summum intensior eo. Consequencia nota, & antecedens probatur, quia aliquis est gradus citra summum plus quam in duplo propinquior summo quam sit medius gradus: ergo aliquis est gradus citra summum plus quam in duplo intensior summo. Et per simile arguitur quod gradus inter summum & mediū est ita intensus sicut summus: quia summi ad medium est proportio dupla. Sed medij gradus inter summum & medium ad medium est proportio præcisè dupla, ergo talis est æquè intensus, sicut summus. Consequencia nota. Prima pars antecedentis patet: & secunda probatur: quia gradus medius inter summum & medium est in duplo propinquior summo quam gradus medius: ergo est in duplo intensior. Consequencia nota expositione, & antecedens patet, quia ista distat à summo præcisè medietatem illius distantie: quæ est inter medium & summum. Tertio. Dato opposito, sequitur quod aliquis gradus vt, a, est nunc præcisè in duplo intensior quam, b, & tamen, a, gradus immediatè postimitans quod est præsens, erit in infinitum intensior, b, & tamen continue post hoc, a, remittetur: consequens est impossibile, & consequentia probatur: quia sit a, gradus summus, & b, præcisè subduplus ad, a, & incipiat remitti sic quod immediatè post hoc erit, a, remissius quam iam est, & in nulla proportione remissius, & sequitur conclusio quod iam in instanti præsentis est duplum intensius ad, b, & immediatè post hoc erit plus quam duplum intensus ad, b, & sic in infinitum: quia b, distat aequaliter à gradu summo, & a, immediatè post hoc plus quam in duplo & plus quam in quadruplo minus distabit, & sic in infinitum: ergo &c. Quarto. Si intensio fit per accessum ad summum: sequitur quod remissio fiet per recessum à summo. Sed hoc est falsum: ergo &c. Consequencia patet. Falsitas consequentis probatur: quia dato opposito sequitur quod gradus medius totius latitudinis esset subduplus ad medium inter medium & summum quod est falsum: & consequentia tenet, quia in duplo plus distat medius gradus totius à summo quam medius inter medium & summum.

Secunda ratio

Tertia ratio

Quarta ratio

Notandum

Quæstio

Proportio

tudo proportionum, & tamen est similitudo excessus, quia 8. excedunt 6. tantum in duobus: & similiter 6. excedunt 4. præcisè in duobus. Cum igitur dicitur quod forma pro tanto accedit ad summum pro quanto recedit à non gradu, possunt ly tanto & ly quanto, denotare æqualitatem proportionis arithmetica: & tunc est sensus quod per quantum latitudinem forma sit distantia à non gradu, per tantam sit propinquior summo: & sic est verum: possunt etiã denotare æqualitatem proportionis geometrica: vt dicatur quod si duæ formæ intenduntur, quod proportio intentionis earum sit secundum proportionem accessuum earum ad summum gradum: & sic est falsum, vt isti dicunt: qui potest vna forma in duplo plus accedere ad summum alia: quæ tamen est ea minus quam in duplo intensior: si cut arguebatur in principio quæstionis de gradu medio medietatis intentionis totius latitudinis caliditatis: quia ipsa in duplo plus accedit ad summum quam gradus medius totius latitudinis: nõ tamen est ea in duplo intensior, scilicet in sexquialtero.

Thoma p'a

conclusio

Oppositum huius opinionis tenet S. Tho. Ad cuius notitiam est sciendum quod oportet formam quæ intenditur si habeat contrarium, elongari & minus permisceri contrario: non ad hunc sensum quod formæ contrariæ sint simul in eodem adæquato subiecto secundum gradus remissos, quia hoc est impossibile vt probabitur li. 10. Sed ad hunc sensum quod quanto forma est intensior: tanto magis distat à contrario. Plus enim distat albedo vt 4. à nigredine, quam albedo vt duo, licet non sint simul, & tardius transitur ab albedine intensa ad nigredinem quam ab albedine remissa. Et similiter quanto forma est intensior: tanto magis distat à nõ gradu, siue ipsa habeat contrarium, siue non. Sed tamen in hoc non consistit principaliter intentio formæ, sed in accessu ad summum. Quod probatur primo: in eo consistit intentio per quod primo cognoscitur vnam formam esse altera perfectiorem infra eandem speciem vel etiam eandem numero tunc esse perfectiorem, quam prius. Sed hoc cognoscitur per accessum ad summum: ergo &c. Maior patet etiam secundum istos: quia ipsi dicunt quod penes illud attenditur intentio pro comparatione, ad quod cognoscitur quod vna forma est intensior alia. Minor est Philosophi 10. met. tex. commen. 2. vbi dicit quod vnumquodque mensuratur per id quod est perfectissimum sui generis, & quod albedo est mensura colorum: quia ipsa est perfectior omnibus coloribus. Similiter in proposito mensuratur aliqua albedo, id est, cognoscitur esse perfectior aut minus perfecta secundum quod magis vel minus accedit ad summam albedinem. Secundò idem patet ex significato vocabuli. Nam intendere nõ est aliud quam in aliud tendere: non dicimus autem quod forma quæ intenditur tendat ad non gradum, sed quod tendit ad gradum summum. Et per oppositum remittere est retromittere: id ergo à quo recedit, est penes quod attenditur remissio. Constat autem quod forma per sui remissionem recedit à gradu summo. Tertio. Si intensio attenditur penes recessum à non gradu: sequitur quod summus gradus caliditatis sit remissus. Consequens est falsum, ergo antecedens. Probatur consequentia. Summus gradus caliditatis distat à non gradu tantum finitè. Sit ergo gratia exempli, distantia vt 8. Sed aliquis gradus remissus alicuius alterius formæ, puta luminis potest distare à non gradu distantia vt octo: ergo summus gradus caloris erit æqualis isti remisso gradu luminis: & consequenter sicut iste est remissus, etiam ille erit remissus. Maior huius probationis patet: quia summus gradus caloris est finitus: & consequenter distat tantum finitè à non gradu. Minor probatur. Ponendo per casum quod ignis approximatus alicui combustibili sufficiat in eo causare summum calorem per totam vnam horam: & quod sol per suum motum continuum magis approximet eidem parti aëris vsque ad meridiem vt vnumque istorum est possibile. Et arguitur sic: Ita sufficiens est sol ad illuminandum hanc partem signatam, sicut hic ignis ad causandum calorem, vt patet. Tunc quia in illuminatione nulla est resistentia si medium sit summè dispositum. Tum quia illuminatio est in instanti. Tum quia corpus celeste est maioris virtutis quam elementum: ergo tantum de lumine causat sol per horam in hac parte signata aëris quantum caloris causauit ignis per eandem horam. Sed istud lumen non est summum: quoniam magis intenditur vsque ad meridiem: & tamen per casum positum, ille calor est summus: ergo remissum lumen est æquale calori summo. Ad hanc rationem respondetur quod non est inconueniens calorem summum esse remissum: non quia detur aliquis calor eo intensior: sed quia datur alia forma eo intensior: scilicet lumen: in quo quacunque forma data, potest dari intensior:

Reponso

Impugnatio

Ad primum

Ad secundum

Ad tertium

Ad quartum

& nulla est simpliciter summa, licet aliqua sit summa in aliqua specie determinata. Sed contra arguitur. Naturaliter non est processus in infinitum in speciebus formarum intensibilium: quia species rerum non sunt infinitæ: ergo est deuenire ad aliquam formam intensibilem qua non potest esse naturaliter aliqua intensior: & consequenter ita est simpliciter summa. Primò. Quolibet calore remisso potest dari aliquis maior. Sed summò calore nõ potest dari intensior: ergo summus calor nullo modo est remissus. Multas alias rationes omitto ad hoc positum, quia vt dictum est in prima quæstione huius tractatus: intentio mea est in hac parte declarare opinionem S. Thom. 2. & probare quod sit de mente Aristotelis: non autem ponere rationes mathematicas: aut naturales, de quibus alias dicitur vira comite, & Deo propitio.

Ad argumenta verò in oppositum respondetur quod omnia procedunt ex vno falso fundamento scilicet quod intensio sit motus simpliciter continuus: quod supra fuit improbatum. Vnde ad primum negatur consequentia. Ad probationem negatur minor, in qua dicitur, quod aliquis gradus intra medium & summum in infinitum excedit ipsum medium. Ad probationem huius minoris negatur assumptum in quo dicitur, quod latitudo inter medium & summum est in infinitum diuisibilis: hoc enim supra probatum fuit esse falsum quoniam illa latitudo non acquiritur motu continuo. Ad secundum similiter negatur consequentia. Ad probationem negatur antecedens, scilicet, quod aliquis gradus citra summum sit in duplo intensior medio, & similiter dico quod nullus talis est in duplo propinquior summo: sed solum in proportione sexquialtera, vel sexquiertia, & sic de aliis: nullus verò est eo propinquior in proportione dupla. Sed deceptio in hoc accidit ex illo falso fundamento negato. Ad tertium negatur consequentia. Ad probationem dicitur quod assumit vnum falsum, scilicet, quod aliquis gradus sit altero remissior, & tamen quod in nulla proportione sit eo remissior: & hoc idè est: quia intensio & forma quæ intenditur non est diuisibilis in infinitum. Ad quartum similiter negatur consequentia. Ad probationem dicitur sicut dictum est ad tertium. Si enim summus calor est vt 8. medius gradus totius latitudinis caloris erit calor vt 4. Si autem calor vt 4. intendatur donec sit vt 8. hoc non fiet per motum continuum: sed per aliquantum tempus stabit subiectum sub calore vt 4. & in vltimo instanti illius temporis acquirat calorem vt quinque. Et sic pariformiter dico de calore: vt 6. & calore vt 7. Calor autem vt 5. continet calorem vt 2. semel: & præter hoc quartam eius partem: calor vero vt 6. continet semel calorem vt 4. & præter hoc eius medietatem: calor autem vt 7. continet similiter calorem vt 4. & præter hoc tres eius partes: & sic patet quod nullus istorum qui sunt circa summum continet his calorem vt 4. & consequenter nullus est ad ipsum in proportione dupla. Sed hoc conuenit tantum calori summo.

QUESTIO XXV.

Vtrum aliqua forma substantialis possit intendi & remitti.

Primatio

Quæritur vigesimoquinto. Vtrum aliqua forma substantialis possit intendi & remitti. Et arguitur quod sic, Primò. Quando aqua generatur ex igne: oportet formam ignis corrumpi: antequam corrumperetur tota latitudo caloris: quæritur ergo, Vtrum sit dare maximam caliditatem sub forma qua ignis potest manere in esse perfectio: aut maximam sub qua non potest: vel minimam sub qua potest, vel minimam sub qua non potest manere. Sed nullum istorum potest dari: ergo necesse est formam ignis remitti. Maior patet: quia cum forma ignis cum aliquo calore possit stare: puta cum summo: & cum aliquo non possit stare: puta cum valde remisso: oportet dare vnum illorum. Minor probatur quatum ad omnes partes. Quia enim non detur maximus calor sub quo potest stare, patet: quia si sic sequitur quod sub eo potest stare: & non cum maior ex quo ille est maximus: hoc autem est falsum: quia quanto calor est intensior, tanto magis est conueniens igni. Quia non detur maximus cum quo non probatur: quia sequitur quod cum illo stare non posset: & sub quolibet maiori posset: hoc autem est falsum, quia si sub illo non potest quæriri an sit circa medium latitudinis totius caloris: vel ipsum inter medium vel vltra medium. Non primum, nec secundum: quia sic ignis posset manere quousque esset medium latitudinis caloris sui corruptum: & sic ex natura posset esse grauis quod nõ est possibile. Patet consequentia, quia calor parum intensior quam sit medium latitudinis, non potest facere actu leue: vt patet in corpo-

ribus animalium in quibus est plus quam citra medium latitudinis caloris & tamen non sunt actu leuia, sed graua. Non potest etiam dici tertium, scilicet, quod sit vltra medium latitudinis caloris, quia ex quo sub illo gradu nõ potest stare ignis, stabit igitur aqua: cum immediatè postquam sit ignem econtra generari ex aqua: & ex consequenti aqua generabitur sub dispositione qualitatiua actu calida: ex quo hic generatur aqua: & latitudo caliditatis est maior quam frigiditatis: quod videtur impossibile: quia aqua naturaliter est frigida. Non potest etiam dici quod est dare minimum sub quo potest: quia tunc sub illo posset stare & sub nullo minori, quod est falsum: quia bene sequitur, potest stare sub illo calore, ergo potest stare sub minori: alioquin si continuè remitteretur ille calor instans in quo esset ille minimus calor sub quo potest stare, forma esset vltimum instans ignis: & sic daretur vltimum esse rei permanentis. Non potest etiam dari minimus calor sub quo non potest stare forma ignis: quia si sic, tunc sub illo non posset stare: & sub quolibet minori posset: quod non est possibile: cum magis repugnet igni calor minus intensus. Secundò arguitur. Formæ aliquæ substantiales acquiruntur successiue, ergo & acquiruntur per alterationem intensiuam. Consequencia patet: antecedens patet in generatione ignis ex ligno. Tertio. Sit, a, pedale aëris, & b, bipedale similiter aëris: & vtrumque eorum sit vniformiter rarum: ita quod præcisè sit tantæ raritatis vnum quantum alterum, & postea condenseretur, b, ita quod efficiatur solum quantitatis pedalis: & arguitur sic, b, est maius quam, a, secundum substantiam suam. Sed non est maius extensiuè: quia, b, quod erat prius bipedale, est factum pedale, ergo est maius intensiuè. Minor patet. Maior probatur. Antequam condenseretur erat maius quam, a, substantialiter: quia plus habebat de materia, ergo etiam nunc est maius. Patet consequentia: quia nihil est de substantia eius deperditum. Quarto. Supponitur quod generatio substantialis non sit res distincta realiter à forma quæ generatur: vt tenet S. Th. sicut etiam generaliter quilibet motus est idè cum suo termino. Tunc sic generatio substantialis recipit magis & minus: ergo etiam forma substantialis quæ est terminus generationis. Consequencia patet ex supposito. Antecedens probatur: quia virtus finira habet virtutem in tensiorem in passum propinquum quam in passum remotum: ergo quanto passum est magis propinquum: tanto actio est fortior. Quintò. Calor ignis intenditur & remittitur: ergo etiam forma substantialis ignis. Antecedens patet: consequentia probatur. Causa naturalis similiter se habente oportet effectum similiter se habere. Sed forma ignis est causa naturalis sui caloris: ergo si ipsa esset vniformiter in omni igne, & non magis intensa in vno quam in alio sequitur quod etiam calor esset vniformis in omnibus ignibus. Sextò. Omne quod mutatur partim est in termino à quo & partim in termino ad quem: vt dicitur 6. Physic. tex. comment. 32. vbi habetur quod hoc est verum in quatuor generibus, scilicet, substantia, quantitate, qualitate, & vbi: aut ergo ista pars, & illa pars accipitur secundum diuisibilitatem formæ: & sic habetur positum: aut secundum diuisibilitatem subiecti: & sic non intelligit Philosophus, quia vt ipse dicit libro de sensu & sensato: contingit aliquod totum simul alterari, ergo loquitur de parte & parte formæ.

Secunda ratio

Tertia ratio

Quarta ratio

Quinta ratio

Sexta ratio

Opinio dicitur

Respondeo. Circa quæstionem istam dicunt aliqui quod substantia potest considerari dupliciter. Vno modo secundum speciem suam, siue hoc sit quantum ad logicam considerationem, siue quantum ad eius esse quidditatum, & hoc modo non suscipit magis & minus. Dicitur autem substantia considerari logicè: quando consideratur quantum ad proprium eius modum qui est esse per se: accipiendo ly per se, negatiue, id est non in alio tanquam in subiecto siue inherenter: nam vna substantia non est hoc modo magis per se, quam alia. Accipitur verò quidditatiuè quando consideratur secundum quidditatè specificam huius vel illius substantiæ, & sic etiam non suscipit magis & minus. Secundum primum modum locutus est Philosophus in prædicamentis quando dixit quod substantia non suscipit in magis & minus: & fortè adhuc sensum dixit Commentator in prædicamentis, in cap. de substantia. Non prædicantur species neque genus de singulari vno magis quam de alio neque prædicantur de ipso magis in vno tempore quam de alio tempore. Sortes enim non est magis animal quam Plato: neque Sortes est magis animal hodie quam cras. Quantum verò ad secundum modum ita dicit Philosophus lib. 8. meta. tex. comment. 10. Quemadmodum in numero non est magis & minus, similiter neque in substantia quæ est quasi forma, nisi sit substantia quæ est cum materia: vbi ait Commentator. Quemadmodum forma

numeri. Verbi gratia, Ternitas & quaternitas non recipit magis aut minus, scilicet quod non est ternitas magis ternitas quam alia ternitas: neque dualitas magis dualitas, quam alia dualitas: ita forma substantialis non recipit magis & minus: non enim est homo maioris humanitatis quam aliud homo secundum formam: sed si erit, erit secundum quod forma est in eo in materia. Alio modo accipitur substantia, prout est hæc, & individua: & sic recipit magis & minus: non quod una & eadem forma substantialis sit nunc intensior aut remissior quam prius: sed quia una forma substantialis est perfectior quam sit alia eiusdem speciei. Et ad hunc sensum concedunt quod substantia suscipit magis & minus. Unde etiam Commentator tertio cæli commen. 67. dicit: quod formæ elementorum intenduntur, & remittuntur: ut possint venire ad constituendum mistum.

conclusio responsalis.

Substantias nec intensius neque remittuntur.

Contra istam opinionem sunt quedam declaranda. Primum est quod una substantia non est perfectior alia substantialiter infra eandem speciem: & de hoc erit specialis questio post istam. Secundum est quod absolute loquendo, forma substantialis non suscipit magis & minus: & hoc in hac questione specialiter probatur. Primum. Si aliqua formæ substantiales possint intendi & remitti, hoc maxime est verum de formis elementorum quæ sunt imperfectissimæ. Sed hoc est falsum: ergo nulla forma substantialis potest intendi & remitti. Consequentia patet: falsitas consequentis probatur. Si formæ elementorum intenduntur & remittuntur, istud erit proportionabiliter secundum intentionem & remissionem suarum qualitarum. Sed hoc est falsum: ergo & c. Consequentia patet. Falsitas consequentis probatur supponendo unum concessum à Scoto, scilicet quod formæ contrariæ possunt simul esse in eodem adæquato subiecto. Et arguitur sic. Sit aqua ex qua debeat generari ignis per se secundum quod remittitur frigiditas aquæ, ita remittitur eius forma substantialis: & secundum quod intenditur calor introductus in aquam, oportet similiter intendi formam ignis: ergo quando frigiditas & caliditas erunt æqualis intentionis & remissionis in aqua, tunc ibi erunt æqualis formæ aquæ & formæ ignis: & consequenter erit simul aqua & ignis: & sic erit in duabus speciebus de genere substantiæ: quod est impossibile. Secundò arguitur Ad omnem formam intensibilem & remissibilem potest esse motus: sed ad formas substantiales non potest esse motus: ergo & c. Maior est Philosophi 5. physicor. text. commento 19. Minor est ibidem, text. commen. 10. Fortè negabitur minor: quia licet Philosophus dicat quod substantia acquiritur per generationem quæ non est motus: non tamen dicit quin ad eam possit esse motus, quia forma substantialis postquam acquisita est per generationem: potest postea per motum intendi. Sed contra hoc arguitur: quia etiam forma accidentalis acquiritur in instanti quoniam in illo instanti quod est primum non esse frigiditatis, est primum esse caloris: quia postea intenditur: ergo secundum hoc nulla esset differentia inter formas accidentales & substantiales: quod tamen negat ibi Philosophus dicens, quod ad formam accidentalem est motus, & non ad formam substantialem. Tertio. Esse cuiuslibet formæ intensibilis mensuratur tempore: sicut & ipsa intensio. Sed etiam formæ substantiarum corruptibilium non mensurantur tempore nisi per accidens: ut probabitur libro 12. ergo & c. Quarto. Si in aliqua forma substantialis esset intentio, hoc posset etiam esse in anima sensitiva bruti: sed consequens est falsum: ergo antecedens. Consequentia probatur. Si in anima sensitiva bruti sunt distincti gradus, scilicet, vegetativum & sensitivum, quoniam etiam secundum Scoto. unica est anima quæ est vegetativa & sensitiva. Non loquitur etiam de intellectu: quia propter eius simplicitatem ab omnibus est concessum quod ipsa non potest intendi. Falsitas consequentis probatur. Omnes gradus facientes intentionem in aliqua forma, sunt eiusdem rationis secundum omnes qui ponunt intentionem in formis, sed vegetativum & sensitivum non sunt eiusdem rationis, ut patet: ergo non faciunt intentionem in aliqua forma. Quintò. Philosophus ponit differentiam inter formam substantialem & accidentalem: quia natura substantialis potest intendi sicut multæ accidentales. Sed ista differentia non potest intelligi quæcumque ad logicam considerationem: neque quantum ad esse quidditativum: ratio enim & definitio albedinis non plus convenit uni quàm alteri, quia una non est magis calor quàm altera. Et si dicas quod una est magis disgregativa quàm altera. Responderetur quod esse disgregativum non est differentia essentialis albedini, nec pertinens ad eius quidditatem, nec etiam disgregativum, prout est propria passio albedinis æqualiter conveniens omni albedini: licet actu disgregare magis conveniat

niat uni quàm alteri. Confirmatur: quia operationes sunt singularium & circa singularia: ergo non intendebat Philosophus dicere, quod aliqua forma esset intensibilis secundum esse quidditativum sue specificum: sed solum quantum ad esse singulare. Et sic patet quod nulla possit Philosophus differentiam inter formas substantiales & accidentales quantum ad intendi & non intendi: si forma substantialis aliquo modo posset intendi.

Ad primum.

Ad primum argumentum in oppositum dicitur quod est dare maximum calorem sub quo non potest stare forma ignis: ita quod sub illo non potest stare: & sub quolibet maiori potest. Ad huius improbationem dicitur quod ille gradus caloris est ultra mediū latitudinis totius caloris, non tamen sequitur quod ille gradus stabit cum aqua in instanti quo corrumpitur ignis, corrumpitur etiam ille gradus: nec tunc introducitur aliquis gradus caloris, sed tantum forma aquæ cum accidentibus eam naturaliter consequentibus. Ad secundum dicitur quod dupliciter potest intelligi formam substantialem acquiri successivè. Vno modo in diversis partibus materiæ: & sic conceditur antecedens, & negatur consequentia: quia licet prius acquiratur in una parte quàm in alia, tamen nulla est pars, in qua non acquiratur in instanti. Alio modo potest intelligi, quod acquiratur successivè in eadē parte: ita quod prius forma fuerit imperfecta: postea fuit perfectior: & sic negatur antecedens: quod non probatur. Ad tertium dicitur quod posito illo casu, b, non est maius quàm, a, in actu, sed tantum in potentia, quia materia, b, potest extendi sub maioribus dimensionibus quàm materia, a. Et si dicatur, b, habet plus de materia quàm, a, ergo est maius. Responderetur quod antecedens non est verum ad alium sensum, nisi ad eum qui dicitur esse, scilicet, quia eius materia potest magis extendi: & consequenter habere plures siue maiores partes quàm materia, a. Ad quartum admissio præsupposito negatur antecedens. Ad probationem dicitur quod duplex est actio generantis. Una est ipsa introductio formæ in materiam: & sic negatur antecedens: sed bene verum est quod quæto agens est nobilior secundum speciem, tantò inducit nobiliorem formam. Alia est actio qua disponit materiam: & sic conceditur totum: quia quantum agens est fortius, tantò in minori tempore disponit materiam: & etiam nobilioribus dispositionibus. Ad quintum negatur consequentia. Ad probationem dicitur quod maior est vera de causa totali in quo sensu negatur minor. Nam totalis causa caloris ignis non est sua forma substantialis: sed est ipsum compositum, quod est ignis. Quod igitur calor unius ignis sit intensior quàm calor alterius non est ex parte formæ, sed ex parte materiæ quæ est altera pars compositi. Ideò enim calor unius est intensior, quàm calor alterius: quia talis ignis generatur ex materia magis disposita ad calorem: sicut apparet de igne generato ex quercu: quàm generato est palea. Vel etiam contingit: quia est in maiori materia. Nam magnus ignis intensius calefacit quàm parvus ignis: Ad sextum dicitur quod illa propositio est propriè vera tantum in motu locali. Si verò quis proteruiat quod intelligitur etiam de generatione. Respondeo sicut responderet S. Tho. 6. Physicor. quod est verum non ad hunc sensum, quod materia partim habeat de forma substantiali quæ obicitur: & partim de ea quæ acquiritur: sed quia per totum tempus generationis, accipiendo generationem pro alteratione praviæ, habet partim de dispositionibus formæ abiiciendæ: & partim de dispositionibus formæ acquirendæ.

Ad secundam.

Ad tertiam.

Ad quartam.

Ad quintam.

Ad sextam.

QUESTIO XXVI.

Vtrum una forma substantialis sit perfectior essentialiter altera eiusdem speciei.

Varitur vigesimosexto. Vtrum infra eandem speciem possit una forma substantialis esse perfectior altera essentialiter. Et videtur quod sic. Primum. Nobilitas accidentium per se & operationum arguit nobilitatem formæ, cuius sunt accidentia & operationes. Sed animalium eiusdem speciei in vno sunt nobiliora accidentia animæ quàm in alio: puta nobilior visus & auditus: & similiter nobiliores operationes: aut vegetativæ, aut sensitivæ. Similiter in hominibus vnus est alio nobilioris intellectus: quod patet, quia clarius eadem rem vnus intelligit quàm alius: ergo forma substantialis vnus est perfectior quàm forma substantialis alterius. Secundò. Quantum materia est melius disposita, tantò recipit nobiliorem formam, cum vnus quodque recipiatur per modum recipientis: & actus actiuorum sint in patiente disposito, secundò de anima, text. com. 26. Sed contingit materiam, in qua recipitur vna forma

Prima ratio

Secunda ratio.

ma substantialis, esse melius disposita quàm sit materia in qua recipitur alia forma eiusdem speciei, secundum quod agens est virtuosius (virtus enim est cuius semper est fortius virtute alterius) ergo vna forma est altera perfectior. Tertio. Effectus causatus à perfectiori causa merè naturali, est perfectior. Sed aliquod individuum est causatum à perfectiori causa quàm aliud eiusdem speciei: ergo est perfectior. Maior patet: quia secundum perfectionem virtutis est perfectio in operatione: & sic secundum perfectionem operationis est perfectio rei operatæ & productæ. Minor probatur. Nam aliquis mus est generatus tantum à sole: aliquis verò est generatus non solum à sole, sed etiam à mure particulari.

Tertia ratio.

Respondeo. Præsens questio hic disputatur propter quosdam sequentes doctrinam S. Thom. & dicentes eum potuisse quod vna forma substantialis sit alia nobilior essentialiter infra eandem speciem. Et hoc declarant dicentes quod prædicta propositio potest tripliciter intelligi. Vno modo quod vna earum habeat aliud genus, vel aliam differentiam quàm alia: quod esset habere partes diversarum rationum: & sic essent falsæ: & etiam contra Hypothesim: quia sic non essent eiusdem speciei: quod tamen supponitur in questione. Alio modo quod vna earum sit constituta ex pluribus partibus eiusdem rationis quàm alia: sicut imaginantur aliqui quod formæ intenduntur per additionem partis ad partem: & hoc etiam est falsum. Tertio, dicitur vna esse perfectior quàm alia essentialiter: non quia in earum essentiis sit aliquis excessus: sed quia vna dat suo susceptivo perfectius esse substantiale quàm alia. Causa autem huius sunt dispositiones præcedentes introductionem formæ in materia, vel quæ simul cum ea introducantur: quia istæ habent aliquam causalitatem super forma: & ideò materia melius disposita recipit nobilior esse. Non tamen sequitur propter hoc quod forma substantialis sit intensibilis: quia illud esse substantiale manet cõtinuè idem numero, & nullo modo variatur, forma autem quæ intenditur, dat successivè diversa esse suo subiecto. Concedunt autem isti postea, quod licet forma substantialis in se non suscipiat magis & minus: tamen suscipit magis, & minus quantum ad esse quod dat materia. Et mouentur ad hoc: quia S. Thom. 8. Metaph. sic dicit. Sicut numerus non suscipit magis & minus: ita nec substantia quæ dicitur secundum speciem: sed fortè illa quæ dicitur secundum materiam: sicut enim ratio numeri in aliquo determinato consistit, cui non est addere, nec subtrahere, ita nec formæ, sed magis & minus contingit ex hoc quod materia magis vel minus perfectè participat formam. Unde etiam albedo non suscipit magis vel minus, sed album. Ista expositio licet sit clarissimi viri: tamen saluo meliori iudicio, videtur mihi quod in hac parte non sit assecutus mentem S. Tho. unde primo probatur quod prædicta stare non possunt. Secundò dicam quid senserit S. Thom. Primum igitur arguitur sic. Prius natura anima intellectiva habet esse, quàm vnatur materia: quæquid sit de aliis formis, ergo vna anima intellectiva non dat nobilior esse quàm alia. Antecedens patet: quia anima intellectiva communicat suum esse materiæ, quod quidè esse est proprium ipsi animæ: prius autem est habere aliquid aliquam perfectionem in se, quàm communicare eam alteri. Consequentia probatur, quia si vna anima dat perfectius esse quàm alia: aut hoc est, quia entitas vnus animæ est perfectior entitate alterius: & hoc etiam tu negas: aut hoc est propter dispositiones, ut tu dicis: quia sequitur quod anima ex sui vnione ad materiam consequitur imperfectionem in suo esse. Quod est falsum. Tum quia forma non vnatur materiæ nisi propter bonum ipsius formæ. Tum quia anima vnita habet perfectiorem modum essendi quàm separata: quia vnita constituit speciem: & non quando est separata. Tum quia anima separata non appeteret naturaliter vniri corpori: cuius oppositum dicit S. Tho. nulla enim res appetit naturaliter suam imperfectionem. Secundò. Producat Deus vniam intellectivam separatam à materia: & postea vniat ipsam materiæ bene dispositæ: Et quæro, vtrum esse illius animæ sit factum perfectius per illam vnionem vel non? Si sic, ergo illud esse est intensum. Probatur consequentia: quia ad intentionem sufficit quod actus deducatur de imperfecto ad perfectum: & reliqua omnia præter hoc accidunt intentioni: ut isti dicunt j. dist. 17. Si non est factum perfectius, ergo ille summe & optimæ dispositiones: non faciunt quod vna forma det perfectius esse quàm altera. Tertio. Sequitur quod forma substantialis possit intendi & remitti. Consequens est falsum: & probatur fuit. Consequentia probatur. Sequitur quod forma substantialis possit habere perfectius esse quàm haberet, ergo sequitur, quod possit intendi. Antecedens probatur.

Capitoli. Improbatio superioris opinionis.

Essæ formæ substantialis est per se tantò perfectius, quantum dispositiones quæ simul introducuntur cum forma substantiali, sunt perfectiores. Sed istæ possunt intendi postquam forma est introducta: ergo forma substantialis habebit perfectius esse. Dicitur fortè quod illa consequentia non tenet, quia ad intensiorem oportet esse diuersa esse ab eadem forma successivè: forma autem substantialis dat tantum vnus esse: licet aliquando perfectius & aliquando minus perfectum. Sed hoc est voluntariè dictum: quia illa multitudo talium esse nihil facit. Sed enim eadem albedo haberet continuè idem esse numero: licet perfectius quàm prius: intellectus verò conciperet eam fuisse intensam. Item. Isti concedunt quod forma substantialis suscipit magis & minus quantum ad suum esse. Quarto. Contra hanc positionem sunt omnia quæ prius dicebantur contra istos: qui tenent quod eadem forma non variatur in se nec perfectior, det nobiliorè effectum formalem quàm prius.

R. solutio propria au- Cloris.

Dico igitur aliter, quod quantum materia est magis disposita: tantò magis participat formam: non quod forma sit in se perfectior: neque quod det perfectius esse: sed quia illæ perfectæ dispositiones, magis conseruant formam in materia: & hoc est materiam magis participare formam. Nam sicut dispositiones quæ præcedunt formam in materia faciunt pro introductione eius: ita illæ quæ introducuntur simul cum forma, in quantum sunt effectus eius & ea posteriore natura: faciunt pro eius cõseruatione. Verbi gratia, Sortes bonam habens complexionem & naturalem habitudinem: magis est dispositus ad longam vitam: licet contingat ex aliqua causa vel intrinseca vel extrinseca hanc complexionem deteriorari, & eum citò mori. Idem iudicium est de qualitatibus conseruantibus ad formas substantiales. Attenditur itaque ita nobilitas vnus formæ super aliam, non quantum ad aliquid intrinsecum ipsi formæ: nec quantum ad eius effectum formalem, sed quantum ad hoc, quod vna magis participat à materia quàm alia iuxta sensum dictum: non tamen sequitur ex hoc quod suscipiat magis & minus: quia ipsa forma substantialis nec eius esse est perfectius vno tempore quàm alio. Nec iuuat istos authoritas S. Tho. allegata est 8. Metaph. quia quem sensum habuerit in illis verbis declarat prima secundæ. q. 52. ar. 1. sic dicens, dicit Philosophus 8. Metaph. q. sicut numerus non habet magis & minus, sic nec substantia quæ est secundum speciem, id est, quantum ad participationem formæ specificæ: sed sit quidquam cum materia, id est, secundum materiales dispositiones inuenitur magis & minus in substantia. Ex his enim verbis habetur clara suæ esse intensiorem quam nos declarauimus.

Conclusio

Ad primum.

Ad primum in oppositum dicitur quod intellectus vntas vnus hominis non sunt perfectiores secundum se, quàm alterius: quia sunt proprietates per se consequentes essentiam animæ intellectiua. Sed bene verum est quod vnus intellectus est nobilior & promptior in vno quàm in alio. Cuius ratio non est ex parte intellectus: sed ex parte virtutum sensitiuarum interiorum deferuientium intellectui in eius operatione: quarum virtutum vna est perfectior in vno quàm in alio: non propter animam: sed propter aliam & aliam dispositionem organi. Fit autem melior vnus intellectus in vno homine, quàm in alio hoc modo. Nam ab eodem obiecto potest causari in vnus phantasma in vno homine quàm in alio secundum quod habet perfectiorem phantasma. Et quia phantasma agit ex necessitate naturæ in causando speciem intelligibilem: ideò species quam causabit in isto, erit perfectior quàm illa quæ causabitur in alio homine: quia secundum perfectionem actiui principij est perfectio operationis: ideò vnus homo clarius intelligit quàm alius. Ad secundum negatur maior, loquendo de perfectione essentiali, id est, quantum ad essentiali formæ, & quantum ad esse eius, loquendo autem de perfectione accidentali & præsertim quantum ad conseruationem eius in materia conceditur maior & omnia quæ sequuntur: sed non sequitur ex hoc quod vna forma sit essentialiter perfectior quàm alia infra eandem speciem. Ad tertium negatur minor. Ad probationem dicitur quod sol & virtus quæ est in semine muris, non sunt aliquid perfectius intensiù quàm sola virtus solis præcisè accepta: quia sol continet omnem illam virtutem eminenter: licet non cõtineat eam formaliter.

Ad secundum.

Ad tertium.

QUESTIO XXVII.

Vtrum quantitas possit intendi & remitti.

Varitur viginti. Vtrum quantitas possit intendi & remitti. Et arguitur quod sic. Primum, quia S. Thom. secunda secundæ. q. 24. art. 5. ad primum, dicit quod Quant. Meta. Paul. Sonc. quan-

Prima ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quantitas duplex.

Conclusio responsalis.

Quantitas an intendi possit.

Tria sunt in rarefactione

quantitas corporalis potest intendi, sicut alie forme accidentales. Secundò, quia dicit Philosophus 4. Physicorum, tex. comm. 8. q. quod augmentum quantitatis per rarefactionem comparatur augmento caloris per intensiorem, ergo sicut calor intenditur, ita etiam quantitas intendi potest. Tertio. Id quod est magis extensum, est magis quantum. Sed aliqua substantia rarefacta est magis extensa quam dum non erat rarefacta: ergo est magis quanta: & consequenter eius quantitas est intensior. Maior patet: quia extensio substantie non est aliud quam quantitas. Minor etiam patet: quia corpus rarum occupat maiorem locum quam dum est densum.

Respondeo. Circa hanc questionem dicunt aliqui quod quantitas potest dupliciter considerari. Vno modo in se, ut est precisa ab omni quantitate discretæ, & sic potest suscipere magis & minus. Alio modo accipitur prout induit rationem numeri, id est prout est bicubita: vel tricubita: & sic non suscipit magis & minus: quia ut sic, consistit in diuisibilitate: sicut & ratio numeri à quo denominatur. Eo autem modo quo suscipit magis & minus, distinguitur ab aliis formis insensibilibus: quia alie forme, quæ intenduntur, sunt per se terminus motus intensiõis. Quantitas verò dicitur intendi non est per se terminus motus: sed consequitur terminum per se: puta rarefactionem. Quando autem Philosophus dicit in prædicamentis quod quantitas nõ suscipit magis & minus, loquitur de quantitate prout denominatur à numero: & etiam intendit dicere quod non suscipit magis & minus, tanquam per se intensiõis, non tamen vult dicere quod nullo modo intendatur. Nam etiam S. Th. prima secundæ, q. 50. ar. 2. ad primum, dicit quod quantitas aliquando augetur per solam intensiõem absque omni additione. Sed quia hoc communiter nõ tenetur, ideo duo sunt declaranda. Primum est: quod quantitas non est forma insensibilis. Secundum est, an in rarefactione maneat eadem numero quantitas.

Quantum ad primum dico quod est impossibile quantitatem intendi aut remitti. Quod probatur. Primò. Omnis forma suscipiens magis & minus potest denominare suum subiectum magis & minus: ut patet discurrendo in omnibus: & etiam patet ex terminis ista propositio. Sed quantitas non denominat suum subiectum magis vel minus quantum: licet enim granum frumenti sit maius grano milij, non tamen est magis quantum quam ipsum: nec eadem res est magis quanta vno tempore quam alio: licet sit maior & minor successiue: ergo quantitas non potest suscipere magis & minus. Secundò si propter aliquam rationem concedendum est quantitatem intendi & remitti, hoc non est propter aliud, nisi quia in rarefactione eadem quantitas nullo addito est extensior quam prius. Sed hæc ratio non est sufficiens: ergo, &c. Maior patet secundum eos qui tenent opinionem prædictam. Minor probatur. Idem color non intensus potest manere in cera rarefacta, qui erat antequam rarefieret: & tamen ille color magis extenditur ad extensionem sui subiecti: ergo maior extensio forme non est sufficiens causa recipiendi magis & minus. Confirmatur, quia aliud est formam extendi: & aliud est ipsam intendi: ergo non valet ista consequentia, hæc quantitas extenditur: ergo hæc quantitas intenditur. Tertio. Ad hoc quod aliqua forma intendatur, necesse est quod ipsa existens in eadem parte subiecti sit perfectior quam prius, ut omnes concedunt, siue hoc sit per additionem, siue per maiorem participationem in subiecto, siue quocunque alio modo. Sed in rarefactione quantitas non acquirit perfectius esse in eadem parte subiecti: quia ut dixi, nulla pars est magis quanta quam prius: sed solum extenditur quantitas & ille partes magis distant, ergo quantitas non intenditur in rarefactione. Quarto. Sequitur quod intensio forme esset motus simpliciter continuus: cuius oppositum dictum est supra etiam secundum istos. Consequentia probatur. Quantitatem intendi in rarefactione non est aliud, quam eius partes magis distare quam prius. Sed in quolibet instanti temporis mensurantis rarefactionem partes quantitatis magis distant & sunt magis extensæ: ergo ista extensio esset continua simpliciter. Dico igitur quod quando aliquod corpus rarefit, ibi cõcurrunt tria. Primum est augmentum quantitatis quod sit non per additionem nouæ quantitatis ad præexistentem: sed per solam extensionem præexistentis quantitatis. Secundum est motus localis partium corporis quod rarefit: occupant enim illæ partes maiorem locum quam prius. Tertium est acquisitio nouæ qualitatis, aut eius intensio: & hæc qualitas dicitur raritas. Prima autem duo scilicet quantitas & situs non intenduntur: neque remittuntur: licet quantitas illa magis extendatur. Ista enim tria se in separabiliter consequuntur, dum aliquod corpus rarefit. Quomodo autem intelligenda sunt verba S. Th.

dicetur in responsione ad primum.

Quantum ad secundum dico quod in rarefactione manet eadem numero quantitas, quæ sit maior quam prius: & tamen nihil quantitatis additur ei: nec aliqua quantitas de nouo acquiritur. Istud probatur auctoritatibus & rationibus. Prima auctoritas est Commen. quarto Physicor. eommen. 8. 4. vbi sic dicit, Trãslatio corporis de ratione in densitatem, est translatio de maiori quantitate in minorem & e conuerso. Et sequitur ex hoc ut materia densi & rari sit eadem: & quod idem corpus transferatur de minori quantitate in maiorem eoque quantitate, non aliqua quantitate in actu adueniente ei ex qua fit maius. Secunda auctoritas est eiusdem qui parum post ita dicit. Materia fit in actu maioris quantitatis nullo extrinsecò in actu adueniente, Et quibusdam interpositis subdit quod idem transfertur de magnitudine in paruitatem, nullo exeunte: & quandoque e conuerso nullo addito. Tertia auctoritas est eiusdem vbi supra sic dicitur, Aer quandoque minoratur siue aliquo exeunte: & quandoque fit maior ex hoc quod accidit ei de calore nullo adueniente extrinsecò: sed quia materia eius naturaliter recipit vtramque quantitatem: maiorem scilicet & minorem, hanc quandoque & hanc quandoque sine aliqua quantitate in actu addita, aut diminuta. Et postea exemplificat de aere quando rarefit & condensatur. Et frequenter hanc sententiam replicat in eodem commento. Probatur etiam rationibus supponendo quatuor. Primum est, quod idem est subiectum contrariorum: quia contraria habent fieri circa idem. Secundum est quod omne quod fit in actu sit ex eo quod est in potentia. Tertium est, quod materia non est separabilis à contrariis, ita quod sit sine eis: semper enim habet aliquod contrarium, scilicet calidum vel frigidum & huiusmodi, & tamen ipsa materia est aliud à contrariis. Quartum est, quod materia vel subiectum ex eo quod nunc est sub vno contrario, & postea sub alio non est aliud & aliud: sed est idẽ numero. Ex his arguitur sic. Eadem numero est materia siue subiectum contrariorum: nec ex hoc quod successiue recipit contraria oportet quod noua materia ei addatur. Sed magnum & paruum sunt contraria circa quantitatem, ergo eadem numero materia & quantitas potest esse nunc magna, nunc parua, sine alicuius quantitatis additione. Totam hanc rationem posuit Philosophus cum illis quatuor præsuppositis, 4. Physicor. tex. comm. 8. 4. arguens contra antiquos: vbi probat quod rarefactio non fit per hoc quod aliqua partes extrahantur ab eo quod rarefit: nec condensatio fit per hoc quod aliqua partes subintrãdo adueniãt. Secundò. Incipiat aer bipedalis rarefieri totius simul eo modo quo dicit Philosophus 8. Physicor. quod aliqua aqua tota simul congelatur: & rarefit per totam vnam horam, donec fiat quadrupedalis. Si eius quantitas corrumpitur dum rarefit iste aer: aut corrumpitur in instanti, aut per partem post partem. Sed neutrum horum est dicendum: ergo non corrumpitur Maior patet. Minor probatur. Quod enim non corrumpatur in instanti, patet: quia vel in illo instanti generaretur noua quantitas, vel nulla. Non nulla: quia aer non potest esse sine quantitate. Si aliqua: ergo vel maior vel minor, vel æqualis illi quæ corrumpitur. Non maior, quia aer in nullo instanti occuparet maiorem locum quàm prius: & sic motus localis esset in instanti. Non minor: quia continens aërem moueretur localiter in instanti ad occupandum locum, quem prius occupabat aer, ne detur vacuum. Non æqualis: quia sequitur quod illa quantitas prior corrumpereetur. Quod verò non corrumpatur per partem post partem, probatur, quia aut hoc esset secundum partes intensiõis: & hoc non: quia quantitas non est forma insensibilis: ut probatum fuit: aut secundum partes extensiuas: ita quod prius corrumpereetur quantitas in vna parte aëris quàm in alia: & hoc etiam non: quia illa pars aëris in qua primo corrumpereetur quantitas: aut esset sine quantitate, aut informaretur quantitate quæ erat in aliis partibus, quorum vtrumque est absurdum: ergo non potest assignari quomodo quantitas corrumpatur in rarefactione. Sed eadem quantitas, ut minus extensa, est terminus à quo: & eadem ut magis extensa est terminus ad quem.

Ad rationes in oppositum respondetur. Ad primum dicitur quod S. Th. in loco illo nõ intendit aliud dicere nisi quod quantitas potest dupliciter augeri. Vno modo per modum quantitatis, id est, per additionem quantitatis ad quantitatem: & hoc est eam augeri per modum augmenti. Alio modo augetur quantitas per modum intensiõis, id est, eo modo quo augetur forma quæ intenduntur: & hoc ex nulla quantitate ei addita, sicut contingit in rarefactione. Ex isto autem antecedente sic intellexit: scilicet quod quantitas augetur per modum intensiõis, id est, nulla quantitate de nouo acquisita: non sequitur quod quantitas intendatur

Conclusio secunda.

Suppositum primum.

Suppositum secundum.

Suppositum tertium.

Suppositum quartum.

Formatur ratio.

Ad primum.

Ad secundum.

Ad tertium.

Primario.

Secunda ratio.

Tertio.

Not. primò.

Quinque modi vnitatis.

Not. secundò.

Conclusio responsalis.

tendatur, sed solum quod nihil ei additur: sicut nec qualitibus quando intenduntur. Ad secundum responderet eodem modo, quod illa similitudo non est quantum ad hoc quod est intendi: sed solum quantum ad hoc quod est augeri nullo addito. Vnde ista duo argumenta procedunt ex falso intellectu dictorum Aristotelis, & S. Thomæ. Ad tertium dicitur primò quod non vbiunque est comparatio secundum magis & minus, ibi est intensio: dicimus enim quod essentia hominis est magis perfecta, quam essentia equi: & tamen nec homo, nec equus possunt intendi. Dicitur secundò, quod quantitas aëris rarefacti magis proprie dicitur quid maius extensum: quàm magis extensa. Dicitur tertio: quod licet extensio sit ipsamet quantitas, tamen signatur quasi modus quantitatis: & ideo quantum ad modum signandi dicitur illa extensio intendi & remitti: licet illa res, quæ est extensio, nõ intendatur nec remittatur. Dicitur quarto: quod ista consequentia non tenet, hoc est magis extensum, ergo est forma insensibilis: sed bene sequeretur, si in antecedente poneretur quod est magis intensum.

QVÆSTIO XXVIII.

Vtrum ex materia & forma fiat vnum per se.

Veritur vigesimo octauo. Vtrum ex materia & forma fiat vnum per se. Et videtur quod non. Primò. Sequitur quod materia non posset remanere corrupta forma. Sed hoc est falsum, ergo, &c. Consequentia probatur. Minus fit vnum ex subiecto & accidente quàm ex materia & forma: cum prima duo sint diuersorum generum: materia autem & forma sunt eiusdem generis. Sed subiectum non potest remanere destructo proprio accidente: ergo nec materia posset manere, corrupta hac forma cum qua dicitur facere vnum per se. Secundò. Id quod facit cum alio vnum per se, vnitur ei immediatè: quia si vniretur mediante alio actu, iam adueniret eum in actu, & sic eis nõ posset fieri, vnum per se, ut dicit Philosophus octauo Metaphysicæ, text. comm. 16. Sed forma non vnitur materie immediatè, ergo &c. Minor probatur. Forma vnitur materie: mediante esse, ergo non vnitur immediatè. Patet consequentia. Antecedens probatur. Prima actualitas præsupponitur omnibus aliis. Sed esse est prima actualitas, ergo forma esse præsupponit. Tertio. Ex subiecto & accidente non fit vnum per se: ergo nec ex materia & forma. Patet consequentia: quia subiectum est potentiale respectu accidentis. Quarto. Minus fit vnum ex materia & forma, quàm ex partibus quantitariis. Sed ex his partibus fit vnum per se: ergo ex materia & forma fit vnum minus quàm per se.

Respondeo. Sed prius declaro titulum questionis. Ad cuius euidentiã est sciendum quod quinque sunt modi vnitatis. Prima est vnitas aggregationis. Secunda est vnitas ordinis, quæ maior est quàm prima. Tertia est vnitas per accidens, scilicet accidentis per accidens cum subiecto suo: & hæc est maior quàm secunda: quia in secundo vnum ordinatum non habet esse in alio: ut patet in exercitu & populo: accidens autem habet esse in subiecto. Quarta est vnitas per se in rebus compositis: & hæc est maior tertia: quia in hac compositione partium vnitarum resultat vna natura. Quinta est vnitas per se in rebus simplicibus: sicut intelligentiæ. In loco isto queritur: de vnitate quarto modo dicta. Sciendum secundò: quod fieri vnum ex multis est fieri aliquod indiuisum: ut patet ex ratione vnitas. Aliqua verò esse indiuisa potest impliciter intelligi. Vno modo, quia vnum est in alio: non tamen repugnat alterum sine altero esse: licet non e contra: & hoc modo accidens facit vnum cum suo subiecto: quia naturaliter repugnat accidens existere sine subiecto: licet non repugnet subiectum esse sine accidente per accidens. Secundò, quia vnum non potest esse sine alio nec e contra, & sic fit vnum ex subiecto & propria passione, hæc autem vnitas est per se aliquo modo, quia passio ex natura sua consequitur naturam subiecti. Tertio dicuntur aliqua indiuisa: quia vnam naturam constituunt: & ad hunc sensum loquitur Philosophus, cum dicit: quod ex materia & forma fit vnum per se. Ista autem conclusio non habet causam per quam probari possit: sed est propositio per se nota. Tota enim ratio quare ex materia & forma fiat per se vnum est: quia materia est potentia, & forma est actus. Nec requiritur alia causa intrinseca ad constituendum istam vnã naturã: sed sufficit quod agens educat materiam in actum respectu forme ad quam erat in potentia. Propter quod dicit Commentator 8. Metaph. comm. 1. 1. Causa istius vnitas est ut transmutetur quod est in potentia, donec fiat in actu ab agente, id est, ab extrahente ipsum de potentia in actum. Vanum est igitur &

indisciplinari hominis querere propter quid ex materia & forma fiat vnum: quia nulla ratio assignari potest. Sed hæc necessitas consurgit ex propria ratione potentie & actus: & propter hoc dixit Philosophus 2. de anima, text. comm. 9. q. non est querenda causa quare ex corpore & anima fiat vnum.

Ad primum negatur consequentia. Ad probationem negatur similitudo. Alia enim ratione fit vnum per se ex subiecto & propria passione: & alia ratione fit vnum ex materia & forma. Ex primis duobus fit vnum per se: quia passio necessariò & ex natura subiecti ipsum consequitur: & propter hoc non potest subiectum esse sine sua passione: & passio prædicatur de subiecto per se secundo modo perfectiatis. Nulla autem forma consequitur materiam inseparabiliter: nec prædicatur per se de materia: sed tantum ex eis fit vna natura: & ideo potest manere materia corrupta forma, licet sine ea manere non possit stante natura quam constituunt. Ad secundum negatur minor. Nam esse est actus suppositi existentis: quilibet autem actus præsupponit suum potentiale, cuius est actus: & ideo esse præsupponit suppositum. Suppositum autem præsupponit partes suas esse vnitas scilicet materiam & formam: & ideo forma prius secundum rationem intelligitur vniri materie: quàm quod esse conueniat cõposito. Cum autem dicitur quod esse est prima actualitas, hoc generaliter est verum si accipiat esse pro essentia & entitate: quia ens est primum inter omnia. Si verò accipiat esse pro existentia sic nõ est prima simpliciter: sed esse prima qua cõpositum existit. Ad tertium negatur consequentia: quia licet subiectum sit potentiale respectu accidentis: tamen est simpliciter & absolute in actu. Ad quartum negatur maior. Ad cuius euidentiã sciendum est quod quantitas non constituitur ex multis partibus: quarum vna sit potentia, & alia sit actus. Cuius ratio est: quia cum omnes illæ partes sint eiusdem rationis: non est maior ratio quod vna sit potentia quàm altera. Sed omnes illæ partes sunt in potentia respectu totius quantitatis: & consequenter ex illis partibus non resultat vna tertia natura alterius rationis ab omnibus eis. Et similiter dum à quantitate remouetur aliqua pars eius, non propter hoc corrumpitur illa quantitas, sed manet: licet sit minor quàm esset prius. Partes autem substantie compositæ scilicet materia & forma sunt diuersarum rationum: & vna est potentia: altera vero actus: & ex eis resultat vna tertia natura, quæ non manet si altera istarum partium remoueatur. Et ex hoc patet quod fit magis vnum ex materia & forma, quàm ex partibus quantitariis.

QVÆSTIO XXIX.

Vtrum corruptibilitas conueniat substantie corruptibili, ratione forme magis quàm ratione materie.

Veritur vigesimo nono. Vtrum corruptibilitas conueniat substantie corruptibili potius ratione forme quàm ratione materie. Et videtur quod non propter materiam. Primò. Nullum incorruptibile est causa corruptibilitatis. Sed materia est incorruptibilis secundum essentiam suam: ergo &c. Maior patet: quia vnum oppositorum non est causa sui oppositi. Minor est Philosophi. 1. Physicor. tex. comm. 82. Secundò. Necessarium est necessarium, non esse causa contingentis. Sed materia secundum essentiam suam est ens necessarium: cum non possit non esse: omne autem corruptibile est contingens: cum possit esse & non esse: ergo &c. Tertio. In causis præcisissis si affirmatio est causa affirmationis: etiã negatio est causa negationis: ut dicitur primo posteriorum, sed causa entis in actu est forma, & non materia: ergo causa non essendi in actu, est negatio forme & non materie.

Respondeo quod causa corruptionis est duplex. Nam quedam est actiua: & hæc est illa, qua aliquid dicitur esse corruptum. hoc modo, calor est causa qua ignis corrumpit frigiditatem aquæ: & hæc dicitur causa extrinseca corruptionis. Alia verò est causa intrinseca & passiuæ: & hæc est qua ipsum corruptibile dicitur posse corrumpi ex natura sua: & de ista queritur in proposito. Ad quod responderetur tribus conclusionibus: quæ vna prima est. Causa proxima corruptionis in corporibus animatis, est propter actionem caloris naturalis in humidum radicale: quia ipsum consumit, quo humido consumpto & corrupto, corrumpitur etiam ipse calor: eo modo quo flamma candelæ corrumpitur: corrupta tota materia cere quæ erat fomentum eius. Nec oportet hanc conclusionem amplius probare: quia ab omnibus est concessa. Secunda conclusio. Proxima

Ad primum.

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad quartum.

Primario.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Corruptionis causa duplex.

Conclusio prima.

PAVLI SONCINATIS

SVPER NONVM META-

physi. Aristotelis librum acutissimæ questiones.

QUESTIO I.

Vtrum diuisio entis in actum & potentiam sit in diuersa realiter.



VERITVR primo. Vtrum diuisio entis in actum & potentiam sit in diuersa realiter. Et arguitur quod non. Primò. Nihil realiter distinctum à forma potest esse forma: quia vbi aliqua sunt distincta realiter vnum non potest fieri reliquum: non enim homo fit albedo, licet fiat albus. Sed in materia est potentia ad esse formæ, quæ potentia efficitur forma, quoniam illa res quæ prius erat possibilis esse forma, postea est forma: ergo illa potentia non distinguitur realiter ab actu. Secundò. Omne quod educitur de potentia materia: prius est potentia in materia. Sed forma educitur de potentia materia, ergo ipsa forma est prius quædam potentia in materia, & hæc potentia postea est actus & forma. Confirmatur, quia quælibet res, ante sui productionem est in potentia: & postea eadem numero est in actu. Tertio, quia Philoso. 8. Meta. tex. commento. 15. dicit, quod illud idè quod erat in potentia sit in actu. Vbi dicit Comm. quod non est aliud id quod sit ab agente, ab eo quod erat in potentia, sed vnum & idem. Et eodem commento dicit quod actus & potentia nullam faciunt multitudinem. Quarto. Philosophus 3. Physicorum, diuidit ens in actum & potentiam: & postea diuidit actum in 10. prædicamenta, & postea quodlibet prædicamentum diuidit in actum & potentiam: & quod motus est actus entis in potentia. Ista autè duplex diuisio esset vana nisi in altera earum potentia esset idem cum actu. Quintò. In subiecto est potentia ad transmutari: & est in potentia ad esse formæ quæ duæ potentie distinguuntur. Sed potentia ad transmutari est ipsum subiectum: potentia verò ad esse formæ, est ipsa forma quæ est in potentia: ergo potentia ad esse formæ est ipsa forma. Maior probatur. Illud quod potest esse forma & postea est forma in actu sunt idem: illud autem cui conuenit posse moueri ad formam, non est forma ad quam est in potentia: ergo potentia ad moueri & potentia ad esse formæ non sunt eadè potentia. Minor etiam patet: quia subiectum nunquam potest esse forma: ergo ipsum non est potentia vt sit forma.

Respondeo. In ista questione duplex est opinio. Prima est dicentium quod potentia & actus qui diuidunt quodlibet genus entis, non sunt duæ res realiter distinctæ: sed vna & eadem quæ prius est in potentia: & postea est in actu. Et quia omne receptiuum alicuius formæ est ab ea realiter distinctum: ideo dicunt consequenter quod huius potentia non est potentia subiectiua: sed est potentia obiectiua: de qua an sit ponenda vel non, erit sermo in sequenti questione. Mouentur autem, vt arbitror, ex duobus fundamentis. Primum est: quia vt dictum est in quinta ratione supra arguendo: in quolibet subiecto duplex est potentia. Vna est potentia per quam subiectum potest transmutari: puta materia habet potentiam qua potest moueri ad recipiendam formam ignis: & huius potentia est ipsamet materia, quæ potest recipere formam ignis & esse subiectum eius, & hæc dicitur potentia receptiua. Alia est potentia in materia ad esse formæ ignis, id est, in ea est aliquid quod potest esse forma ignis: & aliquando erit forma ignis, & hæc est ipsamet forma ignis quæ prius est potentia, & postea actus, & hanc appellant potentiam obiectiuam, & dicunt esse illam quæ diuidit ens & quodlibet genus eius. Similiter dicunt quod ea quæ producta sunt sine materia, prius fuerit in potentia obiectiua: & illa potentia postea est actus. Secundum fundamentum est: quia potentia dicitur in ordine ad actum: & ideo omne possibile respicit actum aliquem: quælibet autem res antequam esset producta, erat possibilis produci: & postea quando sit actus, transferatur ab illa possibilitate ad actum: & efficitur ipsemet actus: & ita istæ duæ differentie non sunt distinctæ entitates.

Contra istam opinionem teneo conclusionem oppositam, scilicet quod potentia & actus realiter distinguuntur: & quod diuisio entis in potentiam & actum est in distinctas res. Ista tamen conclusio potest habere duos sensus, vnus est quod potentia & actus sunt quædam generalia prima, quæ vniuersa totum ambitum entis: ita quod omne

Primaria ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Opinio dicitur ista non distinguuntur.

Conclusio contra Scotum. Duplex sensus conclusionis.

cas, aut est actus subsistens per se: vt Deus & intelligetia: aut est actus primus, alteri in existens: vt formæ materiales & accidentia. Aut est actus secundus, vt sunt operationes: aut est potentia actiua, aut potentia passiua: ita tamè quod non quælibet res existens in genere habeat aliquid actuale: & aliquid potetiale. Alius sensus est quod omne in prædicamento existens, siue sit substantia, siue accidens, habet intrinsecè actum & potentiam, ex quibus cõponitur. Quid autè horum sit verius dicitur libro 12. questione 19. & 10. rotatur autem prædicta conclusio. Primò. Nulla differentia diuisiua alicuius communis potest fundari in differentia sibi opposita, rationale enim non fundatur in irrationali. Sed terminus & obiectum cuiuslibet potetie actiue (quod ab istis dicitur possibile obiectiue) non est aliud nisi actus: ergo id quod est obiectum potetie actiue, nõ potest poni in potentia contradistincta actui diuidente ens contra actum. Maior patet. Minor probatur. Tantum id est obiectum potetie actiue, quod per eius actionem produci potest & accipit esse, quia tantum hoc terminat eius actionem. Sed nihil produci potest nisi actus: quia aliquid produci est ipsum esse actus: ergo, & cetera. sequitur ergo quod talis actus nunquam habet rationem potetie diuisiue contra actum. Secundò. Nullum implicans contradictionem potest poni differentia entis. Sed implicat contradictionem quod aliquid sit in potentia ad seipsum: ergo potentia quæ est differentia entis non respicit actum qui sit ipsa potentia. Tertio. Impossibile est quod aliquid sit respectu eiusdem in actu & in potentia formali. Sed id quod aliquid est in actu est actus & forma: ergo est impossibile quod per illudmet sit in potentia formali: & sic potetia quæ est in materia ad esse formæ, non est ipsa forma: nec aliqua alia potetia formalis est actus. Minor est euidens, maiorem omnes concedunt: quia licet aliqui dicant quod respectu eiusdem potest aliquid esse in potentia formali & in actu virtuali: nullus tamen concedit quod aliquid respectu eiusdem possit esse in actu formali & in potentia formali: & tamen hoc sequitur ex opinione ista quæ dicit quod materia prius habet formaliter potentiam ad formam ignis: quæ potentia formalis erit postea actus formalis, & sic materia respectu eiusdem rei numero est in potentia formali & actu formali. Quarto. Supponendo quod Aristoteles sufficienter tradidit partes Philosophiæ nec sit diminutus. Vnde licet argumentum ab auctoritate negatiue non teneat: tenet tamen in his qui debent sufficienter aliquam scientiam docere. Ex hoc arguitur sic. Si danda esset potentia obiectiua: vtique de ea mentionem aliquam fecissent Philosophus, aut Commentator, aut alij veteres Philosophi. Sed ipsi nihil omnino de ea locuti sunt, vt patet 2. Periherme. 5. Metaph. tex. com. 17. & 9. Metaphys. tex. com. 2. & 2. de anima. tex. com. 6. vbi dicit Philosophus quod actus & potentia non parum distant. Commentator quoque ibi ait, quod actus & potentia sunt differentie valde opposite. Nec valet dicere quod loquitur de potentia actiua & passiua, & non de actu & potentia obiectiua, quia secundum eos qui ponunt potentiam obiectiuam, actus & potentia sunt differentie diuisiue entis: ergo cum Commentator dicat quod actus & potentia sunt differentie valde opposite, ipse loquitur de illis quæ sunt diuisiue entis. Sed ibi loquitur Philosophus de potentia subiectiua: quia dicit quod ex anima & materia sit vnum per se: cum materia sit potentia & forma sit actus: ergo illamet potentia quæ est differentia diuisiua entis (quam tu appellas obiectiuam) nõ distinguitur ab ea quæ est subiectiua. Quintò. Philosophus 9. Metaph. tex. commento 6 arguens contra eos qui dicebant nihil esse in potentia nisi quando est in actu: facit hæc consequentia: & est quarta ratio in ordine. Si nulla res esset in potentia nisi dum est actus: sequitur quod potentia & actus essent idè. Sed hoc est falsum: ergo & cetera. Vnde verba sua sunt hæc. Isti sermões scilicet dicentium quod nihil est in potentia: nisi dum est in actu, faciunt potentia & actum esse idem: & sic voluit aliquid negare non paruum. Et ibi dicit Commentator. Dicere quod potentia est cum actu, idem est sermo quasi nihil. Cõstat quod Philosophus loquitur de potentia quæ opponitur actui: quam tu appellas obiectiuam: vt patet ex verbis suis: & dicit eam nõ esse idè cum actu: & tu dicis eam esse idem cum actu: ergo contradicis Philosopho. Item tex. com. 5. arguens contra eandem opinionem probat quod aliquid est in potentia: etiam quando non est in actu: per hoc quod domificator habet potetiam domificatiuam per quæ potest facere domum quæ est potentia actiua: ergo potetia per quam dicitur esse in potentia id quod actu non est, non erit secundum Philosophum aliqua potentia obiectiua: quæ ab actiua vel passiua distinguitur. Sextò. Primæ differentie diuisiue entis dicunt aliquid positiuum: & sunt extra nihil. Sed potentia obiectiua

est nihil: & non est quod positiuum, ergo non potest esse differentia diuisiua entis. Maior patet inductive in omnes alias. Diuiditur enim ens in ens finitum & infinitum: finitas autem & infinitas positiuum aliquid dicit, aut saltem præsupponit. Similiter patet de diuisione in decem genera, & de diuisione in vnum & multa: in idem & diuersum. Patet etiam ratione, quia diuisio doctrinalis alicuius subiecti est in ea quæ consequuntur se, non enim in sciencia de homine diuideretur homo in viuentem & mortuum, nec fieret specialis tractatus in quo ageretur de homine mortuo. Minor probatur quia antequam produceret Deus mundum, ipsa creatura quæ per te dicebatur esse in potentia obiectiua, erat nihil: vt magis probabitur infra.

Ad rationes in oppositum responderetur. Ad primum negatur minor: quoniam in materia nulla res est in potentia ad hoc quod sit materia, licet sit in potentia ad recipiendum formam, & esse sibi communicatum à forma. Et cum dicitur quod illa res quæ est forma, prius erat possibilis. Respondeo quod non dicebatur forma esse possibilis nisi per denominationem à potentia actiua agentis: & à potentia passiuua materia: Ad secundum dicitur, quod maior potest habere duos sensus: primus est quod forma quæ educitur de potentia materia: prius esset potentia quædam in se: ita quod ly potentia, sic casus nominatiui: & hic sensus est falsus. Alius est quod prius forma sit potentia, id est, sit in potentia materiæ aut potentialiter contineatur in materia: & iste sensus est verus: sed ex eo non sequitur aliquid contra nos. Ad cõfirmationem patet ex dictis ad primum. Ad tertium dicitur quod ista est vera. Id quod erat in potentia: postea est in actu: sed nõ dicebatur esse nisi potetia agentis vel subiecti: illa enim forma quam poterat producere ignis & materia recipere, nunc est in actu. Dicitur autem actus & potentia nõ facere multitudinem: non quod non sint distincte entitates, sed quia ex eis sit aliqd per se vnũ, quod est ipsum cõpositum. Ad quartum dicitur quod Philosophus non ponit ibi duas diuisiones in actum & in potentiam: sed vnã & eandem replicat: quod patet ex verbis eius. Nam textu commenti 3. sic dicit: est quidem igitur aliquid quod endelechia tantum est: aliud autem tantum potentia. Et postea textu comment. 6. volens ponere diuisionem motus, sic ait. Diuisio autem secundum vnũ quodque genere hoc quidem esse endelechiam, aliud autem tem potentiam. Ecce quod replicat illam diuisionem: vt concludat motum esse actum entis in potentia. Ad quintũ dicitur quod potentia materiæ ad transmutari & ad esse formæ sunt eadem res: sed tamen dicuntur esse alia & alia potentia: quia sunt ad distinctos terminos, scilicet motum & esse formæ: sicut etiam si diceretur quod alia est potentia materiæ ad formam ignis, & alia ad formam aquæ: quia isti termini sunt realiter distincti. Et cõ dicitur quod in materia est aliquid quod potest esse forma, hoc negatum est supra, licet concedatur quod ipsa forma est possibilis per potentiam actiuam agentis, & passiuam materiæ. Quod autè ista ratio nihil concludat, declaratur sic, quia sicut forma potest esse antequam sit, ita & motus potest esse antequam sit, ergo si potentia quæ est ad esse formæ, est aliquid formæ per te, ergo etiam oportet quod potentia quæ est ad esse motus, sit in subiecto aliquid motus, & sic in subiecto præter potentiam quæ est moueri erit potetia per quã motus potest esse motus, quod videtur absurdum.

QUESTIO II.

Vtrum potentia obiectiua detur.

VERITVR 2. Vtrum præter potetiam actiuam & passiuam sit danda potentia obiectiua. Et arguitur quod sic. Primò. Substantia antequam produceretur, aliter erat in potentia quàm nunc sit in potentia respectu accidentis, quia tunc erat in potentia ad produci, postquam autem producta est, ipsa non est in potentia ad produci. Sed respectu accidentis est tantum in potentia actiua & subiectiua: siue passiuua, ergo potentia qua dicebatur esse possibilis produci, non est actiua nec passiuua: Secundò. Subiectum transmutationis distinguitur ab vtroque termino, vt dicitur primo Physicorum, quia subiectum manet, termini autem nõ manent. Sed materia est subiectum mutationis, dum ex aere generatur ignis, terminus autem à quo est ignis in potentia, quia ex igne in potentia sit ignis in actu, ergo à potetia passiuua quæ est terminus à quo generatio ignis distinguitur à potentia passiuua quæ est materia, quod etiam distinguitur à potentia generantis satis patet. Tertio. Potentia quæ plurificatur, distinguitur à potentia quæ non plurificatur. Sed potentia passiuua non plurificatur ad multitudinem actuum, cõ possit successiue recipere

Ad primum.

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad quartum.

Ad quintum.

Primaria ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Conclusio.

Notandum

Conclusio prima.

cauillio.

Ad primum.

cauillio.

xima causa corruptionis in corporibus mixtis inanimatis, est qualitas media inter qualitates elementorũ: quæ qualitas est dispositio ad formam misti. Ad cuius euidentiã est sciendum, vt dictum fuit supra, quod nec elementa, nec eorum qualitates manet formaliter in misto, sed corruptuntur. Causatur autem quedam qualitas continens virtualiter qualitates elementorum: ratione cuius qualitas ipsum mistum est potens corrumpi & resolui in elementa: quia ratione huius qualitatũ sunt in misto in potetia prima. Hæc autem qualitas non dicitur simpliciter causa corruptionis, sed præsupposito quod mista corruptatur, est causa quod eorũ corruptio & resolutio fiat in elementa. Sed quia nec calor naturalis, nec qualitas media reperitur in elementis: & tamen elementa corruptuntur: ideo oportet assignare aliquam primam causam & vniuersalem, propter quam dicatur aliqua substantia esse corruptibilis. Sequitur igitur tertia conclusio, quæ est. Prima causa corruptibilitatis in omni corpore corruptibili est materia. Corruptio enim est propria passio substantiæ corruptibilis, passiones autem causantur ex essentia subiecti: & ideo corruptibilitas nõ solum est à materia, sed etiã à forma. Est enim aliquid corruptibile: quia materia eius potest priuari forma quam habet: & quia forma potest definere esse. Et ideo intelligo conclusionem ad hunc sensum, quod licet corruptibilitas consequatur tam materiam quàm formam: tamen per prius consequitur materiam. Quod probatur. Primò. Homo est corruptibilis: vt patet ad sensum. Sed non est primò corruptibilis ratione formæ: quia eius forma scilicet anima semper habet esse: ergo est ratione materiæ: eo scilicet quod materia potest priuari anima intellectiua. Secundò. Id est prima causa corruptionis: à quæ habet primò quod possit esse, & non esse: nam esse corruptibile est posse nõ esse. Sed materia est id à quo res habet primo quod possit esse & non esse: vt dicitur septimo Metaph. tex. commen. 29. ergo & cetera. Tertio. Id non est prima causa corruptionis ad quod per se consequitur esse. Istud patet: quia omne tale quodlibet alio circumscripto habet esse. Sed esse cõsequitur per se ad formam: quia si conseruaretur separata à materia, adhuc haberet esse: materia autem non habet esse ex se, sed tantum per formam: ergo forma non est prima causa corruptionis. Quarto. Idem non est per se causa contrariorũ: vt dicitur 9. Physicorum. Sed forma est per se causa essendi: ergo non potest esse per se causa nõ essendi. Dicitur fortè quod sicut nauis per sui præsentiam est per se causa conseruationis nauis: & per sui absentiam est per se causa submersiõis eius: ita forma per sui absentiam est causa corruptionis. Sed non valet ista similitudo: quia absentia nauis nõ est ipsa submersio nauis: nec est per se causa submersiõis eius: sed causa per se suat fluctus & tempestas maris: nauis verò est causa per accidens: quia nõ remouet, nec obstat submersiõis nauem. Absentia verò formæ à materia, est ipsamet corruptio in illo primo instanti in quo forma definit esse in materia. Et præterea quod forma possit remoueri à materia reduciur tanquàm in causam priorem in hoc quod materia habet priuationem alicuius alterius formæ quam recipit, quæ quidem forma non compatitur se cum forma præexistente, & ideo primum principium à quo res habet corruptibilitatem, est materia.

Ad rationes in oppositum responderetur. Ad primum & secundum dicitur quod materia est vtrique incorruptibilis & ens necessarium: & ideo si nihil aliud haberet, nõ posset esse causa corruptionis: sed quia materia est pura potentia non habens esse ex se: & habens semper priuationem adiunctam, ideo ratione huius est causa corruptionis. Constat enim corruptio per hoc quod materia priuatur forma quam non habet: siue talis forma corruptatur, siue non. Falsa est igitur maior vtriusque rationis: quando dicitur incorruptibilis & necessario cõiuncta est priuatio formæ quam potest recipere, & quæ aliam non compatitur secũ. Ad tertium dicitur quod præcisa causa quare ignis est actus, est forma ignis: & præcisa causa proxima & negatiua: quare non sit actus, est negatio formæ ignis: sed quia negatio fundatur super affirmatiõem: oportet huius negationis assignare vnã aliam causam quæ sit affirmatiõ, & hæc est materia priuationi subiecta: siue materia potens recipere formam, quàm non habet. Et sic est sensus octauæ Metaphysicæ.

Quarta ratio.

Potentia obiectiva triplex.

omnium ha

impugnatur

Sciatis.

Probatio conclusiva.

Quarta ratio.

capere diversos actus : & similiter eadem potentia actiua potest diuersos actus producere. Potentia autem obiectiua plurificatur ad plurificationem actuum : nam alia est potentia per quam ignis est in potentia, & alia per qua aqua est in potentia. Quod patet: quia si generetur ignis & non generetur aqua, desinit esse potentia qua ignis erat in potentia, & non desinit esse potentia qua aqua erat in potentia. Quia ratio. Potentia & actus sunt in eodem genere: ut dicit Philosophus 9. huius. Sed hoc non est verum de potentia actiua & passiu: cum superficies sit in potentia ad albedinem: ergo intelligitur de alia potentia scilicet de potentia obiectiua.

Respondet quod dari potentiam obiectiuam expresse ab Henrico creditum est, quolibet primo, qua 9. & quolibet 3. q. 9. Et a Scoto 2. dist. 6 ad primum. Sed vtrum distinguatur realiter ab actiua & passiu, vel tantum ratione, expresse non ponitur: licet forte de mente horum habeat teneri quod sic: ut apparebit ex sequentibus. Sed ad euidenciam huius rei est sciendum quod potentia obiectiua potest tripliciter accipi. Vno modo pro non repugnantia ad produci: eo modo quo dicitur esse possibile rosam generari: quia inter hoc subiectu rosa, & hoc predicatum generari nulla est repugnantia: & sic verum est: sed hęc potentia non est realis: sed est tantum logicalis potentia: secundum quam dicitur quod hęc propositio est possibilis: rosa generatur. Alio modo potest dici potentia obiectiua ipsa met potentia subiectiua, ita quod sola ratione distinguatur: & per quosdam respectus. Materia enim potest dici potentia subiectiua in ordine ad formam, cuius est causa per informationem: similiter subiectum in ordine ad accidens. Et ipsa eadem materia potest dici potentia obiectiua in ordine ad compositum quod ex ea sit per transmutationem agentis: ipsa enim materia est obiectum quod transmutatur ab vna forma in aliam. Et ad hunc etiam sensum ponitur potentia obiectiua, sed non distinguitur a potentia passiu. Eadem enim potentia est pars compositi: & per quam dicitur tam forma quam compositu esse in potentia. Tertio potest intelligi quod potentia obiectiua sit potentia realiter distincta ab actiua & passiu. Et ad hunc sensum dicunt aliqui quod datur potentia obiectiua: dicentes, quod potentia accipitur dupliciter. Vno modo ut est principium operandi: & sic diuiditur in actiuam & passiuam. Alio modo ut diuiditur contra actum, & hęc dicitur potentia obiectiua: & hoc modo omne quod non est, & potest esse, dicitur esse potentia obiectiua: quia potest esse obiectum alicuius potentie productiuę.

Contra istam opinionem tenet quod non est danda potentia aliqua realis que dicitur potentia obiectiua, distincta contra actiuam & passiuam. Et pro notitia huius conclusionis premitto primo quod aliud est dictu, hoc est possibile obiectiuum, & hoc est in potentia obiectiua: quia in primo sensu signatur quod hoc producibile est obiectum, quod potest accipere esse per aliquam potentiam actiuam. In secundo autem signatur quod in eo est aliqua potentia realis, a qua denominatur possibile: quod probatum est falsum q. precedenti. Premitto secundo quod vna & eadem est potentia a qua sibi inexistente agens dicitur potens agere, & obiectum ab eo producibile dicitur esse possibile obiectiuum. Nec in obiecto oportet ponere aliquam potentiam realem: sed sufficit non repugnantia terminorum. Premitto tertio quod potentia passiu secundum quam aliquid est susceptiuum actus: denominat tam subiectum susceptiuum quam actum susceptibilem. Dici enim, quod materia per potentiam suam est receptibilis formę: & quod forma est receptibilis in potentia materia: probatur, modo quod nulla est potentia obiectiua distincta realiter a potentia passiu & actiua. Primo. Omnis potentia dicitur ordinem ad aliquid actum cum carentia illius dispositionis quam habet res dum est in actu. Sed ea que producta sunt nullo presupposito: ut celum & intelligentia, ante sui productionem non intelliguntur videntes aliqua dispositione quam postmodum acquirunt: ergo non est in eis ante sui productionem aliquis respectus vel ordo fundatus ad aliquem actum: & consequenter nec potentia aliqua dicens hunc ordinem. Maior est Commentatoris 9. Metaphysicę, commento 2. vbi dicit quod aliquid esse in potentia signat quod est in dispositione opposita dispositioni illi in qua est actu. Minor probatur: quia non potest intelligi aliquid esse in potentia ad seipsum: dum autem concipitur intelligi produci totum illud quod ante intelligebatur non esse, intelligitur ut positum in esse: ita quod non concipitur aliquid quod sit in potentia & aliquid aliud quod in potentia: ergo non potest in tali natura producenda apprehendi formalis ratio potentie: & per consequens etiam non potest esse: quia omne quod

potest esse: potest etiam apprehendi. Secundo. Possibile obiectiuum dicitur ex hoc quod est natum esse obiectiuum alicuius potentie realis. Sed non potest esse obiectum, nisi aut potentie actiuę, aut passiuę: ergo nulla est potentia realis pręter actiuam & passiuam. Maior patet. Minor probatur: quia potentia cuius dicitur obiectum: aut est ipsummet obiectum: aut est aliquid aliud. Non primum: quia nihil est obiectum producibile a seipso, ergo est aliquid aliud: & arguitur sic. Potentia cuius obiectum est producibile, est aliquid principiu per quod illud obiectu potest esse post non esse. Sed principium per quod non ens potest esse: est aut potentia actiua, aut passiu: ergo &c. Tertio. Si celum antequam esset, habebat rationem potentie obiectiuę: quare super quid fundabatur, & ad quod terminabatur respectus importatus nomine potentie: aut enim fundabatur super realitatem cęli conceptam, & terminabatur ad ipsam realitatem cęli, aut terminabatur ad esse cęli. Non primum, quia idem non est potentia ad seipsum: ut dictum est. Non secundum: quia eodem modo, queritur de esse cęli antequam celum esset, vtrum esset in potentia obiectiua, vel non: & per te oportet dicere quod sic: quia omnis entitas que non est, & potest esse, est in potentia obiectiua: & non est dicendu quod esse esset in potentia ad esse. Nec potest dici quod esset in potentia ad aliquid aliud: cum esse sit vltima actualitas, non relinquens vltiorem potentialem: ergo, &c. Patet itaque ex dictis quod celum ante sui productionem poterat denominari a potentia actiua Dei concretiuę: ut scilicet diceretur celum esse possibile obiectiuum: non tamen poterat denominari abstractiuę: ita quod illa actiua potentia dicitur obiectiua: aut quod ipsi celo producendo in se intrinsece aliqua potentia pręter non repugnantiam terminorum.

Ad argumenta respondetur. Ad primum dicitur quod substantia non dicitur alio modo, & alio modo esse in potentia propter aliquam potentiam obiectiuam, sed quia substantia producta est in potentia subiectiua respectu agentis: ante vero quam ipsa produceretur, erat in potentia actiua suarum causarum, a quibus poterat produci in esse: & ab illa potentia ipsa denominabatur possibilis. Ad secundum dicitur quod quando ex aqua generatur ignis, duo sunt termini a quo, vel a quibus huius mutationis: quorum alter est positiuus: & hic est forma aquę que abicitur. Alter vero terminus est ipsa privatio formę ignis, & ad hęc sensum dicitur quod ex non igne sit ignis: ita quod ly ex, non dicitur habitudinem alicuius potentie: sed dicitur ordinem, & est sensus, quod post non ignem sit ignis. Ad tertium negatur minor: non enim est alia potentia per quam aqua est in potentia ab ea per quam ignis est in potentia: cum vtrique eorum dicatur esse in potentia passiu. materia: & in potentia actiua, agentium naturalium. Ad quartum negatur minor. Et de hoc erit infra specialis questio, per quam respondebitur ad id quod tangitur in argumento de superficie & albedine.

QUESTIO III.

Vtrum eadem res quando est actu, distinguatur realiter a seipsa quando est in potentia.

VERITVR 3. Vtrum eadem res quando est actu, distinguatur realiter a seipsa quando est in potentia. Puta, rosa que nunc actu est, distinguitur a seipsa, prout erat, aut fuit aliquando in potentia: quod probatur sic. Modi reales si sunt distincti: oportet eorum distinctionem esse realem. Sed isti duo modi, scilicet esse in actu & esse in potentia sunt reales, & sunt distincti modi: ergo eorum distinctio est realis. Maior patet: quia distinctio inter realitates necessaria est realis. Minor probatur. Et quia non est dubium quin esse actu sit modus realis: probatur hoc specialiter de esse in potentia. Primo. Modus conueniens rei seclusa omni operatione intellectus, est realis. Sed nullo intellectu cogitante: rosa conuenit esse in potentia: ergo, &c. Secundo. Ita distinguitur esse in actu & esse in potentia: sicut distinguitur potentia & actus. Sed potentia & actus distinguuntur realiter: ergo esse in actu & esse in potentia, sunt modi realiter distincti. Tertio. Esse in genere est modus realis: sicut 10. genera sunt entia realia. Sed res possibilis produci est in genere: quia res fuerit in genere ab æterno: nam actualis existentia, non dat eis quod sunt in genere: sed hoc habet ex sua quidditate: ergo, &c. Quarto. Potentia refertur realiter ad suum obiectum: quia sensus ad seipsum est relatio realis. Metaph. tex. commen. 20. Sed, rosa in potentia est obiectu alicuius potentie actiuę: ergo ad rosam in potentia, est aliqua relatio realis. Sed nihil terminat actu relationem realem nisi sit ens reale: ergo &c. Quinto.

Quinta ratio.

Existencia nihil addit quidditati.

Conclusio.

Quinto. Quicquid habet aliquam realitatem est ens reale. Sed rosa producenda habet aliquam realitatem: ergo &c. Maior patet. Minor probatur. Si rosa generanda non haberet realitatem per quam esset possibilis, sequitur quod non magis esset possibilis quam chimera: consequens est falsum: ergo &c. Dicitur forte quod habet realitatem potentie actiuę. Et si sic dicitur, habeo propositu, quia quicquid habet realitatem quocunque modo, est ens reale.

Respondeo, & pro notitia huius questionis premitto aliqua, primum est quod rosa existens actu merē substantialiter accepta, nihil addit supra quidditatem rosę, nisi existentiam, a qua præscinditur quidditas secundum se accepta. Secundum est quod duplex est distinctio: quia altera est positiu, scilicet, inter rem, & rem: quarum vtraque est, sed vna non est alia. Altera est negatiua, ad quam non requiritur vtrumque extremum esse: sed sufficit alterum non esse aliud: & hoc modo distinguitur ens a non ente, & sufficit ad hanc distinctionem quod hoc non sit illud. Tertiu est, quod differt dicere aliqua esse distincta in esse rei: & esse rei rationis: & ea esse distincta ratione. Nam ad veritatem primi requiritur quod habeant esse rei & rationis simul, verbi gratia, lapis potest considerari secundu actiuam existentiam: quam habet extra animam: & potest considerari secundum quod stat sub intentione speciei, que est ens rationis. Vnde dicitur quod aliud est lapidem existere: & aliud est lapidem esse speciei. Et si queritur vtrum ista distinctio sit realis, aut rationis. Dicendu est quod est rationis: quia alterum extremum est ens rationis. Nā distinctio est relatio: & relatio realis non potest esse nisi vtrique extremum sit reale. In ista autem distinctione ens reale & ens rationis se habent vt extrema. Quando autē dicimus quod aliqua sunt distincta ratione, importatur ibi modus distinctionis: & non importatur aliqua diuersitas in essendo: nisi secundum esse cognitum. Quartum est quod cum dico rosam esse possibilem vel potentialem: sit denominatio rosę ab aliqua potentia. Et ideo potest accipi dupliciter hoc quod dicitur potentiale. Vno modo accipitur pro ipsa potentialitate a qua denominatur. Alio modo accipitur pro re, & natura que denominatur potentialis.

Dico igitur ad questionem quod entitas actu existens habet aliquid reale, scilicet existentiam quam non habebat dum esset potentialis. Dico secundo, quod inter rosę actualem & seipsam potentialē non potest esse distinctio positiu nec negatiua realis: quia ipsa non sunt duę res, sed eadē. Dico tertio, quod rosa potentialis: id est, id quod denominatur potentiale, nihil habet in se reale a quo denominetur potentialis: sed ista denominatio est tantum ab extrinseco, scilicet a potentia agentis. Dico quarto: quod prædicti modi non sunt reales: ita quod esse potentiale dicat modum realem in ipsa re existentem, que dicitur potentialis, licet dicat modum realem in causa agente, scilicet eius potentiam actiuam. Et quod ita sit, probatur. Primo. Si potentialitas diceret modum realem, vel esse reale in re potentiali, hoc non posset esse aliud, nisi potentia actiua, vel passiu, vel obiectiua, vel potentia non repugnat: sed nullum istorum est dicendum: ergo &c. maior patet. Minor probatur: quod enim non sit potentia actiua aut passiu: patet: quia ista non sunt in re potentiali, que secundum suum totum esse deducitur in actum. Quod non sit repugnantia, patet: quia ipsa nihil ponit reale. Quod etiā non sit potentia obiectiua, patet, quia probatu fuit quod dari non potest prout opinantes imaginantur. Secundo, modus essendi in potentia & modus essendi in actu non plus distinguuntur quam rosa in actu, & rosa in potentia. Sed rosa in potentia, & rosa in actu non distinguuntur realiter, sed sunt idem numero: vt tu dicis, ergo modus essendi in potentia & modus essendi in actu sunt idem nu. Confirmatur: que sunt idem vni tertio, sunt idem inter se, præsertim si sint absoluta: sed quilibet istorum modorum est res ipsa per essentiam: ergo sunt idem modus realiter. Tertio. Quocunque differunt realiter, habet diuersas realitates. Sed isti duo modi non sunt distincte realitates: ergo, &c. Maior patet, minor probatur. Diuersa realitates sunt diuersa res. Sed isti duo modi non sunt duę res distincte: ergo &c. Maior patet. Minor probatur. Quilibet res distincta citra causam primam: aut sunt producta, aut producibiles: & per consequens quilibet res potest habere duos modos, scilicet, modum essendi in actu, & in potentia. Sed isti modi non possunt habere duos modos: alioquin iretur in infinitu: ergo non sunt duę res distincte. Quarto. Supponitur quod omnis potentia realis sit actiua vel passiu: & quod non detur potentia obiectiua: vt probatum fuit. Et arguitur sic. Si in intelligentia producibili esset ali quod esse reale, quod dicitur esse possibile: quare a qua

potentia dicitur possibile: non a potentia passiu est: quia nulla potentia passiu est in qua recipiatur entitas intelligita. Non a potentia actiua tanquam ab inuisibili: quia ipsa non est in re producibili: & etiam quia potentia actiua non presupponit id quod ab ea dicitur possibile, ergo nulla potentia realis est in re producibili. Patet ergo quod esse in actu & esse in potentia non dicit distinctos modos reales in ipsa re existētes: sed dicit diuersos modos reales, quorum vnus est in ipsa re, scilicet, esse in actu. Nam actualis existentia est in re existente. Alius vero inodus, scilicet, esse in potentia, est in causis effectus producibilis. Nā rosa antequam producatu est in causis suis: puta in virtute cęli: dicitur enim quod in sole est rosa virtualiter: quia sol habet virtutem productiuam rosę, & ab ista potentia denominatur rosa possibilis. Si autē queratur vtrum effectus habeat nobilius esse in se quam in causis suis. Respondetur quod si effectus sit producibilis a causa vniuocę, tunc habet nobilius esse in se quam in causa. Si vero sit producibilis a causa auiuocę, tunc habet verius esse in se quam in causa: prout veru dicit veritate propositionis: ista enim est vera, rosa est rosa, sed ista non est vera, sol est rosa. Si autem accipitur veru prout dicit entitatem rei: sic habet verius & nobilius esse in suis causis: entitas enim rosę in sole est nobilior quam in seipsa: quia entitas rosę in sole est ipsa forma & natura solis: per quam potest producere rosam: constat autem quod forma solis est perfectior quam forma rosę.

Ad primum in oppositum dicitur quod isti modi sunt distincti realiter ad sensum dictum: sed non ipsa re: quia potentia a qua effectus dicitur possibilis, non est in re producenda. Vnde secluso omni opere intellectus res est potentialis per potentiam realem existentem in altero: sed non per potentiam existentem in ea. Ad secundum dicitur eodem modo. Ad tertiu dicitur quod genus accipitur dupliciter. Vno modo pro natura cui conuenit intentio generis. Alio modo pro ipsa intentione generis, que est ens rationis. Primo modo res sunt in genere ab æterno: ad hoc enim quod ista sit vera. Rosa est in genere substantia: sufficit hęc esse vera: rosa est substantia, que fuit vera ab æterno. Quantu autem ad secundum, oportet quod res habeat esse cognitū & apprehensum. Ad argumentu igitur dico quod rosa fuit in genere ab æterno: sicut ista fuit vera, rosa est substantia: & sicut ista propositio non dicit aliquid reale in rosa: sed tantum identitate subiecti & prædicati, que est relatio rationis: ita etiā esse in genere non dicit aliquid reale: licet nihil sit in genere nisi ens reale, id est ens cui non repugnat actualis existentia. Ad quartum dicitur quod potentia non refertur ad obiectum relatione reali, nisi quando obiectum actu est. Ad quintum negatur minor. Ad probationē negatur consequentia: quia est aliquod agens potens producere rosam, & nullum est saltem naturale: quod habeat virtutem actiuam productiuam chimere.

QUESTIO IIII.

Vtrum res habeant esse quidditatum ante sui productionem.

Veritur quartu. Vtrum res ante sui productionem habeant aliquod esse reale: quod appellatur esse quidditatu. Et videtur quod sic. Primo. Particularis & indefinita affirmatiue conuertuntur simpliciter: vt homo est animal, ergo animal est homo. Sed hæc indefinita est vera ab æterno, aliquid est, creabile: ergo ista est vera ab æterno, credibile est aliquid. Sed non est aliquid ab æterno secundum esse existentie: ergo secundu esse essentia. Secundo. Fundamentum relationis realis est reale. Sed quidditas rei ante sui productionem est fundamentu relationis realis, scilicet producibilis ad productiuum, alioquin non possent produci: ergo. Tertio. Quodlibet eorum que sunt vniuocę maioris unitate quam sit unitas generationis vel speciei, dicit propriam entitatem: quia de ente & de non ente nihil dicitur vniuocę, unitas autem generationis est vniuocę. Sed forma producibilis est idem formę postquam producta est, non tantum genere vel specie, sed numero: ergo forma producibilis habet propriam entitatem. Quarto. Rosa non existente: hæc est vera, rosa est substantia. Sed veritas est passio entis: ergo significatum huius propositionis habet aliquam entitatem. Minor patet. Maior probabitur sequenti questione. Quinto. Ecribim que cadunt sub extremis eiusdem contradictionis, aliquid includit vnum quod non alterum: quia impossibile est quod contradietoria sint penitus idem. Sed illud nihil quod est impossibile produci, puta chimera: & nihil id quod est possibile produci, puta nona species angelis, cadunt

cadunt sub vna contradictione, cuius extr. ma sunt possibile & impossibile: ergo aliquid includitur in vno quod non includitur in alio. Sed hoc non potest esse nihilitas, cum sit communis vtrique: ergo aliquid præter nihilitatem scilicet aliqua entitas includitur in eo quod est nihil possibile produci. Sexto. De forma producibili probatur esse producibile quod est prædicatum positium: ergo forma producibilis non est purum nihil & per consequens est aliqua entitas.

Respondeo ad hanc questionem, dixerunt aliqui quod res habuerunt esse antequam producerentur: illud autem esse non fuit esse existentia: sed fuit esse essentia, id est, ipsamet essentia rei quæ fuit ante sui productionem. Et quia essentia & quidditas idem sunt: ideo illud esse appellatur esse quidditatum. Mouebantur autem isti ad hoc ponendum ex quibusdam fundamentis veris, sed falsè intellectis. Primum est: quia scientia est tantum de rebus æternis & incorruptibilibus: quia vt inquit Philosophus 6. ethico. cap. 4. omnes suspicamus quod scimus non contingere aliter se habere. Et idem ponit primo posteriorum. Singularia autem non sunt æterna: nec de eis habetur scientia: sed tantum de quidditatibus & essentiis: ergo oportet essentias habere aliquod esse æternum. Secundum est: quia dicit Philosophus 1. posteriorum, quod oportet de subiecto præsupponere: quia est. Illud autem, quia est, non est esse existentia: quia quilibet experitur se posse scire aliquid de aliqua essentia non considerando vtrum sit vel non sit: ergo illud esse est esse essentia & quidditatum. Tertium est: quia res sunt in prædicamento secundum suas essentias: constat autem quod sunt in prædicamento, etiam quando non existunt, alioquin rosa in hieme, non esset in prædicamento: ergo rosa quando non existit habet esse existentia. Quartum est: quia vt dictum fuit in questione de esse & essentia ipsa essentia & esse sunt eadem res non tantum in Deo, sed in omni creatura. Vnde dicitur quod illa entitas quæ est essentia simpliciter esse, nominatur essentia, prout comparatur ad Deum tanquam ad formam exemplarem: & quia in mète diuina fuit exemplar cuiuslibet quidditatis antequam res producerentur in esse: idcirco eternaliter quilibet res habuit esse essentia, siue esse quidditatum. Prius enim homo quam fieret, humanitas dicebatur esse quædam essentia per comparisonem ad ideam hominis in Deo existentem: ita quod esse essentia non est aliud quam prædictus respectus exemplari ad exemplar diuinum: ipsa vero essentia est eius fundamentum, cui talis respectus conuenit nõ per aliquam causam efficientem, sed per seipsam. Quia vero huius respectus conuenit rebus ab æterno: ideo consequenter dicitur quod esse essentia rebus habuerit esse quidditatum, quod est esse reale, alioquin istæ propositiones, homo est homo & homo est animal: quæ ab æterno fuerunt veræ: non haberent super quid fundaretur veritas earum. Sequeretur etiam quod homo & animal, & alia huiusmodi rebus non existentibus non significarent rem veram, sed figmentum sicut chimera. Hanc opinionem videntur sequi quidam Thomistæ qui dicunt, quod rebus corruptis manet quiddè esse essentia, licet non maneat esse existentia, propter quod propositiones necessariè verificari possunt etiam rebus destructis.

Dico tamen aliter ad hanc questionem, quod res nullum habuerunt esse reale extra causas suas ab æterno. Ad cuius notitiam sciendum est quod res possunt habere triplex esse. Vno modo in intellectu in quo habent esse cognitum: & sic omnia producibilia præexistunt in intellectu Dei, & ea quæ fiunt per artem præexistunt in mente artificis. Alio modo dicuntur res esse in causis suis: sicut rosa generanda est potentialiter in materia, & virtualiter in sole & in aliis causis actiuis naturalibus, & hoc etiã modo præfuerunt omnia in potentia actiua Dei. Tertio modo dicuntur res habere esse extra intellectum & extra causas suas: & hoc modo nullæ quidditates suæ productioni præexistunt. Deus enim non tantum produxit esse quo quidditates subsistunt: sed etiam produxit materiam & formam, quæ sunt partes quidditatis. Et similiter generatio agentis naturalis nõ solum terminatur ad esse compositi quod generatur, sed etiam terminatur ad essentia formæ quæ est formalis terminus generationis: vt dicitur 7. met. Nec valet primum fundamentum istorum: quia scientia sunt de quidditatibus quæ sunt vniuersales, vniuersalia autè dicuntur esse æterna & incorruptibilia secundum quod exponit Linco, primo posteriorum, comment. 17. & 18. & 19. Et sanct. Tho. de veri. quæst. j. argum. 5. ad 13. recitans Auicennam, quia non corrumpuntur per se: sed tantum ad corruptionem indiuiduorum: & aliis modis qui declarati sunt libro 7. Nec valet secundum: quia illud esse quod

præsupponitur de subiecto, est esse non repugnantia, non autem esse actualis existentia in natura, vt dicitur lib. 12. questione prima. Vel vt alij dicunt: illud quia est, non debet referri ad entitatem potentialem vel actualem: sed ad realitatem naturæ in se, oportet enim præsupponere an sit fictitium, vt chimera: vel aliquid verum & non fictum. Non valet etiam tertium. Cuius ratio est: quia prædicamentum formaliter acceptum est ordo rationis: & consequenter est relatio rationis. Vnde non habet esse nisi per actum intellectus: sicut etiam intensio generis & speciei & aliorum huiusmodi. Dico igitur quod nullæ res sunt actu in prædicamento: nisi dum concipiuntur & collocantur in tali ordine rationis per intellectum: sicut etiam nulla res est actu subiectum vel prædicatum, nisi dum est obiectiue & intellectu componente. Et ideo siue res sit siue non sit, potest esse in prædicamento dummodo habeat esse cognitum. Dicuntur tamen res quando non actu concipiuntur esse in prædicamento potentialem, quia possunt concipi & poni in tali ordine per intellectum. Nec valet quartum: quia vt supra probatum fuit, esse distinguuntur ab essentia. Et propterea non sequitur, si Deus ab æterno est omnium exemplar quod res habeat aliquod esse reale extra Deum: quia relatio imaginati & exemplaris & exemplari est rationis tantum in vtroque extremo. Quod autè res non habuerint tale esse extra causas suas quod est esse reale, & similiter quod non habuerint esse extra intellectum quod est esse rationis: ita quod nullum aliud esse habuerint: nisi vel in causis suis vel in intellectu, probatur. Primo. Illud non est ponendum quo posito tollitur necessitas ponendi intellectum agentem, sed prædicta opinio aufert hanc necessitatem, ergo &c. Maior patet: alioquin intellectus agens frustra poneretur. Minor probatur. Nulla alia est necessitas ponendi intellectum agentem nisi vt faciat quidditates rerum esse abstractas, quæ secundum se non sunt abstractæ. Sed si quidditates habeat aliquod esse reale extra causas suas ab æterno & præter actualem existentiam, ipsæ semper secundum se sunt abstractæ: nam rosa quæ obicitur intellectui, talis esset ab æterno qualis obicitur intellectui: quia etiam in rerum natura secundum suam quidditatem præcisè & abstractè: ergo &c. Hanc rationem posuit Comment. 3. de anima, commento 31. vbi dicit quod dicta ab Aristotele in hoc consistunt quod vniuersalia nullum esse habent extra animam, quod ponebat Plato: quoniam si ita esset, nulla esset necessitas ponendi intellectum agentem. Secundo. Si res ante rerum productionem habuerint esse quidditatum eadem ratione ipsum habent etiam postquam corruptæ sunt. Sed hoc est falsum: ergo &c. Consequentia patet. Falsitas consequentis probatur. Si essentia manent rebus corruptis: aut manent secundum numerum specierum, aut secundum numerum indiuiduorum. Sed non potest dari primum. Tum quia quidditas specifica non habet aliquam communitatem extra intellectum. Tum quia quodlibet indiuiduum habet propriam essentiam, & per consequens si corrumpitur essentia indiuidui, non sufficit quod maneat essentia specifica in communi. Non potest etiam dari secundum: quia cum indiuidua factibilia sint in infinitum, & infinita indiuidua pertransierint, secundum Philosophum: sequitur quod infinitæ essentia permanerent & fuissent ab æterno: quod non est dicendum. Tertio arguitur. Si res habuerint esse essentia ab æterno & non esse existentia: aut tales essentia sunt omnino improductæ, aut aliquo modo. Si sunt omnino improductæ, ergo à nullo dependent, & consequenter non dependent à causa prima: & sic inter eas & causam primam nullus est ordo, quod est falsum, & contra Philosophum 12. metaphysicis in fine. Si sunt productæ aut hoc est secundum causam finalem: aut secundum causam efficientem. Non secundum causam finalem: quia omnis causa est natura prior suo effectui: & sic in illo priori tales essentia nullum habent esse quidditatum. Si secundum causam efficientem, ergo cum actio causæ efficientis terminetur ad actualem existentiam: sequitur quod nunquam habuerint esse quidditatum nisi quando habuerint actualem existere. Quarto. Essentia hominis non est aliud nisi humanitas, & essentia huius hominis, puta Sortis, non est aliud nisi hæc humanitas. Si corrupto Sorte, nullo modo manet humanitas: quia ipsa requirit actualem vniõnem animæ cum materia: ergo &c. Quinto. Si humanitas manet secundum esse essentia, aut ly esse essentia, constituitur transitive, id est, esse quod est ipsius essentia: tale autem esse non est nisi existentia quam tunc humanitas non habet: quia corrupta est. Aut ly esse essentia, constituitur intrasitive: vt dicitur esse essentia, id est esse quod est, ipsamet essentia, & tunc est

Ad fundamentum prius.

Conclusio

est sensus: humanitas manet secundum esse essentia, id est essentia quæ est humanitas manet. Sed omne quod manet est: ergo essentia quæ est humanitas, est postquæ corrupta est. Sexto. Aut hæc humanitas quæ dicitur manere, est res à Deo distincta, aut est ipsemet Deus. Non potest dici quod sit Deus: quia esse diuinum non est quidditatum, nec proprium, nec essentiale alicui creaturæ. Non potest etiam dici quod sit realiter distincta à Deo: quia relatio realis non conuenit nisi rei existenti. Sed distinctio realis est relatio realis: ergo non conuenit huic humanitati quæ non existit. Sepundum hanc humanitatem habentem esse quidditatum quando actu non est: aut potest Deus annihilare, aut non. Non potest dici quod nõ alioquin Deus non esset omnipotens. Si sic, ponatur in esse quod ipsam annihilat. Et tunc vel hæc humanitas est possibilis produci vel non. Si sic, ergo postquæ annihilata est, habet aliquam entitatem: quod est impossibile. Patet consequentia, quia per se, omne producibile præexistit secundum esse quidditatum. Si non: ergo potentia Dei diminuta est: cum Deus possit ante ipsam producere: & eã nunc producere non possit. Octauo. Sequitur quod creatura non esset à Deo producta secundum quodlibet sui. Sed hoc est falsum: alioquin essent multæ res improductæ: & multa prima principia. Consequentia probatur. Esse quidditatum pertinet ad naturam rei: ergo si esse quidditatum non est productum, sed præexistit cuilibet productioni: sequitur quod res non sunt productæ secundum quodlibet sui.

Ad primum. Ad argumenta in oppositum respondetur. Ad primum dicitur quod ista ab æterno fuit vera, creabile est aliquid accipiendo ly aliquid, transcendere: sicut & ista erat vera, creabile est ens, & homo creabilis est substantia. Sed non valet vltior consequentia: quia inferitur, quod creabile habeat aliquod esse reale extra suas causas. In quo autem sensu sint veræ illæ propositiones dicitur questione sequenti. Ad secundum negatur minor: quia vt dictum fuit in quarto, licet relatio producentis ad productum sit relatio realis, tamen relatio producibilis ad productum est ratio nis tantum. Ad tertium dicitur quod dupliciter aliqua possunt dici esse vnum numero. Vno modo positiuè: quia scilicet quodlibet eorum est ens positium, & abinuicem sunt indistincta, ita quod ad talem vnitatem hæc duæ rationes requiruntur, & sic negatur minor, quia cum omnis forma producibilis sit nihil nulli rei potest esse idem positiuè. Secundo modo dicuntur aliqua esse vnu negatiuè: quia scilicet non sunt actu distincta, cum alterum eorum sit purum nihil, cui repugnat actualis distinctio, licet istud nihil ali quando erit illud ens, cum quo nunc dicitur esse vnum negatiuè, quod sic conceditur minor, sed negatur maior. Ad quartum dicitur, quod nulla rosa existente hæc est vera: rosa est substantia, sed hæc veritas non est passio alicuius habentis esse extra intellectum, sed est passio entis cogniti & apprehensi. Ad quintum dicitur quod nihil (quod tamen est possibile produci) non denominatur possibile ab aliqua potentia reali quæ sit in eo, sed solum à potentia extrinseca, scilicet, à potentia agentis, quod potest ipsum producere. Ex hoc dico quod non oportet quodlibet extremum contradictionis includere aliquid reale positium in se: sed sufficit quod includat aliquid tale positium aut intrinsecè aut extrinsecè, à quo denominetur. Ad sextum dicitur eodem modo: quod esse producibile quod prædicatur de forma producibili, nihil positium reale ponit in ipsa forma, sed tantum in agente à quo produci potest. Ponit tamen in forma aliquod positium rationis, scilicet relationem ad causam productiuam.

Ad secundum. Ad tertium.

Ad quartum. Ad quintum.

Ad sextum.

Q V Æ S T I O V.

Vtrum propositiones factæ de rebus non existentibus in materia necessaria sint veræ.

Quæritur quintò. Vtrum rebus non existentibus, veræ sint propositiones de eis factæ in materia necessaria, cum ipsæ res non habeant esse quidditatum, vt probatum fuit. Et videtur quod nõ. Primo. Quia philosophus 2. poster. sic dicit: Impossibile est scire quid est, ignorantes si est. Sed re non existente non potest sciri an sit: cum sit falsum eam esse, ergo non potest sciri quid sit, puta quod sit animal vel substantia vel huiusmodi. Secundò. Philosophus 2. perihermias sic dicit. Quando in adiecto aliquid quidem oppositorum inest, quæ sequitur contradictio, non verum, sed falsum est, vt hominem mortuum hominem dicere, ergo secundum Philosophum hæc consequentia non tenet, Sortes est homo mortuus, ergo est homo: quia secundum ipsum mortuum opponitur homini: & hoc patet, vt inquit Boetius ex diffinitionibus eorum,

quia in diffinitione hominis ponitur viues, mortuum autem est quod non est, & erat in rerum natura: ergo viuus quod ponitur in diffinitione hominis, est oppositum mortuo: igitur non est possibile quod de eodem prædicetur vt tuus, quod ponitur in diffinitione hominis & mortuum. Tertio. Si homo est animal, ergo est animatus: ergo anima est corpori vnita. Sed vnio cum sit accidens, per accidens non inest vniuersali nisi prius singulari inest. Sed nullo homine existente, nulla anima est corpori vnita, & ergo nullus homo est animatus. Quarto. Si omne quod est essentiale alicui prædicatur de eo etiã si nõ sit, ergo si Deus non esset, adhuc esset verum dicere quod Deus est, quia esse est de essentia Dei. Quintò. Si Sortes non existens est homo: ergo est substantia: aut igitur prima, aut secunda. Sed Sortes cum sit indiuiduum, non est substantia secunda: ergo est substantia prima, & per consequens existit: quia singulares substantia materiales sunt cum hoc & nunc. Sexto. Si hæc est vera, homo est animal dum homo non est: quæritur pro quo supponunt extrema, & quicquid dicitur sequitur inconueniens. Non enim potest dici quod subiectum supponat simpliciter quia prædicatum non conuenit ei secundum esse quod habeat in intellectu, ergo supponit personaliter, & sic oportet propositionem verificari pro indiuiduis & personis: quæ cum non sint: falsa est propositio. Septimo. Philosophus in prædicamentis: cap. de substantia: dicit quod ex eo quod res est vel non est, oratio dicitur vera vel falsa, ergo quicquid de re nõ existente enunciatur, falso enunciatur. Octauo. Terminus positus in propositione, non trahitur ratione alicuius adiuncti extra suum significatum. Sed ly est, de se significat actualem existere: ergo in omni propositione id ipsum significat: & per consequens, cum dicitur homo est homo: significatur quod homo sit & ideo falsa est homine non existente. Nono. Theologi dicunt in 3. di. 22. quod in triduo mortis Christi ista fuit falsa simpliciter, Christus est homo: & tamen in ea prædicatum est essentiale subiecto, ergo &c.

Respondeo quod circa hanc questionem dissentiunt terministæ & iuniores dialectici ab antiquis. Ipsi enim propter rationes supra positas existimant nullam propositionem esse veram, cuius subiectum in rerum natura nõ est. Sed clarissimi philosophi oppositum putant, scilicet Albertus magnus in libro de causis, cap. 8. & in post prædicamentis, cap. 9. & sanct. Thom. de veri. q. 6. ar. 1. ad 9. vbi dicit aliquid esse dupliciter incommutabile. Vno modo propter incommutabilitatem naturæ, sicut Deus. Alio modo propter necessitatem veritatis, sicut ista veritas, omne totum est maius sua parte. Item tenuit Henricus quolibeto 10. quæst. 3. 1. Herucus quolibet. 3. prima. & Scot. & communiter alij doctores. 3. dist. 21. vbi ex dictis diuersorum colligitur ista conclusio. Omnis propositio categorica composita affirmatiua de inesse: non habens implicationem ex parte subiecti contingentem, aut impossibile & non æquiuocans hypotheticæ, siue sit in primo siue in secundo modo perscrutatis, est semper vera: etiam rebus non existentibus, dummodo subiectum eius habeat conceptum vnum: vt istæ propositiones, homo est animal: Sortes est homo: homo est risibilis. Dico composita ad excludendas propositiones: vt cum dicitur homo est. Dico affirmatiua: quia semper negatiua sunt falsa in tali materia, vt ista, homo nõ est animal. Dico, de inesse, quia aliqua modales essentia falsæ: vt ista, homo contingenter est animal. Dico, non habens implicationem contingentem, quia in casu nostro ista est falsa, homo albus est homo. Nam bene sequitur homo albus est homo, ergo homo est homo albus: & vltima, igitur aliquis homo est albus: quod constat esse falsum, nisi homine existente. Dico non implicans impossibile, propter hæc & similes propositiones. Maius Deo est. Nam ly maius, & ly Deo, quæ sunt à parte subiecti, si mul stare non possunt. Oportet enim quod ratio subiecti prius sit vera in se, quam quod aliquid de ipsa enunciatur. Dico nõ æquiuocantem hypotheticæ ratione istius & simili, homo qui currit est animal. Dico si subiectum habeat conceptum vnum propter istam, Christus est homo, cuius subiectum implicat duas naturas. Sed antequam probetur ista conclusio prius declarandum est eius significatum. Ad esse triplex. Cuius euidentiã præmittenda sunt ea quæ posita sunt libro 6. in questione de entitate enunciabili, scilicet quod esse accipitur tripliciter. Vno modo vt significat actum essendi, & cum prædicatum est secundum adiacens. Secundo vt significat essentia & quidditatem: vt cum dicimus quod diffinitio est oratio indicans esse rei. Tertio vt significat veritatem propositionis. Itè sciendum quod omnis propositio affirmatiua vera, de inesse, significat aliquam identitatem prædicati cum subiecto & aliquam distinctionem eorum. Nam in qualibet propositione affirmatiua, aut idè prædicatur de seipso

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Sexta ratio.

Septima ratio.

Octava ratio.

Nonna ratio.

Terministæ & placitum.

Conclusio.

Conclusio.

Conclusio.

Conclusio.

Conclusio.

Conclusio.

Conclusio.

Conclusio.

Conclusio.

Conclusio.

Conclusio.

Conclusio.

Opinio dicentium res essentibus habuisse esse quidditatum.

Triplex esse verum.

Conclusio.

Conclusio.

Conclusio.

Conclusio.

& sic idem est subiectum & predicatum: aut non predicatur idem de seipso, sed tantum predicatur est de ratione subiecti, ut cum dico homo est animal, & sic adhuc subiectum & predicatum sunt idem secundum rem. Nam ille qui est homo: est etiam animal. Aut predicatum non est de ratione subiecti: & in his subiectum & predicatum sunt diversa res, sed tamen sunt idem subiecto: ut cum dico homo est albus. Hanc autem identitatem predicati ad subiectum significat copula verbalis. Propter quod dicit Philosophus in primo perihermenias quod ly est: significat compositionem quandam quam sine extremis non est intelligere. Distinguitur autem semper aliquo modo subiectum a predicato saltem ratione: quia hoc est subiectum & illud est predicatum: & iterum relatiua sunt aliquo modo distincta: quia nihil dicitur relatiue ad se, sed ad aliud. Subiectum autem & predicatum sunt relatiua: ergo semper aliquo modo distinguuntur. Ista igitur propositio, homo est animal, significat vnionem siue identitatem siue complexionem animalis ad hominem: significat enim animal inesse homini: quia quidem complexio siue quod esse significatur ratione illius copulae est, dicitur a Philosopho esse ens rationis sexto metaphys. secundo perihermenias. Hanc autem identitatem animalis ad hominem est relatio rationis tantum, cum sit eiusdem ad ipsum, & ideo ad eam sufficit quod extrema habeant esse apprehensum ab intellectu.

Nunc probatur praedicta conclusio. Et primo sic. Supponitur primo quod casus non variat formalem consequentiam, ut dicitur dialectici. Vnde si aliqua consequentia nunc est vera, semper fuit vera & semper erit vera. Supponitur secundo quod omnis conditionalis vera est necessaria, & est bona consequentia & formalis, ut communiter est concessum. Supponitur tertio: quod aliqua conditionalis potest esse vera, dato quod antecedens & consequens sunt falsi. *Suppositum primum.* Si Sortes est albus, ipse est rudibilis. Hoc suppositum habetur a Commentatore 7. phy. com. 2. Ex his arguitur ista conditionalis propositio, Si tu curris, tu moueris, nunc est vera: ergo ipsa ab aeterno fuit vera. Sed ab aeterno tu non eras: quia nullum corruptibile est aeternum: ergo ad veritatem propositionis non requiritur subiectum eius existere. Dicitur forte quod licet constantia subiecti non requiratur in hypotheticis: requiritur tamen in categoricis. Sed contra, quod nec etiam requiratur in categoricis arguitur. Secundo si ista consequentia est vera, Sortes est homo: ergo Sortes est animal: est vera, dato quod nullus homo sit. Sed praedicta consequentia non tenet: nisi in virtute huius propositionis: omnis homo est animal: ergo semper quando illa consequentia est vera, etiam ista categorica est vera. Sed illa consequentia est vera nullo homine existente: ergo nullo homine existente ista est vera, homo est animal. Tertio. Si ad veritatem propositionis requiritur constantia subiecti: sequitur quod nihil est scibile nisi dum actu est. Sed hoc est falsum: ergo &c. Patet consequentia, quia nihil est scibile nisi verum, probatur falsitas consequentis: Id per quod res sunt contingentes & possibiles aliter se habere: non facit ad earum scibilitatem: sicut nec ad earum diffinitionem. Sed existentia conuenit eis contingenter: ergo &c. Confirmatur. Quia sequitur quod si quis habeat perfectum habitum geometriae & desinat esse in rerum natura figurae geometricales, quod eius scientia corrumpatur: & consequenter quod sit habitus non permanens; imo de facili corruptibilis, quod est contra rationem habitus. Quarto. Omnis propositio negatiua vera: habet affirmatiuam veram priorem ad quam reducitur: & maxime illam in qua idem de seipso predicatur: ut habetur secundo perihermenias: ubi dicit Philosophus quod haec propositio, bonum non est malum, reducitur ad istam bonum est bonum. Sed nullo homine existente, ista negatiua est vera, homo non est albus: ergo ista affirmatiua, homo est homo, ad quam illa reducitur, est vera: de quocunque autem predicatur homo predicatur & animal: cum in eius conceptu includatur formaliter: ergo &c. Quinto arguitur ab aliis. Duorum contradictoriorum oportet alterum esse falsum: & alterum verum. Sed istae sunt contradictoriae: homo est homo: homo non est homo: ergo oportet vnam esse veram & reliquam falsam. Sed haec est falsa: homo non est homo: ergo haec est vera: homo est homo. Quod autem haec sit falsa: homo non est homo: probatur: quia ad eam sequitur quod homo sit non homo: quia, ut dicit Philosophus 2. perihermenias. ad negatiuam de predicato finito sequitur affirmatiua de predicato infinito, cum autem haec, homo est non homo: ponat subiectum esse ex quo verbum est affirmatum, sequitur quod homo sit & non sit homo. Sexto. Contradictoria istius, homo est homo, est falsa in casu quod

nullus homo sit: ergo ipsa est vera: consequentia patet. Antecedens probatur. Haec est falsa, nullus homo est homo, & haec est eius contradictoria: ergo &c. minor patet. Maior probatur. Nam si nullus homo est homo, ergo homo non est homo, ergo homo est non homo, ut prius dicebatur. Tunc ultra: homo est non homo: ergo non homo est homo per conuersionem simplicem, tunc ex conuersa & conuertente arguitur sic. Non homo est homo, & homo est non homo: ergo homo est homo, quod probare intendebamus. Dicitur forte quod ad istam, homo non est homo, non sequitur ista, homo est non homo: nec est verum quod ad negatiuam de predicato finito sequatur affirmatiua de predicato infinito: quia Philosophus secundo perihermenias dicit quod existentibus quatuor propositionibus quarum duae sunt negatiuae de predicato finito: & duae affirmatiuae de predicato infinito, ad affirmatiuas sequuntur negatiuae: sed non e contra. Et hoc idem dicit Philosophus in 1. priorum. Vnde bene sequitur, Tu es non iustus: ergo tu non es iustus: sed non e contra. Contra hanc responsionem arguitur, quod licet vera sit non tam euaeuat difficultatem. Nam philosophus dicit 2. perihermenias aliquatulum post verba superius recitata, quod si verum est interrogatum negare, verum est affirmare predicatum infinitum. Ut si quaeatur, an Sortes sit sapiens, & respondeatur quod non: bene sequitur, ergo est non sapiens. Ex quo patet quod philosophus dicit affirmatiuam sequi ad negatiuam: licet supra dixerit quod non. Hanc contradictionem tollunt aliqui, & dicunt quod licet in terminis non transcendentibus affirmatiue non sequantur ad negatiuas: sicut e contra: sequuntur tamen in terminis transcendentibus, & de his intelligit Philosophus primo priorum: qui exemplificat de bono & non bono. Sicut ergo in priori ratione vtebar terminis specialibus, dicendo homo est homo: nunc vtar transcendente, & dicam sic. Nullo homine non existente: ista est falsa, homo non est ens: ergo ista est vera, homo est ens. Tenet consequentia: quia etiam duae indefinitae & altera negatiua, quarum vna est affirmatiua contradicunt si sint in materia necessaria. Antecedens autem probatur, sicut supra deductum est. Dicitur forte quod terminus transcendens non potest infinitari. Sed e contra hoc posito non tollitur contradictio in verbis philosophi. Item Philosophus exemplificat de his homo non est bos: homo non est bonus. Constat autem quod bonum est transcendens.

Ad argumenta responderetur. Ad primum dicitur quod Philosophus ibi loquitur tantum disputatiue, sicut ipsemet dicit: & dato quod loqueretur determinatiue: dico quod in acquirenda notitia quidditatis rei oportet rem esse, ut ipsa res causet phantasma, & eo mediante moueat intellectum, & haec est intentio philosophi: quia ibi inquitur quomodo cognoscatur quod quid est, sed non intendit quare an possit haberi notitia prius acquisita: dato quod res corruptantur. Ad secundum dico quod Philosophus intendit solum declarare, quod haec consequentia non est formalis. Sor. est homo mortuus: ergo Sor. est homo: licet enim hoc consequens Sor. est homo, semper sit verum & necessarium: non tamen sequitur formaliter ex illo antecedente. Et cum dicitur, quod mortuum tollit vnum: quod est essentiali homini, dico quod viuens accipitur dupliciter. Vno modo pro natura cui conuenit seipsam mouere ad operationem si in actuali existentia ponatur, & tale viuens est homini essentiali tanquam genus. Alio modo accipitur viuens pro eo quod actu habet esse sibi datum ab anima: & hoc etiam est aliquo modo essentiali, quia pertinet ad substantiam creaturae actu viuentis: & huic proprie opponitur mortuum: sed non opponitur viuenti primo modo dicto. Et si dicatur quod Sortes post mortem non est Sor. quia ut dicit Commentator primo phy. com. 63. res in corruptione substantiali, perdit nomen & diffinitionem. Respondetur quod Commentator nihil aliud intelligit nisi quod Sortes post mortem non est existens Sortes: differentia enim accidentales non faciunt terminum equiuocum, qui de se est vniuocus: fuisse autem & fore & esse siue praesens, praeteritum, & futurum sunt differentiae quae accidunt Sorti. Ad tertium patet responsio ex dictis ad secundum. Ad quartum dicitur quod illi qui faciunt illud argumentum soluant etiam ipsum. Nam ipsi tenent quod etiam formaliter est impossibile sequitur quodlibet: & quod necessarium sequitur ad quodlibet. Cum ergo antecedens illius conditionalis sit impossibile: & consequens sit necessarium vtrique habet concedere consequentiam & dicere quod consequens est verum: quia etiam per eos est necessarium. Posset tamen negari consequentia: sicut non sequitur si ponamus hominem non esse animal, quod homo sit animal, quia ex impossibili non sequitur eius contradictorium, alioquin contradictoria essent simul vera, cum oporteat quod si antecedens

contradictio verb. philosophi.

Ad primum.

Ad secundum.

Ad tertium & quartum.

alicuius consequentiae est verum, & etiam consequens sit verum. Ad quintum dicitur, quod esse substantiam primam, vel substantiam secundam non est aliud quam esse genus vel speciem, vel indiuiduum: ista autem sunt praedicta accidentalia: cum non conueniant rebus nisi per operationem intellectus. Ad sextum dicitur quod ly homo, supponit suppositionem simplicem, quae est naturalis: cum sit pro ipsa natura, licet creature, nec ad talem suppositionem requiritur praedictum esse terminum secundae intentionis. Ad septimum dicitur quod Philosophus, ut patet per eius exempla non loquitur nisi de propositionibus simplicibus: aut de his quae sunt in materia contingenti. Vel est dictum, quod ex eo quod res est vel non est, dicitur oratio vera vel falsa: id est ex eo quod sic est: sicut per orationem significatur, oratio est vera: & quod ista sit intentio Philosophi: patet, quia ipse in praedictis in cap. de prioribus, dicit: quod sic esse sicut propositio signat, est causa quod propositio sit vera. Ad propositum autem dico quod semper sic est, sicut significatur propositio in materia necessaria: quia semper verum est hominem esse animal. Ad octauum negatur maior si terminus sit analogus: cuiusmodi est ens & esse & huiusmodi, nam ens per se sumptum stat propositio prioris significatur: quod est substantia. Si vero dicitur ens successiuum vel ens inhaerens stat pro accidente: non tamen perdit propter hoc aliam significatur: quia quantum est de se, potest hoc & illud significare. Ad nonum dicitur, quod theologi: ut Scotus inquit: non loquuntur logicè: nec quarunt an illa propositio sit vera de virtute sermonis: sed solum intendunt dicere quod Christus non erat existens homo: quia anima ipsius non erat actu corpori vnita.

Ad quintum.

Ad sextum.

Ad septimum.

Ad octauum.

Ad nonum.

QUESTIO VI.

Verum potentia resistitua distinguatur a potentia actiua & passiu.

Quaeritur sextò, Verum potentia resistitua distinguatur a potentia actiua & passiu. Et videtur quod sic. Primum. Siccitas & humiditas sunt potentiae resistituae. Sed istae non sunt actiuae nec passiuae, ergo &c. Maior est philosophi primo & secundo de generatione, tex. com. 9. & patet ratione. Dum ex igne generatur aer, ibi est resistitua: alioquin subito & sine alteratione media generaretur aer. Aut ergo ignis resistit per caliditatem, aut per siccitatem: & non per caliditatem, quia similis forma est in aere, resistit autem non est nisi ratione contrarietatis: ergo resistit per siccitatem. Minor etiam probatur, & primo quod non sit potentia passiu: quia siccitas est actus & forma, ergo non est potentia passiu, passiu disticta contra actiuam posita ab Aristotele. Patet consequentia, quia philosophus 9. metaph. tex. com. 7. dicit quod actus oppositus potentiae passiuae, dicitur de forma & de opinione. Quod etiam non sit actiua, probatur. Si siccitas esset actiua, ageret in humiditatem eam corrupendo, cum sola humiditas sit ei contraria: actio autem est ratione contrarietatis. Sed corruptiuum humiditatis est calor & non siccitas: quod patet: quia ferrum semper est siccum, & tamen si quando est frigidum approximatur alicui humido non desiccatur ipsum. Si vero ferrum calefiat: tunc poterit ipsum desiccare. Secundo. Si potentia resistitua esset idem cum actiua aut cum passiu, potius deberet dici idem cum actiua quam cum passiu: ut paruit ex ratione praecedenti. Tum etiam quia resistere est contra agere. Sed non est idem cum potentia actiua, ergo &c. Maior patet. Minor probatur. Sit gratia exempli siccitas actiua & resistitua. Aut ergo tantum agit quantum resistit: & e contra aut plus agit quam resistit: aut plus resistit quam agit. Non primum: quia siccitas parum agit: quod patet. Ignis per calorem qui est multum actiuus, facile calefacit aquam: per siccitatem autem non potest remouere ab ea humiditatem, nec ab aliis quae ex natura sua sunt humida, ut vinum, oleum & cetera. Et tamen siccitas multum resistit, quod patet, quia aspersa aqua super rem valde siccam, difficile eam intrat, & stat super eam in modum figurae rotundae: quod est propter siccitatem resistentem. Non potest etiam dari secundum, propter rationem immediate dictam. Nec tertium: quia si siccitas plus habet de resistentia quam de actiuitate: sit resistentia ut sex, & actiuitas ut quatuor, & diminuuntur ista proportionabiliter per actionem contrarij. Sequitur quod corrupta tota actiuitate, adhuc esset aliquid de resistentia, quod est impossibile, quia bene sequitur, siccitas resistit agenti, ergo agens agit in ipsam, & tunc ultra, ergo agens reparatur ab ea: & tunc ultra: ergo ipsa se agit, & per consequens habet principium agendi. Tertio arguitur, quod si potentia actiua est resistitua, oportet tantam esse actiuitatem quanta est

Prima ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

resistentia: sit illa potentia actiua ut quatuor. Tunc sic. Haec potentia actiua est ut quatuor, haec potentia est resistitua, ergo haec potentia resistitua est ut 4. & tunc ultra: ergo est resistitua ut quatuor.

Respondetur. Quod licet ista quaestio in quantum implicat actionem & resistentiam & motum naturalis sit in quantum tamen quaerit de rerum identitate aut diuersitate est metaphysica. Vnde breuiter expediendo omnibus eis praetermissis quae in naturali philosophia de hoc pertractanda sunt dico duo. Primum quod eadem res & entitas est virtus resistitua & virtus actiua. Ad cuius euidentiam est sciendum quod esse actiuum & esse resistituum est esse relatiuum, cum dicatur ad aliud, nihil enim est actiuum aut resistituum in seipso. Et ideo, sicut eadem res est albedo & similitudo, ita eadem res est actiuitas & resistentia. Badem enim numero frigiditas aqua agit in ignem aut in aere, remittendo eorum caliditatem, & resistit eidem calori ne statim corrumpat aquam & ipsammet frigiditatem. Vnde illa frigiditas dicitur virtus actiua: in quantum remittit calorem agentis & eadem dicitur potentia resistitua, in quantum retardat eius actionem. Et ad hunc sensum generaliter verum est: quod omne agens naturale si agit, per motum in agendo reparatur: quia saltem ex resistentia passiuae retardatur actio agentis. Sed de reactione an & quomodo dicatur, alibi erit disputare. Dico secundo, quod potentia resistitua non est idem cum potentia passiu, de qua hic loquitur Philosophus, quod patet: quia potentia resistitua est actiua aliquo modo, cum sit principium reactionis. Potentia autem passiu non est principium agendi: alioquin esset actiua, sed est principium patiendi: ut patet ex eius diffinitione. Et si dicatur quod Philosophus secundo de generatione appellat humiditatem & siccitatem qualitates passiuas, dico quod ipsae non sunt passiuae subiectiuae, id est, subiectum passionis, sed dicuntur passiuae obiectiuae: sunt enim formae quae corrumpuntur. Et licet sint in rei veritate principium actionis, dicuntur tamen passiuae: quia earum actio non est ita manifesta, sicut actiuitas caliditatis & frigiditatis.

Ad argumenta responderetur. Ad primum dicitur quod siccitas est potentia actiua & agit per se in humidum pressens ipsum corrumpendo. Caliditas autem non agit in humidum per se, sed per acciden: in quantum facit exhalare partes humiditas: quibus exhalatis & euaporatis, remanent partes terrestres & grossae quae sunt siccae. Et hoc praeteritum est in mistis. In elementis autem oportet necessario concurrere siccitatem ad agendum in humidum: & e contra: nec calor aut frigus ad hoc sufficiunt. Vnde radij solis non desiccant aquam, nisi concurrente siccitate ignis vel terrae: nec frigiditas noctis humectat, nisi concurrente humiditate: puta de sensu rosae, vel alia huiusmodi causa. Quod autem dicitur ferrum aut marmor non desiccare, cum sunt frigida, hoc est falsum. Desiccant vtrique: sed eorum actio tarda est: quia ut diximus, siccitas non est multum actiua, & ideo eorum actio non est ita perceptibilis, sicut quando desiccatur aliquid per ignem: qui maioris est actiuitatis. Ad secundum dicitur quod ordo in resistentia est oppositus ordini in actiuitate. Nam calor est magis actiuus quam frigiditas, & haec magis quam humiditas, & haec magis quam siccitas. Sed e contra siccitas magis est resistitua quam humiditas: & haec magis quam frigiditas, & haec magis quam caliditas, licet quidem moti propter illud argumentum dicant quod qualibet istarum qualitarum tantum agit quantum resistit, & tantum resistit quantum agit. Sed mihi videtur quod hoc non sit verum. Constat enim quod dum aqua est calida, ille calor est valde actiuus: ut patet ex eius laesione: non enim posset quis diu manere in aqua intense calida: & tamen ille calor parum resistit, quod patet: quia aqua calida facile reducitur ad frigiditatem: quod non esset, si calor multum resisteret. Nam quanto maior est resistentia, tanto difficilius est agere. Dico igitur quod siccitas plus est resistitua quam actiua. Et cum improbat, dico quod illa ratio procedit ex falsa imaginatione ac si virtus resistitua & actiua sint duae qualitates habentes distinctos gradus, sicut sunt albedo & dulcedo in lacte: quod forte est albu ut 6. & dulce ut 4. Sed secus est in proposito. Impossibile enim est separare a siccitate actiuitatem & resistentiam: sed semper magis resistit quae agit, sicut pulchre patet in simili. Nam eodem actu volumus finem & ea quae sunt ad finem. Et eodem actu intelligitur conclusio & principium, ut dicitur primo posteriorum, iste tamen actus intensior esse dicitur ut terminatur ad principium, quae ad conclusionem. Nam principia magis cognoscimus, & hinc magis amamus, quam ea quae sunt ad finem. Nec tam valet illa consequentia. Sit amor finis ut 6. & amor eius quod est ad finem, ut 4. & remittatur proportionaliter.

Conclusio prima.

Secunda conclusio responsiua.

Ad primum.

Ad secundum.

Idem actus in mensuris & sensibus dicitur.

biliter: ergo amabitur finis & non ea quæ sunt ad finem: quod ideo est, quia ista diminutio & remissio non est durarum rerum: sed eiusdem formæ secundum rem: habentibus tamen diuersas rationes: quarum una cõuenit ei perfectiori modo quã alia. Sicut etiam intellectus & memoria sunt una res: & tamen intellectus est dignior memoria. Si ergo perfectior in aliqua proportione & remittatur proportionabiliter, non sequitur ex hoc quod remanebit intellectus & non remanebit memoria. Nec valet argumentum quod faciunt alij: Calor vt 8. est actiuus: & vt 6. resistitiuus, ergo prius desinet esse actiuus quã resistitiuus, patet cõsequentiã, quia prius desinet esse, vt 8. quã vt 6. Decipiuntur enim isti qui putant nos dicere quod calor vel alia ista qualitates in aliquo gradu sit actiuus: & in eodẽ nõ sit resistitiuus. Nullus enim est gradus caloris actiuus: qui nõ sit resistitiuus: & econtra nullus est resistitiuus, qui non sit actiuus, sed qui libet magis agit quã resistit. Ad tertium negatur consequentiã: sicut nõ sequitur. Hæc albedo est hæc similitudo: sed albedo est vt 8. ergo hæc similitudo est vt 8. potest enim antecedens esse verum & consequens erit falsum, posito casu quod Sortes albus vt 8. sit similis in albedine Platoni albo vt 4. tunc enim albo Sortes est vt 8. & tamen eius similitudo ad platonẽ nõ est: vt 8. sed vt 4. Nec valet, hæc albedo est perfectissima, ergo hæc similitudo est perfectissima: quia sepe arguitur ab idẽtitate rei ad idẽtitate rationis.

QVÆSTIO VII.

Vtrum rebus non existentibus verum sit quod intelligantur.

Varitur septimò. Vtrum similiter rebus non existentibus verum sit quod intelligantur: puta an ista sit vera, nulla rosa existente rosa intelligitur. Et arguitur quod non. Primo. Si sic: sequitur quod si Deus cõseruaret in oculo speciem rei visibilis corrupto obiecto quod obiectum videretur, consequens est falsum: vt de se patet, ergo antecedens. Consequentia patet, quia non est maior ratio in hoc quam in illo. Secundo. Sequitur quod ista esset vera, chimera est chimera: cõsequens est falsum. Probat consequentiã sic arguendo. Aliquod intellectum est chimera: sed nullum aliud intellectum à chimera est chimera, ergo chimera est chimera. Et ultra: ergo id quod est chimera. Hæc vltima consequentiã patet: quia in ista propositione chimera est chimera: subiectum supponit respectu verbi de præsentia: & nihil ponitur ibi ampliatiuũ: ergo conuertitur cum ista, aliquid quod est chimera est chimera. Tertio. Sit corruptus Socrates & habeat speciem representantem sortem & nullam aliam, & arguitur sic. Aut aliquid est intellectum à te: aut nihil: si aliquid, & non nisi Socrates: ergo Socrates est aliquid. Si nihil, habetur propositum, quia tu intelligis. Quarto. In ista propositione, rosa intelligitur à Sorte: quæritur vtrũ subiectum eius supponit pro aliquo vel pro nullo. Si pro aliquo: ergo rosa est aliquid, contra casum. Si pro nullo, ergo nihil intelligitur à Sorte. Quinto. Omnis vniuersalis est vera, cuius quilibet singularis est vera. Sed corrupta omni rosa, quilibet singularis est vera istius vniuersalis, nulla rosa intelligitur, ergo ipsa est vera. Maior patet. Minor probatur, quia neque rosa intelligitur neque hæc, neque hæc, & sic de singulis.

Respondeo. Et pro notitia tituli quæstionis sciendũ est, quod in hoc loco non quæritur, vtrum res non existens, possit causare sui notitiã sine specie in intellectu: quia de hoc nulli dubium est, quod non, eo quod res non existens nullam potest habere actionem in intellectu. Sed quæstio est, præsupposito quod in intellectu Sortis sit species rose: siue talis species sit causata à rosa siue ab alio. Vtrum Sortes per talem speciem possit elicere intellectionem actiuam, quia intelligat rosam? Dicunt igitur alij quod non. Et habent pro fundamento suæ opinionis, quod subiectum respectu verbi præsentis temporis nullo modo ampliatur: ista autẽ propositio, Rosa intelligitur, æquipollet isti, rosa est intellecta, quæ est de verbo præsentis temporis, & ideo in ista propositione subiectum supponit tantum pro existentibus & nõ pro præteritis siue futuris, & ideo tales propositiones nõ sunt veræ de virtute sermõnis: dicunt tamẽ quod concedi possunt dictæ propositiones ad bonũ sensum qui est, quod Sortes habet speciem per quam posset intelligere rosam si rosa esset. Vnde ista propositio, recordor Cæsaris non existentis, sumitur pro ista copulatiua constituta ex tribus categoriis. Cognitio quædam est in me quæ foret Cæsaribus si esset, & Cæsar fuit cognitus à me: & Cæsar nõ est. Sed quoniã ista opinio & rationi & veritati aduersatur, dico aliter ad quæritum, Quod res nõ actu in rerum

natura existentes, à nobis intelligi possunt: nec requirunt rem actu esse ad hoc quod intelligantur. Hoc autem probatur multipliciter. Primo. Ista propositio nunc est vera, rosa est: posito quod rosa sit, ergo antequam rosa generaretur vera fuit ista propositio rosa erit. Patet consequentiã, in cõtingentibus cuiuslibet veræ de præsentia aliquando cor respondere vna vera de futuro. Sed intellectus nõ potest reformare hanc propositionem: rosa erit, nisi apprehendat subiectum & prædicatum: ergo quando rosa non erat: sed erat futura, intellectus eam apprehendebat. Secundo. Supponitur quod nihil potest esse in genere nisi sit in aliqua specie eius, cum genus non sit sine speciebus. Supponitur secundo, quod omne ens in actu per aliquam formã, potest habere operationes conuenientes illi formæ. Supponitur tertio, quod operationes specificantur ex terminis: vt dicitur 5. phy. com. 31. Tunc sic, intellectus habens speciem rose, est in actu per eam: dato quod nulla rosa sit: ergo potest per eã elicere aliquam intellectionem. Patet consequentiã per se eundem præsuppositum. Sed omnis intellectio terminatur ad illud quod per eam representatur, ergo ista intellectio terminatur ad rosam, dato quod nõ sit: dicitur fortẽ, quod antecedens huius consequentiæ secundã est falsum. Quia possibile est quod intellectus intelligat: & tamen nihil intelligat. Sed contra. Ista intentio est in genere intellectionis: ergo est in aliqua eius specie per primũ præsuppositum. Sed non habet speciem nisi ex obiecto per tertium præsuppositum: ergo terminatur ad aliquod obiectum. Tertio. Omne verum potest intelligi: sed rosa nõ existit, verum est rosam esse substantiam, vt probatum ex præcedenti quæstione, ergo rosa non existente potest intelligi rosam esse substantiam. Sed hoc enunciabile non dicit aliam entitatem nisi rosam & substantiam, vt probatum fuit lib. 6. ergo tunc intellectus intelligit rosam. Cuiusque conuenit ratio formalis obiecti intellectus, ipsum potest terminare intellectionem, eo quod obiectum & potentia adæquatur. Sed eis quæ non sunt cõuenit ratio entis quod est adæquatum & formale obiectum intellectus, ergo &c. Maior patet. Minor probatur. Eis quæ non sunt: non minus conuenit ratio entis quã negationibus & priuationibus, cum ista nullam dicant naturam: & illa sic. Sed negationes & priuationes sunt entia, vt dicitur quarto metaphysicæ, text. & comen. 2. ergo eis quæ non sunt cõuenit ratio entis. Quinto. Philosophus ponit hanc differentiam inter intellectum & sensum, quia stante specie in intellectu possumus intelligere cum volumus, & non possumus sentire cum volumus, quia requiritur ad sensationem præsentia obiecti: non est autẽ in nostra potestate quod obiecta sint semper præsentia, ergo intellectus potest intelligere ea quæ non sunt, nec requiritur præsentia obiecti. Sexto. Si intellectus non potest intelligere, nisi ea quæ sunt, sequitur quod ista consequentiã est bona, Rosa est intellecta: ergo est. Sed hoc est falsum, quia Philosophus 2. perihemias dicit quod ista consequentiã non valet, Homerus est in memoria hominum, ergo Homerus est. Septimo. Ista propositio est vera in sensu diuino. Album potest esse nigrũ. Sed nigredo quæ in hoc subiecto albo signatur potest acquiri, nõ est, quia neque est in ipso: alioquin non esset in potentia ad eam, neque est in alio: alioquin accidens migraret de subiecto in subiectum: ergo quod non est, potest per intellectum apprehendi. Ratio autem prædictorum est: quia species in intellectu existens representat tantum quidditatem, & non ea quæ accidunt quidditati, cuiusmodi est existentia, & ideo potest intellectus elicere intentionem quæ terminatur præcise ad quidditatem. Et præter hoc, potest in memoria sensitua aut intellectiua conseruari species representans complexionem accidentis cum aliquo subiecto: quod non est nunc, & consequenter habebitur memoria illius & actualis recordatio.

Ad argumenta vero in oppositum facile responderetur. Ad primũ dicitur quod ille casus non est possibilis naturaliter: quia sensatio exterior nõ potest esse nisi obiectum sit præsens. Si autem Deus miraculose conseruaret visionem corrupto obiecto, tunc ipsa desineret habere rationem visionis: vel aliquid forte aliud miraculose fieret, de quo non est disputandum apud philosophos. Et est mirum quod alij in rebus naturalibus nesciunt loqui & arguere, nisi ad miracula concurrant. Ad secundum negatur consequentiã & negatur falsitas consequentiã. Ad probationem conceditur totum, & dico quod ista est vera. Aliquid quod est rosa est rosa, etiam si nulla rosa sit: cuius ratio est: quia illa æquipollet isti, ens quod est rosa, est rosa. Ista autem est vera, ens est rosa: sicut & ista, rosa est ens. Nam bene sequitur per conuersionem simplicem, rosa est ens siue aliquid, ergo ens siue aliquid est rosa. Ad tertium similiter dicitur, quod posito illo casu ista conceditur, Sortes

Ad primũ.

Ad secundũ.

Ad tertium.

Ad tertium.

Primario.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Oppositio bona.

Improbatur opinio conuersionis.

Sortes est aliquid, sicut est verum quod est ens: sunt enim veræ omnes huius propositiones ad sensum declaratum præcedenti quæstione. Ad quartum dicitur quod in ista propositione ne rosa intelligitur subiectum supponit pro eo quod est aliquid, scilicet pro natura rose. Ad quintum dicitur quod ista propositio, Nihil intelligitur à Sorte: in quantum æquipollet isti vniuersali negatiua, nulla res intelligitur à Sorte, est falsum: intelligitur id quod est aliqua res, scilicet natura rose, & consequenter intelligitur id quod est hæc res determinata ad intellectum: licet non ad sensum & tale de monstratum est, vt dixi, ipsa natura rose. Decepti sunt autem isti: quia existimauerunt ad veritatem propositionis requiri existentiam subiecti: quod est falsum.

QVÆSTIO VIII.

Vtrum aliquid possit se reducere de potentia ad actum primo & per se.

Varitur octauo. Vtrum aliquid possit reducere se de potentia ad actum primo & per se. Et videtur quod sic. Primò. Quia aqua calida sibi derelicta alterat se ipsam ad frigiditatem: ergo mouetur à seipsa. consequentiã patet. Antecedens probatur. Aut frigiditas causatur ab aere circumstante: aut ab ipsa aqua: non ab aere, quia nulla res agit ultra gradum suum. Sed aqua alteratur ad maiorem frigiditatem quã sit frigiditas aeris: ergo hæc alteratio non est ab aere. Confirmatur: hæc alteratio est naturalis, ergo non est ab extrinseco agente contrario: cuiusmodi est aer. Confirmatur secundo. Idem est principium motus & quietis in termino ad quẽ est motus: vt dicitur primo cœli. Sed aqua ex se quiescit in frigiditate, ergo ex se mouetur ad frigiditatem. Secundo. In nutritione & in augmento corpus animatum mouet se ipsum: ergo &c. Antecedens probatur: virtus nutritiua & augmentatiua est in eo quod nutritur & augetur, ergo ipsum nutrit & auget se. Tertio. Omne agens potest agere in quolibet cõterito sub suo adæquato obiecto. Sed habens potẽtiã aliquam actiuam potest contineri sub obiecto illius potẽtiæ, ergo per eam potest agere in seipsum. Minor patet. Nam ignis habet potẽtiã causandi leuitatem: & ipse ignis est obiectum in quo potest causari leuitas: & ipse ignis est obiectum in quo potest operari agens esse distinctum sibi ab eo in quo agit. Vnde licet aliquid sit obiectum receptiuum forme, non tamen potest eam causare in seipso: quia à se non distinguitur sicut aliter. Sed contra. Si ignis inexistet aquæ calefaceret eam, ergo non requiritur prædicta distinctio. Quarto. Graue mouetur deorsum & non mouetur ab aliquo extrinseco: ergo mouetur à se. Maior patet ad sensum. Minor probatur: quia si moueretur ab extrinseco maxime moueretur à generante, vt communiter dicitur. Sed hoc est falsum primo: quia effectus in actu requirit causam in actu: vt dicitur secundo phy. & 5. meta. Sed possibile est dum graue mouetur, quod generans sit corruptum, ergo tunc ipsum non mouit. Dicitur forte quod generans virtualiter manet in graui. Sed cõtra. In graui non manet generans: nisi sicut causa in suo effectu. Sed nõ est in eo actu nisi per grauitatẽ, ergo grauitas est illa quæ mouet. Secundo. Id quod potest causare motum in quocunque passo approximato & proportionato, potest etiam causare ipsum in se: quando est extra locum suum: quia tunc est receptiuum illius motus. Sed graue potest mouere deorsum per suam grauitatem aliud graue sibi alligatum: ergo potest mouere per se. Tertio. Motus naturalis intenditur in fine: vt dicitur primo cœli. tex. com. 88. Sed hoc non posset esse nisi moueretur à se: ergo &c. confirmatur: quia Commentator 3. cœli com. 22. dicit quod lapis mouet se, in quantum est grauis in actu, & mouetur, in quantum est in potentia inferius, & 4. physico. dicit Philosophus quod graue & leue & durum & molle concomitantur densum & rarum. Sed differenter: quia graue & leue sunt actiua motus: durum autem & molle sunt passiuua. Quintò. Sit aliquod mixtum graue quod generetur supra in aere aut generans ipsum est cœlum aut aer. Sed à nullo istorum potest moueri, ergo non mouetur à generante. Consequentia patet. Antecedens probatur. Et primo quod non mouetur à cœlo: quia quanto magis esset elongatum à cœlo, tanto tardius descenderet, quia magis distaret à virtute motoris. Sed non mouetur tardius, imò velocius: vt dicitur 1. cœli, tex. com. 88. ergo &c. Quod etiam nõ mouetur ab aere, probatur. Tũ quia aer moueret sursum leuia & deorsum grauia: & sic actiuum natura moueret ad contrarios motus: quod est impossibile, cum natura sit determinata ad vnum. Sextò. Commentator 8. phy. comen. 32. dicit quod ignis non indiget motore extrinseco postquam genitus est. Et

Quarta ratio.

5. com. 31.

Quinta ratio.

Sexta ratio.

codem commento dicit quod essentia grauis & leuis facit quod ferantur ad loca sua. Et ibidem dicit quod leue non impeditur agit actionem leuis: quæ est moueri sursum.

Respondeo. Et prius declaro quid sit moueri per se. Illud enim dicitur moueri per se, quod mouetur, & non per accidens, id est, præcise ad motum alterius: sicut anima mouetur ad motum corporis, & sicut homo mouetur ad motum nauis. Moueri autem primo est habere motum qui non conueniat ei per aliud, quia sicut per se opponitur ad per accidens, ita primo opponitur ad per aliud. Vnde & Philosophus 1. posteriorum dicit: illud primo in esse quod non per aliud inest, sicut habere tres angulos primo inest triangulo. Præsuppono secundo, quod omne totum distinguitur à qualibet sua causa: partes enim sunt causa totius 2. physico. tex. comen. 29. Præmitto tertio, quod duplex est motus. Vnus est actus perfectus: vt videre, intelligere, & velle. Alius est actus imperfectus, & hic dicitur proprie motus. Sed isto motu potest dupliciter aliquid moueri. Vno modo per accidens. Alio modo per se: de vtroque autem est præsens quæstio. Præmitto quarto, quod in hac quæstione intendo solum probare principaliter quod magis consonat dictis peripateticorum dicere, quod nulla res potest se ipsam primo & per se reducere de potentia in actum quam dicere eius oppositum. Quod dico: quia si aliquid voluerit protrahere, vtrique sustinebit partem oppositam. Et ex his responderetur ad quæstionem: pro qua hæc est prima conclusio. Nullum corpus potest mouere se ipsum primo & per se siue ad formam substantialem, siue ad formam accidentalem. Quod non potest se mouere primo ad formam substantialem patet: quia omne mouens est in actu: nullum autem corpus est in actu antequam habeat formam substantialem: quia sine ea non potest esse: & dum habet vnam formam substantialem, non potest se mouere ad aliam, quia imperfectius non potest esse causa principalis effectus perfectioris. Sed forma vltior est perfectior forma præexistente: sicut intellectiua est perfectior sensitua & sensitua vegetatiua: vt dicitur 2. de anima. Cõfirmatur: quia causa æquiuoca est nobilior suo effectu. Corpus autẽ subiectiuum est imperfectius seipso sub anima intellectiua & alterius rationis: ergo non potest sensitiuum esse primo & per se ratio intellectiui. Quod vero non potest se mouere primo ad formam accidentalem, probatur. Primò per rationem Philosophi 7. phy. text. comen. 2. vbi probatur quod nihil mouetur à seipso, & hoc accipit tanquã principium: per quod concludit postea in 8. quod oportet deuenire ad primum motorem immobilem. Hæc autem ratio nihil concluderet, si aliquid moueretur à seipso. Dicã enim quod cœlum mouet se ipsum, & quod non est aliqua natura superior à qua mouetur, & ex hac ratione conuictus Grego. concedit quod Aristoteli non probauit sufficienter dari primum mouens immobilem, licet putauerit se probasse. Secundo arguitur ratione ibi facta à Philosopho tex. comen. 2. Id cuius pars quiescit ad quietem alterius, & mouetur ad motum alterius: non mouetur nec quiescit primo & per se: sed ratione partis. Sed cuiuslibet mobilis vna parte quiescente altera quiescit: ergo nullum mobile se ipsum mouet primo & per se. Ad hanc rationem dicunt alij quod duplex est primitas. Vna quæ opponitur parti, & hoc modo illud quod conuenit alicui primo, conuenit ei secundum omnes partes. Alia est primitas adæquationis, & de ista non oportet quod id quod conuenit primo conueniat secundum omnes partes: sicut patet quod triangulo cõuenit primo habere tres angulos, & tamen hoc non conuenit partibus eius. Dicunt ergo quod Philosophus intendit probare quod nihil mouet per se primo vtraque primitate, quia sequeretur contradictio scilicet quod quiesceret ad quietem partis, & non quiesceret. Nam quiescente parte non potest moueri primo prima primitate, & tamen non repugnat ei moueri primo secunda primitate: vt patet ex dictis. Sed quicquid sit de hac distinctione: adhuc ratio stat quod nihil mouet se ipsum primo prima primitate: vt ipsi concedunt, & hoc per rationem suprapositam: quia id quod conuenit alicui primo primitate adæquationis, non conuenit ei per aliud: vt patet in exemplo suo de triangulo. Sed moueri conuenit mobili per aliud: nam in corporibus animatis conuenit per animam: in reliquis vero quæ sunt grauia & leuia conuenit per motorem extrinsecum. Vnde Commentator 8. phy. com. 30. sic ait. Cum declarauit sicut diximus, quod illa quæ mouentur naturaliter & carent animabus non mouentur ex se, dixit quod non mouentur nisi ab extrinseco, cum non moueantur à principio in eis. Et comen. 31. sic dixit, Lapis & vniuersaliter corpora simplicia non mouentur ex se, cum non diuidantur in motorem & motum. Et postea subdit quod motor in eis est extrinsecus.

Moueri per se.

Suppositum primum.

Suppositum secundum.

Suppositum tertium.

Prima conclusio.

Robur rationis.

cus & naturalis, & quod hoc quod mouetur in loco prouenit eis à generante: sicut prouenit qualitas propria & alia accidentia. Tertiò. Commenta. tertio de anima commento 4. & comm. 19. Probat quod omne receptiuum est denudatum à natura recepti: & deducit ad hoc inconueniens quod idem esset mouens & motum respectu sui. Nam si visus haberet colorem, posset in se causare speciem coloris. Et in 3. de anima commento 5. arguit quod intellectus non multiplicatur secundum numerum: quia si intellectus esset singularis, ipse esset inrensio intellecta tantum in potentia & non in actu: ergo quado actu intelligeretur à seipso tunc moueret seipsum: quod est impossibile: ergo secundum Auer. nihil potest mouere seipsum primo. Quartò. Si idem moueat seipsum primo: idem secundum idem esset simul sub oppositis dispositionibus: consequens est impossibile. Sed probatur consequentia, quia semper mouens est in opposita dispositione ad motum, & contrariam mouens assimilatur sibi motum, & trahit illud ad dispositionem similem sibi. Quintò. Omnis motus est à proportione maioris inaequalitatis. Sed eiusdem ad seipsum non est huius proportio, ergo idem non potest mouere seipsum. Maior est Philosophi 6. & 7. Physico. Minor probatur. Proportio maioris inaequalitatis est: quia virtus actiua auctoris excedit virtutem resistentiã mobilis: moueat igitur terra à seipsa, aut virtus actiua & resistitiua est grauitas: aut actiua est grauitas, & resistitiua est siccitas: aut e contra: actiua siccitas & resistitiua grauitas. Secundu à tertium dicit non potest, quia siccitas nihil facit ad motum nisi in quantum coniungitur leuitati vel grauitati: quod patet, quia indifferenter est in igne qui mouetur sursum, & in terra quae mouetur deorsum. Si dicatur primum: ergo idem respectu eiusdem est maius & minus, & excedens & excessum: quae sunt absurda, cum vnum istorum includat negationem alterius. Secunda conclusio responsiua ad quartum. Nulla res potest reducere seipsum primo de potentia in actum: quocumque modo accipiatur motus siue mutatio: probatur ista conclusio. Primò. Omne mouens est actu tale quale est patiens in potentia: vt dicit Philosophus tertio Physico. tex. com. 17. Sed nulla res potest esse in actu & in potentia respectu sui ipsius: ergo nulla res agit in seipsum primo. Confirmatur: quia Philosophus, metaph. & 9. diffiniens potentiam actiuam, dicit quod potentia actiua est principium transmutandi aliquid in quantum aliud, sed nulla res est aliud à seipsa: ergo nulla res est principium transmutandi seipsum. Ad hanc rationem solet responderi primo, quod dupliciter potest aliquid esse in actu. Vno modo in actu formali, id est, quia formaliter habet talem vel tale actum. Alio modo in actu virtuali, id est, quia virtualiter habet actum licet non habeat eum formaliter: impossibile quidem est quod aliquid sit simul in actu formali & in potentia respectu eiusdem. Vnde dum mouet se habet formaliter potentiam ad id ad quod mouetur & habet virtutem eiusdem productiuam. Dicunt consequenter quod in diffinitione potentiae actiuae ly in quantum aliud, non duplicat aliam rem, sed aliam rationem formalem, quado mouens & motum sunt indistincta subiecto: puta dum voluntas causat in se actum suum. Nam in quantum est actiua volitionis, est aliud à seipsa in quantum est receptiua eiusdem. Sed contra hanc responsionem arguitur. Primò quia ista responsio est contra expositionem Commentatoris qui 9. metaph. com. 2. sic dicit. Potentia agens est illud quod est principium transmutationis in aliud secundum quod est aliud & non in se: cum sit manifestum quod nihil agit in seipsum. Ex quo habetur etiam clare conclusio supra posita, scilicet quod nihil agit in seipsum. Secundu: quia licet forte agens aliquam formam, possit dici alter ali in quantum eam recipit, non tamen potest dici aliud. Nam differentia accidentalis non facit aliud, sed facit alterum, vt Porphyrius dicit. Vnde saepe Arist. dicit quod Sorres in domo est alter à seipso in foro, & nunquam dicit quod sit aliud. Tertiò. Si aliquid puta a, agit in seipsum, constat quod a, est in potentia actiua formali: est enim formaliter agens, est etiam in potentia passiuua formali: quia formaliter est recipiens, & non tantum virtualiter: ergo sequitur quod aliquid esset in potentia actiua & in potentia passiuua respectu eiusdem & eodem modo. Secunda ratio pro conclusione. Impossibile est quod eiusdem ad seipsum sit relatio realis, sed agentis ad passiuum & mouentis ad motum est relatio realis: ergo impossibile est quod aliquid moueat se primo. Minor est Philosophi quinto meta. Maior probatur Realiter relatiua sunt realiter opposita. Sed eiusdem ad se non est realis oppositio, ergo nec realis relatio. Ad hanc rationem etiam respondet, quod aliquae relationes non compatiuntur se in eadem natura, nec in eodem supposito: cuiusmodi est relatio causae ad effectum

& huius ratio est: quia talis relatio dicitur essentialem dependentiam, idem autem non dependet à seipso. Alia sunt relationes quae se compatiuntur in eadem natura, sed non in eodem supposito: cuiusmodi est relatio productus ad praeductum: cuius ratio est: quia idem esset antequam esse, tamen istae sunt in eadem natura numero, vt patet in diuinis personis. Alia sunt quae compatiuntur in eodem supposito: & huius est relatio mouentis & moti, quia in ea non importatur essentialis dependentia: neque quod aliquid sit antequam sit, sed solum ponitur quod idem dependeat à se quantum ad actum accidentalem, quod non est impossibile, cum etiam mouens seipsum sit aliquo modo illuminatum ex hoc quod eius potentia non est tantum capax illius perfectionis, sed etiam est eius effectiua. Sed contra hanc responsionem sunt omnia quae posita sunt contra praecedentem. Item ratio Philosophi supraposita non probaret denegari ad mouens immobile. Item quia concedit quod duo realiter opposita simul sunt in eodem subiecto: quod ab omnibus philosophis est negatum. Ad istud tamen vltimum dicit Scotus quod relatiua realia non sunt sic opposita quod vnum denominatiue sumptum negat aliud: vt scilicet sequatur, hoc est actiuum, ergo hoc non est passiuum: sicut inferunt se contraria scilicet quod si est album non est nigrum, sed in abstracto bene inferunt se: vt si est motio actiua, ergo non est motio passiuua. Ad aliud forte diceretur quod Philosophus probat caelum non esse primum mouens non ex hoc principio absolutum: omne quod mouetur ab alio mouetur, sed specialiter ex hoc quod omne motum localiter motu aeterno necesse est ab alio moueri. Cuius ratio est, quia omne quod mouetur localiter est corpus: omne autem corpus defatigatur mouendo se: & ideo non posset moueri aeternaliter à se: propter quod oportet quod ab alio moueatur. Contra primam responsionem arguitur: quia eodem modo dicam quod forma contrariae etiam inrensae compatiuntur se in eodem subiecto. Et similiter quod etiam habitus & priuatio: licet non praedicentur de se in abstracto. Vnde dicitur quod omne album est nigrum, & omnis cæcus est videns: licet albedo dum non sit nigredo, & cæcitas non sit visus. Nec vlla apparet ratio sufficiens quare hoc magis dicendum sit in relatiuis quam in aliis oppositis, sed tantum voluntarie dictum est, & est fuga argumenti & destructio huius principij metaphysici quod opposita non possunt esse simul in eodem. Secunda etiam responsio non valet: quia per totum 8. physicorum, & 12. metaphysicæ non reperitur Philosophum posuisse aliam rationem praeter eam quae dicta est, nec vllam mentionem fecisse de eo quod isti adducunt. Et sic patet id quod principaliter erat probandum, scilicet, quod positio dicens nullam rem posse se primo reducere de potentia in actum, est magis conformis doctrinae Peripateticorum.

Ad primum dicitur quod frigiditas licet non sit propria passio aquae, tamen consequitur ad formam substantialem eius absque omni transmutatione, sed per quandam emanationem eo modo quo propriae passionis emanant à suis subiectis, & ideo remoto omni agente extrinseco, ad formam aquae consequitur frigiditas naturaliter: vnde id quod reducit aquam calidam ad frigiditatem non est ipsa aqua: sed tantum forma aquae: id vero quod reducit est aqua ipsa. Et si dicatur quod de mente sancti Tho. forma substantialis non est principium alicuius effectus, nisi mediante forma accidentali. Dico quod secundum eum, istud est falsum in his effectibus, qui per naturalem emanationem consequuntur suas causas: sicut est in proposito. Ad secundum dicitur quod viuientia corpora habent partes diuersarum rationum, quarum vna potest esse mouens & alia mota. Et ita est in eo quod dicitur de nutritione. Nam potentia nutritiua est in aliqua parte determinata, puta in hepate vel in corde: vt dicitur 2. de anima, & haec agit non in se, sed in alimentum, quod sit & ratione ab ea distinctum est. Ad tertium negatur maior, nisi tale obiectum sit aliquo modo distinctum realiter ab eo in quod agit: vt de clarum est. Ad probationem dicitur quod si ignis inexistet aquae, esset tamen realiter distinctus ab aqua. Ad quartum in quo tangitur à quo moueantur graui & leuia inanimata siue sint simplicia siue mista, quae est questio pertinens ad 8. physicorum, vel ad quartum de caelo. Dico pro nunc quod mouentur à generante: & mouentur ex se, licet aliter quam viuentia. Quod enim moueatur à generante, patet expresse 8. Physico. tex. & comm. 32. Istud autem intelligo dupliciter. Vno modo sicut exponit Commentator quod à generante mouentur de potentia essentiali: quoniam generans dat graui grauitatem & leui leuitatem: & istud ab omnibus est concessum. Alio modo dicitur generans mouere corpus graue vel leue ab eo generatum:

Causatio Scot.

Impugnatio contra causam latentem.

Ad primum.

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad quartum.

De motu grauium & leuium.

tum: quia dum generat aliquod tale corpus extra locum proprium: motus ad locum naturalem qui tunc inest corpori generato, est effectiue à generante: qui enim generat lapidem in aere, mouet ipsum effectiue deorsum. Nam ille lapis in primo instanti sui esse incipit moueri deorsum: hanc autem motum efficit generans. Istud patet: quia Commentator vbi supra quasi circa medium commentii sic dicit, generans enim est illud quod dat corpori simplici formam suam, & omnia accidentia contingentia formae quorum vnum est motus in loco. Ecce quod dicit tale corpus habere duo à generante, scilicet, formam & motum. Et ideo false dicunt qui arbitrantur quod generans ideo solum dicitur mouere: quia dat formam quae est principium motus. Patet enim ex praedictis verbis quod dicitur mouere non solum quia dat formam, sed etiam quia dat motum. Et ad hunc sensum saepe dicit etiam S. Tho. de potentia. q. 3. quod mouentur à generante, cui in principio sunt coniuncta, & postea ab eo sunt separata, quia non oportet mouens & motum esse simul nisi in principio motus, vt patet in praedictis. Et ita intelligendus est Philosophus 8. physico. tex. com. 32. in fine. vbi sic dicit. Quod quidem igitur nihil horum moueat seipsum manifestum est. Quando vero corpora grauiua vel leuia aliter mouentur naturaliter, tunc mouentur ex se & non à generante, puta si lapis nunc genitus sursum detineatur ne descendat, & post aliquod tempus remoueatur prohibens eum descendere. Similiter dum lapis proicitur sursum & descendit, tunc iste motus conuenit ei ex se. Quod enim non sit à generante probatur ex principiis sancti Tho. Inter mouens & motum & agens & patiens est relatio realis. Sed inter graue descendens & generans ipsum, non est relatio realis aliquo casu posito: ergo non mouetur à generante. Maior apud eum & omnes est euidentis. Minor probatur. Non existentis ad existens non potest esse relatio realis: quia cum relatio sit accidens, per accidens, requirit suum subiectum esse. Sed potest esse quod dum descendit lapis qui prius detinebatur sursum violentem, quod generans sit corruptum: ergo &c. Et si dicatur quod etiam dum generans incipit mouere, graue in primo instanti in quo genitum est potest postea corrumpi adhuc eo descendente: ergo tunc non mouetur actu à generante. Respondeo, quod non est simile, quia primo instanti esse lapidis geniti ipse incipit moueri: & tunc non est possibile generans pro tunc non esse: ideo necessarium est simul cum illo motu quantum ad eius principium: licet non secundum totum motum. In motu autem qui est in graui post eius quietem violentam, potest esse quod generans non sit simul cum motu, neque quo ad principium motus, neque quo ad aliquod eius. Et quod huius corpora tunc non moueantur à generante, patet ex verbis Commentatoris vbi supra: vbi sic subdit ad verba superius recitata. Potentia vero ad motum quae accidit inueniri in corpore simplici, quando impeditur in tempore suae generationis qui moueatur ad locum suum naturalem ab alio impedimento, quando generatur in loco extraneo: aut quando exit à loco suo naturali ab aliquo extrahente: non indiget ex hoc quod exeat in actum motore extrinseco essentialiter: haec ille. Per motorem autem essentialem accipit Commentator ipsum generans: quod educit corpus genitum de potentia essentiali: quia dat ei formam. Dicit ergo quod tunc in casu praedicto non indiget essentialiter generante siue motore extrinseco ad hoc quod moueatur: quia potest moueri etiam generante corrupto, indiget tamen motore extrinseco accidentaliter, scilicet, motore remouente prohibens. Secundu ad idem arguitur ex eisdem principiis S. Th. Omne quod agit est: quia vt dixi, agere est accidens per accidens, quod non potest vere praedicari nisi de re existente. Sed generans per causam positam tunc non est: ergo &c. Quod autem moueat se declaratur. Ad cuius euidentiam est sciendum quod grauitas & leuitas sunt his corporibus ratio mouendi. Sicut enim calor est igni ratio calefaciendi: ita grauitas est lapidi ratio quod descendat, & per consequens ipsa grauitas efficit illum motum per se tanquam causa partialis in ordine suo: id autem quod mouetur per se, est tantum corpus graue descendens: grauitas enim nullo modo mouetur per se, sed tantum per accidens. Et sic patet qualiter inter id quod per se mouet & id quod per se mouetur est realis distinctio, & per consequens potest inter ea esse realis relatio. Nam id quod per se mouet, est graue cum grauitate: id autem quod per se mouetur est tantum graue. Constat autem quod graue cum grauitate includit aliquid reale, scilicet, grauitatem quam non includit graue praecise sumptum. Et ad hunc sensum intelligenda sunt quae dicit Commentator 1. caeli. com. 28. & 4. caeli, com. 25. vbi dicit quod graui & leuia mouentur ex seipsis. Et per hoc multi contradicunt S. Th.

in hac positione de motu grauium & leuium: quia ipsum non bene intellexerunt. Quod vero aliter moueat se quam corpora animata patet. Tum quia animata possunt moueri ad quamlibet differentiam positionis, & ista tantum ad vnam. Tum quia animalia possunt filtere: ista vero non. Tum quia animalia in quocumque loco sunt, possunt moueri: grauiua vero & leuia non possunt moueri à se nisi dum sunt extra loca sibi naturalia. Tum quia animalia habent distincta organa quorum vnum est mouens & reliquum est motum. Et per hoc patet responsio ad omnia quae tangebantur in illa quarta ratione. Ad quintum dicitur quod generatur à caelo & mouetur ab eodem, quantum ad illum motum quem incipit habere in primo instanti sui esse. Ad improbationem negatur consequentia: quia licet principale mouens sit caelum: tamen grauitas mobilis coadiuuat illi motui: mouet enim mobile mediante grauitate. Et quia quanto graue appropinquat loco deorsum: tanto magis vigoratur eius grauitas ex appropinquatione ad illum locum ad quem inclinatur vt in eo quieteat: ideo ex hoc motus ille velocitatur. Ad auctoritates Commentatoris patet ex dictis in responsione ad quartum quid sic respondendum.

Ad quintum.

QUESTIO IX.

Vt libertas voluntatis sit res superaddita voluntati.

Quaeritur nono. Vtrum libertas à qua volutas dicitur formaliter libera sit res superaddita voluntati. Et arguitur quod sic. Primò. Quod suscipit magis & minus, non est potentia animae: quia impossibile est proprias passionis intendi nisi eorum substantia intendatur. Constat autem quod anima non intenditur. Sed libertas suscipit magis & minus: cum experiamur quosdam liberius ferri in sua voluta quam alios: ergo &c. Secundu. Id sine quo intellectus non potest exire in actum cognitionis, est res superaddita ei, scilicet species intelligibilis, aut habitus scientiae: ergo cum voluntas non sit nobilior intellectu: patet quod id sine quo voluntas non potest velle aliquid obiectum, sit entitas addita voluntati. Sed sine libertate voluntatis non potest velle, saltem ea quorum est electio: ergo &c.

Respondeo ad hanc questionem praemittendo tria. Primum est deseruiens omnibus questionibus sequentibus. In ista materia quod libertas est duplex. Vna est libertas à coactione, prout omne illud dicitur liberum quod non est coactum & violentum, etiam si sit necessarium: & haec libertas inest voluntati ad quocumque obiectum comparatur: vt magis patebit infra. Alia est libertas contradictionis quam declarat Philosophus & Commentator 9. metaph. com. 10. vbi dicit Commentator quod haec est differentia inter agens naturale & liberum: quia agens naturale si sit sufficiens & approximarum passo, & non impeditum, necessario agit, & est determinatum ad vnum. Agens vero liberum existentibus omnibus requisitis ad actionem, habet in sua potestate agere & non agere, & agere hoc vel eius oppositum, & propter hoc dicitur eius libertas esse contradictionis: quia potest in vtranque partem contradictonis. Secundu est: quod contingit eodem nomine nominari potentiam & actum eius, & habitum. Nam philosophus tertio de anima, appellat potentiam intellectiuam intellectum, tex. com. 5. vbi dicit quod intellectus quo distinguimus & cogitamus, non est aliquid entium ante intelligere. Textu vero commentii 2. dicit quod ille actus qui est cognitio indiuisibilem appellatur intellectus: in quo non est verum nec falsum. In secundo autem libro posteriorum in fine dicit, quod habitus primorum principiorum indemonstrabilium, dicitur intellectus. Tertium est quod licet libertas à coactione (vt dictum est) conueniat voluntati per comparisonem ad quodlibet obiectum, tamen libertas contradictionis non conuenit ei respectu finis, sed tantum respectu eorum quae ad finem ordinantur, à qua libertate ipsa voluntas habet quod dicitur liberum arbitrium, id est, potentia faciens in nobis esse liberum iudicium de aliquo eligendo vel non eligendo. Et licet ista questio possit esse absolute de qualibet libertate, tamè magis est de libertate contradictionis. Pro responsione vero ad questionem haec est prima conclusio. Libertas non est res superaddita voluntati, probatur. Primò, quicquid est voluntati additum, aut est actus aut habitus. Sed libertas non est actus nec habitus: ergo &c. Maior patet: quia in anima non sunt nisi potentia & actus & habitus: libertas autem non potest esse potentia addita voluntati: quia potentia non est potentia. Minor probatur. Et quod non sit actus

Primatio.

Secunda ratio.

Suppositum primum.

Libertas duplex.

Suppositum secundum.

Eodem nomine nominatur potentia habitus & actus.

Suppositum tertium.

Primatio.

Secunda conclusio.

Capitulum de differentia.

Textus 20. Scotus fuga.

Notandum.

Differentia grauium & leuium in motu &c.

actus patet: quia libertas manet in voluntate, etiã dum voluntas nullum actum elicit aut imperat. Quod autem non sit habitus, probatur. Si libertas esset habitus: ipsa esset habitus naturæ: cum in se voluntati à natura, & non per affectum vel disciplinam. Sed non est habitus naturalis, ergo &c. maior patet. Minor probatur. Habitus naturales inclinant ad vnum determinate: vt patet in habitu primorum principiorum qui ita inclinat ad assentiendum eis quòd nullo modo ad dissentiendum. Sed libertas non inclinat determinate ad vnum, imò indifferenter se habet ad quamlibet partem contradictionis: ergo &c. Secundò. Omnis habitus aut est bonus aut malus. Sed libertas non est habitus bonus nec malus: ergo nullo modo est habitus. maior patet. minor probatur. Habitus bonus ita inclinat ad actum bonum quòd non ad malum: & habitus malus ita inclinat ad actum malum quòd non ad bonum. Sed libertas indifferenter se habet ad actum bonum & ad actum malum: ergo &c. Dicitur forte quòd libertas non est habitus nec actus, sed est propria passio voluntatis, & per consequens ab ea realiter distinguitur. Sed contra: licet eidem subiecto possint inesse multa proprietates ordine quodã, scilicet, vna mediante alia, tamen vnius passionis non est alia passio: alioquin iretur in infinitum. Sed voluntas quæ est potentia animæ est proprietates eius: ergo voluntatis nõ est alia proprietates. Et sic patet: quòd voluntas est suam libertas essentialiter: propter quòd solet dici quòd ipsa est libera per essentiam. Ex hoc sequitur quòd non dicitur libertas voluntatis nisi secundum constructionem intransiuitivam. Secunda conclusio. Voluntas absolute considerata nõ est libera libertate contradictionis: sed vt præsupponit aliquem actum rationis, & aliquem actum suum: & per cõparationem ad determinatum obiectum. Pro cuius notitia est sciendum, vt dictum fuit, quòd libertas inest voluntati tantum respectu eorum quæ sunt ad finem: actus autẽ voluntatis circa huius appellatur electio: quæ, vt vult Philosophus 3. ethi. præsupponit consilium & inquisitionem de eo quod est eligendum, præsupponit etiam notitiam & volitionem finis. Dico igitur quod libertas est ipsamet voluntas, sed ista res appellatur voluntas prout est volitua finis, & eadem appellatur libertas prout est electiva eorum quæ sunt ad finem: ita quòd libertas significat tantum potentiam electivam: licet istud nomen, sicut nec electio cõueniat ei, nisi præsuppositis aliis actibus prædictis: & in cõparatione ad determinatum obiectum, scilicet ad ea quæ non sunt finis. Patet igitur quod nullus actus est de essentia libertatis: licet aliqui actus sint ad eam præambuli & ei præsupponantur. Quidam tamen dissentiunt ab ista cõclusionẽ dupliciter. Nam aliqui dicunt quod libertas inest voluntati intrinsece ex natura sua: & per consequens respectu cuiuslibet obiecti. Et hoc inferunt ex duabus propositionibus, quarum prima est, quod libertas non inest voluntati ex obiecto: quod probant: quia nulli potentis inest libertas contradictionis per actionẽ mere naturalem: alioquin omne agens naturale esset liberum. Sed actio obiecti in potentia est mere naturalis: bonum enim apprehensum necessario mouet voluntatẽ quantum est ex parte obiecti: ergo voluntas non habet libertatem ex obiecto. Secunda propositio est quod voluntas non habet formaliter libertatẽ ab aliqua sua operatione. Quod etiam probant: quia nullus effectus determinat suã causam in agendo. Sed omnis actus voluntatis est eius effectus: ergo &c. Minor supponitur: quia probabitur infra. Maior probatur dupliciter. Primò. quia nullũ postterius actione & modo actionis, determinat actionẽ cum sit iã determinata. Sed effectus est postterius sua productione & modo eius: quia productio vt præcedit terminũ, iã est contingenter vel necessario ab agente: ergo &c. Secundò. Si terminus actionis determinat actionẽ ad eam contingentiã vel necessitatẽ: aut hoc facit ipse terminus quando est: aut quando nõ est. Non secundũ: quia ad quod non est, nihil facit. Non primum: quia in primo instanti in quo terminus ponitur in actu, iã actio est determinata. Ex his arguunt sic. Voluntas non habet libertatem ab obiecto: nec ab aliquo suo actu: ergo habet eã ex se: & per consequens stante clara notitia cuiuscunque obiecti, potest voluntas ab eo resistere quantum est ex natura voluntatis, & si contingat aliquando quod non possit hoc erit aliunde. Quomodo autẽ ista fiat patebit infra. Alij dicunt quod libertas per prius cõuenit actibus quã potentia. Ad cuius evidentiã est sciendum quod volitio siue multa sunt media ad finem consequendũ: quæ ipsam non habent necessaria, sed contingentiã connexionem: nec mouent necessario voluntatem: quia possunt apprehendi prout in eis reperitur aliqua ratio mali. Nam qui vult sanitate, non propter hoc vult necessitate medicinã: quia forte apprehendit eam non vt causã sanitatẽ, sed vt amaram: vel vt causantem do-

lores corporis. Volunt igitur isti quod libertas dicat per prius hanc contingentem connexionem rerum ad finem: & notitia huius contingentis connexionis: per postterius autem significet potentiam volitivam. Quæ autem istarum opinionum sit verior, scilicet, prima & tertia: non potest constare: quia dissensio est in significato termini libertatis: quæ est quæstio voluntaria.

Ad rationes in oppositum respondetur. Ad primam negatur minor. Ad probationem dicitur quòd omnes hominum voluntates sunt æqualiter libere secundum se. Quod autem vnus patiatur maiorem difficultatem quam alius: prouenit ex passione appetitus sensitivi vel ex corporis dispositione. Ad secundam negatur consequentia. Cuius ratio est: quia intellectus secundum se est mere passiuus: voluntas autem est magis actiua.

QVÆSTIO X.

Vtrum voluntas sit causa effectiua suarum operationũ.

Veritur decimo. Vtrum voluntas sit causa effectiua suarum operationum. Et videtur quòd non. Primò. Si voluntas se habet actiue ad actus suos, aut hoc habet in quantum est voluntas, aut in quantum est volens: aut in quantum est volens se velle. Non primum: quia ipsa semper est voluntas, & tamen non semper actu agit. Non secundum, quia cum non sit volens nisi per velle: sequitur quòd idem esset causa sui. Non tertium: quia actus reflexus non est causa a se simpliciter: cum sit eo posterior. Secundò. Omnis causa efficiens æquiuoca, est nobilior suo effectũ. Sed voluntas si est causa volitionis, est causa æquiuoca, & non est nobilior productũ, ergo non est causa efficiens: maior patet. Minor probatur. Productum non est ipsa volitio, sed compositum ex voluntate & volitione: ergo composita per se generantur. 7. metaphysicã: voluntas autem nudẽ accepta, non est nobilior seipsa vt est sub volitione. Tertio. Omnis potentia contradictionis est pure passiuã. Sed voluntas est potentia contradictionis: ergo est tantum passiuã: minor patet. Maior est Comm. 2. physico. 48. Quarto. Sequitur quòd principium productiuum esset pars termini producti. Sed hoc est impossibile: quia nulla res producit se, ergo &c. Consequentia probatur: quia producens est voluntas & productum est compositum ex voluntate & actu eius. Quintò. Accidens per accidens nõ egreditur de per se à principijs sui subiecti. Sed volitio est accidens per accidens: quia quandoque inest & quandoque non inest voluntati: ergo &c.

Respondeo. In ista quæst. valde dissentiunt doctores inter se. Quidam enim dicunt quòd voluntas est tantum passiuã sui actus. Alij dicunt quòd est etiam actiua eiusdem, & vtrique adhuc variẽ loquuntur. Ex illis enim, qui dicunt eam esse tantum passiuã: quidam dicunt quòd actus voluntatis causatur effectiue ab alia voluntate in nobis, quæ appellatur voluntas agens. Imaginantur enim illi quòd sicut in parte intellectiua est intellectus agens & intellectus possibilis, quòd ita etiam sit in parte appetitiua. Vnde dicunt quòd solus intellectus agens est causa actiua intentionis, eo quod intellectus possibilis est pura potentia. Et similiter dicunt quòd voluntas agens est totalis causa volitionis in voluntate possibili. Primum quod ponit ista opinio, scilicet, intellectum agentem esse causam intellectiois, non pertinet ad hanc quæstionem. Secundam autem non aliter est improbandum: nisi quia nullus Philosophus reperitur posuisse voluntatem agentem. Improbabitur tamẽ opinio in se quantum ad id in quo cum aliis cõuenit, scilicet, quòd voluntas sit tantum passiuã. Alij dicunt similiter quòd voluntas est tantũ passiuã, sed quòd productiuum volitionis est phantasma obiecti volitio. Putant enim isti quòd intellectus agens non mouet immediate intellectum possibilem aut voluntatem, sed solum mediante phantasmate. Phantasma autem irradiat & illuminatum ab intellectu agente causat immediatẽ intellectio nem obiecti: & postea volitionem eiusdem: nõ quòd causet volitionem mediante intellectioe rãquam causa concurrente ad volitionem, sed solum tanquam effectũ prius producto: ita quòd phantasma non causat volitionem immediate mediatione causæ, sed immediate effectus. Fundamentum autem istius opinionis fuit, quia dicunt quòd oportet mouens & motum distingui subiecto, voluntas autem non distinguitur subiecto à seipsa, sed bene à phantasmate. Et similiter dicendum est de intellectu: quia voluntas & intellectus alicubi sunt vbi non est phantasma. Alij dicunt quòd volitio causatur effectiue tantum ab obiecto. Et mouentur ex hoc quòd nunquam potest esse

Ad primum

Ad secundũ

Secunda ratio

Tertiaratio

Quarta ratio

Quinta ratio

Ad primum

Ad secundum

Ad tertium

Prima cõclusio

Cap. 15.

Te. com. 3.

Tex. cõ. 3.

Secunda conclusio

Cap. 12.

Ad primum

Ad secundum

Ad tertium

volitio nisi obiecto cõcurrente: non concurrat autem tantum causa materialis aut formalis ad finalis, ergo tantũ vt efficiens. Sed de hoc magis agit quæstio specialis.

Contra omnes istas opiniones hæc est prima conclusio. Voluntas est actiua suarum operationum. Probatur ista conclusio. Supponendo quòd aliqui actus voluntatis sint in eius potestate, cum hoc sit de ratione agẽtis liberi: quia liberum dicitur id quod est gratia sui: tunc sic. Non est in potestate principij pure passiuũ pati & non pati, præsentẽ actiua disposito & sufficientẽ debetẽ approximato: ergo si voluntas esset tantum passiuã non esset in eius potestate velle & non velle præsentẽ obiecto apprehenso. Sed hoc est falsum: alioquin periret omnis libertas contradictionis. Consequentia patet: & antecedẽs probatur: quia agens naturale necessario agit, ergo oportet quòd passum necessario patiatur. Secundò. Sit a, primus actus qui est in potestate voluntatis: aut a, est effectiue à voluntate: aut non. Si sic, pari ratione & quilibet alius: nulla enim apparet maior ratio de vno quã de aliis: vel saltem habeo quòd ipsa est aliquo modo actiua. Si non, aut est ab aliquo cuius actio est in potestate voluntatis, aut non. Si non, ergo nec ille actus est in potestate voluntatis: quod est contradictoriũ eius quòd positum fuit. Si sic, aut actio illius agentis est in potestate voluntatis per illum actum a, sic quòd voluntas per a, vult illum agere, vel per alium actum, puta per b. Non per a, quia a est effectus illius actionis: & per consequens est ea posterior. Si per b, aut b, est prior quã a, aut non. Si non, ergo adhuc sequitur quòd actio illius agentis non est in potestate voluntatis per actum b. Si sic, ergo a non fuit primus actus qui est in potestate voluntatis: quod tamen supponebatur. Tertio. Si voluntas est tantum passiuã, sequitur quòd in ea nõ possit esse iustum aut iniustum. Sed hoc est falsum: ergo &c. Consequentia probatur: quia pati malum non est malum: & pati iniustum non est iniustum: vt dicit Philosophus quinto ethicorũ. Quarto. Conditio agentis non ponitur in passio: quia perfectio agentis vt agens est, non est perfectio passio. Sed habitus ponitur in voluntate vt amicitia, & habitus est dispositio agentis: quia habitus est qui bonum facit habentem & opus eius, primo ethicorũ, & etiam quia ad habitum pertinet promp te & delectabiliter operari: ergo &c. Quinto. Nobilissimo enti cõuenit causalitas actiua suæ operationis: quia causalitas actiua est perfectio entis. Sed voluntas est inter entia nobilissima: vt patet 10. ethicorũ, & 9. meta. vel saltem est nobilior alijs virtutibus naturalibus, quæ sunt causæ effectiue suarum operationum: ergo. Confirmatur, quia de ratione actus immanentis est, quòd sit effectiue ab eo in quo est. 9. meta. actus autem voluntatis est subiectiue in voluntate: ergo est ab ea effectiue. Confirmatur secundo, quia nullus actus dicitur elicitus à potentia, nisi quia ab ea est effectiue aut productiue: quidam autem voluntatis actus dicuntur elicitus, & quidam imperati: ergo &c. Secunda conclusio. Phantasma non est causa totalis actus voluntatis. Probatur. Primò agens æquiuocum totale est nobilior effectũ. Sed phantasma etiam vt est irradiatum ab intellectu agente, non est nobilior volitione & intellectioe: cum in actu intellectus & voluntas sit felicitas: vt dicit Philosophus 10. ethi. & non in actu phantasia. ergo &c. Secundò. In anima separata erunt nouæ volitiones. Sed in anima separata nullum potest esse phantasma, cum habeat esse extensum & materiale: ergo phantasma non est per se causa volitionis.

Ad argumenta respondetur. Ad primum dicitur quòd voluntas non producit actum suum in quantum est præcisẽ voluntas: nec causat actum suum, quia velit ipsum, id est, mediante alia volitione, sed eum causat libere coagentẽ notitiã obiecti: quæ tamen cooperatio non est aliud nisi ipsamet volitio obiecti, & potest eum causare in quantum in sua libertate est cooperari tali notitiã: & non cooperari eidem. Ad secundum. Scotus negat maiorem & dicit quòd non oportet causam æquiuocam totalem esse nobiliorem producto: sed sufficit quòd sit nobilior termino formali ipsius producti: terminus autem formalis in ista productio ne est ipsa volitio: & cõstat quòd voluntas est ea nobilior. Gregorius etiam negat maiorem. Nam calor in pariete causat visionem in oculo, & tamen non est nobilior visione. Sed quicquid sit de ista maiori, dico quòd minor est falsa: quia totalis causa volitionis non est sola voluntas, sed concurrunt etiam notitia obiecti, voluntas autem cum notitia obiecti est quòd nobilior ipsa voluntate, vt est sub volitione: quia notitia est nobilior volitione. Ad tertium negatur maior. Ad probationem dicitur quod Com. loquitur de causis agentibus naturaliter: & non de causis liberis in quã sunt libera, vt apparet ex verbis eius: exemplificat de materia quæ est indifferens ad oppositas formas. Et loqui

tur etiam de causis totalibus: voluntas autem non agit naturaliter volitionem suam: nec est eius causa totalis. Ad quartũ. Quæstio dicitur quod principium productiuum partiale non potest esse pars termini formalis: potest tamen esse pars termini totalis: cuius ratio est: quia terminus formalis saltem in proposito capit esse per productionem, & ideo non potest præexistere productioni, nec per consequens esse principium, non oportet autem quòd quilibet pars termini totalis capiat esse: dicitur est autem quòd voluntas nõ est terminus formalis, sed est pars termini totalis. Ad quintũ. negatur maior quando accidens per accidens non tollit perfectionem vllam à suo subiecto ex hoc quòd ab eo causatur nec ponit in eo imperfectionem. Et præcipue negatur illa maior quando subiectũ talis accidentis est causa libera. Prædicta autem omnia sunt in hoc proposito, & ideo argumentum non cogit.

QVÆSTIO XI.

Vtrum voluntas causet in se volitionem tanquam agens, & aliquid in ea existens sit ei ratio agendi.

Veritur vndecimo. Vtrum voluntas sola causet in se volitionem tanquam causa agens, & aliquid in voluntate existens sit ei ratio agendi. Et videtur quòd sic. Primò. Solus intellectus possibilis causat in se intentionẽ, species verò obiecti est ei ratio agendi, cum per huius speciem intellectus sit factus in actu: ergo similiter est dicendum de voluntate. Secundo. Aqua calida reducit se ad frigiditatem, & forma substantialis est ei ratio huius reductionis: ergo similiter in voluntate. Tertio. Voluntas volens finem, mouet se ad volendum ea quæ sunt ad finem. Sed hoc non esset nisi quia illa volitio finis est voluntati ratio volendi alia, ergo aliquid in voluntate existens, est ei ratio elicendi aliquam volitionem. Quarto. Omne agens agit in quantum est in actu. Sed voluntas non est in actu per aliquid ab ea separatum, sed solum per aliquid in ea existens: ergo &c.

Respondeo. Pro notitia huius quæstionis sciendum est primo quòd cum supra dictum sit, nullam rem mouere seipsam primo. Et in quæst. immediate præcedenti dictum sit quòd voluntas est actiua suæ volitionis quæ in ea est subiectiue: oportet simul cum voluntate aliquid aliud concurrere ad causandum volitionem, alioquin moueret voluntas seipsam primo & per se. Sciendum secundo, quòd tale cõcurrentes cum voluntate potest intelligi esse aut vna causa partialis, distincta voluntati, & per consequens separata subiecto à voluntate, id est, non existens subiectiue in ea: sicut dicitur quod Sortes & Plato sunt duæ causæ partiales ex quibus constituitur vna totalis causa, respectu tractus nauis. Aut potest intelligi quòd istud concurrens nõ est separatum subiecto à voluntate, sed est forma in ea existens, siue habitus siue operatio, quæ non sit causa partialis distincta voluntati & habens suam propriam actiuitatem, sed tantũ sit voluntati ratio agendi: sicut calor est igni ratio calefaciendi. Dicunt igitur aliqui Thomistæ quod tale concurrens cum voluntate ad causandum volitionem eorum quæ ad finem ordinantur, est actualis volitio finis, quam volitionem finis non causauit voluntas in se, sed est causata à Deo. Et mouentur ad hoc ponendũ: quia sæpe dicit S. Tho. quod Deus potest mouere voluntatem. Et consequenter habent dicere isti quod mouens & motum sunt idem essentialiter, scilicet voluntas quæ mouet, cum ipsa sola sit mouens seipsam, sed quod ratio agendi & ratio patendi sunt distincta: non quidem subiecto, sed essentialiter: quia nuda essentia voluntatis, est ratio recipiendi volitionem: volitio autem finis est in eis ratio agendi: constat autem quòd volitio finis, & natura voluntatis sunt in eodẽ, scilicet in ipsa voluntate.

Oportum huius opinionis teneo, & dico quòd voluntas non habet totam actiuitatem respectu volitionis, sed cum ea concurrat vna alia causa partialis quæ non est voluntati ratio agendi, sed est partiale principium voluntati cõdistinctum habens suam propriam actiuitatem, & istud est notitia obiecti, vt patebit infra. Quòd autem prædicta opinio falsa sit probatur. Et primo quòd non sit de mente S. Tho. Sanctus Tho. sæpissimẽ cõcedit quòd cuiuslibet naturæ data sunt sufficientia principia suarum naturalium operationum: nec ad eas concurrat Deus aliquid de nouo influẽdo, sed solum eo modo, quo omnibus rebus cooperatur. Igitur dum Sortes actu vult summam felicitatem: ista volitio non est effectiue à Deo: sed ad eam sufficit voluntas Sortis: patet consequentia: quia oppositum consequentis tollit antecedens. Nam bene sequitur, huc volitio est à Deo effectiue: quia voluntas non potest eam elicere: ergo

Ad quartũ

Ad quintũ

Primaratio

Secunda ratio

Tertiaratio

Quarta ratio

Not. primũ

Not. secundum

Conclusio



ergo Sortes habet in se sufficiens principium suæ naturalis operationis: cum homo naturaliter inclinatur ad volitionem summi boni. Secundo. Isti dicunt in eadem quæst. & sæpe replicant quod voluntas est tantum causa partialis respectu volitionis: sed non esset causa partialis si aliquid in ea existens esset ei ratio agendi: alioquin etiam ignis esset causa partialis calefactionis: imo nullum ens finitum esset totalis causa suæ operationis: cum cuilibet tali agenti sit ratio agendi aliqua potentia siue qualitas, eo quod secundum B. Thomam, nulla forma substantialis est immediatum principium operationis: constat autem quod multæ sunt causæ totales suarum operationum: ergo prædicta opinio implicat in se opposita. Tertio. Si diuersa ratio agendi & patiendi sufficit ad hoc quod aliquid sit motus & motum: sequitur quod potest dici rationabiliter quod grauius moueat se. Sed hoc isti omnino & simpliciter negant: ergo &c. Consequentia probatur: quia dicam quod in corpore graui ratio mouendi est grauitas: ratio autem recipiendi motum non est grauitas, sed ipsa substantia corporis: grauis. Nec valet quod dicant hanc consequentiam non valere, quia requiritur maior diuersitas in motu locali: eo quod ipse est actus imperfecti: motus autem voluntatis est actus perfecti. Nam quod motus sit actus imperfecti, non potest intelligi nisi tripliciter. Vno modo quia est actus existens in potentia: omne autem quod est in potentia, est ut sic imperfectum, & sic loquendo etiam voluntas est in potentia ad suum actum. Alio modo, quia forma quæ acquiritur per motum, est imperfecta respectu sui prout erit in termino motus: & sic loquendo nihil facit ad propositum. Tertio modo potest intelligi quod sit actus imperfecti per comparationem ad mouens: & sic esset falsum: quia omne agens ut sic, est perfectum: quia ut sic, est in actu. Quarto. De ratione actiui est quod agat in aliud: ut patet ex definitione potentie actiue. Sed voluntas non est aliud à seipsum præcisè accepta, ergo non potest agere in seipsum. Dicitur forte ut isti respondent quod maior est falsa: quia Philosophus non loquitur ibi de potentia actiua vniuersaliter: sed tantum de ea quæ est simpliciter actiua: quæ scilicet producit aliquam formam habentem esse fixam: & permanens in subiecto. Similiter non loquitur nisi de potentia passiuâ simpliciter: quæ recipit esse simpliciter ab alio sicut est materia: voluntas autem non recipit esse simpliciter à se: cum causat in se volitionem: & ideo illa definitio potentie actiue non conuenit voluntati. Contra hanc responsionem arguitur, quia Philosophus quinto meta. loquitur de omnibus quæ consequuntur ens in quantum ens: & per consequens loquitur de potentia in quantum de differentia entis. Sed potentia actiua & passiuâ quocumque modo sumantur sunt differentie entis: quia ista potentia vniuersaliter accepta sufficienter diuidunt ens, ergo loquitur vniuersaliter de potentia. Secundo sequitur quod illa definitio potentie passiuæ non conuenit, nisi tantum ei quæ est de genere substantia: quod tamen nullus vnquam dixit. Consequentia patet: quia potentia passiuâ respectu accidentis non capit esse simpliciter per productionem accidentis. Id enim quod est in potentia ad accidens scilicet subiectum est ens in actu: ut dicitur 6. phy. Quinto. Licet volitio finis esset voluntati ratio agendi: tamen sola voluntas est agens: sicut etiam calor non calefacit, sed tantum ignis. Sed per se etiam sola voluntas est quæ recipit volitionem: ergo idem est per se mouens & motum. Si dicatur quod non mouet nisi mediante volitione finis. Contra, voluntas per se non potest moueri præcisè accepta. Vnde secundum se non est in actu virtuali ad mouendum: efficitur autem in actu virtuali per volitionem finis, licet secundum se semper sit in potentia formali ad recipiendum volitionem. Sed isti habent negare distinctionem de potentia formali & actu virtuali positam à Scoto: igitur illa responsio non est conformiter data principiis S. Thomæ. Et cum dicunt quod de mente S. Tho. voluntas volens finem mouet se ad volendum ea quæ sunt ad finem: hoc non est sic intelligendum quod vna volitio sit voluntati ratio producendi aliam volitionem: sed solum quod est quid necessarium suppositum ad hoc quod voluntas concuset partialiter cum: notitia obiecti volitionem ipsius.

Ad primum. Ad primum in oppositum negatur antecedens. Nam intellectus agens est causa partialis intellectus: alioquin frustra poneretur in anima separata, & intellectus possibilis est alia causa partialis: quæ tamen non posset coagere intellectui agenti nisi prius in actu fiat per similitudinem obiecti. Ad secundum negatur consequentia: quia non est simile. Nam sola forma substantialis aquæ est, à qua effluat emanat illa frigiditas: id vero in quo recipitur est ipsa suppositum aquæ: & ideo mouens & motum sunt ibi

distincta. Ad tertium negatur minor: & quomodo illud sit intelligendum, declaratum est exponendo dictum S. Tho. Ad quartum negatur minor: dico enim quod voluntas est ad se sufficienter in actu ut possit concuscare in ordine suo, si adsit alia causa partialis, scilicet notitia obiecti.

QVÆSTIO XII.

Vtrum obiectum causet effectiue actum voluntatis.

QUÆRTIVM duodecimo. Vtrum obiectum causet effectiue actum voluntatis, siue ut totale siue ut partiale principium eius. Et videtur quod aliquo modo concurrat actiue. Primo. Id quod reducit voluntatem de potentia in actum, est causa actus eius. Sed obiectum reducit voluntatem de potentia in actum, ergo &c. maior patet. Minor probatur. Quod est tale in actu quale est aliud in potentia, reducit ipsum de potentia in actum. Sed obiectum est tale in actu qualis est voluntas in potentia: quia obiectum est actu diligibile, & voluntas est in potentia ad diligendum: ergo &c. Secundo. Nihil est perfectius penes id quod non est causa sui: quia ab eodem habent res quod sunt & quod perfectè sunt: Sed penes perfectiora obiecta sunt actus perfectiores: ut dicitur 2. de anima, & 10. ethi. corum: ergo obiectum est causa dans esse actu. Tertio. Quicquid dat alicui id quo formaliter & specificè ab alio distinguitur, est causa effectiua eius: quia causa dans esse dat etiam specificum esse. Sed obiectum dat actui effectiue id quo formaliter ab aliis distinguitur, cum distinctio obiectorum causet distinctionem actuum: ut patet secundo & 3. de anima: ergo &c. Quarto. Omnis dependentia essentialis est causati ad causam: vel causati posterius ad causatum prius. Sed actus dependet ab obiecto, & non sicut causatum posterius ad causatum prius: cum ista duo non sint ab eadem causa: ergo dependet ab obiecto sicut effectus à causa: maior nota. Minor probatur. Omne mensuratum dependet à mensura essentialiter. Sed obiectum est mensura actus: ergo &c. Maior patet 5. meta. Minor probatur: quia non ideo lapis habet habitudinem siue dependentiam ad voluntatem, quia sit voluntas: cum possit esse etiam si non sit volitus: sed contra voluntas secundum actum volendi lapidem, dependet à lapide: ergo &c.

Respondeo quod obiectum esse causam volitionis potest intelligi dupliciter. Vno modo in genere causæ formalis, id est, dantis formalem distinctionem: non tamen effectiue, sed formaliter. Alio modo in genere causæ efficientis. Ad primum sensum non est præcisè quæstio: quia ab omnibus est concessum quod actus formaliter distinguitur ex obiectis. In secundo autem sensu responderetur duabus conclusionibus. Quarum prima hæc est. Obiectum volitum aliquando est causa remota, partialis tamen est actus voluntatis. Patet ista conclusio ex dictis supra. Nam aliquando obiectum causat effectiue sui notitiam in intellectu. Sed notitia concurrat effectiue partialiter ad volitionem: ergo obiectum causans prædictam notitiam concurrat actiue ad eandem volitionem, licet remotè. Secundo contingit voluntatem amare seipsum, cum sit virtus im materialis: & per consequens reflexiua super seipsum. Sed voluntas causat actiue volitionem, ergo cum ipsa in tali volitione sit etiam obiectum, contingit aliquando volitionem causari ab obiecto. In quo tamen casu obiectum non causat volitionem in quantum est obiectum: sed in quantum est amans & diligens se, non autem in quantum amata. Secunda conclusio. Obiectum nunquam est causa immediata suæ volitionis: nec semper est causa efficiens etiam remota. Ista conclusio quantum ad primam sui partem patet ex præcedenti: quia nunquam obiectum causat volitionem nisi mediante sui notitia. Quantum ad secundam probatur. Primo. Omnis causa efficiens est in actu: ut patet 2. physico & 5. metaphysico. & patet etiam ratione: quia agere præsupponit esse. Sed aliquando obiectum volitum non est: puta dum quis vult aliquod futurum: vel aliquid quod est præteritum: ergo &c. Confirmatur: quia causa in actu & effectus in actu sunt simul, 2. physico. Sed obiectum volitum aliquando est ens tantum in potentia: ergo non potest causare actum talem volitionem. Dicitur forte quod est actu in apprehensione: & hoc sufficit. Sed contra. Obiectum in apprehensione non est aliud, nisi ipsa notitia obiecti, ergo obiectum in se non est causa volitionis: sed notitia eius est causa: ut supra dictum est. Secundo. Nullum ens rationis potest causare effectiue ens reale: alioquin effectus esset essentialiter nobilior sua causa. Sed volitio quælibet, est ens reale: & obiectum potest esse ens rationis, puta dum quis vult hoc esse præteritum, & illud esse futurum: præteritum enim, & futurum sunt respectus rationis

Distinctio.

Improbatio responsiui.

Ad primum.

Ad secundum.

Primatio.

Secunda ratio.

Tertiatio.

Te. cõ. 33. Quarta ratio.

Te. cõ. 20.

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

Te. com. 13.

Te. cõ. 13.

Ad primum.

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad quartum.

Secunda ratio.

tionis: cum sint rerum non existentium. ergo &c. Tertio ad idem est Com. 12. Metaph. com. 35. vbi dicitur quod forma balnei in anima est agens desiderium & motum. Sed balneum extra animam quod desideramus propter formam eius quæ est in anima, est finis motus. Ex quo patet secundum eum, quod balneum in anima & extra animam in hoc distinguitur, quia in anima efficit desiderium: extra animam vero non efficit, sed est tantum finis motus.

Ad primum. Ad primum in oppositum negatur minor. Ad probationem dicitur quod deberet subsumi sic: & voluntas est diligibilis tantum in potentia: quod patet esse falsum. Vnde si hæc ratio valeret, concluderetur quod lignum faceret ignem actu comburere, quia lignum est combustibile in actu, & ignis est comburens in potentia. Ratio autem quare hoc non sequitur est, quia dum dico aliquid esse actu diligibile vel combustibile, non est aliud dictum nisi quod habet actu potentiam passiuam ad hoc quod diligatur vel comburatur. Constat autem quod potentia passiuâ non reducit actiuam in actum, alioquin potentia passiuâ esset actus: propositio igitur assumpta in qua dicitur quod id quod est tale in potentia: reducit in actum per id quod est tale in actu: verum est de eo quod est tale in actu per potentiam actiuam, & non per potentiam passiuam solum: quod non est in proposito. Sed si intelligitur quod id quod est tale in potentia actiua (quia, scilicet, potest agere & non agit) reducat in actum per id quod est tale in actu per potentiam passiuam: quia actualiter habet potentiam ad patiendum: propositio est falsa & in hoc sensu procedit argumentum. Ad secundum dicitur primo quod nobilitas volitionis vnus super aliam quæ est ex parte obiecti, præsupposito æquali conatu voluntatis dependet ab aliquo quod est causa sua effectiua, non tamen ab obiecto: dependet enim à notitia obiecti, quæ tanto est nobilior quanto est de nobiliori obiecto: & cum ipsa agat ad volitionem tantum quantum potest: sequitur quod producat nobiliorem volitionem si sit æqualis conatus in voluntate cooperante isti notitiæ sicut cooperatur notitiæ ignobiliori. Dico secundo quod si maior intelligitur de causa efficiente ipsa negatur: albedo enim per suam propriam entitatem est nobilior nigredine: & tamen albedo non efficit se. Si intelligitur de causa vniuersaliter quæcunque sit illa, negatur minor: quia obiectum est aliquo modo causa formalis actus & est eius causa finalis ut patet ex auctoritate Comment. supra inducta. Ad tertium negatur minor: cum enim distinctio sit relatio, & relatio sit idem fundamentum: sicut obiectum non causat effectiue: ita etiam non causat eius distinctionem effectiue. Potest tamen dici causare eam formaliter: quia se habet obiectum ad actum per modum forme specificatis: sicut etiam motus specificatur per terminum motus. Ad quartum negatur minor: quia nulla res dependet à non ente effectiue. Contingit autem lapidem non esse, cuius tamen habetur volitio. Ad probationem negatur minor: alioquin omnes colores dependerent essentialiter ab albedine, quæ ponitur aliorum esse mensura. Itè scibile est mensura scientiæ: & tamen non omnis scientia dependet essentialiter & reali dependentia à scibili: quia scientia de re non existente, refertur ad scibile tantum relatione rationis. Ad probationem dicitur quod volitio lapidis dependet effectiue à notitia lapidis: & non ab ipso lapide: quia volutatis secundum actum volendi dependet à lapide, non quidem absolute accepto: sed in quantum habet esse cognitum & apprehensum.

Causa sine qua non, duplex.

Te. cõ. 32.

Te. cõ. 20.

Que fuerit opinio S. 2. h.

QVÆSTIO XIII.

Vtrum notitia obiecti concurrat actiue ad actum voluntatis.

QUÆRTIVM decimotertio. Vtrum notitia obiecti concurrat actiue ad actum voluntatis: vel potius sit tantum causa sine qua non. Et videtur quod non concurrat actiue. Primo. Sequitur quod qui magis cognosceret aliquam rem, haberet etiam intensiorem actum voluntatis circa eam. Sed hoc ex perimur esse falsum: ergo &c. Maior probatur. A causa agente naturaliter procedit effectus tanto nobilior quanto causa nobilior est. Sed notitia obiecti agit naturaliter si est actiua: cum non sit potentia libera: ergo &c. Secundo. Nulla causa naturaliter agens potest producere contrarios effectus in eodem passo: quia talis causa semper eodem modo agit. Sed scire notitia obiecti alicuius: possunt in voluntate esse de eo successiue contrarij effectus, scilicet, volitio & nolitio: ergo non sunt effectiue à notitia obiecti.

Respondeo. In ista quæstione est aliquid in quo quasi generaliter omnes conueniunt, scilicet, quod notitia obiecti est causa sine qua non, actus voluntatis: eo quod impossibile est voluntatem habere actum circa aliquod obiectum cuius notitia non sit in intellectu. Sed quia causa sine qua non, est duplex. Nam aliqua facit aliquid ad esse effectus, sicut aperire fenestram, facit ad illuminationem domus. Aliqua vero nihil operatur ad effectum: sicut risibilitas est causa sine qua homo non potest edificare: & tamen non est aliquo modo agens ad edificationem. Ideo quantum ad hoc est varietas opinionum. Prima opinio dicit quod notitia est tantum causa volitionis sicut remouens prohibens: quia notitia obiecti remouet ignorantiam ipsius, quæ prohibebat voluntatem exire in actum suum, cum rei ignorat non possit esse volitio. Et quia remouens prohibens est tantum causa per accidens: ut dicitur 8. Phy. habent isti consequenter dicere quod notitia obiecti non concurret essentialiter ad volitionem: sed tantum per accidens: propter quod facile est improbare hanc opinionem. Primo. Nullus effectus dependet in omnem euentum semper & de necessitate ab aliqua causa per accidens. Sed actus volendi semper & de necessitate dependet ab obiecto cognito: ergo notitia obiecti non est causa per accidens. Minor supponitur: quia de hoc est quæstio specialis: & etiam conceditur ab aduersario. Maior probatur. Effectus non dependet necessario à causa per accidens, quæ nihil facit ad effectum: cuiusmodi est albo in edificatore ut patet: nec à causa per accidens quæ est remouens prohibens: quia non requiritur ad effectum causa remouens prohibens: nisi quia causa per se est impedita. Sed impossibile est causam per se semper & necessario esse impeditam: quia causam per se esse impeditam, est casuale & præter intentionem naturæ: nullum autem casuale est semper & necessario. Secundo. Causa remouens prohibens, facit aliquid ad effectum. Sed hoc non potest esse nisi in quantum causat aliquid positium: quia sicut priuatio nihil facit ad effectum positium: ita nec negatio aut remotio priuationis facit aliquid ad effectum positium, nisi ratione alicuius positiui, ergo si notitia est causa volitionis, ut remouens prohibens, oportet quod faciat aliquid positium. Tertio. Nulla potentia dirigit se in aliquod obiectum nisi habes cognitionem vel eam participans. Sed ostenso aliquo sine voluntati, ipsa dirigit se in eum: ergo participat cognitionem: qui quid autem participat cognitionem, aut est subiectum eius aut effectus: quia effectus participat aliquid suæ causæ. Sed voluntas non est subiectum cognitionis, ergo est eius effectus. Alij dicunt quod notitia non est aliquid faciens nec per se nec per accidens ad volitionem: sicut nec risibilitas ad edificare: & hoc quia, ut ipsi putant, voluntas est sufficiens principium reducens se in actum volendi: quia secundum eos idem potest se reducere de potentia in actum. Et hæc opinio quantum ad suum fundamentum fuit improbatâ superioribus. Et adhuc specialiter contra eam arguitur. Omne agens aliqum effectum in aliquo passo potest similem agere in quocumque passo simili, & similiter disposito, nisi impediatur: ergo si voluntas est sufficiens causa suæ volitionis, ipsa potest in alia voluntate sibi approximata causare volitionem: quod patet esse falsum. Antecedens est huius doctoris in 2. sen. vbi loquitur de locutionibus angelorum: consequentia est euidens. Alij dicunt quod notitia obiecti concurrat actum voluntatis non tanquam eliciens eam, aut totaliter aut partialiter, sed solum ut ratio agendi. Et quid accipiant per rationem agendi, declarant dicentes quod ratio agendi est duplex. Vna est ratio agendi qua agens formaliter agit: sicut calor est igni ratio calefactionis. Alia dicitur ratio agendi non quia ea agens agit: sed solum quia specificat actionem: & hoc modo notitia obiecti est voluntati ratio agendi: quia actus voluntatis habent speciem ab obiecto in quantum est cognitum. Et hanc dicunt isti fuisse opinionem sancti Thomæ.

Sed diligenter examinans arbitror S. Thom. dicere duo circa hanc quæstionem. Primum est quod obiectum apprehensum mouet per modum causæ finalis voluntatem ad actum suum: propter quod distinguuntur actus voluntatis ex obiectis cognitis. Secundum est quod voluntas non est sufficiens causa alicuius sui actus: sed cum ea concurrat notitia obiecti tanquam causa partialis, minus tamen principaliter, quam voluntas: ita quod ex voluntate & notitia obiecti constituitur una sufficiens causa volitionis integrata ex duabus partialibus causis, non habentibus se ex æquo ad volitionem: sed vna principaliter & alia secundario. Mouetur autem ad hoc tenendum: quia S. Tho. in 2. dist. 24. q. 2. art. 1. dicit, quod ratio elicit actum voluntatis: quæ verba non possunt aliter habere verum sensum, nisi quod notitia existens in ratione, concurrat ad eliciendum actum voluntatis simul cum ipsa voluntate. Ad hoc habentur etiam auctoritates Comen. Prima est 12. Metaph. com. 35. vbi dicitur sic, balneum duplicem habens formam in anima & extra animam, & per illam formam quæ est in anima desideramus illam formam quæ est extra animam. Forma igitur balnei in quantum est in anima agens desiderium & motum

rum, secundum autem quod est extra animam, est finis motus & non agens. hæc ille. Ex quibus patet expressè quod forma balnei in anima quæ non est aliud quam notitia & apprehensio balnei, agit desiderium, agere autem est tantum causa efficiens. Nec potest exponi ut quidam exponunt quod agit, id est, est ratio agendi modo superior dicto: quia **Commen.** dicit quod forma balnei extra est causa motus voluntatis ut finis, & non ut agens: in anima autem est causa ut agens: constat autem quod accipiendo vocem agendi pro eo quod significat actionem, forma balnei ad extra esset ratio agendi: quia dat speciem volitioni qua fertur in eam. Secunda auctoritas est circa finem prædicti com. vbi dicit, desiderium est propter estimationem eius quod est esse aliquid bonum. Tertia auctoritas habetur com. 3. 8. vbi dicit quod apprehensio est causa voluptatis. Quarta auctoritas habetur tertio de anima, c. 49. vbi dicit quod desiderium mouet intellectum: & tunc desiderabit intellectus: & cum desiderauerit tunc mouetur homo. Nō potest autem aliter intelligi quod intellectus desiderat, nisi quia notitia in eo existens causat desiderium. Quinta auctoritas est ibidem, vbi sic dicit: Intellectus quando apprehenderit aliquid, desiderabit per scientiā & mouebit per desiderium, ita quod secundum Commentatorem hoc modo & ordine contingit motus in animalibus, quia obiectum causat sui notitiam, & notitia desiderii, & desiderium causat motum. Sexta auctoritas habetur ibidem com. 14. vbi exponens illum textum Philosophi, in quo dicit quod appetitus est quidam motus, sic ait Commentator, Appetitus & motus, quia est a re appetita per intellectum in actu, id est, per intellectationem. Quia tamen non potest efficaciter concludi prædictam notitiam concurrere effectiue contra eos qui obstinate voluntur oppositum: nisi forte per diuisionem sic arguendo: Voluntas non est sufficiens principium volitionis, ergo aliquid aliud cum ea concurrat: sed hoc non est obiectum nec phantasma, nec aliquid in voluntate existens, de quibus omnibus erunt speciales quæstiones: ideo non adduco in hoc loco aliquam rationem specialem, sed sufficiat mihi probasse quod istud apparet fuisse de mente S. Tho. & Comment.

Ad primū. Ad primum in oppositū negatur consequentia. Ad probationem dicitur quod quādo causa naturaliter agens est totalis causa, vtique ab ea procedunt nobiliores effectus. Sed vbi est tantum causa partialis, cum qua concurrat vna alia causa omnino libera, habent etiam maiorem actiuitatem respectu illius effectus quam causa naturalis: tunc poterit procedere effectus ignobilior ex hoc quod talis causa libera remissa cooperabitur illi causæ naturali: & intensus cooperabitur alteri causæ naturali: quæ tamē erit imperfectior. Ad secundum dicitur eodem modo quod maior est vera si ipsa sit totalis causa. In proposito autem licet notitia obiecti naturaliter agat ad volitionem: quia tamen cum ea concurrat voluntas: possunt ex libertate voluntatis euenire contrarij effectus, quia ista notitia non habet actiuitatem actualē, nisi respectu illius actus ad quem se voluntas determinat.

QVÆSTIO XIII.

Vtrum voluntas determinet se ad alterum duorum bonorum sibi propositorum.

Quæritur 14. Vtrum propositis duobus bonis volūtatī, ipsa determinet se ad alterū eorum. Et videtur qd nō. Respondeo quod ista quæstio potest habere tres sensus. Primus est quid determinat voluntatem ad hoc quod sit natura siue potentia indifferens & indeterminata respectu oppositorum. Et si sic quæritur, nihil est aliud nisi querere, vnde habet voluntas quod sit libera libertate contradictionis. De qua dictū fuit supra q. 9. quod libertas inest ei radicaliter ex intellectu, & formaliter ex seipsa. Secundus sensus est. Cum voluntas aliquando nihil velit, vt est in dormientibus: & aliquando aliquid actu velit, quid determinat eam ad actum volendum. Et quantum ad hoc dicitur quod ad eo determinatur à quo reducitur de potentia in actum. Dictum autem fuit supra quod ipsa simul cū notitia obiecti causat in se actum suum, & sic ipsa hoc modo seipsam determinat. Tertius sensus est: quando voluntati proponuntur aliqua duo ad intellectum: & voluntas est indifferens ad volendum hoc vel illud, quid est illud à quo determinatur ad alterum istorū. Et secundum hunc sensum disputatur præfens quæstio. Circa quā sunt variæ opiniones. Aliqui dicunt qd tota ista determinatio est ex parte volūtatī: quia ista præcisè accepta determinat seipsam: nec est querendū aliud determinatorem. Sed cōtra hoc arguitur dupliciter. Primò. Volūtas de se est indeterminata ad a, & ad b, & volūtas determinat seipsam vt tu dicis: ergo in-

Doctores vbi a respicienda voluntatem non determinari.

determinatū determinat indeterminatū: quod est impossibile. Secundò. Si volūtas seipsam determinat, aut hoc est per ipsam nudā potentia, aut hoc est mediāte aliquo actu suo. Non primū: quia volūtas in se præcisè accepta est indifferens: indifferens autē inquantū huiusmodi nihil determinat. Similiter secundum nō potest dici qd determinat se ad volendum a, mediāte aliquo actu: nisi quia vult velle a, ita qd per vnum actū determinatur ad aliū. Accipio igitur illum actū quo mediāte se ad aliū determinat: & cōstat qd volūtas est de se indifferens ad ipsum: & ad eius oppositū: sicut enim vult velle a, ita potuit nolle velle a: quæro igitur p quid est determinata ad illud primū velle? Nō ex se, vt probatū est. Nō per alium actū: quia tunc esset abire in infinitum. Si quis tamē voluerit tenere prædictā opinionē habet dicere qd potentiarū quæ sunt in potentia contradictionis, aliqua est imperfecta & diminuta, & huiusmodi est materia. Ipsa enim est contrariorum: & talis nō potest seipsam determinare, propter hoc vult Philosophus qd materia ex se sine alio determinante procederet in actum, simul produceret cōtrarios actus. Alia est potentia contradictionis perfecta & non diminuta, obiecto sibi præsentato, & hæc potest se determinare: talis autē est volūtas. Vnde Philosophus 9. Metaph. text. com. 3. quia dixerat qd scientia est contrariorū: & tamen ad vnum illorum potest se determinare, statim subdit determinatiū dicens, hoc autē dico appetitum vel proheresim. Nec voluntas determinat se ad hunc actū mediāte alio actu: sed per seipsam solā. Alij dicūt quod proposito maiori & minori bono: & proposito aliquo obiecto sub duplici ratione, scilicet boni & mali: in potestate volūtatī est determinare intellectū ad vnam partē magis cōsiderandum quā alteram. Sed postquam ratio considerat tantum alteram partem magis vnam quā aliam, non est in potestate volūtatī determinare ad vtrumque: sed necessario determinatur ad id quod iudicatū est magis esse volendum. Sed ista opinio aufert libertatē: quia vt infra probabitur: in potestate voluntatis est velle contra dictam rationis respectu eorum quæ ad finem ordinantur: quia in comparationem ad ea semper est libera. Et ideo aliqui dicunt quod volūtas determinatur mediāte iudicio intellectus. Ad cuius euidenciam dico primò quod sæpè contingit aliquid cogitare intellectū absque imperio voluntatis. Potest enim imaginatio naturaliter moueri ab aliquo phantasmate in ea existente: & eius obiectum offerre naturaliter intellectui: puta librum aliquando visum: & tūc intellectus cogitans an querendus sit vel non: nec tamē voluntas imperat intellectui hanc cogitationem: & tunc iudicatē ratione: quod istud sit volendū determinabitur. Voluntas ad eius volitionem. Sciendū secundum qd licet intellectus aliquando habeat considerationem aut simplicem aut complexam, de aliquo eligendo præter imperium voluntatis: aliquādo tamē volūtas ei imperat vt iudicet quid sit eligendum. Sed intellectum determinari à voluntate ad alterum iudiciorum quæ contraria sunt: puta quod hoc sit eligendum vel respiciendū, potest esse dupliciter. Vno modo potest: & hoc est quando voluntas actu vult intellectum iudicare quid agendum sit: aliquando negatiue, scilicet non habēdo actum quē deberet habere. Si enim homo habeat habitus malos & subiiciatur passionibus: tūc stante apprehensione furti inquantū est malū & inquantū est bonū vtile: ipsa deberet auertere intellectū à consideratione furti inquantū est bonū vtile: & facere eum sistere in eius consideratione, inquantū est prohibitum. Si autē cum non auertat: tunc intendetur illa consideratio de furto inquantum est bonum: & sic inclinabitur voluntas ad volendum ipsum. Nam consideratio de aliquo agendo nō potest distare in intellectu quin intendatur aut remittatur, quia necessario occurrit intellectui aliqua circumstantia illius obiecti, quæ si iudicabitur bona intellectus magis & magis obiectū considerabit & delectabitur in eo. Si verò iudicabitur mala, remittetur illa consideratio. Sciendū tertio, quod apprehensio duobus obiectis, vel nō sub duplici ratione, si rationes illæ æqualiter mouēt voluntatē, quod est quādo neutra iudicatur melior alia: nunquam determinabitur voluntas ad volendum hoc vel illud: sed suspensa erit & expectabitur iudicium rationis dicantis quid eorū sit melius. Sciendum quarto, quod voluntatem determinari ad alteram partem contradictionis potest intelligi dupliciter. Vno modo quod necessario velit hoc: & sic nunquam determinatur respectu eligibilium. Alio modo quod velit hoc, licet ipsum contingenter velit: & hoc potest esse dupliciter. Nam cum dico velle hoc, duo dico, scilicet, volitionem & habitudinem eius ad hoc. Primo modo ipsa determinat se: quia non elicit volitionem nisi sibi placeat: & omnem actum potest suspendere. Quod autem ista volitio sit huius & non illius, est ex iudicio rationis iudican-

Not. primū.

Not. secundū.

Not. tertiu.

No. quartū.

indicantis istud potius esse volendum, quā illud. Ex quibus habetur primo quod intellectus determinat voluntatem potius & per modū finis, nempe ponendo ei id quod potius esse eligendum iudicat. Secundò quod voluntas determinat intellectū aliquādo potius & aliquando negatiue, licet intellectus aliquando aliud determinetur. Quocūque tamen modo voluntas determinet intellectum, hoc non est per modum finis: sed per modum efficientis. Tertio quod voluntatem determinari ab intellectu non est eam actu elicere volitionem: sed ex actu voluntatis esse talis vel talis speciei. Nam si intellectus apprehendat obiectū vt conueniens, volūtas respectu eius habebit velle: si vero ipsum apprehendat vt nocium, voluntas habebit nolle. Quarto quod voluntas seipsam determinat ad actū habendum vel non habendū: quia ipsa effectiue actū suū producit. Voluntas igitur determinat se ad habendū aliquē actū, sed qd talis actus sit potius velle quā nolle: & profectio quā fuga, est ex iudicio intellectus: & per consequens intellectus determinat voluntatem siue actū eius nō ad hoc quod sit in rerū natura: sed ad hoc quod sit talis vel talis.

Epilogus de Clorum.

QVÆSTIO XV.

Vtrum voluntatem necessitari ad aliquem actum repugnet voluntati.

Quæritur decimoquintò. Vtrum repugnet voluntati qd ad aliquem actum necessitetur. Et videtur quod non. Primò. Proprietas voluntatis non potest auferri à voluntate, saltē naturaliter: vt loquimur in hoc loco. Sed contingētia siue libertas est proprietates voluntatis cum ipsa sit essentialiter libera: vt dicit Philosophus 9. Meta. & 1. Ethic. ergo non potest ab ea auferri contingētia & ei aduenire oppositum cōtingētia: quod est necessitas. Secundò. Voluntas potest in omne id quod apprehenditur vt bonum: sicut & quælibet alia potentia potest in ea quæ cōtinētur sub adæquato suo subiecto. Sed stante quacūque apprehensione in intellectu ad quodcūque obiectū potest intellectus apprehendere sub ratione boni: ita tamen quod voluntas experiat propriam libertatē cessando ab omni actu: ergo voluntas potest omnē actum suum suspendere: & per consequens ad nullum necessitetur. Tertio. Si voluntas ad aliquem actū necessitetur: maximè hoc est ad amorem summi boni vniuersaliter apprehensi. Sed ad hunc actum non necessitetur: ergo ad nullum alium. Maior patet: quia quodlibet aliud obiectum minus mouet voluntatē. Maior probatur tripliciter. Primò. Voluntas non mouetur necessario ab eo in quo reperit rationē alicuius mali siue defectum boni: quia ex ea parte quæ est malum potest voluntas ab eo resilire. Sed in bono vniuersaliter apprehenso reperit aliquam rationem mali, scilicet confusionem & potentialitatem, quæ sunt cōditiones repertæ in omni vniuersali: ergo & c. Secundò ad idem. Actus directus in obiectum non est necessarius: nisi etiam actus reflexus in actū rectum sit necessarius. Si enim voluntas amat necessario a, & nō amat necessario amorem a, sequitur qd possit tristabiliter amare a, quod est inconueniens. Sed voluntas non amat necessario amorem summi boni: cum talis amor non habeat rationem magni boni. Tertio ad idē. Nullus amor concupiscentiæ à quo ille oritur sit necessarius. Sed amor amicitia quæ quis amat seipsum non est necessarius, ergo amor quo volumus nobis beatitudinem non est necessarius. Maior patet: quia causæ contingētis non potest effectus esse necessarius. Maior probatur. Actus necessarius nō meretur laudem nec vituperationem. Sed laudabile est amare seipsum: & vituperabile est odire se: ergo & c. Quarto ad principale. Vnius potentia est vnicus modus operandi: nam si haberet plures ea non esset vna. Sed voluntas est vna potentia, ergo cum aliqua velit contingenter, non potest alia velle necessario.

Prima ratio.

Tex. com. 3.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

De actu elicitō & imperato.

Actus elicitus duplex.

Voluntatem necessitari & dupliciter.

intelligi dupliciter necessitari. Vno modo quantum ad exercitiū actus. Alio modo quantum ad specificationē actus. Voluntatē necessario agere ad exercitiū actus est ipsam necessario habere aliquam volitionem aut nolitionem: quod non est aliud nisi ipsam habere exercitiū suarum operationū: voluntatem vero necessitari quantum ad specificationem actus nō est eā necessario agere: sed est ea si agat habere actū talis aut talis speciei, qui sit persecutio vel fuga.

Conclusio 1.

Quantum ad secundum hæc est prima conclusio. Voluntas necessario mouetur ab aliquo obiecto, id est, à summo bono in vniuersali apprehenso quo ad specificationem actus. Hanc conclusionem intelligo ad hūc sensum. Stante in intellectu apprehensione summi boni, id est, boni in quantum est perfectissimum & satiativum voluntatis: & in quantum est vniuersaliter bonum nullam habens admixtionem mali, voluntas non potest ipsum respuere aut odire: sed si habeat circa ipsum aliquam operationem, illa erit profectio & amor siue complacentia. Hanc conclusionem sic probō. Primò Non plus mouet voluntatem aliquod particulare bonum contentum sub bono vniuersali quā moueat ipsam summum bonum & vniuersale. Sed aliquod contentum sub vniuersali bono mouet voluntatem necessario, ergo etiam summum bonum eam necessario mouet. Maior patet. Quia quicquid continet particulare bonū, reperitur & tantum in summo bono & aliquid plus. Minor probatur. Esse & viuere sunt quædam particularia bona: quia præter esse & viuere reperuntur in rebus etiam aliæ perfectiones. Sed esse & viuere mouent necessario voluntatem: ita qd nullus potest ea odire. Vnde Philosophus dicit. Esse & viuere est omnibus eligibile & amabile. Et 3. Ethic. c. 6. dicit sic: Inest quædam boni particula ipsi viuere, vnde multa mala sustinent homines inuitati ad ipsum viuere: tanquam existente in eo quadam dulcedine & solatio singulari. Dicitur fortè ad hanc rationem, quod minor est falsitas: quia multi appetunt & odiunt se esse: vt patet in his qui se interficiunt. Sed ad hoc dicitur quod nullus potest per se appetere non esse: quia esse de se est maxima & prima perfectio: sed appetunt non esse tantum per accidens: quia enim eorum esse est coniunctum alicui miseriam quā odiunt: & sine qua sciunt se esse nō posse: ideo odido illam miseriam, consequenter odiunt etiam suum esse sicut omnes cōcedunt. Et ex hoc confirmo illam rationem sic. Nullus potest odire esse. nisi quia odit aliquā miseriam quæ illi esse coniuncta est: sed in summo bono nulla permixtio mali est coniuncta, ergo non potest voluntas odire summum bonum. Et per consequens si ad eam habent aliquā oppositionē, ipsa erit velle. Secundò. Omnis natura est aliquo modo determinata ad vnum: vt dicitur 2. Physic. Sed voluntas est quædam natura: ergo est ad vnum determinata. Aut igitur ista determinatio est quantum ad exercitiū actus: aut quantum ad specificationē actus: & si quantum ad specificationē aut est respectu summi boni: aut respectu aliorū quæ infra ipsum continentur. Sed non est determinata quo ad exercitiū actus vt probabitur sequenti quæstione: nec quo ad specificationē actus respectu eorum quæ sunt infra summum bonū: quia quolibet eorū apprehenso, potest volūtas ipsum respuere: cū in eo semper inueniat aliquē defectum boni: & per consequens aliquam rationē mali: ergo tota eius determinatio est quo ad specificationē actus respectu summi boni. Omnia quæ assumpta sunt in ista ratione satis patet vno excepto, scilicet qd voluntas est natura, & ideo etiam istud probatur. Nullū posterius potest subterfugere rationē prioris: sicut homo nō subterfugit rationē animalis. Sed natura est prior volūtatē, prius n. volūtas prioritate nature est forma quædam, quæ ipsa sit talis forma, puta voluntas vel intellectus, vel quæcūq; alia: ergo in illo priori habet raturā rationē nature. Tertio. Sicut se habet suppositiones mathematicæ ad intellectū, sic summū bonū siue finis vltimus ad voluntatē. Sed intellectus si habet aliquē actū circa suppositiones mathematicas: puta qd omnē rotam est maius (sua parte) talis actus non potest esse dissensus, sed necessario erit assensus: ergo actus voluntatis circa vltimū finē vniuersaliter apprehensum nō potest esse fuga siue nolitio. Maior est Philosophi qui ponit duas cōparationes inter principia speculatiua & finē vltimum. Prima cōparatio habetur 2. Physic. textu com. 89. vbi dicit qd si principia sint, etiam cōclusiones sunt: vel erunt: quia habito principio possunt ex eo deduci cōclusiones: ita si finis est, ea quoq; quæ ordinantur ad finē sunt vel fuerunt vel erunt. Et ex his postea cōcludit: neq; in conclusionibus neq; in ordinatis ad finē est necessitas absoluta: sed tantū conditionata. Vnde Commentator eodem commento sic dicit: propositiones assimilantur sibi, cōclusio autē assimilatur eis quæ sunt ad finē. Et post pauca subdit qd ex esse propositionū, id est, principiorū, sequitur esse cōclusionū. Vltimè ita cōcludit. Dispositio cō-

Tex. com. 3.

Quæst. Meta. Paul. Sonc.

elusionis cum propositionibus est dispositio eorum quae sunt propter aliquid cum illo propter quod sunt: cum enim fuerit finis propter quae sunt in actu, et illa in actu, & si fuerit finis in potentia, illa erit in potentia: licet nondum sint in actu. Et postea ita subdit: Illa enim quae sunt in doctrina quasi finis sunt propositiones: & illud quod est quasi ea quae sunt ante finem, est conclusio. Secundam compositionem ponit 7. Ethic. c. 8. ubi sic dicit: In actionibus autem quae sunt gratia, principium est sicut in mathematicis suppositionibus: constat autem quod per id cuius gratia semper ab Aristotele accipitur finis: nec aliter diffinit causam finalem: nisi per esse id cuius gratia aliquid sit: ut patet 2. Physic. & 5. Metaph. & 2. de anima. Qualis autem sit ista similitudo inter id cuius gratia, & suppositiones mathematicas: postea declarat dicens, quod sicut propositionibus mathematicis assentitur naturaliter: nec ipsae docentur per rationem aliquid: ita appetitus finis est per materiam, loquendo de fine in universali: aut talis appetitus est per assuefactionem, loquendo de fine in particulari, puta de isto vel illo fine. Secunda conclusio. Voluntas non necessitatur quo ad exercitium actus ad apprehensionem alicuius obiecti. In ista conclusione loquor metaphysice: nec intendo disputare hic illam quae Theologicam qua quaeritur an Deus clarè visus necessario moueat voluntatem ad suam fruitionem. Et intelligo conclusionem ad hunc sensum quod stante apprehensione cuiuscunque obiecti potest voluntas suspendere omnem actum circa ipsum: ita quod nec eum accipiat nec eum nolit. Probatur ista conclusio. Primò. Supponitur quod apprehensio intellectus de summo bono cadit sub imperio voluntatis. Supponitur secundò, quod voluntas non potest actu velle aut nolle: nisi id quod est actu apprehensum. Ista duo habentur à Philosopho 3. de anima, ubi dicit quod intelligimus cum volumus: & quod voluntas non est nisi cognitio. Tunc sic. Voluntas non potest habere aliquem actum circa aliquid obiectum, siue ille actus sit volitio sine nolitio, nisi tale obiectum sit actu apprehensum. Ista propositio patet ex 2. praesupposito. Sed in potestate voluntatis est facere quod in intellectu non sit apprehensio: ut patet ex praesupposito primo: ergo in potestate voluntatis est nullum actum habere circa tale obiectum. Dicitur fortè quod illa ratio non est ad propositum: quia haberet concludere quod stante apprehensione in intellectu possit voluntas cessare ab omni actu: & hoc non concludit. Et ideo magis declaro illam rationem sic: Voluntas necessariò vult per se summum bonum apprehensum in instanti a: ergo voluntas in instanti a, vult necessariò illam apprehensionem. Probatur ista consequentia: quia si non vult necessariò illam apprehensionem: sequitur quod potest eam nolle: ponatur ergo in actu quod eam nolit in instanti a: ergo in instanti a, ipsa apprehensio non erit in intellectu ut patet ex primo praesupposito: & cum per te velit in instanti a, summum bonum: sequitur quod in instanti a, nolitio terminabitur ad id cuius non habetur apprehensio: quod est contra secundum praesuppositum. Tunc si in instanti a, habet voluntas velle obiecti & nolle apprehensionis: habebit simul duos actus: quorum vnus nullo modo ad alium ordinatur. Probatur ista igitur quod si voluntas vult obiectum necessariò, vult etiam necessariò apprehensionem eius. Tunc ultra. In a instanti vult necessariò apprehensionem obiecti, ergo semper eam continuabit: & per consequens nunquam poterit cessare ab actuali volitione summi boni, cuius oppositum experimur. Probatur consequentia. Illa apprehensio tanta perfectionis erit post a, sicut est in a, ergo aequè mouebit voluntatem sicut mouet in a. Sed per te in a mouet eam necessariò ad sui volitionem, ergo semper eam moueret necessariò. Secundò. Voluntas est magis libera libertate contradictionis respectu sui proprii actus quam respectu actus cuiuscunque alterius potentiae. Sed voluntas potest suspendere actum cuiuscunque alterius potentiae cadentis: quod dico propter operationes vegetariuas, quae non cadit sub potestate voluntatis: ergo multo magis potest suspendere omnem actum suum. Minor patet experimento. Maior probatur. Libertas prius conuenit voluntati ad se quàm in ordine ad alia: cum conueniat ei essentialiter, vel saltè ut propria passio: ergo per prius est libera respectu sui actus quàm respectu aliarum. Nec oportet multum conari ad probandum hanc conclusionem, quia generaliter ab omnibus quodammodo est concessa.

Ad primum. Ad primum in oppositum responderetur per distinctiones positas in principio quaestionis, & similiter ad alia. Vnde ad primum dicitur quod contingentia & necessitas non conueniunt potentis absolute: sed in ordine ad obiectum: & propter hoc potest respectu alicuius obiecti habere necessitatem: & respectu alterius habere contingentiam. Ad argumentum conceditur quod contingentia non potest auferri à voluntate, quia respectu alicuius sit contingens, sed hoc concessio non valet illa consequentia: ergo non potest

respectu alicuius esse necessaria. Ad secundum dicitur quod ratio concludit verum & probat ea quae dicta sunt in secunda conclusione. Cum tali autem libera suspensione stat quod voluntas respectu alicuius obiecti habeat necessitatem quo ad specificationem actus. Ad tertium negatur minor. Ad primam probationem negatur minor: quia illa conclusio & potentialitas non est in obiecto apprehenso: sed est tantum in modo apprehendendi: licet enim volitio non possit esse nisi de obiecto apprehenso: & tamen ipsa volitio non fertur in obiectum secundum quod est in apprehensione: sed fertur in ipsum secundum quod est in seipso: nullus enim appetit cibum nisi qui est ad extra. Ad secundum dicitur quod actus quo amo & volo volitionem summi boni potest considerari dupliciter. Vno modo secundum se, & ut sic, non est magnum bonum nec necessariò volitum. Alio modo potest considerari in quantum est volitio relata ad summum bonum: quo modo vult ipsum voluntas relatiuè ad summum bonum: & sic illa volitio est necessariò volita quo ad specificationem actus: & est volita illomet actu quo est volitum summum bonum: ita quod sicut voluntas non potest habere nolle respectu summi boni: ita etiam non potest habere nolle illius volitionis, stante apprehensione illius volitionis relata ad summum bonum: & sic patet ad argumentum, quod minor est falsa. Ad tertium negatur minor. Et cum probatur: dico quod amor quo quis amat seipsum potest dupliciter considerari. Vno modo absolute: & sic non est laudabilis nec viciosus. Alio modo in quantum ordinatur ad aliquid: puta quia vult se viuere & habere esse: ut consequatur doctrinam & virtutes: & sic est amor dignus laude. Ad quartum principale negatur maior: quia vnitas potentie non sumitur ex modo agendi: sed ex obiecto. Cōstat enim quod in forti est tantum vna virtus motiua: & tamen aliquando potest moueri velocius: & aliquando tarde. Similiter intellectus est vna potentia: & tamè cognoscit prima principia siue discursu: conclusiones autem tantum discursiue.

QUESTIO XVI.

Utrum voluntas possit velle impossibilia.

Quaritur decimosextò. Utrum voluntas ratione sua libertatis possit velle impossibilia. Et videtur quod sic. Primò. Voluntas potest ferri in omnia ea quae actu & simul ab intellectu ei representantur: alioquin voluntas esset minus potens quam intellectus: quod repugnat eius libertati: sed intellectus potest simul representare contradictoria: quia dum format hoc primum principium, impossibile est idem simul esse & non esse: apprehendit contradictoria & eorum similitudinem: imò etiam voluntas potest ei imperare ut apprehendat similitudinem contradictionis: ergo voluntas potest velle contradictoria: sed est impossibile quod contradictoria sint simul, ergo potest velle impossibile. Secundò. Ad idem est Philosophus 3. Ethic. dicens expressè quod voluntas est impossibile: ergo de mente ipsius potest velle impossibilia. Dicitur fortè quod Philosophus loquitur de voluntate non deliberata: sed de subito motu voluntatis. Sed contra. Voluntas deliberata non est minus potens quam voluntas non deliberata, ergo si voluntas non deliberata potest esse impossibile etiam voluntas deliberata istud potest. Tertio. Quicumque odit aliquid, vult ipsum non esse: ut dicit Philosophus secundo Rhetoricorum. Sed aliquis potest habere odio Deum ipsum punientem, ergo potest velle Deum non esse. Sed Deum non esse est impossibile: ergo potest velle impossibilia. Quarto. Voluntas potest ferri in omnem bonum: quia potentia habens aliquod obiectum adaequatum, potest in omnia quae sub ipso continentur. Sed esse substantiam abstractam, est ens bonum: ergo voluntas Sortis potest velle quod Sortes sit substantia abstracta. Sed Sortes esse substantiam abstractam est impossibile, ergo voluntas potest velle impossibilia.

Respondeo. In ista quaestione sunt tres opiniones. Prima dicit quod voluntas potest velle volitione electiua, quae sit simplex volitio complacentiae impossibilis: sed tamen quod ea velle non potest volitione electiua, quae est actus antecedens conclusionem syllogismi practici. Ad cuius evidentiam est sciendum quod sicut in intellectu potest esse duplex apprehensio: ita in voluntate potest esse duplex electio. Aliquando enim in intellectu est simplex apprehensio & perfecta notitia alicuius obiecti: licet intellectus non cogitet de medio aliquo per quod possit attingi illud obiectum, sicut in infirmo qui de sanitate desperat potest esse apprehensio sanitatis: nihil tamen cogitat de recuperanda sanitate: alioquin de ea non desperaret. Et ad huius apprehensionem consequitur simplex complacentia sanitati: vnde talis dicitur eligere sanitate electione complacentiae. Aliquando in intellectu est apprehensio de aliquo operabili: & voluntas eligit illud operari:

Ad secundum.
Ad tertium.
Ad quartum.
Primario.
Secunda ratio.
Tertiaratio.
Cap. 5.
Quarta ratio.
Prima opinio.
Notandum.
Sed

Sed post huius apprehensionem & electionem intellectus inquirat media quibus illud operetur vel consequatur, sicut infirmus sperans sanitatem primo apprehendit eam: & secundo eligit eam: & tertio inquirat media per discursum: & quarto ea sibi applicat. Ista autem electio de qua nunc dictum est, appellatur electio efficax & non potest esse impossibile: quia nullus conatur ad operandum ea quae iudicatur esse impossibilia. Sed prima electio potest esse impossibile. Quidam alij dicunt quod non solum actus voluntatis sequens simplicem apprehensionem: sed quod etiam actus sequens rationem deliberatam potest esse impossibile. Ex quo sequitur quod electio secundo modo dicta iuxta distinctionem positam in prima opinione potest esse impossibile. Sed istae duae opiniones pro quanto dicunt actum voluntatis absolutam posse ferri super impossibilia, videntur non habere veritatem. Primò. Nullius potentiae actus potest ferri super ea quae non habent formalem rationem obiecti potentiae: quia tunc potentia excederet obiectum: & ad plura se extenderet: quod est falsum: quia oportet potentiam & obiectum adaequari. Sed obiectum voluntatis est bonum aut ens: ut etiam isti concedunt, ergo voluntas non potest nisi in ea quae habent rationem entis. Sed contradictoria non habent rationem entis: cum altera pars contradictionis, scilicet non ens, tollat ens: ergo voluntas non potest in contradictoria siue impossibilia. Dicitur fortè ad hanc rationem quod ens accipitur dupliciter. Vno modo ut se extendit tantum ad entia quibus non repugnat esse: & hoc modo impossibilia non sunt ens. Alio modo ut se extendit etiam ad entia imaginabilia siue sint impossibilia esse, siue sint entia prohibita ut chimera: & hoc modo impossibilia habent rationem entis: voluntas autem sicut etiam intellectus habet pro suo adaequato obiecto ens: secundo modo acceptum. Contra. Omne velle voluntatis aut est velle amicitiae, aut est velle concupiscentiae. Sed actus voluntatis consequens primam & simplicem apprehensionem alicuius impossibilis, non potest esse velle amicitiae nec concupiscentiae, ergo non potest esse aliquid velle & per consequens erit nolle. Maior patet 8. Ethicorum. Minor probatur: quod enim non sit velle amicitiae, satis constat & ab omnibus concederetur. Quod etiam non sit velle concupiscentiae, probatur. Velle concupiscentiae terminatur ad obiectum in aliud relatum: quia tale obiectum est ens: aut bonum alteri volitum: sed prima & simplex apprehensio non est relatiua, neque collatiua: ergo velle ipsam consequens non est ad obiectum relatum in aliud. Primum. Misericordia est ens apprehensibile ab intellectu: alioquin de ea non possemus formare propositiones & ratiocinari ac disputare. Sed voluntas non potest velle misericordiam, ergo non potest velle omne apprehensum. Dicitur fortè quod voluntas potest velle miseriam: licet non possit eam velle sibi ipsi: nam aliquando vult miseriam alteri. Sed contra. Ex hac responsione habetur saltem quod voluntas non potest velle sibi ipsi eadem ratione ea quae sunt impossibilia haberi à voluntate. Probatur ista consequentia, quia est aliquid possibile haberi à voluntate: quod voluntas non potest velle: ergo non potest velle ea quae sunt impossibilia haberi. Antecedens est tua responsio. Consequentia probatur. Id quod est possibile haberi magis habet rationem entis quam id quod est impossibile haberi: ergo si primum non potest esse volitum, nec secundum. Secundò. Si voluntas potest velle aliquid impossibile, non apparet aliqua ratio quod magis possit velle vnū quam aliud: quia omnia habent aequaliter rationem entis aut non entis. Sed est aliquid impossibile quod voluntas non potest velle: ergo nullum potest velle: Maior patet. Minor probatur dupliciter. Primò. Sit a, instans in quo voluntas habet b, velle terminatum ab c, obiectum. Et arguitur sic. Velle c, & non velle c, sunt contradictoria in instanti a. Sed voluntas non potest in instanti a, velle c, & non velle c: quia tunc contradictoria verifarentur de eodem: ergo voluntas in instanti a, non potest velle illa contradictoria. Confirmatur. Voluntas in instanti a, vult velle c, ergo habet velle terminatum ad c, & vult etiam nolle c, ut tu dicis: ergo eadem ratione habet nolle terminatum ad c: & sic haberet in eodem instanti velle vel nolle respectu eiusdem, quae sunt contradictoria. Prima consequentia patet: quia est contradictio dicere quod voluntas velit & non habeat velle. Probatur etiam secunda consequentia in qua dicitur in instanti a: voluntas vult velle c: ergo non vult. Voluntas in instanti a, potest elicere nolle respectu c: cum actus voluntatis fiat subito: & voluntas vult habere nolle: quia per casum positum vult nolle: ergo habet nolle. Patet consequentia, quia nihil aliud requiritur ad hoc quod voluntas habeat aliquam operationem nisi quod velit eam habere & possit. Secundò. Impossibile est quod voluntas sit intellectus saltem formaliter.

Secunda opinio.

Sed non potest velle quod ipsa sit intellectus. Ergo non potest velle omnia impossibilia: Maior patet. Minor probatur, voluntas non potest esse intellectus, nisi ipsa debeat esse voluntas. Sed nulla res potest velle non esse sui ipsius: ergo &c. Dicitur ad hanc rationem, quod sicut ad seire antecedens non sequitur scire consequens nisi sciatur consequentia huius ex illa: ita ad velle antecedens non sequitur velle consequens, nisi consequentia huius ex illo sit scita & voluta: & ideo non oportet quod si ad voluntatem esse intellectum sequitur voluntatem non esse, quod voluntas velit se non esse. Sed ista responsio non euacuat difficultatem. Primò, quia bene sequitur, Voluntas potest velle aliquid impossibile: ergo potest velle se esse, & se non esse: ad istud autem consequens sequitur quod voluntas vult se non esse. Nam ad totam copulariuam sequitur quaelibet eius categorica: ergo sequitur quod voluntas possit velle se non esse: ut inferrebat in illa ratione. Secundò. Voluntas licet praesupponat apprehensionem: non tamè vult res ut sunt in apprehensione intellectus, sed ut sunt ad extra, non enim vult lapidè qui est in intellectu, sed qui est extra: ergo licet intellectus separaret ea quae extra ipsum necessario, sunt coniuncta: voluntas tamè non potest ferri in vnum quin feratur in aliud eorum quae in esse coniunguntur: ergo non potest velle antecedens quin velit consequens: quando consequens necessario sequitur antecedens.

Et ideo aliter est dicendum, quod voluntas potest dupliciter aliquid velle. Vno modo volitione absoluta. Alio modo volitione conditionata. Volitio absoluta alicuius obiecti est illa quae non praesupponit necessariò aliam volitionem eiusdem obiecti. Volitio conditionata praesupponit aliquam conditionem prius esse volitam, saltem prioritate naturae. Volitione absoluta impossibile est quod voluntas velit impossibilia: sicut probatum fuit. Potest tamè velle impossibilia volitione conditionata. Nam voluntas potest velle quod possibilitas conueniat impossibilibus, id est, quod possibilitas non sint impossibilia: & hoc praesupposito potest velle impossibilia: quod non est aliud dicere nisi quod voluntas potest velle impossibilia: cum ista conditio si ipsa essent possibilia. Ex quo sequitur quod ipsa non potest velle impossibilia formaliter: id est, quando stant sub ratione impossibilitatis.

Ad argumenta responderetur. Ad primum conceditur, quod intellectus potest simul apprehendere contradictoria: hoc expressè tenet Comment. 6. Metaph. com. 8. ubi sic dicit: accidit quod anima apprehendit duo opposita simul, quod non potest esse extra animam: quia materia recipit contraria successiue: dico similiter quod sicut intellectus apprehendit simul contradictoria: ita voluntas potest habere circa ea aliquid eorum, quo vult ipsa esse contradictoria: sed hoc non est velle impossibilia formaliter: quia non est impossibile quod contradictoria sint contradictoria: imò est necessarium: cum hoc autem stat quod voluntas non potest velle sibi aut alteri aliqua impossibilia. Ad secundum dicitur quod voluntas potest esse impossibile, accipiendo voluntatem pro velle conditionata ut declaratum fuit: & sic intelligit Philosophus. Ad tertium negatur minor: quia ut dicit S. Tho. & Sco. 2. di. 6. nullus potest habere Deum odio: licet possit habere odio aliquem effectum Dei: puta poenam: & ideo non vult Deum non esse: sed illam poenam non esse. Ad quartum dicitur quod voluntas potest habere velle substantiam abstractam: quia potest ipsam amare: sed hoc velle substantiam abstractam, quia potest ipsam amare: sed hoc velle se esse substantiam abstractam: quod est impossibile.

QUESTIO XVII.

Utrum potentia libera pro eodem instanti sint in potentia contradictionis.

Quaritur decimoseptimò. Utrum potentia contradictionis verifarentur de eodem: ergo voluntas in instanti a, non potest velle illa contradictoria. Confirmatur. Voluntas in instanti a, vult velle c, ergo habet velle terminatum ad c, & vult etiam nolle c, ut tu dicis: ergo eadem ratione habet nolle terminatum ad c: & sic haberet in eodem instanti velle vel nolle respectu eiusdem, quae sunt contradictoria. Prima consequentia patet: quia est contradictio dicere quod voluntas velit & non habeat velle. Probatur etiam secunda consequentia in qua dicitur in instanti a: voluntas vult velle c: ergo non vult. Voluntas in instanti a, potest elicere nolle respectu c: cum actus voluntatis fiat subito: & voluntas vult habere nolle: quia per casum positum vult nolle: ergo habet nolle. Patet consequentia, quia nihil aliud requiritur ad hoc quod voluntas habeat aliquam operationem nisi quod velit eam habere & possit. Secundò. Impossibile est quod voluntas sit intellectus saltem formaliter.

Respondeo. Et prius declarabo titulum huius quaestionis. Nam dum quaeritur, An id quod est à potentia libera in aliquo instanti, possit non esse in eodem instanti. Sensus potest esse triplex. Primus est, an res quae est in aliquo instanti, possit non esse in eodem instanti. Secundus est, an res quae est in aliquo instanti, possit non esse in eodem instanti. Tertius est, an res quae est in aliquo instanti, possit non esse in eodem instanti.

Resolutio quaestionis.
Conclusio responsiua.
Ad primum.
Ad secundum.
Ad tertium.
Ad quartum.
Ad quintum.
Ad sextum.
Ad septimum.
Ad octauum.
Ad nonum.
Ad decimum.
Ad undecimum.
Ad duodecimum.
Ad trigesimum.
Ad quadragesimum.
Ad quinquagesimum.
Ad sexagesimum.
Ad septuagesimum.
Ad octogésimum.
Ad nonagesimum.
Ad centésimum.
Ad centésimum viginti.
Ad centésimum triginta.
Ad centésimum quadraginta.
Ad centésimum quinquaginta.
Ad centésimum sexaginta.
Ad centésimum septuaginta.
Ad centésimum octoginta.
Ad centésimum nonaginta.
Ad centésimum.

stanti, possit in eodem instanti transmutari de esse in non esse: & iste sensus est impossibilis: quia cum instans sit indivisibile, non potest in eo esse huius transmutatio, cum ipsa requirat successionem: & ad hunc sensum propositio est in sensu diuiso. Secundus sensus est, an prædicta propositio possit esse vera in sensu composito: & hic etiam sensus est impossibilis: quia sequeretur quod idem esset & non esset in eodem instanti: cum propositio de sensu composito requirat veritatem instantaneam secundum logicos. Nam idem est dictum, id quod est in aliquo instanti potest non esse in eodem instanti, ac si diceretur ista propositio est possibilis: aliquid est & non est in eodem instanti, quæ sunt contradictoria. Tertius sensus est, an simpliciter & absolute talis effectus non sit in isto instanti: eo quod per suam causam potest non poni in esse: & iste sensus est etiam sensus diuisuus: & in hoc sensu procedit præsentis quæstio.

conclusio. Ad quam respondetur affirmatiue per hanc conclusionem. Agens liberum in vno & in eodem instanti est in potentia contradictionis respectu eiusdem effectus diuisim & non coniunctim. Hanc conclusionem declaro. Et assigno vnam potentiam liberam: puta voluntatem quæ est a, constat quæ a, est in potentia ad velle & ad nolle respectu b, obiecti, antequam ipsum velit aut nolit actu. Determinetur ista voluntas ad alterum contradictorium: puta ad velle & sit c, instans in quo elicit volitionem respectu b, in hoc instanti hæc potentia est coniuncta actui, & sic habet duo in se: scilicet quod est potentia & quod est coniuncta actui, sed tamen prius secundum naturam conuenit ei esse potentiam quam esse coniunctam actui: quia etiam antequam esset coniuncta actui: tunc ipsa erat potentia. Tunc sic, hæc voluntas in hoc instanti, est potentia & est coniuncta actui: & in hoc instanti est prius potentia proprietate naturæ quam sit coniuncta actui: ergo in illo priori naturæ: cum ipsa sit potentia libera, habet potentiam absolute eam considerando ad eliciendum actum oppositum. Secundum. Si voluntas quæ in hoc instanti vult b, non potest absolute in hoc instanti nolle b, aut hoc est, quia hæc nolitio repugnat voluntati absolute: aut quia repugnat ei coniunctæ volitioni b. Non primum: quia id quod repugnat alicui absolute, & secundum se, nunquam potest ei inesse: & sic voluntas nunquam posset nolle a, postquam ipsum voluit: quod est contra experientiam. Non secundum, quia oppositum eius quod contingenter inest alicui subiecto potest inesse eidem subiecto. Sed volitio a, contingenter inest voluntati, ergo nolitio opposita potest inesse. Dicitur fortè quod volitio b, non inest contingenter voluntati in hoc instanti: quia dum est, necesse est ipsam esse. Sed contra. Si hæc volitio in hoc instanti est necessaria: aut habet necessitatem ex se, aut ab alio. Si ex se, ergo nunquam poterit non esse. Si ab alio, quæro de illo, aut est determinatum necessario ad hoc causandum, aut non. Si non, ergo contingenter causat hanc volitionem in hoc instanti: & ipsa contingenter inest voluntati. Si autem necessario est determinatum ad eum causandum: aut habet necessitatem istam à se, aut ab alio. Si à se, ergo nunquam poterit non causare hanc volitionem. Si ab alio, idem quæro de illo: & oportet procedere vsque ad aliquod primum quod habeat istam necessitatem à seipso: & sic stante ista hypothesis, omnia eueniunt de necessitate ex illo: & nihil erit contingens: quod est impossibile. Confirmatur. Volitio b, inest contingenter voluntati in hoc instanti: ergo non implicat contradictionem quod in hoc instanti ei non inest: & quod nolitio ei opposita inest: consequentia patet. Antecedens probatur. Volitio b, est contingens, cum sit à causa libera: ergo vel fuit contingens ante hoc instans: vel post hoc instans vel in hoc instanti. Non ante, quia ipsa ante hoc instans non erat. Non post, quia non erit per eandem rationem: ergo est contingens in hoc instanti, siue in hac mensura in qua habet esse. Confirmatur secundo, quia ex hoc tollitur omnis libertas contradictionis à voluntate. Probatur consequentia. Voluntas per se non elicit liberè in hoc instanti volitionem a, sed necessario: & non elicit liberè antequam eliciat: quia id quod non est, non est necessarium, nec contingens, siue liberum, ergo nunquam efficit liberè. Confirmatur tertio, quia sequitur quod nulla causa contingenter causat. Sed hoc est falsum, ergo &c. Consequentia probatur. Aut causat contingenter quando actu aliquid facit: aut antequam faciat effectum. Non ante: quia quod nihil agit, pro tunc necessario nec contingenter agit, Nec tunc per te: quia effectus tunc est necessario: ergo causa tunc causat eum necessario & non contingenter. Tertio arguitur. Si aliquid obiectum: puta a, circa quod voluntas tunc nullum habeat actum: constat quod ipsa habet potentiam ad volendum a, & ad nolendum a. Sit postea vnum instans sequens, in quo voluntas habeat velle

circa a: & arguitur sic. In hoc instanti voluntas habet velle circa a, & in hoc instanti potest non habere velle circa a: ergo potentia contradictionis est respectu eiusdem obiecti pro eodem instanti. Antecedens patet quo ad primam partem per casum positum. Secundæ pars probatur. Ante hoc instans voluntas habeat potentiam ad non habendum actum circa a, ergo etiam nunc habet: antecedens patet. Consequentia probatur. Tum quia in hoc instanti voluntas est potentia libera, ergo respectu contradictoriorum. Tum quia per actum inexistentem in hoc instanti, non aufertur potentia præexistens. Quarto. Ista consequentia non est bona. Voluntas potest producere in a, instanti volitionem b, ergo producit in a, instanti volitionem b, quia si ista esset bona: eadem ratione etiam hæc esset bona. Voluntas potest non producere in a, instanti volitionem b, ergo non producit in a, instanti volitionem b. Sed constat quod ista non est bona consequentia: quia antecedens est verum & consequens implicat contradictionem. Patet igitur quod ista prima consequentia posita in principio non est bona, in qua dicebatur, voluntas potest producere in a, volitionem b, ergo producit eam in a, ergo cum antecedens sit verum oppositum consequentis, potest stare cum veritate antecedentis in instanti b, & sic hæc: Voluntas potest producere volitionem a, in instanti a, p. Naturæ ergo inesse & habetur propositum: quia simul dum ista est vera, Voluntas non producit nolitionem b, in instanti a: ista potest esse vera: Voluntas producit nolitionem b, in instanti a, licet ipsa sit falsa, nec possit esse similiter vera cum prima. Quinto arguitur supponendo quod est impossibile aliquam voluntatem creatam habere esse tantum per instans, vt probatum fuit quinto huius. Probatur ergo talis voluntas, & quod in illo instanti in quo præcisè habet esse, habet volitionem respectu a. Tunc sic. Hæc voluntas in hoc instanti contingenter vult a: ergo in hoc instanti potest non velle a. Consequentia patet. Antecedens probatur. Nam quod voluntas velit contingenter, ab omnibus est concessum, ratione suæ libertatis & indifferentiæ. Quod autem velit contingenter in hoc instanti: quia non potest dici quod voluntas fuerit causa contingens ante hoc instans, quia ante hoc instans non erat, ergo sequitur quod si est causa contingens quod sit contingens in hoc instanti. Ex prædictis sequitur quod voluntas in eo instanti in quo vult aliquid est determinata determinatione de inesse: & non est determinata determinatione de possibili, cum in eo instanti in quo vult, possit non velle.

Ad primum. Ad cuius notitiam sciendum est: vt dicit Boëtius in libro de syllogismis hypotheticis, propositio conditionalis ita potest fieri cum hac dictione quum: sicut cum hac dictione si. Nam sicut ista est conditionalis, si homo est, animal est: ita etiam ista: quum homo est, animal est. Ex hoc dicitur ad argumentum quod illa propositio Philosophi dicentis, omne quod est, dum est, necesse est esse, potest esse conditionalis: & potest esse categorica. Si sit conditionalis & denotetur in ea necessitas consequentiæ, sic est vera: & est sensus quod ista consequentia est necessaria: omne quod est, si est, est. Si autem denotetur necessitas consequentis, sic est falsa. Si autem accipiatur vt est categorica, sic hoc prædicatum esse quando est, denotatur dici de subiecto cum modo necessitatis, & sic est vera. Philosophus autem posuit eam ad hunc sensum vltimum vel ad primum, & non quo ad secundum in quo solo procedit argumentum. Vel aliter dicitur saluando etiam eius veritatem in secundo sensu: quod aliquid potest dici necessarium dupliciter. Vno modo absolute. Alio modo necessitate immutabilitatis. Cui necessitate absoluta non potest stare contingentiæ: quæ tamen potest stare cum necessitate immutabilitatis. Dicitur ergo quod omne quod est, dum est, necesse est esse: necessitate immutabilitatis: quia si aliquid contingens est in aliquo instanti: non potest desinere esse in illo instanti, quâdiu durat illud instans: nec potest mutari de esse in hoc instanti in non esse in hoc instanti. Sed cum hoc stat quod tale est simpliciter contingens: & per consequens quod eius oppositum absolute loquendo potest esse in hoc instanti. Ad secundum dicitur quod in instanti in quo a, est, possibile est quod a, non sit. Sed si hæc secunda ponatur in esse, falsificabitur prima, quæ est eius contradictoria. Nam vt dicunt logici, aliqua propositio de inesse stat cum aliqua de possibili: & tamen non potest stare cum illa de inesse quæ correspondet illi de possibili. Puta ista, Sortes est albus, stat cum ista: Possibile est Sortem non esse album: & tamen non stat cum ista, Sortes non est albus: cuius ratio est, quia illa de possibili non contradicit illi de inesse, hæc autem de inesse contradicit illi alteri de inesse.

Ad primum.

Ad secundum.

QVÆSTIO XVIII.

Vtrum intellectus sit tanta libertatis quanta est voluntas.

Prima ratio. Vtritur decimo octauo. Vtrum intellectus sit tanta libertatis quanta est voluntas. Et arguitur quod sic. Primo, Libertas conuenit potentis ex hoc quod sunt rationales: vt patet per Philosophum 9. meta. qui dicit, quod potentia rationales se habent ad opposita. Sed intellectus est tantum rationalis quantum: ergo &c. Secundum. Id est magis liberum quod magis est gratia sui: cum esse gratia sui sit ratione liberi: vt patet primo meta. Sed intellectus est magis gratia sui quam voluntas: ergo &c. Maior patet. Minor probatur. Id est magis gratia sui quod minus dependet. Sed intellectus minus dependet quam voluntas quia intellectus non præsupponit voluntatem: voluntas autem præsupponit intellectum: ergo &c. Tertio. Illa potentia est magis libera: per quam magis habemus dominium actuum nostrorum. Sed intellectus est huiusmodi: ergo &c. Maior patet. Minor probatur. Primo, actus quorum habemus dominium sunt duo. Primus est iudicium conclusuum alicuius eligendi: quia possumus indifferenter iudicare hoc esse melius pro nunc quam aliud. Secundus est electio, quia possumus indifferenter eligere hoc vel illud. Sed primum istorum principaliter: quia electio præsupponit iudicium: quod pertinet ad intellectum, ergo principaliter habemus ab intellectu dominium actuum nostrorum. Quarto. Illæ potentia sunt æqualiter liberæ, quæ æqualiter cogi non possunt. Sed intellectus ita non potest cogi sicut voluntas: ergo est ita liber sicut voluntas. Maior nota. Minor probatur. Actus conueniens alicui secundum naturalem eius inclinationem, non potest esse violentus siue coactus. Sed omne intelligere est secundum naturalem inclinationem intellectus: quia intellectus omnia scire desiderat, ergo nullum intelligere est violentum intellectui. Confirmatur. Potentia quæ ad omnia & secundum omnem modum inclinatur, non potest cogi: quia tali potentia nihil potest conuenire contra eius inclinationem, ex quo ponitur esse inclinata ad omnia: sicut si aliquod corpus inclinaretur ad omnem locum, nullus motus localis esset ei violentus. Sed intellectus inclinatur ad omnia intelligibilia, & ad omnem perfectionem in actu intelligendi: ergo nulla intellectio potest esse ad quàm sit coactus.

Respondeo. Circa hanc quæstionem sunt tres generales opiniones. Quidam enim dicunt quod intellectus est magis liber quam voluntas. Quidam verò, quod hæc duæ potentia sunt æquæ liberæ. Quidam autem quod voluntas est liberior intellectu, & hæc est opinio vera. Sed quia supra dictum est quod alia est libertas coactionis, & alia est libertas contradictionis, ideo de vtraque istarum est dicendum. Præmitto tamen vnum pro notitia eorum quæ dicenda sunt de prima libertate. & hoc est, quod aliud est querere an intellectus possit cogi ad suam operationem: & aliud est querere an homo possit cogi ad actum intellectus. Prima opinio quæ dicit intellectum esse magis liberum innititur primis tribus rationibus supra adductis. Secunda autem opinio innititur principaliter vltimæ rationi cum sua confirmatione. Pro tertia autem opinione & responsione ad quæstionem hæc est prima conclusio. Homo potest cogi ad actum intellectus & non ad actum voluntatis: probatur ista conclusio. Illa operatio est violenta quæ est contra inclinationem suppositi agentis, vt patet ex ratione violentiæ siue coactionis. Sed aliquis actus intellectus est contra inclinationem hominis intelligentis: ergo homo ad illud intelligere est coactus. Maior patet. Minor probatur. Aliquod intelligere est contra hominis voluntatem, ergo est contra hominis inclinationem. Antecedens patet: quia sæpe homo vi alicuius rationis assentit propositioni cui nollet assentire. Consequentia probatur: quia inclinatio hominis est voluntas: quod sic probatur, Inclinatio agentis est finis appetitus sicut inclinatio corporis grauis est appetitus quem habet ad locum deorsum. Sed voluntas est appetitus hominis in quantum est homo: ergo &c. Et per hoc patet secunda pars istius conclusionis. Nam quia voluntas est hominis inclinatio, ideo nullum velle potest esse contra hominis inclinationem: alioquin etiam esset contra voluntatem, quod aperte repugnat: sequeretur enim, quod homo nolendo vellet. Et ad hunc sensum patet quod voluntas est liberior intellectu. Secunda conclusio. Accipiendo intellectum & voluntatem abstractiue, id est, capiendo ea præcisè secundum se: & non in ordine ad suppositum agens, sic intellectus est ita liber a coactione sicut voluntas. Probatur ista conclusio per quartam rationem supra positam in arguendo. Nullum in-

Prima ratio. Te. c. 3.

Secunda ratio.

Tertiaratio.

Quarta ratio.

Conclusio 1.

Secunda conclusio.

celligere est contra inclinationem intellectus sicut nullum velle est contra inclinationem voluntatis: Et si arguatur contra hoc vt quidam arguunt. Intellectus non inclinatur ad falsos sensus, præcipue respectu oppositorum primorum principiorum, ergo non inclinatur ad omne intelligere. Consequentia patet: quia tales essentus sunt quedam intelligere. Antecedens probatur. Nulla potentia inclinatur ad contradictoria. Sed intellectus inclinatur ad assensus veros, ergo non ad falsos qui sunt eis contradictorij. Et confirmatur: quia nulla res inclinatur ad suam imperfectionem. Sed falsi assensus sunt imperfectiones intellectus, ergo &c. Respondetur quod ista æque concludunt de voluntate sicut de intellectu: quia voluntas inclinatur ad velle bonum, ergo non inclinatur ad velle malum. Et confirmatur eodem modo: quia velle malum est imperfectio voluntatis. Dico igitur ad rationem quod assensus est actus intellectus includens relationem ad terminatum obiectum scilicet ad complexum: licet enim de incomplexis possit haberi notitia, non tamen eorum potest esse assensus. Potest autem illa operatio intellectus quæ est assensus considerari dupliciter. Vno modo secundum id quod est: & vt sic intellectus inclinatur ad quælibet assensum: quia vt sic est eius actus & perfectio. Alio modo potest accipi cum respectu quem dicit assensus ad falsum enunciabile: & sic non inclinatur intellectus ad omnem assensum. Et hoc magis patet: quia idem numero assensus potest successiue esse verus & falsus. Vt Sortes non sedet, Sortes modo sedet: hic assensus est falsus. Pono autem quod intellectus continet hunc assensum donec Sortes sedeat: constat quod tunc iste assensus est verus: & cum nunc ad istum inclinatur intellectus: sequitur quod etiam prius ad eum inclinabatur secundum suam entitatem consideratum: licet non inclinaretur ad eum in quantum erat respectu falsi complexi. Tertia conclusio. Voluntas præcisè & secundum se accepta est liberior intellectu: libertate contradictionis intellectu secundum se præcisè accepto. Probatur ista conclusio. Primum. Potentia quæ minus necessitatur ad vnum contradictorium, est liberior ea quæ magis necessitatur. Sed voluntas minus necessitatur quam intellectus: ergo. Maior patet: quia necessitas & talis libertas opponitur: vbi autem est minus de vno oppositorum, ibi est magis de altero, præsertim si sint opposita immediata, sicut est in proposito. Minor probatur. Voluntas necessitatur determinate tantum respectu vltimi finis, & non respectu alicuius ordinati ad finem: intellectus autem necessitatur non tantum respectu primorum principiorum: sed etiam respectu omnium conclusionum demonstratarum: quia non potest facere quin eis assentiat: ergo &c. Secundum. Illa potentia est liberior: in cuius potestate est agere & non agere: stante operatione alterius: quam ea in cuius potestate non est sic agere & non agere: sed stante iudicio intellectus de aliquo operado potest voluntas ipsum velle & non velle: ita quod intellectus non potest sufficienter mouere voluntatem ad volendum: voluntas autem sufficienter potest mouere intellectum: quia si voluntas vult deliberare quod intellectus consideret de aliqua re: non potest intellectus facere quin consideret: ergo voluntas est liberior & magis habet dominium suæ operationis. Tertio. Illa potentia est magis libera: in cuius potestate est mouere alias ad proprias operationes effectiue: & quæ à nulla effectiue mouetur saltem sufficienter. Sed voluntas potest mouere omnes alias potentias effectiue & sufficienter præsentate obiecto: ipsa autem à nulla potentia animæ mouetur effectiue sufficienter: quod dico, quia licet notitia obiecti quæ est in intellectu, effectiue causet volitionem: non tamen sufficienter mouet voluntatem: quia in eius potestate est cooperari tali notitiæ & non cooperari: ergo voluntas est liberior intellectu. Et hanc conclusionem tenuit etiam Henricus libe. 14. licet procedat ex alio fundamento, scilicet quod actus intellectus causatur necessario ab obiecto: actus autem voluntatis non est effectiue ab obiecto saltem quo ad sui continuationem. Non enim est verum quod obiectum causet actum intellectus: posset tamen ex hoc fundamento sumi vna ratio vera sic arguendo intellectus necessario mouetur quo ad actum primum ab intellectu agente: & à phantasmata quæ est necessitate naturæ causant species intelligibiles in intellectu. Sed voluntas non mouetur necessario ab obiecto nec ab alia potentia neque ad actum secundum: cum ipsa possit suspendere omnem suam operationem. Neque actum primum: quia non ponitur in voluntate talis actus primus, cum sola voluntas simul cum notitia sufficiat ad exeundum in actualem volitionem. Nec oportet ponere in ea aliquam formam præuiã operationi sicut in intellectu: quia ipse est pura potentia in genere intelligibile: ergo voluntas est liberior intellectu.

Tertia conclusio.

Ad hanc ratio.

Ad primam. Ad primum dicitur quod cuiuslibet potentie rationali conuenit aliquo modo libertas: sed aliqua potentia potest dici rationalis dupliciter. Vno modo quia est ratiocinativa. Alio modo quia est immaterialis, libertas non conuenit potentiis ex hoc quod sint rationales primo modo & secundo modo. Et quia intellectus & voluntas sunt equaliter immateriales: non potest ex hoc haberi quod vna sit liberior altera: sed oportet hoc aliunde haberi. Cum autem dicatur aliqua potentia esse libera: quia in sua potestate est agere & non agere: ex hoc dicitur illa esse magis libera inter potentias immateriales, quae magis est actiua: & talis est voluntas ad quam pertinet mouere se & omnes alias improprias operationes. Ad secundum negatur minor. Ad probationem dicitur quod cum ideo potentia sit libera: quia est immaterialis & actiua, illa est liberior quae minus est dependens in agendo: voluntas autem hoc modo minus dependet ab intellectu quam e contra: cum ipsa moueat intellectum effectiue: & intellectus non moueat effectiue voluntate: licet voluntati praesupponatur actus intellectus: quo praesentetur ei suum subiectum. Itaque licet voluntas non possit causare volitionem nisi concurrente notitia obiecti: non tamen dicitur esse propter hoc dependens ab illa notitia: sicut nec Sortes in tractu nauis dependet a Platone: postea quod neuter eorum possit a se solo trahere, sed ambo simul. Dependencia enim est ad aliquid superius. Ad tertium dicitur quod dupliciter possumus dici habere dominium nostrorum actuum. Vno modo causaliter. Alio modo formaliter loquendo causaliter negatur maior: quia praesens quaestio est quid sit formaliter magis liberum: & ideo ille sensus est impertinens quaestio. Si vero accipiatur formaliter, negatur minor. Ad probationem dicitur quod vterque illorum actuus est liber: sed tamen electio magis quam iudicium. Et cum probatur oppositum: quia electio praesupponit iudicium: ergo iudicium est magis in nostra potestate: conceditur antecedens & negatur consequentia: quia ista praesuppositio non facit iudicium esse formaliter magis liberum: sed tantum causaliter & originariue: vt supra dictum fuit. Ad quartum cum sua confirmatione dicitur quod nihil aliud concludit nisi quod intellectus secundum se licet possit necessitari ad multa: non tamen potest cogi: sicut nec voluntas: & quod sunt equaliter liberae a eorum actione: quod conceditur, vt patet ex secunda conclusione: sed tamen cum hoc fiat voluntatem esse magis liberam libertate contradictionis.

QUESTIO XIX.

Vtrum potentia rationales producant actus suos in non tempore.

Prima ratio. Vtritur decimonono. Vtrum potentia rationales producant actus suos in non tempore & indiuisibiliter. Et arguitur quod non. Primum. Omnis virtus agens in non tempore est infiniti vigoris. Sed potentia rationales non sunt vigoris infiniti, ergo & c. minor est nota. Maior probatur, potentia agens in aliquanto tempore est alii quanti vigoris: & agens in minori tempore, est maioris vigoris, ergo agens in non tempore est vigoris infiniti. Secundum. Philosophus dicit in libro de memoria: quod intellectus noster intelligit in tempore & cum continuo, ergo non in instanti. Et in libro de lineis indiuisibilibus dicit, quod actio intellectus est motus velocissimus. Sed omnis motus habet successionem: ergo & c. Tertium. Si intellectus potest intelligere subito: sequitur quod est dare primum instans in quo intellectus intelligit. Sed hoc est falsum: ergo & c. consequentia patet. Falsitas consequentis probatur. Vel est dare minimam virtutem quae potest producere intellectum, vel est dare maximam quae non potest. Non primum: quia sit illa minima virtus, quae causat intellectionem, ali quanta velocitate, ergo minor virtus causabit velocitate inaequali minorem & remissioem intellectionem: & sic a non fuit minima quae potest esse. Patet consequentia: quoniam omne mobile, potest moueri tardius a minori virtute. Relinquitur ergo quod est dare maximam quae non potest, & qualibet intensior potest agere intellectionem. Et ex hoc probatur quod non est dare primum instans intellectionis. Si est aliquod primum instans, sit instans praesens. Tunc sic. Virtus aliqua agit primo intellectionem, ergo cum agit naturaliter, est nunc primo fortis ad agendum: si enim fuisset sufficiens, etiam prius egisset, cum agit naturaliter, ergo est aliqua virtus minima agens intellectionem: quod prius concedebatur. Probatur consequentia: quia haec nunc est primo fortis agere & immediate ante hoc non erat fortis: ergo nunc est debilissima sine minima. Quartum. Vbi est resistentia in agendo, ibi est successio:

vt Philosophus & Commentator dicunt 4. physico. Sed potentia rationales habent resistentiam in agendo, ergo agunt successiue. Maior patet. Minor probatur. Nullum agens finitum est summe habile ad agendum: & nullum patiens finitum est summe dispositum ad patiendum. ergo cum potentia rationales sint finitae, non habent talem summam dispositionem siue ad agendum siue ad patiendum: & per consequens habent aliquam resistentiam. Quinta. Omnis mutatio subita est finis alicuius mutationis successiue: vt dicit Commentator 5. phy. com. 32. Sed actionem potentiarum rationalium, non praecedit necessario aliqua mutatio successiua: vt satis patet: ergo non sunt subito. Sextum. Intellectus operans in aliqua mensura, potest distincte omnem talem mensuram apprehendere. Sed si intellectus intelligeret in instanti, cum in qualibet hora sint infinita instantia: sequitur quod posset in hora producere infinitas intellectiones: & consequenter distincte numerare illa infinita instantia: quod nullus concedit. Confirmatur: quia sequitur ex eadem ratione quod intellectus agens in instanti posset distinguere illud instans ab omnibus partibus temporis: & cum tales partes sint infinitae: sequitur quod actu intelligeret infinita.

Respondeo. In ista quaestione duo sunt declaranda. Primum est. An repugnet huiusmodi actibus quod indiuisibiliter producantur. Secundum est. An si possunt indiuisibiliter produci: possint tamen etiam produci successiue. Nam de his duobus multi dubitarunt. Quatum ad primum dicunt aliqui quod repugnat ab agente finito aliquid produci in instanti, & ex hoc concludunt neque sensationem neque illuminationem esse instantaneas: de quibus agitur in 2. de anima. Quidam alij dicunt, quod nulla actio potest esse subita, nisi sit terminus alicuius successiuae transmutationis: propter quod concedunt illuminationem esse in instanti, non autem sensationem & intellectionem. Contra quos ponitur ista conclusio. Potentia rationales possunt producere actus suos in instanti. Probatur primo ista conclusio autoritate Commentatoris 3. de anima. com. 28. vbi textus Philosophi sic dicit. Videmus sensationem facere sentiens in actu postquam erat in potentia, neque patiendae alteratione: & iste est alius modus motus: motus enim est actio, non autem perfectio: actio autem simpliciter est illius motus: & est actio perfecta. Haec philosophus. Quae exponens Commentator dicit, quod intentio philosophi est ponere differentiam inter intellectum & res materiales, quando exeunt in actum: quia res materiales quando exeunt de potentia in actum, transmutantur & proprie mouentur aliqua specie motus. Intellectus autem exit de potentia in actum sine transmutatione & alteratione. Et postea subdit causam quare in illis sit transmutatio, dicens, quod causa quare in illis sit transmutatio est: quia illi motus est actio imperfecta & via ad complementum: actio autem intellectus est actio perfecta & complementum. Et subdit, quod accidit actioni esse imperfectam & viam ad complementum: quia est in rebus materialibus. Et ex hoc soluit quaestioem vnam qua posset quaeri, cum ratio receptionis sit materia: quomodo possibile est intellectum, qui est separatus a materia, aliquid recipere? Et respondet quod materia est causa recipiendi actionem & formam imperfectam: tamen actio perfecta potest recipi in substantia immateriali, ex quo patet id quod supra dicebatur, quod actioni accidit imperfectio scilicet ratione subiecti in quo est. Sed quia ea quae sunt in potentia sensitiua sunt magis nota his quae sunt in intellectu, ideo philosophus prius declarauit quod sensus reducit de potentia in actum per actionem perfectam siue subitam & indiuisibilem: quae non est via ad alioem perfectionem: & postea idem dicit de intellectu. Vnde Commentator in fine commentarii sic concludit. Declarauit Aristoteles modum similitudinis inter actum intellectus & sensum in hoc modo passionis & motus, quod in vtroque actio sit perfecta. Et post pauca subdit. Et hoc, quod sentitur sit per se actio perfecta & sine tempore, & absque eo quod praecedat eam actio diminuta similiter est ad intelligere intentionem intellectam, quando illa intentio pronuntiat ab aliquo, nempe quia sit ab hoc actio perfecta, absque eo quod praecedat ipsum actio diminuta. Et quasi intendit cum hoc declarare causam propter quam intellectus intelligit sine tempore. Haec Commentator. Ex quibus patet aperte actionem intellectus esse in instanti. Tum quia dicit quod est perfecta. Tum quia dicit quod non est via ad complementum: constat autem quod omnis actio successiua est imperfecta & via ad complementum. Tum quia dicit quod non praecedit eam actio imperfecta: omnia autem actionem successiuam praecedit actio imperfecta: quia omne quod mouetur prius mouebatur. Tum quia dicit

Tex. co. 27.

Quinta ratio.

Sexta ratio.

Conclusio.

Sensatio instantanea.

Differentia inter intellectum & primam materiam.

dicit quod sit in non tempore. Ad hanc auctoritatem tripliciter respondetur. Primum quod Commentator accipit in non tempore, non pro aliquo indiuisibili: sed pro tempore breuissimo & imperceptibili. Secundum, quod intentio Commentatoris & philosophi est solum quod intellectus differt ab alteratione in hoc, quia intellectus licet successiue fiat: tamen postquam facta est potest remanere in esse quieto, sine intentione & resensione. Istud autem non potest esse in alteratione: quia in ea semper aliqua pars est acquisita & aliqua est acquirenda. Tertium, responderetur quod quando dicit Commentator quod actionem intellectus non praecedit actio diminuta: non vult per hoc dicere aliud, nisi quod actio intellectus perficitur per quietem mentis & corporis, sicut etiam dixit philosophus 7. phys. quod residendo & quiescendo anima fit sapiens. Sed prima responsio est tantum fuga, & non ad propositum. Quod patet: & per hoc magis probatur etiam principale propositum. Nam philosophus 10. ethicorum, dicit quod contingit delectari in non tempore & in nunc, & quod delectatio est quid totum simul. Per nunc autem nunquam accipit philosophus tempus paruum: sed solum aliquid indiuisibile temporis: vt patet ex 4. phy. Item per hoc posset dici, quod omne mutatum esse mensuratur tempore: & quod quando Philosophus dicit 6. & 7. phys. quod mensuratur instanti, accipit per instans tempus breuissimum, & ita per illam glossam tollerentur principia naturalis Philosophiae. Secunda etiam responsio non potest stare: quia aperte Commentator loquitur de actionibus dum sunt, & non solum postquam factae sunt. Quod patet: quia dicit quod quando sensus & intellectus exeunt in actum, eorum actio est perfecta. Tertia quoque non valet. Tum quia non est ad propositum textus Philosophi. Tum quia licet actio intellectus perficiatur per quietem corporis: a passionibus, tamen hoc nihil facit ad actionem sensus: ita enim perfecte sentiunt homines subiecti passionibus: sicut alij. Et ideo patet quod tam Philosophus quam Commentator voluerunt has actiones esse instantaneas. Quod etiam tenuit S. Th. secundo sententiarum. Secundum principaliter arguitur. Sensatio potest fieri in instanti, ergo etiam intellectus & volitio. Consequentia patet: quia cum intellectus & voluntas sint potentia immateriales, minus dependent in essendo & in agendo a motu caeli. Antecedens probatur. Cuiuslibet rei sensibilis possibile est haberi notitiam intuitiuam dum actu est: quia obiectum sensibile necessario immutat potentiam sibi praesentem. Sed aliqua res sensibilis potest esse raram per instans vt probatum fuit lib. 5. ergo visio siue notitia intuitiua quae habebitur de tali re: erit instantanea. Tertium. Recordatio praesupponit intellectionem. Sed potest aliquis recordari de re quae fuit tantum per instans: ergo intellectus illius rei fuit tantum per instans. Maior patet: quia impossibile est nos recordari eorum quae nunquam cognouimus. Minor probatur. Sit aliqua magnitudo rotunda in qua assignetur centrum, & moueatur aliquod mobile sphericum super eam: ita quod in motu suo transeat versus centrum & ipsum pertranseat vsque ad finem magnitudinis: quem motum ego videam: constat quod possum recordari mobile fuisse in centro magnitudinis: sed ibi non fuit nisi per instans, alioquin quiescisset, ergo aliquando intellexi in instanti quod mobile in illo centro fuit. Secunda conclusio. Nulla operatio potentiarum rationalium potest acquiri partibiliter. Pro notitia huius conclusionis sciendum est, vt dictum fuit in 8. huius, & dicitur in 10. quod est differentia inter qualitates habentes contrarium, & eas quae contrarium non habent: quia in habentibus contrarium oportet prius expelli formam praesistentem antequam aliquid introducat de forma sequenti: ea autem totaliter obiecta, introducit aliquid in instanti de sequenti forma: puta si aliquid dealbatur, in primo instanti non esse nigredinis introducit aliquid gradus albedinis: agens etiam in his formis in primo instanti quo est debite praesens passio, non abiicit ab eo aliquid de forma contraria: quia ibi est resistentia ratione contrarietatis. Et ad hunc sensum dicitur quod non agit in instanti. In qualitatibus autem non habentibus contrarium agens in primo instanti quo est praesens passio introducit tantum de forma quantum potest, licet postea possit illa forma intendi. Dico igitur quod potentia rationales non acquirunt suas actiones partibiliter: non quin illae actiones possint intendi, sed quia rotam actionem in instanti acquirunt: sicut etiam sol in primo instanti quo est praesens hemispherio nostro, causat aliquod lumen totum simul: & non partem post partem. Istam autem conclusionem sic declaratam non probo aliter nisi sicut supra probatum fuit quod forma non intenditur per additionem formae ad formam. Sed hoc est speciale in ista ma-

teria quod ad imperium voluntatis intellectus subito elicit intellectionem: & voluntas dum ei placet subito producit actum suum: hunc tamen actum elicitum in instanti non potest facere: quin cogeret per aliud tempus: sed est dare minimum tempus in quo ipsa non potest desistere ab actu suo naturali. Cuius ratio est: quia sicut est dare minimum intentionem quam extensionem in alijs rebus sensibilibus: vt supra dictum fuit: ita etiam est dare minimum tempus quod intellectus noster potest distincte percipere: & ideo in minori tempore non potest conseruare actum suum: & idem dico de voluntate. Sicut etiam licet rota horologii continue moueatur: tamen est aliqua minima pars eius distincte a nobis per visum cognoscibilis. Ex quibus omnibus patet quod si voluntas in hoc instanti elicit actum suum: non potest immediate post hoc instans elicere alium actum: & relinquere priorem sed necessario mediat tempus, & infinitae partes temporis intellectui imperceptibiles.

Nunc ad argumenta responderetur. Ad primum negatur maior. Ad probationem negatur consequentia: quia talis modus argueti quem etiam posuit Philosophus & Commentator octa. physicorum, non tenet nisi in agentibus cum resistentia, quod non est in proposito: & praesertim non tenet, vbi non sunt actiones eiusdem rationis. Licet enim forte sequeretur quod si sunt duo motores secundum locum: quorum vnus moueat in tempore & alter in instanti: quod ille qui mouet in instanti sit infinitae virtutis: non tamen sequitur si vnus motor mouet localiter in tempore & alter vult aut intelligit in instanti, quod iste sit infinitae virtutis. Ad secundum dicitur quod Philosophus intelligit tantum de compositione & diuisione, quas habet intellectus, dum format propositiones affirmatiuas & negatiuas. Et similiter de discursu. In his necessario admiscetur tempus: quia prius habetur notitia subiecti & praedicati: quam formetur propositio: & prius cognoscitur praemissa quam conclusio. Quod vero adducit operationem intellectus esse motum velocissimum: potius arguit pro nobis. Non enim potest hoc exponi de motu successiuo qui est via ad complementum: quia de eo saepe dicit Philosophus & Commentator secundo caeli, quod motus caeli hoc modo est velocissimus: sed ideo dicitur actio intellectus esse motus quia est actus perfectus: vt declaratum est ex auctoritate Commentatoris adducta in prima ratione ex tertio de anima. Ad tertium negatur falsitas consequentis. Ad probationem dicitur quod est dare minimam virtutem & speciem, quae potest concurrere cum intellectu ad causandum intellectionem: & cum dicitur quod minor virtus causaret minori velocitate. Negatur quia minor virtus dari non potest cum ista sit minima: non enim potest dari minus minimo. Ad quartum negatur minor. Ad probationem dicitur quod aliquid esse summe habile potest intelligi dupliciter. Vno modo quia est infinitae habilitatis & virtutis: & sic conceditur antecedens: sed negatur consequentia. Alio modo dicitur summe habile: quia licet sit finitae virtutis: tamen nullum habet impedimentum in agendo siue intrinsece, siue extrinsece, & nullum est impedimentum in receptiuo suae actionis: & sic conceditur consequentia: sed negatur antecedens. Ad quintum negatur maior. Ad probationem dicitur quod Philosophus in hoc loco intendit declarare hanc vniuersalem propositionem: omne mobile habet partes, quae propositio vniuersaliter est vera in mobilibus coporalibus: nam incorporalia sunt indiuisibilia. Commentator autem ad hoc propositum loquens dicit quod nullum corpus potest transmutari in instanti, nisi illa transmutatio sit terminus alicuius transmutationis successiuae, vt patet in illuminatione. Intellectus autem & voluntas non sunt mobilia coporalia: & ideo non est ad propositum. Ad sextum negatur maior: quia vt dictum est in secunda conclusione: datur minima pars temporis: quam intellectus potest distincte percipere: & in ea conseruare operationem. Non enim oportet quod possit distincte cognoscere mensuram in qua agit: sed sufficit quod distincte percipere possit mensuram in qua actionem suam conseruat. Et per hoc patet etiam ad confirmationem.

Ad primum

Tex. co. 79.

Ad secundum

Ad tertium

Ad quartum

Ad quintum

Ad sextum

QUESTIO XX.

Vtrum actio immanens per se subiectiue, in suo efficiente distinguatur a transeunte.

Q Vtritur vicesimo. Vtrum operatio immanens distinguatur ab actione transeunte per hoc quod prima est subiectiue in eo a quo est effectiue: secunda autem non. Et videtur quod non. Primum. Intelligere est actio immanens vt ab omnibus est concessum & patet ex hoc textu in quo tam Philosophus quam Commentator dicunt quod

Tex. co. 20.

Tex. co. 125.

Secunda ratio probatiua conclusionis.

Secunda conclusio.

lib. 8. q. 23. cor.

Quarta ratio

quod consideratio & visus, id est, videre non habent aliquid operatum. Sed non est de ratione intelligere quod sit effectiue ab eo in quo est: ergo &c. Maior patet. Minor probatur dupliciter. Tum quia Deus potest in intellectu alicuius causare intellectionem. Tum quia intellectio causatur effectiue ab obiecto: ergo est in eo subiectiue à quo non est effectiue. Secundò. Intelligere saluatur in Deo secundum suam rationem formalem in quantum est actio immanens. Sed intelligere in Deo à nullo est effectiue, ergo non est de ratione actionis immanens quod sit effectiue ab eo in quo est. Tertio. Cytharizare aut est actio immanens aut transiens. Si immanens, cum ipsa sit subiectiue in aere, non tamen est effectiue ab aere. Si transiens. Contra. De ratione actionis transiens est habere aliquid operatum. Sed cytharizatio non habet aliquid operatum: ut dicit Philosophus in 1. ethico. ergo &c. Quarto. Si de ratione actionis immanens est effectiue ab eo in quo est sequitur quod omne agens actione immanente causaret aliquid in se: & per consequens transmutaret seipsum: & non esset deuenire ad vnum mouens immobile: quod est falsum: ergo &c.

Secunda ratio.

Tertiatio.

Quarta ratio.

Herui placitum.

Respondeo. In hac questione prætermisiss aliis intendo solum declarare duo. Primum est quid senserit Herueus circa hanc questionem. Secundum est id quod mihi videtur conforme Aristoteli & Commentatori, & S. Th. Herueus quolibeto 2. questione 8. dicit, quod quum quatuor sint principia, scilicet, materiale & formale: efficiens & finale: tribus istorum principiorum attribuitur operatio. Nam finis non habet operationem distinctam ab operatione agentis. Operatio autem principij materialis, est esse receptiuum perfectionis. Operatio autem principij formalis: est facere aliquid formaliter tale: sicut albedo facit formaliter albu. & calor facit formaliter calidum. Operatio principij effectiui, est aliquid efficere: sicut dicimus quod ignis calefacit. Dicit præterea quod operatio principij effectiui dicitur operatio transiens per se loquendo: licet per accidens possit esse immanens: puta si quis faceret actum in seipso, si tamen hoc sit possibile: cum definiatur potentia actiua, quod est principium transmutandi aliud. Operatio autem principij materialis & formalis dicunt esse immanenter, sed differenter. Primò. Quia operatio manens principij passiu est in ipso principio passiuo subiectiue: recipere enim perfectionem siue ipsa perfectio recepta est subiectiue in principio passiuo recipiente. Operatio autem principij formalis non est in eo: sed est in habente ipsum: sicut lucere non est in luce, sed est in habente lucem: & sic de aliis: siue illud habens formam sit compositum ex materia & illa forma, siue illud sit forma per se subsistens: sicut dicimus Deum formaliter esse iustum: & esse sapientem. Secundò differunt, quia operatio principij passiu est recipere actum ab alio, sicut à causa efficiente reducens ipsum de potentia ad actum: operatio vero formæ absolute accipiendo pro eo, quod est esse formaliter tale non importat esse ab alio sicut à causa efficiente. Nam esse formaliter sapientem cõuenit Deo: & tamen non per causam efficientem. Concludit vltimo quod intelligere est operatio immanens in quantum intellectio dat intellectui esse formaliter intelligentem. Ista opinio licet sit satis resoluta, videtur tamen mihi quod non sit ad mentem Aristotelis. Primò. Quia operatio non dicitur nisi de actu secundo, & nullo modo de actu primo: alioquin sciẽtia & reliqui habitus essent actus primi: quod tamen negat Philosophus 2. de anima. tex. com. 5. Sed esse formaliter album siue albefcere nõ est actus secundus: licet albefcere sit actus secundus: ergo albefcere non est operatio: & per consequens non potest dici quod sit immanens aut transiens: maior patet. Minor probatur. Si albefcere est actus secundus: eadẽ ratione etiam scire est actus secundus: ut patet. Sed hoc est falsum: quia ut sæpe dicit Philosophus 2. & 3. de anima, & 3. phy. tex. & com. 32. in homine dormiente est scire siue esse scientem: quia est in actu primo: & tamen adhuc est in potentia ad actum secundum. Sed non est in potentia ad scire, ergo scire non est ille actus secundus ad quem est in potentia, sed potius consideratio: ut ipse dicit. Confirmatur: quia etiam in hoc loco Philosophus exemplificat de consideratione & visione, & non de esse scientem. Secundò. Si recipere actum, est operatio immanens principij passiu: sicut dicit ista opinio, sequitur quod calefieri sit operatio immanens. Sed hoc est falsum, cum calefieri non sit operari, siue agere, sed pati, ergo &c. Probatur consequentia: quia calefieri manet in eo quod calefit. Tertio. Philosophus distinguit non tantum operationem: sed actiones immanentes & transeuntes: ut patet expresse ex verbis suis in fine præsentis textus: sed recipere formam: siue perfectionem, non est agere nisi fonte grammaticali. r. quod

nõ est ad propositum: immo recipere est pati siue talis passio sit corruptiua siue perfectiua: ergo nullo modo potest concedi quod recipere sit actio immanens aut transiens. Et propter hoc declaro aliter distinctionem actionum immanentium & transeuntem. Ad cuius euidentiam est sciendum quod omnis actio est circa aliquod obiectum: sicut circa propriam materiam: sicut secare est circa materiam duram quæ diuiditur: & calefacere est circa id quod calefit: & sic vniuersaliter de omnibus actionibus oportet istud concedere: quia non potest esse aliqua actio sine termino actionis: sunt autem quedam actiones per quas transmutatur obiectum actionis: & istæ appellantur actiones transeuntes dupliciter. Tum quia ut dictum est obiectum per eas transmutatur, tum quia recipiuntur subiectiue in passo. Sunt vero aliæ actiones per quas passum non transmutatur: & istæ appellantur actiones immanentes: manet enim obiectiue in agere: tales autem sunt tantum operationes potètiarum cognoscitiuarum & appetitiuarum. Nam ex hoc quod cognosco quodcũque sensu aut intellectu, neque ex hoc præcisè quod appeto & amo aliquam rem: non sequitur quod ipsa transmutetur. Qui enim videt lapidẽ, non transmutat lapidẽ ex hoc præcisè, quod cum videt, nec lapis denominatur visus per aliquam formam in eo existẽtem, sed tantum denominatione extrinseca, scilicet, per visum quæ est in alio. Quod autem ista sit mens Philosophi & Comentatoris patet. Nam Philosophus textu commentii præsentis posita quadam distinctione actionum postea in fine sic dicit: Omnia vero quæ aliam non habent operationem præter actum, actio est in eis ut consideratio in considerante. Vbi Commentator quid sit non habere operationem præter actum declarat dicens: Omnia verò quæ non habent actum: sed finis eorum est actio, actiones eorum existunt in eis, ut videre in visu. Ex quibus patet quod actiones quæ non habent alium actum, id est, per quas nihil fit in obiecto actionis: sunt in ipsis agẽtibus, & propter hoc dicuntur immanentes. Ex quo sequitur consequenter quod illæ quæ habent aliquid aliud actum per eas, dicuntur transeuntes. Et per hoc patet responsio ad questionem quæ est de ratione actionis immanens quod sit effectiue ab eo in quo est.

conclusio.

Ad primum.

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad quartum.

QUESTIO XXI.

Vtrum actio immanens sit de genere actionis.

Q Væritur vigesimo primò. Vtrum actio immanens sit de genere actionis. Et arguitur quod sic. Primò. Si

Prima ratio.

Si

Si nõ esset de genere actionis, sequitur quod esset de genere qualitatis, non enim apparet in quo alio genere possit esse. Sed non est de genere qualitatis, ergo. Maior patet. Minor probatur. Nulla qualitas distinguitur specificè per aliquid extrinsecum, sed per propriam differẽtiam intrinsecam sibi & absolutam. Sed actiones immanentes distinguuntur specie per extrinsecam, scilicet, per obiecta specie distincta: ergo &c. Et confirmatur: quia qualitates non habent perfectionem formaliter & nobilitatem ab extrinseco: actiones autem immanentes habent nobilitatem ab extrinseco: quia ut dicit Philosophus 4. ethico. cap. 4. Secundum vnum quodque optima est operatio optime dispositi ad potèntissimum eorum quæ sunt sub ipsa, id est, circa obiectum optimum talis operationis. Secundò Oppositæ species aut disparatæ, diuidentes aliquod genus, continentur sub eodem genere per se. Sed genus actionis diuiditur à Philosopho. 9. metaph. tex. com. m. 16 in actionem transeuntem & immanentem: ergo in eodem genere est actio immanens in quo est actio transiens. Sed actio transiens est in genere actionis, ergo etiam actio immanens. Tertio arguitur, quia Philosophus 10. ethico. cap. 1. sic dicit: Non tamen si non qualitatum est delectatio propter hoc neque bonorum: neque enim virtutis operationes sunt qualitates neque felicitas. Quarto. Quicquid est in genere, est in aliqua eius specie. Sed actio immanens in nulla specie qualitatis est, ergo non est in genere qualitatis: maior patet. Minor probatur inducendo per singulas. Non enim sunt in prima: quia non sunt habitus nec dispositiones. Non in secunda: quia non sunt potentia. Non in tertia: quia non sunt qualitates sensibiles. Non in quarta: quia non consequuntur quantitate: ut forma & figura: ergo &c.

Secunda ratio.

Tertiatio.

Quartata.

conclusio.

Respondeo ad hanc questionem vnica conclusione, quæ est ista. Actiones immanentes non sunt de genere actionis: sed qualitatis. Præmitto tamen, quod si propriè loquamur, ipsæ potius debent appellari operationes, quàm actiones: licet communi vocabulo dicantur actiones propter duas similitudines, quæ sunt inter eas. Prima est quod sicut actio est successiua: ita operatio, licet non sit successiua propriè, sed indiuisibilis: tamen est in continuo conseruari ab vna & eadem causa. Secunda est quia vtraque habet terminum in quem transit: licet differenter: quia terminus actionis accipit esse per eam: terminus vero operationis non accipit esse per operationem. Sed quia conclusio habet duas partes: prius probatur quod non sint de genere actionis. Et secundò, quod sint de genere qualitatis. Primum probatur sic. Omnis actio de genere actionis est successiua. Sed actiones immanentes non sunt successiue: ergo &c. Maior probatur. Omnis actio est motus 3. physicorum tex. com. 1. 9. Sed omnis motus est successiuis: quia successio est de genere motus, ut magis patebit lib. 12. quando quaeretur, an Deus potest mouere cælum in instanti: ergo omnis actio est successiua. Minor probatur. Forma quæ est tota simul: nullam successionem vel participationem habet. Sed actio immanens est tota simul: ut supra probatum fuit. Et præter ea quæ ibi dicuntur est ad hoc clarus textus Philosophi 10. ethico. cap. 4. in principio: vbi sic dicit. Videtur igitur visio omni tempore esse perfecta: non enim quicquam illi deest: quod postea factum illius speciem perficit. Ex hoc infero quod etiam illuminatio non est de genere actionis: quoniam lumen subito acquiritur ad præsentiam corporis luminosi si nulum sit impedimẽtum. Secundò arguitur. Omnis actio infert ex se passionẽ: ut patet ex eius diffinitione. Sed actiones immanentes nullam inferunt passionem ei quod subiicitur: ex hoc enim quod video lapidẽ non transmutatur lapis quouis modo: ergo &c. Confirmatur: quia sicut potentia actiua est principium transmutandi alterum: & potentia passiu est principium transmutandi ab altero: ita actio est ipsa actualis transmutatio alterius in quantum alterum: & passio est transmutatio ab altero: actiones autem immanentes non sunt transmutationes: ergo &c. Tertio arguitur. Omnis actio est ad aliquem terminum accipientem esse per ipsam actionem: quia secundum terminum formale, passum se habet nunc aliter quam prius. Sed actio immanens non est ad aliquem terminum capientem esse per eam: lapis enim visus non accipit esse per visionem: sed præsupponitur ipsi visioni: ergo visio nec aliæ operationes sunt de genere actionis. Quarto. Nulla actio de genere actionis potest esse simpliciter perfectio ipsius agentis. Sed aliqua actio immanens est simpliciter perfectio operantis: ergo aliqua actio immanens non est de genere actionis: & per consequens nulla: quia idem est iudicium de omnibus. Maior probatur: quoniam agens actione transeunte, non est simpliciter perfectius per eam: imo potius ex sua perfectione completa, agit communicando alteri per

Corollarium.

fectionem. Non enim calefacere est simpliciter perfectio ignis, sed caliditas: quod patet: quia ignis est perfectissimus si habeat caliditatem in summo: daretur etiã quod nihil calefaceret. Minor autem patet, quia felicitas est simpliciter perfectio felicitatis: felicitas autem est actio immanens: ergo &c. Quintò arguitur. Ad secundam partem conclusionis quod sint in genere qualitatis: quia cum sint entia realia: oportet eas esse in aliquo genere. Sed non sunt in genere substantiæ: nec in aliquo alio præter genus: aut qualitatis: aut relationis: aut actionis vel passionis: ut patet ex se. Quod autem nõ sint relationis probatum est supra libro 5. Quod non de genere actionis, aut passionis, probatum est præfenti questione: ergo relinquitur quod sint qualitates. Sexto arguitur. Viuere est quedam operatio. Sed non est de genere actionis, ut satis patet: ergo &c. Maior est Philosophi dicens 10. ethico. com. cap. 5. viuere omnia appetunt, vita autem operatio quedam est.

Ad primum.

Ad argumentum primum negatur minor. Ad probationem negatur maior: cuius ratio est: quia aliqua qualitates nullum implicant respectum: ut abedo, calor, & huiusmodi: & de his est vera alia maior. Aliquæ vero sunt qualitates quæ implicant aliquem respectum, ut scientia & habitus & potentia, & tales possunt habere specificationem & distinctionem ab aliquo extrinseco: actiones autem immanentes sunt tales, ut visio quæ dicit respectum ad visibile & intellectio ad intelligibile: & sic de aliis. Quidam tamen negant minorem, & dicunt quod actus non distinguitur per obiecta nisi quantum ad manifestationem: quia manifestior est distinctio obiectorum quàm actuum. Dicit præterea quod dupliciter potest aliquid distingui per aliud. Vno modo formaliter: & sic actus non distinguitur per obiecta. Alio modo dependenter: & quia actus dependet ab obiecto tanquam à termino proprio suæ dependentiæ, à quo dependet actus dependentia propria & essentiali: ideo ex obiectis possunt actus habere distinctionem. Ad confirmationem dicitur præcisè sicut dictum est ad argumentum. Ad secundum dicitur quod diuisio actionis in transeuntem & immanentem non est aliquid generis: sed est diuisio vocis in sua significata. Nam actio immanens non est vere actio: sed similitudinariè: ut dictum fuit. Ad tertium dicitur quod Philosophus ibi arguit contra quosdam dicentes: quod omne bonum est qualitas habens esse fixum & quietum: ipse autem dicit hoc esse falsum: quia actiones virtutis non sunt huiusmodi: non igitur negatur simpliciter eas esse qualitates: sed quod nõ sunt qualitates in esse quieto & permanenti. Nam licet felicitas sit operatio semper manens & sempiterna: tamen etiam ipsa est in continua dependentia ad causam suam. Ad quartum dicitur quod sunt in prima specie qualitatis: quoniam in ea ponuntur omnes qualitates spirituales: siue sint in esse quieto: ut sunt habitus: siue in fieri: ut sunt operationes: & consequenter dicitur quod sunt dispositiones ad acquirẽdos habitus acquiribiles mediatis operationibus.

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad quartum.

QUESTIO XXII.

Vtrum nomina significantia actus immanentes, includant in suo significato aliquem respectum.

Q Væritur vigesimo secundò. Vtrum nomina significantia actus immanentes ut visio, intellectio, volitio, includat in suo significato aliquem respectum. Et arguitur quod non. Primò. Id quod est per se vnum non includit absolutum cum respectu. Sed quilibet actus immanens est per se vnus: & dicit rem absolutam de genere qualitatis: ut dictum fuit: ergo non includit respectum. Minor patet. Nam omne quod est in genere, est per se vnum: huius autem actus sunt in aliquo genere. Maior probatur: quia sicut in rebus non potest fieri vnum per se ex distinctis, nisi illa se habeant ut proprius actus & propria potentia in eodem genere: ut dicitur 8. metaphysicæ, sicut non potest aliquid habere conceptum vnum per se constitutum ex duobus, nisi alter eorum sit potentialis ad alterum, & per ipsum determinabilis per se. Sed conceptus absolutus non est per se determinabilis à relativo, quod patet: quia si aliquis conceptus absolutus sit determinabilis: potest cõtrahi per conceptum absolutum quousque sit determinatissimus sub genere absoluto: ergo ex conceptu absoluto & relativo non potest fieri conceptus per se vnus. Secundò. Si prædictæ operationes includunt respectum, aut hoc est primariè aut secundariè. Non primariè: quia relatio præsupponit absolutum in quo fundetur. Non secundariè &

Prima ratio.

Secunda ratio.

10.

PAULI SONCINATIS

SVPER DECIMVM META-

physi. Aristotelis librum acu-

tissimæ quæstiones.

QVÆSTIO I.

Vtrum prima diuisio entis sit per vnum & multa.



VARIVR primo: Vtrum prima diuisio entis sit per vnum & multa. Er arguitur quod non, sed quod prima diuisio sit per finitum & infinitum. Primo sic. Ens prius diuiditur per ea quæ sunt cuiuslibet entis magis intima & immediata quàm per ea quæ per posterius conueniunt.

Primario.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quartatio.

Quinta ratio.

Not. primum.

Not. secundum.

Not. tertium.

Not. quartum.

quod finitas & infinitas immediatè cõsequuntur ens: quia consequuntur quodlibet ens in esse quidditatiuo: vt patet ex rationibus tactis in arguendo. Sanctus autem Thomas tenet quod prima diuisio sit per vnum & multa: quia vnitatis immediatè consequitur ens: vnde fuit probatum lib. 4. q. 23. quod ipsa est prima passio entis. Quod autem ista sit opinio S. Tho. patet: quia q. 11. ar. 1. ad quartum, dicit quod primum cadens in apprehensione intellectus est ens, & placitum. postea diuisio, & postea vnum, & postea multitudo. Et idem ponit 1. dif. 24. Probatur autem ista opinio: & primo de mente Commentatoris sic, Prima diuisio entis non potest esse per ea, quorum alterum impossibile est reperiri in rerum natura. Sed impossibile est reperiri infinitatem virtutis, ergo &c. Maior patet: quia ea quæ non repugnat esse, sunt magis intima entis quàm ea quæ repugnat esse. minor probatur. Si infinitas virtutis posset esse in natura, reperiretur in primo principio, quia secundum ipsum in eo sunt omnes perfectiones possibili reperiri. s. metaphysic. commen. 2. 1. Sed in primo principio non est infinitas virtutis secundum Commentatorem vt probabitur 12. lib. q. 39. ergo &c. Secundo. Prima diuisio entis est in ens per se & ens per accidens. Ergo prima diuisio non est per finitum & infinitum, sed per vnum & multa. Antecedens posuit Commentator sexto metaphysic. commen. primo, in principio. vbi sic dicit: Quia in hoc tractatu intendit perscrutari inter species entis de ente quod est per accidens: cum ens in hac duo primo diuidatur, scilicet in ens quod est per se, & ens quod est per accidens. Consequentia etiam patet pro prima parte, quia vt patet ex se perfectitas non est infinitas. Probatur autem pro secunda parte: quia perfectitas est vnitatis vel saltem præsupponit vnitatem, quia aut ens per se dicitur illud quod acceptum est solitariè aut accipitur ens per se quod resultat ex puro potenciali & actuali, prout dicitur 8. metaphysic. quod ex materia & forma sit ens per se: ens autem per se, id est solitariè, idem est quod ens vnum, id est non cum alio: ens etiam per se in secundo sensu est ens vnum formaliter, id est indiuisum. Vnde dicit ibi Philosophus quod materia & forma faciunt ens per se, quia sunt indiuisa in eorum actuali existentia. Tertio arguitur ex vno concesso à Scotto, coassumpro vno concesso à Commentatore, sequitur quod positio Scoti est falsa, ergo aut est falsa, aut habens necesse negare Commentatorem. Antecedens probatur. Scotus cõcedit quod vnum est prima passio entis, & Commentator primo physic. commen. 15. dicit quod finitum & infinitum sunt de differentiis entis, quod non potest intelligi de differentiis propriè dictis, cum tales non habeat: sed intelligitur quod sunt passiones entis, ergo vnitatis per prius conuenit entis quàm finitas aut infinitas. Quarto arguitur rationibus. Quicquid est ab alio distinctum, est vnum in se. Sed ens distinguitur à finitate & infinitate modaliter, quia finitas & infinitas sunt modi intrinseci, ergo in illo priori in quo nondum finitas & infinitas inveniuntur, inest ei ratio vnius. Ad hanc rationem solet dici quod ens in illo priori in quo non inest sibi finitas nec infinitas, non est distinctum ab eis, sed est non idem eis. Aliqua enim sunt non idem, quæ tamen non sunt distincta: nam chimera est non idem lapidi, & tamen non est distincta à lapide, quia distinctio est passio entis, chimera autem non est ens. Sed contra hanc responsionem arguitur supponendo quod vn m & multa opponantur priuatiuo: supponedo secundo quod priuatiuo se tenet ex parte vnius, & arguitur sic. Quæcunque sunt non idem sunt multa. Sed per te ens in illo priori est non idem finito & infinito: ergo ens & finitum & infinitum sunt multa. Sed de ratione multitudinis est quod componatur ex vnitatibus, ergo quodlibet eorum est vnum in se. Maior probatur: quia reliqua clara sunt. Nulla priuatiuo suscipit magis & minus nisi per admittionem habitus sibi oppositi: quicunque enim est cæcus in aliquo gradu, est aliquo modo videns: & in hoc distinguitur oppositio priuatiua à contrarietate. Nam non oportet quod quicquid est in aliquo gradu non albus, cuiusmodi est omne remissè album: quod sit in aliquo gradu niger: vt magis probabitur infra: ratio autem quare priuatiuo non suscipit magis & minus est: quia consistit in indiuisibilitate: sicut & quælibet negatio. Sed vnum & multa opponuntur priuatiue: & priuatiuo se tenet ex parte vnitatis: vt patet ex præsuppositis quæ habentur à Philosopho decimo metaphysic. ergo impossibile est quod aliqua sint non idem sive non vnum, quin etiam sint aliquo modo multa. Secundo: Omne ens alteri comparatum in quocunque signo aut est idem aut diuersum: vt tu supra arguebas ex Aristotele decimo metaphysic. Sed ens in illo priori quo est non idem finito & infinito comparatur eis per te per negationem identitatis, ergo in illo priori

tanquã aliquid id posterius: quia quod est posterius generatione, est perfectius, vt dicitur 9. metaphysic. Sed ratio non est perfectior absoluto: ergo &c. Tertio. Omne prius potest intelligi, non intellecto posteriori. Sed huius operationes cum sint qualitates sunt priores quacunque relatione ad eas consequente: ergo possunt concipi & intelligi non cointelligendo aliquem respectum. Maior & minor sunt ex se notæ & communiter concessæ.

Respondeo. In hac quæstione aliquid est quod clarum & apertum est: aliquid vero est dubium. Potest enim actus immanens comparari ad duo, scilicet, ad suum principium elicitiuum: quod est potentia, in qua subiectiue recipitur: puta speculatio ad intellectum: & volitio ad voluntatem. Potest etiam comparari ad obiectum quod est terminus, quem potentia attingit per huius operationem. Non enim est possibile quod in intellectu sit intellectio nisi sit determinata ad aliquid actu intellectum. Quapropter ad omnes huiusmodi operationes consequuntur duo prædicti respectus: & hoc, vt dixi, est manifestum. Sed dubium est. An isti termini, visio, intellectio, volitio, significet istos respectus: aut alterum eorum. Sicut etiam non potest esse albedo in rerum natura nisi habeat respectum ad suam causam agentem: & ad suum subiectum in quo est: sed tamen illi respectus non significat hoc nomine albedo. Quæritur ergo. An prædicti termini significantes actus immanentis, significant etiam relationem quæ eos consequitur. Ad quod respondetur duabus conclusionibus: quarum prima est ista. Actus immanentis sunt entitates absolute, & non respectus. Probatur primo sic. Vltima perfectio substantiæ viuens vita intellectiua non est sola relatio. Sed aliqua operatio immanens est vltima perfectio substantiæ viuens: ergo &c. Maior probatur. Nulla relatio summè appetitur: quia appetitus non transit in respectum nisi quia transit in absolutum in quo fundatur respectus. Sed vltima perfectio substantiæ viuens vita intellectiua summè appetitur, cum talis perfectio sit eius beatitudo & finis vltimus intrinsecus eius: ergo &c. Minor etiam probatur: quia intellectio primæ causæ est actio immanens: & ista est vltima perfectio substantiæ viuens vita intellectiua. Vnde Philo. 12. meta. tex. com. 51. loquens de prima causa sic dicit. Si vero non intelligat quid vtiq; erit insignis. Et 10. Ethic. commen. 8. probat quod felicitas quæ est vltima perfectio, est operatio optima intellectus. Secundo arguitur. Si actio immanens est relatio: aut est relatio rationis, aut est relatio realis. Non ratio: quia relatio realis requirit extrema realiter distincta. Sed in electio qua Deus intelligit se non est inter extrema realiter distincta: vt probat Philosophus vbi supra, sic dicens, Si non est hoc quod sua intelligentia, sed potentia, non erit vtiq; optima substantia: ergo intellectio non est relatio. Dicitur forte quod actio immanens abstrahit ab esse reali vel rationis: quoniam aliqua intellectio est relatio realis: & aliqua est relatio rationis. Sed contra. Omne ens reale est perfectius quolibet ente rationis. Sed intellectio aliqua est relatio realis per te, & illa qua Deus intelligit se, est ratio realis tantum: ergo aliqua intellectio est perfectior ea qua Deus intelligit se: & cõsequenter aliquid est beatum perfectiori modo quàm Deus. Maior probatur. Vbi sunt aliqua diuersarum rationum, si aliquid quod sub vno continetur est perfectius aliquo contento sub alio: est etiam perfectius quolibet eorum: sicut quia aliquis homo est perfectior aliquo lapide, est etiam perfectior quolibet lapide: & quia albedo est perfectior aliqua nigredine: ideo quælibet albedo etiam remissa est perfectior essentialiter quilibet intensa nigredine. Sed ens reale: & ens rationis sunt diuersarum rationum: & aliquid ens reale est perfectius quolibet ente rationis. Tertio arguitur. Nulla relatio potest acquiri de nouo nisi acquisito aliquo nouo absoluto, vel fundamento vel termino. Hanc ponit Philosophus 3. phys. tex. commen. 10. & patet ratio: & quia relatio necessario insurgit positis fundamentis & termino: si ergo relatio nunc est, & ante non fuit: oportet aut fundamentum aut terminum ante non fuisse: & per consequens esse noua. Sed actio immanens potest esse noua nulla nouitate existente in fundamento aut in termino. Quod enim nihil absolute noui adueniat lapidi ex hoc quod de nouo intelligitur satis patet. Quod etiã nihil de nouo adueniat intellectui præter ipsam intellectionem probatur: quia id quod exit de potentia accidentali ad actum nõ acquirat aliquam formam nouam priorem ipsa operatione. Sed intellectus de nouo intelligens exit in actum de potentia accidentali: ergo. Maior & minor sunt Philosophi 8. physicorum, tex. commen. 32. Quarto, arguitur.

Omnis relatio realis consequitur ex necessitate naturæ suæ: fundamentum posito termino, sed intellectio non consequitur necessariò potentiam intellectiuam posito intelligibili: alioquin intellectus semper actu intelligeret omne intelligibile: ergo intellectus non est proxima ratio fundandi actualis relationem ad obiectum. Secunda conclusio. Actio immanens habet aliquam relationem ad suum obiectum: puta, visio ad visibile: & intellectio ad rem intellectam. Probatur ista conclusio. Primò. Non minus referat intellectio ad obiectum quàm faciat scientia: imò videtur quod maior sit ratio quare intellectio referatur: quoniam per operationem immediatius attingitur obiectum. Sed scientia includit respectum ad obiectum: ergo & intellectio actualis. Secundo. Id includit respectum quod nõ potest concipi nisi ad aliud: vt patet ex prima diffinitione relationum posita in prædicamentis. Sed huius est actio immanens. Non enim potest apprehendi intellectio, in quantum huiusmodi nisi concipiatur quod est alicuius tantum obiecti intellectio. Et similiter dicendum est de visione & volitione: est enim impossibile intellectionem esse: & nullius esse intellectionem. Tertio. Operatio qua necessario attingitur obiectum, non potest esse sine relatione ad ipsum: quoniam attingentia est relatio. Sed nulla actio immanens potest esse quin per eam necessario attingatur obiectum: quia vt dictum est: nulla est visio: aut intellectio: aut volitio quin sit alicuius obiecti visio vel intellectio vel volitio: ergo &c. Quarto arguitur specialiter de volitione: quia Philosophus 3. de anima, tex. commen. 54. dicit quod ad motum animalis requiritur semper immobile, scilicet appetibile, & tex. commen. 51. sic dicit, semper quiddam mouet appetitum. Sed hoc est aut bonum, aut quod videtur bonum: ergo omnis volitio est ad aliquid motiuum voluntatis & appetibile. Et si arguatur quod est possibile amare, & tamen nihil amare: quia ponatur casus quod a diligit b, amore qui sit c, & manente c, in a, corumpatur b, tunc constat quod a, amat, quia in eo est b, amor: & tamen nihil amat: vt patet inductiue: ergo &c. Respondetur quod a, amat aliquid: amat enim c, & licet c, non sit in sua actuali existentia: est tamen in apprehensione ipsius a, & sic amat id quod est ens apprehensum & cognitum: & hoc sufficit. Vnde & Comment. 11. meta. commen. 36. dicit quod forma balnei secundum esse quod habet in intellectu, mouet ad sui desiderium. De relatione autè actionis immanens ad suum subiectum non agitur in hoc loco: quia non est maior ratio quod actio immanens referatur ad suum subiectum quàm quod alia qualitates: & ideo nihil quantum ad hoc cõuenit ei specialiter plus quàm aliis.

stantia.

Responsio.

Ad primum.

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad argumenta responderetur. Ad primum dicitur quod impossibile est aliquid per se vnum dicere ex æquo absolute & respectum. Vnde nullius formæ absolute proprium genus aut differentia potest esse relatio: nec vllius relationis potest genus aut differentia esse absolute. Dicitur secundo quod aliquid per se vnum, potest in principali significato dicere absolute: & tamen connotare respectum, nec istud est quouis modo inconueniens: imò in multis est necessarium. Ad secundum dicitur quod dicunt respectum secundario. Ad improbationem dicitur quod propositio Philosophi est vera in his quæ sunt in eodem ordine: non autem in his quæ sunt in diuersis: vnde forma substantialis posterior, est perfectior prioribus: relatio autem non est eiusdem ordinis cum forma absolute: & propter hoc licet accidens sit posterius generatione quàm substantia: non tamen est perfectius ea. Ad tertium dicitur quod intellectio est talis qualitas, quæ dicitur intellectio. Quantum ad primum dicit omnino rem absolute: & potest concipi sine respectu. Quantum autem ad secundum dicitur quod illa res quæ est intellectio, est quidem prior respectu ad obiectum, sed rationem intellectionis tunc non habet: quia ratio intellectionis completur in ea formaliter per respectum quem connotat: & ideo in quantum habet rationem intellectionis non est prior respectu.

* *

PAULI

Cõclusio. 1.

PAULI

est idem aut diuersum. Sed non est idem eis: ergo diuersum, ergo facit multitudinem cum eis: quia omnia diuersa sunt multa. Quarto arguitur contra eandem responsionem: & accipio illud primum instans rationis in quo finitum & infinitum insunt enti: & arguitur sic. In hoc instanti rationis ens est, & finitas est. Sed in hoc instanti ens distinguitur modaliter a finito & infinito: ergo in hoc instanti eorum distinctio est positua. Paret ista deductio esse concessis per te: quia tu dicis quod distinctio positua est quando utrumque extremum est, & vnum non est aliud, distinctio autem negatiua dicitur quando alterum extremum non est, puta si chimera distinguitur ab asino. Tunc ultra. Ens in hoc instanti distinguitur positua a finito & infinito, ergo sunt positua multa: & sic non tantum est verum dicere quod sunt non idem: sed etiam quod vere & proprie sunt distincta, & multa quod quilibet est vnum in se formaliter & in actu. Quinto principaliter arguitur ad conclusionem. Prius est aliquid continere in se omnes perfectiones simpliciter quam ipsum esse infinitum secundum vigorem. Sed non potest eas continere nisi habeat in se unitatem & multitudinem: quia omnes illae perfectiones sunt unitate, ergo unitas est prior infinito. Maior patet. Minor probatur: quia ideo est infinitum, quia habet in se omnes perfectiones simpliciter & non e contra. ideo habet omnes perfectiones: quia est infinitum. Vnde & Com. 5. metaph. comm. 21. assignat pro causa quod primum principium sit simpliciter perfectum: quia in se aggregat omnium perfectiones. Ad hanc rationem respondetur quod non est prius habere omnium perfectiones formaliter quam esse infinitum: licet sit prius habere eas eminenter: diuinitas autem secundum suam propriam rationem ut praecedit omnia alia quae sibi conueniunt, eminenter continet omnem perfectionem, & ideo negatur quod sit formaliter vna antequam sit infinita. Contra hanc responsionem arguitur. Deitas praecise accepta: aut est formaliter infinita, aut non. Non primum: quia diuinitati praecise acceptae conueniunt tantum ea quae sunt de formali ratione ipsius: & quae dicuntur de ea in primo modo dicendi per se. Infinitas autem non est de formali ratione diuinitatis. Dicitur forte quod ei sic praecise sumpta conuenit etiam suus modus intrinsecus, cuiusmodi est infinitas. Sed contra. Deitas distinguitur a suo modo intrinseco: ut tu quoque concedis, ergo potest concipi sine suo modo intrinseco: & consequenter ei, ut sic concepta, non conuenit aliquis modus intrinsecus: & per consequens nec infinitas, ergo non est infinita formaliter, sed tantum fundamentaliter. Accipio igitur eam ut postea infinita formaliter, & arguo sicut prius quod oportet eam prius habere formaliter omnes perfectiones simpliciter.

Alius esse quam albedo ut duo: quod quidem esse est aliud quam ipsa albedo. Ad tertium negatur minor. Ad probationem dicitur primo quod unitas realis formarum abfolarum est perfectior multitudinem: quia dicitur maiore simplicitate: multitudo tamen secundum rationem arguit maiorem perfectionem: quia quanto aliquid est magis distinguibile secundum rationem: tanto habet in se plures gradus perfectionum secundum quos potest multipliciter concipi. Dicitur secundo, quod unitas ut praefinit ab omni esse, non habet rationem alicuius perfectionis: sed tantum fundamentaliter est perfectior multitudinem. Ad quartum patet ex dictis ad primum. Ad quintum dicitur quod iste falsè adducit & intelligit textum Aristotelis. Nam textu commenti 12. tantum dicit quod omne ens alteri entis comparatum, aut est idem, aut diuersum. Sed bene verum est quod à textu commenti 10. vsque ad textum commenti 12. declarat quod identitas, similitudo, & aequalitas consequuntur unitatem. Ex quo sequitur quod omne aequale alteri est formaliter vnum: & omne alteri aequale formaliter facit formaliter multitudinem cum eo: & sic potius isti textus Philosophi sunt pro nobis quam contra nos.

Et oportet existimare per cognitionem.

Quia dictum est quod vnum dicitur quatuor modis: hoc loco subiungit quod non dicitur vniuocè: sed de vno per prius quam de altero. Cuius ratio est: quia propria ratio vnius est esse indiuisibile ut dixit in fine commenti primii: aliquid autem magis est indiuisibile quam aliud, ergo de eo per prius dicitur vnum. Nunc autem declarat quandam proprietatem vnius esse mensuram. Et quia ista proprietates per prius reperitur in illo vno quod est principium numeri, ut communiter exponitur, ideo quaeritur de huiusmodi vno, an ei primo conueniat ratio mensurae.

QUESTIO II.

Vtrum vni quod est principium numeri conueniat primo ratio mensurae.

Quaeritur secundo. Vtrum vni quod est principium numeri, primo conueniat ratio mensurae. Et arguitur quod non. Primo. Id cui primo conuenit ratio mensurae, est primo notum: alioquin non duceret primo in notitiam aliorum. Sed huius vnum non est primo notum. Tum quia substantia est prior accidente cognitione. Tum quia accidentia primo & per se sensibilia prius cognoscuntur quam quantitates, propter quod etiam naturalis philosophia est prior quam scientia mathematica: ergo vnitari non conuenit primo ratio mensurae. Secundo. Mensuram oportet esse eiusdem rationis cum mensurato. Sed unitas non est eiusdem rationis nisi cum vnitatibus: ergo si est mensura hoc erit tantum respectu vnitatum: quod est inconueniens: quia nulla est ratio quod vna unitas mensuret aliam, eam e contra. Tertio. Omnis mensura est perfectior mensurato, cum ab ea dependeat mensuratum. Sed unitas non est perfectior numero: ergo non est mensura numeri: de quo tamen magis videtur. Quarto. Priuatio non habet rationem mensurae respectu habitus sibi oppositi: quia habitus est notior priuatione, & non e contra: Sed vnum dicitur priuationem formaliter, scilicet in diuisionem: multitudo autem dicitur habitum: ergo unitas non est mensura multitudinis.

Respondeo. In ista quaest. primo dicitur quae sit ratio mensurae. secundo quot modis aliquid dicatur esse mensura: tertio quo modo sit verum quod vnitati primo conueniat ratio mensurae. Quantum ad primum, sciendum est quod aliquid ideo dicitur esse mensura alterius: quia ducit in cognitionem quantitatis eius: ita quod ratio propter quam habet quod sit mensura, est: quia facit ipsum cognosci. Et propter hoc sic dicitur Commen. 10. metaphysic. comm. 2. Ratio mensurae est ducere in notitiam mensurati: & textus Philosophi sic habet. Mensura est id per quod cognoscitur quantitas. Vnde aliquid mensurari est intellectum de eius quantitate determinata certificari. Ex quo statim apparet quod mensurari importat duplicem respectum: vnum ad mensuratum: & alium ad intellectum qui fit certitudo: respectus autem mensurae ad mensuratum est rationis tantum: quoniam mensura non dependet à mensurato. Similiter respectus rei mensuratae ad intellectum cui ipsa certificatur per eius mensuram est rationis tantum: quoniam sicut scibile refertur ad scientiam tantum relatione rationis: ita etiam refertur ad intellectum scientem tantum relatione rationis. Respectus autem rei mensuratae ad mensuratum est respectus realis: quoniam mensuratum dependet à mensura: non quidem semper in essendo: sed tanquam

tanquam à causa in cognosci: obiectum enim ut cognitum dependet ab obiecto per quod cognoscitur, non secundum suum esse naturale: sed quantum ad esse cognitum. Relationes autem quae consequuntur respectum esse cognitum, sunt rationis tantum. Et de his dictum fuit libro cognito. Sequitur ex his quod quicquid est ratio cognoscendi aliud, potest dici mensura eius: sicut se ratio cognoscendi à priori, sive à posteriori: licet proprie loquendo, id proprie dicatur mensurae aliud quod secundum se & naturam suam est notius eo, sicut est subiectum respectu omnium accidentium: & Deus respectu omnium entium: quia vnaquaeque res cognoscitur esse tanto perfectior quanto magis accedit ad participationem diuinae perfectionis. Sed hic oritur vnum dubium: quia qualiter entitas quae non est Deus, in infinitum distat à Deo, ergo vna non magis distat quam alia: ergo vna non magis appropinquat ei quam alia. Respondetur dupliciter. primo quod quodlibet ens circa Deum est quasi medium inter duo extrema: quorum alterum est Deus quod est ens perfectissimum: alterum vero est ipsum non ens sive nihil. Dicitur autem vna creatura magis appropinquare Deo quam alia: non secundum aliquam proportionem ad ipsum: ita quod vna appropinquet ei aut distet ab eo in duplo & alia in triplo: sed tanto magis dicitur vna appropinquare Deo quam alia, quanto plus recedit ab extremo opposito, scilicet à non ente, à quo tanto magis recedit quanto eius entitas est perfectior: sicut denarius magis appropinquat numero infinito quam senarius, quia magis distat ab vnitate, licet vterque eorum distet in infinitum à numero infinito. Alio modo responderetur quod in Deo sunt plures gradus perfectionum distincti secundum rationem, scilicet esse, viuere, intelligere. Dicitur igitur aliqua magis appropinquare Deo, quia non tantum habet esse: sed etiam viuere: licet esse & viuere eorum, distet in infinitum ab esse & viuere Dei.

Resolutio argumenti.

Primum ad primum.

Not. secundum.

Conclusio.

Suppositum primum.

Suppositum secundum.

Quantum ad secundum, sciendum est quod cuiuslibet rei habentis causam potest esse duplex mensura, scilicet intrinseca & extrinseca. Mensura intrinseca est eius quidditas per quam cognoscitur quanta sit secundum quantitatem perfectionis: aut eius intrinseca quantitas per quam certificatur de eius propria magnitudine: sicut per quantitatem qua Sortes formaliter est extensus, cognoscimus quantum sit Sor. Mensura vero extrinseca est ad quam comparando mensuratum cognoscimus eius quantitatem, sive dimensionem suam sive virtutem. Et loquendo de quantitate virtuali, dicitur Philosophus 10. huius. text. comm. quod primum, id est perfectissimum in vnoquoque genere est mensura eorum quae sunt post: puta, quia albedo est perfectissimus color: ideo si volumus scire quis sit perfectior color, rubedo an viriditas, comparabimus eos ad albedinem, & dicemus eum esse perfectiorem qui magis albedini appropinquet. Sciendum est tamen quod in colore est aliquid quasi materiale, & aliquid quasi formale. Materiale in omni colore est terminatio diaphani: formale vero est lux: dicitur autem albedo esse mensura aliorum colorum quantum ad id quod est formale in eis: quia in albedine plus est de luce quam in aliis: sed non est aliorum mensura quantum ad id quod est materiale. Aliquando vero comparatur vnum ad aliud per replicationem: quia ipsam aliquoties replicatum reddit alterum: & hoc modo unitas est mensura omnium numerorum: quia per sui replicationem reddit quemlibet numerum: & consequenter per replicationem vnitatis certificatur intellectus de quantitate cuiuslibet numeri. Et quantum ad hoc dicit S. Tho. in primo dist. 24. quod ratio mensurae est alia & alia in quolibet numero: qui alio & alio modo reddit alios numeros: puta unitas sexies replicata, reddit numerum senarium: & binarius ter replicatus reddit eundem, ternarius vero bis replicatus simpliciter ipsum reddit.

Quantum ad tertium respondetur ad quaest. quod ratio mensurae per prius reperitur in vnitate quam in omnibus aliis. Pro notitia huius conclusionis, suppono primo quod quantitas per prius dicatur de quantitate dimensionem quam de quantitate perfectionali, quia de illa dicitur proprie & de ista metaphysicè & similitudinariè: quod patet, quia de ratione quantitatis est habere partem extra partem: quod proprie non reperitur in quantitate virtuali. Supponitur secundo quod ratio mensurae sit passio quantitatis: ut probatum fuit lib. 5. Ex quibus sequitur quod ratio mensurae per prius conuenit quantitati de genere quantitatis, quam quantitati perfectionali. Quod autem per prius dicatur de discreta, quam de continua, probatur, quia quilibet passio prius dicitur de illa specie quantitatis quae secundum rationem est prior: sed discretum est prius continuo. ergo &c. Maior patet, quia in illo priori talis quantitas non est sine sua propria passione. Minor probatur. Quod si habet

ex additione ad alterum est posterius eo. Sed continuum addit ad discretum rationem situs sive positionem ipsam, ergo continuum est posterius discretum. Maior patet: quia addens ad alterum praesupponit id cui addit. Minor probatur: quia Philosophus primo posterior. tex. comment. 24. dicit quod scientia quae est ex minoribus est certior: ea quae est ex appositione: & ita in subdit, ut arithmetica respectu geometriae. Et postea subdit quomodo hoc sit, sic dicens. Dico autem ex appositione ut unitas; substantia est sine positione, punctum autem substantia posita. Secundo arguitur, quia Comment. 10. metaph. comm. 2. Necessè est ut vnum in vnoquoque genere secundum quod est indiuisibile, sit prima mensura illorum quae sunt in illo genere & praecipue in generibus habentibus mensuram primo & essentialiter, scilicet, in quantitate discreta: haec enim, in eis est prius aliis rebus quibus accidit in mensurari. Vbi sic dicit Commentator, Distinctio mensurae est illud per quod mensuratur quantitas discreta, id est cognoscitur. Quod autem ratio mensurae prius conueniat vnitati quam numero: patet ex se: quia ex vnitate certificatur de quantitate cuiuslibet numeri: quia ut dictum est, unitas per sui replicationem reddit quemlibet numerum: vnde Philosophus 10. metaphysic. tex. comm. 2. sic dicit, Quantitas cognoscitur secundum quod est quantitas aut per vnum aut per numerum: & omnes numeri cognoscuntur per vnum. ergo omnis quantitas secundum quod est quantitas, cognoscitur per vnum. Et Commentator eodem commento dicit, quod natura vnius est natura mensurae. Id autem quod supra dixit Commentator, scilicet quod indiuisibile in vnoquoque genere est mensura aliorum: est satis notum in quantitatibus: & maxime in quantitate discreta: quia tale est unitas. In quantitate vero continua est aliquid indiuisibile secundum acceptionem nostram: puta vna brachium: & similiter in ponderibus: puta vacia vel aliquid tale. In aliis vero generibus puta in substantia, ut in coloribus, in saporibus, & huiusmodi, illud est aliorum mensura, quod est perfectius in tali genere. Tanto autem est perfectius quanto est simplicius & magis indiuisibile: vnde prima substantia quae est omnium aliarum mensura, est omnino simplex.

Ad primum in oppositum negatur minor. Ad probationem dicitur quod licet unitas non sit primo nota simpliciter: est tamen prius nota inter ea quibus proprie conuenit ratio mensurae. Ad secundum dicitur aliqui quod non oportet ratio mensuram esse eiusdem speciei cum mensurato: sed sufficit quod sit eiusdem generis: unitas autem est in eodem genere cum aliis quantitatibus. Sed ista responsio est contra Philosophum 10. metaph. textu comm. 4. in fine. vbi dicit quod grauitas mensura grauitatem: & unitas unitatem: & numerus numerum. Et ideo dico primo quod non oportet omnem mensuram esse eiusdem speciei specialissimae omni mensurato. Per binarium enim possunt mensurari omnes numeri aequales, si binarius replicetur: & tamen binarius distinguitur ab eis specie. Dicitur secundo quod binarius non potest mensurari nisi per vnitatem: quia ex hoc solo quod continet pauciores unitates, cognoscitur quod ipse est minor ternario. Dicitur tertio, quod unitas est eiusdem generis proximi cum speciebus numerorum: quia est in genere quantitatis discretae. Dicitur quarto quod unitas mensurando numerum mensurat unitates: quia numerus est ipsae unitates plurificate: & haec vltima est responsio quam ibi ponit Philosophus. Ad tertium negatur maior, sed bene dum esset notior: quia mensuratum non dependet à mensura necessario secundum esse reale: sed secundum esse cognitum. Ad quartum dicitur primum quod licet vnum transcendens opponatur priuatiue multitudini transcendenti: tamen vnum quod est principium numeri opponitur numero ut mensurato: & non ut priuatio habitui. Et licet de ratione talis vnitatis sit quod habeat indiuisibilitatem tamen non habet quod sit mensura ex huius indiuisibilitate. Vel est breuius dicendum ut dictum fuit lib. 4. In prima quaest. an ratio vnius sit negatiua ad secundum.

QUESTIO III.

Vtrum ratio formalis vnitatis quae est principium numeri sit positua.

Quaeritur tertio. Vtrum formalis ratio vnitatis quae est principium numeri sit positua. Et arguitur quod sic. Primo. Ratio cuiuslibet accidentis est positua. Sed vnum numerale est accidens rei vnae, ergo dicitur rationem posituam. Minor habita est libro quarto. Maior patet: quia pura negationes & priuationes nullum accidens ponunt. Quae. Met. Pau. Son. v 2 in sub

Ratio quinta pro conclusionem.

Ad primam.

Ad secundam.

Ad tertiam.

Ad quartam & quintam.

Tex. c. 2.

Prima ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Quaestio mensurae.

Ad primum.

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad quartum.

Secunda ratio. in subiecto de quo dicuntur. Secundo. Ratio mensuræ est ratio positiua. Sed vnum dicit rationem mensuræ. ergo &c. Minor probatur dupliciter. Primo, quia Philosophus dicit 10. metaph. tex. com. 4. quod vnum & numerus opponuntur sicut mensura & mensuratum. Sed hoc non esset nisi ratio vnus consideretur in esse mensuram alterius. ergo &c. Secundo. Id importat formaliter rationem mensuræ, per quod respondetur ad interrogationem factam per quor: quia hoc palatium quod querit de mensura rerum dicere tarum. Sed ad interrogationem factam quot sunt homines in domo: respondetur quod est vnus, vel duo, vel tres: ergo formalis ratio vnus est ratio mensuræ: & per ipsum deriuatur ad numeros. Tertio principaliter arguitur. Id est formaliter positiuum quod habet ex sua ratione formali, vt sit constitutum ens positiui. Sed vnum numerale habet ex sua ratione vt sit constitutum numeri, qui est ens positiuum: ergo formalis ratio vnus est positiua. Quarto. Id quod est formaliter quantitas est formaliter ens positiuum: sicut & ratio quantitatis est positiua. Sed vnum numerale est formaliter de genere quantitatis, ergo &c.

Tertia ratio. Respondeo. In ista quæst. duo sunt faciendæ. Primum est videre quid sit vnitas numeralis. Secundum est declarare quæ sit eius ratio formalis propria & distincta, à qua habet quod sit talis vnitas. Non enim queritur hoc loco vtrum illud quod est vnitas numeralis sit positiuum vel nõ: quia cum probatum sit lib. 4. q. 24. quod est accidens: satis est etiam probatum quod sit entitas positiua. Quantum ad primum videtur dicere Auicenna quod huius vnitas non sit aliud nisi illud esse quod dat quantitas continua suo subiecto. Nam libro 3. suæ metaphysic. cap. 3. postquam dixit quod vnitas quælibet est accidens rei quæ dicitur vnitas: inquit postea vtrum vnitas possit separari à re vna: & determinat quod non: & postea declarans quid sit ista vnitas ita dicit. Incipiam igitur & dicam quod vnitas non sic exponitur vt non diuidatur: sed est esse quod non diuiditur, ita quod esse est ad essentiam vnitatis, non subiectum eius. Et paucis interpositis sic dicit. Vnitas substantialiter est ipsum esse, quod non diuiditur. Quidam dicunt quod S. Tho. in hac opinione secutus est Auicenna. 1. dist. 24. vbi recitans hanc opinionem, licet improbet eam quantum ad hoc quod dicit omnem vnitatem transcendente esse accidens rei: quæ est vna: non tamen improbat, quantum ad hoc quod dicit quod vnitas est esse quantitatis. Dicunt præterea isti quod huiusmodi esse est omnino indiuisibile: quia si diuidatur aliqua quantitas: esse illius quantitatis corrumpitur: & resultat tot esse de nouo, quot sunt partes in qua facta est diuisio: & tale esse nullum habet situm vt sit abstractiui & simpliciter quam punctus. Sed mihi videtur quod ista opinio sit falsa in se: & quod non fuerit opinio S. Tho. quod probatur. Primo. Impossibile est aliquam formam esse extensam, quin eius effectus formalis sit extensus. Sed esse quanti est effectus formalis quantitatis continuæ: ergo cum quantitas continua sit extensa, oportet etiam illud esse quod ipsa dat suo subiecto esse extensum. Minor patet: quia partibilitas siue diuisibilitas & extensio sunt inseparabiles à continuitate. Maior probatur, quia est in intelligibile quod forma extensa det formaliter esse inextensum, alioquin daret oppositum eius quod ipsa dicitur esse: quod est absurdum: sicut & ridiculum est dicere quod albedo rei formaliter det esse nigrum. Secundo. Nulla perfectio potest recipi in re extensa quin extendatur, si continuitas sit ei ratio recipiendi huiusmodi perfectionem: quod dico propter animam intellectiuam quæ est indiuisibilis: licet recipiatur in materia quanta: tamen quantitas non est ratio recipiendi animam intellectiuam. Sed esse quod dat continuitas, est perfectio recepta in re extensa: & continuitas est ratio recipiendi eam, ergo illud esse est extensum. Minor probatur. Prius natura substantia recipit continuitatem quàm recipiat esse continuum: licet in eodem instanti temporis. Et hoc idem est, quia omnis causa est natura prior effectu, continuitas autem est causa illius esse: ergo substantia in qua recipitur tale esse, prius natura habet quantitatem quàm tale esse. Quod etiam illud esse recipiatur mediante quantitate probatur: quia est effectus formalis eius: & etiã quia constituit proprium susceptiuum eius. Nã sicut forma substantialis adueniens materiæ constituit proprium potentiale respectu esse substantialis: ita albedo adueniens subiecto constituit proprium potentiale esse albi: & eodẽ modo est dicendum de continuitate. Nec valet ista consequentia. S. Tho. non reprehendit Auicenna in hac opinione, ergo eam sequitur. Non enim reprehendit eum in hac parte: quia non est ad propositum. Nam ibi non disputat nec inquit quod sit vnitas numeralis: sed vtrum vnum transcendens & vnum quod est principium numeri distinguantur.

Tertio arguitur. Impossibile est in intellectu esse conceptum numeri, quin partes ex quibus constituitur habeat rationem vnitatis. Sed priusquam ista esse sint in subiecto, potest intellectus concipere quod isti sunt tres lapides. ergo in intellectu partes constituentes hunc ternarium sunt tres vnitates: & tamen pro illo instanti nullum est ibi esse quod det continuitas: ergo vnitas non est illud esse. Maior patet: quia impossibile est aut in esse reali, aut in esse cognito esse numerum sine vnitatibus. Minor probatur, quia vt dictum est, prius natura recipitur quantitas in subiecto quàm esse quod est effectus eius. In illa igitur priori sunt in tribus lapidibus tres quantitates: & quero vtrum istæ quantitates tres in illo priori constituant ternarium aut non. Si sic habeo propositum quod oportet quamlibet eorum esse vnitatem. Si non. Contra. Intellectus apprehendit eas esse tres, ergo falsè apprehendit. Item ipsa in illo priori sunt multitudo causata ex diuisione continui, ergo sunt numerus. Patet consequentia, quia vt dicitur tertio physicorum, numerus causatur ex diuisione continui. Apparet ergo quod vnitas non est tale esse. Et ideo isti aliter postea dicunt quod vnitas est quoddam indiuisibile accidens, non habens situm, quod quidem accidens consequitur necessariò quantitatem continuam: & habet totum subiectum pro suo adæquato subiecto, nec est in aliqua determinata parte eius. Sed si noua quantitas addatur rei quantæ: aut aliquid quantitatis præexistentis subtrahatur. variatur istud accidens: & resultat alia vnitas. Vnde si etiã toti mari addatur vna gutta aquæ: non est amplius in mari eadem vnitas quæ prius fuit: sed est vna alia. Ista opinio apparet irrationabilior quàm prima. Quod probatur. Primo: quia sequitur quod dum aliquod animal augetur, esset continuè aliud & aliud numero: imò quod etiam non haberet eadem membra numero quæ prius. Sed ista sunt omnino irrationabilia. ergo &c. Consequentia probatur. In augmentatione additur quantitas quantitati præexistenti: non solum ipsi supposito quod augetur: sed etiam omnibus membris. Secundo. Sequitur quod si Sorti abscondatur manus: non sit idem numero Sortes qui prius erat: consequens est falsum. Consequentia patet: quia subtracta est aliqua pars quantitatis Sortis. Falsitas consequentis probatur per principia theologiæ. Nam apud omnes Philosophos habetur tanquam per se falsum: probatur. Sortes per te, qui est hodie: non est ille numero qui fuit heri, & sic de singulis diebus, & tamen in resurrectione reparabitur idem Sortes numero qui aliquando fuit. Quæro vtrum reparabitur ille qui fuit hodie, aut ille qui fuit heri. Si dicis quod tantum ille qui fuit heri & non hodie, ergo non omne indiuiduum quod fuit homo reparabitur. Si dicas quod reparabitur ille qui fuit hodie & qui fuit heri, ergo Sortes reparatus est multa indiuidua, & nõ vnus. Patet consequentia: quia est ille qui fuit heri, qui fuit hodie: & ista per te sunt distincta indiuidua. Tertio. Sequitur quod dum pluit in mari, mare efficiatur successiue tot indiuidua quot sunt guttæ quæ cadunt in ipsum. Patet consequentia, quia sit continuè additio alterius & alterius quantitatis. Et multa alia irrationabilia consequuntur ad istam positionem. Et ideo aliter dico quod vnitas qua lapis est vnus numero est eius continuitas siue quantitas dimensiuua. Ad cuius euidenciam est sciendum quod hæc quantitas dupliciter potest considerari. Vno modo in quantum habet partem extra partem, & in quantum est extensa & habens situm, & si non habeat rationem vnitatis. Alio modo in quantum est indiuisa in se & distincta à qualibet alia: & sic habet quod ipsa sit vnitas: & quod per eam lapis sit vnus: propter quod dixit Philosophus primo posteriorum, tex. comen. 43. & Commentator 6. metaphysic. comen. primo, quod vnitas abstrahit à situ. Sciendum secundo quod si ex duobus quantis fiat vnum per continuitatem: puta ex duabus aquis vna aqua, non causatur noua vnitas nisi ad hunc sensum quod illæ quantitates quæ prius erant distinctæ, modo sunt indistinctæ & indiuisæ: & ex eis facta est vna quantitas, quæ est vnitas illius totalis aquæ. Quod autem continuitas lapidis sit eius vnitas, probatur dupliciter. Primo. Illa est vnitas qua formaliter lapis est indiuisus in se, & distinctus à quolibet alio indiuiduo habente quantitatem. Sed eius quantitas est qua formaliter est indiuisus in se & diuisus à quolibet alio: ergo &c. Maior patet ex ratione vnitatis, vt etiam magis patebit ex his quæ dicentur infra in hac quæstione. Minor etiam patet: quia diuisibilitas primo conuenit quantitati continuæ, vt probatum est lib. 7. Secundo. Illa est vnitas formaliter qua sola posita in lapide ipsa constituit numerum cum aliis. Sed continuitas est huiusmodi: ergo &c. Maior patet: quia tantum ex vnitatibus constituitur numerus. Minor probatur: quia secludantur per operationem intellectus

Tex. co. 68.

Alba positio.

conclusio 1.

Not. primum.

Not. secundum.

Not. tertium.

Not. quartum.

Not. quintum.

Not. sextum.

Not. septimum.

Not. octauum.

Not. nonum.

Not. decimum.

lectus à lapide omnia quæ sequuntur eius quantitatem: adhuc iste lapis simul cum aliis lapidibus facit numerum: quia in intellectu non potest concipere quod sunt distinctæ quantitates quarum quælibet in se est indiuisa: & quod non sit numerus de genere quantitatis, cum sit multitudo quantitates. Dupliciter tamen contra istud arguitur. Primo. Omnis vnitas est indiuisibilis. Sed continuitas nõ est indiuisibilis: quia omne continuum est diuisibile. 3. phys. ergo &c. Maior est Philosophi 4. met. tex. com. 10. vbi dicit quod vnitas est indiuisibilis omnino. Et ibi dicit Commen. quod aliqua vnitas est indiuisibilis per humanam institutionem: quia accipitur vt quid minimum in mensuris, puta palmus: aliqua vero vnitas est indiuisibilis simpliciter. Tertio etiam physicorum, tex. comen. 68. Probat Philosophus quod in numeris est deuenire ad aliquod minimum, ex hoc quod vnitas quæ est principium numeri est omnino indiuisibilis. Secundo. Vnitas numeralis nõ habet situm: vt dicitur 1. post. tex. comen. 43. & 6. metaph. comen. 1. Sed continuitas habet situm, ergo vnitas non est continuitas. Ad primum dicitur quod vnitas potest accipi duobus modis. Vno modo materialiter, id est, quantum ad illam entitatem quæ est vnitas: sic negatur maior. Alio modo potest accipi secundum suam rationem formalem: & sic conceditur maior & minor, sed non sequitur aliud ex his nisi quod vnitas non est formaliter cõtinuitas: quia alia est ratio vnitatis & alia est ratio cõtinuitatis. Eadem enim res in quantum est cõtinuitas, est diuisibilis: quia diuisibilitas est de ratione cõtinui: & eadem res in quantum est vnitas, est indiuisibilis: quia, vt dixi, vnitas secundum suam rationem abstrahit à situ & à diuisione cõsequenter: quia non sunt diuisæ quantitates naturaliter nisi per diuersos situs. Dico secundo propter auctoritates Philosophi & commentator. quod ad mensurandum quantitatem cõtinuorum accipitur pro mensura id quod est indiuisibile secundum humanam institutionem: quia ibi nõ potest esse aliquid indiuisibile simpliciter secundum suam rationem formalem: cuius ratio est: quia cõtinua in quantum talia, non mensurantur nisi per aliquod continuum: cum oporteat mensuram esse homogeneam mensurato: nullum autem continuum est omnino indiuisibile: & hoc modo mensuratur quantitas continua panni per palmum: quantitas autem discretorum cognoscitur per aliquid quod est indiuisibile simpliciter in sua ratione formali: & ita intelligit Philosophus vnitatem esse simpliciter indiuisibilem. Nam quilibet numerus etiam formaliter acceptus est diuisibilis: vnitas autem formaliter accepta nõ potest vltra diuidi: quia partes in quas aliquid diuiditur, sunt minores toto diuiso: nihil autem potest esse minus quàm vnum. Ad secundum dicunt multi quod maior est falsitas: & quod Philosophus ibi loquitur secundum opinionem Platonis. Vel ad saluandum dictum Philosophi dicendum est quod punctus in sua entitate reali est simpliciter vnitate: sed vnitas in sua ratione formali est simpliciter puncto: quia vnitas abstrahit à situ secundum rationem formalem: licet habeat situm in suo esse naturæ. Et ad hunc sensum locutus est Philosophus: quod patet: quia ibi per hoc probatur quod arithmetica est prior geometria: consistat autem quod ista non cadunt in consideratione harum scientiarum: nisi secundum eorum rationes formales.

Not. primum. Quantum ad secundum principale, sunt tres opiniones. Quidam dicunt quod vnum quod est principium numeri, addit super vnum transcendens aliquid positiuum: quod est ratio mensuræ siue esse partem aliquorã. Ad cuius notitiam est sciendum, quod mensura potest accipi dupliciter. Vno modo pro relatione & habitudine mensurationis: quàm formaliter importat hoc nomen mensura: & sic ratio mensuræ nõ est de ratione vnus: quia ratio non potest esse formale in eo quod est principium speciei existentis in genere quantitatis. Alio modo accipitur pro fundamento relationis prædictæ, & pro fundamento eius quod est esse partem aliquorã alicuius discreti: & hoc modo de ratione vnus est quod sit mensura siue pars aliquota quantitatis discretæ. Dicitur autem pars aliquota illa, quæ aliquoties supra reddit præcisè ipsum totum: secundum quem modum binarius potest dici pars aliquota cuiuslibet numeri paris: & vnitas potest dici pars aliquota cuiuslibet numeri absolute, siue sit par, siue impar. Esse igitur partem absolute vni est propria ratio vnitatis, sed esse partem aliquorã omnium numerorum est ratio vnitatis: & est si discretum quod ratio vnitatis consistit in hoc, quod est esse id in quo possit fundari relatio mensuræ cuiuslibet numeri. Alij dicunt quod vnum numerale addit super vnum transcendens quandam rationem positiuam: quæ non est in anima obiectiue: & nullibi est subiectiue. Imaginantur enim isti vt infra dicitur, quod formalis ratio numeri consistat in quadam mentali clausione quæ dicitur summatio vel

Impugnatio.

Dilectio.

Distinctio.

Not. primum.

Conclusio secunda.

computatio: & quod similiter ratio vnitatis consistit in mentali clausione: & dicunt quod res quæ est vna, habet in se duas conclusiones: quia scilicet est indiuisa in se & diuisa ab aliis, & non est alia res. Intellectus autem apprehendens talem rem esse vnam, claudit eam infra illas duas negationes, huius autem clausio non potest esse negatio: negare enim negatum: cuiusmodi est indiuisum in se, & diuisum ab aliis, nihil est dictum, & ideo est ratio positiua. Quod autem ista ratio non sit in re extra, sed tantum in anima obiectiue, probatur, quia fundamentum huius rationis est indiuisum in quantum indiuisum: ita quod indiuisio est eius ratio subiectiua. Sed indiuisio cum sit negatio non potest esse ratio quod insit rei secundum esse reale aliqua ratio positiua: alioquin ista ratio esset nobilior suo fundamento: ergo ista positiua est tantum in intellectu obiectiue. Hæc opinioem secundam, quæ tenet quod ratio vnus est tantum per operationem intellectus, improbabimus infra vbi erit quæstio an numerus habeat esse præter actum intellectus. Prima autem opinio ad bonum sensum sustineri potest. Pro cuius noticia est sciendum quod vnum numerale & vnum transcendens se habent sicut superius & inferius: ita quod sicut quælibet entitas in quantum esse indiuisa est vna transcendens: ita entitas in genere determinato scilicet in genere quantitatis in quantum esse indiuisa habet rationem vnus. Et ideo vnum numerale non dicit aliud in sua ratione formali nisi indiuisiõnem in genere determinato, quod est genus quantitatis. Et quod istud sufficiat patet: quia intellectus concipiens quantitatem lapidis vt indiuisam in se & distinctam ab aliis statim habet conceptum quod sit vna: nec oportet aliud addere ad hoc quod concipitur vt vna. Vnde & Philosophus 10. metaphysic. textu comen. 1. in fine sic dicit: propter quod & vni esse indiuisibile esse esse. Sed bene verum est quod oportet hanc rem quæ sic concipitur esse talem vt possit fundare relationem mensuræ: vt dicebat opinio prima. & tamen ratio fundamenti mensuræ non clauditur in ratione vnus: quia non oportet quod intellectus concipiens hanc quantitatem esse vnitatem, concipiat eam esse vel posse esse fundamentum alicuius relationis: quia ratio fundamenti est etiam ratio relatiua: vnde non potest esse formalis in ratione vnitatis quæ pertinet ad quantitatem. Propterea S. Tho. 5. metaph. exponens lectionem 6. textum comen. 12. qui sic incipit, Vni vero esse est principium alicui numero esse, dicit quod philosophus in his verbis ponit quandam proprietatem consequentem vnum: quæ proprietatis est esse principium numeri, & quod sit principium numeri probatur: quia est mensura. Ista autem probatio non est à priori, sed à posteriori. Non enim ideo est principium, quia est mensura, sed ideo est mensura, quia est principium. Vnde & 10. metaph. dicit quod principium in vnoquoque genere est mensura aliorum: vnde prius natura est hoc esse primum aut principium quàm ipsum esse mensuram. Et ex hoc arguitur sic, esse principium numeri non est ratio vnitatis: sed est proprietatis ipsum consequens: ergo esse mensuram non est propria ratio vnitatis. Antecedens est S. Thom. Consequentia probatur: quia ratio principij est prior ratione mensuræ. Et confirmatur: quia ratione principij consequitur vnitatem quantum ad suum positiuum: ratio autem mensuræ consequitur eam ratione negationis incluse in ratione vnus vt patet 10. metaph. tex. comen. 3. Sed illud positiuum est prius negatione tanquam fundamentum eius: ergo ratio principij est prior ratione mensuræ. Item 1. dist. 24. art. 3. ad quartum dicit, quod relatio principij & mensuræ consequuntur rationem vnus numeralis, ergo non sunt eius ratio formalis. Et si quis obiciat: quia 5. metaphysic. vbi supra dicit quod esse mensuram esse propria ratio vnus secundum quod est principium numeri. Respondeo quod in his verbis non dicit quod ratio vnus sit ratio mensuræ: sed dicit quod est ratio vnus secundum quod est principium numeri: ac si diceret: ratio mensuræ non conuenit vnitati absolute & primo, sed conuenit ei secundum quod ipsa vnitas est principium numeri: quia per prius habet rationem principij quàm rationem mensuræ: esse autem mensuram non dicitur propria ratio vnus: quia sit eius ratio formalis & quidditatiua: sed dicitur eius propria ratio, quia ei soli conuenit primo & per se. Et quod oportet ita intelligere, patet, quia 10. metaph. lectione 1. exponens principium tex. comen. 2. dicit quod ratio vnus est esse indiuisibile, & quod esse mensuram est quædam proprietatis eius. & Auicenna, 3. metaphysic. cap. 6. sic dicit rem esse vnitatem & eam esse mensuram non est idem: quia distinctio est inter ea, vnitati enim accidit quod sit mensura, sicut accidit ei vt sit causa.

Ad rationes in oppositum respondetur. Ad primam dicitur quod ratio accidentis per quam est accidens, est positiua: Quæst. Met. Paul. Son. v 3

Not. secundum.

S. Tho.

Instantia.

Responsio.

Ad primum.

stuaratio autem per quam est tale accidit potest esse priuatiua: non quod tota ratio eius sit priuatiua: sed quia aliquid completens eius rationem formalem potest esse priuatio. Ad secundam patet ex dictis: quia ratio mensurata non est ratio vnus: sed consequitur ratione eius: & quantum ad hoc opponuntur vnus & multa, cum mensura & mensuratum. Et similiter respondetur ad interrogationem factam de qualitate liquorum. Ad tertiam & quartam dicitur quod vnitas non tantum dicit rem de genere quantitatatis: sed etiam dicit talem rem determinatam & distinctam ab aliis secundum suam rationem formalem. Vnde quantum ad hoc potest dicere priuationem: licet quantum ad primum dicat rationem positiuam.

Et ex hoc dicitur mensura in aliis rebus.

Tex. co. 3. Hoc loco declarat quod ratio mensura transumpta est a quantitate discreta ad alta genera. Nam in quantitate continua non est aliquid simpliciter indiuisibile, per cuius replicationem reddi possit totum continuum: quia licet punctus sit indiuisibilis, tamen punctus additus puncto, non facit aliquid maius: ideo accipitur ibi aliquid diuisibile per naturam: quod tamen est indiuisibile per institutionem: vt vna, cubitus, & huiusmodi. Quare autem potius accipitur aliquid sic minimum rationem assignat dicens quod hoc est: quia oportet mensuram esse certam. Si autem fiat additio vel diminutio magna quantitati non facile erit hoc aduertere. Si enim quantitati centupedali addatur palmus, non facile discerni poterit quod sit aliquid additum: facile autem cognoscitur, si est aliquid additum vel diminutum quantitati parum, & ideo ipsa est certior & infallibilior.

Et vtmur hoc in motu simplici.

Tex. co. 4. Hoc loco declarat exemplis quod dictum est supra, dicens quod quia motus primi mobilis est simplicissimus omnium, ideo per eum mensurantur alij motus, & similiter exemplificat in quibusdam aliis. Subiungit postea quod non est eadem vnitas, siue idem vnus per quod omnia mensurantur: quia non omnia habent eandem naturam, sed vnus quodque mensuratur per aliquid sui generis, puta grabatas grauitate: longitudo longitudine.

Dicimus etiam quod scientia est mensura rerum.

Tex. com. 5. Hoc loco declarat quod ratio mensura dicitur de quibusdam similitudinariis: puta de scientia & sensu: quia enim mensura est qua cognoscitur res, ideo etiam scientia & sensus possunt dici mensura: quia eis res cognoscuntur: hoc tamen est diuersimodum: quia per mensuram cognoscuntur res tanquam per medium cognoscendi, per scientiam autem tanquam per habitum: & per sensum tanquam per potentiam: & quia homo omnium est cognoscitiuus: ideo dicit Pithagoram putasse quod homo sit mensura omnium.

Secundam substantiam verò.

Tex. com. 6. Querit vtrum vnus sit substantia rei que est vna: & determinat quod non, contra Pithagoram & Platonem. & hæc fuit vna de questionibus quas posuit libro tertio. Et commento 7. idem confirmat, & similiter commento 8. vbi tandem dicit quod vnus & transcens deus non est substantia que sit suppositum, licet sit substantia, id est essentia rei que dicitur vna.

Et etiam vnus & multum opponuntur sibi secundum seipsum.

Tex. co. 7. Quia supra diuiserat ens in vnus & multa, & oportet diuisionem fieri per opposita: in hoc loco disputat quomodo opponantur. Et ideo circa hanc partem queritur.

QUESTIO III.

Vtrum vnus & multa opponantur priuatiue.

Prima ratio. Queritur quarto. Vtrum vnus & multa opponantur priuatiue. Et arguitur quod non. Primum. In priuatiue oppositis alterum eorum est purum non ens, scilicet priuatio: sed neque vnus est non ens vt patet ex superioribus, neque multitudo est non ens: quia dicit ipsas vnitates: ergo &c. Secundo. Si opponuntur priuatiue vnus habebit rationem priuationis: quia dicit indiuisiōem. Sed hoc est falsum: ergo &c. maior patet. Minor probatur, omnis priuatio est posterior habitu. Sed vnus non est posterior multo: cum ipsum constituat: ergo &c. Tertio. Que opponuntur vt mensura & mensuratum: non opponuntur priuatiue, sed relatiue. Sed vnus & multa hoc modo se habent: quia vt dictum est supra, multitudo mensuratur

per vnus: ergo &c. Quarto. Prima diuisio entis extra animam non debet esse in ea quorum alterum est tantum in anima. Sed diuisio entis in vnus & multa, est entis extra animam: & priuatio est ens tantum in anima, cum sit ens rationis: ergo diuisio entis in vnus & multa non est in ea que sunt opposita priuatiue. Quinto. Vnus & multa opponuntur contrariè: ergo non priuatiue. Patet consequentia: quia isti sunt distincti modi oppositionum. Antecedens est philosophi 10. metaph. textu comm. 9. vbi determinans hanc questionem sic dicit. Sunt igitur contraria scilicet vnus & multa.

Respondeo. In ista quest. duo sunt declaranda. Primum est quod vnus & multa opponuntur priuatiue. Secundum est: quod eorum dicat priuationem: & quam priuationem. Quantum ad primum habetur determinatio ab Arist. & ab Auic. & Com. & S. Tho. Na philosophus 10. metaph. s. text. com. 9. ponit tres conclusiones: quarum prima est, quod vnus & multa non opponuntur contradictoriè. Secunda quod non opponuntur relatiue. Tertia quod opponuntur priuatiue & contrariè. Primam sic probat ibi S. Tho. Necessè est alteram partem contradictionis verificari tam de ente quam de non ente. Sed neque vnus neque multa verificantur de non ente. ergo. Secundam sic probat. Vnus & multa dicuntur absolute. ergo non opponuntur relatiue: consequentia patet. Antecedens probatur, Vnus non dicitur multitudinis vnus: nec multitudo dicitur vnus multitudo: ergo &c. Tertiam probat. Diuisibile & indiuisibile opponuntur priuatiue. Sed vnus & multa sunt diuisibile & indiuisibile: ergo &c. Quod etiam opponuntur contrariè probat ex hoc quod neutrum eorum est pura priuatio. Et Commentator ibi sic dicit: Manifestum est quod vnus opponitur pluri: secundum quod priuatio opponitur habitu: & subdit rationem dicens: Indiuisibilitas enim est priuatio diuisibilitatis. Auicenna quoque libro 3. cap. 6. metaph. tangens ex proposito hanc questionem dicit primo quod non opponitur contrariè nec contradictoriè: & postea dicit quod opponitur priuatiue & relatiue: de relatiua autem eorum oppositione dicitur post respondendo ad argumenta. De priuatiua autem sic dicit, Tu autem potes sustinere quod vnitas aliquo modo est priuatio multitudinis. Et licet postea dicat quod non opponitur priuatiua, hoc est intelligendum ad hunc sensum, quod neque vnus neque multa dicunt puram priuationem. Sanctus autem Tho. prima q. 11. magis declarans mentem Philosophi dicit quod vnus & multa, in qua primo diuiditur ens, opponuntur priuatiue: vnus autem & multa de genere quantitatis opponuntur relatiue: sicut mensura & mensuratum. Ad cuius notitiam Sciendum est primo quod dupliciter potest accipi vnus transcendens. Vno modo quantum ad entitatem quam dicit: & sic non opponitur multitudini: sed eam constituit. Alio modo accipitur quantum ad indiuisiōem que sola complet formalem rationem vnus: & quia indiuisio est pura priuatio, ideo quantum ad hoc opponitur priuatiue: sed quia vnus non dicit tantum indiuisiōem, sed etiam id in quo fundatur, ideo dixit Philosophus quod etiam opponitur contrariè. Nam alterum contrariorum dicit ens positiuum cum priuatione alicuius perfectionis que est in altero contrario: vt patet de nigredine respectu albedinis. Vnde proprie loquendo indiuisio & diuisio opponuntur priuatiue: sed vnus & multa opponuntur etiam contrariè. Sciendum secundo quod vnus numerale vt dictum est supra: non dicit rationem mensura vel aliquid aliud positiuum additum contrinuitati: sed superaddit ei tantum indiuisiōem: ideo etiam vnus numerale quantum ad id in quo completur sua ratio formalis opponitur numero tantum priuatiue: quia tamen ad ipsum consequitur ratio mensura: ideo quantum ad hoc dicitur opponi relatiue. Vnde dixit sanctus Tho. j. 24. quod vnus numerale quantum ad id quod consequitur ratione eius, opponitur numero, sicut principium principiat: & sicut pars toti: & magis proprie sicut mensura mensurato. Sciendum tertio, quod licet ratio mensura primo conueniat vni numerali: tamen ex eo deriuatur etiam ad numeros: vnde vnus numerus potest mensurari, per alium, & etiam per vnitatem: licet alio & alio modo: binarius enim bis acceptus reddit quaternarium: quem reddit vnitas quater accepta: & ideo ratio mensura conueniens vni, est alterius speciei ab ea que conuenit binario: & ea que conuenit binario ab ea que conuenit ternario: propterea dicit ibi S. Tho. quantum ad hoc vnus & numerus opponuntur contrariè. Et dicit quod ista oppositiua conuenit vni accepto secundum id quod est: quia vnus ex sua natura habet quod ad ipsum consequatur alia ratio ab ea que conuenit numero. Vnde Auic. vbi supra loquens de vnitate & multitudine sic dicit. Consequitur

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Cōclusio 2. & 3.

Vnus & multa qui opponantur.

Not. primū.

Not. secundum.

S. Tho.

Not. tertium.

ea oppositio, scilicet quia vnitas in quantum mensura opponitur multitudini in quantum est mensurata. Et si queratur, cum vnus numerale dicat positiuum & priuationem vtrum ratio mensura consequatur ipsum ratione positiuo aut potius ratione priuationis. Responderetur quod ratione vniuersusque. Nam oportet mensuram esse infallibiliorē & notiorē mensurato: alterum istorum scilicet infallibilitas conuenit vni ratione priuationis, siue negatione diuisiōis: quia diuisio est causa varietatis: & varietas est causa fallibilitatis: alterum autem scilicet esse notius mensurato conuenit vni ratione positiuo quod dicit.

Quantum ad secundum dicitur quod vnus est illud quod dicit priuationem: & multitudo se habet vt habitus. Vnde dicit Commentator 10. meta. com. 9. indiuisibilitas est priuatio diuisibilitatis: & diuisibilitas est quasi habitus. Cū igitur vnus dicat indiuisiōem: vt ipse dicit eodem commentum ait, vnus enim est indiuisibile, & multum est diuisibile: sequitur quod vnus respectu multitudinis se habeat vt priuatio. Auicenna tamen vbi supra dicit quod multitudo aliquando est priuatio vnitatis in rebus, in quarum natura est vnio: vt puta: quia materia non potest esse sine forma, nec forma naturaliter potest esse sine materia, si per impossibile ista essent seorsum separata, earum multitudo esset priuatio: & idem dicendum est de partibus celi si separarentur. Sed quicquid sit de hoc: constat quod indiuisio est negatio diuisiōis in subiecto: & ideo indiuisio est formaliter priuatio. Ad cognoscendum autem quam priuationem dicat ipsum vnus. Sciendum est quod de ratione multitudinis sunt duo. Primum est quod habeat in se plura: quorum vnus non est aliud. Secundum est: quod quolibet illorum sit in se indiuisum. Nam in numero ternario lapidum sunt tres lapides: quorum vnus non est alius: sed quilibet eorum est in se indiuisus: quia non est distinctus in multis lapides. Et similiter dico de multitudine rerum immaterialium. Ex quo patet quod in multitudine qualibet est negatio realis, id est, negatio vnus de alia re, que signatur dicendo, hoc non est illud: vnus autem negat in se esse huius negationem & diuisiōem. Nam dicitur lapis esse vnus: non solū quia non est diuisus in multos lapides (quia etiam hoc modo binarius esset vnus: cū non sit diuisus in multos binarios) sed ideo dicitur lapis esse vnus: quia in eo non sunt multa in actu quorum vnus non sit aliud. Licet enim in lapide sint multe partes quantitatiue, tamen nulla earum est in actu, sed omnes sunt tantum in potentia ad sensum aliis declaratum: & quia negatio negationis est negatio rationis, sicut etiam relatio entis ad non ens & non ens ad non ens est relatio tantum: ideo dicit sanctus Thom. j. dist. 24. quod vnus dicit negationem rationis. Et quia vt dictum est, oportet quamlibet partem multitudinis esse vnus in se: ideo consequenter multitudo ratione vnitatis includit in qualibet sua parte dicit etiam negationem rationis. Patet itaque quod multitudo dicit negationem rei: & negationem negationis: primam quidem principali ter & secundam quasi præsuppositiuè. Vnus autem dicit negationem rationis, & ideo priuat a se illam negationem realem quam dicit multitudo: & ex hoc dicitur esse priuatiuum quo ad nos notius. Et quia habitus est prior priuatione: ideo diuisio quæ dicit multitudinem siue sit multitudo transcendens siue numeralis, est prior natura in diuisiōe quam dicit vnus. Intellectus enim primo apprehendit ens. Secundo apprehendit quod hoc ens non est non ens: siue quod non est aliud ens: & sic iam habetur diuisio que est prior affirmationem & negationem. Tertio apprehendit quod hoc ens est indiuisum in se: & sic habetur ratio vnus. Quarto apprehendit quod hoc ens & illud aliud quod non est hoc ens, sunt multa: & sic habetur multitudo. Vnde multitudo absolute est posterior vno, quia per ipsum constituitur quantum ad positiuum quod dicit: & prior vno quantum ad diuisiōem inclusum in ratione multitudinis & indiuisiōem inclusam ratione vnus. Et similiter multitudo que est numerus est etiam posterior vno in quantum est mensurata per vnus. Patet ex dictis quod conuenienter multitudo diffinitur per vnus, vt dicatur quod multitudo est aggregatio vnitatum: & hoc ideo est, quia vnus est prius multitudinem. Vnus autem diffinitur per negationem diuisiōis, que diuisio est prior vno. Vnde dicitur quod vnus est quod non diuiditur. Ratio autem quare diuisio sit prius nota nobis quam indiuisio est: quia intellectus noster non apprehendit simplicia nisi per negationes compositorum. vnde dicimus quod punctus est cuius pars non est. Indiuisio autem est simplicior diuisiōe: quia non est diuisio nisi in plura.

Duo exiguntur in multitudine.

Nota hæc.

Ad primum.

Ad primum in oppositum dicitur quod maior est falsa, quando priuatiue opposita opponuntur etiam contrariè.

sicut est in proposito. Dicitur secundo, quod ratione cuius vnus opponitur multitudini, est simpliciter priuatio, scilicet, indiuisio: & hoc sufficit ad hoc quod aliqua dicantur opposita priuatiue. Ad secundum dicitur, quod omnem priuationem præcedit aliquid positiuum, sed tamen non oportet quod omnem priuationem præcedat natura habitus ei respondens: & hoc maxime est verum loquendo de priuatione que consequitur omne ens: cuiusmodi est indiuisio: immo aliquando in aliquo est priuatio in qua non potest esse habitus oppositus: vt patet in celo in quo est priuatio vnionis: & tamen est impossibile ipsum diuidi. Ad tertium dicitur, quod non opponitur: sicut mensura & mensuratum secundum se: & præcisè accepta: quantum ad eorum rationem formalem, sed solum ratione proprietatis que consequitur ad ea. Ad quartum dicitur quod diuisio entis in vnus & multa: non est aliquid quod sit pura priuatio: vt concludit argumentum, sed est in aliquo, quorum alterum in sua ratione formali dicit aliquam priuationem, sed cū hoc dicit etiam aliquid positiuum. Ad quintum negatur consequentia: quia vt declaratum est: quod oppositio ista aliquo modo est priuatiua & aliquo modo contraria.

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad quartum.

Ad quintum.

Te. co. 10.

Est autem vnus.

Hoc loco agit Philo. de identitate & diuersitate que ad vnus consequitur. Eadem enim dicuntur que sunt vnus in substantia. Circa quod queritur.

QUESTIO V.

Vtrum identitas conuenienter diuidatur in absolutam & relatiuam.

Queritur quinto. Vtrum identitas conuenienter diuidatur in absolutam & relatiuam. Et videtur quod sic. Primo. Quilibet pars alicuius est idem cū suo per se subiecto. Sed hæc non est identitas absoluta: ergo est relatiua. Minor patet: quia identitas absoluta est qua dicitur hoc est hoc. Sed non verè dicitur quod passio est subiectum nec econtra: ergo &c. Maior probatur. Illa sunt idem essentialiter, quorum essentia sunt indiuisa, sed essentia passionis est indiuisa ab essentia subiecti: quod patet: quia non potest esse nec intelligi nec diffiniri sine essentia subiecti: ergo &c. Secundo. Quilibet pars alicuius per se compositi est idem sibi ipsi: quia se est indistincta & est etiam idem cum aliis partibus: quia ab eis est indistincta & indiuisa: quando enim partes sunt diuisa & separata, nunquam constituunt totum. Sed alio modo est idem sibi ipsi quam aliis partibus: quia aliis est idem relatiue, cum dicatur idem ad aliud: ergo &c. Dicitur forte quod est eadem identitas qua dicitur eadem sibi & aliis partibus. Sed contra. Identitas que opponitur diuisiōi impossibili distinguitur ab identitate que opponitur diuisiōi possibili. Sed identitas, qua aliquid est sibi ipsi idem, opponitur diuisiōi impossibili: quia impossibile est quod aliquid a seipso sit diuisum: identitas verò qua est idem aliis partibus opponitur diuisiōi possibili: quia possibile est vnus partem ab alia separari: ergo &c. Tertio. Commentator 3. celi. comment. 29. probat quod materia differt a nihilo per hoc quod est ente in actu, a quo est indistincta. Ex quo arguitur sic, Materia est indistincta ab ente in actu: ergo est ei idem. Sed non est idem identitate absoluta: alioquin materia esset ipsum compositum quod est ens actu: ergo est idem identitate relatiua.

Primario.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Not. primum.

Identitas diuisiua.

Respondeo. Et primo declaratur titulus questionis. Secundo dicitur ad quest. Quantum ad primum, sciendum est quod cum idem ex modo significandi dicatur ad aliud, necesse est omnem identitatem proprie loquendo esse relationem aut rei aut rationis: de qua quidem relatione, quando, scilicet, sit realis, & quando rationis tantum, declaratum fuit quinto huius. Et ideo ad hunc sensum non querimus an detur aliqua identitas que sit absoluta, id est, nullo modo relatiua: quia ipsa identitas est formaliter relatiua. Sciendum secundo quod identitas dupliciter accipitur. Vno modo fundamentaliter, & hæc nihil est aliud nisi ipsa vnitas rei que est ipsa entitas indiuisa: talis autem identitas nullum respectum dicit: nam nec ens nec indiuisio significat formaliter respectum. Alio modo accipitur identitas formaliter & hæc semper est relatio, vt dictum est. Sed quia de ratione identitatis fundamentalis scilicet vnitatis sunt duo, scilicet esse indiuisum in se, & esse distinctum a quolibet alio. Primum istorum scilicet esse indiuisum in se, quidam appellant identitatem absolutam: oppositum autem secundi scilicet esse indistinctum a quolibet alio, appellant identitatem relatiuam. Et de hoc queritur in proposito ac si aperte diceretur. An per hoc quod

dico Sorrem esse diuisum à quolibet alio, importet alia i- denritas:quam per hoc quod dico Sorrem esse idem sibiip- si. Potest etiam ista quæstio aliter petraçari. Constat enim quod homo est idem sibiip- si: quia est à se indistinctus homo etiam esse idem cù animaliqua homo & animal nō sunt res distinctæ cum homo sit animal. Prima identitas potest dici absoluta. Secunda vero potest dici relatiua. E- rit igitur quæstio vtrum identitas qua homo vel quod- que aliquid est idem sibiip- si sit distincta realiter ab ea qua dicitur esse idem suo superiori.

Prima conclusio. Nec secundum.

Diffinitio.

Quantum ad primum sensum huius questionis ponitur ista conclusio. Cum dicitur quod esse vnum est esse indistinctum in se & distinctum ab aliis: non importatur alia & alia identitas. Ad cuius euidenciam sciendum est quod dicere hoc non est indistinctum ab alio, est negare distinctionem eius ab alio. Hoc autem potest esse dupliciter. Vno modo quod negetur simul distinctio & alicitas, puta si dicatur, a, non est distinctum à b, id est, inter a & b nec est distinctio, nec alicitas. Alio modo potest negari distinctio & affirmari alicitas: vt sit sensus qd a est quidem aliud à b, sed tamen a non est distinctum à b. Istud secundum esse non potest: quia est implicare contradictoria: dicere qd inter aliqua sit alicitas: & non distinctio: quia alicitas fertur secundum distinctionem formaliter: quia esse aliud est nō esse idem: & per consequens esse distinctum. Primus autem sensus verus & possibilis. Ex his arguitur sic, Si identitas relatiua est negatio distinctionis vnus quod conuertitur cum ente: non quidem à se, sed ab alio: aut hæc negatio tollit distinctionem & ponit alicitatem: aut tollit vtrunq. Primum dici non potest: quia vt probatum est implicat contradictionem. Si secundum, haberetur propositum scilicet, qd identitas absoluta & relatiua sunt eadem. Cum enim identitas relatiua neget: tam alicitatem quam distinctionem: oportet quod ipsa ponat indistinctionem & identitatem, & ideo id à quo dicitur aliquid sic indistinctum est ipsummet, & non aliud, identitas autem qua aliquid est idem ei quod est ipsummet, est identitas absoluta. Secundò arguitur & suppono quod ipsemet siue idem & aliud sint opposita immediata, omne enim ens Sorti comparatum: vel est ipsemet Sortes vel est aliud à Sorte. Tunc arguitur sic: Quando aliqua sunt opposita immediata, si vnum negatur, alterum ponitur: nam ad non aliquid sequitur nihil: & ad nō nihil sequitur aliquid: quia aliquid & nihil sunt immediate opposita, sicut ens & non ens. Sed cum dicitur quod vnum est indistinctum à se & distinctum ab omni alio: ly alio, quod est relatiuum diuersitatis, opponitur immediate ad ly se, & est sensus: quod est distinctum ab omni alio à se: siue quod non est ipsummet: ergo si negetur huius distinctio ab alio ponitur necessario identitas ad se: constat autem quod ista est identitas absoluta: ergo & cetera. Tertio. Indiuisioni absolutæ qua aliquid est indiuisum à se, opponitur diuisio absoluta qua aliquid dicitur diuisum à se. Indiuisioni autem relatiuæ qua aliquid dicitur indiuisum à non se: opponitur diuisio relatiua qua aliquid dicitur diuisum à nō se, sed in prima oppositione alterū membrū est impossibile, scilicet diuisio absoluta. Alterū verò est possibile: ergo etiam in secunda: si vnum membrum est possibile alterum est impossibile. Sed diuisio relatiua qua dicitur aliquid diuisum à non se est possibilis: ergo indiuisioni relatiuæ, & per consequens identitas relatiua est im- possibilis. Patet igitur quod non est danda identitas relatiua: & hoc intelligi de identitate simpliciter dicta, vt dicitur aliquid esse idem alicui: quod non est ipsum. Si vero accipiatur identitas non simpliciter, sed cum aliquo adiuncto, puta identitas subiectiua: identitas specifica vel generica: sic concederetur identitas relatiua. Nam album & musicum possunt esse idem subiecto: & homo & asinus sunt idem genere.

Ad quæstionem problematis. Secundum.

Quantum ad secundum ponunt aliqui identitatem relatiuam distinctam ad absolutam: & dicunt quod identitas absoluta est qua aliquid est idem sibiip- si: identitas autem relatiua est qua aliquid est idem alteri quod non est ipsum: puta passionem suo subiecto. Istæ autem identitates distinguuntur tripliciter. Primo, quia identitas absoluta negat distinctionem rei ab alia re. Secundo, quia absoluta negat distinctionem intrinsecam. Sortes enim est idem sibi: quia non est distinctus in plures: relatiua vero negat extrinsecam. Tertio, quia identitas relatiua præsupponit absolutam: nō enim passio esset idem suo subiecto, nisi prius vtrumque eorum esset idem sibiip- si. Sciendum autem est quod cum indiuisioni sit quædam priuatio, potest comparari ad duo sicut & quælibet alia priuatio, scilicet, ad illud quod priuatur: & ad illud supra quod fundatur. Si comparatur ad id quod priuatur, sic est relatio: priuatur enim diuisionem: diuisio autem est rela-

tiō. Si comparatur ad id in quo fundatur, sic dicitur absoluta: eo quod fundatur in re, non in ordine ad extremum & sic patet quid intelligat isti per identitatem absolutam & relatiuam. Quod autem identitas qua homo est idem sibi: & identitas qua est idem animalis sint identitates realiter distinctæ: probant. Primo. Identitas conuertibilis & identitas inconuertibilis non sunt eadem: cum sint oppositæ. Sed identitas hominis ad se est conuertibilis: & identitas hominis ad animal est inconuertibilis: vt patet: quia animal se habet in plus: ergo & cetera. Secundò. Istæ identitates sunt distinctæ, cū quarum vna stat pluralitas alterius: quia nulla identitas stat cum pluralitate sibi opposita. Sed cum identitate hominis cum animali, stat pluralitas eorum quæ sub animali continentur: ergo & cetera. Sed ista opinio stare nō potest: licet enim tunc identitates ratione distinguantur, non tamen possunt distingu realiter: quod probatur. Primo. Identitates realiter distinctæ habent extrema realiter distincta, cum sit impossibile eorumdem extremorum esse plures identitates, sed hoc & animal sunt eadem res: ergo sunt eadem extrema vtriusque identitatis. Secundò. Si alia esset identitas Sortis cum seipso, & alia cum homine, eadem ratione esset alia cum animali, & alia cum vinente: & ita multiplicarentur identitates secundum multitudinem prædicamentorum essentialium: & per consequens in quolibet indiuiduo esset maxima multitudo identitatum realiter differentium: quæ omnia videntur absurda: ergo & cetera. Cōfirmatur. Identitas hominis cum animali est identitas eiusdem cum seipso: cum homo & animal dicat eandem realitatem: realitas enim hominis qui est Sortes, est realitas in animali quod est Sortes: ergo est identitas absoluta: & per te est etiam relatiua: ergo identitas absoluta & relatiua non sunt realiter distinctæ. Tertio. Identitas est relatio: relatio autem non est aliud à fundamento: cū igitur idem sit fundamentum & eadem realitas, sequitur quod istæ identitates non distinguantur secundum rem. Nec cogunt duæ rationes pro ista opinione. Ad primam negatur maior: eadem enim identitas potest dici conuertibilis & inconuertibilis secundum qd consideratur inter extrema: quorum aliqua sunt idem conuertibiliter & adæquata: & alia inadæquata. Dico tamen qd magis proprie dicitur ista identitas esse terminorum conuertibilium aut inconuertibilium: quam ipsa dicatur esse conuertibilis & inconuertibilis. Identitas enim extremorum conuertibilium potest esse eadem cum identitate extremorum inconuertibilium. Ad secundum negatur minor: licet enim cū identitate hominis & bouis in animali stet distinctio eorum inter se: tamen cum identitate hominis cum animali nō stat distinctio hominis à seipso: & hoc erat probandum.

Impugnatio opin. Scot.

Ad primum.

Ad argumenta in principio quæstionis. Ad primum negatur maior. Ad probationem dico quod licet passio non possit esse distincta à subiecto quantum ad existentiam: tamen sunt semper distinctæ entitates: vnde licet sint indistinctæ in genere existentiarum: tamen sunt distinctæ in genere essentialium, sicut etiam materia & forma sunt distinctæ quo ad suas entitates: licet vna sine altera esse non possit. Ad secundum dicitur, quod partes alicuius per se compositi semper sunt res distinctæ: quia nunquam vna est altera: licet sint indistinctæ quo ad vnionem quæ est compositio: sed de compositione non est quæstio in præfati sermone. Et per hoc patet ad tertium. Materia enim est indistincta ab ente in actu: non quia sit entitas ab eo distincta, sed quia semper & necessario alicui actui coniuncta & composita est cum quo simul vnica constituunt ipsum compositum quod dicitur esse ens in actu.

Ad secundum.

Ad tertium.

Similia vero si non eadem.

Agit in hoc loco de simili & æquali quæ etiam consequuntur ad vnum. Et quia de his actum fuit libro quinto, nulla alia quæstio hic habenda est. Agit etiam de diuerso & differenti quæ consequuntur ad multitudinem. Et ideo quæritur,

Tex. cō. 11.

QVÆSTIO VI.

Vtrum inter idem & diuersum cadat medium.

Quæritur sextò. Vtrum inter idem quod conuertitur cum ente, & diuersum, cadat aliquod medium: ita quod non sit dare aliqua duo quæ non sint aut idem aut diuersa. Et arguitur quod sic. Primo. Chimera non est idem cum homine, vt patet: non est enim diuersa ab homine: quia diuersitas est relatio realis. Sed chimera cum sit non ens, non potest fundare relationem realem: ergo & cetera. Secundo. Ea quæ differunt non sunt diuersa: quia differentia & diuersitas sunt distincti modi pluralitatis: nec etiam sunt idem, alioquin non differrent: ergo dantur aliqua, quæ nec sunt idem, nec diuersa.

Prima ratio.

Secunda ratio.

Respon

Respondeo, quod solutio huius quæstionis dependet ex solutione quæstionis præcedentis. Illi enim qui ponunt identitatem relatiuam distinguunt ab identitate absoluta, habent consequenter ponere medium inter diuersum & idem, quod conuertitur cum ente. Nec oportet amplius improbare illam opinionem: quia etiam Philo. 4. metaph. dicit quod idem quod conuertitur cum ente & diuersum, sufficienter diuidunt ens commune: quod est subiectum meta. Constat autem qd non sufficienter diuidentur si inter ea caderet aliquod medium. Præterea. Idem & diuersum opponuntur sicut vnum & multa. Sed vnum & multa sunt opposita immediata vt supra dictum fuit: ergo & cetera. Restat igitur solum declarare propositam quæstionem. Ad cuius euidenciam. Sciendam est quod aliqua esse diuersa, & esse differentia non est proprie loquendo idem. Nam licet vtrunq. dicatur relatiue: quia omne differens à differente est differens: & omne diuersum à diuerso est diuersum: tamen distinguuntur in hoc quod ea proprie dicuntur differre quo habeant aliquid in quo conueniunt, & aliquid in quo distinguuntur: siue conueniant in genere: siue in specie, siue in numero: vt Sortes senex differat à se puero. Vnde ea quæ differunt aliquid differunt. Et quia vbi est id in quo res conueniunt, & id in quo distinguuntur, ibi est aliqua cōpositio: ideo differentia reperitur tantum in his quæ non sunt omnino simplicia. Dicitur autem proprie illa esse diuersa quæ in nulla natura conueniunt, & propter hoc prima genera quæ sunt decem prædicamenta appellat Comm. 8. metaph. comm. 16. esse primo diuersa: quia licet conueniant in ente, tamen ens non dicit vnam naturam. Similiter differentia diuisiue generis, sunt quidem diuersa, sed non proprie differunt: alioquin differrent aliis differentiis: & sic ireretur in infinitum. Quando igitur dicit Philo. quod omne ens alteri comparatum: vel est idem vel diuersum: accipit diuersum largo vocabulo: vt se extendit etiam ad ea quæ differunt. Sic autem intellecta propositio vera est & plana. Quod patet. Nam omne ens alteri comparatum vel est ab eo distinctum secundum entitatem vel non. Si non: ergo est indistinctum. Sed posita entitate & indistinctio, statim ponitur vnitas quæ conuertitur cum ente: quia tale vnum non est aliud quam ens indiuisum: ergo si non est distinctum ab eo, est vnum cum eo. Sed omne vnum est idem ei cui est vnum, ergo est idem. Si autem est distinctum, cum distinctio remoueat indistinctionem: & distinctio remoueat vnitatem: ergo non est vnum cum eo, sed quæ nō sunt vnum: & sunt entia: necessario sunt plura: ergo inter ista est pluralitas. Tunc sic. Quæcunque sunt plura, aut distinguuntur seipsis: aut distinguuntur aliquo addito. Si seipsis: ergo sunt diuersa. Si alio: ergo sunt differentia: & per consequens sunt etiam diuersa largo modo: ergo bene dictum est, quod inter idem & diuersum non datur medium.

Quæ differre à diuerso esse.

Diuersa.

Fidem text.

Tex. cō. 15.

Ad primum dicitur quod chimera est non idem cum homine, sed non est proprie diuersa: quia diuersitas requirit extrema realia: vnde notanter dixit Philo. qd omne ens omni enti comparatum est idem vel diuersum. Similiter chimera & tragelaphus non sunt diuersa, sed sunt non idem. Ad secundum patet ex dictis in quæstione. Agit etiam de contrarietate quæ consequitur ad differentiam, & dicit quod contrarietas est maxima differentia & hoc prosequitur vsque ad commentum.

Prima vero contrarietas.

Hoc loco dicit quod principium contrarietatis est habitus & priuatio: & eodem textu declaratur: quomodo oppositio priuatiua distinguitur à contradictoria. Et ita de huius oppositionibus prosequitur vsque ad text. com. 22. interponendo tamen duas dubitationes: quarum prima est, quomodo opponuntur magnum & paruum. Secunda vero est de oppositione vnus ad multa. Circa quam parit quærendum est de multitudine, & de oppositionibus. Quantum ad multitudinem quæritur primo & cetera.

QVÆSTIO VII.

Vtrum numerus sit vnum per se.

Prima ratio.

Quæritur septimo. Vtrum numerus sit aliquid per se vnum. Et arguitur qd non. Primo. Quod est vnum per aggregationem non est vnum per se, sicut cumulus lapidum, sed numerus est huiusmodi, ergo & cetera. Maior patet. Minor probatur: quia Philosophus 10. Metaph. textu, commentu 4 postquam dixit quod mensura est homogenea mensurato: arguit contra se dicens, quod numerus mensuratur vnitate: & tamen numerus non est vnitas:

& postea respondet quod dum numerus mensuratur vnitate, mensura est homogenea mensurato: quia numerus non est aliud, nisi vnitatum multitudo. Secundo. Impossibile est ex multis fieri vnum per se, nisi alterum eorum sit potentia: & alterum sit actu: probatur 8. metaph. tex. com. 16. Sed vna vnitates non est magis potentialis actu quam alia: ergo ex eis non fit aliquid per se vnum. Tertio. Quod est per se vnum compositum ex pluribus dicitur tertiam entitatem distinctam à partibus, vt supra probatum fuit. Sed vnus non dicitur tertiam entitatem præter vnitates: ergo & cetera. Minor probatur: quia nulla realitas acquiritur in aliquo ex hoc quod sit cum alio, quæ non acquireretur etiam si fieret sine illo. Sed si fiat tantum vnus lapis, non acquiritur in eo alia realitas pertinens ad naturam nisi eius vnitas: ergo si fiat simul cum alio lapide non acquireretur similiter alia realitas: & sic numerus duorum lapidum est tantum eorum vnitates. Quarto. Nullum accidens vnum per se est simul in pluribus subiectis: cum omne accidens habeat aliquod adæquatum subiectum. Sed numerus est simul in multis: vt patet. Quaternarius enim quatuor lapidum est in quatuor lapidibus: ergo non est vnum per se. Quintò. Partes eius quod est per se vnum non possunt fieri partes alterius sine sui mutatione: sicut patet quod materia quæ est pars ignis, non efficitur pars aquæ nisi per mutationem. Sed partes quaternarij possunt fieri partes senarij sine sui mutatione, ex sola additione alterius vnitatis: ergo quaternarius non est vnum per se. Sexto. Dicit Com. 3. phys. commen. 68. quia numerus est aceruus vnitatum: ideo numerus componitur ex indiuisibilibus.

Secunda ratio.

Tertiatio.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Sexta ratio.

Triplex vnitas.

Cōposita vnum.

Nec tertium.

Conclusio.

Prima ratio.

Prima ratio.

potentia:

rentia: & non in actu, ut dicit Philosophus 7. Metaph. textu comm. 49. ergo numerus est per se vnum. Tertio. Philosophus 7. Metaph. ubi supra, & sunt vltima verba textus, facit hanc distinctionem, Aut dualitas non est aliquid vnum: aut in dualitate non sunt vnitates in actu: Sed in dualitate non sunt vnitates in actu: ergo dualitas est aliquid vnum. Et patet quod loquitur de vno per se, alioquin distinctio non esset vera: quia in eo quod non est vnum per se, possunt esse partes in actu. Patet consequentia: quia destructio vnius partis distinctio veræ, ad alteram partem est bona consequentia. Probatur Minor: quia Philosophus in illo textu arguit contra Platoneum, & probat quod vna substantia non potest componi ex pluribus substantiis quæ sunt in actu: quia actus separatur & diuiditur & consequenter non componitur, & postea inducit quod similiter vnitates non sunt in actu in dualitate. Quarto. Nulla passio est demonstrabilis de eo quod non est vnum per se. Sed de numero demonstrabilis est aliqua passio: ergo est vnum per se. Maior patet: quia quod est vnum per aggregationem, est vnum per accidens, & multo magis quam id quod est vnum per artificium: de ente autem per accidens non fit demonstratio. Minor probatur. Nam senarius demonstratur ab arithmetico quod est numerus perfectus, ergo &c. Quinto. Simultas & aggregatio sunt idem, præter in rebus materialibus, idem enim est dictum quod aliqui lapides sunt aggregati in domo, & quod sunt simul in domo. Sed numerus 10. lapidum non est eorum similtas: ergo non est eadem aggregatio. Minor probatur, quia similtas est relatio, numerus autem denarius non est relatio: ut infra probabitur: ergo &c. Sexto. Ad idem est Auic. lib. 3. Metaphysic. ca. 5. circa principium: ubi sic dicit, Vnusquisque autem numerorum est species per se: & est vnus in se inquantum ipse est ipsa species & inquantum ipsa species habet proprietates. Et enumeratis proprietatibus de numero demonstrabilibus statim sic dicit: Numerus autem non est multitudo quæ non conueniat in vnitatem: ita quod non est necesse dicere est aggregatum ex vnitatibus. Qualiter autem ipsæ vnitates faciunt vnum per se: & quæ sit illa forma qua numerus habet vnitatem, qualis etiam sit vnitatis numeri dicitur infra.

Ad primum. Ad rationes in oppositum respondetur. Ad primum dicitur quod Philosophus non dicit quod numerus non sit aliud quam aggregatio vnitatum, sed dicit sic: Numerus est multitudo vnitarum. Nam cum sit duplex multitudo, scilicet, transcendens, & de genere quantitatis, voluit Philosophus declarare qualis multitudo sit numerus: & dixit quod est multitudo causata ex vnitatibus, scilicet de genere quantitatis. Non valet autem ista consequentia. Numerus est multitudo: ergo non est vnum per se. Nam Commentator concedit quod est homo multa, scilicet, anima & corpus: & tamen dicit quod homo est vnum per se: & exponens 10. metaphysic. quomodo numerus est mensuratus per vnum dicit quod vnum est mensura vnorum, quasi quod numerus sit quædam vna in plurali: quia totum secundum eum est suæ partes. Et ex eodem fundamento dicit 4. Physicorum comm. 133. quod plures vnitates est numerus: sed, ut dixi, non sequitur quod non sit vnum per se. **Ad secundum.** Ad secundum negatur maior, sed illa propositio est vera tantum in toto composito ex materia & forma: ut dicitur in sequentibus. **Ad tertium.** Commentator negare maiorem, sed negatur minor a nobis. Ad probationem negatur maior: & eam habet negare illi qui formant illam rationem: quia si fiat tantum vnum album in natura, non habet similitudinem quam tamen habet necessario si fiat aliud album & similitudo: & omnis relatio secundum eum distinguitur a fundamento realiter. **Ad quartum.** Dicitur quod non oportet accidens compositum ex multis esse in aliquo adæquato subiecto, non tamen potest esse simul in multis secundum se totum: potest autem in multis subiectis esse secundum partes suas: & hoc modo est numerus. **Ad quintum.** Ad quintum negatur maior in illis speciebus quæ constituantur ex habitudine vnus ad alterum sicut sunt figure & numeri. Nam linea quæ prius erat pars trianguli potest ex sola protractione aliam lineam fieri pars aliusque alterius. **Ad sextum.** Ad sextum dicitur quod locutio Commentatoris est in propria. Ipse enim tenuit quod numerus est vnum per se: ut patet ex dictis supra: sed quia putauit quod non sit aliud nisi eius vnitates simul acceptæ, dixit quod est aggregatio vnitatum: ac sic dicitur, numerus est vnitas simul iuncta.

QUESTIO VIII.

Utrum numerus habeat esse tantum per apprehensionem animæ.

Quæritur octavo. Utrum numerus habeat esse tantum per apprehensionem animæ. Et arguitur quod sic. Primo. Si numerus haberet esse præter operationem animæ: sequitur infinitas eorum in actu: consequens est falsum: ergo. Consequentia probatur: dato enim binario lapidum & binario hominum, sequitur binarius horum binariorum: qui eadem ratione est extra animam: & sic habentur tres binarij: vnus lapidum, alter hominum, & tertius binariorum: & consequenter tertius istorum binariorum etiam est actu: & sic in infinitum. Secundo. Sequitur quod realis maior sit æqualis maiori: consequens est impossibile, ergo & antecedens. Consequentia probatur. Nam dualitas duorum quinariorum est maior dualitate duorum lapidum: cum illa dualitas possit diuidi in duos quinarios: & hæc tamen in duas vnitates. Et ex alia parte omnis dualitas omni dualitati est æqualis: ergo sequitur quod equalitas maior sit æqualis minori. Tertio. Nullum reale reflectitur super seipsum: non enim albedo suscipit albedinem nec calor calorem. Sed numerus replicatur super seipsum: dicimus enim duos binarios, & tres ternarios: ergo &c. Quarto. Cuiuslibet numeri vnitates habent aliquam connexionem, sed ista non potest esse sine actu animæ: ergo &c. Maior patet. Minor probatur. Si illa connectio esset in re extra: aut esset connectio formalis: & hoc non: quia lapis qui est Romæ, & lapis qui est Carthagini sunt duo. Aut est connectio infra idem hemisphærium, & hoc non: quia stella quæ est in nostro hemisphærio facit binarium cum illa quæ est in alio. Quinto. Sequitur quod in rerum natura esset tantum vnus numerus, scilicet ille qui comprehenderet vniuersitatem omnium rerum distinctarum: consequens est falsum. Consequentia probatur: quia si denter alij numeri minores qui mensurant partes illius vniuersitatis: cum numeri sint oppositæ summæ: sequeretur quod oppositæ summæ essent simul in eodem: nam duo lapides mensurantur dualitate, & iterum ternitate: quia ipsi cum vno alio faciunt ternitatem.

Respondeo. Et pro noticia tituli quæst. sciendum est quod ad numerandum aliquam multitudinem tria necessario requiruntur. Primum est ipsa res numerata: vt lapides, ligna, homines. Secundum est numerus qui est accidens in rebus ipsis. Tertium est actio animæ numerantis & summantis illam multitudinem. Sciendum secundo quod duplex est numerus. Primus est numerus: qui vt dixi est accidens in ipsis rebus: & iste ab Alberto 8. Metaphysicæ, appellatur numerus formalis: & a Commentatore 6. metaphysicæ, Comment. 4. appellatur numerus qui est accidens. Et a sancto Tho. appellatur numerus, qui est in rebus dualitas lapidum vel hominum. Alius est numerus abstractus siue non applicatus rebus: siue (vt inquit Auic.) expoliatus a rebus: vt cum dicimus duo, tria, quatuor &c. Est autem differentia inter numerum dictum primo modo, & dictum secundo modo: quia numerus, qui est accidens, semper est pars alicuius numeri maioris præter illud numerum qui est maximus omnium in re & natura. Sed numerus abstractus non est necessario pars alterius, sed potest præscindi ab alijs: ita quod erit tantum & non pars. Binarius enim secundum se acceptus per abstractionem intellectus, non est pars ternarij: binarius tamen qui est in rerum natura est pars ternarij in rerum natura existentis. His declaratis ponuntur duæ conclusiones: quarum prima est quod numerus abstractus non habet esse nisi in anima obiectiue: ita quod nullo intellectu considerante talis numerus nullum habet esse. Probatur ista conclusio. Primo: quia Auic. 3. meta. c. 5. sic dicit. Illud quod dixerunt aliqui quod numerus non habet esse in anima, non est attendendum. Sed quod dixerunt quod numerus expoliatus a numeratis significatis non habet esse nisi anima, hoc verum est. Secundo: quia Philosophus 4. Physic. text. comm. 131. sic dicit. Dicamus igitur quom numerus non fuerit, numerare non erit: ergo manifestum est quod numerus non erit: & cum nihil natum sit numerare præter animam, & de anima intellectus, impossibile est vt sit numerus, cum anima non fuerit. Et Commentator ibi sic ait. Cum res numerans quæ est anima non fuerit, tunc numerare quod est eius actio, non erit. Et cum numerare non fuerit manifestum est quod numerus non erit. Ad noticiam huius conclusionis est sciendum quod intellectum numerare: aliquid, non est aliud nisi ea mensurare: magis autem huc mensurare aliqua non est aliud nisi ea terminare: terminatur autem vnacuique res: quando concluditur & clauditur

Primario.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Not. prima ad numerandum dicitur a se. Not. secundum. Numerus duplex.

Conclusio 1.

Not. tertium.

conclusio.

Responsio.

infra aliquos terminos: & ideo intellectum mensurare aliquam multitudinem, est eam claudere quantitatiue infra aliquos terminos, vnde numerus formalis non est aliud nisi ista formalis mensura & clausio de cuius ratione est ordo prioris ad posterius: quia intellectus ita procedens numerando multitudinem, prius claudit duas vnitates: & postea infra tres: & sic successiue. Abstrahunt autem huiusmodi clausiones & terminations siue numeri ab omni genere determinato, scilicet a lapide, ab homine, a planta & huiusmodi, sed omnibus possunt applicari: nec distinguuntur secundum distinctionem numeratorum: quia vt dicit Philosophus 4. Physic. textu Commenti 10. idem est numerus quo numeramus decem canes: & quo numeramus decem oues. Cum autem huc numerum applicamus ipsis rebus: tunc eas numeramus: & de numero non est arithmetica. Secunda conclusio est: quod numerus applicatus rebus, est verum ens reale non dependens ab anima. Nam huius numerus est accidens constitutum ex vnitatibus quæ sunt ipsæ continuïtates in rebus quantis: vt patet ex dictis supra. Probatur autem ista conclusio. Primo. Omnis multitudo finita rerum quantarum est numerus. Sed ad hoc quod aliqua sit talis multitudo non requiritur actus animæ: ergo ad hoc quod sit numerus non requiritur actus animæ. Maior patet, quia Philosophus 5. Metaph. text. com. 18. sic dicit multitudo ex istis rebus discretis est numerus: & vt communiter dicitur, numerus est multitudo ex vnitatibus aggregata: & habetur ab Auer. 10. metaph. text. Commenti 4. Minor est nota per se, nihil enim facit intellectus ad hoc quod 10. lapides sint decem. Secundo. Aliquæ res, licet non apprehendantur ab anima, adhuc essent tot vel tot finitæ, puta quatuor vel quinque: ergo licet non apprehenderentur ab anima essent numerus. Consequentia patet: quia totalitas: aut est forma numeri: aut est eius proprietas. Antecedens probatur. Quia non plus dependet multitudo rerum ab anima in esse tot vel tot: quam dependeat magnitudo in esse tanta vel tanta, puta pedali bipedali &c. Sed constat quod magnitudo corporalis non dependet in hoc ab anima: ergo nec multitudo. Tertio. Id de quo demonstrantur passionem in arithmetica, est ens reale: quom arithmetica sit scientia realis: & scientiæ reales habeant pro subiectis tantum entia realia. Sed de numero multa demõstrat arithmetica: ergo numerus est ens reale. Dicitur ad hanc rationem quod non oportet subiectum scientiæ realis esse realiter extra: prout subiicitur passionibus quæ requiruntur in scientia: alioquin vniuersalia essent in rerum natura: cum tantum de vniuersalibus fiant demonstrationes. Dicitur secundo quod multa quæ non habent esse nisi per animam, considerantur in scientiis realibus: vt patet de tempore: de quo dicit Comment. 4. physicoorum, comm. 129. quod eius perfectio magis est metaphysica quam naturalis. Dicitur tertio quod ideo potest numerus pertinere ad scientiam realem: quia res extra sunt in potentia ad formam numeri quæ est per animam: sicut sunt in potentia ad intentionem vniuersalitatatis. Contra hanc responsionem arguitur: quia non est ad propositum argumenti: cuius vis in hoc consistit, quod illa ratio quæ est causa quod passionem insit subiecto est realis: alioquin medium in demonstratione potissima esset posterior passioe & subiecto: & consequenter demonstratio illa non esset a priori: quia quæ sunt per actum animæ sunt posteriora his quæ sunt realia. Sed passionem numeri insit numero per rationem & quidditatem numeri: quia hoc est commune omnibus passionibus in esse subiecto per rationem subiecti: ergo formaliter ratio per quam numerus est numerus, est ratio realis. Nec valet quod dicitur de vniuersalibus: quia licet passionem demonstrantur tantum de illis quibus potest attribui intentio vniuersalitatatis: tamen non insit eis per intentionem vniuersalitatatis. non enim ideo homo est risibilis, quia est species: sed quia est homo. Quod etiam dicitur de tempore non valet, quia partes temporis non sunt simul in natura, sed solum vt habent esse apprehensum: partes autem numeri sunt simul, scilicet ipsæ vnitates. Quarto. Nullum sensibile commune inquantum est sensibile dependet ab actu intellectus: quia operationes potentiarum sensitiuarum non præsupponunt operationes intellectus, cum sint priores eis. Sed numerus vt numerus est sensibile commune: vt dicitur 2. de anima, text. com. 64. ergo ratio numeri non dependet ab intellectu. Dicitur ad hanc rationem quod minor est falsa quod ipse numerus non est sensibile commune: sed res numeratae sunt sensibile commune. Contra hoc arguitur. Res numeratae sunt substantiæ quæ numerantur: aut earum quantitates, & continuïtates. Sed substantiæ non sunt sensibile commune, cum sint sensibiles tantum per accidens: quantitas etiam continua est sensibile

commune distinctum contra numerum: ergo illud sensibile commune quod est numerus, non est ipsa continuïtates rerum quæ sentiuntur. Et confirmatur: quia sensus errans circa magnitudinem non errat aliquando circa numerum: ergo sunt distincta sensibilia communia. Patet consequentia: & antecedens probatur: quia visus apprehendens duas stellas non errat quantum ad numerum: quia non iudicat eas esse plures duabus: errat tamen circa quantitatem earum: quia iudicat esse non minores quam sint. Quinto. Id quo aliquid ponitur in prædicamento est ens reale. Sed numerus, puta binarius, ponitur in prædicamento per suam rationem formalem & quidditatem: ergo binarius formaliter acceptus est ens reale. Maior patet: quia si nihil est in prædicamento nisi ens reale: multo magis illud erit reale per quod ponitur in prædicamento. Minor probatur. Binarius est in prædicamento, vt omnes concedunt: ergo vel est in eo per suam rationem formalem aut per id quod est materiale in ipso, scilicet per vnitates. Sed non per vnitates: ergo per seipsum. Maior patet: quia in binario formaliter accepto nihil est aliud nisi suæ vnitates & eius forma: minor probatur. Vnitates sunt in prædicamento tantum reductiue tanquam principia: sicut etiam partes substantiarum: ergo id per quod reductuntur ad prædicamentum, scilicet ipsum totum per prius est in prædicamento.

Ad primum in oppositum negatur consequentia. Ad probationem dicitur, quod vnitas qua binarius est vnus, non est res addita binario, sed est ipsemet binarius induisus in plures binarios: quia binarius non est vnus vnitate numerali, sed tantum vnitate transcendente: & consequenter binarius duorum binariorum non est res addita eis: sed est ipsemet duo binarij: & ideo non proceditur in infinitum. Ad secundum negatur consequentia. Ad probationem dicitur primo quod dualitas duorum quinariorum non est eiusdem rationis cum dualitate duorum lignorum: quia dualitas quinariorum non est accidens additum eis: sed dualitas lignorum est accidens in eis: quia ipsa ligna sunt duo dualitate & numero de genere quantitatis. Dicitur secundo quod dualitas potest accipi dupliciter. Vno modo abstractiue: & sic omnis dualitas omni dualitati comparata est ei æqualis: cuius ratio est: quia omnis dualitas siue binarius potest diuidi tantum in duas vnitates. Alio modo accipitur dualitas vt applicata rebus: & sic potest vna dualitas esse maior altera: quia licet quælibet diuidatur in duos quorū quodlibet est vnus, tamen id quod est vnus vnius dualitatis potest diuidi in plura, quam id quod est vnum alterius: & sic dualitas quinariorum est maior dualitate binariorum: quia dualitas quinariorum diuiditur in duos quinarios: vnus autem quinariorum est diuisibilis in plures partes: quæ vnus binarius. Ad tertium dicitur quod aliquid reflecti super se potest accipi dupliciter. Vno modo secundum rem: vt tunc dicatur aliquid reflecti super se: quia ibi est actualis receptio sicut subiectum recipit formam: & sic conceditur maior: & negatur minor: quia numerus non est numeralis numero de genere quantitatis. Nam vt dictum est: cum dicitur duo binarij: ly duo, non significat numerum, sed multitudinem transcendentem: nihil enim est numerale numero de genere quantitatis, nisi quod est continuum, numerus autem non est continuus. Alio modo dicitur aliquid reflecti super se secundum prædicationem tantum: & sic negatur maior: dicimus enim quod sunt multæ multitudines hominum & lapidum: & tamen multitudo est ens reale: multitudo autem multitudine non est numerus: nec est aliquid additum eis: sed est ipsemet multitudines. Ad quartum negatur minor: omnes enim vnitates cum sint ipsæ continuïtates eorum quæ numerantur, sunt connexæ quantum ad situm: non quod semper vnafit immediate sita post aliam, sed quia omnes habent situm. Potest etiam negari maior: & dici quod ad hoc quod vnitates sint numerus, sufficit quod vna non sit alia, & quod quælibet in se sit vna: nec aliquid plus requiritur ad hoc quod ex eis sit numerus: & de hoc diceretur magis in questione, quæ quæritur quæ sit forma numeri. Ad quintum dicitur quod esse tantum vnum numerum in rerum natura, potest intelligi dupliciter. Vno modo in actu. Alio modo in potentia. Si primo modo, dico quod est tantum vnus numerus qui est numerus omnium continuorum. Si secundo modo, sic dico quod sunt plures: & non potest reduci ista potentia ad actum, ita quod actu aliquod sint plures simul, sed tantum successiue. Si enim tota multitudo continuorum esset, gratia exempli, tantum decem, tunc si vnum eorum corrumpatur efficiatur nouem: & sic non uenarius reducitur ad rectum: & ita dicendum est de alijs. Causa autem quare alij numeri sunt tantum in potentia est: quia numerus omnium continuorum est vnum per partes

Ad primum.

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad quartum.

Ad quintum.

partes autem vnus per se habent esse tantum potentiale. Vnde quælibet vnitas est actu pars tantum vnus numeri, sed in potentia est pars cuiuslibet alterius.

QUESTIO IX.

Vtrum vltima vnitas sit forma numeri.

Prima ratio

Varitur 9. Vtrum vltima vnitas sit forma numeri. Et arguitur quod sic. Primò. In quolibet per se vno composito ex multis partibus & distincto realiter ab eis oportet vnã partem esse formalem, & alias esse materiales. Sed numerus est huiusmodi, ergo oportet in eo vnã partem esse formalem. Sed talis pars formalis non est prima vnitas: nec vnitates media: ergo est vltima vnitas. Minor patet ex suppositis quæ probata sunt supra. Maior est Philosophi 8. Metaphysicæ. Quod autem nulla vnitas ante vltimam sit pars formalis, probatur, habita forma si parte statim habetur species: quia pars formalis præsupponit materiales: & ideo statim ex solo aduentu formæ in materiam habetur species completa: quia habentur omnia necessariò requisita ad speciem, sed in numero nunquam habetur species numeri: dato quod habetur prima vnitas & vnitates intermedie: nam quantumcunque habeatur prima & secunda & tertia vnitas, nunquam habebitur quaternarius: ergo tantum vltima vnitas est forma. Secundo. Id est forma numeri, quo posito ponitur species, & quo solo remoto destruitur species numeri. Sed vltima vnitas est huiusmodi: ergo &c. Maior probatur ex diffinitione causæ quæ est, quod ea posita ponitur effectus: & ea remota remouetur. Minor est philosophi 8. Metaph. text. com. 10. ybi sic dicit, Et quem admodum vt à numero ablato aliquo aut addito, ex quibus est numerus, non adhuc idem numerus est, sed alter quamuis minimum auferatur aut addatur: sic nec diffinitio, nec quod quid erat esse: nec adducit, ablato aliquo aut addito. Et commentator exponens sic dicit, Cum dixerimus in diffinitione animalis quod est corpus nutritibile, sensibile: si diminuerimus vltimam differentiam remanebit diffinitio vegetabilium. Et si additur alia differentia, scilicet, rationale, fiet diffinitio hominis. Et similiter quatuor cum eis additur vnum, sicut quinque: & cum ab eis diminuitur vnum sicut tres. Sanctus etiam Th. ibi sic dicit. Vltima vnitas dat numero speciem & vnitatem: sicut etiam in rebus compositis ex materia & forma per formam est aliquid vnum, & naturam & speciem sortitur. Confirmatur: quia philosophus in hoc textu comparat vltimam vnitatem vltimis differentiis constituentibus proprias species. Dicitur forte, quod in hac ratione est fallacia consequentis. Non enim sequitur, si dempto cerebro aut corde, animal amittit suam speciem quod cerebrum aut cor sit forma animalis: & ita etiam non sequitur quod si remota vnitate remouetur species numeri, quod talis vnitas sit eius forma. Nam species potest variari ex duabus causis scilicet ex variatione formæ: & ex variatione partis materialis ad quam sequitur varietas formæ. Comparatio etiam quam facit Philosophus non attenditur penes hoc quod sicut differentia est constitutiva: ita etiam vltima vnitas sit formaliter constitutiva: sed solum attenditur penes, hoc, quod sicut remota differentia remouetur species: ita etiam remota vltima vnitate. Sed contra arguitur vt supra. In omni composito per se vno oportet præter formam totius esse formam partis: quæritur ergo quæ sit illa forma partis quæ additur adueniente vltima vnitate: & apparet quod nulla potest assignari: statim enim si ternario additur vnitas insurgit quaternitas, quæ non constituitur per aliquid aliud quam per vnitates. Secundo. Id quod vltimò aduenit: & ad cuius præsentiam resultat tota quidditas, perfecta est forma eius, vel est formale in tali quidditate: huius autem est vltima vnitas: & ex ista maiori sic intellecta procedit ista ratio: ergo non est fallacia consequentis. Tertio arguitur, quod vltima vnitas comparatur differentia: quantum ad hoc quod est constitutiva speciem: quia Philosophus in eodem textu contradicente quod substantia cõponitur ex vnitatibus: & quod numeri sunt substantiæ rerum, tangit quæstionem, quomodo diffinitio significans talem substantiam compositam erit vna: & subdit quod ipsi non possent assignare causam, vt exponit Commentator dicens quod eadẽ est ratio quomodo diffinitio sit vna: & quomodo ex vnitatibus fiat vnum. Vnde sic dicit. Quoniam vnumquodq; eorum cum non fuerit vnum sicut cumulus congregatus: necesse est dicere per quid sit vnum, scilicet quomodo illud congregatur ex vnitatibus sic adunatis: hoc enim non possunt facere. Deinde dicit, sicut et Aristoteles: & diffinitio etiam si fuerit vna, oportet dicere in ea simile dicto, id est, vt mihi

Secunda ratio

S. Thom.

Responsio

Tertia ratio

videtur, & diffinitio etiam si fuerit composita & vna: oportet dicere quomodo sit vna, idem enim sequitur in hoc. Deinde dicit Aristoteles. Vnum enim vnus diffinitionis, id est nos autem dicimus quod vnum, quod significat diffinitio vna, est vnum per substantiam quæ est forma, scilicet per vltimam differentiam. Hæc Commentator. Ex quibus clarè habetur quod nõ solueret quæstionem motam quomodo numerus sit vnus & diffinitione vna, nisi ita numerus esset vnus per vltimam vnitatem sicut diffinitio per vltimam differentiam: & quod illa comparatio quæ facit Aristoteles inter diffinitiones & numeros est quantum ad constitutionem, ita quod sicut species constituitur per vltimam differentiam, ita numerus per vltimam vnitatem. Et sunt ita clara prædicta verba Commentatoris, vt expositione non indigeant.

Respondeo. Duæ sunt opiniones circa hæc quæstionem. Aliqui enim dicunt quod quilibet numerus est vnus seipso, & seipso distinguitur à quolibet alio numero secundum speciem: quia istud generale in omnibus, quod quælibet natura specifica seipsa formaliter est talis vel talis speciei, & non per aliquid additum. Humanitas enim distinguitur ab æquanimitate per seipsam, & non per aliquid additum humanitati. Alij dicunt quod vltima vnitas est forma numeri, & quod per eam distinguntur quilibet numerus ab alio numero secundum speciem. Et iudicio meo vtunque verum dicunt. Pro quorum noticia sciendũ est primò, quod numerus est aliquid per se vnum: vt probatum fuit: oportet autem omne per se vnum habere aliquem actum & formam: per quam sit tale, & distingatur ab alijs. Sciendum secundò, quod duplex est forma, scilicet forma partis & forma totius: forma partis est altera pars compositi: forma totius est ipsa quidditas quæ est tota natura perfecta, sed quia significatur abstractiue, appellatur forma totius, id est, forma quæ est totum. Sciendũ tertio, quod licet natura specifica, puta humanitas seipsa sit humanitas: tamen in ea est aliqua eius pars, scilicet anima intellectiua quæ addita materiæ constituit humanitatem. Ita etiam est in numero. Nam ex tribus vnitatibus resultat ternarius, cuius forma totius, id est, quidditas est ternitas: & tamen est in ternario aliqua pars quæ ad alias comparata & eis coniuncta formaliter constituit ternarium. Ad primũ sensum dixerunt illi de prima opinione, quod quilibet numerus seipso formaliter est distinctus, pura quod ternitas seipsa formaliter distinguitur à quaternitate. Ad secundum verò sensum dixerunt illi de secunda opinione quod quilibet numerus distinguitur formaliter ab alijs per vltimam vnitatem: quia ipsa cõparata ad alias est cõplectiua numeri, & iuxta vtunque sensum procedit quæstio præsens. Primò igitur declarabitur quæ sit forma totius, quia prima opinio licet dicat quod numerus est vnus seipso, non tamen declarat quæ sit eius forma. Secundo declarabitur, quomodo sit intelligendum quod vltima vnitas est forma partis in numero.

Op. prima.

Cõclusio.

Not. primũ.

Not. secundum.

Not. tertium.

Resolutio auclorin.

Cõclusio. 2.

Impugnatio conclusio.

ta entitas. Dico quod est quædam forma quæ dicitur numerus. Et si quæritur, Quid est formaliter numerus: dico quod est formaliter multitudo ex vnitatibus discretis de genere quantitatis constituta: ita quod multitudo ponitur loco generis & reliqua loco differentie. Et ex his patet responso ad secundum & tertium.

Secunda conclusio.

Tertia conclusio.

Quantum verò ad secundum, scilicet quomodo verum est quod vltima vnitas sit forma numeri, dico quod hoc est verum tantum in numero abstracto, & non in numero qui est ens reale. Cuius ratio est: quia in numero abstracto est ordo prioris & posterioris: binarius enim est prior ternario: & ternarius quaternario & sic successiue. Vnde vltima vnitas binarij habet aliũ ordinem ad primam vnitatem quam vltima vnitas ternarij: & sic de alijs. Et si quæritur. Qualis ordo est iste. Dico quod est ordo naturæ secundum esse cognitum: quia talis numerus nõ habet aliud esse nisi esse apprehensum: nec est possibile intellectum procedere ad ternarium nisi prius deueniat ad binarium: & semper processus ad posteriorem præsupponit processum ad numerum priorem. In numero autem reali nulla est vnitas quæ possit dici vltima: nec aliqua habet ordinẽ realem ad alias. Quia aut iste ordo est ordo temporis: aut ordo naturæ: aut ordo finalis: aut ordo dignitatis. Non primum, quia possibile est quod in eo instanti in quo completur generatio rosæ, completur generatio Sortis, & tamen Sortes & rosa sunt duo. Non secundum: quia inter indiuidua non est ordo naturæ, præsertim diuersarum specierum: puta inter Sortem & Brunellum: quia vnum non præsupponit alterum, nec e contra. Dicitur forte quod est ordo situs, quia illa vnitas quæ est propinquior cælo aut nobiliori parti cæli, est prima: & ea quæ magis distat est vltima, & quod si illa quæ naturaliter est propinquior orienti ponatur in alio situ in quo magis distat, mutatur est ordo naturalis illius vnitatis. Et forte in hoc se resoluunt qui dicunt quod vltima vnitas est forma numeri. Sed cõtra istud arguitur. Primò: quia potest Deus de nouo creare duos lapides: & eos ponere in eodem situ, & in eadem distantia ad cælum: & tamen essent duo: & nullus eorum ex natura sua haberet maiorem distantiam à cælo quam alter: ergo nullus eorum esset primus aut vltimus. Secundò. Possibile est naturaliter quod generentur duo corpora quæ sint omnino in æquali distantia ad idem punctũ Orientis: sicut etiam in circulo possunt signari duo puncta quæ equaliter distent à centro: ergo vnum non esset vltimum respectu alterius. Tertio. Constat quod stellæ fixæ sunt plures numero, & tamen nulla earum habet ex natura sua quod sit propinquior Orienti, quam alia: alioquin ex motu eius variaretur naturalis ordo partium cæli, & consequenter ille motus esset violentus. Nõ potest etiam dici quartũ, scilicet, quod sit ordo perfectionis: quia vnum lignum nõ est perfectius altero eiusdẽ speciei. Apparet ergo quod nullus potest esse ordo inter vnitates facientes numerum, per quem ordinẽ vna vnitas dicitur forma numeri. Sed omnes vnitates sunt materia numeri: sicut etiam omnes partes continui sunt eius materia, & ex omnibus simul resultat tertia entitas, quæ est totum continuum: & ex vnitatibus totum discretũ quod est numerus, nec aliquid plus requiritur. Tertio. Sequitur quod eadem esset forma plurium specie distinctõrum. Sed hoc est falsum, alioquin distincta specie essent idem specie. Consequentia probatur. Sint Romæ quatuor lapides: quorum vltimus sit a, cõstat quod a, per te est forma quaternarij: & sic Bononiæ tantũ vnus lapis qui fuerit prior quàm illi quatuor qui sunt Romæ constat quod ex eo & illis quatuor qui sunt Romæ constituitur quaternarius: ergo cum a sit etiam vltima vnitas respectu quaternarij: sequitur quod ipsa sit forma quaternarij & quaternarij quæ specie distinguitur. Quarto. Aut vltima vnitas habet quæ sit forma numeri, quãtũ est vnitas, aut inquantum est vltima. Non primum: quia in ratione vnitatis non distinguitur, ab alijs vnitatibus: ergo non plus habet quod sit forma quàm alia. Non secundum: quia vltimitas est relatio: forma verò numeri est absoluta, & de genere quantitatis: ergo &c. Quarto. Sit aliquod continuum, puta aqua, & diuidatur in quatuor partes eiusdem quantitatis, scilicet, a, b, c, d, tunc d, est vltima vnitas illius quaternarij causati per hanc diuisionem. Pono quod copulentur postea istæ quatuor aquæ, & ex eis fiat vna sicut prius erat: & tunc iterum diuidatur in quatuor partes, sed sicut tunc incepta fuit diuisio à parte quæ est a, nunc incipiat à parte quæ est d: & arguitur sic. Idem omnino est numerus istarum quatuor aquarum qui fuit prius. Sed illa vnitas quæ prius erat vltima: nunc non est vltima, ergo numerus non habet formam ab vltima vnitate. Quinto. Omne compositum ex partibus, quarum aliqua est materialis & aliqua formalis, habet partem formalem actuantem & dantem esse partibus

materialibus & existentem in eis. Sed vltima vnitas nõ est in alijs vnitatibus, ergo non est forma numeri. Sextò. Nulla forma entis realis est varia & incerta & omnino voluntaria: quia voluntas nostra non causat species earum. Sed vltima vnitas est voluntaria & incerta: quia possumus incipere numerare à qua vnitate volumus: ergo &c.

Ad rationes in oppositum responderetur. Ad primum negatur maior. Ad probationem dicitur quod procedit ex falso intellectu verborum philosophi: non enim ipse dicit quod omne per se vnũ habeat partes: quarum vna sit forma & altera sit materia, sed dicit quod omne habens partes: quarum vna sit pura potentia, & altera actus est per se vnum, & per hoc probat quod ex materia & forma sit vnum per se: reperitur tamen etiam aliquid per se vnũ, cuius nulla pars est forma alterius, sed omnes partes sunt materia: & ex eis resultat totum. Ad secundum dicitur, quod responso ibi data est bona loquendo de numero reali. Ad primam improbationem patet responso ex dictis ad primũ. Ad secundam negatur maior. Nam posita vltima parte materiali resultat forma totius: sicut apparet in domo in qua posito tecto super parietes resultat statim forma domus, & tamen tectum non est forma, sed materia. Ad tertium dicitur quod omnes illæ auctoritates intelligendæ sunt de numero abstracto: & non de numero qui est accidens rerum. Sed multi decepti sunt, quia putauerunt Com. & S. Tho. intelligere de numero applicato rebus: & ex hoc inciduntur in maximas difficultates: nec vnquam poterunt inuenire quis sit ille ordo à quo habet vltima vnitas quod sit forma numeri realis: vt patet ex libris eorum.

Ad primum

Ad secundum.

Ad tertium.

QUESTIO X.

Vtrum forma numeri sit continuitas diuisi.

Varitur decimo. Vtrum forma numeri sit continuitas illius per cuius diuisionem causatur est numerus. Et arguitur quod sic. Primò Commentator dicit 10. metaphysic. com. 4. quod vnum est mensura vnorum: quia numerus est quædam vna. Et ex hoc arguitur sic. Sicut se habent alba ad album, ita se habent vna siue numerus ad vnum: sed alba non habent aliam formam nisi quam habet album: quia earum forma est albedo: ergo vna siue numerus, non habet aliam formam nisi quam habet vnum. Sed forma vnus est continuitas, quia vt supra probatum fuit, vnitas est continuitas: ergo etiam forma numeri est continuitas. Secundò. Philosophus dicit 10. metaph. text. comment. 4. quod vnumquodque mensuratur aliquo sui generis, sed numerus mensuratur per vnitatem, cuius forma est continuitas: ergo forma numeri est cõtinuitas. Tertio. Id est formale in numero: quo non intellecto forma numeri non potest attribui alicui multitudini. Sed ratio numeri non attribuitur alicuius nisi intelligantur habere conuenientiam in aliqua vna intentione: ista autem intentio est cõtinuitas: dicimus enim tres lapides esse tres, quia habent tres cõtinuitates: ergo &c. Quarto. Id est forma numeri, quod alicui multitudini, vt possit numerari: quia ratio numeri videtur consistere in mensura, vt patet 10. metaphysicæ. Sed nulla multitudo est mensurabilis, nisi quia fuit in potentia in aliquo continuo: ergo &c. Quintò. Si numerus diceret aliam vnitatem & formam à cõtinuitate, non esset simpliciter vnus, cum partes eius sint simpliciter diuersæ. Sed numerus est simpliciter vnus: vt probatum fuit: ergo &c. Sextò. Sicut se habet magnum & paruum in magnitudine: ita multum & paucum in multitudine. Sed magnum & paruum non differunt specie, ergo nec multum & paucum: quod non esset nisi multum & paucum haberent vnitatem specificam à cõtinuitate.

Primatio.

Secunda ratio.

Tertiatio.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Sexta ratio.

Distinctio.

Respondeo. Præmitto quod cum vnaquæque res habeat vnitatem à sua forma sicut & diffinitione, quæ actus est qui distinguit & separat. Idem est quæritur quæ est vnitas eius: & quo ab alijs distingatur. Dupliciter autem potest numerus dici vnus. Vno modo vnitate numerali. Alio modo vnitate specifica. Nam omnes numeri sunt eiusdem speciei, & numero distinguntur. Licet enim duo lapides & duo ligna sint diuersarum specierum secundum substantias suas: tamen in quantum sunt duo sunt eiusdem speciei qui constituuntur ex vnitatibus eiusdem rationis, eo quod quantitas & cõtinuitas in omnibus quantis est vnus rationis. Et si quæritur, per quid distinguntur numeri binarij: dico quod per subiecta: quia omnis distinctio numeralis accidentium est à subiecto: vt dictum fuit lib. 5. distinctio autem specifica est inter binarium & ternarium: & sic successiue procedendo: & de ista Quest. Metaph. Paul. Son.

conclusio
responsiva
quæstio.

quærimus quæ sit forma faciens unitatem specificam. Ad quod respondent aliqui, quod eadem est unitas numeri & quantitates continuæ: & ex cuius diuisione causatur vel natus est causari, loquendo de unitate specifica: differunt autem solum in hoc, quia continuas importat copulationem partium ad vnum communem terminum: sed unitas numeri importat priuationem talis copulationis. Et consequenter continuum & discretum non differunt per se, sed tantum per accidens, scilicet ratione huius copulationis & priuationis eius. Ista opinio videtur falsa, & omnino contra Philosophum. Vnde ad quæst. respondendo dicitur quod continuas non est forma numeri. Probatur ista conclusio. Primò. Supponitur quod distinctio specifica est formalis, sicut distinctio numeralis est materialis: ut sæpe dicit Philosophus 8. & 12. metaph. Et arguitur. Duarum specierum contentarum sub eodem genere, impossibile est vnam esse formam alterius. Sed continuum & discretum sunt species sub genere quantitatis, ergo continuum non potest esse forma discreti. Maior probatur. Inter ea quæ habent eandem formam non est distinctio formalis: alioquin distinguerentur in forma & cõuenirent in forma. Sed inter species eiusdem generis est distinctio formalis: ut est suppositum: ergo &c. Minor etiam patet ex Philosopho in prædicamentis. Secundò. Unitas quæ numerus est, vnus est in actu, quia quod non est, nullus est forma. Sed unitas continui ex cuius diuisione causatur est numerus, non est actu quando numerus est vnus: quia continuæ facta diuisione non manet continuum nec vnum: ergo cõtinuitas non est forma numeri. Tertiò. Vnum oppositum non est forma alterius, sicut cæcitas non est forma visus: nec albedo nigredinis: nec ens non entis: nec paternitas filiationis. Sed numerus & continuas opponitur: quia dum diuiditur & corrumpitur continuum, generatur numerus, ergo non habet pro forma cõtinuitatem: alioquin corruptio suæ formæ esset generatio suæ formæ: quod est impossibile contradictorium. Quartò. Si cõtinuitas eius quod diuiditur esset formale in numero, sequitur quod omnes numeri essent eiusdem speciei. Sed hoc est falsum: ergo &c. Patet consequentia: quia omnes numeri procedentes in infinitum, generantur per diuisionem eiusdem cõtinui, & sic omnes haberent eandem formam. Falsitas consequentis probatur. Tum quia Philosophus 8. metaph. text. com. 10. dicit quod unitas addita unitati variat speciem. Tum quia alia passio demonstrabilis est de quinario: & alia est de senario. Tum quia Philosophus 5. meta. dicit quod semel sex sunt sex: & semel tria sunt tria: quod non esset verum nisi tria & sex haberent proprias unitates specificas: ergo &c. Dicitur forte, quod Philosophus nõ negat ibi absolute quod sex non sint bis tria: alioquin non posset dici quod ternarius sit pars aliquota senarij. Sed intendit dicere quod cum dico sex vel septem, significatur substantia senarij, sed cum dicitur bis tria: significatur eius qualitas: quia significatur qualis sit: puta quod est numerus superficialis: nam numerus dicitur superficialis ex eo quod confurgit ex ductu vnus numeri in alium, ut dicendo bis tria, ter sex, quater de decies & huiusmodi. Sed ista responsio non tollit vim huius rationis. Ad cuius notitiam sciendũ est, quod ibi Philosophus enumerans modos qualitatũ, dicit quod etiam in mathematicis reperiuntur qualitates: sicut esse supereriam sem, aut compositũ, aut solidũ, sunt qualitates & proprietates numerorũ, & istæ aut aliqua earum significantur cum ducitur vnus numerus in se aut in aliũ. Idem enim esse dicere, senarius est bis tria: ac si diceretur senarius est superficialis. Dicere autẽ senarius est semel sex, est dicere ipsam substantiam & naturam senarij. Vnde sic dicit, Sex non est bis tres, sed semel sex: & Com. sic ait. Vniuersaliter apparet quod omne quod est de quantitate discreta tanquam substantia & formæ & vnici in quantitate, non quantitas in quantitate sicut sex: cuius substantia est vnici sex, nõ tres binarij. Et ex hoc arguitur sic, Ex eo non componitur numerus, quod dicit formaliter qualitatem numeri. Sed cum dicitur sex est bis tria: significatur qualitas senarij: & non eius substantia, ergo senarius non componitur ex bis tribus. Secundò. Nulla species est pars intelligibilis alterius: quia partes specierũ sunt tantum natura partiales, & non species completa. Sed binarius & ternarius distinguuntur specie à senario: ergo senarius non componitur ex bis tribus aut ter duobus. Quintò. Omnis forma denominat id cuius est forma. Sed continuas non denominat numerũ: alioquin discretũ esset continuũ: & sic esset continuum & non continuũ, ergo &c. Sextò. Illa unitas quæ non comparatur se cum illo cuius est unitas plura continua, distinguitur ab ea quæ comparatur secũ plura continua. Sed unitas discreti & numeri comparatur secũ plura continua. Sed unitas continua: quia quælibet pars numeri est quoddam continuũ:

unitas vero continuũ nõ comparatur secũ plura continua: quia vnum continuum non est multa continua: ergo unitas numeri non est unitas continui. Sed unitas continui est eius cõtinuitas, ergo unitas numeri non est cõtinuitas. Ad rationes verò in oppositum respondetur. Ad primũ negatur maior. Ad probationem dicitur quod numerus non est vna formaliter, sed tantum materialiter, & sic intelligit Commentator. Quod autem ita sit, declaratur. Nã inter vnũ continuum & plura continua est differentia quæ est inter totum vniuersale & suas partes subiectiuas: quia plura continua se habent ad vnum continuũ absolute acceptũ: sicut partes ad suum totum vniuersale: & per consequens non differunt specie vnum continuũ & plura continua. Numerus autem comparatur ad plura continua: sicut totum integrale ad suas partes: de quo manifestũ est quod distinguitur specie ab eis. Ad secundũ dicitur quod non oportet mensuram & mensuratum esse eiusdem speciei specialissimæ: & ideo non oportet quod vnum sit eiusdem speciei cum numero. Ad tertium dicitur quod illa intentio sine qua non potest intelligi numerus: quantum pertinet ad propositum non est forma numeri, sed materia eius, scilicet, cõtinuitas: sicut enim res compositæ non possunt intelligi sine suis propriis formis: ita nec possunt intelligi sine partibus ex quibus integrantur. Ad quartũ negatur minor: ita enim mensurabilis est numerus resultans ex duobus unitatibus: quarũ vna fuit vnus continuũ, & alia alterius: sicut numerus resultans ex unitatibus diuersorũ continuorũ. Ad quintũ negatur consequentia, quia illæ diuersæ partes numeri conueniunt in vna forma totius: ut dictum est præcedenti quæstione: & magis dicitur infra. Ad sextũ dicitur quod illa similitudo valet quantum ad hoc quod sicut magnum & paruum sunt passio magnitudinis: ita multum & paucum sunt passio multitudinis: distinguuntur autem quantum ad hoc quod est esse eiusdem speciei: quia multum & paucum non sunt eiusdem speciei sicut magnum & paruum.

Ad primũ.
Ad secundũ.
Ad tertium.
Ad quartũ.
Ad quintũ.

QVÆSTIO XI.

Vtrum numerus sit entitas distincta à rebus numeratis.

Quæritur vndecimo. Vtrum numerus sit entitas distincta à rebus numeratis. Et arguitur quod non. Primò. Supponitur quod numerus non sit forma simplex, sed composita ex partibus. Aut ergo istæ partes sunt continuæ aut discretæ. Primum non potest dici: quia omne compositũ ex partibus continuis est magnitudo: ut patet 5. meta. numerus autem non est magnitudo, sed multitudo. Secundũ etiam non potest dici: quia aut illæ partes essent numeri, aut essent unitates. Non numeri: quia partes binarij non sunt numerus. Si unitates, ergo vel istæ unitates seipsis, nullo addito, sunt numerus: aut aliquo addito. Si aliquo addito, quærendũ est vtrum illud additũ sit simplex vel habens: ut prius quærebatur. Si seipsis illæ unitates sunt numerus: cum unitates numerales non sint res superadditæ rebus numeratis: sequitur quod numerus non sit entitas ei superaddita. Secundò. Quæcũque sunt tot, vel sunt seipsis tot vel tot, & non per aliquid additum: ergo nullus numerus est aliqua res addita rebus numeratis: consequentia patet. Antecedens probatur. Omnium quæ sunt tot vel tot quodlibet est seipso vnum, & non per entitatem additam: ergo quæcũque sunt tot vel tot, puta duo vel tria: sunt seipsis duo vel tria. Tertiò. Si duo lapides essent duo per entitatem additam eis: sequitur quod isti duo lapides & eorũ dualitas essent tres: ergo vel seipsis vel per aliam entitatem. Si seipsis, habetur propositũ. Si per aliam entitatem, ibitur in infinitum. Quartò. Nullũ accidens præsertim absolutum potest aduenire subiecto, nisi fiat aliqua transmutatio in subiecto. Sed numerus aduenit rebus numeratis sine earũ transmutatione: ergo &c. Maior patet. Minor probatur: quia si sint tres lapides & addatur quartus lapis: nulla transmutatio fit in prioribus lapidibus, & tamen causatur numerus quaternarius: ergo &c.

Primaria ratio.
Secunda ratio.
Ternaria ratio.
Quarta ratio.

Respondetur. Non oportet in ista quæstione declarare titulum quæstio: quia est planum: quæritur enim vtrum in rebus habentibus numerum de genere quantitatis, ipse numerus sit entitas realiter distincta à rebus numeratis: puta vtrum binarius quo duo lapides dicuntur duo, sit accidens inhærens duobus lapidibus, & tamen causatur numerus quaternarius: ergo &c.

Ad primũ.

Ad secundũ.

Ad tertium.

Ad quartũ.

Ad quintũ.

Prima conclusio
responsiva.

Secunda conclusio.

Tertia conclusio.

Ad quod probandum supponitur quod substantia & quantitas sunt res distinctæ: ita quod nulla substantia est quantitas: nec aliqua quantitas prædicamentalis est substantia. Dico autem prædicamentalem, ne forte aliquis opponat quod unitas virtualis primæ causæ vel aliarũ intelligentiarum est substantia. Constat enim quod quantitas virtualis non est de genere quantitatis: cum quantitas virtualis sit forma actiua: quantitas vero prædicamentalis non sit actiua forma. Istud præsuppositum probatum fuit lib. 5. quæstione 20. & eius veritas apparet præsertim ex theologia: quia quantitas quæ erat in pane, manet non manente substantia panis. Et Com. 10. phys. com. 35. sic dicit, neque quantitas neque numerus est substantia. Ex hoc arguitur sic, Omnis quantitas est res distincta à substantia realiter. Sed numerus duorũ lapidum est quantitas & lapides sunt substantia, ergo numerus lapidũ est res distincta à lapidibus. Maior patet ex præsupposito. Minor probatur. Omne discretũ est vere & realiter quantitas: quia quantitas diuiditur in continuũ & discretum: ut patet in prædicamentis & 5. metaph. text. com. 18. Sed numerus lapidũ est quoddam discretum, ergo est quantitas. Secundũ arguitur: Unitas quæ est principium numeri est res addita rei quæ dicitur vnus: ergo numerus est entitas addita rebus numeratis. Consequentia patet: quia aut numerus est ipsa unitas: ita quod dicat pluralitas unitatũ secundum constructionem transitiuam: aut numerus est aliquid constitutum ex unitatibus, & quodcũque horũ detur, sequitur quod si unitates sunt res additæ rebus: quod etiam numerus sit res addita. Antecedens probatum fuit lib. 4. multipliciter ex dictis Philosophi & Com. Tertiò. Sequitur quod aliqui numeri inæquales sunt eiusdem speciei, & quod duo numeri æquales sunt diuersarum specierum: consequens est falsum, ergo antecedens. Falsitas consequentis probatur: quia ut dicit Philosophus 8. meta. text. com. 10. quælibet unitas addita vel subtracta variat speciem. Consequentia probatur. Ternarius hominum & quaternarius hominũ sunt numeri inæquales: ut patet. Sed tres homines & quatuor homines sunt eiusdem speciei, ut patet: & per te ternarius hominũ non est alia entitas nisi ipsi homines, & similiter quaternarius hominum, ergo sequitur quod numerus æqualis: & numerus inæqualis sunt eiusdem speciei. Nec valet dicere quod tres homines & quatuor homines sint eiusdem speciei huius generis animal & substantia, sed non sunt eiusdem speciei huius generis quantitas siue numerus: quia ut probatum est, istæ entitates quæ sunt homines, non possunt esse de genere quantitatis: quia substantia & quantitas sunt omnino res distinctæ realiter. Secunda conclusio. Entitas quæ est numerus est accidens absolutum. Probatur. Primò. Omnis quantitas est formaliter absoluta: quia quantitas secundũ suam rationem formalem non dicitur ad aliud. Sed numerus est formaliter quantitas: ut dicitur in prædicamentis: ergo est formaliter quid absolutum. Secundò. Omnis relatio distinguitur realiter à termino: sicut & fundamentũ ipsius relationis. Sed non est dare aliquem terminũ ad quem dicatur numerus quid sit ab eo realiter distinctum: ergo numerus non est relatiuũ. Minor probatur. Producat Deus tres quantitates continuas separatas ab omni subiecto: quæ quæ sit terminus huius numeri ternarij: cõstat quod terminus nõ potest esse aliud nisi id quod numeratur: quia si numerus est relatiuũ, dicitur relatiuè ad numeratum, in casu autem posito nihil est quod numeretur per istũ trinariũ nisi istæ tres quantitates quæ per te sunt ipse numerus: ergo numerus non est forma relatiua. Nec valet si dicatur quod numerus dicitur relatiuè ad unitatem, sicut mensuratum ad mensuram: quia numerus nõ est ipsa relatio, sed est aliquid in quo fundatur relatio: & prout fundat relationem non significatur hoc nomine numerus, sed hoc nomine mensuratum. Tertia conclusio. Numerus nõ est forma simplex, sed composita ex partibus: probatur ista. Primò. Nullũ simplex est diuisibile. Sed numerus est diuisibilis, ergo non est forma simplex. Maior patet. Minor est Philosophi 5. met. ubi dicit quod omnis quantitas discreta est diuisibilis. Secundò. Si numerus est forma simplex: sequitur quod idem accidens numero secundum se totum, sit in pluribus rebus maxime distantibus localiter: puta binarius lapidum: quorum vnus sit in oriente & alius in occidente. Consequens est falsum, & contra omnem philosophiam. Consequentia patet: quia non est maior ratio quod ista forma simplex, quæ est binarius, sit magis in vno lapide quàm in alio. Et si dicatur quod est partim in vno: & partim in alio. Sequitur quod non est forma simplex. Tertiò. Sequitur quod quando generatur vnum corpus, ferret vna res noua absoluta in quolibet corpore: consequens est absurdum. Consequentia probatur: quia dum producitur nouum corpus, tunc causatur vnus nouus numerus corporum: qui per te

est noua forma simplex: de qua non est maior ratio quod sit in vno illorum corporum quàm in alio: ergo causatur in omnibus illis corporibus: quod est omnino irrationaliter dictum. Ad rationes in oppositum respondetur. Ad primam conceditur præsuppositum & reliqua quæ sequuntur præter vltimum, in quo dicitur quod unitas non est accidens: oppositum enim huius probatum fuit. Ad secundam negatur antecedens. Ad probationem dicitur eodem modo, quod nulla res est vna unitate quæ est principium numeri, nisi per entitatem ei additam. Ad tertiam dicitur quod duo lapides cum eorum dualitate non faciunt numerum de genere quantitatis, sed multitudinem transcendentem, sed continuas illorum lapidum constituunt numerum qui est unitas. Ad quartam negatur minor: quia dum causatur quaternarius lapidum, causatur vnum accidens, scilicet continuas in aliquo illorum lapidum, scilicet in eo qui de nouo generatur. Vnde est nouitas in isto numero saltem quantum ad aliquam eius partem.

Ad primã.
Ad secundã.
Ad tertiam.
Ad quartã.

QVÆSTIO XII.

Vtrum quilibet numerus sit Vnum numero.

Quæritur decimo secundo. Vtrum quilibet numerus sit vnum numero: puta vtrum de binario verè enuntietur: quia ipse est vnus numero: & sic de aliis. Et arguitur quod non. Primò. Nulla multitudo est vnus numero: quia vnum & multa opponantur. Sed binarius est quædam multitudo, ergo non est vnus numero. Secundò. Quicquid est vnum numero, est pars alicuius numeri. Sed binarius non est pars alicuius numeri. Nam quaternarius non constituitur ex duobus binariis: ut dicitur 5. meta. ergo &c. Tertiò. Quicquid est vnum numero, est indiuisibile: ut patet per rationem vnus quæ est indiuisibilis. Sed binarius non est indiuisibilis, cum habeat actu plures partes, ergo non est vnum numero. Quartò. Esse multa numero & esse vnum numero, non possunt simul conuenire eidem cum sint opposita. Sed binarius est multa numero: quia est duæ unitates: ergo non potest esse vnum numero.

Respondetur quod veritas huius quæstionis dependet ex præcedentibus. Dictum enim fuit quod numerus est aliquid vnum per se, & dicitur tertiam entitatem distinctam à partibus simul sumptis, & de ista entitate quæritur vtrum sit vna numero. Non autem est quæstio de partibus numeri: quia nulli est dubium quod ipsæ partes nõ sunt vnæ: licet quælibet in se sit vna numero, siue ut melius loquamur, sit unitas. Dictum etiam fuit quod duplex est unitas, scilicet unitas transcendens quæ reperitur in omni natura: & unitas numeralis, quæ reperitur tantum in genere quantitatis, & quia numerus est de genere quantitatis: ideo forte alicui videretur quod numerus sit vnus unitate quæ est principium numeri. Et ideo ad quod respondetur duabus conclusionibus: quarum prima est ista, Quilibet numerus est vnus unitate transcendente. Secunda est ista, Nullus numerus est vnus unitate numerali. Prima conclusio probatur. Primò. Omnis entitas est vna transcendenter, quia ut dictum est 4. meta. text. com. 3. vnum & ens habent consecutionem: quod exponit Commentator: quia omne ens est vnum, & omne vnũ est ens. Sed numerus est quædam entitas per se, ut probatum fuit supra: ergo &c. Secundò demonstrato vno binario: puta binario lapidum, aut iste binarius est vnus binarius, aut plures binarij. Sed non est vnus unitate numerali, ut patet, ergo est vnus binarius. Sed non est vnus unitate numerali, ut probabitur ex secunda conclusione, ergo est vnus transcendenter. Et quia omnes qui concedunt numerum esse entitatem per se distinctam à partibus, concederent esse vnũ transcendenter, non vltra me extendo in probatione huius conclusionis. Sed soluenda sunt duo dubia. Primũ est, quia numerus est vnus de genere quantitatis, ut tactum fuit, ergo videtur quod sit vnus unitate quæ est principium numeri. Ad quod respondetur quod non omne vnum de genere quantitatis est principium numeri, sed tantum illud vnũ quod est continuũ. Probatum enim fuit quod unitas est ipsa cõtinuitas. Secundũ est, quomodo potest saluari quod numerus sit vnus cum habeat diuisionem partium, & de ratione vnus sit indiuisio. Ad hoc etiã respondetur quod non oportet rem quæ est vna, esse omnino indiuisam, sed oportet quod nulla pars ei sit talis qualis dicitur omnes partes simul. Nã licet in vno homine sint partes, quarũ vna nõ est alia, tamen vnus homo non habet partes, quarũ aliqua sit homo, vnde non est diuisus in plures homines. Et similiter nec vnus binarius est

Primaria ratio.
Secunda ratio.
Ternaria ratio.
Quarta ratio.

Prima conclusio.
Secunda conclusio.
Ternaria conclusio.
Quarta conclusio.

Dubium secundum.

Quæst. Meta. Paul. Son.

diuisus in plures binarios, nec senarius in plures senarios. Et si dicatur. Supra dictum fuit quod partes eius quod est vnum per se. sunt tantum in potentia in toto: partes autem numeri sunt actu in numero, quia quælibet vnitas habet propriam esse distinctam ab esse aliarum vnitatum: ergo saltem habebitur quod numerus non est vnus per se, & sic non dicit vnitatem transcendentem. Respondeo, quod vnitates possunt dupliciter comparari. Primum: quælibet vnitas potest comparari ad subiectum in quo est, & cui dat esse, quantum continuatur: & sic habet esse in actu, & esse distinctum. Alio modo potest comparari ad totum numerum: cuius est pars: & sic non est in actu, sed tantum in potentia in ipso numero: sicut & alia partes alicuius totius. Si iterum queratur. Quare ista vnitates faciunt vnum per se: & vnitates transcendententes non: nam multitudo angelorum non est vnum per se: sicut nec multitudo hominum in exercitu. Respondeo quod hoc ideo est quia ipsa vnitates numerales sunt apte copulari adinuicem, & erant actu copulata ante diuisionem continuam: & tunc constituiebant vnum per se quod est continuum: unde eis non repugnat constituere vnum per se, sicut repugnat pluribus substantiis: & propter hoc, quando etiam sunt separata, possunt constituere vnum per se: quod non est continuum: sed discretum. Si arguitur contra hoc, quia sequitur quod materia & forma si essent separata constituerent vnum per se: quod tamen falsum est. Probatur consequentia: quia nata sunt constituere vnum per se, & constituunt quando sunt coniuncta. Respondeo quod consequentia non valet quia non est simile. Materia enim & forma constituunt vnum per se, & hoc præcise: quia altera eorum est forma & actus, altera vero est potentia: & propter hoc non possunt alio modo constituere vnum per se, nisi dum forma actuat materiam: vna autem pars continui non est forma alterius: nec aliqua earum est materia & potentia: & ideo constituunt vnum per se: non solum quando sunt vnitate, sed etiam quando sunt separata. Secunda conclusio probatur. Omne vnum vnitate numerali est continuum: quia eius vnitas est continuas, sed numerus non est continuus, vt patet: ergo &c. Secundo. Si numerus est vnus vnitate numerali, sequitur quod in binario lapidum sint infinita accidentia: consequens est falsum, ergo antecedens. Consequentia probatur. Omnis vnitas numeralis est accidens additum rei quæ dicitur vna: ergo binarius & illa sua vnitas numeralis sunt duæ res, & sic faciunt numerum binarium. Et queritur vtrum binarius istarum duarum rerum sit vnus vnitate numerali vel non: & constat quod oportebit concedere quod sic: quia non est maior ratio de primo quam de secundo: ergo vnitas quæ sunt vnus numerus est accidens additum: & tunc queritur de isto accidente & de eo cui additur quomodo sunt duo: & sic in infinitum. Tertio. Nulla forma potest esse subiectum alterius formæ eiusdem speciei: quantitas enim non recipitur in quantitate, nec calor in calore. Sed omnes binarij sunt formæ eiusdem speciei: licet aliquando substantiæ in quibus sunt, sint diuersarum specierum: vt binarius hominum & lapidum: ergo vnus binarius non est receptius alterius: & tamen dicitur quod binarius hominum & binarius lapidum sunt duo binarij: ergo dualitas qua dicitur duo: siue binaritas eorum non est eiusdem speciei cum eis, & consequenter non est accidens additum eis: nec de genere quantitatis.

Distinctio.

Repleta.

Responsio.

conclusio. prima probatur.

Ad primum.

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad quartum.

QUESTIO XIII.

Vtrum numerus reperitur tantum in rebus materialibus.

Queritur decimo tertio. Vtrum numerus reperitur tantum in rebus materialibus. Et arguitur quod non: immo quod sit in omnibus. Primum quia Comment.

10. meta. com. 10. dicit quod entia non distinguuntur adinuicem nisi propter hoc quod sunt numerus. Et post pauca subdit, quod multum demonstratum non est multum nisi propter multitudinem numeralem, ergo omnis multitudo entium est numeralis. Secundo. Dicit Philosophus 1. posteriorum, tex. com. 43. quod arithmetica est ex paucioribus quam geometria: quia subiectum eius abstrahit a positione & a situ. Sed si vnitas quæ est principium numeri, non est nisi in continuo, & similiter numerus qui est subiectum arithmetice: sequitur quod vnitas non abstrahit a positione & a situ: ergo vnitas & numeri sunt in substantiis abstractis. Tertio. Comment. dicit 2. meta. com. 7. quod vnum in genere substantiæ est principium numeri in genere substantiæ: vnum in genere colorum est principium numeri in genere colorum, ergo numerus est non tantum in quantitate, sed etiam in substantia & in qualitatibus. Quarto. Ibi verè est numerus vbi verè interrogatur per quot. Sed verè interrogatur quot sunt substantiæ abstractæ, & verè respondetur quod sunt tot vel tot: vt patet 12. metaphys. ergo in substantiis abstractis verè est numerus. Confirmatur, quia in substantiis abstractis sunt passiones numeri. Nam ternarius earum est numerus primus: & senarius earum est numerus perfectus: & nouenarius earum est numerus quadratus: ergo &c.

Secunda ratio.

Tertiaratio.

Quarta ratio.

Opinio 1.

Opinio 2.

Conclusio.

Respondeo. Circa hanc quæstionem sunt duæ opiniones extreme, quæ magis videntur disputare de nominibus quam de rebus in hoc quæsto. Constat enim & ab omnibus est concessum, quod multitudo reperitur non tantum in quantitatibus, sed etiam in omni genere. Nam verum est dicere, isti colores sunt decem: istæ substantiæ sunt centum: immo etiam quod ipsa prædicamenta, quæ tamen non sunt in eodem genere sunt decem. Sed tota disputatio est. Vtrum multitudo quæ reperitur in omnibus entibus. sic illa quam considerat arithmeticus tanquam subiectum: ita quod ipsa proprie dicatur numerus, aut potius quod tantum multitudinem rerum quantarum consideret arithmeticus, & quod ipsa sola proprie dicatur numerus. Dicunt igitur aliqui quod omnis multitudo est numerus proprie, & quod si destruerentur omnia continua, adhuc haberetur arithmetica, & mouentur propter rationes superiores positas. Alij vero dicunt quod sola multitudo continuorum est proprie numerus. Et quia hanc secundam opinionem tenet S. Tho. & ipsa in se est rationabilior, ideo etiam mihi magis placet. Sed quia vt dixi magis est disputatio de nomine quam de re, solum intendo probare quod clarissimi Philosophi ita senserunt sicut & nos. Et quod ita sit probatur. Primum: quia Philosophus 10. met. com. 2. postquam dixit quod ratio vnus est esse indiuisibile, subiungit postea quod ei conuenit ratio mensuræ, & in fine illius textus dicit, quod ista ratio mensuræ conuenit principaliter vni quod est principium numeri, & postea in principio tex. com. 3. dicit quod ratio mensuræ deriuatur ab vno quod est principium numeri ad omnia alia genera, quia in genere substantiæ est vna substantia prima, qua omnes mensurantur, ergo secundum Aristotelem vnitas quæ est principium numeri, & similiter numerus non reperitur in omnibus generibus, sed tantum in genere quantitatis. Patet consequentia, quia si reperirentur in eis proprie, non dixisset Philosophus quod transfertur ad alia genera, sed dixisset quod reperirentur & sunt in omnibus generibus. Secundo. Com. 5. meta. com. 2. circa medium loquitur de eo quod est simpliciter & proprie vnum, sic dicit, Debes scire quod illud quod est huiusmodi, est in quantitate tantum, sed si non habet situm, est principium numerorum, & si habet, est punctus: ergo vnum quod est principium numerorum, & consequenter etiam numerus est secundum Auer. tantum in quantitate. Tertio. Philosophus 6. met. tex. c. 2. postquam dixit quod diffinitiones naturales distinguuntur a mathematicis: quia in diffinitionibus naturalibus ponitur materia sensibilis, subiungit hanc conditionalem, Si mathematicalia essent abstracta a materia secundum esse: eorum consideratio non pertineret ad naturalem neque ad mathematicam, sed ad primum Philosophum. Sed Arithmetica est scientia mathematica: ergo numerus qui est eius subiectum, non est separatus a materia secundum esse, & consequenter non est nisi tantum in habentibus materiam. Confirmatur: quia ibidem subiungit Philosophus quod scientia mathematica sunt quidem rerum immobilium: sed tales res non sunt abstractæ: immo sunt in materia. Et ibi Comen. sic ait, Si fuerit declaratum quod quædam mathematica sunt abstracta secundum diffinitionem, & essent tunc consideratio de eis non est naturalis scientia, neque mathematica. Scientia enim naturalis considerat de rebus mobilibus: mathematica autem de rebus abstractis secundum diffinitionem non secundum esse. Et quibusdam

dam interpositis ita subiungit. Mathematicarum autem licet quædam considerent de immobilibus: sicut geometria & arithmetica: tamen visum est quod illa de quibus considerant non sunt abstracta a materia, immo coexistentia in materia: & si materia non apparet esse in diffinitionibus earum. Quarto. Com. 3. phys. com. 35. exponens textum Philosophi dicentis quod impossibile est infinitum esse separatum a sensibilibus, dicit quod Philosophus intendit ibi sic arguere. Si infinitum est sic separatum: sequitur quod infinitum est substantia per se existens: quia omne per se existens est substantia. Sed infinitum non est substantia, ergo non est separatum. Deinde probat sic minorem deducendo ad impossibile. Infinitum est substantia. Sed quantum & numerus non est substantia, ergo infinitum non est quantum neque numerus: quod est impossibile: quia omne infinitum aut est magnitudo aut numerus. Ex his patet quod nullus numerus est substantia: & per consequens multitudo substantiarum abstractarum non est numerus. Quinto. Philosophus 3. phys. tex. com. 41. sic dicit, Neque numerus potest esse separatus & infinitus. Quod exponens Com. sic ait, Neque etiam est possibile inuenire numerum in actu separatum a materia. Propter istas auctoritates, & multas alias quæ habentur apud Aristotelem & Commentatorem videtur fuisse intentionis eorum, quod numerus reperitur tantum in rebus habentibus quantitatem: ita quod ipsa plures quantitates sunt quæ constituunt numerum, plures vero substantiæ quæ subiiciuntur prædictis quantitatibus, & similiter plures res quæ sunt de genere quantitatis non faciunt numerum: sed faciunt multitudinem: huius autem multitudo a qua plures qualitates dicuntur multæ, & plures substantiæ dicuntur multæ: & similiter plures actiones & relationes appellantur multitudo transcendentis: quæ reperitur in omnibus generibus. Et sic duplex erit multitudo, quarum vna est limitata ad genus quantitatis: & alia circuit omnia genera. Et per hanc diffinitionem de duplici multitudine facile est respondere ad rationes in contrarium.

Distinctio.

Ad primum.

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad quartum.

Distinctio.

Ad confirmationem.

Ad primum dicitur quod entia non dicuntur esse plura: nisi quia sunt numerus transcendentis, sed non oportet quod omnia plura sint numerus proprie dictus qui est de genere quantitatis. Ad secundum negatur minor: licet enim illa res quæ est vnitas, scilicet quantitas continua habeat situm: tamen in quantum habet rationem vnitatis abstrahit a situ: sicut etiam linea: licet non possit esse nisi in materia sensibili, tamen abstrahit a materia secundum rationem diffinitionem, & similiter dico de vnitate. Ad tertium dicitur, quod in genere substantiæ reperitur numerus qui dicitur numerus & multitudo transcendentis. Ad quartum dicitur, quod in quolibet genere sunt proprie interrogationes. Nam per quid est, interrogamus de substantia, & per quantum aut quorum, de quantitate. & per quale, est, de qualitate. Dicitur secundo quod sicut qualitas (vt habetur 5. met.) accipitur vno modo vt reperitur in omnibus generibus, scilicet prout significat propriam differentiam rei, & alio modo accipitur prout determinata est ad genus qualitatis: sic etiam isti termini tot & quot. Vno modo accipiuntur transcendentis, & sic per eos fit interrogatio & responsio de qualibet multitudine. Alio modo accipiuntur vt limitari sunt ad genus quantitatis, & sic non fit per eos interrogatio de separatis ab illo genere. Ad confirmationem dicitur quod prædictæ passiones primo & per se reperuntur tantum in genere quantitatis: sicut etiam paritas & imparitas, sed per quendam translationem reperuntur etiam in multitudine transcendentis: sicut etiam ratio mensuræ transfertur ab vno numerali ad omnia alia genera.

QUESTIO XIII.

Vtrum compositum ex pluribus partibus sit simpliciter plura.

Primatio.

Secunda ratio.

Queritur decimo quarto, vtrum id quod est compositum ex pluribus partibus sit simpliciter vnum aut simpliciter plura. Et arguitur quod sit simpliciter multa. Primum. Omne habens partem & partem est aliqua: quorum vnum non est aliud neque ipsum: & per consequens est in se diuisum, ergo nullum habens partem & partem est simpliciter vnum. Antecedens patet: & consequentia probatur: quia quod est simpliciter vnum non est in se diuisum. Secundo. Si aliquid tale, puta Sortes est simpliciter vnum: sequitur quod anima & corpus sint simpliciter vnum: consequens est falsum: quia anima & corpus sunt duæ res. Consequentia probatur: quia Sortes non est aliud nisi ani-

ma & corpus. Tertio. Vnumquodque sicut se habet ad diuisionem & indiuisionem, ita se habet ad vnum & multa. Sed compositum ex partibus non est simpliciter indiuisum: partes enim Sortes sunt actu distinctæ: quia anima non est corpus, nec e contra, ergo compositum non est simpliciter vnum. Quarto. Vbi sunt plures entitates, quarum quælibet est in actu ibi est actu multitudo, sed sic est in omni composito: ergo &c. Maior patet: quia actus distinguit & separat: ideo si sunt in actu oportet eas esse distinctas ab inuicem. Minor probatur. Si partes in toto sunt tantum in potentia, & non in actu, hoc non potest intelligi nisi duobus modis: aut, scilicet, quia ibi non sunt, sed possunt esse: & hoc apparet omnino falsum: quia si partes non essent in toto, non constituerent ipsum: aut dicuntur potentiales: quia nulla earum est hoc aliquid: licet totum sit hoc aliquid: & hic sensus est verus, sed non sequitur ex hoc quod in toto non sit multitudo: sed potius sequitur quod ibi sunt multa, quorum nullum est hoc aliquid. Quinto. Quicquid habet partes actu diuisas: ipsum est simpliciter multa: sed omne totum est huiusmodi, ergo &c. Maior patet. Minor probatur. Ea sunt actu diuisa, de quibus est verum dicere, hoc non est illud. Sed vna pars totius non est alia: et go sunt actu diuisa: minor patet. Maior probatur: quia Philosophus 5. meta. tex. com. 8. dicit verum, affirmationem habet in composito, negationem autem in diuisione. Vbi dicit Com. quod vera affirmatiua significat compositionem in entibus, & vera negatiua significat diuisionem: ergo de quibuscunque est verum dicere, hoc non est illud: ipsa sunt diuisa.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Not. primus. Vnum duplex.

Not. secundus.

Not. tertius.

Not. quartus.

Not. quintus.

Respondeo. Circa hanc quæstionem dicunt aliqui quod omne compositum est simpliciter plura & non vnum. Pro cuius noticia sciendum est primo: quod vnum potest dupliciter prædicari de aliquo. Vno modo simpliciter, id est, sine aliqua determinatione: quod fit in compositione, cuius prædicatum est ly vnum, non habens alium terminum sibi additum: & sic vt dicunt, prædicatur vnum tantum de rebus simplicibus: non solum enim ista est vera, anima est vna anima: sed etiam ista est vera, anima est vna. Alio modo prædicatur vnum cum determinatione: vt dicendo, vnus homo, vnum lignum: & hoc modo prædicatur de rebus compositis, sed de eis non vnum simpliciter: quia res composita est simpliciter plures: cum non sit aliud quam suæ partes. Sciendum secundo quod aliquid esse vnum potest intelligi dupliciter. Vno modo quod sit vnum hoc aliquid: & hoc modo compositum est vnum, & nulla eius pars est vnum, quia partes in toto sunt hoc aliquid, sed constituunt hoc aliquid: & secundum istum sensum dicunt aliquando Philosophi quod totum compositum est vnum simpliciter: & quod partes sunt tantum in potentia in toto: quia nulla pars est hoc aliquid: & secundum istum sensum dicunt aliquando Philosophi quod totum compositum est vnum simpliciter: & quod partes sunt tantum in potentia in toto: quia nulla pars est hoc aliquid: quæ potentia reducitur in actum per separationem partium adinuicem. Alio modo dicitur aliquid esse vnum: quia est vnum & non multa, & sic nullum compositum est vnum. Sciendum tertio, quod licet totum continuum & totum compositum ex materia & forma præsertim indiuisibile, sicut est anima, sit simpliciter multa: tamen inter ea est aliqua differentia: quia neque continuum est simpliciter vnum: nec aliqua eius pars est simpliciter vna: quia cum quælibet eius pars sit etiam continua, oportet quamlibet habere plures partes: homo autem, licet sit simpliciter multa: tamen alia eius pars, scilicet anima, est simpliciter vnum. Sciendum quarto, quod secundum istos ad hoc quod aliqua dicantur multa & distincta, sufficit quod vnum non sit aliud, nec aliquid plus requiritur, & ideo dicunt quod partes sunt simpliciter quædam multitudo: quia vna pars non est alia. Ista opinio est multum resoluta, & impugnatiua difficultate posset improbari. Sed tamen oppositum tenendum est, scilicet quod compositum est vnum simpliciter: & est multa solum secundum quid. Ista conclusio patet ex illa quæstione quod totum distinguitur a partibus simul sumptis, & non est suæ partes: licet sit constitutum ex eis. Unde non est multa, sed vnum. Non enim apparet quæ alia multa possit esse nisi sit suæ partes. Et licet ex hoc sufficienter declaratur conclusio prædicta: tamen specialiter adhuc declaratur. Ad cuius euidentiam est sciendum quod aliud est loqui de diuisione quam facit intellectus formando propositionem negatiuam: & aliud est loqui de diuisione & distinctione reali quæ constituit multitudinem rerum in actu & numerum. Nam ad primam diuisionem verificandam sufficit quod hæc entitas non sit illa, sed ad secundam requiritur quod hoc non sit illud, & quod hoc habeat propriam existentiam distinctam ab existentia illius. Et quia partes in toto non habent propriam esse, sed existunt tantum per esse totius: ideo non faciunt multitudinem in actu. Et in hoc decepti sunt illi de prima opinione.

Quod.

Quod autem totum compositum sit unum simpliciter probatur. Primo. Si continuum est simpliciter multa sequitur quod continuum sit simpliciter numerus. Sed hoc est falsum: ergo non est simpliciter multa. Consequentia probatur: quia omnis multitudo actualis præferitur de genere quantitatis est numerus. Falsitas consequentis probatur. De ratione numeri est quod eius partes non sint copulatæ ad unum terminum communem, & per hoc distinguit Philosophus in prædicamentis, & s. met. discretum a continuo. Sed partes continui sunt copulatæ ad unum terminum communem: alioquin non essent partes continui: ergo partes continui non sunt numerus in actu. Secundo. Si in omni negatiua vera constituitur numerus per significatum subiecti & prædicati: sequitur quod lapis & chimera sint multa: immo quod lapis est non ens. Sed hoc est falsum: ergo &c. Consequentia patet, quia ista est vera, lapis non est chimera, & lapis non est non ens. Falsitas consequentis probatur, quia multitudo non potest constitui nisi ex his, quorum quodlibet est unum in se, & consequenter ens: quia unum cum sit passio entis, conuenit tantum enti, chimera autem & ratio ens non sunt entia. Tertio. Quæcunq; sunt distincta actu, distincta habent esse. Sed partes non habent distincta esse: ergo &c. Maior probatur, quia cum omnis distinctio actualis sit ratione alicuius actus, nulla potest esse actualis distinctio nisi per id quod est prima omni actualitatem. cuiusmodi est esse. Vnde ea quæ non sunt in rerum natura, non possunt esse actu distincta. Minor probatur. Si partes haberent distincta esse, sequitur quod in continuo essent infinita existentia: sicut infinita partes. Item sequitur quod in composito essent tres existentia, scilicet una materia, & altera forma, & altera compositi. Item sequitur quod materia haberet ex se suam propriam existentiam, & consequenter non esset pura potentia, quæ omnia sunt falsa. Quarto. Impossibile est quod opposita priuatiue simul insint eidem. Sed istud sequitur ex positione prædicta: ergo ipsa est impossibilis. Maior patet 10. metaphys. Minor probatur. Vnum & multa opponuntur priuatiue, ut supra patuit. Sed ex positione sequitur quod aliquid sit simul vnum & multa: ergo &c. Minor probatur. Continuum per se est multa numero: ergo quælibet eius pars est vna. Patet consequentia, quia multitudo non constituitur nisi ex unitatibus. Sed sequitur quod quælibet pars sit etiam multa, quia quælibet pars continui est continua: ergo sequitur quod vnum & multa conueniant cuiuslibet parti ipsius continui. Quinto. Commentator 3. cæli commento 29 postquam probauit quod mundus non est factus ex aliquo quod esset in potentia: sic dicit in fine commenti. Impossibile quod accidit ponenti corpus esse abstractum à 10. prædicamentis est: ut aliquid sit in potentia & in actu simul: hoc enim subiectum positum non est in potentia nisi in quantum est actu, & in quantum non est in actu est pars alicuius quod est in actu. Et postea subdit. Suum igitur esse in ente in actu non est nisi in quantum est pars eius in potentia. Et loquitur de materia: ut patet ex verbis quæ postea subdit: ergo secundum eam materia est tantum in potentia in composito. Sexto. Si materia & forma essent in composito existentes in actu: tunc compositum non diceretur vnum nisi sicut dicitur in rebus quæ sunt vnæ per contactum & ligamentum. Sed compositum non est vnum per solum contactum: ergo materia & forma non sunt actu in composito. Maior & minor sunt formaliter positæ ab Auer. 2. de anima. com. 7. in fine. Septimo. Commentator 3. de anima. com. 23. circa medium sic dicit. Nullus potest dicere quod cum intellectus intelligit lineam non subito intelligit eam, sed primo aliquam partem: & secundo aliam. Illæ enim duæ partes non sunt duæ actu in linea: donec linea diuidatur. Octauo. Supra probatum fuit ex intentione Philosophi quod vnitas non est actu in dualitate: & multa alia ad hoc propositum adduci possunt quæ ex Philosopho quam ex Commentatore. Nec valet quod isti dicunt eos intelligere quod sunt in toto in potentia, quia non sunt hoc aliquid. Nam rationes supra positæ in ista quæst. concludunt quod non sunt actu distincta: & consequenter quod non sunt actu multæ: quamuis etiam non sint hoc aliquid.

Ad primum

Ad secundum

Ad tertium

stinctum esse: primum non sufficit ad multitudinem actua lem, sed necessario requiritur secundum, & hoc non reperitur in partibus constitutibus aliquid totum quamdiu sunt in toto. Ad quartum negatur minor. Ad probationem dicitur quod non dicuntur esse in potentia aliquo illorum modorum, sed modo qui dictus est, scilicet quia nulla earum habet proprium & distinctum esse. Ad quintum negatur minor: quia totum non habet partes actu diuisa: tali diuisione quæ requiritur ad multitudinem in actu sicut dictum est in responsione ad tertium.

Ad quartum

Ad quintum

QUÆSTIO XV.

Utrum negatio & priuatio sint actu extra animam.

Quæritur decimoquinto. Utrum negationes & priuationes sint actu in rebus extra animam. Et arguitur quod sic. Primo. Nullum principium rerum naturalium habet esse per opus intellectus: quia omni intellectu cessante adhuc generaretur entia naturalia. Sed priuatio est principium rerum naturalium: primo phys. ergo non habet esse tantum per opus rationis. Secundo. Nihil remouetur formaliter extra animam ab aliquo subiecto nisi per aliquid positium vel negatiuum formaliter extra animam sibi incompossibile: nam habitus non remouetur formaliter à subiecto nisi per aliquid incompossibile habitui: quod incompossibile est in ipso subiecto extra animam. Sed priuatio formaliter remouet habitum extra animam: ergo priuatio est formaliter in subiecto extra animam. Tertio. Omnis mutatio habet vtriusque terminum extra animam: quorum vnus acquiritur & alius deperditur. Sed corruptio est vere mutatio extra animam, & eius terminus ad quem est priuatio formæ quæ abiicitur: ergo priuatio est extra animam. Quarto. Omnis oppositio extra animam habet vtriusque extremum extra animam. Sed oppositio priuatiua est oppositio extra animam: nam extra animam lux & tenebra opponuntur: ergo &c. Quinto. Omni intellectu circumscripto vel homo est lapis vel non lapis. Sed non potest vere dici quod sit lapis: ergo est non lapis. Sed non lapis est negatio: ergo omni intellectu circumscripto negatio est in re. Sexto. Vnum oppositorum non remouetur nisi per positionem alterius: præsertim in contradictoria oppositione cum inter eius extrema non sit aliquid medium. Sed ab homine extra animam, & præter omne opus rationis remouetur lapis: ergo in homine extra animam est non lapis.

Primario

Secunda ratio

Tertiario

Quarta ratio

Quinta ratio

Sexta ratio

Respondeo. In ista quæstione primo declarabitur titulus quæstionis. Secundo dicitur quomodo distinguitur negatio à priuatione, tertio respondebitur ad quæsitum. Quantum ad primum sciendum est, quod negatio & priuatio possunt accipi dupliciter. Vno modo secundum quod sunt in compositione, quam facit intellectus formando propositiones, in quibus aut remouet prædicatum à subiecto dicendo, hoc non est illud: aut dum attribuit alicui subiecto priuationem alicuius habitus: puta dicendo oculus est cæcus. Alio modo accipitur secundum quod reperitur in terminis simplicibus: puta cum dicimus extra propositionem hos terminos, non homo, tenebræ, cæcitas, & huiusmodi. Sciendum secundum quod priuatio & negatio prout sunt in complexione, comparantur ad duo, scilicet ad rem quæ negatur, & ad id de quo negatur. Nam cum dico homo non est lapis, negatur lapis ab homine, & propter hoc etiam extrema aliquando sortiuntur nomen negationis. Solet enim aliquando dici quod lapis est negatio hominis, sed neutrum extremorum est negatio formaliter, & similiter ipsa propositio negatiua solet dici negatio. Vnde etiam Philosophus in capitulo de oppositis sic dicit in prædicamentis, Affirmatio est oratio affirmatiua, & negatio est oratio negatiua. Similiter in nomine infinito, cuiusmodi est, non homo, est aliquid quod se habet ut habitus: puta homo qui negatur, & est aliquid negatiuum, scilicet id quod correspondet isti dictioni non, quæ proprie est significatum negationis. Propter quod dixit Philosophus & Commen. primo periheme. capitulo secundo. quod nomen infinitum non est simpliciter negatio. Sciendum tertio quod nomen infinitum potest accipi dupliciter. Vno modo pro eo de quo verificatur, & sic potest esse extra animam: nam lapis est non homo. Alio modo accipitur præcisè pro ipsa negatione adiuncta termino finito: & sic de negatione præcisè & formaliter accepta, & non prout accipitur aut pro propositione vel conceptu negatiuo, aut pro re negatiua, aut pro toto nomine infinito, aut pro eo de quo verificatur, sed ut accipitur præcisè

Not. primu

Not. secundu

Not. tertiu

Sensus quæstionis

Quid sit priuatio. Conclusio modificata.

Suppositum primum & secundum

Qui distinguuntur priuatio & negatio

Oppositio negatiua & priuatiua

secundum se, est quæstio præfens: & idem dico de priuatione. Et breuiter sensus quæstionis est. Utrum intellectus concipiens quod de homine negatur lapis, concipiendo hanc negationem concipiat & apprehendat aliquid quod esset in homine ante huius apprehensionem intellectus. Quantum ad secundum dico quod de priuatione possumus loqui dupliciter. Vno modo quantum ad id quod est priuatio. Alio modo quantum ad id quod includit in obliquo, & per quod completur sua ratio formalis, per quam distinguitur à negatione. Priuatio quantum ad id quod est, non est aliud nisi negatio secundum doctrinam Aristoteli. Et hoc declaratur. Primo, quia ipse vbicunque loquitur de priuatione dicit quod priuatio est pura negatio quantum ad id quod formaliter est priuatio: licet præsupponat aliquid in quo fundetur, scilicet, id in quo est aptitudo ad habitum oppositum. Nam s. metaph. tex. com. 26. dicit quod aliquid est priuatum, si non habet aliquid natorum haberi. Et per totum illud cap. diffinit & declarat priuationem solum per negationem, scilicet, per non habere id quod natum est haberi. Et in medio cap. dicit quod toties dicuntur priuationes, quoties dicuntur negationes à priuatione particula: ergo secundum eum particula priuatiua nihil aliud dicit formaliter nisi negationem. Et in prædica mentis sic dicit. Priuari autem tunc dicimus vnum quodque susceptibilem habitum quando id quod natum est habere nullo modo habet. Secundo ad idem arguitur. Si priuatio esset formaliter aliquid aliud quam negatio, oportet dicere, quod illud aliud sit quoddam positium. Sed hoc est impossibile, ergo priuatio est tantum negatio. Maior patet. Minor probatur. Omne positium est natum habere priuationem sibi oppositam: non quidem semper in re, sed in apprehensione intellectus. Sit ergo positium quod includit cæcitas a, & priuatio correspondens, & opposita ipsi a sit b. Tunc quæro. An b includat aliquod positium? Si dicis quod non: habeo propositum quod b est tantum negatio. Si dicis quod sic, quæro de priuatione illius positui: & sic in infinitum. Tertio. Suppono quod priuationes plurificantur secundum pluralitatem habituum quos priuat. Supponit secundo, quod priuatio vnus habitus distinguitur secundum se totum à priuatione alterius: sicut etiam vnus habitus distinguitur secundum se totum ab alio: nihil enim formæ ignis est in forma aquæ. Ex his arguitur sic. Simul in materia terræ est priuatio formæ ignis, & priuatio formæ aquæ: ergo nihil vnus priuationis est aliquid alterius. Antecedens patet: & consequentia probatur per secundum præsuppositum. Tunc ultra. Priuationes plurificantur secundum pluralitatem habituum ex primo præsupposito, ergo illud positium quod includitur in priuatione formæ ignis, non est illud quod includitur in priuatione formæ aquæ: & consequenter tot sunt positua entia in materia, quot sunt priuationes, sed priuationes sunt infinitæ, quia tot habet priuationes materia quot sunt formæ quæ nata est habere & non habere: huiusmodi autem sunt quasi infinitæ: ergo in materia essent actu infinita entia positua abinueniret realiter distincta: quod est omnino irrationabile. Si autem accipitur priuatio quætu ad id quod dicit in obliquo, & ex quo perficitur sua ratio formalis, & per quod distinguitur à negatione: sic dico quod dicit aliquid positium: non enim omnis negatio est priuatio: licet omnis priuatio sit negatio. Vnde distinguuntur sicut superius & inferius. Et quia omne superius contrahitur ad inferius per aliquid additum: ideo priuatio habet aliquid per quod negatio contrahitur ad ipsum: istud autem non est aliquid intrinsecum priuationi: sed est quid extrinsecum, scilicet, aptitudo in subiecto. Sola enim negatio in subiecto apto nato habere habitum dicitur proprie priuatio. Constat autem quod ista aptitudo subiecti est aliquid positium: & sic patet quomodo negatio & affirmatio distinguuntur. Et propter hoc dixit Commenta. s. meta. com. 26. in fine, quod priuatio & habitus non diuidunt verum & falsum, id est, affirmationem & negationem in omnibus rebus: sed tantum in subiecto proprio. Quod etiam patet. Nam cæcitas non est aliud quam negatio visus: sed huiusmodi negatio non dicitur cæcitas in quocunque sit: sed tantum in eo quod est natum habere visum. Ex prædictis infero quod oppositio contradictoria & priuatiua non differunt nisi sicut magis commune & minus commune, dicuntur tamen distinctæ species oppositionis in quantum accipiuntur cum præcisione. Nam visus & non visus opponuntur contradictoriè: visus autem & cæcitas opponuntur priuatiue: ergo quantum est ex parte habitus affirmationis, nulla est distinctio inter istas duas oppositiones: quia visus est affirmatio & est habitus. Si ergo distinguantur, oportet quod ista distinctio sit ex parte negationis & priuationis: quas diximus se habere sicut superius & inferius. Dixi au-

tem quod distinguuntur prout accipiuntur cum præcisione, id est prout accipitur negatio præcisè pro ea quæ requirit subiectum natum habere affirmationem oppositam. Quantum ad tertium dicitur quod negationem habere esse in aliquo potest intelligi tripliciter. Vno modo quod sit in eo secundum esse inhærens: & sic nullibi est: quia inhærens est tantum accidens quod est ens reale. Alio modo, sicut in fundamento eo modo quo dicitur relationes rationis fundari in aliquo: puta quod relatio quam significat hoc nomen dextrum in columna: sic & negationes sunt in rebus extra animam: sed tale esse non est actu: sed tantum fundamentaliter & potentialiter. Tertio modo sunt in aliquo secundum esse cognitum: & sic sunt in intellectu: & hoc dicitur esse actuale ipsius negationis: quia entia rationis non habent aliud esse actuale nisi esse cognitum: negatio autem est ens rationis. Et quod ita sit probatur. Primo auctoritatibus Philosophi & Commen. Nam 4. metaph. text. com. 2. dicit Philosophus, quod ens dicitur de substantia & de motu qui est via ad substantiam: & de passionibus substantiæ: & de priuationibus & negationibus: quia ista propositio est vera: non ens est non ens. Quod exponens Commen. dicit: quod Philosophus per hoc voluit dicere quod ens dicitur de primis intelligibilibus & secundis: per prima autem intelligibilia accipit ea quæ conueniunt rebus præter omne opus intellectus. Per secunda vero accipit ea quæ non conueniunt rebus, nisi ut sunt in intellectu obiectiue: ergo secundum ipsum negationes & priuationes conueniunt rebus tantum per opus rationis. Confirmatur. Id est tantum ens rationis quod est magis elongatum ab ente in actu quam materia: prima: quia ipsa materia tenet vltimum gradum in entibus. Sed priuatio est magis elongata ab esse in actu quam priuatio: sic enim dicit Comment. primo phys. com. 6. licet non sit aliquid actu secundum quod est materia, tamen propinquior est dicti esse in actu quam priuatio. Item primo physico. text. & com. 75. sic dicitur. Priuatio est non ens per se: & materia est non ens per accidens. Et commento 79. dicit quod priuatio neque propinquè neque remotè est substantia vel accidens: omne autem ens extra animam est substantia vel accidens. Secundo ad idem arguitur. Quicquid est actu præter opus intellectus est ens reale: quia sufficienter diuiditur ens in ens in anima, quod est ens rationis, & ens extra animam quod est ens reale, 6. metaphysica. Sed negatio non est ens reale: cum sit non ens, ergo non est actu in re extra animam. Tertio. Quicquid est in lapide extra animam est productum: quia modo est & ante non erat. Nisi forte aliquis dicat quod secundum Philosophos materia non est producta, quod non est ad propositum. Sed nulla negatio est producta, ergo &c. Minor probatur: quia omne productum accipit esse per productionem, & est ea nobilior, cum sit finis eius. Sed negatio non accipit aliquid esse, alioquin esset ens positium: nec est nobilior aliquid productionis, ergo &c. Quarto. Cum dicitur, cæcitas est in oculo: aut ly est, dicit actum essendi, aut dicit essentiam, aut dicit ens verum quod est ens rationis, ut patet 6. metaphysica. Sed non dicit actum essendi, quia existentia est proprietas entis positui. Nec dicit essentiam, quia priuationes & negationes non sunt essentia, sed amotiones earum, ergo dicit ens verum. Quidam tamen dixerunt quod negationes & priuationes sunt in rebus extra animam: & imaginantur quod ea tantum dicantur entia rationis quæ conueniunt rebus prout habent esse in intellectu, scilicet, esse vniuersale: esse genus vel speciem: & alia huiusmodi, quæ dicunt quosdam respectus consequentes res secundum quod habent esse in intellectu qualem respectum non habent negationes & priuationes: & ideo ipsæ sunt extra animam, non dicunt quidem affirmatiue, sed negatiue. Sed s. Thomas in quæst. de veritate, quæst. 21. art. 1. dicit quod ens rationis communiter sumptum diuiditur in priuationem, negationem & relationem, ita quod omne ens rationis, aut est negatio, aut priuatio, aut relatio. Et ideo concludendum est finaliter quod negationes & priuationes non sunt actu in rebus secluso omni actu rationis secundum Aristotelem & Commen. & s. Tho. Pro responsione vero ad argumenta est sciendum quod aliquid esse in rebus secluso opere intellectus potest intelligi dupliciter. Vno modo fundamentaliter: alio modo formaliter. Primo modo entia rationis sunt in rebus: non actu secundo modo. Sicut gratia exempli, secluso omni actu intellectu, homo est fundamentaliter species, sed non formaliter: quia homo potest esse fundamentum relationis significatæ hoc nomine species, sed tamen ista relatio non conuenit ei actu & formaliter: quia ista relatio consequitur tantum rem prout est in intellectu, comparatæ eâ ad superiora vel ad sua inferiora. Similiter identitas Sortis ad seipsum.

Opi. quomodo

Conclusio responsio

Esse in rebus

scipsum est fundame ntaliter, sed non actu: nisi dum intel lectus apprehedit sortem, & vritur eo quasi duobus com parando eu ad scipsum. Similiter dico in proposito quod negatio inclusa in hoc nomine, non homo, non conuenit actu aliter lapidi, nisi dum intellectus apprehedit lapide: & ab eo negat naturam hominis: tunc enim per actum intel lectus negatio ponitur actu circa lapidem. Idem dico de omnibus priuationibus, sicut est cecitas, tenebra, silen tium, & huiusmodi.

Ad primum negatur maior de eo quod est principium tantum per accidens: tale enim potest habere esse actu per solum intellectum, licet habeat esse fundamentale extra animam, & huius principium est priuatio: vt dicitur i. phy sico. Ad secundum negatur maior: sed sufficit illud priua tium vel negatiuū esse fundamentale extra animam. Et si dicatur. Antequā aer priuetur lumine erat in aere fun damentaliter tenebra: ergo dum actu est priuatus lumine ibi tenebra nō habet tantū esse fundamentale, sed formale & actuale. Respondeo quod prius habebat esse fundamen tale tantū potentialiter & remōtē: sed postquā aer est pri uatus lumine, tūc tenebra habet esse fundamentale actu: quia intellectus potest nunc vere ponere in actu priuario nēn luminis circa aerem: quam ante non poterat ponere.

Ad tertium. Ad tertū dico: quod corruptio sicut & generatio est iner duos terminos postiuos: quorum vnus est forma quæ abi citur: & alius est forma quæ acquiritur, puta dū corrūpit ur sortes, abiicitur anima, & acquiritur forma cadaueris. Nec est verū quod priuatio formæ quæ abiicitur sit ter minus ad quem corruptionis nisi per accidens: sicut etiam negatio formæ generanda non est terminus per se à quo gene rationis. Et si dicatur quod Philosophus dicit i. phy. q per se ex non albo fit albū: per accidens autem fit ex ni gro albū. Responderetur vt Comm. videtur dicere i. phy. cō. 44. priuatio est principū per se, id est, est principū neces sario requisitum. Nunquā enim materia recipiet formā aquæ, nisi prius fuerit priuata forma aquæ. Et quia forma præexistens formæ aquæ, non est determinata: quia potest generari aqua non solum ex igne, sed ex aere & ex terra: priuatio autem est semper in materia ex qua generatur aqua, ideo ad istum sensum dixit Philosophus quod ex non albo fit albam per se. Sed quomodo dūcunque sit, sufficit quod habeat esse fundamentale in re: nec oportet eam habere esse formaliter. Ad quartū negatur maior, sed suffi cit aliquid esse extra animam de quo possit alterum extre mum prædicari in oppositione priuatiua & contradicto ria: quod quidem extremum reducitur ad actū ex solo ope re intellectus. Ad quintum dicitur, quod secluso omni intel lectu nō homo est lapis fundamentaliter, sed non for maliter. Ad sextum dicitur eodem modo: quod vnum op positorum non temouetur nisi per positionem alterius fundamentalem. Vel est dicendum, & forte melius, quod affirmatio & negatio non sunt propriè opposita, nisi dum sunt actu, quod est tantum per operationem intellectus.

Ad quartum. Quomodo negationes cognoscantur habent.

Ad quintum. Quomodo negationes cognoscantur habent.

Ad sextum. Quomodo negationes cognoscantur habent.

Ad septimum. Quomodo negationes cognoscantur habent.

Ad octauum. Quomodo negationes cognoscantur habent.

Ad nonum. Quomodo negationes cognoscantur habent.

Ad decimum. Quomodo negationes cognoscantur habent.

QVÆSTIO XVI.

Vtrum negatio habeat propriam conceptibilitatem.

Veritur decimosexto, vtrum negatio habeat pro priam conceptibilitatem distinctam contra con ceptibilitatem affirmationis, cui contradicit, & simili ter se habeat priuatio contra habitum. Et arguitur quod non. Primo. Omne habens propriam conceptibilita tem est concepitibile & intelligibile. Sed negatio & pri uatio non sunt intelligibiles, ergo &c. Maior patet. Mi nor probatur: quia obiectam intellectiois non est mi noris perfectionis quam sit intellectio, cum sit finis eius. Sed negatio & priuatio est minoris perfectionis quam intellectio: cum intellectio sit ens reale, ergo &c. Secun do. Omne habens propriam conceptibilitatem, habet ali quid propriū per quod moueret intellectū. Sed negatio & priuatio non possunt mouere intellectū: cum neque per se, neque per aliquid accidens eis conueniētū possint mouere sensum: quia qualitates sensibiles non sunt subiecti uē in priuationibus neque in negationibus, ergo &c. Dic tur forte quod maior est falsa in his quæ non cogno scuntur per propriam speciem cuiusmodi est negatio & pri uatio: quæ cognoscuntur tantum per speciem habitus op positi. Sed contra hoc arguitur dupliciter. Tum quia vnum oppositum non representat aliud: ergo species habitus nō representat priuationem. Tum quia nullum subiectum representat id quod adiacet circa ipsum, priuatio autem adiacet habitui quem priuat: ergo habitus non represen tat priuationem. Tertio. Omne intelligibile est prius nega

Primario

Secunda ra

Ternario

ra intelligibile quam intelligatur: sed negatio & priuatio non sunt huiusmodi, ergo non sunt intelligibiles. Maior patet. Minor probatur: quia negatio & priuatio non habet esse nisi per actum intellectus: ergo sunt posterius intel lectioe. Quarto. Omne intelligibile continetur sub ente quod est obiectum intellectus. Sed negatio & priuatio nō continentur sub ente, cum sint non entia, ergo &c.

Respondeo. Pro notitia tituli quæstionis sciendum est q conceptus accipitur dupliciter. Vno modo satis impro priè, scilicet pro specie intelligibili representante obiectū cognitum. Alio modo pro verbo quod format intellectus de re intellecta per speciem representatiuam obiecti. Po test etiam addi tertium: vt accipitur cōceptus pro ipsa intellectione qua intellectus formaliter intelligit. Potest igit ur esse quæstio vtrum priuatio propriam speciem habeat per quam representetur, distinctam per speciem habitus. Et similiter vtrum intellectio qua intelligitur priuatio sit alia ab ea qua intelligitur habitus. Et similiter vtrum intel lectus former apud se alium & alium conceptum de priua tione & de habitu. Et secundū omnia ista dicitur ad que stionem. Quantum ad primum, dico quod priuationes & negationes non habent propriam speciem in intellectu per quam intelligantur. Probatur ista conclusio. Primo. Cuius non potest haberi proprium phantasma aut saltem accidentis eius, non potest etiam haberi propria eius spe cies. Et per hoc fuit probatum lib. 7. quod intellectus cog noscit substantiam per propriā speciem substantiæ, quia virtute intellectus potest causari species substantiæ exi stentibus phantasmatis accidentium substantiæ in nobis. Sed negationum & priuationum non habentur phan tasmata: cum ipsæ non agant in sensum secundum se: aut per aliquam eis coniuictam: eo quod negationes & pri uationes non habent esse in rebus extra animam: ergo ne gationum & priuationum non habetur propria species. Secundo. Minus videtur quod negationes & priuationes habeant propriam speciem: quam quod relationes eam habeant. Sed relationes non cognoscuntur per propriam speciem vt multi dicunt, ergo nec negationes. Maior pa ter. Minor probatur. Si relatio cognosceretur per propriā speciem: sequitur quod in intellectu essent duæ species eiusdem relationis: aut esset species vnus relatiuæ sine specie alterius, & consequenter vnum cognosceretur altero non cognito, quorum vtrunq; est impossibile. Probatur conse quentia. Sint a, & b, albedines: constat quod in a est vna si militudo, & in b est alia similitudo, & non est maior ratio quod a, causet sui speciem quam b, quia pono quod sint æquē intēse, ergo vel a & b causant propriam sui speciem: & sic in intellectu sunt duæ species: quarum quælibet re presentat tantum similitudinem: & sequitur etiam quod vna earum est superflua: aut vna earum causet sui specie, & non alia: & sic cognosceretur similitudo eius & non simi litudo alterius. Postea tamen dici sustinendo quod relatio cognoscatur per propriam speciem, quod intellectus agēs cum phantasmate absoluti super quod fundatur relatio, causat vnam speciem representantē vtranque relationem si sunt relationes eiusdem rationis. Si autem sunt diuersa rum rationum sicut est paternitas & filiatio, tunc causan tur duæ & per quamlibet earum potest cognosci suum co relatiuum: licet differenter: quia per speciem paternitatis cognoscitur principaliter paternitas, & consecutiue filia tio tanquam terminus eius. Per speciem vero filiationis econtra. Sed hic sunt duo dubia. Primum est, quia agnus cognoscit maternitatem, & non apparet quomodo hoc possit esse, nisi quia in eius existimatiua est species mater nitatis. Secundum est. Quomodo cognoscantur relatio nes si non habent speciem in intellectu per quam repræ sententur. Ad primum dicitur, quod sicut sensus exterior aliquo modo componit, dum cognoscit quod albedo non est nigredo, ita naturalis existimatiua in brutis aliquo mo do discurrit: licet imperfectē sicut cogitariua in homine, quæ nobiliori modo cōfert intentiones particulares: agnus autem cognoscit maternitatem, non per speciem propriā maternitatis, quod patet: quia non cognoscit filiationem: sed eam cognoscit per discursum imperfectum, & quadā notitia confusa, ex hoc quod habet proprium phantasma matris. Non oportet autem ea quæ cognoscuntur tantum per discursum habere propriam speciem: vt patet in eni bus rationis. Ad secundam dicitur, quod si in intellectu nō est propria species relationis, intellectus cognoscit rela tionem per illammet speciem qua cognoscitur absolutam in quo fundatur relatio: & hanc cognitionem habet intel lectus tantum per discursum. Intellectus enim per specie albedinis potest simplici apprehensione apprehendere al bedinem, & postea discurrere concludendo quod positus duabus albedinibus necessario insurgit relatio similitudi

Quartario

Conceptus dupliciter dicitur

Conclusio i

Ad primam

Ad secundam

n is in

nis inter eas: & sic per illam speciem qua simpliciter cog noscitur albedo: cognoscitur etiam discursus similitu do. Per istam vero notitiam sic acquisitam potest intel lectus mouere scipsum ad formandum conceptum simili tudinis: nec oportet aliam eius haberi speciem. Nunc ad propositum quomodo cognoscatur negationes & priua tiones, cum non habeant propriam speciem est duplex modus dicendi. Quidam enim dicunt quod in intellectu potest esse duplex actus respectu cuiuslibet obiecti. Vnus quidē postiuus obiecti: & alius ablatiuus siue remouius obiecti. Primus actus est affirmare & componere respec tu complexorum. Secundus autem actus est negare & di uidere. Respectu autem incomplexorum negare est infi nitare: vt cum dicitur, non homo, aut est priuare à subie cto apto nato: vt cum dicitur, tenebra vel cecitas. Oriuntur autem isti actus circa idem obiectum, non ex diuersitate similitudinum, quas habeat penes se intellectus, sed ex conditione ipsius intellectus: qui circa re cuius habet si militudinem, potest intentionaliter operari, vel iteruendo rem illam in suo aspectu: vel illam tollendo & auferendo à suo respectu: & tunc remanet in suo prospectu ablatio rei siue res ablata: & hæc appellatur ablatio passiuā ip sius rei correspondens ablationi actiuæ quam facit intel lectus, & hoc modo cognoscuntur priuationes per habi tus, non quod species habitus representent priuationes: sed quia exhibent quasi materialiter habitum ipsum circa quem potest intellectus ex natura sua duobus modis intentionaliter operari, scilicet ponendo & auferendo. Iste modus dicendi deficit in hoc quod dicitur: quod intellectus ponit apud se res in quodam esse intentionali. Hoc enim falsum est: imo potius ipsæ res ponunt seipias in tali esse: quia causant in intellectu suam similitudinem: per quam habent esse spirituale & intentionale in ipso intellectu. Vn de declaro aliter quomodo negationes & priuationes cog noscuntur per habitus. Nam intellectum intelligere ne gationem & priuationem potest accipi tripliciter. Vno mo do, quia apprehendit quid nominis negationis & priua tionis. Secundo: quia cognoscit quod aliquod prædicatum verè negatur de aliquo subiecto, puta quod homo nō. It lapis. Tertio quia apprehendit formale significatum no minis infiniti siue negationem termini incomplexi. Pri mam notitiam habet intellectus per ipsam affirmationem: quia enim cognoscit quod affirmare est vnum ab tribuere: ideo ex hoc intelligit quod negare est vnum ab altero remouere, dicendo hoc non est illud. Secundam no titiam habet intellectus per speciem subiecti & prædica ti: quod patet: quia nihil plus requiritur ad formandam propositionem: qui enim cognoscit significatum hominis & significatum asini, videt vnum alteri repugnare, & ideo nullo alio requisito potest formare hanc propositio nem, Homo non est asinus, cuius negatiua veritas cog noscitur per veritatem huius affirmatiuæ, homo est ho mo: vt dicitur in perihermen. Tertiam notitiam habet intel lectus per speciem eius cui adiungitur negatio, intelle ctus enim habens (gratia exempli) tantum speciem homi nis, cognoscit primo per eam quid sit homo: & postea per eandem remouet significatum hominis absolute: & non magis ab hoc quam ab alio: ita quod hoc significatum sic negatur, non magis applicat ligno quam lapidi: & hunc conceptum ita confusum, scilicet significati hominis ab solute negati, exprimit per hoc nomen, non homo. Nec ad ponendum negationem circa significatum hominis requi ritur aliqua alia species præter species hominis. Si autem huius negationem ponat non absolute, sed tantum circa illud subiectum cui nata est inesse affirmatio opposita, si cut ponit in actu priuationem & in esse cognitio, intelle ctus quoque intellectus per speciem habitus cognoscit nega tionem & priuationem: & etiam quomodo istud sit: quia non est per hoc quod species representent negationes & priuationes: sed hoc fit per quemdam discursum. Nam ex hoc quod cognosco hominem esse ens, infero quod nō est non ens: & quod nō est lapis nec lignum: & hoc dico quā tum ad negationem quæ est in complexione: quan tum vero ad negationem termini incomplexi constat quod oportet intellectum formantem hanc propositionem: ens non est non ens, prius habere notitiam subiecti & prædica ti quam former propositionem: & ideo conceptum non entis format per speciem entis: vt dictum est.

Oppi quo rindam

Quomodo negationes cognoscantur habent

Conclusio 2

vifus. Nec est inconueniens vnam intellectioem termi nati ad duo obiecta: quorum vnum est ratio cognoscendi aliud, sicut etiam vnico actu potest cognosci conclusio & principia. Mam simul inducens cognouit: vt dicitur primo posterior. tex. comment. 4.

Conclusio 3

Quantum ad tertium constat quod alius est conceptus habitus: & alius est conceptus priuationis, siue loquamur de conceptu formali, siue de conceptu obiectiuo: de conce ptu obiectiuo patet, quia habitus est ens reale, priuatio autem est ens rationis. De conceptu etiam formali est ma nifestum: quia nullus vnquam dubitauit quin habitus & priuatio ratione distinguantur.

Ad primum

Ad primam rationem in oppositum negatur minor. Ad probationem dicitur quod obiectum cognitum per pro priam speciem non est minoris perfectionis quam eius in tellectio: sed secus est de eo quod non cognoscitur per spe ciem propriā, quia istud potest esse imperfectius quam sit eius intellectio: licet id cuius species est propria, sit sem per perfectius tali intellectioe. Ad secundū negatur ma ior. Sunt enim aliqua quæ mouent intellectū, & eius actio nem terminant: aliqua vero terminant, sed non mouent, vt intelligentiæ, & entia rationis. Et ideo responsio ibi po sita est vera. Nec valet quod arguitur contra: quia non di cimus quod species habitus representent priuationem, aut negationem: imo dicimus oppositum. Ad tertium dicitur quod procedit ex falsa imaginatione, scilicet, quod obiectum denominetur intelligibile per potentiam in eo exi stentem: hoc enim est falsum, quia denominat intelli gibile solū per potentiam quæ est in intellectu: & ideo ne gationes sunt prius intelligibiles quam intelligantur: quia prius est intellectus potēs eas intelligere quam quod actu eas intelligat. Ad quartū dicitur q ens quod est obiectum terminatiuū intellectus est ens comune ad ens reale & ens rationis, licet ens motiuum intellectus sit tantū ens reale.

Ad secundum

Ad tertium

Ad quartum

QVÆSTIO XVII.

Vtrum priuatio distinguatur à subiecto in quo est.

Veritur decimosextimo. Vtrum priuatio cū sit ens rationis distinguatur realiter à subiecto in quo est. Et arguitur quod non. Primo. Omnis distinctio realis est relatio realis. Sed priuatio non potest fundare relationem realem, alioquin fundamentum esset debilius relationem, ergo priuatio non distinguatur realiter à subiecto. Secundo. Quicquid inest subiecto, circumscripito omni eo quod nō est subiectum, est idem realiter cum subiecto. Sed circumscripito à subiecto omni eo quod non est subiectum: adhuc sibi inest priuatio formæ quam est natum habere & non habet: ergo priuatio est ipsummet subiectum. Tertio. Quæ sunt idem numero, & distinguuntur tantum ratione: sunt idem realiter. Sed priuatio & materia sunt idem numero & distinguuntur tantum ratione, vt dicitur i. physic. textu commenti 66. ergo &c.

Prima ratio

Secunda ratio

Tertia ratio

Respondeo. Pro notitia huius quæstionis declaranda sunt duo. Primum est quod præsens quæstio pertinet ad metaphysicum, licet enim naturalis Philosophus conside ret de priuatione, in quantum necessario requiritur tan quam causa sine qua non ad quamlibet generationem: ta men considerare quid sit priuatio: scilicet vtrū sit ens reale, aut rationis tantum, & vtrum sit substantia vel accidens: & vtrū sit idem cum suo subiecto, an aliquid ab eo distin ctum pertinet ad metaphysicum: qui solus tractat de sub stantia & accidentibus in quantum huiusmodi: & de eodē & diuerso: vt patet 4. & 10. metaph. propter quod Commen tator 2. physic. com. 2. 1. dixit quod querere, an forma rei naturalis sit substantia pertinet ad metaphysicum: & natu ralis Philosophus hoc supponit & accipit à metaphysi co. Secundum est, quod distinctio potest accipi duplici ter. Vno modo vt est negatio. Alio modo vt est relatio: plus enim requiritur ad distinctionem, vt est relatio præ fertim realis quam vt est negatio, vt dictum fuit lib. quin to. Si accipitur vt est relatio, potest huius quæstionis esse duplex sensus. Primus est. An relatio qua priuatio distin guitur à subiecto sit realis: & statim apparet quod nō: quia in ente rationis non potest fundari relatio realis. Secundus est. An relatio qua subiectum distinguatur à priuatione sit realis, & de hac etiam constat quod non: quia nulla relatio terminatur ad ens rationis. Tertius sensus est. An fun damentum distinctionis subiecti à priuatione sit reale: & constat quod sic: quia huius fundamentum est ipsum sub iectum quod est ens reale. Si accipitur vt est negatio: tunc licet proprius sensus quæstio sit, Vtrum dicendo, subiectū non est priuatio, sit negare rem: à re tamen potest etiam esse

Distinctio

Vtrum oppositio contradictoria sit maxima oppositio.

Conclusio responsiva.

esse sensus. Vtrum verum sit dicere quod subiectu & priuatio non sunt eadem res. Veritas enim huius propositio- nis potest esse ex duabus causis, scilicet aut quia priuatio non est res: aut quia si est res: non tamen est illa res quæ est eius subiectum. In hac igitur quæstione intendimus probare quod subiectum & priuatio non sunt eadem res: siue priuatio sit aliqua res siue non, probatur autem primo sic: Id quod enumeratur inter entia, non est id quod non enumeratur inter entia: alioquin eadem res esset ens, & esset non ens. Sed materia enumeratur inter entia, non autem priuatio: ergo &c. Maior patet. Minor habetur i. phy. text. comment. 66. vbi sic dicitur. Materia est aliud à priuatione, quia ita se habet ad res, sicut homo ad musicam, & aurum ad anulum: & homo & aurum, & vniuersaliter materia secundum quod est materia, numeratur in entibus: quod non est in priuatione. Confirmatur: quia philosophus in eodem textu reprehendit Platonem: quia non distinguebat inter materiam & priuationem. Secundo. Impossibile est quod eadem res sit pars substantiæ rei, & non sit pars substantiæ rei. Sed materia est pars substantiæ naturalis, & non priuatio, ergo &c. Hanc rationem posuit Philosophus & commentator, vbi supra, vbi sic dicitur. Priuatio etiam differt à materia, quoniam generatum est ex materia per se cum sit pars eius: ex priuatione autem est aliquid per accidens, cum non remaneat: ita quod sit pars generati. Confirmatur, quia vbi supra comment. 67. sic dicit Commentator, & habetur in textu. Non musicum quod est priuatio musicæ est aliud ab homine. Et comment. 79. loquens de materia & priuatione, sic dicit. Ens in potentia non est priuatio pura. Tertio. Id quod est substantia, non est id quod neque est substantia neque est accidens. Sed materia est substantia: priuatio autem neque substantia neque accidens, ergo priuatio non est id quod est materia: & idem est dicendum de qualibet priuatione respectu sui subiecti. Maior patet: prima pars minoris habetur i. phy. comment. 70. vbi sic dicitur, materia est substantia. Pro secunda vero parte minoris sic dicitur primo physic. text. & com. 79. materia non est per accidens, priuatio autem non est per se, & materia est aliquid propinquum ei quod est actu, quia non est in actu & quodam modo substantia: priuatio autem non omnino, id est, neque propinquè, neque remotè neque est accidens, nedum ut sit substantia. Quarto. Id quod manet non est id quod non manet completa generatione eius quod generatur. Sed materia manet completa generatione, priuatio autem non manet, alioquin habitus & eius priuatio: & consequenter affirmatio & negatio opposita illi affirmationi simul essent in eodem: quod est contra primum principium, ergo priuatio non est materia. Maior est nota. Minor patuit ex dictis supra secundum Aristotelem & Commentatorem. Nam dum ex aqua debet generari ignis, in materia aquæ est priuatio formæ ignis, & generatio igne, non est amplius in illa huius priuatio.

Ad primum.

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad quartum.

Ad quintum.

Veritur decimo octauo. Vtrum oppositio contradictoria sit maxima oppositio. Et arguitur quod non. Primo. Vbi est minor diuersitas, vbi est minor oppositio: quia oppositio est quadam diuersitas. Sed contradictio requirit minorem diuersitatem quam omnia alia genera oppositionum: quia quælibet minima diuersitas sufficit ad contradictionem. Nam quodlibet diuersum quantumcumque modicum sit diuersum, includit contradictionem illius à quo est diuersum, ergo &c. Secundo. Vbi est minor distantia formalis, ibi est minor oppositio. Sed inter contradictoria est minima distantia formalis, ergo contradictio est minima oppositio, maior patet. Minor probatur. Illa quæ sunt immediata, sic quod non habent mediū quouis modo, minime distant. Sed contradictoria nullo modo habent mediū, ut dicitur quarto metaphysicæ, ergo &c. Tertio. Quælibet alia oppositio includit oppositionem contradictoriam, & non e contra: ergo quælibet alia oppositio habet oppositionem contradictoriam & aliquid plus, & consequenter est maior ea. Quarto. Illa minus opponuntur quæ minus se interimunt, & maxime inter omnia opposita se compatiuntur. Sed contradictoria sunt huiusmodi, ergo &c. Maior patet. Minor probatur. Nam non calidum in eo quod non calidum, minus interimit calidum: & magis permittit secum calidum quàm frigidum vel quodcumque aliud oppositum calido, nam tepidum est non calidum: & magis permittit calidum quàm frigidum permittit calidum, ergo &c. Si album & non album maxime opponuntur: quanto aliquid est magis album tanto magis opponitur non albo per illam regulam secundi topicorum: licet simpliciter ad simpliciter, ita magis ad magis. Sed albidissimum non opponitur contradictorie non albo, ergo &c. Maior patet. Minor probatur. Inter contradictoria non est mediū. Sed inter albidissimum & non album, est dare mediū, quia album remisse neque est albidissimum neque est non album, ergo &c. Sexto. Ista consequentia est bona, omnis homo currit, ergo quidam homo currit. Sed impossibile est quod aliquid plus repugnet consequenti quàm antecedenti, sed ista, nullus homo currit contradicit isti, quidam homo currit, ergo oportet quod tanta oppositione repugnet huic omnis homo currit: quanta repugnat huic, quidam homo currit. Sed ista, nullus homo currit, contradicit huic quidam homo currit, & huic, omnis homo currit, contrariatur, ergo oppositio contradictoria non est maior quàm contraria. Septimo. Ex in proprii oppositione non inferitur maior. Sed oppositio contraria includit contradictoriam, ergo contraria non est minor oppositio quàm contradictoria. Octauo. Necessarium & impossibile plus repugnant quàm possibile & impossibile. Sed duo prima opponuntur contrariè: & secunda opponuntur contradictorie, ut dicitur secundo peribermias: ergo contraria oppositio est maior quàm contradictoria. Minor patet. Maior probatur. Nam possibile est mediū inter necessarium & impossibile. Sed extrema plus repugnant quàm mediū & extremum: ergo &c.

Primatio

Secunda ratio

Tertiaratio

Quarta ratio

Quinta ratio

Sexta ratio

Septima ratio

Octava ratio

Conclusio responsiva

Oppo. cõformaliter & materialiter sumitur.

Respondeo. In ista quæstione est vna opinio singularis quæ ponit duas conclusiones. Prima est quod contradictio non est maxima oppositio, ut probant vltimæ rationes. Secunda est quod contradictio est minima omnium oppositionum, ut probant quatuor rationes primæ. Concludit postea respondendo ad argumenta quæ sunt contra ipsum, quod oppositio contraria est maxima omnium, quia includit oppositionem contradictoriam & priuationem, & aliquid eis addit. Est etiam maior quàm oppositio relatiua, quia vnum contrarium destruit alterum, quod est in relatiue oppositis. Oppositum huius opinionis tenuit Arist. & Commentator, & communiter omnes philosophi dicentes quod oppositio contradictoria est maxima & prima inter omnes oppositiones. Sed antequam proberur ista conclusio, declarabo quis sit sensus ipsius. Ad cuius euidentiam est sciendum quod oppositio contradictoria potest accipi dupliciter. Vno modo materialiter, & alio modo formaliter. Oppositio contradictoria materialiter accepta, non est aliud nisi ipsæ res, de quibus prædicatur, affirmatio & negatio sibi opposita: & sic loquendo de contradictione, dico quod non requirit tantam diuersitatem inter ea de quibus dicitur, quantam requirunt alie oppositiones: quia affirmatio & negatio ei opposita possunt verè enunciari de his quæ sunt eadem res: licet talis affirmatio & negatio tunc non contradicant, quoniam talis res potest fundare oppositas rationes, secundum quarum vnâ conueniunt.

uenit sibi affirmatio: & secundum aliam negatio, sicut punctus continuans duas lineas comparatus ad lineam prioram, dicitur esse finis eius: & non principium. Comparatus vero ad lineam posteriorem, dicitur principium & non finis. Et forte hunc sensum habuerunt illi qui tenebant superiorum opinionem: ut apparet ex his quæ dicuntur respondendo ad rationes contra ipsos. Oppositio contradictoria formaliter accepta est ipsa affirmatio, & negatio accepta in esse affirmationis & negationis: nam significatio significat esse, & negatio significat non esse: cum enim dico lapis, dico aliquid ens, & cum dico non lapis, dico formaliter non ens, licet ista negatio possit applicari huic vel illi enti. Similiter cum dico, homo non est asinus, dico non esse asinum: istud autem, scilicet non esse asinum est non ens. Sic igitur loquendo de oppositione contradictoria probatur quod ipsa sit maxima oppositio. Primo. Illa oppositio est maior cuius extrema magis distant. Sed extrema contradictionis magis distant quàm extrema cuiuscumque alterius oppositionis, ergo contradictio est maxima oppositio. Maior patet. Minor probatur. Primo. Extrema contradictionis distant in infinitum, & extrema aliarum oppositionum distat finitè: quia vtrunque extremum est aliquo modo ens finitum: quod dico propter priuationem opposita: quia priuatio ut distinguitur à negatione, dicit aliquo modo ens saltem præsuppositiue: quia, scilicet præsupponit subiectum, & aptitudinè eius, ergo extrema contradictionis magis distant. Consequentia est nota: quia distantia infinita excedit quamlibet finitam. Antecedens probatur. Illa distantia est infinita, quia maior cogitari non potest. Sed non potest cogitari maior distantia quàm inter ens & non ens, & sic est infinita. Nec valet dicere quod si essent in natura albedo & nigredo, nullo existente colore medio, maior esset distantia inter albedinem & nigredinem quàm inter albedinem & colorem medium, & tamen albedo est ens: quoniam licet ista sit falsa, Color medius est ens. Iste enim terminus pallor significat quandam realitatem: siue sit in rerum natura, siue non: negatio autem quæ est alterum extremum contradictionis nullam realitatem significat. Secundo probatur ista minor. Quæ nullam habet conuenientiam magis distant quàm illa quæ in aliquo conueniunt. Sed ens & non ens in nullo conueniunt, cum non conueniant in ente: alioquin non ens esset ens, contraria autem conueniunt in aliquo: quia quodlibet contrariorum & relatiuorum est formaliter aliqua entitas, & priuatio quantum ad id quod præsupponit, dicit formaliter aliquam entitatem, ergo extrema contradictionis magis distant. Tertio ad idem. Illa magis distant, inter quæ nullo modo est dare mediū, quia cum extrema conueniant in medio, si habent mediū oportet vbi est mediū inter extrema, quod ibi sit aliqua eorum conuenientia. Sed contradictoria nullo modo habent mediū, ut dicitur 4. metaphysicæ, textu, com. 27. omnia vero alia opposita habent aliquo modo mediū: lapis enim neque est cæcus neque est videns, & sic apparet in omnibus. Hanc rationem posuit Philosophus 10. metaphysic. text. com. 15. vbi statim enumeratis speciebus oppositionis sic dicit. Contradictoria sunt prima istorum, & nullum mediū est contradictoriorum. Et commentator ibi sic dicit. Cum opposita completa sint quatuor, ut descriptum est in aliis locis, contradictoria illorum sunt magis opposita, & prima in hoc, ergo &c. Secundo principaliter arguitur. Illa magis opponuntur secundum suas rationes formales quæ maiorem habent incompossibilitatem: quia incompossibilitas oritur propter repugnantiam extremorum. Sed contradictoria habent maiorem incompossibilitatem quàm alia opposita, ergo &c. Maior patet. Minor probatur: quia contradictoria non possunt simul in eodem conuenire secundum omne: contraria autem posse simul esse in eodem, à multis est concessum, & dato quod contraria non possent simul esse: tamen hoc ideo esset ratione contradictionis quàm includunt, ita quod ista incompossibilitas est, quia si contraria essent simul, sequitur quod contradictoria essent simul. Propter quod dicitur 4. Metaph. text. & commento 27. impossibile est quod affirmatiua & negatiua congregentur in eodem, ergo & impossibile est, ut duo contraria congregentur in eodem, & causa in hoc est, quia alterum duorum contrariorum est priuatio alterius. Ex quibus patet quod causa incompossibilitatis contrariorum est incompossibilitas contradictoriorum. Tertio. Maior est oppositio eorum quæ non possunt esse simul vera nec simul falsa: quæ ea quæ possunt esse simul falsa: quia ista conueniunt saltem in hoc quod est esse falsum. Sed contraria possunt esse simul falsa. Si enim tantum Sortes curtat, ista est falsa, omnis homo currit, & similiter ista, nullus homo

currit: contradictoria vero non possunt esse simul vera, nec simul falsa: dicit enim Commentator 4. metaphysicæ, commento 28. quod contradictoria diuidunt verum & falsum, & necesse est, ut alterum sit verum & alterum falsum, ergo &c. Dicitur forte ad hoc, quod conuenientia in falsitate non repugnat oppositioni, sed conuenientia in veritate: & ideo non sequitur si contraria possunt esse simul falsa quod minus opponantur. Sed contra arguitur. Repugnantia in veritate facit per se ad oppositionem: ut tu concedis: ergo illa sunt maxime opposita quæ esse simul verè est maxime impossibile. Sed maxime est impossibile contradictoria esse simul vera, ergo contradictoria sunt maxime opposita. Prima consequentia patet: & eius consequens quod est maior secundi processus. Probatur autem minor. Tum quia primum principium est maxime necessarium inter omnia necessaria complexa: ut dicitur 4. metaphysicæ, ergo eius oppositum est maxime impossibile. Tum quia si quis deducatur ad concedendum contradictoria esse simul vera, cessat omnis disputatio: nec contra eum est amplius arguendum, ut patet 4. metaphysicæ: cuius ratio est: quia non potest deduci ad maius inconueniens & impossibile. Dico igitur quod contradictio est prima oppositio, non tantum primitate ordinis naturæ, sed primitate perfectionis in genere oppositionum, & post eam sequitur priuatiua, cuius alterum extremum, scilicet priuatio est purum non ens secundum se: licet aliquid præsupponat. Et propter hoc dicit Philosophus 10. metaphysicæ, textu Commenti 15. priuatio est contradictio quoquo modo. Et Commen. ibi dicit quod opposita secundum habitum & priuationem, præcedunt naturaliter opposita secundum contrarietatem, & postea oppositio contraria & tandem relatiua.

Ad primum.

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad quartum.

Ad quintum.

Ad sextum.

Ad septimum.

Ad primum in oppositum, concedo quod contradictoria oppositio potest fundari super his quæ minimam habent distinctionem, ipsa tamen secundum se: & formaliter accepta est maxima diuersitas & distantia. Vnde argumentum concludit de contradictione accepta materialiter & non formaliter. Ad secundum negatur minor. Ad probationem negatur maior, loquendo de negatione & distantia formalis: immo illa quæ non habent mediū magis distant formaliter. Maior enim est distantia formalis inter sanitatem & ægritudinem, quàm inter albedinem & nigredinem quem habet colores medios, quia albedo & nigredo sunt saltem virtualiter in coloribus mediis, sanitas autem & ægritudo in nullo se compatiuntur, & multo magis ens & non ens. Ad tertium dicitur, quod quando dicimus contradictoriam esse maiorem oppositionem quàm contrariam, accipimus eas cum præcognitione, & non prout vna includit aliam. Nigredo enim habet quod sit nigredo, & habet quod sit non albedo. Vnde dico quod significatum huius non albedo, formaliter acceptum magis opponitur albedini quàm nigredo. Et ideo dixit Commentator 10. metaphysicæ, com. 15. quod contradictoria diuidunt verum & falsum siue subiectum fuerit siue non. Ad quartum negatur minor. Ad probationem dicitur quod licet aliquid de quo prædicatur non calidum, puta tepidum, magis compatitur calidum, quàm frigidum compatitur calidum: tamen non calidum secundum se formaliter acceptum minus compatitur calidum, & etiam quantum ad multa de quibus prædicatur, quia calidum & non calidum formaliter accepta non possunt esse simul in eodem actu nec virtualiter, calidum autem & frigidum sunt simul virtualiter in eadem forma media. Ad quintum dicitur, quod illa regula topica habet veritatem vniuersaliter tantum in his in quibus vterque terminus suscipit magis & minus. Vnde bene sequitur. Si album disgregat, quod magis album magis disgregat: quia sicut albedo suscipit magis & minus, ita & disgregatio. Contradictio autem non suscipit magis & minus: quia omnia contradictoria sunt æqualiter contradictoria, cum sint æquè impossibilia, scilicet ex ipsa implicatione contradictionis. Ad sextum dicitur dupliciter, primo quod non est ad propositum: quia loquimur de oppositione incompossibilium: & non de oppositione propositionum. Secundo quod aliquid potest plus repugnare consequenti quàm antecedenti. Ista enim consequentia est bona. Omnis homo est sensitiuus, ergo animal est sensitiuus, & tamen non sensitiuum plus repugnat animali quàm homini: quia oppositum eius, scilicet sensitiuum, conuenit animali primo & per se: homini autem licet conueniat per se, non tamen primo. Nec sequitur, si plus repugnet animali quàm homini, quod possit inesse homini, quia ista maior repugnantia non est nisi ex hoc quod in vno habet plures causas repugnantias, quàm in alio. Ad septimum negatur maior. Nam ex distinctione specierum inferunt distinctio suarum differentiarum: & tamen differentia magis distinguuntur.

Ad octauum quantur quam species: quia differentiæ sunt primo diuersæ: species autem non ad octauum dicitur, quod possibile accipitur dupliciter. Vno modo pro omni eo quod potest esse, siue sit necessarium siue contingens: & sic opponitur ei contradictoriè impossibile, siue non possibile: & sic possibile acceptum non est medium inter necessarium & impossibile: immo est aliquid superius ad necessarium. Alio modo accipitur possibile præcise pro eo quod potest esse & non esse: & sic mediat inter necessarium & impossibile: sed tale possibile non contradicitur impossibili, quod patet: quia contradictorium possibile est non possibile: necessaria autem sunt non impossibilia.

QVÆSTIO XIX.

Vtrum à priuatione ad habitum sit regressus.

Primo. Vritur vigesimo nono vtrum à priuatione ad habitum sit possibile fieri regressus. Et arguitur quod sic. Primo. Mors est priuatio vitæ. Sed possibile est ex mortuo fieri viuus: ergo &c. Maior patet. Minor probatur: quia Commentator 8. metaph. dicit quod cum ex viuo fit mortuus, tunc ex mortuo fit viuus: per hoc quod materia recipit formas elementorum, & postea formas medias, & tandem recipit animam. Secundo. Sequitur quod nulla posset esse transmutatio naturalis, consequens est falsum. ergo &c. Probatur consequentia: quia priuatio est terminus à quo in qualibet transmutatione naturali. Vnde dicit Commentator 1. phy. comm. 75. quod si priuatio formæ non præcederet in subiecto, impossibile esset, ut aliquid generaretur ex eo. Et idem ponit comm. 80. & 81. Tertio dicit Philosophus 10. metaph. tex. comm. 16. in principio, quod generationes in materia sunt ex contrariis: & generatur forma aut ex habitu formæ, aut ex aliqua priuatione formæ, ergo aliquando est regressus à priuatione ad habitum.

Respondeo. Et quia præfens quæstio est multum facilis nec habet varietates opinionum, breuiter me expedio præmittendo. Primo. quod propriè loquendo de regressu: sic dicitur fieri regressus à priuatione ad habitum, quando habitus primo fuit in subiecto: & postea abiicitur: & postea iterum aduenit in idem subiectum. Regredi enim est venire ad locum in quo prius aliquis fuit. Præmitto secundo, quod duplex est priuatio. Nam quædam est priuatio pura, & hæc est quæ est tantum negatio in subiecto, & non dicit aliquid positiuum, sicut tenebra est priuatio lucis: & cæcitas visus. Alia est priuatio quæ est forma positua, cui est iuncta negatio alterius formæ: secundum quem modum dixit Commentator 10. metaphysicæ. comm. 7. quod nigredo est priuatio albedinis: & licet ibi dicat quod est ita priuatio albedinis: sicut obscuritas lucis: istud tamè non est intelligendum secundum omnem similitudinem: sed solum, quia conueniunt in ratione priuationis, licet non conueniant in eodem modo. Hanc distinctionem duplicis priuationis posuit Commentator 10 metaphysicæ. comm. 16. vbi dicit quod omnis priuatio, aut est priuatio secundum totum, aut est priuatio, quia caret perfectione tantum. Præmittit tertio, quod aliqua priuatio perfecta de qua sola quæritur in hoc loco, habet immediatum ordinem ad suum subiectum. Alia vero non habet immediatum ordinem ad subiectum, sed tantum mediante habitu. Dicitur priuatio habere immediatum ordinem ad subiectum, quæ potest esse in subiecto, dato quod habitus in eo non fuerit: huius est tenebra respectu aeris: aer enim ex natura sua tenebrosus est: ut inquit Auicenna: nec habet lucem nisi à causa extrinseca, & ideo si produceretur aliquis aer, cui non esset præfens aliquod corpus luminosum, ipse tamen esset tenebrosus & lumine priuatus. Mori autem est priuatio non habens ordinem ad subiectum nisi mediante vita. Nam ante generationem Sortis erat in materia Sortis priuatio vitæ: sicut in omni materia est priuatio formæ introducendæ: illa tamen priuatio non dicebatur mors: quia sola priuatio vitæ quæ præfuit dicitur mors. Ex his dico ad quæstionem quod priuatio perfecta quæ non habet ordinem ad subiectum nisi mediante habitu, potest fieri regressus ad habitum naturaliter. Probatur ista conclusio. Quod potest naturaliter fieri, potest educi in actum per vnum motorem, ut sæpe dicit Commentator. Sed in materia cadaveris non potest induci animam per vnicum motorem: imo oportet ibi esse multas transmutationes, scilicet ut primo materia recipiat formas elementorum, & sic ordinatè deueniat ad vitam: & hoc modo intelligit Commentator primo physicæ. comm. 69. dum dicit quod materia est in potentia ad formas, ergo &c. Secundo probatur: quia Philosophus in post prædicamentis, in capit. de oppositis,

sic dicit. Ex habitu in priuationem fit mutatio, à priuatione vero in habitum impossibile est. Et Commentator ibi dicit. Non est possibile ut transmutetur priuatio in habitum: cum dixerimus in diffinitione absque eo quod sit possibile inuenio in futuro. Et explicat tam ipse quam Philosophus de cæcitate & caluicie. Caluicies enim non est quæcunque priuatio capillorum, sed tantum ea quæ inest capiti postquam habuit capillos: cæcitas etiam licet possit inesse alicui qui nunquam habuerit potentiam visuum: ut patet si quis nasceretur cæcus in utero matris: tamen prius natura conuenit oculo potentia visua quam cæcitas: quia ad animam quæ est forma animalis apti nati videre, sequitur ex necessitate naturæ visus in illa parte corporis quæ est oculus, nisi sit aliquod impedimentum, puta actio alicuius contrarij agentis: vel debilitatæ virtutis, vel aliquid aliud huiusmodi: & ideo visus prius natura habet ordinem ad oculum, quàm eius priuatio. Dico secundo quod à priuatione quæ est coniuncta formæ contrariæ, fit regressus ad habitum. Nam ex calido generatur frigidum, & ex frigido calidum: & hoc est generale & necessarium requisitum in omni transmutatione. Dico tertio quod possibile est regressus à priuatione ad habitum, quado priuatio per prius habet ordinem ad subiectum, quàm habitus ei oppositus. Nam aer tenebrosus efficitur lucidus. Et ad hunc sensum dixit Philosophus 10. metaph. quod generationes aliquando sunt ex contrariis, & aliquando ex priuatione.

QVÆSTIO XX.

Vtrum vni formæ possunt plures formæ esse contrariæ.

Veritur 10. Vtrum vni formæ possint plures esse contrariæ. Et arguitur quod non. Primo, quia Philosophus 10. Metaphysicæ. tex. comm. 14. sic dicit patet: quod non contingit vni plura contraria esse: & statim subdit, quod vni distantia non possunt esse plures termini quam duo, contrarietas autem est quædam distantia, ergo est tantum inter duos terminos. Confirmatur, quia si vni formæ contrariarentur plures: maxime essent formæ mediæ & extrema, puta albedini contraria esset nigredo: & colores medij. Sed hoc est falsum: quia Philosophus tex. 13. & 14. vbi supra dicit quod contrarietas est maxima differentia, maxima autem differentia non est inter extremum & medium, sed inter extremum & vltimū, ergo &c. Et Commentator comm. 14. dicit prædictas rationes philosophi esse demonstrationes. Confirmatur secundo: quia Commentator 10. metaph. com. 19. dicit quod neutrum contrariorum est medium inter duo extrema. Et per hoc probat ibi Philosophus quod æquale non est contrarium magno & paruo: quia est medium inter ea, ergo colores medij non contrariantur extremis. Secundo. Si albedini contrariatur nigredo & pallor: aut hoc est secundum vnam & eandem rationem: aut secundum diuersas: non secundum eandem: quia nigredo & pallor non sunt eiusdem rationis. Si secundum diuersas, ergo sunt diuersæ contrarietas.

Respondeo, quod huius quæst. potest esse duplex sensus. Ad cuius notitiam est sciendum quod contrarietas est relatio: quia dicitur ad aliquid, nihil enim esse contrarium ad se. Potest igitur esse sensus quæstionis. Vtrum, gratia exempli, albedo per vnicam relationem terminet contrarietatem nigredinis & palloris: aut potius alia sit relatio qua est formaliter contraria pallori ab ea qua est contraria nigredini: & sic non quæritur in hoc loco. Alius sensus est. Vtrum eidem formæ possint duæ formæ esse contrariæ: siue in ea sit vnicæ relatio quæ est contrarietas siue plures: & hoc est de quo agitur in hac quæstione. Sciendum secundo, quod Philosophus 10. metaphysicæ. tractat hanc quæstionem à textu comm. 14. vsque ad 22. arguendo quod vni contrariantur plura duabus rationibus. Quarum prima est: quia æquali contrariantur magnum & paruum. Secunda est: quia multitudini contrariatur vnum & paucum. Et soluendo has rationes dicit. Ad primam, quod æquali opponitur inæquale, inæquale autem non dicit aliquid contrarium, sed dicit priuationem æqualitatis. Ad secundam dicit, ut exponit Commentator comm. 21. & S. Tho. quod multitudo accipitur dupliciter. Vno modo absolute: & sic opponitur vnitati, & hoc modo quilibet numerus est multum. Alio modo accipitur multitudo, prout dicit excessum, & sic opponitur paucis: vnde verba Commentatoris hæc sunt. Multitudo non opponitur paucitati simpliciter: sed opponitur paucum multitudinè, nisi quæ dicitur secundum additionem super aliam multitudinè.

Oppositio autem multitudinis ad vnitatem est oppositio mensurati ad mensuram: oppositio autem multi & pauci est oppositio contraria: ut ibi dicitur textu & commento 21. circa principium. Et quibus omnibus videtur concludere Philosophus quod vni est contrarium tantum vnum. Huius verò oppositum habetur ex rationibus & dictis eius. Primum, quia ipse in eodem libro 10. text. comm. 22. circa medium, dicit quod transmutatio non potest esse per se nisi ex oppositis, licet fiat transmutatio per se ex albo in rubrum: ut ibi Philosophus dicit: ergo albedo & rubro sunt opposita. Sed non opponuntur contradictoriè nec priuatiuè: quia vtriuque eorum est ens positiuum, nec relatiuè: ut patet: ergo contrariè. Secundo, dicit Commentator comm. 22. quod quia colores medij sunt contrarij inter se: ideo transmutatio quæ fit ex eis adinuicem est per se: sicut etiam cum transmutatur extremum in extremum. Sed constat quod non minus opponitur medium medio, quàm extremo, ergo media contrariantur extremis. Tertio, quia 10. metaphysicæ. tex. & comm. 17. dicitur quod per hanc particulam, vtrum, non fit interrogatio nisi de oppositis: sed rectè interrogatur, vtrum iste color sit albedo aut rubedo: ergo albedo & rubedo sunt opposita.

Et ideo ad solutionem huius quæstionis est sciendum. Primum quod omne genus diuiditur immediatè tantum duabus differentiis oppositis, quarum vna aut qualibet constituit genus subalternum: puta cum diuiditur viuens in sensibile & insensibile: quarum vna constituit animal, & altera plantam: aut vna constituit speciem specialissimam & altera genus subalternum: puta cum diuiditur animal in rationale & irrationale. Nam irrationale constituit brutum quod est genus, aut vtraque constituit speciem specialissimam: & hoc est quando sub tali genere continentur tantum duæ species. Cum autem sub colore continentur multæ species oportet quod diuidatur immediatè duabus differentiis constitutiuis altero duorum primorum modorum: qui dicti sunt: & tamen inter omnes species colorum albedo & nigredo primò sunt remotæ: quia in prima diuisione coloris non cadunt sub eadem specie subalterna: sed necessario sub distinctis. Sciendum secundo: quod oportet formas contrarias maxime distare sub eodem genere: propter quod dicitur 10. metaphysicæ. textu & commento 24. quod diuersitas contrariorum est diuersitas completa: & diuersitas completa est, qua non est maior. Sciendum tertio, quod media & alterum extremum, possunt dupliciter comparari. Vno modo ad ipsum genus commune: puta albedo & rubor ad colorem: & sic non contrariantur: cum non maximè distent: immo ut sic contrariatur albedini tantum nigredo. Alio modo possunt comparari ad aliquid quod est proprium & immediatum: & sic habent contrarietatem: & ad hunc sensum dixit Philosophus quod vni contrariatur tantum vnum. Et per hoc facile soluuntur rationes factæ ad vtramque partem: ut patet cui liber inueniunt. Patet etiam quod ista positio non est dissolueda per illam generalem distinctionem qua vtrius omnes imperiti, scilicet quod contrarietas accipitur communiter, propriè, & magis propriè, & propriissimè: & magis propriissimè: & per eam putant se euadere omnes difficultates: & si dicatur contra determinata quod rubor non minus opponitur nigredini quàm albedini: ergo si propriè contrariatur albedini: etiam propriè contrariatur nigredini. Respondeo quod negatur antecedens: quia ratio quod non contrariatur nigredini, non est quia magis conueniat cum ea quam cum albedine, sed quia non conuenit cum ea in eodem genere: & consequenter non maximè distat ab ea neque in eodem genere proximo, neque in eodem genere remoto.

QVÆSTIO XXI.

Vtrum qualitates mediæ componantur ex extremis.

Veritur vigesimo primo. Vtrum qualitates mediæ inter contrarias componantur ex extremis. Et arguitur quod sic. Primo. Id quod comparatum ad extrema dicitur secundum magis & minus, habet naturam vtriusque extremi. Sed media sunt huiusmodi, ergo &c. Maior patet: quia comparatum præsupponit positiuum. Id enim quod est minus album: est vtrique album. Minor probatur: quia cum aliquid mutatur de albo in nigrum: cum peruenit ad medium, est minus nigrum quàm simpliciter nigrum & minus album quàm simpliciter album. Similiter est magis album quàm nigrum simpliciter, & est magis nigrum quàm album simpliciter: & per hanc rationem concludit

Philosophus quod media componuntur ex extremis. Confirmatur: quia Commentator 5. physicorum, comment. 6. dicit quod si aliquid mouetur à fusco in nigrum, mouetur ab albedine quæ est in fusco. Et comm. 52. dicit quod quando fit transmutatio ex viridi in album, non fit transmutatio in viride: nisi ex parte nigra quæ est in viridi. Idem etiam ponit Commentator 12. & 54. Item 4. cæli. comm. 6. dicit quod grauius & minus graue differunt secundum magis & minus, propter istud quod miscetur eis ex altero contrario, quod est leue. Et comm. 26. sic dicit. Contraria existunt in medio. Verbi gratia album & nigrum existunt in rubro. Item 10. metaphysicæ. comm. 23. dicit expressè quod omnia media sunt composita ex contrariis: sed oportet quod alterum contrariorum ei inest secundum magis: alterum verò secundum minus: quoniam impossibile est quod in composito ex contrariis sint duæ partes æquales: sed oportet quod altera sit dominans. Et 10. metaphysicæ. tex. com. 7. At verò & in coloribus est aliquid quod color vnius, puta albus deinde ex hoc & nigro videtur geniti. Et expressè hoc habetur primo phy. comm. 55. vbi sic dicit. Subiectum est simile medio quoquo modo: quia est in potentia vtrumque extremum: sed differt quoniam subiectum est vtrumque extremum potentia pura: medium verò est vtrumque extremum non pura potentia: sed aliqua potentia: in medio enim est vtrumque extremum in actu. Secundo. Si in tepido nihil esset caloris & frigoris sequitur quod aliquid posset transmutari à tepido in calidum in instanti. Sed hoc est impossibile & contra sensum: ergo &c. Consequentia probatur. Vbi nulla est resistentia, ibi est transmutatio subito. Sed si in tepido nihil est frigoris, ibi nulla est resistentia: ergo &c. Maior nota. Minor probatur. Si in tepido nihil est frigoris, sed tantum remissio caloris: ista remissio non est aliud nisi priuatio caloris intensi. Sed priuatio non potest resistere: cum non sit ens positiuum: ergo &c. Tertio. Omnis motus qui sunt ad contraria, sunt ex contrariis: ut dicit Philosophus 5. physicæ. & Commentator comm. 6. Sed aliquid potest mutari à media qualitate in extrema: puta à pallore in album & in nigrum: ut dicitur 10. metaphysicæ. textu & commento 22. ergo in qualitate media sunt formæ contrariæ. Quarto. Impossibile est quod tepiditas per illud habeat rationem caloris, per quod contrariatur calori: quia non potest idem conuenire cum aliquo realiter & ei opponi. Sed tepiditas conuenit cum calore & opponitur ei: quia ut dicit Philosophus 5. physicæ. medium comparatum vni extremo habet rationem alterius extremi, & e contra: & sic tepiditas comparata calori opponitur ei & comparata frigori conuenit cum colore: ergo in tepiditate sunt duæ naturæ.

Respondeo quod formas medias componi ex extremis tripliciter potest intelligi. Vno modo quod formæ contrariæ extremæ concurrant sub æquali gradu ad formam mediam constituendam: ita quod in quolibet medio colore et tantum sit albedinis quantum nigredinis, & e contra. Alio modo quod ipsa contraria concurrant ad qualiteram mediam in gradu inæquali: ita quod semper necesse sit vnam esse sibi secundum perfectiorem gradum quàm aliam. Tertio intelligi potest, quod media qualitas componatur ex extremis: non quod habeat in se actu & formaliter aliquem gradum qualitarum contrariorum: sed quia virtualiter continet gradus remissos eorum, puta, in rubore virtualiter est aliquis gradus albedinis: & aliquis nigredinis. Dico igitur ad quæstionem, quod impossibile est formam mediam componi ex extremis, reali & vera compositione: ita quod neque in pallore: nec in rubore: nec in quocunque alio colore medio est aliquis gradus albedinis: nec aliquis gradus nigredinis, in quocunque sensu istud intelligatur quantum ad esse in actu: sed ideo componi dicuntur ex extremis, quia eas virtualiter continent. Probo autem hanc conclusionem fuisse de mente Averrois, & San. Tho. Primo, quia sic dicit Commentator 4. metaphysicæ. comm. 27. Duo contraria habentia medium sunt in ipso medio in potentia: sicut albedo & nigredo inueniuntur in pallore, sed non in actu. Secundo: sic dicit 10. metaphysicæ. comm. 7. Nondum aliquis diceret quod colores componuntur ex duobus, scilicet albo & nigro. Confirmatur, quia 10. metaphysicæ. com. 23. in quo multa dicit de hac materia, tandem in fine infra concludit. In composito inuenitur ex altero contrariorum magis, & in altero minus, non simpliciter: sed aliquo modo, id est in potentia. Tertio. San. Tho. in 3. dist. 14. ar. 2. ad secundum sic dicit: in minus albo nihil est nigredinis: licet ibi sit minus albedinis. Quarto arguitur rationibus. Primum. Impossibile est ex naturis specie distinctis constitui tertiam speciem qualibet illarum permanente in specie sua. Sed qualitas media distinguitur specie ab extremis, ergo non potest constitui

Prima ratio. Conclusio 2. Conclusio 3. Prima ratio. Nota quarta. Nota quinta. Ad rationes omnes. Secunda ratio. Nota prima. Nota secunda.

Confirmatio. Secunda ratio. Tertia ratio. Quartatio. Vide c. 2. d. 27. q. 2. 2. dist. 39. Conclusio responsiva. Quæst. Meta. Pau. Sonc.

ex extremis si retineant naturā speciei. Maior est Philosophi 5. metaphysicā, vbi dicit quod quinque non sunt duo & tria: sed semel quinque: quia tria & duo sunt numeri speciei distincti. Patet etiam ratione: quia id quod cum altero concurrat ad constituendum vnam speciem: non potest esse natura totalis & perfecta: sed tantum partialis. Minor etiam patet: communiter enim est cōcessum quod rubor est alterius speciei ab albedine & nigredine: vt patet infra & probatur etiam ratione. Vltimā dispositiones ad formas speciei distinctas sunt diuersarum rationū: alioquin non plus introduceretur vna quā alia. Sed caliditas & frigiditas sunt vltimā dispositiones ad formas elementorum: & qualitas resultat ex eis quæ appellatur forma media, est vltima dispositio ad formam mixti: vt communiter dicunt qui ponunt elementa non manere formaliter in mixto: & præsertim S. Tho. in tractatu de mixture elementorum: ergo &c. Secundō. Formæ oppositæ in quantum sunt oppositæ non possunt simul concurrere in eadem natura: quia de ratione oppositorum in quantum sunt opposita, est quod simul stare non possint. Sed formæ contrariæ sunt etiam contrariæ in gradibus remissis: cuius ratio est, quia Philosophus 10. metaph. text. com. 13. & 14. dicit quod contrarietas est oppositio secundum formam: natura autem albedinis & nigredinis saluatur in gradibus remissis: ergo vt sic sunt contrariæ. Primō. Suppono quod nulla qualitas composita ex extremis est simplex. Istud factis patet: quia simplicitas opponitur compositioni. Suppono secundō: quod in elementis sunt tantum qualitates primæ, non qualitates secundæ siue compositæ: vt dicitur in 2. de Gen. text. com. 16. Ex his arguitur sic. Philosophus dicit in 4. de celo & mundo, quod aer est grauis & leuis. Aut ergo intelligit quod simul sint in aere duæ qualitates distinctæ: aut quod est tantum vna, sed composita ex grauitate & leuitate: aut intelligit quod est vna virtualiter cōtinens vtrāque. Non primū, vt probabitur sequenti quæstione. Non secundum, quia nulla qualitas composita potest esse in elementis: vt patet ex secundo supposito. Quarto Commentator dicit 1. physic. com. 56. quod colores extremi sunt in colore medio, non in actu puro: nec in potentia pura: sed medio modo inter potentiā & actum. Sed albedo remissa est actu albedo: & nigredo remissa est actu nigredo: alioquin nullum corpus esset actu aut album aut nigrum, nisi in eo esset albedo & nigredo in summo: quod est falsum: ergo intelligit tertio modo, scilicet, quod illa qualitas aeris comparata ad grauitatem, tunc habet rationem leuitatis: & comparata ad leuitatem ignis habet rationem grauitatis. Et quia motus distinguuntur ex terminis: vt patet 5. physic. text. com. 31. ideo consequenter dico quod dum aliquid mobile mouetur ab extrema qualitate in aliam: necesse est ibi concurrere plures motus. Propter quod dicit Philosophus & Commentator 10. meta. text. & com. 22. quod motus de albo in nigrum fit per motum super colores medios primo, & post peruenitur ad nigredinem, gratia exempli, dum aliquid mouetur à nigredine in albedinem: necesse est quod prius remittatur nigredo: & tandem corrumpantur. In instanti autem corruptionis albedinis, acquiritur aliquis color medius sub quo stat mobile per aliquod tempus & paulatim disponit subiectum ad vltiorem formam: puta ad albedinem: ita quod dum præcedens qualitas remittitur fit dispositio in subiectum ad sequentem qualitatem: quæ quidem dispositio fit mediantebus qualitatibus primis & mediante raritate & densitate.

Ad rationes in oppositum respōdetur. Ad primam dicitur quod Philosophus non intelligit quod formæ mediæ habeant rationem vtriusque extremorum & sapiant eorū naturam: quasi quod aliquis gradus qualitatum contrariarum sit formaliter in qualitate mediæ: sed solum quia mediæ habent rationem vtriusque contrariarum, non absolute, sed comparatiuē. In fusco enim est virtualiter plus nigredinis quā albedinis. In rubore autem est virtualiter plus albedinis quā nigredinis: & ideo fuscum comparatum albo dicitur nigrum: & rubrum comparatum nigro dicitur album. Ad primam auctoritatem Commentatoris dicitur quod per albedinem quæ in fusco non intelligit aliquam realitatem quæ sit de natura albedinis: quia tunc mobile non moueretur a fusco in nigrum: sed ab albo in nigrum, cuius oppositum vult Commentator: sed per albedinem intelligit ipsum colorem fuscum: qui vt comparatur ad nigredinem habet rationem albedinis. Ad secundam dicitur eodem modo. Ad tertiā dicitur quod ei quod est minus graue nihil admiscetur leuitatis nisi ad hūc sensum quod minus graue minus elongatum est à leuitate quā magis graue. Ad quartam dicitur quod Commentator intelligit extrema existere in medio non formaliter,

Suppositum primum.
Suppositum secundum.

Ad primum.

Ad auctoritates auctores.

sed virtualiter. Et similiter dico ad quintam: forma enim media virtualiter continet extremas: sed vnam magis & alteram minus: rubrum enim plus virtualiter continet albedinis quā nigredinis: fuscum verō plus nigredinis quā albedinis. Ad vltimam auctoritatem quæ habetur ex 1. physic. dicitur, quod Commentator declarat seipsum: nec auctoritas eius perfecte recitatur. Sic enim dicit, In medio enim est vtrumque extremū in actu: sed tamen nō in vltima perfectione. Ex quibus habetur quod est ibi vtrumque extremum tantum in actu virtuali & nō in actu formali: & secundum suam esse perfectum, id est completum & specificum. Ad secundum principale negatur, consequentia. Ad probationem dico primo quod argumentū non est ad propositum: quia tepiditas non est forma mediæ: sed est calor remissus citra dimidium gradum latitudinis caloris: in tali enim remissione non sufficit denominare subiectum suum esse calidum, sed tepidum. Dico secundō: quod consequentia non tenet: quia successio non tantum prouenit ex resistantia formæ contrariæ: sed aliquando ex imperfectione agentis: aliquando propter indispotionem subiecti: & sic est in proposito: quod enim calor remissus non statim incendatur est, quia subiectum non est dispositum ad perfectiorem calorem: sed successiue disponitur: quo facto statim introduceretur vltior gradus caloris. Ad tertiū dicitur quod motus qui sunt ad contraria sunt ex contrariis aut simpliciter: aut secundum quid & comparatiuē: nec aliter intelligit Philosophus. Ad quartum negatur maior. Dico enim quod est impossibile quod aliquid conueniat cum alio realiter, & opponatur ei simpliciter & absolute: tamen non est impossibile quod aliquid conueniat cum alio realiter: & opponatur ei, secundum quid & comparatiuē. Cuius ratio est: quia per eandem realitatem potest aliquid magis conuenire extremis contrariis: quā conueniant ipsa extrema inter se. Et ideo per illam realitatem potest conuenire cum aliquo extremorum & contrariari eadem quodammodo etiam relatiuē prout habet rationē alterius extremi: & secundum quod virtualiter plus continet vnum extremum quā alterum.

Ad secundū

Ad tertium.

Ad quartū.

QVÆSTIO XXII.

Vtrum forma contraria compatiatur se in eodem subiecto adequato secundum gradus remissos.

Quaritur vigesimo secundo. Vtrum formæ contrariæ compatiatur se in eodem adequato subiecto secundum gradus remissos & arguitur quod sic. Primō. Si non possunt esse simul sequitur quod est dare primum instans qualitatis quæ acquiritur & vltimum eius quæ abiicitur. Sed hoc est falsum: ergo &c. Consequentia patet: quia per se idem instans expulset generationem vnius & corruptionem alterius: cum ponas quod nihil formæ quæ abiicitur remanet cum ea quæ acquiritur. Falsitas consequentis probatur. Impossibile est dare primum mutatum esse: vt probatur sexto physicorum, ergo impossibile est dare primum instans esse qualitatis. Patet consequentia: quia qualitas acquiritur per motum. Secundō. Nō est dare primam generationem formæ abiiciendæ: ergo non est dare primam generationem formæ acquirendæ. Tertio. agens naturale non remittit vnam formam nisi causando in eius subiecto aliquid impossibile illi formæ in tali gradu: & secundum quod causat illud in maiori & maiori gradu, corrumpit gradum maiorem vel maiorem præexistentis formæ. Quarto. Omne quod mouetur habet aliquid vtriusque extremi: vt dicitur 6. physic. ergo dum frigidum calefit, habet aliquid caloris & aliquid frigoris. Quinto. Agens introducens calorē in aliquid subiectum, non statim causat perfectum calorem, ergo habet aliquam resistantiam: resistantia autem non est nisi ex contrario: ergo habet aliquid formæ contrariæ. Sexto. Quicquid stat cum motu ad aliquam formam, stat cū termino motus: quia motus non est nisi ipsa forma. Sed forma contraria ex qua subiectum transformatur stat cum motu: quia ipsa est causa successione motus prædicti secundum Auerroem 4. physic. comment. 71. dicendum quod causa successione in motu est resistantia. In motu autem ad formam non potest esse resistantia nisi ratione formæ contrariæ existentis in subiecto: ergo &c. Septimō. In mixto manent qualitates remissæ elementorum: vt dicit etiam S. Tho. q. 76. artic. 4. ad quartum: sed illæ sunt contrariæ: ergo &c. Octauo. Sint aliqua duo agentia naturalia: puta ignis & aqua sufficientia ad agendum mutuo inter se, & approximatur: ita tamen quod inter ea ponatur medium quod sit minimus aer: constat quod iste aer alter alterabitur ab vtroque

Prima ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Sexta ratio.

Septima ratio.

Octava ratio.

vtrouque illorum corporum. Sed iste alterationes sunt contrariæ: ergo &c. Nono. Motus sursum & motus deorsum sunt contrarij: & possunt simul esse in eodem: puta si lancea mittatur sursum: & musca super lanceam moueatur deorsum. Dicimō. Differentiæ specierum eiusdem generis sunt contrariæ: vt patet 10. metaphysicā. Sed possunt esse simul in eodem tales formæ: puta albedo & dulcedo: quarum quilibet est qualitas: & habent idem genus remou subalternum in prædicamento qualitatibus. Vndecimō. Dispositio ad vitium cōtrariatur virtuti: quia ipsamet dispositio efficietur vitium, sed dispositio ad vitium potest stare simul cum virtute: vt patet in eo qui habens habitū virtutis facit actum vitiosum: talis enim actus causat dispositionem ad vitium.

Respondeo, quod formæ contrariæ non possunt simul esse in eodem adequato subiecto, siue in gradibus intensissimis, siue in quocunque gradu remisso. Hanc conclusionem probo esse de mente Philosophi & Commentatoris, & S. Tho. Primō sic. Impossibile est duo contradictoria esse simul in eodem: ergo est impossibile duo contraria esse simul in eodem. Antecedens est notum per 4. metaphysic. Consequentia probatur per conditionalem quam facit Aristoteles 9. metaphysic. text. comment. 27. vbi sic arguit: Si est impossibile vt duo contradictoria vera simul sint in eodem, manifestum est quod est impossibile vt contraria sint simul in eodem: hæc Philosophus. Sed est impossibile duo contradictoria esse simul in eodem: ergo est impossibile duo contraria esse simul in eodem. Patet consequentia à positione antecedentis ad positionem consequentis. Et si dicatur forte quod Philosophus intelligit de contrariis complexis: quia non est impossibile duas contrarias esse simul veras: non autem loquitur de formis contrariis: de quibus tantum est sermo in hac quæstione. Istud apparet falsum dupliciter. Primō ex alia translatione quæ clarior est: vt inquit ibi Commentator, in ipsa enim assignatur ista ratio quare vnum contrarium non potest simul esse cum alio: quia scilicet vnum est priuatio alterius, vt nigredo albedinis. Secundo, quia dicit quod possunt inuicem prædicari: quod tamen diceret si intelligeret de contrariis complexis. Et confirmatur, quia Commentator per totum illud commentum declarat hoc in formis contrariis. Confirmatur. Si aliquid simul est album & nigrum, ergo est album & non est album: consequens est impossibile. Probatur consequentia: quia nigrum est priuatio albi: & priuatio est necessario in subiecto determinato: hanc rationem posuit Philosophus vbi supra cum sic dicit. Contrarium enim alterum est priuatio: priuatio autem negatio est ab aliquo determinato genere. Confirmatur secundo. Omnis oppositio alia à contradictione includit contradictionem: vt dicitur 1. priorum, & 4. metaphysic. ergo si contraria verificantur simul de eodem sequitur quod etiam contradictoria: & ita si aliquid est album & nigrum: sequitur quod sit album & non album. Secundō. Si formæ contrariæ se compatiuntur sub aliquibus gradibus: & sub aliquibus non: quia non sub gradibus intensis, sed sub remissis, ergo est dare latitudinem certam & determinatam, vltra quam non possunt se compati: & sic est dare aliquem calorem permixtum frigidis: quo calore nullus intensior posset compati frigus. Sed hoc est impossibile: ergo contraria in nullo gradu se compatiuntur. Maior patet. Minor probatur supponendo duo. Primum est quod summus calor non compatiatur aliquem gradum frigiditatis. Secundum est quod remissio in formis habentibus contrarium fit per admixtionem contrarij. Ista duo conceduntur ab eis qui sunt oppositæ opinionis: vt infra patebit. Moueatur igitur aliquod corpus, puta a, à summa caliditate ad illam caliditatem quæ maior non compatiatur frigiditatem: constat quod a in vno instanti erit sub caliditate summa, & in alio instanti erit sub caliditate quæ maior non compatiatur frigiditatem & cum illa duo instantia non sit immediata: oportet quod inter ea mediet tempus. In illo autem tempore medio a non est sub caliditate summa: quia sic dum moueretur esset totaliter in termino à quo, igitur in illo tempore medio est sub caliditate remissa: & per consequens in illo tempore medio habet aliquid de frigiditate: quia remissio non fit nisi ex admixtione contrarij, per secundum præsuppositum. Sed in illo tempore medio est calidius quā in instanti sequenti, in quo habet caliditatem quæ maior non compatiatur frigiditatem: ergo &c. Dicitur forte quod cum omni caliditate circa summam permiscetur frigiditas. Sed contra suppono quod est dare remississimam frigiditatem: vt probatum fuit libro octauo. Tunc sic. Frigiditas remississima & permixta cum caliditate: quæro

tūc: aut aliqua caliditas intensior potest stare cū frigiditate: aut non. Si nō habeo propositum. Si sic, ergo cum quanto caliditas est intensior, frigiditas fit remissior: sequitur quod frigiditas permixta cum caliditate intensiori sit remissior frigiditate remississima, & ita dabitur remississimus remississimo: quod est impossibile. Tertio. Qualitates mediæ puta rubedo & viriditas non possunt secundum summum gradum esse simul in eodem subiecto, ergo nec albedo & nigredo in gradibus remissis. Antecedens ab omnibus est concessum: alioquin esset rubedū: & non rubrum. Consequentia probatur. Albedo vt sex & nigredo vt sex, plus repugnant quā rubedo & viriditas intensæ: quia prima sunt perfecte contrariæ: & maximè distant: alia autem non: ergo si ista se non compatiuntur nec illæ possunt se compati. Quarto. Si formæ contrariæ se compatiuntur, aut hoc ex gradibus æqualibus: aut in gradibus inæqualibus. Non primum: quia si aliquid habet albedinem, vt 6. & nigredinem vt 6. sequitur quod aut esset simul album & nigrum: aut nec esset album nec nigrum: quæ sunt incompensabilia: alioquin posito isto casu nullo colore esset coloratum. Patet illa consequentia: quia non est maior ratio quod denominetur ab vna istarum formarum, & non ab alia: cum vtraque sit vt sex. Non secundum: quia si albedo vt 6. non compatiatur nigredinem vt 6. sed cum expellit multo magis albedo intensior quā vt 6. expellit eandem nigredinem: quia est fortior. Quinto. Si formæ contrariæ possunt esse simul: sequitur quod motus contrarij possunt esse simul. Sed hoc est falsum: ergo &c. Falsitas consequentis probatur, vt dicit Commentator 5. physic. commento 53. alia est contrarietas inter motus quā inter motum & quietum. Sed est impossibile quod aliquid simul moueatur & quiescat, ergo est impossibile quod moueatur contrariis motibus. Item. Id quod calefit recedit à frigore: & id quod frigescit accedit ad frigus: est autem impossibile simul accedere & recedere respectu ei usdem. Consequentia etiam prima probatur: quia motus non sunt contrarij nisi propter contrarietatem terminorum: vt dicitur 5. physicorum: ergo non est maior contrarietas inter motus quā inter formas: & per consequens si formæ contrariæ possunt esse simul, sequitur quod etiam motus contrarij. Sexto arguitur quod sit de mente Commentatoris. Et licet multum appareat ex his quæ dixit 4. metaphysic. commento 27. exponendo consequentiam Aristotelis inductam in prima ratione: tamen specialiter arguitur: quia ipse 1. physic. commento 56. dixit, quod qualitates mediæ inter contrarias sunt, alio modo in potentia ad eas quā subiectum: quia subiectum est in pura potentia ad vtrumque extremum: mediæ autem qualitates non sunt in pura potentia ad extrema. Et quæro quo modo subiectum est in pura potentia ad vtrumque extremum. Aut enim hoc ideo est: quia subiectum non est vtrumque extremum, sed potest esse: & hoc constat esse falsum: & impossibile. Nam est impossibile quod lapis cōuertatur in albedinem. Aut hoc ideo est, quia subiectum nunquam habet actu vtrūque extremum: sed nunc vnum, nunc aliud, medium autem habet aliquo modo vtrumque extremum, scilicet virtualiter: & hic est verus sensus. Et quod sic oportet intelligere patet ex his quæ dicit 4. metaphysic. tam ipse quā Philosophus, vbi dicit quod impossibile est vt contraria sint simul in eodem: sed quandoque hoc & quandoque hoc. Septimo arguitur quod sit de mente S. Tho. quia in 3. dist. 14. artic. 2. ad secundum, vt recitatum est præcedenti quæstione sic dicit. In minus albo non est aliquid nigredo: sed albedo minus intensa, ergo albedo quæ non est summa non habet aliquem gradum nigredinis. Huius oppositum dixit Ioan. Capreolus esse de mente San. Tho. ad quod tenendum mouetur: tum quia S. Tho. de veri. q. 8. art. 14. dicit quod cum ex nigro fit album in toto illo tempore dealbationis, albedo est in fieri: & nigredo est in corrumpi. Tum quia saepe dicit quod formæ contrariæ intenduntur per remotionem & depurationem à contrarij. Declarans autem hanc opinionem dicit quod quanto vnum contrariorum est maius, tanto compatiatur minus de suo contrario: puta cum calore vt 9. potest stare vnus gradus frigidis: si autem frigus intendatur ad duos gradus, necesse est calorem remitti & effici vt 8. & sic proportionabiliter. Dicit secundo, quod si formæ contrariæ sint in eodem subiecto secundum gradus medios: puta si tota latitudo frigidis & caloris sit vt 70. & sint in eodem calor vt 5. & frigus vt 5. tale subiectum non erit calidum nec frigidum. Si vero sit calor vt 6. & frigus vt 4. subiectum denominabitur calidum & non frigidum: quia forma non potest denominare subiectum nisi sit vltra medium gradum latitudinis. Contra hanc modum dicendi arguitur. Primō ex auctoritate inducta de tertio sententiarum.

Impugnatur Cap. colus.

tiarum. Secundò suppono quod detur minimum cuiuslibet formæ sensibilis, sicut etiam ipse concedit, ut probatur octavo huius. Sit ergo aliquod corpus habens minimum frigus, & approximetur ei corpus calidum, puta ignis, & nullum sit ibi potens ipsum ultra infrigidare. Casus iste est possibilis. Quæro utrum sit possibile in hoc corpore successivè acquiri calorem, dato quòd frigus non intendatur. Si dicis quòd non, ergo agens naturale debetè approximatù passo, & non impeditum, non agit in ipsum. Si dicis quòd sic, ergo cum prius acquirantur omnes gradus caloris citra nonum quàm ipse nonus, sequitur quòd illa minima frigiditas non solum potest stare cum calore ut 9. sed etiam cum calore ut 4. & ut 6. & sic de omnibus aliis citra 9. Dicitur forte quòd stat cum eis solum in potentia, quia cum illa intensio sit successiva, in nullo gradu citra nonum stat nisi tantum per instans in potentia. Sed hoc est falsum. Tum quia iste tenet quòd alteratio non est motus continuus, ergo subiectum quietat per tempus in aliquo gradu caloris citra nonum. Tù quia possibile est quòd illud corpus potens calefacere, sit sufficiens introducere solum calorem, ut 6. quo acquisito stabit actu frigus ut vñ cum calore ut 6. Tum quia possibile est quòd causato calore ut 6. in tali subiecto illud corpus calefaciens corrumpatur. Dices forte quòd frigus intenditur. Sed hoc est voluntariè dictum, quia non apparet à quo intendatur, non enim intenditur à calido, ut patet, nec à frigido, quia per casum, nullum frigidum est ei approximatium. Tertio suppono quòd forma non potest esse sine effectu formali, nec e contra. Suppono secundo, quòd esse frigidum est effectus formalis frigoris. Ista duo communiter ab omnibus sunt concessa, nec possunt rationabiliter negari. Tunc sic. In calido ut 9. est frigus ut 1. ergo dat ei esse frigidum. Antecedens est positio tua. Consequentia patet, per primum & secundum præsuppositum. Tunc ultra, dat ei esse frigidum: ergo illud corpus recipit esse frigidum & ultra, ergo est frigidum. Patet prima consequentia, quia cuiuslibet danti correspondet aliquid recipiens. Secunda etiam consequentia patet, quia habere esse frigidum & esse frigidum idem sunt, sicut habere humanitatem & esse hominem. Quarto arguitur quòd prima auctoritas non est ad propositum illius opinionis. In hoc enim distinguuntur res permanentes à successivis: quòd successiva non sunt nisi dum sunt, permanentia verò non sunt quandiu fiunt, sed solum postquam facta sunt. Tunc sic. In toto dealbationis tempore albedo est in fieri: ergo albedo non est: patet consequentia: quia albedo est res permanentis. Secunda vero auctoritas sic intelligenda est quòd contraria intenduntur per depurationem à contrario: non quòd habeant admittum aliquid formæ contrariæ: sed quia magis elongantur à contrario: albus enim est magis remotum à nigro quàm minus album.

Ad primum. Ad primum in oppositum conceditur consequentia & consequens pro prima eius parte: & negatur consequentia quantum ad secundam partem consequentis: quia non datur ultimum esse formæ quæ abiicitur, sed datur primum non esse eius. Ad improbationem huius dicitur, quòd non datur primum mutatum esse in motu continuo: cuiusmodi est tantum motus localis: datur tamen primum mutatum esse in motu qui non est simpliciter continuus: sicut est motus alterationis, ut fuit declaratum libro 8. Ad secundum negatur antecedens: quia cum corpus calidum approximat frigidum per aliquantum tempus stat ei præcens, & nihil abiicit de frigore: sed ipsum disponit ut possit abiicere, & in ultimo instanti illius temporis remittit frigus: & hæc est prima eius remissio.

Ad tertium. Ad tertium dicitur quòd agens naturale remittens frigiditatem aquæ, causat in aqua aliquid impossibile frigiditati aquæ, in tali gradu: puta frigus ut 6. requirit tantam densitatem: ut ei est impossibile minor densitas. Causat ergo agens naturale in aqua raritatem impossibilem frigori ut 6. sed non sequitur propter hoc quòd introducatur in aquam aliquis gradus caloris quandiu in ea est aliquid frigiditatis. Ad quartum dicitur quòd maior est vera tantum de motu simpliciter successivo, qualis est motus localis: & de hoc loquitur Philosophus sexto physicorum. Ad quintum dicitur quòd calidum approximat frigidum prius expellit totum frigus quàm introducat aliquid caloris: quòd autem non introducat statim summum calorem, non est quia ibi sit aliquis gradus frigoris qui ei resistat: sed quia tunc subiectum nõ est dispositum ad recipiendum maiorem gradum caloris: aut quia agens non est virtuosius ad causandum maiorem calorem. Unde in illo instanti quòd est primum non esse frigoris, causat tantum calorem quantum potest: & postea in tempo-

Ad secundum. libro 8. Ad secundum negatur antecedens: quia cum corpus calidum approximat frigidum per aliquantum tempus stat ei præcens, & nihil abiicit de frigore: sed ipsum disponit ut possit abiicere, & in ultimo instanti illius temporis remittit frigus: & hæc est prima eius remissio.

Ad tertium. Ad tertium dicitur quòd agens naturale remittens frigiditatem aquæ, causat in aqua aliquid impossibile frigiditati aquæ, in tali gradu: puta frigus ut 6. requirit tantam densitatem: ut ei est impossibile minor densitas. Causat ergo agens naturale in aqua raritatem impossibilem frigori ut 6. sed non sequitur propter hoc quòd introducatur in aquam aliquis gradus caloris quandiu in ea est aliquid frigiditatis. Ad quartum dicitur quòd maior est vera tantum de motu simpliciter successivo, qualis est motus localis: & de hoc loquitur Philosophus sexto physicorum. Ad quintum dicitur quòd calidum approximat frigidum prius expellit totum frigus quàm introducat aliquid caloris: quòd autem non introducat statim summum calorem, non est quia ibi sit aliquis gradus frigoris qui ei resistat: sed quia tunc subiectum nõ est dispositum ad recipiendum maiorem gradum caloris: aut quia agens non est virtuosius ad causandum maiorem calorem. Unde in illo instanti quòd est primum non esse frigoris, causat tantum calorem quantum potest: & postea in tempo-

Ad quartum. libro 8. Ad secundum negatur antecedens: quia cum corpus calidum approximat frigidum per aliquantum tempus stat ei præcens, & nihil abiicit de frigore: sed ipsum disponit ut possit abiicere, & in ultimo instanti illius temporis remittit frigus: & hæc est prima eius remissio.

Ad quintum. Ad quintum dicitur quòd calidum approximat frigidum prius expellit totum frigus quàm introducat aliquid caloris: quòd autem non introducat statim summum calorem, non est quia ibi sit aliquis gradus frigoris qui ei resistat: sed quia tunc subiectum nõ est dispositum ad recipiendum maiorem gradum caloris: aut quia agens non est virtuosius ad causandum maiorem calorem. Unde in illo instanti quòd est primum non esse frigoris, causat tantum calorem quantum potest: & postea in tempo-

re sequenti disponitur passum ad maiorem calorem, vel augetur virtus calefacientis, & tunc intendit calorem præexistentem. Ad sextum dicitur quòd quando abiicitur forma habens contrarium, ibi est considerate duas mutationes quarum vna est remissio formæ abiiciendæ: terminus autem à quo huius motus est ipsa forma prout est intensa: & terminus ad quem non est forma e contraria: sed est ipsamet forma secundum esse remissum: cum isto itaque motu non stat aliquid formæ acquirendæ. Alia est mutatio per quam totaliter abiicitur forma existens & introducitur forma sibi contraria. Ista autem mutatio est subita: & in instanti mensurante ipsam esse in subiecto tantum forma de nouo acquisita & non aliquid formæ deperditæ: quia in illo instanti corrupta est. Cum isto igitur motu nihil stat formæ quæ abiicitur: ex quibus patet quòd minor est falsa. Ad dictum Averrois dico quòd loquitur de motu locali. Dico secundo quòd in motu per quem ex frigido fit calidum, est successio ratione resistentiæ: non quia dum causatur calor fit aliquid frigoris: sed quia frigus resistit agenti ne statim causet aliquem gradum caloris: & oportet tale agens paulatim corrumpere frigus. Ad septimum dicitur quòd qualitates elementorum non manent actu in misto, sed tantum virtualiter. quia illa qualitas media quæ est dispositio ad formam misti continet virtualiter qualitates elementorum. Dico secundo quòd si concedatur elementa manere in misto secundum esse remissum: ut voluit Commentator: non sequitur adhuc formas contrarias esse in eodem adæquato subiecto, quia in misto proprium subiectum caloris non est mistum, sed ignis & proprium subiectum frigoris est aqua. Ad octavum dicitur quòd si inter illa agentia ponatur corpus minimum in quo possit esse tantum minimum caloris non tantum intensivè, sed etiam extensivè, tunc aut illa duo agentia sunt æque fortia ad agendum, & tunc neutrum eorum alterabit vel aget in illud corpus mediù, quia mutuo se impediunt, aut vnum est fortius altero, & tunc ipsum alterabit illud corpus mediù, alterum vero non alterabit ipsum, quia impeditur à fortiori agente. Dico tamen quòd agens debilius retardabit actione agentis fortioris. Ad nonum negatur minor loquendo simpliciter, quia si motus lanceæ sit velocior quam motus muscæ super eam, tunc musca mouetur sursum simpliciter. Si autem contrario, tunc musca mouetur deorsum. Ad decimum negatur maior, differentia enim albedinis & differentia dulcedinis non sunt contrariæ: sed sunt disparatæ, quòd patet: quia non est motus per se ab albedine in dulcedinem, quòd tamen esset si essent contrariæ: ut dicitur 10. metaphys. tex. & com. 22. & 33. Ad undecimum negatur maior. Ad probationem dicitur quòd non quilibet dispositio efficitur id ad quòd disponit alioquin calor efficeretur forma ignis substantialis. Illa autè dispositio quæ efficitur habitus virtuosus, est habens esse remissum & imperfectum, huius autem dispositio non stat cum virtute: dicitur autem actus malus esse dispositio ad virtum, in eo qui habet virtutem: quia per talem actum remittitur habitus virtutis.

Ad septimum.

Ad octavum.

Ad nonum.

Ad decimum.

Ad undecimum.

QVÆSTIO XXIII.

Utrum forma contraria sint eiusdem speciei.

Quæritur vigesimotertio. Utrum forma contraria, puta calor & frigus, sint eiusdem speciei. Et arguitur quòd sic. Primo. Si calor & frigus distinguuntur specie, sequitur quòd non est dare remississimum calorem nec remississimum frigus. Consequens est falsum, præsertim secundum S. Tho. quia datur minimum non tantum extensivè, sed etiam intensivè: ergo &c. Consequentia probatur. Si aliquod corpus summè calidum transiret quousque sit remississimè frigidum, constat quòd oportet ipsum prius devenire ad calorem remississimum. Quia inter summum calorem & remississimum frigus medius est remississimus calor. Ergo in aliquo instanti, puta b, erit illud corpus, puta a, remississimè calidum, & in alio instanti, puta c, erit remississimè frigidum. Tunc quæro de tempore medio inter ista duo instantia, quia aut a est sub caliditate aut sub frigiditate, & quia continuè dum movetur remittitur eius calor, sequitur si est sub calore quòd habeat calorem remissiore remississimo. Si est sub frigore, cum continuè intendatur frigus, sequitur quòd in c instanti erit frigidius quàm in hoc tempore medio, & ita in c non est frigiditas remississima: vel si sic, tunc dabitur remissius remississimo. Secundò. Si distinguuntur specie: ergo sunt determinatè ad maximum & ad minimum, ex secundo de anima, tex. commen. 41. Sed non est dare

Aliud ca. primò di. 17. q. 2. Prima ratio.

Secunda ratio.

dare maximum calorem, nec minimum calorem, & similiter dico de frigore: ergo &c. Probatur minor. Si est dare maximum calidum & minimum frigidum, approximetur maximum calidum remississimè frigidum, & sit a, primum instans huius approximationis, quæro utrum post a manebit illud frigidum vel non. Si sic, cum calidum approximat frigidum remittat frigus, sequitur quòd dabitur remissus remississimo. Si non manet, ergo a est ultimum instans in quo illud frigidum est sub frigore, & sic in alteratione est dare ultimum instans rei permanentis contra Philosophum 8. phys. tex. commen. 69. Tertio. Impossibile est fieri transitum inter contraria specie distincta, nisi fiat transitus per omnia media, quia ut dicitur 5. physic. tex. commen. 22. medium est in quòd continuè mutans prius devenit quàm in ultimum. Sed dum ex albo fit nigrum, non transitur per omnes medios colores: ergo albedo & nigredo non distinguuntur specie. Dicitur forte quòd transitur, sed subiectum manet sub mediis coloribus tempore imperceptibili, & ita non percipitur quando fit sub eis. Sed contra. Visio fit in instanti ut probatur libro 9. ergo visus hoc perciperet in aliquo instanti illius temporis. Patet consequentia, quia agens naturale approximat passo in mensura in qua natum est agere & illud pati necessariò agit. Quarto. Impossibile est quòd contraria eiusdem speciei sint magis contraria quàm ea quæ sunt diversarum specierum: quia in secundis est maior distantia formalis quàm in primis. Sed aliqui duo calores sunt magis contrarij quàm calor & frigus: ergo calor & frigus non sunt diversarum specierum: Maior patet. Minor probatur, quia secundum Philosophum primo de generatione, tex. com. 50. actio est ratione contrarietatis: illa igitur quæ inter se agunt & patiuntur magis sunt contraria, quàm ea inter quæ non est actio & passio: sed calor intensus approximat calido remisso, agit in ipsum, ut ignis in aerem: & est dare aliquod calidum approximat frigidum quòd non agit in ipsum: puta si utrumque sit equalis virtutis: ergo &c. Quintò. Non plus deberent termini alterationis quàm termini augmentationis: quia ita verus motus, immo verior est augmentatio, sicut alteratio. Sed termini augmentationis non differunt specie, ergo nec termini alterationis. Probatur minor. Nam augmentatio est à minori quantitate ad maiorem quantitatem. Sed omnis quantitas corporea est eiusdem rationis cum omni quantitate corporea: ergo &c.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Opinio quorundam.

Impugnatio.

aturaliter, non invenitur in quodam eius, in quodam non. Sed esse disgregatum visus non potest convenire nigredini: ergo albedo & nigredo non sunt eiusdem speciei. Tertio. Quæ sunt eiusdem speciei non distant maxima distantia sub eodem genere: quoniam magis distarent si specie differrent. Sed contraria maximè distant sub eodem genere, ut scilicet dicit Philosophus & Commen. 10. metaphys. Ergo non sunt eiusdem speciei. Dicitur forte quòd Philosophus ubi dicit contraria maximè distare sub eodem genere, loquitur dubitariè & secundum opinionem aliorum. Sed contra hos posset multipliciter argui. Tum quia hac responsione possent solvi omnia argumenta facta ex auctoritatibus Aristotelis. Tum quia si Philosophus alicubi loquitur secundum opinionem aliorum: postea alicubi determinat veritatem: & tamen loquens de contrariis semper dicit quòd maximè distant. Tum quia liber 10. metaphysicæ est proprius locus in quo agitur de oppositis: & ideo ibi Philosophus determinando virtutem loquitur: & text. commen. 14. dicit contrariorum distantiam esse maximam sub eodem genere: & Commentator dicit, quòd diversitas quæ est in contrarietate, est diversitas cui impossibile est addere in illo genere. Sed specialiter arguitur ex dictis Averrois in postprædicamentis, ubi dicit. Aristot. ponere 11. differentia in capitulo de oppositis. Et in 11. differentia exponens illum textum, omnia contraria sunt in eodem genere aut in contrariis generibus, dicit quòd calor est genus approximat omnium colorum, scilicet albedinis, nigredinis, & aliorum: sed si omnes colores essent eiusdem speciei color non esset genus: quia id quòd est immediatum in diividuis, est species specialissima quæ nullo modo est genus: ergo &c. Quarto. Formæ quæ sunt eiusdem speciei nõ possunt esse principia per se operationum specie distinctarum: Sed albedo & nigredo sunt principia per se alium operationum: ergo &c. Ad notitiam maioris est sciendum, quòd differentia est inter passiones & operationes: quia passiones distinguuntur ex terminis: actiones vero ex principiis. Calefacere enim & frige facere distinguuntur: quia calefacere est à calore: & frige facere est à frigore: ergo si actiones specie distinguuntur: oportet eorum principia formalia specie distingui. Minor probatur. Albedinis est disgregare & nigredinis congregare. Sed ista non sunt eiusdem rationis: ergo &c. Maior patet. Minor probatur, quia nullum individuum includit in sua ratione formalis negationem formalis rationis alterius eiusdem speciei: alioquin includeret negationem suæ propriæ rationis formalis: cum omnium individuum vnus speciei sit eadem ratio formalis. Sed congregare includit negationem disgregationis ut patet ex terminis: ergo &c. Confirmatur, quia 10. metaphys. commen. 23. dicit Commentator quòd disgregare & congregare per prius sunt contraria quàm album & nigrum, ergo si congregare & disgregare non sunt eiusdem speciei: album & nigrum non sunt eiusdem speciei. Quintò. Omnia illa differunt specie, quæ habent oppositas differentias essentielles constitutivas eorum, quia ut inquit Porphyrius: differentia propriè dicta facit aliud, sed formæ contrariæ sunt huiusmodi ut dicit Philosophus 10. metaphys. tex. commen. 23. exemplificans de albo & nigro: & dicens quòd alia est differentia constitutiva albi, & alia est constitutiva nigri ergo &c. Confirmatur per quandam rationem quam ibi adducit Philosophus ad probandum, quòd medijs colores habeant proprias differentias distinctas à differentis extremorum, & arguitur sic. Sicut se habent species ad species, ita differentia ad differentias. Sed extremi colores distinguuntur specie inter se & à medijs, ergo differentia mediolorum sunt distinctæ à differentis extremorum, & magis hoc prosequitur textu commenti 24. ut patet cuiuslibet inveniendi. Nec valet auctoritas primæ opinionis, dicitur enim Commentatoris ubi ait quòd colores medijs componuntur ex colore & congregatio & disgregatio, non est intelligendum quasi quòd congregatum sit propria differentia alicuius coloris medijs, quia hoc repugnat Philosopho, sed intelligitur quòd aliquis color medijs magis appropinquat congregatio, & aliquis magis disgregatio secundum quòd plus continet virtualiter de albedine vel de nigredine. Nec valet secundum, quia Commentator se exponit. Dicit enim quòd si album & nigrum non reciperet maius & minus, non esset transitio quæ sit motus inter album & nigrum. Medium igitur inter album & nigrum, id est, minus album, in quòd prius devenitur quàm in nigrum, non differt specie ab albo. E: si quis proterviendo dicat, quòd loquitur de coloribus medijs. Respondendum est quòd sunt eiusdem speciei subalternæ quæ est etiam genus, quòd

Notandum.

Ad secundum. Ad tertium. Ad quartum. Ad quintum. cendū de corruptibili & incorruptibili, est nomen æquiuocum. Et quod corruptibile & incorruptibile differunt, nō tantum secundum formam, sed secundum genus. Dico tamen quod nunquam aliquæ substantiæ corruptibiles distinguuntur genere: nisi quia habent formas quas diuersimodè respicit materia: puta quod vna præsupponit aliam & addit ei aliquam perfectionem: & est actualis respectu illius. Ad secundum dicitur quod materia de se nō distinguitur: sed vt consideratur in ordine ad formam: & vt sic, est actu: quia vt sic, cognoscitur per actum suum. Ad tertium dicitur quod decem prædicamenta distinguuntur seipsis: quia non per aliquas differentias. Dico tamen quod argumentum procedit ex falsa imaginatione. Nō enim intelligendum est, quod materia formaliter & intrinsecè distinguatur genera: sed quod prædicamenta distinguuntur per suas proprias rationes: propriæ autem rationes eorum accipiuntur per habitudinem ad materiam. Et per hoc patet responsio ad quartum. Ad quintum dicitur quod materia præcisè accepta, nulla distinctio generum sumitur, vt dictū est in secūda conclusione: sed eodem modo qui declaratus est.

QUESTIO XXVI.

Verum primus motor sit mensura omnium substantiarum.

Prima ratio. Secunda ratio. Q Væritur vigesimo sexto. Vtrū primus motor sit mensura omnium substantiarum. Et arguitur quod non. Primò. In omnibus generibus primum quod est mensura, est eiusdem generis: vt dicit Philosophus in 5. textu. Sed primus motor non est in genere substantiæ propter eius infinitatem: ergo ipse non est illa substantia quam dicit Philosophus in hoc loco esse mensuram omnium substantiarum. Secundo. Intentio Philosophi in hoc textu est, arguere contra Platonem, dicentem quod ipsum vnum est mensura. Philosophus autem dicit quod hoc non est verum, quia mensura non est ipsum vnum, sed id cui conuenit esse vnum. Sed si primus motor esset mensura, sequitur quod ipsum vnum esset mensura: sicut dicebat Plato: quia primus motor propter eius simplicitatem, est multo verius ipsum vnum quàm idea Platonis: & sic Philosophus cōcederet id quod intendit impugnare: ergo primus motor non est illa substantia de qua loquitur Philosophus.

cap. 1. di. 3. q. 1. Respondeo quod ista quæstio ideo non mouetur ex hoc, quod aliquis dubitet an prima forma & primū agens quod est Deus, sit omnium substantiarum mensura. Ab omnibus enim est concessum quod sic, quia cum sit ens perfectissimum, habens in se eminenter omnium perfectiones: potest intellectus ex eius noticia deuenire in cognitionem entitatis & perfectionis cuiuslibet naturæ, cognoscendo vnamquamque naturam tanto esse nobiliorem, quanto plus participat de perfectionibus eius. Sed quæritur an intentio Philosophi fuerit in hoc loco dicere hoc, scilicet quod primum ens sit mensura omnium substantiarum. Et respondeo quod sic. Ad cuius euidentiā est sciendum quod Pythagoras & post eum Plato dixerunt, quod ipsum vnum est omnium substantiarum mensura: ipsum autem vnum non ponebant habere aliquam materiam, nisi tantum naturam vnitatis: quasi quod ipsum vnum esset vnitatis ab omnibus separata. Et de hoc ipso vno an sit omnium mensura poluit quæst. Philosophus lib. 3. vbi enumerat quæstiones: & in hoc loco soluit hanc quæstionem dicens: quod ipsum vnum, non tantum est vnum: sed etiam est quædam determinata natura: & hoc probat text. commen. 6. ex opinionibus antiquorum dicentium, quod primum ens non solum est ipsum vnum: sed est quædam natura: puta amicitia: vt dicebat Empedocles: vel ær, vt dicebat Heraclius. Item, quia ipsum vnum ponitur à Platone esse quoddam vniuersale separatum ab omnibus, & per se subsistens. Sed nullum vniuersale est per se subsistens: vt probatum fuit libro 7. ergo &c. Postea text. commen. 7. probat idem inductiue. Nam illud vnum quod est mensura colorum est aliqua determinata natura, scilicet albedo & mensura notarum musicæ est diesis. Et litera vocalis est mensura omnium literarum: & ex hoc concludit, quod illud quod est mensura omnium substantiarum non tantum est ipsum vnum: sed est aliqua natura determinata, scilicet Deus. Vnde si quæretur quid est mensura omnium substantiarum: non sufficit respondere quod est ipsum vnum: sicut respondit Platonici, sed oportet dicere quid sit illud vnum. Et ideo dicit Commentator circa principium commenti 7. non sufficit scire quod in substantia est aliquid tale: sed & scire quid est illud, quod est

vnum in substantia. Et Philosophus circa finem commenti 7. ita concludit. Ipsum vnum est aliquid vnum: sed non hoc ipsum substantia: & in substantiis necesse est similiter se habere. Similiter enim se habet in omnibus: quod quidem igitur vnum in omni genere est quædam natura: & nullius natura hoc ipsum quod vnum palam, sed sicut in coloribus colorem vnum, quærendum ipsum quod vnum: sic in substantia substantiam vnam ipsum vnum: hæc Philosophus. Quæ autem sit illa natura qua omnes substantiæ mensurantur, nō exprimit Aristoteles. Sed S. Tho. & Auerroes dicunt quod est prima causa quæ est Deus. Vnde Commentator in fine commenti 7. sic dicit. Quod est principium substantiarum, & principium numeri earum quæ existit, est substantia: & intendit Aristoteles, quod cum hic fuerit iunctum quod declaratum est in physicis, hoc esse primum motorem æternum & absolutum ab omni materia, & declarauit post, quod hoc non solummodo est principium tanquam motor: sed tanquam forma & finis: declarabitur quod illud est vnum de quo declaratum fuit, hic quod est principium substantiæ. Quidam tamen dicunt quod substantia quam dixit hoc loco Philosophus esse omnium mensuram, est prima intelligentia producta. Et vtrumque verum est. Nam prima causa est omnium mensura, sed excedens & extra genus. Prima autem intelligentia est omnium substantiarum mensura: sed existens in genere substantiæ.

Ad primum. Ad secundum. Ad primum in oppositum contra primam expositionem quæ magis apparet de mente Philosophi negatur maior, si intelligatur de mensura excedente & inadæquata, & secundum hunc modum primus motor est mensura omnium. Ad secundum negatur minor: licet enim primus motor sit ipsum vnum: quia eius substantia est sua vnitatis: tamen non est ipsum vnum eodem modo quo intelligebat Plato: quia primus motor non fatum est vnitatis abstracta: sed etiam est quædam natura determinata, scilicet deitas. Itē, ista ratio ita est contra arguentem sicut contra nos: quia intelligentia de qua ipse dicit Philosophum intellexisse, est ita ipsum vnum sicut primus motor: quia ipsa est quædam entitas & vnitatis separata à sensibilibus. Item, si Philosophus intelligeret hoc loco de prima intelligentia, & non de primo motore: sequitur quod Philosophus insufficienter loqueretur. Nam prima intelligentia mensurabilis est, cum ab alio dependeat: & tamen ipse hoc non dixisset: ergo vt esset completus sermo, dixit quod omnes substantiæ mensurantur per vnam, quæ est Deus.

QUESTIO XXVII.

Vtrum elementa manent in misto tantum potentialiter aut virtualiter.

Cap. 2. di. 15. q. 1. Prima ratio. Secunda ratio. Tertia ratio. Q Væritur vigesimo septimo. Vtrum elementa manent in misto tantum potentialiter aut virtualiter. Et arguitur quod non. Primò. Quia Philosophus primo de generatione, text. com. vlt. in fine sic dicit: Mistio est miscibilium alteratorum vno. Sed alteratio & vno non conuenit eis quæ non sunt, ergo elementa sunt formaliter in misto: & non tantum potentialiter. Confirmatur. Quia Philosophus vbi suprā, text. com. 8. 4. loquens de elementis sic dicit: Quando veniunt ad mistionem neque corrumpuntur, neque alterum, neque ambo: saluatur enim virtus eorum. Confirmatur secundo, quia Philosophus vbi suprā, text. com. 8. 8. dicit quod si gutta vna additur mille amphoris aquæ non fit mistio: & dicit quod ratio huius est: quia illa vna gutta corrumpitur, ergo vbi est corruptio, ibi non est mistio. Confirmatur tertio, quia Philosophus 5. Metaphy. text. com. 4. dicit quod elementum est ex quo fit res, cum insit, ergo de ratione elementi est quod inexistat elementato. Secundo. Vbi est qualitas elementi, ibi est elementum. Sed in misto est qualitas elementi: ergo in misto est elementum. Minor patet. Alioquin non saluaretur prædominans elementum. Maior est Philosophi 2. de anima: vbi per eam probat: quod corpora dura non possunt se immediatè tangere in aqua & aère: quod patet: quia apparet humida, humiditas autem aquæ non est sine aqua. Tertio. Sequitur quod mistum non esset compositum ex elementis. Sed hoc est falsum. ergo. Consequentia probatur. Aut esset compositum quando compositum est, & elementa non sunt: aut quando compositum non est, & elementa sunt: aut quando compositum est: & elementa sunt: Si detur tertium haberetur propositum. Non primū aut secundum: quia compositio est relatio realis: & per consequens requiritur extrema esse. Quarto. Sequitur quod mistum possit generari ex vno elemento: consequens est contra Philosophum

Quinta ratio.

Sexta ratio.

Septima ratio.

Auer. opin.

Not. primū.

Not. secundū.

Conclusio.

Prima ratio.

sophum 2. de generatione: ergo. Consequentia probatur. Si sola materia elementorum manet in misto, nulla est ratio quare requirantur plura elementa: quia materia vnus potest sufficienter disponi ad formam misti. Quintò. In lapide manet terra: ergo in aliquo misto manet aliquod elementum: consequentia patet. Antecedens probatur. Forma terræ non corrumpitur nisi eius qualitates remittantur. Sed dum ex terra generatur lapis non remittuntur qualitates terræ: quia in lapide manet intensa siccitas & frigiditas & densitas, & inuenitur aliquis lapis frigidior & sicior & durior aliqua terra. Sextò. Mistum secundum quamlibet sui partem resoluitur in elementa, ergo elementa sunt actu in misto. Consequentia patet: quia resolutio non fit nisi in partes existentes. Antecedens probatur: quia dum lignum aliquod conficitur, patet ad sensum quod resoluitur in quasdam partes aëris & in quasdam aquæ: & in quasdam flammæ: & in quasdam terræ, scilicet in cineres. Septimò. Ex eisdem nutriuntur animalia & sunt vt dicitur 2. de generatione, text. com. 50. Sed animalia nutriuntur ex elementis, ergo &c.

Respondeo, quod est vna opinio quæ dicit quod elementa manent in misto tantum virtualiter & non actu: quia Philosophus primo de generatione, text. com. 8. 4. loquens de mistione sic dicit, Videretur enim quæ miscentur prius ex separatis conuenientia & possibilis separari rursus, neque manent: ergo actu, vt corpus & album. Quomodo autem dicantur manere virtualiter: sciendum est primo, quod vna res potest dici continere aliam virtualiter tribus modis. Vno modo: quia habet virtutem productiuam alterius. Et hoc modo sol continet virtualiter formas corporum: quæ ex virtute solis generantur. Alio modo vna res dicitur continere aliam virtualiter: non quidem productiuè, sed solum quia potest in omnem actionem in quam potest secunda: & adhuc habet nobiliorem operationem: & hoc modo dixit Philosophus 2. de anima, text. com. 31. quod anima intellectiua continet sensitiuam & vegetatiuam: quia potest sentire & vegetare: & præter hoc potest intelligere. Tertio dicitur vna res continere aliam virtualiter, licet non proprie: quia, scilicet, continet eam potestate, secundum quem modum totū continuum continet partes suas cum sint in eo tantum in potentia: eo quod non habent proprium esse. Sciendum secundo quod contineri in alio in potentia potest esse tripliciter. Primò, in potentia remota: & hoc modo materia continet omnes formas si ipsa materia secundum se consideretur, circumscriptis omnibus dispositionibus tam qualitatiuis quàm quantitatiuis. Secundo in potentia propinqua: & hoc modo materia continet tantum eas formas, ad quas est disposita & præparata. Tertio in potentia propinquissima: & sic continet eas formas quæ sola diuisione reducitur in actu: vt patet in animalibus annulosis & in totis quantitatiuis. Differt autem hic tertius modus à secundo: quia in secundo forma nullo modo est actu in materia secundū essentiam suam. Nam quando materia aëris disponitur per aliquem gradum siccitatis pro forma ignis, nondum ibi est aliquid de forma ignis: sed tantum forma aëris. In tertio autem modo essentia formæ, quodam modo est ibi actu: sed ideo dicitur esse in potentia, quia non habet esse proprium & distinctum. Facta enim diuisione ligni tot sunt formæ quot sunt partes in quas diuisum est lignum: & tamen prius erat tantum vna forma. Nec hoc fit, quia corrumpatur illa pars formæ ligni quæ erat in hac parte materię, & introducatur alia forma quæ de nouo generatur: sed solum quia ista pars formæ solum nūc habet proprium esse: & prius habuit tantum esse totius. His præmissis responderetur ad quæstionem tribus conclusionibus: quarum prima est ista. Formæ substantiales elementorum non manent actu in misto. Probatur ista conclusio. Primò si formæ elementorum sunt in misto, aut sunt in eadem parte materię, aut in diuersis partibus. Si in diuersis, ergo ibi non est mistio materię etiam ad sensum: vt concludit Philosophus 1. de generatione, text. & com. 8. 2. & 87. Vel oportet dicere quod multa corpora sunt in eodem loco naturaliter: & probatur consequentia. Remota quantitate, materia remanet indiuisa: vt dicitur 1. Physic. com. 8. ergo vbi sunt plures materię, ibi sunt distinctæ quantitates, & per consequens plura indiuisa distincta. Sed per se quælibet forma elementaris habet propriam & distinctam materiam, ergo habet distinctam quantitatem, & per consequens quatuor elementa sunt quatuor corpora. Si igitur ista veniunt ad mistionem propriè dictam, quæ non fit tantum iuxtapositio corporū indiuisualium: oportet quod illa quatuor corpora sint in eodem situ. Si dicas quod sunt in eadem parte materię. Contra arguitur dupliciter. Primò. Quælibet forma substantialis fertur secundum naturalem

suam quantitatem, ergo in eadem materia essent quatuor distinctæ quantitates: consequentia patet. Antecedens probatur: quia impossibile est corrupti quantitatem aliusquin corrumpatur eius forma, & e contra. Secundo. Aut forma ignis actuaret materiam aliusquin aliorum elementorum, & eodem modo dico de quolibet elemento. Aut omnes actuarent vnam tertiam materiam. Aut ex illis quatuor materiis fieret vna materia. Non primum nec secundum. Quia sicut accidens non migrat de subiecto in subiectum: ita nec forma substantialis. Non tertium, quia non est imaginabile ex pluribus materiis fieri vnam, nisi deficient quantitates quas habent. Sed quantitas est inseparabilis à materia secundum Commentatorem qui tenet opinionem oppositam, ergo. Secundo arguitur, & est ratio S. Tho. 2. sententia. dist. 7. q. prima. ar. 2. & Scoti, 2. sententiarum. Quælibet forma substantialis vnita materię constituit suppositum, vt dicit Philosophus 2. de anima text. com. 2. in principio. Sed formæ elementorum sunt formæ substantiales: ergo si manent actu in misto, sequitur quod vnum mistum sit quatuor supposita: quod videtur absurdum. Confirmatur. Quælibet forma substantialis dat esse specificum: ergo vnum mistum esset in quatuor speciebus. Tertio. In vno misto generato ex alio misto, non sunt formæ elementorum: ergo non sunt in omni misto: consequentia patet. Antecedens probatur. Sit a, mistum generatum ex b, misto: si in a, sunt formæ elementorum, aut sunt eadem numero, quæ erant in b, aut sunt alie. Non alie: quia non est facta noua congregatio elementorum ad generandum a. Non eadem. Tum quia non esset vera generatio a, ex b. Eo quod remaneret aliquid idem retinens nomen & diffinitionem. Tum quia eadem proportionem elementorum quæ fuerunt in b, essent in a, & per consequens omnia mista quæ successiue generarentur, haberent eandem proportionem elementorum, & omne elementum prædominans in vno prædominabit etiam in aliis. Quarto. In profundo fluminum & lacuum & maris generantur corpora mista: vt lapides & herbæ & pisces. Sed ad ea loca non potest descendere ignis. Corrumperetur enim ab aqua intermedia: ergo in illis mistis nō est forma ignis. Quintò. Ex pluribus entibus in actu nō potest fieri vnum per se: vt dicit Philosophus secundo de Anima. & 8. Metaphysic. Sed mistum est vnum per se, ergo non potest fieri ex elementis manentibus in eo in actu. Sextò. Sequitur quod forma ignis in misto maneret violenter. Sed hoc est falsum: alioquin mistum non esset genitum mutatione naturali, sed violenta: ergo. Consequentia probatur. Forma ignis relicta suæ naturali dispositioni reducitur ad caliditatem in summo: ergo vbi est cū caliditate remissa, ibi est contra suam naturalem dispositionem: & per consequens violenter. Confirmatur: quia similiter sequitur quod forma ignis maneret, quasi cum nulla caliditate: vt patet in marmore, quod est corpus mistum. Sequitur etiam quod maneret cum maiori densitate quàm sit densitas aquæ: vt patet in lapidibus. Sunt enim magis densi quàm aqua: & tamen in eis est forma ignis per te: ergo &c. Septimò. Termini mutationis non possunt se compati simul in eodem. Sunt enim incompatibiles: vt dicitur 1. Physic. Sed forma misti, & formæ elementorū sunt termini mutationis: quia mistum generatur ex elementis, ergo forma misti & formæ elementorum non possunt esse simul. Octauò. Sequitur quod nunquam elementum corrumpetur in misto: sed solum elementum. Sed hoc est falsum. Alioquin illud elementum perpetuaretur: posito casu quod ex illo misto generetur aliud mistum: & ex illo aliud: & sic successiue. Consequentia probatur. Elementum nō corrumpitur per te: dum ex eo generatur mistum: quia dicit quod manet: nec eadem ratione corrumpetur dum ex hoc misto generatur aliud mistum: ergo nunquam corrumpitur in mistum. Et sic patet quod elementa non possunt manere actu in corporibus mistis. Si quis tamē vellet tenere opinionē Auerrois, responderet ad ipsas rationes. Ad primā dicitur, quod quatuor elementa in misto sunt in eadem parte materię. Ad cuius euidentiā est sciendum quod quodlibet elementū dū per se seorsum existit, habet suas proprias quantitates & dimensiones terminatas, propriam figuram, cū autē veniūt in mistionē dimensiones cuiuslibet elementi, non corrumpuntur, sed desinunt habere terminationem & figurā quā prius habebant, & per consequens stant sub eadem terminatione & sub eisdē dimensionibus: quæ omnibus sunt communes: quia verò materia nō distinguitur nisi per dimensiones terminatas, ideo formæ elementorum sunt in eadē portione materię: in corpore misto. Nec oportet si ex materiis distinctis resultat vna materia: quod illæ materię pederint proprias quantitates: sed sufficit quod non habeat eadē terminationes quas habebat prius. Ad secundū dicitur quod

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Text. cō. 7. Sexta ratio.

Septima ratio.

Text. cō. 51.

Octava ratio.

Ad primum.

Ad secundum.

quod quilibet forma substantialis est nata constituere suppositum: sed ad hoc quod constituitur suppositum actu, oportet quod in materia in qua est, non sit alia forma nobilior: quia quodlibet suppositum constituitur tantum per ultimam formam dantem ei esse specificum. Et quia in misto est forma misti quae est nobilior qualibet forma elementi, propterea formae elementi non constituunt actu suppositum, dum sunt in misto: sed solum dum sunt seorsum extra mistionem. Et eodem modo responderetur ad confirmationem. Ad tertium negatur antecedens. Ad probationem dicitur quod in a, sunt illae quae erant in b. Ad primam probationem hic responderetur: & negatur consequentia: quia non oportet aliud in generatione corrumpi nisi illam formam a qua id ex quo generatur aliud habet esse specificum: sufficit ergo quod b, non retineat nomen & diffinitionem, sed non oportet quod ita sit in omnibus quae erant in b. Ad secundam negatur consequentia: quia introductionem formae praecedat alteratio quae est via ad corruptionem b, & per consequens huius alteratione elementa erant, desinent habere proportionem quam prius habebant: & acquirant talem proportionem qualem requirit forma misti generati. Ad quartum potest primo concedi consequentia & consequens: quia non oportet in omni misto esse omnia elementa: unde potest esse aliquod mistum, quod sit tantum ex vno elemento generatum: quia talis elementi materia sufficienter disponitur ad formam misti. Dicitur secundo, quod aqua in qua generatur tale mistum, non est purum elementum: quod patet: quia si rarefiat remanent in fundo vasis partes terrestres. Placet tamen magis prima responsio. Ad quintum dicitur quod forma misti facit vnum per se cum materia in qua est etiam forma elementi. Illa autem materia est pura potentia. Et si instatur: quia facit vnum cum elemento & non per accidens, ergo per se. Respondeo ut habetur a Commentatore 3. celi: comen. 61. contra Avicennam, quod ex duobus entibus in actu manentibus integris & perfectis non potest fieri vnum per se. Sed si illa entia in actu remittantur, tunc fiet vnum per se: ex aduentu alicuius vterioris formae ad quam illa quae praerant in actu facta sunt in potentia ex sui remissione in imperfectione. Ad sextum negatur consequentia. Ad probationem etiam negatur consequentia: quia aliquid est secundum inclinationem ignis dum seorsum per se existit: & dum eius forma constituit proprium suppositum, quod tamen est contra naturalem inclinationem eius dum est in alio: sicut aqua considerata praecise, ut est gravis, naturale est ut descendat: & eidem considerata ut mouetur a luna, naturale est quod aliquando ascendant. Ad primam confirmationem dicitur quod supponit vnum non concessum, scilicet quod in omni misto sint 4. elementa: hoc enim negatum fuit: unde si marmor vel aliquid aliud haberet tantam frigiditatem quantum non posset compati forma ignis: in eo non esset ignis. Vel dicendum & forte melius, quod forma ignis remissa potest stare cum parua valde caliditate: in misto autem valde frigido forma ignis est multum remissa. Ad secundam confirmationem dicitur quod non est inconueniens formam ignis in misto stare cum maiori densitate quam sit densitas aquae: cuius ratio est: quia dum forma elementi est sola in materia non habet a quo conferretur, nisi suas proprias qualitates: & ideo si multum remittantur per inductionem oppositarum dispositionum ipsa forma totaliter corrumpitur. In misto multum facit forma misti ad conseruationem formae elementorum: & propter hoc forma elementi potest stare cum remissioribus qualitatibus quam possit per se. Ad septimum dicitur quod terminos motus posse se copari, potest intelligi dupliciter. Vno modo secundum eorum realitates: & sic negatur maior: albedo enim vt 4. intensa, est ad albedinem vt 6. in ea tamen saluatur albedo praesens. Alio modo potest intelligi quod non compatiuntur se inueniens quo sunt termini: & sic dicitur quod dum ex elementis generatur mistum, ipsa elementa sunt termini, in quantum habent esse perfectum: tale autem esse perfectum, non conseruant cum termino ad quod: & conuerterentur: dum mistum resoluitur in elementa ipsa: vt terminus a quo habet esse imperfectum, & vt terminus ad quem habent esse perfectum. Ad octauum negatur minor. Ad probationem dicitur quod illa successio non potest esse perpetua: cuius ratio est: quia in speciebus mistorum non est abire in infinitum: dato ergo misto imperfectissimo: ex illo potest generari mistum perfectius: & ex illo aliud: & sic successiuè quousque perueniatur ad mistum perfectissimum. Tale autem mistum dum corrumpitur, oportet quod corrumpatur in aliquid imperfectius: eo quod tandem resoluitur in elementa: vt patet in cadaueribus: quia cadauer est via ad huius resolutionem. Et sic patet, quod disputati-

ue saluaretur ista opinio, licet opinio opposita sit magis rationalis. Secunda conclusio. Mistum non continet elementa virtualiter quasi habes potentiam actiuam ad producendum ea. Probatum ista conclusio ex duobus fundamentis. Primò sic. Causa materialis & efficiens non coincidunt in idem numero: vt dicit Philosophus 2. Phys. text. com. 70. Sed elementa continentur in misto tanquam in causa materiali eo quod mistum est potentia passiuam proxima ad hoc vt generentur ex eo elementa: ergo mistum non continet elementa per modum principij efficientis. Secundo sic. Nulla causa agens corrumpitur necessario ad productionem sui effectus. Cuius ratio est: quia vt dicitur secundo Phy. text. c. 37. causa in actu & effectus in actu sunt simul: & ideo causa est in primo instanti esse sui effectus. Sed in eo instanti in quo elementa generantur ex misto, forma misti, & per consequens mistum ipsum definit esse, ergo mistum non est causa efficiens elementorum. Tertia conclusio. Elementa sunt in misto virtualiter. Hanc conclusionem quidam declarant dicentes quod in omni generatione est inuenire medium eiusdem rationis cum extremis vt patet 5. Metaph. dicitur autem medium componi ex extremis, non sicut rubor ex albedine & nigredine: quod in se non habet aliquid extremorum: cum mediū sit ita simplex sicut extremum. Sed ideo fortasse dicitur ex eis componi, quia medium habet conuenientiam cum vtroque extremo, quam non habent ipsa extrema inter se: ita quod ista compositio non est aliud quam conuenientia praedicta. Similiter dicitur quod inter formas elementorum est media forma misti: quae ideo dicitur continere virtualiter ipsa elementa: quia maiorem conuenientiam habet cum forma vniuscuiusque elementi quam vnum elementum cum alio. Quid veritatis habeat iste modus dicendi, taceo, quoniam de compassione qualitatis mediae ex extremis quatum fuit in 10. huius. Hanc verò declarationem acceperunt isti a S. Tho. in tract. de mistione elementorum, vbi dicit: Qualitates elementorum sunt contrariae, & recipiunt magis & minus: ex qualitatibus autem contrariis quae intenduntur & remittuntur, potest constitui media qualitas quae sapiat naturam vtriusque extremi, sicut est pallor inter album & nigrum. Remissis igitur qualitatibus elementorum constituitur ex eis quaedam qualitas media quae est quaedam qualitas corporis misti, differens tamen in diuersis secundum diuersam proportionem mistionis. Et haec qualitas est proprie mistio vel forma misti. Sic igitur inueniuntur extrema in medio quod participat naturam vtriusque: sicut qualitates simplicium corporum inueniuntur in propria qualitate corporis misti: & qualitas elementi quae hoc modo est in misto, non agit nisi in virtute formae substantialis ipsius elementi: ideo etiam formae substantiales elementorum dicuntur virtualiter esse in misto. Huc quoque modum dicendi quidam magistri declarant dicentes, quod qualitates elementorum non sunt in misto secundum suas essentias intensas aut remissas, sed elementis adinueniuntur & per mutuam actionem corruptis resultat virtute alicuius agentis alterius ab elementis per se intentis ab extremis, non sicut intensum & remissum, sed specificè sicut mollities resultat ex humido & sicco commistis, & dicuntur istae in materia manere: non quidem formaliter: sed quia aliquid conuenit mollitiei ex natura humiditatis, scilicet cedere tangenti: & aliquid conuenit ex natura siccitatis, scilicet non frangi & diuidi ad tactum alterius. Et eodem modo dicendum est de qualitate media quae est propria dispositio misti. Sic autem declarata conclusione probatur. Primò. Elementa non manent actu in misto nec virtute productiuam nec in potentia pure passiuam: ergo manent virtualiter: vt declaratum fuit: consequentia patet cum prima & secunda parte antecedentis ex duabus primis conclusionibus. Tertia verò probatur. Vnum elementum est in alio in potentia pure passiuam: cum vnum possit ex alio generari. Sed elementa magis sunt in misto quam vnum elementum in alio: ergo in misto non sunt in potentia pure passiuam. Secundò. Vbi aliqua forma habet ordinem inter se, ibi magis perfecta continet, virtualiter eas quae sunt imperfectiores, vt dicitur secundo de anima, text. comen. 31. Sed formae elementorum & formae misti sunt ordinatae: quia materia non transmutatur ad formam misti, nisi prius sit transmutata ad formas elementorum: & forma misti est perfectior eis, ergo eas continet virtualiter. Tertio. Mistum continet virtualiter qualitates elementorum: ergo continet virtualiter formas eorum substantiales. Antecedens patet ex dictis de illa media qualitate. Consequentia probatur: quia qualitates elementorum non agunt nisi in virtute formae substantialis. Sed contra quoddam dictum supra, scilicet quod qualitates elementorum remissae non

Conclusio
secunda.
Conclusio 3

Ad tertium.
Ad quartum.
Ad quintum.
Ad sextum.
Ad septimum.
Ad octauum.

non sunt actu in misto: arguitur. Primò. Caliditas misti intenditur a caliditate elementi, ergo est eiusdem speciei cum illa. Antecedens patet experimento: & consequentia probatur: quia elementum non intendit nisi qualitatem sibi similem. Secundò. Ex calore misti causatur aliquando calor elementi: ergo est eiusdem speciei cum illo. Antecedens patet: ferrum calefactum causat ignem in stupa. Tertio. Grauitates elementorum manent in mistis remissae: ergo etiam qualitates primae Antecedens patet: quia aliquod mistum est grauius alio in aere: quod non est grauius eo in aqua, puta oleum multum plus ponderat in aere quam paruum ferrum: & tamen paruum ferrum in aqua descendit & oleum supernabit. Ad ista responderetur: quod vtrique in misto possunt esse aliqua qualitates eiusdem rationis cum qualitatibus elementorum: non tamen in illa forma media quae est pura dispositio ad formam misti, saluatur actu aliqua qualitas elementorum: praedicta enim forma media est per totum extensa: sicut etiam forma misti dat esse omnibus partibus. Nam illa forma media necessaria est ad conseruandam formam misti: sed quia contingit corpora mista habere diuersas operationes, ideo oportet in eorum membris esse diuersas dispositiones deferuentis illis diuersis operibus: sicut patet quod cor est calidum, & cerebrum est frigidum: & carnes humidae, & ossa sicca: & sic de aliis. Potest igitur membrum calidum calefacere alia membra, quae possunt etiam alterari & calefieri ab extrinseco. Vnde ad primum conceditur quod elementum calefiat mistum & intendat eius calorem: sed nego quod ex hoc sequatur aliquid caloris esse actu in illa forma media. Ad secundum dicitur similiter. Nam calore misti causato per actionem alicuius elementi, potest causari elementum. Ad tertium dicitur, quod sicut corpora mista possunt esse formaliter calida, non tantum remanentibus elementis actu in misto: ita sunt formaliter grauiora: & secundum hoc elementum aliquod dicitur praedominari: & est possibile quod in aliqua parte praedominetur vnum elementum vno modo, & aliud alio modo: quia in corde praedominatur terra quo ad motum grauitatis: & praedominatur ignis quantum ad operationem, quia per calorem totum corpus calidum reddit.

Ad principia argumenta. Ad primum dicitur, quod mistio est vno elementorum, non in quibus sit actu alteratio, in instanti quo miscetur: sed quae plus fuerunt alterata & completa alteratione corrumpuntur: & sic intellexit Philosophus, oportet enim prius alterari miscibilia, & postea misceri. Si quis tamen proteruendo dicat quod elementa simul alterantur & miscentur: dico quod hoc est verum, accipiendo mistionem pro congregatione & vnioune miscibilium: quae non est proprie mistio: sed est fallacia, accipiendo mistionem pro generatione misti quae est proprie mistio. Ad primam confirmationem responderetur dupliciter: primo quod saluatur virtus eorum & non corrumpuntur dum miscentur mistione primo modo dicta: eo quod saluatur virtus eorum non eadem numero: sed similis ei, quia media qualitas quae est dispositio ad formam misti, continet virtualiter omnes qualitates elementorum, secundum quem modum nullum elementum continet omnes qualitates alterius. Licet enim ignis contineat caliditatem aeris, non tamen continet eius siccitatem. Ad secundam confirmationem negatur consequentia, quia est fallacia consequentis. Nam quod non fiat mistio si gutta aquae addatur amphorae vini: potest esse, aut quia corrumpitur: & haec non est causa: aut quia aqua conuertitur in vinum: & ista est causa quare non fit mistio: quia in mistione non conuertitur vnum miscibilium in aliud: sed omnia corrumpuntur: & ex eis generatur vnum tertium: & hanc causam assignat ibi Philosophus: dicens quod ideo non fit mistio: quia soluitur species & transmutatur in esse aquam. Eius autem verba sunt haec: A ctiorum autem & passiuorum quaeunque sunt facile diuisibilia: multa quidem paucis & magna paruis composita non faciunt mistionem, sed augmentationem dominantis, transmutatur enim alterum in dominans, ideo gutta aquae in mille millibus vini amphoris non miscetur: soluitur enim species & transmutatur in omnem aquam. Ad tertiam confirmationem dico duo: primum est quod elementum non dicitur vnioune de omnibus elementis, nam esse intrinsecè dicuntur elementa & praesertim materia: vt declaratum fuit septimò huius: & diffinitio de elemento ibi data conuenit tantum formae & materiae. Alio modo accipitur elementum pro primis corporibus ex quibus aliqua generantur: & sic dicto elemento non conuenit praedicta diffinitio elementum. Ad secundum negatur minor loquendo de esse formali. Ad probationem negatur consequentia: quia manet virtualiter qualitas elementum praedominantis, & etiam quia mistum est actu graue aut leue;

non tamen illa numero grauitate & leuitate quae erat in elementis. Ad tertium negatur consequentia. Ad probationem dicitur, quod mistum est compositum ex elementis quando mistum est: & elementa non sunt. Ista autem compositio non est relatio realis: sicut compositio materiae cum forma: cum non sit entium in actu, sed est relatio rationis & compositio ex his quae non sunt actus, sed in potentia proxima, & virtualiter quantum ad formas suas in composito. Ad quartum negatur consequentia. Ad probationem dicitur, quod qualitas illa media quae est dispositio ad formam misti necessario requirit in materia in qua debet recipi praesens qualitates omnium elementorum, quia ipsae sunt dispositiones ad eam, & ipsa continet eas necessario virtualiter. Ad quintum negatur antecedens. Ad probationem dicitur, quod nullus lapis est siccior terra: quae est purum elementum: licet sit siccior aliqua terra mista aquae vel alicui alteri humori: & ideo cum ex terra generatur lapis, remittitur & tandem corrumpitur siccitas terrae. Idem dico de frigiditate: quia nullus lapis est ita frigidus sicut aqua quae est purum elementum. Ad sextum negatur consequentia. Ad probationem dicitur, quod resolutio fit non solum in partes existentes in actu, sed etiam in partes existentes in potentia proxima. Ignis enim comburens lignum generat ignem per se: per accidens autem & consecutiue generat alia elementa in quae resolutur lignum. Ad septimum dicitur, quod argumentum est contra argumentum: quia oportet nutrimentum corrumpi: & consequenter in substantiam nutriti conuerti. Dicitur secundo quod esse ex aliquo contingit dupliciter. Vno modo tantum ex manente: & sic compositum est ex materia & forma, & domus est ex lapidibus. Alio modo aliquid est tanquam ex manente secundum materiam, & transeuntem secundum formam, & solum hoc modo dicuntur esse ex elementis.

Ad tertium.
Ad quartum.
Ad quintum.
Ad sextum.
Ad septimum.

PAVLI SONCINATIS
SVPER DVODECIMVM ME-
phyfi. Aristotelis librum acu-
tissimae quaestiones.

De substantia theorica est.

Intentio Philosophi in hoc libro 12. Metaphysicæ, est considerare de substantiis aeternis: quarum aliqua sunt sensibiles, vt cælum: aliqua verò sunt omnino insensibiles, scilicet intellige ntiæ. Et vt ordine quodam deueniat ad propositum suum praemittit in hoc textu hanc conclusionem. In hac scientia est consideratio de substantia. Possumus autem per hanc scientiam accipere aut totam Metaphysicam: aut specialiter hunc librum 12. & vtrumque verum est: quia in tota Metaphysica agitur principaliter de substantia tanquam de prima parte entis: & in hoc lib. 12. agitur tantum de substantia. Istum autem textum aliter exponit Commentator, & aliter S. Tho. Commen. dicit quod substantiarum aliqua sunt generabiles & corruptibiles, aliqua verò sunt aeternae. De principiis & causis substantiarum generabilium tractatur supra, scilicet lib. 8. In isto autem 12. tractare intendit tantum de principiis substantiarum aeternarum: unde cum dicit Philosophus de substantia theorica est, accipit substantiam pro substantia aeterna S. Thomae: dicit quod cum Metaphysicam consideraret de ente: in quantum ens, & principalis pars entis sit substantia, necesse est quod principaliter consideret de substantia, & ideo secundum ipsum accipit Philosophus substantiam vniuersaliter & absolute. Ista expositio S. Tho. fuit Alexandri Aphrodisi, vt recitat Com. in principio commenti primi.

Tex. 1.
Conclusio

Etenim si totum.

In hoc textu probat praedictam conclusionem. Ista autem probatio dupliciter exponitur. Nam commentator deducit eam sic: Si totum, id est, si ens commune omnibus, esset quasi vniuersum, id est, si esset genus, & si esset consequenter, id est, de numero eorum quae dicuntur secundum prius & posterius, substantia esset prima pars entis, ergo eius consideratio principaliter pertinet ad Metaphysicum. Alexander verò & Thomistae, & S. Thomas sic inducunt rationem Philosophi. Ad cuius notitiam sciendum est quod aliquid potest esse totum tripliciter, scilicet, aut per adunationem partium sicut est in animalibus quorum partes colligatae sunt, aut est totum per cõactum, aut est totum ex solo ordine partium sicut exercitus, vniuersitas autem

Tex. 2.
Totum triplè
citer.

Ad primum.

Tex. cõ. 38.

Ad secundum.

autem entium est quoddam totum. Quocumque autem modo esset totum: substantia esset prima pars huius totius, ergo eius consideratio est prima in Metaph. Nec bene reprehendit Commentator hanc expositionem, quia non dicitur isti quod substantia & accidentia omnia sint quoddam totum aliquo praedictorum modorum, sed loquuntur conditionaliter, scilicet quod si esset substantia, esset primum inter omnia entia.

Tex. 3. Similiter autem nec entia.

In hoc textu ad idem sic arguit. De illa parte entis est principaliter agendum quae est simpliciter ens. Sed substantia est simpliciter ens, accidentia vero non sunt entia simpliciter, cum ipsa proprie non dicantur esse, sed eis aliquid aliud est, puta album vel musicum: sicut etiam negationes dicuntur entia aliquo modo & non simpliciter. In ista ratione concordant S. Tho. & Commentator. Addit autem S. Tho. quod licet accidentia & negationes in hoc conveniant quod nullum eorum est ens simpliciter, tamen in hoc differunt, quia accidentia dant aliquod esse suo subiecto, negationes autem nullum dant esse. Tertio ad idem sic arguit. Nullum accidens potest esse sine substantia: aliqua vero substantia potest esse sine accidente. Nam secundum Philosophos in intelligentiis nullum est accidens, ergo substantia est principaliter consideranda. Quarto. Idem probat ex hoc quod antiqui quaerentes causas entis, quaerant principaliter causas substantiarum. Ista tamen duas rationes ultimas non ponit Commentator distinctas a ratione secunda, sed eas ponit quasi probationes illius propositionis minoris in qua dicebatur, quod sola substantia est simpliciter ens.

Quarta ratio pro conclusione. Tertia ratio. Sexta ratio. Quinta ratio. Septima ratio. Octava ratio. Nona ratio.

Tex. 4. Quae quidem nunc universalis.

Quia in fine textus praecedentis fecit mentionem de antiquis quaerentibus causas substantiarum, ponit consequenter eorum opiniones, dicens quod illi Philosophi qui nunc sunt, scilicet tempore Aristotelis, & innuit Platonem, ut ex ponit Commentator & S. Tho. dicunt principia substantiarum esse universalis separata, & errauerunt propter considerationem logicam, quia putabant quod sicut intellectus apprehendit naturam universalem sine particularibus, & estiam sic esset in re. Antiqui vero ponebant principia substantiarum esse, aut igne, aut aqua, aut aliquod aliud huius.

Tex. 5. Substantia vero tres sunt.

Nunc in hoc textu incipit agere de substantia eadem dividendo, quoniam substantiarum aliqua est sensibilis corruptibilis, ut plantae & animalia. Aliqua est sensibilis, & aeterna, cuius elementa, id est, causa & principia in hoc loco quaeruntur, ut coelum. Aliqua vero est immobilis & aeterna, ut idem secundum Platonem, & mathematica secundum Pythagoricos, & intelligentia secundum Aristotelem. Sed Commentator exponendo literam Philosophi tangit magnam difficultatem. Dicit enim Philosophus quod quaeruntur in hoc loco elementa, id est, principia substantiae sensibilis aeternae. Ista autem principia sunt substantiae separatae. Est igitur quaestio, quis habet probare ista principia esse, utrum naturalis an primus Philosophus. Alexander enim dicit quod primus Philosophus hoc facit, Commentator vero dicit oppositum, quod naturalis hoc demonstrat, & Metaphysicus accipit hoc a naturali. Et ideo quaeritur.

QVAESTIO I.

Utrum ad Metaphysicum pertineat probare genus substantiarum separatarum esse, aut ad naturalem.

VARITUR primò. Utrum probare genus substantiarum separatarum esse pertineat ad naturalem vel potius ad Metaphysicum. Et videtur quod ad Metaphysicum. Primò. Probare proprias passiones Metaphysicæ pertinet tantum ad ipsam, & non ad alias scientias. Sed esse abstractum & non abstractum: sunt passiones entis: quod est subiectum in prima Philosophia, sicut etiam necessarium, & contingens: ergo sola prima Philosophia habet istud probare. Secundò. Rationes sumptae ex differentis entis quae sunt necessarium & contingens, ad Metaphysicum pertinent. Sed ex necessario & contingenti probatur Deum esse: quia scilicet non omnia sunt contingencia: alioquin aliquando nihil fuisset: quia ens contingens non est ex se determinatum ad esse: sed prius habet non esse quam esse: ergo in natura est aliquid quod est necesse esse. Istud autem vel habet causam suam necessitatis: vel non. Si non: est Deus. Si sic: quaerit de illo. Et cum non sit in infinitum: oportet

devenire ad aliquod primum necesse esse. Tertio Probatur Deum esse per hoc quod aliqua sunt magis: & aliqua sunt minus perfecta: ergo est devenire ad aliquod perfectissimum & optimum. Ista autem ratio non sumitur a motu: ergo non pertinet ad naturalem. Quarto. Per prius convenit Deo esse primum principium quam esse primum motorem: quia si nihil moueret, & tamen res produceret, adhuc esset primum principium: & non esset primus motor. Sed Metaphysicus probat Deum esse primum principium: quia vel habet principium supra se: & sic non est Deus: cum ab illo dependeat: vel non habet: & sic est primum principium. Naturalis autem solum probat ipsum esse primum motorem: ergo &c. Quintò. Generales proprietates entis: puta actus, potentia, contingens necessarium, & alia quae considerantur in Metaphysica, ducunt in nobiliorem cognitionem primi entis, quam proprietates considerat a naturali: minus enim excellens est primitas movendi quam primitas entis simpliciter: ergo Metaphysica perfectius potest demonstrare Deum esse quam naturalis. Sextò. Si naturalis demonstraret Deum esse, sequitur quod naturalis Philosophia esset prior Metaphysica. Sed hoc est falsum; ut ex se patet: ergo. Consequentia probatur. Deum est primum cognitum in Metaphysica: & per se est cognitum per medium naturale: ergo naturalis est simpliciter prior. Patet consequentia: quia notissimum in Metaphysica est aliquid prius cognitum in naturali Philosophia. Item id quod est simpliciter conclusio in Physica, scilicet Deus esse, erit in Metaphysica prima propositio simpliciter indemonstrabilis. Septimò. Sequitur quod saltem quantum ad hanc conclusionem, Deus est, Metaphysica subalternaretur naturali Philosophia. Sed hoc est expressè falsum: alioquin esset ea posterior. Consequentia probatur, quia acciperet ab ea hanc propositionem. Octavo. Sicut proprietates considerat a naturali Philosophia non possunt esse in esse nisi prima causa sit: ita etiam proprietates considerat a Metaphysico: ergo sicut per illas potest demonstrari primam causam esse: ita etiam per istas. Nonò. Nulla scientia probat sua principia: ut dicitur primo posteriorum. Sed substantiae abstractae sunt principia entis siue corporis mobilis: quod est subiectum in naturali Philosophia: ergo naturalis Philosophus non potest probare substantias abstractas esse.

Respondeo. In ista quaestione tria principaliter sunt facienda. Primò declarabitur titulus quaestionis. Secundò narrabitur varietas opinionum. Tertio dicetur ad quaestionem. Quantum ad primum titulus quaestionis est, An Metaphysica possit primo & ex propriis probare genus substantiarum separatarum esse. Metaphysicum probare ex propriis est ipsum probare ex principiis abstractis a motu & ab omni materia tam sensibili quam intelligibili. Probare autem primo est ita probare illas substantias esse quod hoc non praesupponatur necessario esse probatum prius in aliqua alia scientia: ita quod ad huiusmodi rationes non praerogatur necessario aliquid demonstratum in naturali Philosophia.

Quantum ad secundum: dico quod ista quaestio maximam habet diversitatem opinionum: praesertim quia clarissimi Philosophi Averrois & Alexander & Avicenna & Albertus & S. Tho. & Scotus sibi in ea contradicunt. Alexander enim ut recitat Commentator 12. Metaph. Comment. 6. dicit quod ista consideratio pertinet ad Metaphysicam. Avicenna etiam primo libro suae Metaphysicae cap. 1. inquit: An Deus sit subiectum Metaphysicæ, determinat quod non: & adducit talem rationem. Nulla scientia probat suum subiectum esse. Metaphysica probat Deum esse: ergo Deus non est in ea subiectum. Minorem probat. Metaphysica probat res separatas omnino a materia esse: ergo probat Deum esse. Et ideo tandem concludit in fine illius quaestionis quod omnis probatio facta in naturalibus ad demonstrandum Deum esse, erat extranea a naturali Philosophia. Sed ideo ibi facta est talis demonstratio, ut acceleraretur intellectus hominis ad cognoscendum primum principium esse: ut per hoc augetur desiderium ad discendum scientias & perveniendi ad locum in quo certius possit cognosci. Eadem opinionem posuit 8. suae Metaphysicae cap. 1. & cap. 3. Hanc opinionem Avicennae secutus fuit Albertus primo physico. capit. vlti. circa finem: ubi contradicit Averrois reprehendenti Avicennam in duobus. Primum est: quia dixerat Avicenna quod probare substantiam materialem esse compositam ex materia & forma non pertinet ad naturalem, sed ad primum Philosophum. Et ad hoc dicit Albertus quod materiam & formam esse partes substantiae compositae pertinet ad Metaphysicum. Probare autem quod istae partes veniant mediante motu in constitutione totius principii ad naturalem. Secundum in quo contradicit Averrois est quaestio praesens. Et ibi probat Albertus quod Metaphysicus ha-

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Sexta ratio.

Septima ratio.

Octava ratio.

Nona ratio.

Alexander sententia.

Avicenna placitum.

cus habet probare genus abstractorum esse, ratione prima posita in arguendo. Eandem opinionem Avicennae sequitur Scotus 1. sententiarum, q. 2. prologi, ad 2. argumentum, ubi dicit, in hac quaestione Commentator male dixit, & Avicenna bene. Commentator autem fuit contrariae opinionis dicens quod metaphysicus non potest probare ex propriis substantias separatas esse: quoniam hoc probare pertinet ad naturalem philosophum, & metaphysicus ab eo istud accipit. Vnde primo physico comment. 8. quod est vltimum sic dicit: Consideratio de formis est duarum scientiarum, quarum una, scilicet naturalis considerat de formis materialibus. Secunda autem de formis simplicibus abstractis a materia: & est illa scientia quae considerat de ente simpliciter. Sed notandum est quod istud genus entium esse, scilicet separatim a materia non declaratur nisi in hac scientia naturali. Et qui dicit quod prima philosophia nititur declarare entia separabilia esse, peccat. Haec enim entia sunt subiecta primae philosophiae. Et declaratum est in posterioribus analitice quod impossibile est aliquam scientiam declarare suum subiectum esse: sed concedit ipsum esse: aut quia manifestum per se: aut quia est demonstratum in alia scientia. Vnde Avicenna peccavit, maxime cum dixit quod primus Philosophus demonstrat primum principium esse. Et eadem sententiam repetit 2. physico comment. 26. ubi dicit quod considerare de formis abstractis in quantum sunt abstractae: & de quidditatibus earum est proprium primae philosophiae, non scientiae naturalis. Et quod consideratio in esse istarum formarum est in scientia naturali: non in prima philosophia. Item 12. metaph. comment. 5. adducens verba Alexandri dicitis quod probare principia entium est primi philosophi, dicit Commentator quod intendit quod probare principia substantiae sensibilis quae sunt substantiae abstractae esse pertineat ad primum philosophum, falsum dicit. Et postea subdit quod impossibile est quod ista probentur esse, nisi in scientia naturali. Et postea iterum subdit, quod impossibile est declarare aliquid abstractum esse nisi per motum. Et postea in principio comment. 6. replicat istam scientiam, & ex hoc patet: quia diuersimode opinati sunt circa hanc quaestionem.

Quantum ad tertium pono tres conclusiones. Quarum prima est ista: Metaphysicus potest per media metaphysicalia probare substantias abstractas esse. Ista conclusio probatur. Primo. Quod philosophus 2. metaphysico. text. comment. 6. probat quod non est processus in infinitum in causis agentibus: quia in omni ordine causarum sunt tria, scilicet primum, medium, & vltimum: & primum est causa medij: medium vero est causa extremi: & ideo remota prima causa nulla alia esset causa. Constat autem quod ista ratio est metaphysica, cum non procedat per rationem motus. Et confirmatur, quia Commentator ibi in fine commenti dicit quod quanto aliqua demonstratio est universalior, tanto magis & propria metaphysicæ: & postea subdit quod ista est universalior quam ea quam posuit philosophus in naturalibus ad probandum primum motorem: ergo sequitur quod ista ratio est metaphysica. Secundò. Idem patet per rationes illas quae procedunt ex necessario & contingenti: & per viam maioris & minoris perfectionis, repertae in entibus: ut arguebatur in principio quaestionis. Secunda conclusio. Omne medium ad probandum substantias abstractas esse, aut est medium naturale, aut concludit in virtute medij naturalis. Antequam probetur ista conclusio declaro in quo differant praedictae opiniones. Ad cuius notitiam est sciendum, quod primum principium, scilicet Deus, potest considerari in quantum est motor: & in quantum existit: & in quantum est primum principium, & independens, & immateriale: & quo ad alias conditiones ipsius. Probare autem ipsum esse motorem non potest nisi naturalis & non metaphysicus: cum abstrahat a motu: & quantum ad hoc conveniunt omnes. Sed dubium est, a quo probentur aliae conditiones primi principij. Nam istae conclusiones, Deus est primum ens, Deus est prima causa, Deus est omnium finis, Deus est immortalis, & aliae huiusmodi sunt conclusiones metaphysicæ: & est dubium utrum probentur per media metaphysica, aut per media naturalia: ita quod demonstrationes istae quibus probantur, sint naturales quo ad principia. Dicunt ergo illi qui sequuntur Avicennam quod praedictae demonstrationes sunt per principia metaphysica, & non in virtute medij naturalis. Quod declarant. Nam licet intellectus dependeat a sensibili naturali quo ad notitiam simplicem terminorum, non tamen ab eo dependet quo ad notitiam complexam principiorum, eo quod principia cognoscuntur cognitio terminis: ut dicitur 1. posteriorum. Et similiter etiam non dependet a naturali sen-

conclusio. 1. conclusio. 2. Sententia sequentium Auc.

sibili quo ad notitiam conclusionum deducendarum ex principiis: quia deductio conclusionum ex principiis est de se evidens: quia ut dicitur primo priorum, syllogismus perfectus nullius indiget, ut appareat evidens. Et ideo intellectus postquam per viam motus pervenit ad notitiam intelligentiarum, in quantum sunt moventes: & ad notitiam corporum caelestium, in quantum sunt mobilia, potest formare conceptum in se de essentia illorum corporum: non in quantum sunt mobilia, sed in quantum sunt substantiae habentes inter se ordinem: & similiter formari potest conceptus de intelligentiis, abstrahendo a motu & mobilitate: & copulare praedictos conceptus simplices de intelligentiis: & ex eis deducere conclusiones. Verbi gratia: Philosophus naturalis per medium naturale, scilicet per hoc quod coelum continet circulariter movetur: demonstrat esse unum primum motorem: & sic considerat coelum, in quantum est subiectum motus. Intellectus autem postea abstrahendo considerat idem medium scilicet coelum, in quantum secundum suam essentiam dependet a Deo tanquam a fine vel ab efficiente: & hoc facit per habitum metaphysicum, & non per physicum: hoc autem facto demonstrat Deum esse vltimum finem: & esse ens independens: & ex vna istarum conditionum primi principij concludit aliam: ex motu autem nullam earum concludit: nisi solum quod est primus motor. Quod autem notitia huius conclusionis, Aliqua substantia sunt abstractae: non dependeat immediate ab aliqua notitia complexa philosophali, probatur. Primo. Quia omnis notitia a qua alia dependet continet eam aut essentialiter aut virtualiter. Sed notitia philosophalis non continet illam metaphysicalem essentialiter: quia non valet ista consequentia: hoc est primum movens: ergo est primum ens. Nec continet eam virtualiter: quia omne sic continens est perfectius contento: notitia autem naturalis non est nobilior metaphysicali: ergo &c. Secundò. Essentialior est dependentia scientiae ad principia subiecti & ad ipsum subiectum quam ad alia. Sed metaphysico quo ad alias suas conclusiones non dependet immediate a notitia naturali: ergo nec quo ad illam conclusionem in qua probantur principia sui subiecti esse, scilicet substantiae abstractae. Tertio. Arguunt ad principale propositum. Supponendo quod secundum philosophos coelum & intelligentia sunt a Deo effectivè per simplicem productionem & non per motum. Et arguitur sic, Demonstrari potest quod est aliquid ens omnium efficiens. Sed hoc non demonstratur per viam motus, cum non omnia sint producta per motum ex praesupposito: ergo talis demonstratio non est naturalis sed metaphysica. Illi autem qui tenent opinionem Commentatoris variant in modo declarandi eam. Mihi autem videtur sic esse dicendum, quod per motum aeternum circulaem & uniformem probatur immediate aliquam esse substantiam abstractam siue immaterialem, sic arguendo. Si aliquis motus est aeternus & circularis & uniformis, aliquis est motor aeternus abstractus: sed aliquis motus est talis: ergo est aliquis motor abstractus. Minor patet per rationem quam ponit Philosophus infra textu commenti 29. Maior probatur quantum ad omnes partes. Nam quod motor sit aeternus, patet: quia effectus non potest esse aeternus nisi habeat causam aeternam: motus autem est effectus motoris. Quod autem sit abstractus probatur per hoc quod nullo modo est in potentia, sic arguendo, Id est abstractum quod nullo modo est in potentia. Sed motor semper actu movens nullo modo est in potentia. ergo &c. Et hanc rationem ponit Philosophus infra, textu comment. 30. Et per istam minorem, scilicet quod nullo modo est in potentia: probat in eodem textu quod sit actus purus. Similiter per hoc quod est abstractus probatur quod sit substantia: quia Philosophus 12. metaphysico, textu commenti 25. dicit quod rerum quaedam sunt abstractae, & quaedam non sunt abstractae: & quod res abstractae necessariae sunt substantiae. Idem etiam probatur per hoc quod motor est prior natura mobili. Sed mobile est substantia: ergo motor est substantia: quia accidens non est prius substantia. Per hoc autem quod est abstractus & substantia concluditur quod sit intelligens. Et haec ratio est metaphysicis. Licet enim probare quod nos intelligamus pertineat ad naturalem: & eo quod nostrum intelligere est cum tempore & motu ratione phantasmatum, tamen probare quod prima causa intelligat, pertinet ad metaphysicum. Et probatur non per motum, sed ex eius immaterialitate. Dico igitur quod per principia naturalia, scilicet per motum aeternum, probatur immediate quod aliquis est motor abstractus. Ista autem conclusio est metaphysicis. Nam licet in ea, a parte subiecti sit motor: tamen

Averrois prima.

Secunda.

Tertia.

Quomodo sit intelligenda sententia

Quaest. Paul. Sonc.

prædicatum, scilicet abstractum est metaphysicale: & ex parte prædicati attenditur cuius scientiæ sit conclusio quæ demonstratur: sicut patet. Nam ista conclusio est metaphysicæ, Materia & forma sunt partes substantiæ: ut dicit Commentator 2. phys. com. 21. & Albertus: & tamen materia & forma sunt res naturales. Ex ista autem cõclusionone metaphysicali, Aliquis motor est abstractus (quæ probata est per principia naturalia) probatur postea metaphysicus alias proprietates primi principij, scilicet, quod tale abstractum sit substantia & actus purus, & primum ens, & alia huiusmodi. Patet ergo quod esse aliquas substantias abstractas probatur. primo per principia naturalia, & quod aliæ proprietates principij probatur in virtute illorum principiorum naturalium. Nec valent tria motiva primæ opinionis. Nam ad primum dicitur, quod notitia naturalis continet virtualiter notitiam metaphysicalem non tanquam causa totalis, sed tanquam causa instrumentalis. Et ideo nõ sequitur quod sit ea nobilior. Intellectus enim est qui causat notitiam conclusionis: tamen mediante notitia præmissarum. Ad secundum dicitur, quod non est inconueniens quod notitiæ omnium conclusionum metaphysicalium dependant remotè tanquam à causa instrumentali à notitia naturali: cum etiam dependant aliquo modo à sensu. Ad tertium concessio præsupposito: dico quod non potest probari aliquod ens esse omnium efficiens nisi prius probetur aliquod ens esse abstractum. Illud autem probari non potest nisi per viam motus: & ideo illa probatio vniuersalis efficientiæ dependit ab aliqua notitia philosophali. Nunc restat probare illam secundam cõclusionem quæ posita fuit. Et arguitur primo, & suppono quod prima philosophia & naturalis sint distincti habitus. Istud expresse ponit Philosophus 6. metaph. text. comment. 4. Suppono secundo, quod metaphysica sit de abstractis à materia secundum se. Vnde Philosophus 6. metaph. text. comment. 2. sic ait, Prima autem philosophia est separabilem rerum & immobilium. Et si forte istud negatur dicendo, quod metaphysica non est de rebus sic abstractis, sed est de his de quorum ratione non est esse in materia: ut sunt substantia, actus, potentia, & huiusmodi, adhuc habetur propositum: quia per se non est de ratione substantiæ quod sit in materia: ergo non repugnat aliquam substantiam esse sine materia. Id autem quod possibile est esse in separatis à materia actu, est secundum Philosophum 9. metaphysicæ, in fine, quia omnia talia sunt entia æterna: & necesse esse secundum ipsum. Dicitur forte aliter quod in materia non esse de ratione substantiæ: quod sit in materia: hoc intelligendum non est quantum ad actualè existentiam: sed quo ad rationem diffinitiuam, quia scilicet, nec materia sensibilis nec materia intelligibilis ponitur in diffinitione substantiæ. Sed contra. Si metaphysica esset tantum de separatis ab hunc sensum: sequitur quod ipsa non distingueretur à naturali philosophia. Cõsequens est contra primum suppositum. Cõsequencia probatur: quia Philosophus 6. metaph. text. comment. 3. dicit quod si non essent aliæ substantiæ, nisi substantiæ sensibiles, scientia naturalis esset prima philosophia. Vbi etiam dicit Commentator eandem sententiam. Et tamen si essent tantum substantiæ sensibiles adhuc in diffinitione substantiæ, in quantum est substantia, non poneretur materia. Patet igitur quod metaphysica distinguitur à naturali, per hoc quod metaphysica est de ente abstracto à materia, id est, de cuius ratione non est materia: & cui non repugnat esse sine materia: & per cõsequens quod actu est separatum à materia. Ex his arguitur sic: Prima philosophia præsupponit ens abstractum esse: ergo non potest probari ex propriis quod tale ens sit: cõsequencia patet: quia præcognitum inscientia non est probatum in ea ex propriis principijs eius. Antecedens probatur. Metaphysica præsupponit suum subiectum esse, sicut & quilibet alia scientia: ut patet primo posteriorum: ergo supponit ens abstractum esse. Patet ista cõsequencia: quia ens abstractum, est subiectum eius: & accipio ens abstractum pro ente cui non repugnat esse sine materia. Tunc ultra. Præsupponit ens esse, cui non repugnat esse sine materia: ergo præsupponit aliquod esse quod actu sit separatum ab omni materia. Patet ista cõsequencia: quia si non repugnat esse aliquod ens sine materia: & tamen actu non est: ponatur postea in actu quod sit: quæro à quo ponetur in actu. Non à seipso: alioquin esset antequam esset. Non ab ente materiali: quia tale non potest producere entia abstracta cum non agat nisi per motum, qui necessario præsupponit materiam: ergo non ponetur in esse nisi ab alio ente abstracto. Et ideo bene sequitur si non repugnat aliquod abstractum esse, quod aliquod abstractum est. Et forte ista fuit intentio Commentatoris, quando dixit primo phy-

Ad Anst. rationes.

Ad secundum.

Ad tertium.

Secunda cõclusionis probatio.

Ad primum.

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad quartum.

Ad quintum.

Ad sextum.

Ad septimum.

Ad octauum.

Ad nonum.

Aver. dist. 1. in 1. phy.

corum, commento ultimo: quod primæ philosophia non potest probare entia abstracta esse: quia sunt eius subiectum. Forte enim quod per entia abstracta intelligit ens, in quantum ens: cui non repugnat habere aliquam partem subiectiuam quæ omnino sit abstracta. Confirmatur ista ratio: quia subiectum in metaphysica est ens abstractum: & accipio abstractum non pro aliqua particulari natura existente extra omnem materiam: sed prout est quædam simplex quidditas abstracta per intellectum ab omnibus inferioribus entibus. Et arguitur sic. Metaphysica præsupponit ens hoc modo abstractum esse, cum sit eius subiectum: ergo præsupponit aliquod ens abstractum secundum esse. Secundo. Tantum ille probat primas substantias abstractas esse, qui potest probare primo nobilitatem vnius super aliam. Sed hoc potest tantum naturalis: ergo &c. Maior patet, quia nobilitas præsupponit esse. Vnde si metaphysicus probaret eas esse, & naturalis probaret vnam esse nobiliorem. tunc metaphysica esset prior origine quam naturalis. Minor probatur: quia Philosophus 12. metaphysicæ, textu comment. 44. probat earum ordinem in nobilitate secundum ordinem motuum cælorum. Et Commentator ibi dicit quod ista nobilitas cognoscitur, aut per magnitudinem corporis moti, aut per nobilitatem loci talis corporis: aut per velocitatè motus eius. Omnes autè istæ probationes pertinet ad naturalem, qui habet considerare motum & locum. Tertio. Ille solus potest demonstrare aliquas substantias esse abstractas, qui potest demonstrare numerum earum. Sed solus naturalis hoc potest, ergo &c. Maior patet: quia qui potest probare eas esse, potest probare vnitatem vniuersi que earum: & consequenter numerum ex illis vnitatibus constitutum. Minor probatur: quia numerus earum non potest probari per essentias earum: cum illæ essentia sint nobis minus notæ: ergo probatur ille numerus tantum per operationes earum: operationes autem earum nobis nota non sunt alia nisi motus: ergo per solū numerum motuum probatur earum numerus. Et hanc viam tenuit Philosophus 12. metaphysicæ, text. comment. 43. 44. & 45. Quarto. Medium per quod cõcluditur primum motorem esse abstractum, non potest esse substantia: ergo est accidens: & non potest esse aliud quam motus: ergo cõcluditur tantum per motum. Antecedens probatur. Si est substantia, aut est generabilis, aut æterna. Sed non cõcluditur per esse substantiæ generabilis: quia per ipsam non probatur necessario nisi quod est deuenire ad primū generans: primum autem generans potest esse corpus & in materia: nec est necessario abstractum. Non etiam cõcluditur per esse substantiæ æternæ: quia substantia æterna non est manifesta esse nisi per motum æternum: nec est manifestum substantiam æternam in quantum huius indigere aliquo ad sui æternitatem. Quod vero non cõcludatur per aliud accidens quam per motum, probatur quia vel illud accidens esset corruptibile, vel æternum. Nõ per accidens corruptibile: quia per ipsum non cõcluditur immediate nisi causa transmutabilis: ergo solum per accidens æternum. Illud autem accidens aut est permanens aut successiuum. Non permanens, pura quæritas vel figura: quia non est motum ex sensatis quod ab alio dependeat quam à proprio suo subiecto: ergo illud accidens est successiuum, & consequenter est motus vel tempus, & quodcumque detur, ratio per quam probabitur erit naturalis. Hanc rationem posuit Ioannes de Landuno 8. physico. quæstione 2. Ad quam fortè dicerent aliqui quod per substantiam æternam mobilem demonstraretur aliquam substantiam esse: quia ut infra patebit, demonstrabile est quod cælum dependet à Deo tanquam ab efficiente & fine. Valer autem ista ratio contra illos qui dicerent hoc non esse demonstrabile. Quinto. Si primus Philosophus posset hoc probare ex propriis: utique Philosophus alicubi istud probasset, præsertim cum ipse dicat huius notitiam que est de primo principio esse finem in metaphysica: si sit talis notitia quæ per metaphysicam haberi possit. Sed nullibi probat genus substantiarum separatarum nisi in 8. physico. Et si dicas quod modo hoc probat 12. metaphysicæ. Respondeo quod verum est: ut patet textu comment. 21. quasi vsque ad textum comment. 50. tamen in toto illo processu nullam rationem adducit nisi eas quas posuit 8. physico. sumptas ex parte motus. Et hanc rationem tenuit Commentator 12. metaphysicæ, comment. 5. circa medium. Et si dicatur quod libro 2. metaphysicæ probat non esse processum in infinitum in causis: & consequenter deueniri ad primam causam: & tamen in illa ratione

ratione nihil ponitur pertinens ad motum. Respondeo quod illa ratione non concludit nisi in virtute mediij naturalis: ratio non cognoscitur à nobis quod aliquid sit causa & causatum nisi mediante motu. Et similiter non cognoscimus hanc causam esse primam & illam mediam esse vel ultimam nisi per motum: quia, scilicet videmus quod ista mouet & non mouetur: illa autem mouet & mouetur: alia vero mouetur & non mouet. Vnde illa ratio secundi metaphysicæ præsupponit quod aliquid sit causa, & aliquid sit causatum: & consequenter quod aliquid sit mouens & aliquid motum, licet non præsupponat hoc vel illud determinate: sicut fit in 8. physico. vbi præsupponitur hic determinatus motus, scilicet primi mobilis. Omnia ista quæ dicta sunt, intelligo de metaphysica, quam nos habemus, & quæ non acquiritur nisi ex sensatis: quia si loqueremur de metaphysica prout habent eam intelligentiæ vel quicumque alius intellectus videns clare earum quidditates: aliter esset dicendum. Forte dicitur quod nulla istarum rationum cõcludit: quia impossibile est quod per effectum demonstraretur causam esse. Et hoc probatur: quia impossibile est effectum a, demonstrare b, causam suam esse, nisi cognoscatur quod a, est effectus b. Cuius ratio est: quia effectus non ducit in cognitionem causæ, nisi quia ab ea dependet: oportet ergo quod intellectus cognoscat hanc dependentiam: & cum relatiua sint simul intellecta, non potest cognosci habitudo effectus ad causam: nisi etiam cognoscatur habitudo causæ ad effectum: habitudo autè siue relatio causæ ad effectum consequitur actionem, per quam causa producit effectum: & cum agere præsupponat esse: ideo non potest cognosci quod b, sit causa a, nisi prius cognoscatur quod b, est. Ad hoc dico quod effectus potest considerari dupliciter. Vno modo absolute & dependentia. Alio modo ut sit sub relatione effectus & dependentia. Primo modo potest esse prius notum quod effectus sit quam quod id quod est eius causa sit: possum enim scire motum esse: & primum mobile esse, & ignorare an sit in rerum natura id quod est eius causa: & intellectus noster hoc non cogitabit vtrum mobile sit dependens ab altero, vel non: sed apprehendet ipsum esse. Postea autè discurrendo concludet, quod si hoc est: oportet etiam illud aliud esse: & tunc apprehendet hunc effectum esse dependentem & esse in rerum natura aliquid à quo dependet: ignorando tamen quid sit illud à quo dependet: & per inquisitionem deueniet in determinatam notitiam eius à quo dependet: puta quod primus motus dependet à substantia abstracta.

Ad argumenta in oppositum. Ad primum dicitur quod passiones entis distinctæ possunt quantum ad alteram earum partem prius demonstrari ab alio quam à metaphysico: quod patet: quia mobilitas & immobilitas sunt passio distincta entis: & tamen mobilitas non demonstratur à primo philosopho, sed à naturali tantum: quia est passio ad æquata suo subiecto. Nec ista dicuntur passiones entis, quia primo conueniant entis: sed quia primo conueniunt alicui parti entis. Et ideo minor est falsa. Et si bene aduertatur: ratio potius concludit oppositum quam propositum. Nam sicut naturalis primo demonstrat mobilitatem: ita etiam primo demonstrat abstractionem. Dico secundo, quod aliud est demonstrare abstractionem & aliud demonstrare genus abstractorum esse. In prima enim demonstratione cõcluditur abstractio: & in secunda cõcluditur existentia. Naturalis igitur Philosophus primo demonstrat existentiam de substantia separata dum probat 8. physico, quod est deuenire ad vnum primum motorem, qui ita mouet quod non mouetur. Et postea demonstrat abstractionem de ipso, dum probat in fine illius libri quod oportet eum esse separatum ab omni magnitudine. Dico tertio, quod licet subiectum sit natura prius sua passione: tamen passio aliquando est prius nota nobis quam subiectum. Et quia per effectus naturales, & per viam motus prius à nobis cognoscitur abstractio, quam habeatur conceptus entis, potest esse subiectum in meta physica: ideo talis abstractio primo est cognoscibilis tantum à naturali philosopho. Ad secundum dicitur, quod nullum ens contingens potest habere esse ex se: sed oportet quod habeat esse ab alio effectiuè. Dupliciter autem potest vnum esse ab alio. Vno modo per simplicem emanationem absque motu. Alio modo per motum. Primus modus essendi ab alio non potest à nobis cognosci nisi ex secundo. Si dicatur ergo aliqua entia quæ sunt ab alio, ipsa necessario præsupponunt rationem motus in quantum cadunt in apprehensione intellectus nostri. Et per hoc dico ad argumentum Auerennæ, quod ex eo quod aliqua sunt contingentia, potest demonstrari aliquod esse necessarium ex se. Sed illud antecedens, scilicet quod aliqua sint contingentia, non

Dubium.

Distinctio.

Ad primum.

Ad secundum.

potest à nobis primo cognosci nisi per motum: puta quia est corruptibile & potest nõ esse. Et eodem modo responderetur ad tertium: quia quod aliqua dicuntur secundum magis & secundum minus, non cognoscitur primo nisi ex motu, scilicet ex operatione: quia enim operatio a, est nobilior operatione b, cõcludimus quod a est nobilior quam b. Ad quarum dicitur, quod esse primum principium & esse primum ens, & prima substantia sunt priores rationes secundum se, quam ratio primi motoris: tamen illæ rationes non cognoscuntur à nobis conuenire primo enti nisi ex motu, quia quod aliquid sit principium productionum alterius, nõ cognoscitur: nisi quia agit actione transeunte, quæ motui coniuncta est. Actio enim quæ est motus, prius cognoscitur à nobis quam quæcumque alia productio. Ad quintum dicitur, quod nihil aliud cõcluditur nisi quod rationes quas considerat metaphysicus, sunt nobiliores: sed non sequitur quod illæ sint prius cognitæ à nobis quam ratio motoris. Et ideo nihil aliud cõcluditur nisi quod metaphysica est dignior naturali: non autè sequitur quod sit prior ea via originis. Ad sextum dicitur, quod vnam scientiam esse priorem alia potest intelligi dupliciter. Vno modo prioritate originis. Alio modo prioritate perfectionis. Primo modo sequitur naturalem esse priorem metaphysicæ: & hoc nõ est falsum: immo est necessarium: quia ut dictum fuit, metaphysica nõ potest habere suum subiectum nisi ex probatis in physica. Loquendo autem in secundo sensu negatur consequentia quæ aliter non probatur. Ad septimum dicitur, quod Deum esse primum cognitum, in metaphysica potest intelligi dupliciter. Vno modo ex principio metaphysicæ: & sic est falsum. Alio modo tanquam positum & acceptum à naturali: & sic est verum: non tamen sequitur metaphysicam subalternari physica: quia est tantum duplex modus subalternationis. Nam vna scientia non subalternatur alteri nisi aut quo ad modum, scilicet quando vna dicit quia, & altera propter quid. Alio modo quantum ad subiectum quando vna contrahit subiectum alteri: ad aliquam materiam: sicut se habet musica ad Arithmetica. Primus modus non est in proposito: quia metaphysicus non dicit: quia de hac propositione substantiæ abstractæ sunt: cum eam nõ probet nec à priori nec à posteriori. Physicus autè dicit de ea tantum quia: & non propter quid. Secundus autem modus vt apparet non est hic: quia metaphysica non contrahit subiectum physica: imo potius econtra. Et ideo nihil sequitur de subalternatione metaphysicæ ad naturalem: licet non sit inconueniens dicere quod quantum ad illam conclusionem et subalternatur. Ad octauum negatur consequentia, loquendo de demonstrari primo. Et huius ratio est: quia nunquam per proprietates effectus potest demonstrari causa, nisi prius innoscent illæ proprietates: cum omnis demonstratio sit ex notioribus. Proprietates autem nõ considerat à metaphysico in effectibus, cuiusmodi est contingentia & huiusmodi non innoscent nisi ex proprietatibus, quas considerat naturalis: puta ex motu. Et ideo per illas non potest demonstrari genus abstractorum esse: sed præsupponitur iam demonstratum per proprietates consideratas à physico. Ad nonum dicitur quod illa principia quæ non possunt probari in scientia sunt præmissæ respectu conclusionis: quia ipsa sunt propositiones immediate: nec habet aliquid prius in tali scientia per quod probari possint. Principia autem constitutiva aut productiua subiecti, possunt probari esse, sicut naturalis 1. physico. & 2. probat materiam & formam esse. & 8. physico. probat primum motorem esse. & hæc sufficiant de quæstione.

Ad tertium.

Ad quartum.

Ad quintum.

Ad sextum.

Ad septimum. Distinctio.

Ad octauum.

Ad nonum.

QVÆSTIO II.

Vtrum Philosophus probans aliquod ens esse abstractum, probet tantum abstractionem vel existentiam.

Quæritur secundò. Vtrum Philosophus probans aliquod ens esse abstractum, probet tantum abstractionem & immaterialitatem vel etiam existentiam. Et arguitur quod non. Quia id quod est præcognitum demonstrationi, non potest demonstrari. Sed de subiectione cuiuslibet conclusionis quæ demonstranda est, præsupponitur, quia est, vt patet 1. posteriorum: ergo de nulla re potest demonstrari quod sit.

Respondeo, quod ista quæstio potest habere difficultatem ex duobus, aut scilicet quia nullas scientia potest probare suum subiectum esse: aut quia quæritio an est, in nulla scientia possit terminari demonstratiue: & ideo de vtroque istorum dicendum est. Quantum ad primum dico quod conclusio Quæst. Meta. Paul. Son. 2 2 nulla

Prima ratio.

Nulla scientia potest probare suum subiectum esse. Dicit enim Philosophus 1. posteriorum, textu commen. 2. quod de subiecto præsupponitur, quia est. Et 2. physic. commen. 16. dicit Commentator quod nulla scientia siue sit vniuersalis, siue particularis, potest probare suum subiectum per causam aut per signum. Et secundo de anima, commento 66. dicit nullam scientiam posse probare suum subiectum esse. Et 1. physic. commento vltimo, ait: Declaratum est in posterioribus analyticis quod impossibile est aliquam scientiam declarare suum subiectum esse: sed concedit ipsum esse: aut quia manifestum per se, aut quia demonstratum in alia scientia. Nam in scientia naturali notum est per se motum esse, & ens abstractum esse, quod est subiectum in metaphysica: probatum est in alia scientia, scilicet, in philosophia naturali. Dico tamen quod licet nulla scientia possit probare suum subiectum esse, potest tamen probare causas sui subiecti esse. Nam naturalis 1. physic. probat materiam esse, quæ est pars entis mobilis: & in 8. physic. probat primum motorem esse: qui est causa entis mobilis. Idem probatur etiam rationibus. Primo igitur arguitur supponendo primo, quod omnis demonstratio est ex principiis per se notis: aut resolvablebus ad per se nota in aliqua superiori scientia. Nam in demonstratione propter quid præmissæ sunt per se notæ. In demonstratione autem quia præmissæ sunt resolvablebus ad per se nota. Supponitur secundo: quod distinctio subiecti sit medium in demonstratione potissima. Cuius ratio est: quia distinctio subiecti inest ei non per causam, id autem quod non habet causam per quam inest subiecto, non potest de eo demonstrari, nec de inhærentia talis prædicati potest esse quæstio: vt dicitur 7. metaphysicæ in fine. Passiones autem omnes habent causam in subiecto, scilicet, ipsam quidditatem subiecti: & ideo omnes possunt demonstrari: ita tamen quod prima passio demonstrabitur per distinctionem subiecti: & secunda passio per primam: & tertia per secundam: vt semper demonstratio sit ex immediatis. Supponitur tertio, quod aliqua passio potest probari de subiecto & à priori, scilicet per causam: & à posteriori, scilicet per effectum. Probat enim tanquam per causam quod homo est risibilis, quia est animal rationale: & probatur tanquam per effectum ex eo, quod ridere cum sit operatio, est posterior risibilitate. Supponitur quarto, quod cuiuslibet demonstrari, præmissæ sunt notiores conclusiones: quia vt dicit 1. posteriorum, vniuersaliter omnis demonstratio est ex notioribus, aut secundum naturam: aut saltem ipsi demonstrantur: vt in demonstratione quia. Sit ergo vna scientia (gratia exempli) cuius subiectum adæquatum sit homo. Tū dicis quod per effectum, puta per ridere potest demonstrari hominem esse, sic arguendo, Ridens est: ergo homo est: nunc probo quod ista non sit demonstratio. Et arguitur sic. Omne principium demonstrationis aut est per se notum, aut resoluitur ad aliquid per se notum intellectui demonstrantis per primum præsuppositum. Nec valet dicere, quod resoluitur ad aliquid euidentis sensu: quia ex notitia sensitiua non sit demonstratio. Sola enim notitia intellectiua est, quæ ingreditur demonstrationem: aut formaliter aut virtualiter. Sed principium illius consequentia non est per notum intellectui: cum notitia illius propositionis, ridens est, non surgat ex terminis. Non est etiā reducibilis ad aliquid per se notum: quia aut reduceretur ad istam, risibile est: ista autem non est per se nota, sed oportet eam reducere ad suum principium quod est istud: animal rationale est, siue homo est. Istud autem non potest esse magis notum, quam illud antecedens, si prædicta consequentia est demonstratio: quia per quartum præsuppositum, omnis demonstratio est ex notioribus: & sic consequens est minus notum antecedente, ergo illa non fuit demonstratio. Secundo arguitur. Si aliqua scientia possit probare suum subiectum esse: aut hoc esset à priori: aut per effectus siue per signum. Sed non potest à priori: quia in scientia nihil est prius subiecto scientiæ. Quod etiam non potest per effectum, probatur. Principalis pars subiecti non potest probari esse per signum: ergo multo minus potest probari subiectum esse: consequentia patet. Antecedens probatur. Et sit gratia exempli in metaphysica, quod probatur substantiam esse, que est principalis pars entis, Aut enim quando probatur substantiam esse subiectum metaphysicæ: scilicet ens vniuersale & abstractum, est in esse subiecti, aut non. Si non: ergo nulla potest fieri demonstratio in metaphysica. Cuius ratio est: quia cum omnia considerata in scientia, considerentur in ordine ad obiectum adæquatum: impossibile est fieri aliquam demonstrationem, nisi prius subiectum adæquatum sit stabilitum: alioquin non haberent attributionem ad ipsum. Si autem subiectum, scilicet ens est stabilitum, cum stabiliri non

possit, nisi sit primum eius analogatum quod est substantia: impossibile est demonstrare substantiam esse. Et hæc potest esse vna alia ratio ad probandum, quod metaphysicus non potest primo demonstrare substantias abstractas esse: cum ipsæ sint principales partes sui subiecti adæquari. Tertio arguitur. Supponendo vnum, scilicet quod primum cognitum in qualibet scientia sit subiectum: & hoc probatur. Primo. Notitia subiecti est causa omnis alterius notitiæ in tali scientia: vt patet 1. posteriorum, ergo ipsa est aliis dignior: consequentia patet. Tum quia causa est dignior effectu. Tum quia primum in vnoquoque genere est nobilius aliis: vt dicitur 2. metaph. commen. 4. & 10. metaph. comm. 20. Antecedens probatur. Subiectum continet propositiones immediatas: quia ipsa ex eo formantur. In scientia enim cuius adæquatū subiectum esset homo, hæc esset propositio immediata: homo est animal rationale: propositiones autem immediatæ sunt notissime in scientia: ergo notitia subiecti omnibus aliis dignior est. Secundo. subiectum scientiæ continet virtualiter omnes veritates illius scientiæ in qua est subiectum vt communiter conceditur: vel saltem continet plures quam omne aliud in scientia consideratum: quia cōtinet proprias passionis & propositiones immediatas: ergo eius notitia est perfectior. Patet consequentia: quia continere virtualiter est continere vt causam, & continere eminentiori modo. Tertio. Omnes alie veritates & notitiæ resoluantur ad notitiam subiecti: ergo ipsa est dignior. Patet consequentia, quia, per illam de aliis certificamur ad quæ alie resoluantur. Antecedens probatur. Notitia positionis resoluitur ad notitiam præmissarum siue principiorum: & notitia principiorum ad notitiā ipsius subiecti. Non enim haberet intellectus notitiam huius complexi: omnis homo est animal rationale: nisi ex notitia huius subiecti, homo. Patet ex istis quod notitia subiecti quæ præsupponitur cuiuslibet demonstrationi fiendæ in scientia, cuius est subiectum, non tantum est notitia quid nominis: sed est notitia perfecta & dignior qualibet notitia effectus subiecti scientiæ, Ex his arguitur sic. Notitia subiecti scientiæ est perfectissima omnium quæ sunt in tali scientia: vt probatū est. Sed notitia subiecti est qua cognoscitur quia est, & quid est: ergo istæ notitiæ excedunt omnes alias. Tūc vltra omnis demonstratio est ex notioribus, 1. posteriorum, ita quod notitia præmissarum est dignior notitia conclusionis: ergo non potest demonstrari quia est: aut quid est de subiecto in scientia cuius est subiectum. Patet consequentia: quia tunc darentur alie notitiæ digniores quam sit illa notitia subiecti. Vnde si ista consequentia: effectus est: ergo causa est, fiat in aliqua scientia respectu subiecti sui: ipsa vtique est consequentia necessaria: non tamen est demonstratio: quia consequens est notius antecedente: non tamen dico propter hoc, quin causa possit probari esse per suum effectum: sed dico quod hoc non potest fieri in scientia in qua talis causa est subiectum.

Quantum ad principale de quo est quæstio, dicunt aliqui ex iunioribus philosophis quod quæstio an est, non potest determinari per demonstrationem: id est quod non potest probari demonstratiue de aliqua re quod sit: quia de subiecto cuiuslibet conclusionis præsupponitur quid est & quia est. Dicunt consequenter quod nec Philosophus, nec Commentator demonstrant substantias separatas esse, sed demonstrant de eis separationem. Sed ista opinio stare non potest. Nam per motum æternum non solum demonstratur abstractio & immaterialitas de primo motore, sed etiam demonstratur ipsum esse. Et quod possibile sit quæstionem an est, terminari demonstratiue, probatur. Primo. Nam secundum philosophum 2. physic. textu commen. 37. aliqua sunt causæ efficientes, à quibus dependet effectus solum quantum ad fieri: sicut arca ab artifice. Aliqui vero dependent, & quantum ad fieri & quantum ad conseruari: sicut lumen in aere à corpore luminoso. Ex hoc arguitur sic: Iste syllogismus est ex necessariis. Si aliquis effectus dependens à causa quo ad esse, & quo ad conseruari, est, oportet eius causam esse. Sed lumen est talis effectus: ergo si lumen est, etiam eius causa est. Sed lumen est actu in aere: vt patet ex sensu: ergo corpus luminoso est. Determinatum est igitur tale corpus esse per syllogismum hypotheticum. Secundo. Ista deductio est necessaria & ex necessariis: quicquid actu mouet vel actu agit, est: quia omnis actus secundus præsupponit actum primum ex 2. de anima, text. commen. 5. agere autem est actus secundus & non primus. Et confirmatur, quia ex secundo perihem entias valet consequentia à tertio adiacente ad secundum adiacens. vbi non est terminus distrahens aut diminuens: ergo ista consequentia est vera, hoc est mouens: ergo hoc est. Sed intelligentia

An quæstio si est, probari possit.

Suppositum primum.

Suppositum secundum.

Suppositum tertium.

Suppositum quartum.

gentia actu mouet cælum, ergo intelligentia est. Confirmatur. Quia secundum Philosophum 1. posteriorum, ista est demonstratio à priori, terra est posita inter solem & lunam: ergo eclipsis est. Tertio patet ista propositio ex verbis Commentatoris. Ipse enim volens probare quod primus philosophus non probat genus substantiarum abstractarum: assumit vniuersalem, quod nulla scientia probat suum subiectum esse. Intellegitur autem ista propositio de esse actuali, & non de esse abstracto vel alio modo essendi. Et postea infert quod naturalis probat istud genus abstractorum esse, quod est subiectum in prima philosophia. Quarto. Quia Philosophus 2. posteriorum dicit quæstiones esse æquales his, quæ verè sciuntur, ita quod scibile & quæstio æquantur inter se, omnis enim quæstio de qua ibi loquitur, est scibilis, & de omni scibili potest esse quæstio. Sed potest esse quæstio & dubitatio de aliquo an sit: ergo est scibile ipsum esse, & per consequens potest concludi demonstratiue quæstio an est. Confirmatur. Quia vt dicit Commen. 2. physic. com. 12. naturalis demonstrat materiam esse, & primum motorem esse. Et communiter theologi quærunt an Deum esse sit demonstrabile, & determinant quod sic. Et Commen. 2. physic. com. 26. dicit quod primus Philosophus considerat formas abstractas, quantum ad eorum quidditates. Naturalis vero considerat eas quantum ad esse earum, demonstrando eas esse. Et Auicenna vt supra allegatum fuit in alia quæst. dicit quod metaphysicus demonstrat Deum esse.

Ad rationem.

Esse pluribus modis accipi potest.

Ad rationem in oppositum dicitur quod tangit, quomodo de subiecto conclusionis demonstrationis præsupponitur, quia est. Ad cuius euidentiā sciendum est quod esse aliquando accipitur pro quidditate, sicut dicit Philo. 1. topicorum, quod distinctio est ratio indicans esse rei. Aliquando accipitur pro actuali existentia, vt cum dicitur, Sortes est. Et hoc generaliter est in omnibus propositionibus simplicibus. Aliquando dicit veritatem propositionis, vt dicit Philo. 6. metaph. tex. com. 8. Nam cum dicimus cecitatem esse in oculo, ly, esse, non potest dicere essentiam nec existentiam, cum nulum istorum conueniat entibus rationis, cuiusmodi est omnis priuatio. sed dicit tantum veritatem huius complexi. Et tale esse est tantum in apprehensione. Huic autem enti vero correspondet ad extra substantia oculi non habens visum. Sciendum secundo quod aliquod subiectum esse potest dupliciter intelligi. Vno modo, quia actu existit. Alio modo quia ei non repugnat existere, secundum quem modum entia prohibita non possunt dici esse. Dico igitur quod non præsupponitur subiectum conclusionis demonstrandæ esse actu in rerum natura. Nam nullo triangulo existente potest demonstrari quod triangulus habet tres angulos, sed præsupponitur quod subiecto non repugnet existentia. Vnde illud esse quod præsupponitur, est esse, non repugnantia. De passione autem præsupponitur tantum quid, & demonstratur ipsam esse, non quo ad actuale existentiam, vt dictum est de habere tres, respectu trianguli, sed quo ad esse non repugnantia, demonstrantur enim quod ipsa conuenit subiecto. Et sic patet ad argumentum quod aliud est esse quod præsupponitur, aliud quod demonstratur: præsupponitur enim esse non repugnantia, & demonstratur existentia de subiecto.

QUESTIO III.

Vtrum causas agentes non posse procedere in infinitum, possit sufficienter probari.

Cap. 1. dist. 3. q. 1. Prima ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quæstio tertio, verum sufficienter probare possit quod non sit possibile procedere in infinitum in causis agentibus, arguitur quod non. Primo. In diuisione continui potest dari vna prima diuisio, & tamen proceditur in infinitum in diuisione eiusdem secundum partes proportionales, ergo similiter dato vno effectu, qui nullus est causa, possibile est procedere in infinitum in causis à quibus dependet. Secundo. Accepta tota multitudine numerorum in quibus est processus in infinitum, illa tota est excessiva, & tamen à nullo est excessiva, quia nec à numero finito nec à numero infinito, nec est deuenire ad vnum numerum quia ita sit excessus, quod non excessus, ergo similiter accepta tota multitudine causarum ipsa est causata, & tamen non repugnat quod à nullo sit causata, & quod non possit deuenire ad vnam quæ ita sit causata, quod non causata. Tertio. In numeris est procedere in infinitum, ergo in causis efficientibus etiam essentialiter ordi-

natis, antecedens patet. Consequentia probatur. Quia inter numeros est ordo essentialis, cum omnes distinguantur specificè inter se. Quarto. Generatio est æterna, ergo præcesserunt infiniti generantes, & sic est abire in infinitum in causis generantibus. Antecedens & consequentia habentur ex octauo physicorum.

Quarta ratio.

Conclusio prima.

Causa per accidens tripliciter.

Tex. 6. 52.

Te. com. 2.

Causa per se.

Ordo essentialis in causis.

Respondeo quod impossibile est procedere in infinitum in causis efficientibus essentialiter ordinatis. Ad cuius euidentiā sciendum est, quod causarum aliqua sunt per se, aliqua sunt per accidens. Causa per accidens est illa, quæ effectum non producit virtute propria quod contingit tripliciter. Primo enim aliquis effectus dicitur esse à causa per accidens, quia vt præter eius intentionem, & hoc modo casus & fortuna dicuntur causæ per accidens 2. physicorum. Secundo dicitur effectus esse à causa per accidens, quia est à remouente prohibens, vt dicitur 8. physicorum. Tertio dicitur aliquid à causa per accidens, quia est ab eo quod coniungitur causa per se, vt dicitur 5. metaphysicæ: & sic album per accidens calefacit, quia habent calorem accidit quod sit album. Causa verò per se est illa quæ producit effectum virtute propria, & sic calidum per calorem quem habet calefacit, & homo per virtutem generatiuam generat. Harum vero causarum per se quædam sunt essentialiter subordinatæ, quædam non. Ad causas essentialiter ordinatas requiruntur tria, vt dicit S. Thomas. Partim libro de causis, cap. 1. partim 2. Essentialiter ordinatæ sunt quædam causas secundariæ dependeat à causalitate causæ superioris, id est, quod causa inferior dependeat à superiori in causando, id est, quod agere non potest nisi superior agat: & aliquid influat inferiori. Et ex hoc sequitur quod intellectus agens aliquid influat phantasmatum ad causandum speciem intelligibilem. Cuius oppositum tenet Scotus. Alioquin intellectus agens & phantasma essent causæ accidentaliter ordinatæ: & consequenter posset causari species in intellectu possibili altero eorum non concurrente, quod est impossibile, apud omnes ponentes speciem in intellectu. Secundo requiritur quod causa superior sit perfectior inferiori, & contineat in se quicquid causalitatis est in ea. Tertio requiritur, quod omnes tales causæ simul agant, quod patet ex prima conditione, quia inferior agere non potest nisi superior actu causet. Et quia nullum indiuiduum est essentialiter perfectius aliis indiuiduis eiusdem speciei, ideo inter indiuidua eiusdem speciei non potest esse ordo essentialis. Ex his arguitur pro prima conclusionis, quod, scilicet in causis essentialiter ordinatis non possit procedi in infinitum, & præsupponuntur duo. Primum est quod aliqua causæ sunt essentialiter ordinatæ. Istud patet: nam homo generare non potest nisi sol moueatur & generet, vt patet 2. physicorum, text. commen. 26. Supponitur secundo, quod nulla res generet se, alioquin esset prior seipsa, cum omnis causa sit naturaliter prior effectu. Tūc sic. In causis essentialiter ordinatis vltima causare non potest nisi mediæ causet, mediæ vero causare non possunt nisi prima causet. Sed si procederet in infinitum, non deueniret ad primam causam, ergo nihil ab huiusmodi causis fieri posset: quod est contra primum præsuppositum. Non etiam fieret à se, vt patet ex secundo præsupposito: ergo nullo modo fieret, cuius oppositum ad sensum patet. Et hæc est ratio Philosophi 2. Metaphysicæ textu commen. 6. & Auicennæ 8. suæ metaphysicæ cap. 1. Ad cuius euidentiā sciendum est quod medium & extrema si comparentur, ita se habent quod primum est causa mediæ, & medium est causa vltimi, tamen in virtute primi. Vltimum autem, ita est causatum, quod non est causa, & non differt vtrum medium sit vnum vel plura, finita vel infinita, quia tota multitudo quæ est in medio, erit quasi vnum medium: communicat enim in proprietate mediæ in comparatione ad duo extrema. Omnes igitur causæ agentes, quæ per se sunt infinitæ, aut sunt mediæ, aut non. Non potest dici quod omnes sint mediæ: quia medium dicitur respectu extremorum, vnde sequitur si medium est quod extrema sint. Si dicis quod aliqua est prima, ergo non sunt infinitæ. Item quod non possit hoc dici, probo. Cuiuslibet illarum causarum infinitarum conueniunt proprietates mediæ, ergo quælibet est mediæ & nulla est prima: patet consequentia. Antecedens probatur. Quælibet illarum causarum est causa respectu alicuius posterioris, & est causata respectu alicuius prioris: ergo cuiuslibet conuenit ratio mediæ, & sic patet quod est impossibile dare causas infinitas agentes essentialiter ordinatas. Prædictam declarationem ponit Philosophus loco præallegato. Ista autem ratio procedit de causis absolute consideratis, & per abstractionem à motu, id est, sic agat per motum siue non, & propter hoc dixit Commentator quod ipsa procedit, si etiam

positum fuerit vniversum carere situ : id est , posito quod nulla essent res corporeæ , & situate : & agentes per motum : quia si essent tantum res incorporeæ , quæ essent causæ essentialiter ordinatæ , adhuc ista ratio concluderet , & concludit vniversally in omnibus causis agentibus habentibus ordinem essentialiter , siue agant per motum siue non . Secundo arguitur , supponendo quod Deus est mensura omnium vt dicitur 10 . metaphysicæ textu & comment . 3 . Secundo supponitur quod in entibus reperiuntur diuersi gradus perfectionum , immo quod est impossibile , duas species esse æqualis perfectionis , vt probabitur questione sequenti . Et arguitur sic . In omni essentiali ordine causarum est dare causam primam : ergo non est possibile procedere in infinitum : consequentia patet . Antecedens probatur . Vbi sunt diuersi gradus perfectionum , ibi necesse est esse aliquid primum quod sit aliorum mensura , & per comparationem ad quod alia dicuntur aut magis aut minus perfecta vt dicitur 10 . metaphysicæ , text & comment . 4 . Sed in omni essentiali ordine causarum est huiusmodi : quia causa sic ordinata sunt diuersarum rationum , vt dictum est in principio questionis , & diuersæ species non possunt esse æquæ perfectæ , vt est suppositum : ergo in omni essentiali ordine causarum est dare primam . Tertio arguitur specialiter , quod non procedatur in infinitum in causis agentibus per motum : quia sic sequitur quod nunquam ille motus terminaretur consequens est falsum : ergo antecedens . Consequentia probatur : quia primum mouens prius tempore mouet quæ secundum moueat tertium . Sed infinita non est pertranfire , ergo nunquam ille motus terminaretur . Quarto ad idem arguitur . Accepta tota multitudine causarum mouentium , queritur , aut tota ista multitudo est mouens & mota , aut aliqua pars eius est mouens & non mota . Si detur secundum , habeo propositum : quia est ibi dare primam causam mouentem , quæ mouet alias , & non mouetur ab aliqua , cum ille causæ sint ita ordinatæ , quod posterior mouetur a priori , & non e contra . Si vero detur primum , arguitur sic . Tota ista multitudo est mouens mota : ergo se habet in ratione vnus mouentis moti : ergo aliquid extra istam multitudinem mouet eam , & à nullo mouetur , & sic adhuc habeo propositum , quia in isto est status . Negabitur forte prima consequentia huius ultimæ deductionis . Sed probatur primo . Omne quod est in potentia reducit in actum per aliquod ens actu : vt dicit Philoſophus 9 . metaphysicæ . Sed tota illa multitudo est potentia cum moueatur : motus enim est actus existentis in potentia : ergo tota illa multitudo ab aliqua mouetur . Confirmatur . Tota illa multitudo per se est mouens : ergo est in actu : ergo potest accipi vt quid vnum . Patet consequentia , quia quando nulla simul aliquid mouet , accipiuntur in ratione vnus perfecti motoris . Et hæc ratio confirmat præcedentem , quia probat quod oportet dare vniam primam causam , quæ sit causa mediarum . Quinto , diuersa in quantum talia non conueniunt ex se in aliquem ordinem , sed oportet hoc esse ab aliquo vno quod interit per se illum ordinem : ergo in ordine mouentium & motorum dicto modo ordinatorum oportet deuenire ad aliquod quod non mouetur . Sexto si in causis essentialiter proceditur in infinitum , sequitur quod nulla sit prior alia : ergo ipsæ nõ essent essentialiter ordinatæ : quod est dicere contradictoria , scilicet quod sint essentialiter ordinatæ : & quod non sint essentialiter ordinata . Probatur consequentia : quia vbi causæ sunt essentialiter ordinatæ , oportet quod vna sit prior altera . Sed si procedatur in infinitum , vna non est prior alia : ergo maior patet . Minor probatur . Quicquid prius est alio , est propinquius primo : vt dicitur quinto metaphysicæ textu com . 16 . Sed si procedatur in infinitum , nulla causa est prima : ergo nulla est prior alia . Septimo . Sequitur quod infinitæ actiones essent simul in actu . Sed hoc est falsum : & contra ea quæ demonstrat Philoſophus 3 . physicom , & 1 . de celo : ergo . Consequentia probatur : quia in essentialiter ordinatis oportet quod omnes simul agant : vt supra fuit declaratum : ergo si sunt infinitæ simul sunt infinitæ actiones . Secunda conclusio . In causis accidentaliter ordinatis , possibile est procedi in infinitum . Hæc conclusio probatur supponendo de mente Philoſophi , 8 . physic . quod generatio est æterna : & quod homo ab æterno generauerit . Tunc sic , Sortes nunc generatur , ergo processerunt infiniti homines generantes : antecedens patet . Consequentia probatur : quia generatio est æterna , ergo non datur primum generans . Sed quia isti generantes inter quos est tantum ordo accidentalis , sunt omnes eiusdem speciei : & nullum individuum habet causalitatem super totam suam speciem : alioquin causeret seipsum : ideo patet istas causas accidentaliter ordinatas , oportet dare vniam causam extrinsecam quæ non sit huius ordinis . Et

in hac causa erit status , si omnia alia entia sunt tantum accidentaliter ordinata . Dicuntur autem talia individua habere ordinem accidentalem : & non essentialiter esse ordinata : quia vnus agere potest , dato quod aliud non agat à quo ipsum est . Sortes enim potest generare , dato quod pater eius non sit : sic accidit Sorti , in quantum est agens quod sit ab eo .

Ad argumenta in oppositum respondetur . Ad primum negatur consequentia : cuius ratio est : quia in diuisione continui præcedens diuisio siue prima non est causa aliarum diuisionum : quia qualibet aliarum diuisionum potest esse , illa non existente : cum diuisio continui possit incipi à qualibet parte eius : & non solum à prima parte proportionali : nec in ordine huius diuisionum posterior dependet a priori essentialiter . Ad secundum respondetur dupliciter . Primo negatur consequentia . Cuius ratio est : quia illa totalis multitudo numerorum excessorum & excedentium non ex hoc habet quod excedat , sed quia exceditur : multitudo autem causarum mouentium & motorum , nõ habet aliunde quod moueat , nisi quia mouetur : & ideo nisi moueatur , non mouebit . Ratio autem huius diuersitatis est : quia multitudo causarum oportet quod sit in actu ex quo mouet . Nõ autem oportet dare in actu totam multitudinem numerorum excessorum : immo pro maiori eius parte est in potentia . Secundo negatur antecedens : quia cum tota illa multitudo non sit in actu , ipsa non potest esse excessa . Ad tertium negatur consequentia : quia ratio propter quam potest procedi in infinitum in numeris , est potentia continue resurgens ex additione nouæ unitatis ad præexistentes : qualibet enim unitate addita insurgit noua potentia ad vltiorem unitatem : & ideo semper potest fieri additio . In causis autem essentialiter ordinatis vna non est potentia ad aliam , sed omnes sunt simul in actu . Ad quartum dicitur , quod inter istas causas generantes non est ordo essentialis , sed tantum accidentalis : ideo ratio illa pro se est secunda conclusio .

Ad primum .

Ad secundum .

Ad tertium .

Ad quartum .

QUESTIO III.

Vtrum duas naturas specie distinctas æquales esse perfectionis sit possibile .

Queritur quarto , vtrum sit possibile duas naturas specie distinctas esse æqualis perfectionis . Et arguitur quod sic . Primo . Sicut se habeat ea quæ sunt eiusdem rationis , ad gradualitatem communis rationis in qua conueniunt , sic se habeat ea quæ sunt eiusdem speciei ad gradualitatem communis rationis . Aliqua enim participant rationem albedinis aliquando in eodem gradu : & alio quando in alio & alio gradu : ergo etiam formæ diuersarum rationum possunt participare entitatem in eodem gradu . Secundo . Vbi aliqua distinguuntur , non est inconueniens si accidit diuersitas in vno , non facta diuersitate in alio . Sed in forma specifica aliud est sua ratio quidditatiua , & aliud est gradus nobilitatis alioquin quæcunque sunt eiusdem speciei : essent æquæ perfectæ : quod est falsum : cum vna anima intellectiua sit nobilior alia : ergo aliqua possunt esse distincta specie : & habere eundem gradum nobilitatis .

Prima ratio

Secunda ratio

Conclusio

Rpondeo breuiter ad hanc questionem : quod impossibile est duas species esse æquæ perfectas , sed oportet temper vniam esse altera nobiliorem . Et ad hoc habeo demonstrationem ex doctrina Arist . & Comment . Nam eo modo se habeat species ad perfectionem & imperfectionem , sicut etiam se habeat differentie earum conuenientia : quia cum ex parte generationis species non distinguuntur : immo in eo conueniunt , debet earum distinctio accipi ex parte differentiarum . Sed impossibile est duas differentias esse æquæ perfectas : ergo & duas species . Minor probatur : dicit enim Philoſophus 10 . metaphysicæ , quod differentiarum vna semper est habitus , & altera priuatio , & accipit priuationem non simpliciter eo modo quo caritas est priuatio : sed pro quadam ignobilitate , eo modo quo nigredo est priuatio albedinis . Vnde Comment . ibi dicitur . 5 . quod prima contrarietas est secundum priuationem & habitum : quia vilius est priuatio perfectioris . Vnde conueniens alterum est completus habitus : alterum est diminutus . Et secundo physico . exponens Comment . illud Philoſophi , natura quæ est forma , est duobus modis : videlicet priuatio & forma : sic dicit comment . 1 . 9 . Forma dicitur duobus modis : dicitur enim de perfectis in esse : quibus non adiungitur aliqua priuatio : sicut albedo est forma cum qua non adiungitur priuatio omnino : & dicitur de formis diminutis in esse cum quibus adiungitur aliqua

sunt duo extrema . ergo inter ea non possunt esse infinita media .

Respondeo . In ista questione aliter loquendum est secundum veritatem : & aliter secundum Philoſophos . Nam si prima causa ageret de necessitate nature , vt multi dicunt Philoſophum sensisse , non posset procedi in infinitum in perfectionibus specificis . Sed actu essent quotquot possunt esse . Si etiam prima causa esset finiti vigoris : vt dicunt aliqui voluisse Philoſophum & Comment . 8 . physic . text . com . 78 . nõ posset dari huius processus in infinitum : quia virtus eius determinatur ad aliquem effectum finitum . Similiter si prima causa nihil immediate & de nouo agit & non potest transmutare materiam , nisi mediante celo , vt videtur sensisse Auer . 7 . metaphysicæ . nõ potest dari huius processus : quia nihil dignius celo produci posset . Sed præsupposito secundo veritatem quod sit infinita virtus : vt probabitur infra . Dico quod assignata quacunque natura specifica , prima causa posset producere nobiliorem . Quod probatur . Quia assignato quocunque effectu ipse est finitus : ergo potentia primæ causæ potest producere nobiliorem effectum . Antecedens patet , quia effectui repugnat infinitas : præsertim entitatiua & perfectionalis , cum omnis effectus habeat esse ab altero dependens . Consequentia probatur : quia omnis potentia , quæ ita potest producere hoc finitum & limitatum , quod nihil eo perfectius producere potest , est determinata ad hunc effectum , & per ipsum totaliter exhausta : & per consequens est finita & limitata . Nec valet dicere quod sit infinita in se & formaliter . Sed finita obiectualiter : quia assignato quocunque ente finito , nullam implicat contradictionem aliquid ens eo nobilior produci : ergo potentia primæ causæ est infinita obiectiue , non ad hunc sensum quod possit producere effectum infinitum : sed quia potest producere . Consequentia patet , quia quicquid non implicat contradictionem habet rationem entis . & per consequens habet rationem producibilis prima causa . Antecedens etiam patet : quia nulla ratio apparet vnde confargat huius contradictio : quod declaro . Sit enim nobilissima substantia quæ nunc est in re : natura a , & sit illa quam dico producibilem , b , & formetur hæc propositio , b potest esse , vel b est : constat quod hæc propositio ex se nõ est impossibilis : quia prædicatum non repugnat subiecto : esse enim actu non repugnat nisi ei quod in sua ratione includit potentialitatem ad aliquem vltiorem actum : cuiusmodi est infinitum : b autem non est infinitum : quia distat ab a , tantum finite . Confirmatur . Omne quod est impossibile , aut est impossibile secundum se : aut est impossibile per comparationem ad aliquam potentiam : vt dicitur 9 . metaphysicæ . Sed b produci nõ est impossibile secundum se : nec ad aliquam potentiam , ergo non est impossibile . Minor pro prima eius parte probatur . Impossibile enim secundum se est tantum id quod connectitur opposita formaliter , puta hominem esse irrationalem & albedinem esse congregatiuum visus . Sed b esse non connectitur aliqua sic opposita , vt de se patet , nam existentia non est aliquid formaliter oppositum ipsi b : ergo & c . Pro secunda etiam parte probatur eadem minor . Potentia infinita nihil est impossibile produci ex parte ipsius potentie . Sed potentia primæ causæ est infinita , vt supponitur . ergo maior probatur . Omnis potentia simpliciter infinita potest in omne quod est de se possibile produci . Alioquin daretur aliquid producibile , quod tamen per nullam potentiam esset producibile , quod est omnino absurdum , ergo potentia infinita nihil est impossibile produci ex parte ipsius potentie . Secundo . Si repugnat dare vniam intelligentiam perfectiorem ea quæ nunc est , aut ista repugnantia oritur ex parte subiecti , scilicet illius entitatis . Non enim oritur ex parte subiecti , scilicet illius entitatis . Non enim oritur ex parte subiecti , scilicet illius entitatis . Non enim oritur ex parte subiecti , scilicet illius entitatis .

Côclusio

aliqua priuatio : sicut nigredo est forma cui adiungitur priuatio albedinis : & similiter videtur in omnibus contrariis . Ex quibus patet quod secundum eos non est possibile esse duas differentias æquæ perfectas . Secundo . Si sint due species æquæ perfectæ : quæ per quid distinguantur essentialiter . Si dicatur quod per suas proprias differentias . Contra . Illæ differentie æqualiter distat à primo ente , & æqualiter distat à non ente : ergo non potest assignari aliqua ratio quomodo inter se sint diuersæ . Tertio . Quæcunque sunt omnino æqualis perfectionis , sunt omnino similia . Sed quæ sunt omnino similia sunt eiusdem speciei : nam inter ea quæ sunt diuersarum specierum est aliqua dissimilitudo , alioquin non differrent : ergo quæcunque sunt æquæ perfectæ essentialiter , sunt eiusdem speciei . Quarto , hoc idem apparet ex actu intellectus diuidentis genus in species . Quilibet enim experitur quod dum intellectus diuidit genus in differentias & species , concipit alteram earum vt perfectam , & alteram vt imperfectam : qui enim diuidit animal in rationale & irrationale , concipit rationale vt perfectum , & irrationale vt imperfectum . & idem apparet in aliis .

Ad primum .

Ad secundum .

Ad primum in oppositum negatur similitudo . Cuius ratio est . Individua non habent aliquam propriam rationem , nec constituunt per aliquam differentiam additam conceptui specifici . Species vero habent proprias differentias contrarias , ratione cuius positionis oportet vniam esse altera perfectiorem . Ad secundum negatur minor . Non enim est alius nobilitas formæ quàm ipsa forma loquendo de nobilitate essentiali , eius enim nobilitas est eius entitas . Differunt tamen ratione , entitas & nobilitas : consequenter omnia quæ sunt eiusdem speciei sunt eiusdem nobilitatis essentialis . Vnde falsum est , quod vna anima intellectiua sit essentialiter nobilior alia , vt dictum fuit libro octauo . Immo hoc est etiam in formis accidentalibus . Nam albedo vt se habet , non est essentialiter nobilior albedine vt quatuor : quia isti gradus intentionales non sunt in essentiis formarum : sed aliunde accipiuntur vt declaratum fuit in eodem libro .

QUESTIO V.

Vtrum perfectiones specificas procedere in infinitum implicet contradictionem .

Queritur quinto , vtrum implicet contradictionem quod procedatur in infinitum in perfectionibus specificis . Et videtur quod sic . Primo . Si in speciebus posset procedi in infinitum , aut omnes illæ species essent in predicamento , aut aliqua essent extra . Non secundum : quia 10 . predicamenta sufficienter diuidunt ens . Si primam , ergo nõ essent infinita . Probatur consequentia : quia quodlibet predicamentum diuiditur immediate duabus differentis : & qualibet illarum per duas alias : & sic successiue donec deueniatur ad vltimam differentiam , quæ amplius diuidi non potest , vt dicitur 10 . meta . text . & c . 43 . Ex quo patet quod omnes species contentæ sub genere sunt finitæ . Secundo . Formæ sunt modo numeri , vt dicitur 8 . metaphysicæ . Est autem sic , quod Deus se habet , vt unitas , & entia producta se habent vt numeri fluentes ab unitate . Sed in numeris non potest esse infinitas procedendo ad unitates : ergo in speciebus nõ potest esse infinitas procedendo ad Deum . Tertio . In essentialiter ordinatis non potest esse processus in infinitum . Sed species rerum sunt essentialiter ordinatæ . ergo & c . Quarto . Si in speciebus posset procedi in infinitum , sequitur quod in intellectu humano esset aliqua species distans in infinitum , ab aliqua alia specie data : & per consequens eam in infinitum excederet : sed hoc est impossibile : quia excederet eam tantum quantum excedit eam Deus . ergo & c . Quinto . Processus ad mensuram non potest esse in infinitum . Cuius ratio est : quia infinitum vt sic , est ignotum . Mensura autem est certissima : quia mensura est ducere in cognitionem mensurati : vt patet 10 . huius . Sed processus ab inferiori natura specifica ad superiores naturas specificas est processus ad mensuram : quia forma quæ est perfectior sub aliquo genere est mensura alicuius imperfectioris : sicut patet quod albedo est mensura omnium colorum , ergo huius processus non potest esse in infinitum . Sexto . Tota vniversitas formarum producibilium à prima causa diffinit : sicut finitum ab infinito . Sed posito aliquo totali finito non potest in eo procedi in infinitum præsertim ascendendo : quod dico propter continuum quod est diuisibile in infinitum : ergo non potest procedi in infinitum in formis specie diuisiuis . Septimo . Inter duo extrema non possunt sumi media infinita . Sed prima causa & vltimus effectus eius ,

Cap . 1 . d . f .
44 . q . 2 . m . c .
Prima ratio .

Secunda ratio .

Tertia ratio .

Quarta ratio .

Quinta ratio .

Sexta ratio .

Septima ratio .

2 . conclusio .

Colorum me- terminatur aliquid de albo in nigrum, alioquin non posset... Colores me- terminatur aliquid de albo in nigrum, alioquin non posset...

conclusio. 2. prima causa produci. Secunda conclusio. In huius processu in infinitum in perfectionibus...

Quid est? concludit, prius declaratur quid sit vnam speciem excedere...

Ad primū. Ad argumenta responderetur. Ad primum dicitur quod secundum Comm. illa species si essent substantia...

Ad secundū. Ad secundum dicitur quod non est simile de causis efficientibus, & de speciebus rerum...

in speciebus rerū non est ad aliquid actu existens. & actu mouens, sed ad aliquid potentiale. Dico secundo quod species rerum non dicitur essentialiter ordinata...

Hoc loco ponit differentiam inter dictas substantias, dicens, quod substantia sensibilis inter substantias naturales...

QUESTIO VI.

Vtrum substantia abstracta sint omnino immutabiles secundum philosophos.

Quaritur sexto. Vtrum substantia abstracte sint omnino immutabiles secundum philosophos. Et arguitur quod non...

Ad quartū.

Ad quintū.

Ad sextū.

Ad septimū.

Tex. cō. 6.

Prima ratio.

ita impartibilis sicut intelligentia: ergo etiam intelligentia mouetur saltem per accidens. Secundo. Omnis intellectus transeuntis super contingentia, est mutabilis de scientia...

Respondeo, quod licet secundum veritatem omnes substantia abstracta prae se habent immutabiles accidentales...

Conclusio philosophica. Sed in hoc loco est quaestio vniuersaliter de omnibus intelligentiis...

Intelligentia an immutabiles secundum esse.

Cap. 16.

quod videretur non posse concedi. Quam ad secundum, scilicet quantum ad operationes, dico quod sunt immobiles. Nam in substantiis abstractis non sunt aliae operationes...

Quantum ad tertium oportet dicere quod ista immobilitas oritur aut ab aliquo intrinseco intelligentiis, aut ab aliquo eis extrinseco. Et quidem, si loquamur secundum philosophos...

Conclusio. Si autem loquamur secundum veritatem quae tenet quod intelligentiae possunt a Deo annihilari...

Intelligentia non habent operationes...

Vnde habet intelligentia immobilitatem...

Conclusio.

Conclusio.

fit aliqua potentia receptiva esse, non tamen est receptiva non esse: quia esse in potentia ad nihil est non esse in potentia: sicut etiam facere nihil, & non facere æquipollent.

Ad primum

Ad primum dicitur aliqui quod non fuit opinio Philosophi intelligentiam vniuersi cœli secundum esse, sed solum vniuersi ei tanquam motore appropriatum. Sed oppositum huius infra ostenditur. Credit enim tam ipse quam Commentator cœlum esse corpus animatum: ut tæpe dicitur lib. 12. meta. Et quia principium mouens in animalibus est anima: ideo patet quod secundum eos motor cœli est ei vniuersus secundum esse: dico igitur quod maior non est vniuersaliter vera. Et ad primam eius probationem siue confirmationem: dico quod ratio Philosopherum contra Platonem est ratio topica & non procedit ex necessariis: nec ex vniuersaliter veris. Nec est mirum quod Philosophus in topicis arguat topicè: cum etiam communiter ita faciat in libris logicalibus, quando refellit alias opiniones. Ratio autem quare intelligentia non moueatur, neque per se neque per accidens etiam si sit forma cœli, secundum esse est: quia sicut omne per se mobile est quantum per se ita omne mobile per accidens est quantum per accidens: vel saltem requirit dimensiones in suo susceptivo saltem antecedenter & dispositiue: quod dico propter animam intellectiuam quæ non est quanta per accidens, & tamen mouetur per accidens moto corpore: quia præexistit quantitatè in materia dispositiue: cum materia non possit eam recipere, nisi sit disposita qualitatiue & quantitatiue. Intellectus autem non vniuersus cœli medijs dimensionibus, ut dicitur Com. cap. 1. & 2. de substantia orbis: nec præexistit cœlum esse quantum ad hoc quod ei vniatur, ita quod licet cœlum sit: quantum tamen eius quantitas nihil facit ad hoc, quod intelligentia sibi vniatur: nec ipsa intelligentia constituitur in esse per suum susceptiuum. Et hac rationem ponit etiam S. Thom. 3. phy. lectio. 3. exponens textum comment. 32. Ad secundam confirmationem dicitur quod per accidens accipitur dupliciter. Vno modo vt distinguitur contra per se: & quia tale per accidens est mere contingens: ideo non reperitur in rebus æternis: vt dicitur 8. phy. text. & comment. 36. Alio modo accipitur per accidens vt distinguitur contra primo: & sic id quod est per se dicitur per accidens, si non sit per se primo: hoc autem per accidens potest esse in rebus æternis. Vnde si dicitur fuisse ab æterno, & continuè fuisse motus localiter vsque ad hoc instans præsens: eius anima fuisse mota per accidens. Sed tamen neque isto modo mouentur intelligentiæ per accidens. Pro notitia autem propositionis Philosophi sciendum est, quod nulla intelligentia mouens cœlum mouetur per accidens illo eodem motu quo ipsa mouet suum mobile: vt ibi dicit Philosophus, sed mouetur per accidens illo motu quo suum mobile mouetur ad motum primi mobilis motu diurno. Dicitur autem moueri per accidens, non quia motus sit in ea: vel quod ipsa quouis modo transferatur de loco ad locum, sed tantum denominatione extrinseca, qua scilicet suum mobile mouetur. Quando autem dixi in quaestione, quod non mouetur: intelligebam quod motus nullo modo est in ea: nec eam intrinsecè denominat. Magis autè intelligentia dicitur moueri per accidens, quam esse quanta per accidens, quia suus proprius effectus est motus cœli & non quantitas, nec alia accidentia. Nam licet secundum Commentatorem cœlo hæc accidentia, tamen primo & principaliter efficiat motum: & alia accidentia non dat cœlo nisi propter motum. Ad tertiam confirmationem negatur consequentia: quia vt dictum est, anima intellectuæ requirit dimensiones in materia saltem dispositiue, & antecedens. Ad secundam dicitur, quod ita concluderet primam causam esse mutabilem, sicut alias intelligentias. Dico igitur quod intelligentia eodem actu, intelligit genera & species, quo intelligit contingentia. Vnde eis corruptis manet ista intellectus, licet non sit amplius intellectus illorum contingentium, quæ corrupta sunt. Ad tertium negatur maior, tum quia non semper in causa est relatio realis ad suum effectum: tum quia relatio non est entitas distincta addita fundamento. Ad quartum negatur antecedens. Ad probationem dicitur quod perfectio habens iunctam imperfectionem non conuenit primæ causæ: talis autem perfectio est motus, cum sit actus existentis in potentia.

Ad confirm. 2. onem.

Ad confirm. 2. onem. Ad primum dicitur aliqui quod non fuit opinio Philosophi intelligentiam vniuersi cœli secundum esse, sed solum vniuersi ei tanquam motore appropriatum. Sed oppositum huius infra ostenditur. Credit enim tam ipse quam Commentator cœlum esse corpus animatum: ut tæpe dicitur lib. 12. meta. Et quia principium mouens in animalibus est anima: ideo patet quod secundum eos motor cœli est ei vniuersus secundum esse: dico igitur quod maior non est vniuersaliter vera. Et ad primam eius probationem siue confirmationem: dico quod ratio Philosopherum contra Platonem est ratio topica & non procedit ex necessariis: nec ex vniuersaliter veris. Nec est mirum quod Philosophus in topicis arguat topicè: cum etiam communiter ita faciat in libris logicalibus, quando refellit alias opiniones. Ratio autem quare intelligentia non moueatur, neque per se neque per accidens etiam si sit forma cœli, secundum esse est: quia sicut omne per se mobile est quantum per se ita omne mobile per accidens est quantum per accidens: vel saltem requirit dimensiones in suo susceptivo saltem antecedenter & dispositiue: quod dico propter animam intellectiuam quæ non est quanta per accidens, & tamen mouetur per accidens moto corpore: quia præexistit quantitatè in materia dispositiue: cum materia non possit eam recipere, nisi sit disposita qualitatiue & quantitatiue. Intellectus autem non vniuersus cœli medijs dimensionibus, ut dicitur Com. cap. 1. & 2. de substantia orbis: nec præexistit cœlum esse quantum ad hoc quod ei vniatur, ita quod licet cœlum sit: quantum tamen eius quantitas nihil facit ad hoc, quod intelligentia sibi vniatur: nec ipsa intelligentia constituitur in esse per suum susceptiuum. Et hac rationem ponit etiam S. Thom. 3. phy. lectio. 3. exponens textum comment. 32. Ad secundam confirmationem dicitur quod per accidens accipitur dupliciter. Vno modo vt distinguitur contra per se: & quia tale per accidens est mere contingens: ideo non reperitur in rebus æternis: vt dicitur 8. phy. text. & comment. 36. Alio modo accipitur per accidens vt distinguitur contra primo: & sic id quod est per se dicitur per accidens, si non sit per se primo: hoc autem per accidens potest esse in rebus æternis. Vnde si dicitur fuisse ab æterno, & continuè fuisse motus localiter vsque ad hoc instans præsens: eius anima fuisse mota per accidens. Sed tamen neque isto modo mouentur intelligentiæ per accidens. Pro notitia autem propositionis Philosophi sciendum est, quod nulla intelligentia mouens cœlum mouetur per accidens illo eodem motu quo ipsa mouet suum mobile: vt ibi dicit Philosophus, sed mouetur per accidens illo motu quo suum mobile mouetur ad motum primi mobilis motu diurno. Dicitur autem moueri per accidens, non quia motus sit in ea: vel quod ipsa quouis modo transferatur de loco ad locum, sed tantum denominatione extrinseca, qua scilicet suum mobile mouetur. Quando autem dixi in quaestione, quod non mouetur: intelligebam quod motus nullo modo est in ea: nec eam intrinsecè denominat. Magis autè intelligentia dicitur moueri per accidens, quam esse quanta per accidens, quia suus proprius effectus est motus cœli & non quantitas, nec alia accidentia. Nam licet secundum Commentatorem cœlo hæc accidentia, tamen primo & principaliter efficiat motum: & alia accidentia non dat cœlo nisi propter motum. Ad tertiam confirmationem negatur consequentia: quia vt dictum est, anima intellectuæ requirit dimensiones in materia saltem dispositiue, & antecedens. Ad secundam dicitur, quod ita concluderet primam causam esse mutabilem, sicut alias intelligentias. Dico igitur quod intelligentia eodem actu, intelligit genera & species, quo intelligit contingentia. Vnde eis corruptis manet ista intellectus, licet non sit amplius intellectus illorum contingentium, quæ corrupta sunt. Ad tertium negatur maior, tum quia non semper in causa est relatio realis ad suum effectum: tum quia relatio non est entitas distincta addita fundamento. Ad quartum negatur antecedens. Ad probationem dicitur quod perfectio habens iunctam imperfectionem non conuenit primæ causæ: talis autem perfectio est motus, cum sit actus existentis in potentia.

Ad confirm. 2. am.

Ad confirm. 2. am. Ad tertium negatur maior, tum quia non semper in causa est relatio realis ad suum effectum: tum quia relatio non est entitas distincta addita fundamento. Ad quartum negatur antecedens. Ad probationem dicitur quod perfectio habens iunctam imperfectionem non conuenit primæ causæ: talis autem perfectio est motus, cum sit actus existentis in potentia.

Sensibilis vero substantia.

Posita differentia inter dictas substantias, nunc agit de substantia sensibili: & ponit hanc conclusionem. Substantia sensibilis habet materiam. Hanc conclusionem sic probat. Omne mobile habet materiam. Sed omnis substantia sensibilis est mobilis: ergo &c. Minor patet ad sensum. Maior probatur. Omnis mutatio fit ex contrariis, extendendo contrarietatem etiam ad priuatiuè opposita. Sed contrariis oportet subterfieri aliquid materiale: ergo in omni quod mouetur est materia. Maior patet 1. phy. tex. com. 4. s. Minor probatur dupliciter. Primo, quia vnum oppositum non mutatur in aliud: albedo enim non fit nigredo, ergo si debet inter ea esse mutatio, oportet ibi esse aliquid præter ipsa opposita. Secundo. In omni mutatione est aliquid manens, dum enim ex albo fit nigrum, manet idem corpus. Sed contraria non permanent, facta enim transmutatione est aliquid præter contraria, tale autem manens est successiue subiectum & materia oppositorum. Sciendum est quod querere causam materialem & mouentem substantiæ sensibilis, pertinet ad naturalem Philosophum: vt dicit Com. in hoc loco. Sed quia ista scientia, scilicet naturalis, & Metaphysica sunt vicinæ, ideo hoc probat etiam primus Philo. licet magis vniuersaliter quam naturalis, quia cum declarat metap. quod principia substantiæ sensibilis sunt materia & forma, querit vtrum principia substantiæ, sicut etiam principia aliorum generum.

Si itaque transmutationes.

Quia dixit quod omnis mutatio est inter contraria, ne quis putet quod hoc sit eodem modo in omnibus, dicit quod cum mutatio sit tantum in quatuor generibus, transmutatio in vnoquoque genere est secundum contrarietatem repletam in illo genere. Nam in substantia est contrarietas secundum formam & priuationem. In quantitate secundum augmentum & decrementum. In qualitate secundum formam, & in vbi secundum differentiam positionum. Causa autem quare materia contrarietatis siue subiectum potest ex vno eorum in aliud transmutari est, quia est in potentia ad vtrumque.

Quoniam autem duplex est ens.

Dixerat in fine præcedentis textus, quod materia est in potentia ad vtrumque contrariorum. Nunc autem ex prædictis soluit quaestionem quæ erat apud antiquos, scilicet quomodo aliquid de nouo generetur, vtrum ex ente, aut ex non ente, & respondet quod res generatur aliquo modo ex ente, & aliquo modo ex non ente. Generantur enim ex ente in potentia, & generantur ex non ente in actu, quia materia licet non sit actu id quod fit ex ea, est tamen in potentia id quod fit ex ea, & vt ait Alexander: transmittit nos Philo. in hac parte ad primum phy. Comme. aliter exponit hunc textum, dicens, quod Philo. intendit declarare naturam materiæ. Cum enim ens diuidatur per potentiam & actum, dicit Philo. quod materia est ens in potentia.

Et hoc est Anaxagore vnum.

Quomodocumque exponatur prædictus textus, probat Philosophus. quod antiqui Philosophi senserunt. Dixit enim Anaxagoras quod vnum quodque præexistit in eo ex quo generatur, licet videatur videre quod præexistit actu. Et Empedocles dixit, quod a principio omnia erant confusa: esse autem confusum est esse potentiale. Idem etiam dixit Anaximander. Similiter Democritus dicit quod omnia quæ sunt prius erant potentia. Et quibus infert Com. quod omnes ante Aristo. non bene cognouerunt materiam, sed aspicebant eam quasi à longe.

QUESTIO VII.

Vtrum in cœlo sit materia.

Queritur septimo. Vtrum in cœlo sit materia: & vide Primario. tur quod non. Primò. In quocumque est materia, Cap. 2. dif. in eo est potentia ad esse, & per consequens est generabile & corruptibile. Sed cœlum non est generabile & corruptibile: ergo in eo non est materia. Maior probatur. Materia de se non habet esse: nec ipsa ex se consequitur esse: cū sit pura potentia, & nullo modo ens actu ex se: ergo de se est in potentia ad esse. Nec est dicendum quod hoc sit verum tantum

Tex. co. 5.

Conclusio

Tex. com. 7.

Tex. com. 8.

Tex. co. 9.

Secunda ratio.

Tertia ratio

Quarta ratio.

Respondetur pro Acur.

tantum de materia inferiorum: quia omnis materia quæcumque sit, est pura potentia & maximè patet: quia Philosophus vbiunque loquitur de materia dicit quod est pura potentia, & semper dicit quod est id quod res potest esse & non esse. Aut ergo Philosophus ignorauit illam materiam cœli. Aut in cœlo non est materia. Secundo. Materia non cognoscitur nisi per transmutationem: quia vt dicit Commentator 1. phy. transmutatio fecit cognoscere materiam, & operatio formam, quia sicut operatio est entis in actu, ita transmutatio est entis in potentia. Sed cœlum non mouetur nisi localiter: ergo non potest cognosci, nisi quod sit subiectum motus. Sed ex hoc non sequitur quod habeat materiam, quia ad hoc quod moueatur sufficit quod sit corpus simplex sine materia. Tertio. Nullum æternum habet materiam. Sed cœlum est æternum saltem a parte post, ergo &c. Maior probatur. Quæcumque sunt intransmutabilia non habent materiam, vt dicit Philosophus 8. metaph. tex. c. 14. loquitur enim ibi de accidentibus, concludens quod non habent materiam ex qua per hoc quod non sunt per se transmutabilia. Sed æterna sunt transmutabilia: ergo &c. Confirmatur. Quicquid habet materiam, habet potentiam ad non esse: quia materia est per quam res potest esse & non esse, vt dicitur 7. metaph. tex. com. 8. Sed cœlum non habet potentiam ad non esse: ergo &c. Quarto. Quod mouetur motu perpetuo non habet materiam. Sed cœlum mouetur motu perpetuo: ergo &c. Minor patet. Maior probatur: quia Philosophus 9. metaph. tex. 17. dicit quod non est timendum quod cœlum stet: quia motus cœli non est super potentia contradictionis: causa enim fatigationis est materia.

Respondeo. In ista quaestione dicam primo quid senserit Commentator. Secundo, quod habeat veritas etiam secundum Aristot. Quantum ad primum videtur quodammodo Auerroes sibi ipsi contrarius. Nam aliquando dicit, quod in cœlo non est materia. Aliquando autem videtur dicere quod sic, præsertim in libro de substantia orbis, circa principium, vbi primo dicit quod cœlum componitur ex duabus naturis: & postea querit vtrum istæ duæ naturæ sint materia & forma, & determinat quod sic: & postea subdit quod huius materia non est eiusdem speciei cum materia rerum generabilium. Item 12. metaph. com. 10. sic dicit: Omnia æterna quæ sunt non generabilia, sed mouentur motu secundum translationem habent materiam sed non habent materiam generabilium, sed materiam, eorum quæ mouentur de vbi in vbi. Quidam tamen peruerterunt hanc auctoritatem, ponentes naturam loco materiæ: quod non esset ad propositum textus Philosophi: in quo dicit quod omnia quæ mouentur, habent materiam: licet alia sit materia corruptibilium, & alia æternorum. Oppositum huius dixit 1. cœli. com. 5. & com. 10. vbi sic ait, Corpus cœli non est compositum ex materia & forma, sed est simplex. Idem ponit 2. cœli. com. 40. & 41. sed quia ibi remittit se ad librum de substantia orbis: & in eo promittit se declaraturum quid sentiat circa hoc: ideo omnibus omnibus aliis locis adduco dictum suum in eodem libro. Ibi enim sic dicit formaliter: Corpus cœlestis est simplex non compositum ex materia & forma. Quod confirmatur etiam 8. phys. com. 39. in fine. vbi sic dicit. Corpus cœlestis non potest ex se secundum suam naturam recipere transmutationem, & causa eius est: quia non componitur ex materia & forma. Sed quia non est credendum tantum virum sibi contradixisse, præsertim in hac re: cuius ei singulare studium fuit: & cuius gratia edidit librum de substantia orbis. Propterea dico Auerroem omnino credidisse in cœlo esse materiam, cum hoc expresse dictum sit ab Aristotele. Et quando Commentator negat materiam in cœlo: hoc non est accipiendum absolute & vniuersaliter, sed solum quod negat à cœlo materiam quæ sit in potentia ad esse vel ad non esse, sicut est materia generabilium. Et quod ista sit eius opinio, patet, quia lib. 12. metaph. com. 10. &c. Et 8. Metaphysicæ sic dicit: videmus quod corpus cœlestis non componitur ex materia quæ est in potentia. In quibus verbis non negat simpliciter eum componi ex materia, sed tantum ex ea quæ est in potentia. Et quia nomine materiæ communiter accipitur tantum illa potentia per quam potest aliquid esse & non esse: ideo ne quis putaret cœlum esse in potentia ad non esse: aliquando sine alia determinatione negauit materiam in cœlo, sed postea in loco prædicto 12. Metaph. declarauit suam intentionem. Quoniam etiā dicit cœlum esse corpus simplex: non ideo dicit ipsum esse simplex quasi quod non sit compositum ex forma & materia, quæ non est in potentia, sed appellat ipsum simplex: quia non est compositum ex contrariis: vt exponit S. Thomas 2. cœli. lect. 3. Et similiter etiam, quia non est resolubile in alia corpora, propter quam causam etiam

elementa appellantur corpora simplicia. Et quod prædicta sint de mente Commentatoris patet, quia vbiunque dicit in cœlo non esse materiam, semper adducit pro fundamento suo, quod materia est principium corruptionis. Istam rationem ponit 1. cœli. tex. 5. & com. 10. Et secundo cœli com. tex. 4. & com. 41. Et in libro de substantia orbis. cap. 2. Sola autem illa materia est principium corruptionis: quæ est in potentia ad non esse: & quæ est coniuncta priuationi qualis non est materia cœli, licet enim ipsa sit pura potentia, tamen est semper coniuncta eidem actui, & passiuè determinat sibi formam quam habet: nec est indifferens ad plures formas: sicut etiam cœlum determinat sibi passiuè figuram sphericam, & quædam alia accidentia quæ ab eo separari non possunt. Quantum ad secundum ponitur ista conclusio. In cœlo est materia vere & propriè dicta quæ est altera pars compositi. Hanc conclusionem probo. Primo rationibus, secundo auctoritatibus Philosophi. Prima ratio est hæc. Omne ens actu: aut est actus, aut habens actum. Sed cœlum est actu: vt patet ad sensum, & non est actus, ergo est habens actum. Sed habens actum est compositum ex actu, & ex eo in quo actus recipitur, tale autem receptiuum est materia: ergo in cœlo est materia, maior videtur nota. Minor probatur. Omnis substantia quæ est actus, & naturaliter separata à materia, est intellectualis, cum intellectu qualitas consequatur immaterialitatem. Nulla enim est alia via ad probandum quod aliquid sit intellectuale, nisi quia est substantia immaterialis. Cœlum autem non est intellectualis substantia separata à materia, cum sit sensibilis: ergo &c. Ad istam rationem respondetur dupliciter. Primo negatur maior, & dicitur quod inter actum & habens actum datur medium. Et hoc dicitur esse subiectum: huiusmodi autem est cœlum. Secundo, dicitur ad minorem quod intellectualitas non consequitur substantiam separata à materia, nisi sit separata à quantitate. Cœlum autem est quidem substantia immaterialis. Sed quia non est separata à quantitate: ideo non est intellectuale. Sed contra primam rationem arguitur. Effectus formalis non potest esse sine causa formali: & denominatum nõ potest esse sine denominato. Sed esse actu denominatur ab actualitate, & est eius effectus formalis, sicut album albedinis: ergo nulla res est actu, nisi ratione alicuius actualitatis: ergo vel est actu actualitate: quæ sit ipsummet, vel actualitate quæ sit in alio. Si primum aut secundum, fiat ratio quæ prius facta est: tale est actu vel habens actum. Si tertium, hoc est impossibile. Quia, vt dixi, effectus formalis non separatur à causa formali. Vnde sicut nullus est alb³ albedine quæ sit in alio: ita nullus est actu actualitate quæ sit in alio. Contra secundam rationem arguitur. Prima ratio recipiendi quantitatem est materia: vt supra probatum fuit lib. 8. ergo nihil est receptiuum quantitatis nisi per materiam. Confirmatur ista prima ratio principalis. Aut substantia cœli est intellectuallis, aut non. Si primum, ergo præter illam substantiam est ibi aliquid receptiuum quantitatis. Patet ista consequentia, quia subiectum actus intelligendi non est quantum, nec per se, nec per accidens. Si secundum, ergo substantia cœli est ignobilior anima intellectuæ. Patet consequentia: quia substantia intellectuæ est nobilior non intellectuæ: cum illa sit beatificabilis: & ista nõ. Et si dicatur quod hoc non est inconueniens. Contra. Anima intellectuæ est vniuersalis materia: ergo habet ignobiliorum modum essendi quam cœlum. Et sic substantiæ nobiliori deberetur naturaliter ignobilior modus essendi: quod est absurdum. Secundo principaliter arguitur. Omne quantum habet materiam. Sed cœlum est quantum, vt patet ad sensum: ergo &c. Maior probatur: quia non tantum Philosophus, sed etiam ipse Commentator 7. Metaph. com. 8. dicit quod remota materia, remouentur tres dimensiones, & omnia nouem genera accidentium. Confirmatur ista ratio: quia 6. metaph. dicit Philosophus, quod omnia quæ pertinent ad naturalem considerationem sunt sicut infinitum: quia habent esse in materia. Cœlum autem ad physicam pertinet considerationem, vt dicitur 12. metaph. text. & com. 6. ergo &c. Confirmatur secunda: quia omne accidens passiuum consequitur suum subiectum ratione alicuius principij passiuum, sed quantitas est accidens passiuum, & est in cœlo: ergo consequitur substantiam cœli ratione alicuius principij passiuum. Istud autem principium non est forma cœli, cum ipsa sit actus: ergo est ratio alterius principij passiuum: nec apparet quod aliud possit esse nisi materia. Maior est nota. Minor est communiter concessa: & adhuc probatur ratione: quia quantitas cœli est eiusdem rationis cum quantitate rerum corruptibilium. Quod patet, quia habet eandem definitionem. Denim distinctio superficies cœli, quod

Conclusio an cœlum sit materiale.

Impugnatio

Secunda ratio.

quod est longitudo cum latitudine sine profunditate, sicut etiam superficies aliorum corporum. Sed omnes concedunt quantitatem rerum corruptibilem esse accidens passivum: ergo quantitas cœli est accidens passivum: & hoc est verum de omni quantitate, siue sit terminata siue interminata. Tertio. Substantia cœli aut est purus actus: aut pura potentia: aut est quid compositum ex actu & potentia. Sed non primum, cum sit quanta. Nec secundum, cum non sit prima materia, ergo compositur ex actu & potentia: & sic habeo propositum, quod illa potentia ex qua componitur cœlum, est materia prima. Si non est pura potentia, sed composita ex alio actu & potentia quæro de illa potentia: & sic aut ibitur in infinitum, aut est devenire ad unam puram potentiam. Quarto. Nulla qualitas sensibilis potest esse sine materia. Sed in cœlo sunt qualitates sensibiles ut patet: ergo &c. Maior patet, quia qualitates sensibiles distinguuntur à quantitativibus, quia sunt coniunctæ materiæ, & secundum esse & secundum rationem distinctivam. Ad hanc rationem respondent omnes Auerroistæ, quod maior est falsa: quia cum accidentia per se esse non possint, requiritur quod habeant subiectum, sed non requiritur quod habeant materiam. Cœlum autem est subiectum: licet non habeat materiam. Dicunt secundò quod qualitates sensibiles sunt duplici differentia. Nam aliquæ sunt quæ amplius factæ abiciunt à substantia: & tales requirunt materiam. Sed istæ non sunt in cœlo. Non enim possunt augeri nec minui: ut patet primo cœli, text. comm. 21. Alia sunt accidentia quæ non mutant substantiam deferentis: ut motus & lux, & raritas & densitas. Et ista sunt in cœlo: sed non requirunt materiam in suo subiecto. Et hæc responsio habetur 8. meta. com. 12. Sed contra arguitur. Primum, quia licet non omne accidens requirat materiam, sed subiectum: tamen accidentia quæ sunt qualitates sensibiles requirunt materiam. Alioquin non distinguerentur à quantitativibus, ut patet 2. physicorum com. 6. metaph. text. com. 18. Secundo, per responsum: In cœlo est raritas & densitas: ergo in cœlo est materia, patet consequentia ex definitione rari & densi. Nam rarus est quod parum habet de materia sub magnis dimensionibus. Densum est quod multum habet de materia sub parvis dimensionibus. Nunc restat ostendere quod hanc conclusionem tenuerit Aristoteles. Nam 1. metaph. text. com. 6. dicit quod omnis substantia sensibilis habet materiam, & probat tali ratione. Omne mobile habet materiam. Sed omnis substantia sensibilis est mobilis, ergo habet materiam. Et postea text. com. 10. sic dicit: Omnia quæ transmutantur habent materiam, sed diuersam, omnia igitur æterna quæ sunt non generabilia, & mouentur secundum translationem, habent materiam, sed non generatam, sed ex vbi ad vbi. Et Commen. ibi dicit quod in corporibus æternis est materia, licet non talis qualis est in corruptibilibus, quia materia æternorum non est in potentia. Item 1. cœli, text. com. 92. sic dicit: quoniam igitur est cœlum sensibile singularium utique erit: sensibile enim esse in materia existit, ex quibus verbis aperte patet, quod omne corpus sensibile habet materiam: ut dicebatur in tertia ratione pro conclusione. Item textu commenti 95. sic dicit, Cœlum autem est quidem singularium & eorum quæ ex materia.

ria ex qua constituentur: cuiusmodi sunt substantiæ abstractæ & accidentia. Sed si sit aliquid quod per se transmutari possit quacunque specie motus, oportet istud tale componi ex materia. Patet autem quod cœlum per se mouetur, ideo materiam habet, præsertim quia probauit Philosophus 6. Physicorum text. comm. 32. quod omne quod mouetur habet materiam. Ad confirmationem dicitur quod omne quod habet materiam subiectam priuationi alicuius formæ potest non esse: quia cum illa potentia sit possibilis reduci ad actum: dum recipiet formam illam sub cuius priuatione nunc est, forma præexistens abicietur: & sic sequitur corruptio. Cœlum autem habet materiam quæ nulli priuationi subiecta est: quia forma cœli replet totam capacitatem illius materiæ, & ideo non est in potentia ad non esse: cum nihil sit in eo per quod possit non esse: non quidem ex parte materiæ: quia ut dictum est, ipsa non est subiecta priuationi: nec ex parte formæ: quia forma ex se dat esse. Ad quartum negatur maior. Ad probationem dicitur quod causa defatigationis in motu est propter hoc quod motor est coniunctus materiæ: ratione cuius accidit ei lassitudo & defatigatio. Motores autem cœlorum sunt separati à materia: & ideo argumentum non est ad propositum: quia Philo. loquitur de lassitudine quæ non reperitur in mobili, sed in motore. Et ideo concludit, quod, quia motor cœli non potest fatigari, cum sit à materia separatum, potest moueri motu æterno.

QUESTIO VIII.

Utrum materia cœli & corporum inferiorum sit eadem numero.

Quæritur octauo. An materia cœli & corporum inferiorum sit eadem numero. Et videtur quod sic. Primum. Si per impossibile aliqua pars cœli esset in sphaera æris, aut moueretur sursum nullo existente impedimento: aut ibi quiesceret. Non potest dici quod quiesceret: quia corpus naturale non impeditur moueri ad suum proprium locum, si sit extra ipsum, ergo sequitur quod moueretur sursum. Sed omne corpus habens motum rectum est elementare, ergo cœlum est de natura elementorum: & sic eius materia est eadem cum materia inferiorum. Confirmatur. Omne corpus leue est de natura elementorum, sed cœlum est corpus leue. Tum quia est supra omnia alia corpora. Tum quia vnum cœlum est supra aliud, ergo &c. Secundò. Principium distinctionis numeralis est quantitas: ut supra probatum fuit. Sed quantitas non includitur in substantia materiæ: quia si etiam esset ei cœterna & inseparabilis, ut Comment. ponit, non tamen pertineret ad substantiam eius: cum vnum sit substantia & reliquum sit accidens: ergo ista materiæ non habent in se vnde necessario distinguantur. Tertio. Pura potentialitas excludit omnem distinctionem: cum excludat omnem actualitatem. Sed qualibet materia est pura potentia: ut patet 8. meta. rex. com. 2. ergo in materiis secundum se acceptis nulla est distinctio. Quarto. Materia omnium corporaliū est vna numero: ergo etiam materia hæc est vna numero cum materia cœli. Antecedens est Comment. primo phys. comm. 82. Consequentia probatur. Materia corporaliū habet formas diuersarum rationum, scilicet formas ignis & terræ & aliorum tam simplicium quam mistorum: & hoc non obstant eadem est numero: materia autem cœli habet formam eiusdem rationis cum forma rerum corporaliū, scilicet forma corporeitatis: ergo multum magis est eadem numero cum ista. Quinto. Prima causa efficiens est tantum vnus: prima etiam forma est tantum vna, & hæc est Deus mouens cœlum secundum formam & secundum finem: ut dicit commentator 12. metaphysicæ Commento 6. ergo prima causa materialis est tantum vna numero. Sed in cœlo est materia, & in rebus corporaliū est materia: ergo in eis est vna materia numero. Sexto. Ea quæ sunt & non sunt numero distincta, sunt vnum numero: alioquin essent distincta & non distincta. Sed materia cœli & materia inferiorum sunt, quia composita ex eis sunt: & non sunt distincta numero, ergo sunt idem numero. Maior patet: & prima pars minoris probata est. Secunda pars probatur. Omnis distinctio est per aliquam formam: quia actus est qui distinguit & separat. Sed materia intrinsecè nullam formam habet: ergo &c. Septimò. Philo. 1. phys. text. com. 64. enumerans principia rerum naturalium dicit, quod sunt tria, scilicet materia, forma, & priuatio. Sed ipse non ponit duas materias: ergo secundum Aristotelem, istæ materiæ non distinguuntur.

Ad quartum.

Prima ratio.

Secunda ratio.

Tercia ratio.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Sexta ratio.

Septima ratio.

Respon

Cap. 4. d. 14. q. 1. 2. Materia triplex.

Conclusio 1.

Conclusio 2.

Esse vnum positum aut negatum.

Vnde sic incorruptibile.

Respondeo. In ista quæstione duo sunt declaranda. Primum est titulus quæstionis. Secundum est respondere ad quæstionem. Quantum ad primum sciendum est quod materia tripliciter considerari potest. Vno modo quantum ad essentiam suam. Alio modo quantum ad esse actuale sibi à forma communicatum. Tertio quantum ad esse distinctum in partes eiusdem rationis. Primum istorum habet ex se: sicut & qualibet alia habet ex se naturam suam. Secundum habet à forma formaliter & effectiue à generante. Tertium habet à quantitate. Sciendū secundo quod inter ista tria est ordo naturæ. Prius enim materia Sortis est in se entitas quædam, quam habeat esse à forma: & prius habet esse à forma quam sit diuisa per quantitatem ab alia materia. Et quia omne prius potest esse saltem in esse cognito sine posteriori, ideo remota per intellectum duobus ultimis à materia, adhuc remanet primum. Est igitur quantum ad propositum pertinet quæstio, Si per impossibile remouerentur ab omni materia tam cœli quam aliarum rerum omnes formæ tam substantiales quam accidentales. Utrum ista materiæ quæ nunc sunt distinctæ caderent in identitatem numeralem. Quantum ad secundum: primo dicitur de identitate numerali materiæ rerum corruptibilium. Secundo de identitate numerali ipsius cum materia cœli. Quantum ad primum hæc est prima conclusio. Materia rerum corruptibilium considerata secundum esse aut secundum quantitatem non est vna numero in omnibus. Probat. Primo. Impossibile est eandem rem a numero habere simul distinctos situs saltem naturaliter. Sed materia Socratis & materia Platoni habent distinctos situs: nec possunt naturaliter habere eundem situm: ergo non sunt vna & eadem materia. Secundo. Formæ habentes qualitates contrarias in gradibus summis, non possunt esse simul in eadem numero materia, alioquin etiam illæ qualitates in summo essent simul in eodem. Sed forma ignis habet caliditatem in summo, & forma aquæ frigiditatem, si sit in sua naturali dispositione, ergo non habent eandem numero materiam. Secunda conclusio. Omnium corruptibilium est eadem materia numero secundum suam essentiam considerata. Istam conclusionem declaro antequam probetur: potest enim habere duos sensus veros. Primum est quod eadem numero materia potest successiue esse omnium corruptibilium: quia illa quæ est sub forma ignis potest eadem numero esse sub forma terræ, & postea sub forma aquæ, & sic per continuam & successiuam transmutationem potest suscipere qualibet formam. Secundus sensus est quod sit eadem numero materia omnium negatiue & non positiue. Ad cuius evidentiam. Sciendum est quod illa dicuntur esse vnum positiue quæ habent in se aliquam formam datam vnitatem: sicut cum nutrimentum additur nutritio sit vnum ex materia nutrimenti & materia nutriti: quia materia quæ prius erat sub forma nutrimenti, actuatur per formam eius quod nutritur, & hoc modo impossibile est quod omnium corruptibilium sit vna materia numero, quia diuersorum sunt diuersæ materiæ secundum substantiam distinctæ, cum sint sub distinctis formis. Illa vero dicuntur vnum negatiue quæ considerantur per negationem cuiuslibet principij distinctiui. Et quia materia non distinguitur in partes nisi per quantitatem primo: & consequenter per formas substantiales, ideo materia considerata per abstractionem ab omnibus formis est separata in esse cognito à principijs distinctiuis. Et ideo est ut sic, vna negatiue. Ista autem vnitatis non est actus nisi per opus rationis, quia impossibile est quod materia remaneat secundum esse à formis separata. Et si dicatur quod etiam secundum intellectum non potest esse separata ab omni forma: cum non possit intelligi nisi per analogiam ad formam: ut probatum fuit supra. Respondetur quod licet materia non possit intelligi quantum ad suam rationem quidditatiuam nisi per analogiam ad formam: tamen cognita natura materiæ potest intellectus eam considerare, non considerando aliquid actus esse in ea per quod distinguatur. Quod autem aliqua dicatur esse vnum vel positiue vel negatiue: patet in suo simili. Dicit enim Philosophus 1. posteriorum: quod vniuersale est incorruptibile. Quod exponit Auct. dupliciter. Vno modo: quia mundus est æternus, & consequenter species rerum sunt æternæ, & semper inmanet per continuam successionem indiuiduorum. Alio modo dicitur vniuersale esse incorruptibile negatiue: quia quidditas ut stat sub intentione vniuersalis consideratur prædicta, quantum ad ea quæ sunt ei essentialia & abstractionem ab omnibus accidentibus. Corruptio autem contingit per mutam actionem qualitatum elementarium: vniuersale ergo si consideratur per negationem principiorum corruptibilitatis: sic est incorruptibile negatiue. Sic autem de-

clarata conclusio probatur. Primo, quia Commen. 1. phys. com. 82. circa medium sic dicit, Subiectum quod est in potentia, est vnum omnium generabilium, per subiectum autem accipit materiam quam ibi probat Philosophus esse ingenerabilem & incorruptibilem. Secundo. Remota omnibus principijs formaliter distinctiuis, res remanet indistincta: quia hoc generaliter notum est quod ablata causa formali auferunt effectus formales. Sed formalia distinctiua materiæ in plures partes numero. Sunt quantitates quibus primo conuenit diuisibilitas: ut patet ex definitione quantitatis 5. meta. ergo &c. Tertio. Si duæ materiæ essent distinctæ numero, seclusis omnibus formis, ipsæ distinguerentur seipsis: quia nihil aliud habent per quod distinguantur. Sed ea quæ distinguuntur seipsis, non possunt esse distincta tantum numero: quia distincta seipsis in nullo vniuoce conueniunt, quæ autem distinguuntur tantum numero, conueniunt in vna specie quæ dicitur de eis vniuoce, ergo impossibile est quod tales materiæ, tantum numero distinguantur. Nec potest dici quod distinguantur plusquam numero, quia ab omnibus est concessum quod materia omnium corruptibilium est eiusdem rationis. Quantum ad secundum dico, quod materia cœli & materia rerum corruptibilium si essent ab omnibus formis separata, non essent vna materia numero. Probat ista conclusio. Primo supponitur quod plures formæ substantiales præsertim non habentes ordinem inter se, non possunt esse simul in eadem materia: puta forma lapidis & forma plantæ. Istud patet, quia impossibile est quod aliquid sit lapis & planta. Supponitur secundo, quod materia quæ est sub vna forma eadem numero, est in potentia ad aliam formam, alioquin non posset esse transmutatio substantialis per generationem. Tunc arguitur sic. Quæ sunt eadem numero materia, habent eandem numero potentialitatem. Sicut si Sortes & Plato essent idem homo numeraliter, haberent eandem numero quantitatem & risibilitatem. Sed materia cœli non potest habere eandem numero potentialitatem cum materia rei corruptibilis, puta Sortis, ergo non potest esse eadem numero materia. Maior patet. Minor probatur. Omniem potentiam quam haberet materia cœli si esset separata ab omni forma, habet etiam nunc nisi quia illa potentia nunc est coniuncta actui: scilicet forme cœli: & tunc esset separata ab omni actu. Sed materia cœli nunc non habet potentiam ad formam cadaueris, ad quam tamen habet potentiam materia Sortis, ergo &c. Minor probatur. Cuiuslibet potentia passiuæ naturalis correspondet aliquod actiuum naturale: potens eam reducere ad actum. Sed nullum actiuum naturale potest facere, quod in materia cœli recipiatur forma cadaueris: ut patet per primum præsuppositum, nisi forma cœli abiciatur: quod est impossibile, alioquin cœlum esset corruptibile per naturam. Dicitur forte ad maiorem quod materia cœli de se est in potentia ad alias formas. Sed quia habet nobilissimam formam, ideo non potest appetere expoliari ea & habere aliam. Sed ista responsio nulla est. Tum quia eodem modo diceretur quod materia habens formam hominis non reciperet formam cadaueris, quæ est imperfectior, & quod materia quæ est sub forma ignis, non transmutaretur in formam terræ quæ est ignobilior, cuius oppositum vult Philosophus primo de gene. text. comm. 18. vbi dicit, quod quodlibet elementum potest ex quolibet elemento generari. Hanc autem rationem pro ista conclusione habeo à Commen. primo cœli, com. 20. in fine. Nec alias rationes adduco: quia probaretur eisdem rationibus quibus probatur sequenti quæstione: quod materia cœli sit alterius rationis à materia corruptibilium. Et sic patet quod iste actus materiæ essent distinctæ numero, si per impossibile separarentur ab omnibus formis. Hæc autem distinctio non est actualis, quasi quod vna esset hæc, & alia alibi: quia materia non deberetur locus circumscriptiuus: quia per eam nullam haberet quantitatem. Nec distinctiue: quia nullam haberet operationem: nec distingueretur, ex eo quod vna moueretur motu recto, alia motu circulari, quia omne quod mouetur est corpus, materia autem non est corpus: sed distingueretur numero in ratione potentia, sicut distinctiue intelligentiæ distinguuntur numero in ratione actus, ex eo quod sunt alterius rationis. Ad primum ergo in oppositum potest dupliciter responderi. Vno modo quod ad impossibile sequitur quodlibet, sicut materialiter, & qui a impossibile est quod pars cœli sit in ære: ideo ad hoc positum, sequitur quod illa pars quiesceret, & non moueretur. Alio modo dicitur quod illa pars quiesceret. Ad improbationem dicitur quod illa regula: omne corpus naturale positum extra locum proprium mouetur, est vera tantum de his quæ sunt apta nata moueri motu recto: Quæst. Meta. Paul. Sou. A recto:

Conclusio 3.

Ad primum.

recto: huiusmodi non est cælum, nec aliqua pars eius. Et si dicatur quod cum illa quies esset violenta, sequitur quod aliquod violentum esset perpetuum. Respondetur quod illa quies non esset naturalis nec violenta: quia non esset secundum naturam, nec contra naturam, sed esset præter naturam cæli. Ad secundum conceditur maior de his quæ solo numero distinguuntur: & sunt idæ species. Sed loquendo de illis quæ ita distinguuntur numero: quod etiã sunt alterius rationis ipsa est falsa, & sic est in proposito. Ad tertium negatur maior. Quomodo autem distinguantur istæ duæ potentie: dicitur questione sequenti. Ad quartum negatur consequentia. Ad probationem dicitur primo, quod sicut corporeitas est in cælo: ita etiã in tota materia rerum corruptibilium. Dicitur secundo quod corporeitas in omnibus rebus corruptibilibus est eiusdem rationis tã logica quam etiã phy. Corporeitas autem & reliquæ formæ quæ sunt in cælo, sunt quidem eiusdem generis logici cum his quæ sunt in corruptibilibus, quia utrobique habent eandem diffinitionem, scilicet, esse naturam recipere tres dimensiones: non tamen sunt eiusdem generis physici, quia in cælo habent esse incorruptibile, & in aliis habent esse corruptibile, quæ differunt plus quam genere: ut dicitur 10. metaph. text. com. 26. Et ideo non valet ista consequentia. Materia omnium corruptibilium est vna numero, ergo materia omnium corporum est vna numero. Ad quintum negatur consequentia, quia Deus qui est tantum vnus, potest habere rationem primi efficientis & ultimi finis & formæ exemplaris: nullo autem modo potest habere rationem materię. Et ideo potest esse plures materię primæ. Vnde ratio ista magis est ad propositum confirmandum: quia ea quæ sunt infra Deum necessario plurificantur. Ad sextum dicitur sicut ad tertium. Ad septimum dicitur, quod Philosophus non intendit assignare eadem numero principia rerum naturalium, sed eadem in vniuersali: vnde sufficiebat ei dicere quod materia est principium omnium corporum. Qualis autem sit materia istorum, & qualis materia illorum, non intendebat ibi declarare: sed postea declarauit 1. cæli, & 9. & 12. metaph. vbi dixit quod materia cæli est in potentia tantum ad vbi.

te autem existente vno: & materia vna, non apparet vnde proueniat rerum distinctio. Sed Arist. licet ponat esse vnum principium agens, & similiter vnam materiam, quia tamen ponit in illa materia plures habilitates, ideo dicit causam pluralitatis, quia scilicet ex multis habilitatibus prouenit rerum multitudo, & ita exponit Com. Sed S. Tho. addit aliud verbum dicens, quod prima causa non presupponit aliud subiectum, vel materiam in sua actione, & ideo potest immediate plura producere, præsertim quia agit mere libere & contingenter.

Q V Æ S T I O I X.

Utrum materia cæli sit alterius rationis à materia corruptibilium.

Quæritur nono. Utrum materia cæli sit alterius rationis à materia corruptibilium. Et videtur quod non. Primo, quia si ista materia sunt diuersarum rationum, aut distinguuntur seipsis, aut per respectus ad diuersas formas, aut per ipsasmet formas quas respiciunt. Non primum, quia in fundamento naturæ nulla est distinctio, ut dicit Commentator 1. metaph. com. 17. Tum quia actus est qui distinguit & separat, 7. metaph. Non secundum. Tum quia nullum accidens est differentia constitutiva substantiæ, relatio autem est accidens, & materia est substantia. Tum quia nullum prius distinguitur essentialiter per suum posterius, respectus autem ad formam præsupponit materiam, & est ea posterior. Non tertium, quia omne formaliter & essentialiter distinctum est intrinsecum ei quod per ipsum distinguitur. Sed forma non est intrinseca naturæ materię, nec pars eius: ergo non distinguit eam essentialiter. Secundo: impossibile est quod ea quæ sunt diuersarum rationum aequaliter distent à Deo, quia vbi est distinctio naturarum diuersarum rationum, ibi etiam sunt diuersi gradus. Sed ista materię aequaliter distat à Deo, quia in pura potentia non est dare magis & minus, ergo &c. Confirmatur. In eo quod est omnium entium infimum non sunt distincti gradus, quia vbi sunt gradus distincti, ibi vnum est alio superius, & per consequens ipsum non est infimum. Sed materia est infimum ens, saltem in genere substantiarum, ergo &c. Confirmatur secundo. In actu puro non potest esse aliqua diuersitas, ergo neque in pura potentia. Tertio. Sicut non est medium inter ens in potentia & nihil, ita quod non potest fieri descensus sub pura potentia nisi ad nihil, ita inter puram potentiam & actum non est medium, ita quod non potest fieri ascensus à pura potentia nisi ad ens in actu, ut dicit Commentator 1. physicorum commentò 70. hoc autem non esset verum si posset esse plures primæ potentie diuersarum rationum. ergo &c. Quarto. Ea sunt eiusdem rationis, quæ conueniunt in eadem differentia essentiali. Sed omnes materię conueniunt in eadem differentia essentiali: quia omnes conueniunt in ratione potentie per quam substantiatur materia, ut dicit Commentator in de substantia orbis: ergo omnes materię sunt eiusdem rationis. Quinto. Vnius cæli & omnium partium eius, est vna materia eiusdem rationis: ergo si materię eiusdem rationis habent eandem potentiam, sequitur quod vna pars cæli est in potentia ad formam alterius partis, & per consequens quælibet pars cæli erit corruptibilis, quod est falsum: ergo &c.

Respondetur. In ista questione est maxima contrarietas inter doctores, quibusdam dicentibus, quod ista materia sunt eiusdem rationis. Aliis vero dicentibus, quod sunt diuersarum rationum. Et isti etiam differunt inter se quantum ad modum distinguendi materias istas. Et ideo primo dicitur ad quæst. in se. Secundo declarabitur penes quid distinguantur ista materię, quod tangebatur in primo argumento. Quantum ad primum sunt quatuor modi dicendi. Primus est eorum qui tenent quod in cælo non est materia sicut communiter Commentatori ascribitur, licet falsum: & isti non habent propriè dicere quod materia cæli sit eiusdem rationis, aut diuersa cum materia aliorum corporum. Quia tamen Commentator, ut ipsi dicunt, ponit in cælo aliquod subiectum quantitatis, & figuræ, & aliorum accidentium, licet non vocet ipsum materiam propriè, quamuis fortè secundum eum possit etiam appellari materia improprie, in quantum est saltem in potentia ad vbi. Ideo secundum Commentatorem dicendum est consequenter quod materia cæli est alterius rationis ab alia materia. Quod probatur: quia ea quæ sunt eiusdem rationis habent eandem denominationem essentialem per quam significatur illa ratio communis: sicut patet in omnibus quæ sunt eiusdem speciei. Sed

Primaratio

Secunda ratio

Tertiaratio

Quartaratio

Quinta ratio

Ca. 2. d. 12

Conclusio ad mentem Comment.

Ad secundum

Ad tertium

Ad quartum

Ad quintum

Ad sextum

Ad septimum

Tex. c. 109

Tex. c. 11

Non ens simplex

Omnia vero materiam habent, quæcunque transmutantur.

Probato, quod in omni substantia sensibili est materia: nunc dicit quod non in omnibus eodem modo. Qualiter autem differant, declarat S. Tho. dicens quod generabilia habent materię quæ de se est in potentia ad formas & ad priuationes. Corpora vero incorruptibilia habent materię quæ non est in potentia ad formam & priuationem, sed tantum ad vbi. Huic expositioni multum fauet Commen. in hoc loco sic dicens: Quod ex translatis fuerit non generabile & corruptibile, non habebit materię quæ habet generabile & corruptibile, & est quæ est in potentia. Ex quibus verbis innuit quod in eis est materia, sed non quæ sit in potentia.

Dubitabit autem aliquis.

Dictum fuerat textu 8. quod ea quæ generantur sunt ex non ente, & quia posset dubitari ex quo non ente fiat. Respondetur ad hoc dicens quod sunt ex non ente in actu, ente tamen in potentia. Vbi dicit Commentator & S. Thom. quod aliquid potest dici non ens tripliciter. Vno modo, quia est nihil, & sic ex non ente non generantur res: quia ex non ente nihil fit. Alio modo dicitur non ens ipsa priuatio entis, & sic per accidens res sunt ex non ente: quia ut dicitur 1. physic. priuatio est principium per accidens. Tertio dicitur non ens materia: quæ non est ens actu, sed tantum in potentia, & ex huiusmodi non ente res fiunt per se. Ex taliigitur non ente sunt omnia sensibilia generabilia, sed tamen non eodem modo, quia materia non habet eundem ordinem ad omnes formas. Sed per prius est in potentia ad formas elementares, & eis mediatis secundum diuersas proportionales commixtorum est in potentia ad diuersas formas. Propterea dicit Com. quod licet materia sit vna secundum substantiam, tamen est multa secundum potentiam, & secundum habilitatem. Vnde non potest ex quolibet immediate fieri quodlibet, nisi forte per resolutionem ad materiam primam. Ex dictis infertur quod antiqui non poterant reddere causam multitudinis entium & præsertim Anaxagoras. Cuius ratio est, quia ipse ponebat primum principium omnium esse intellectum separatum, & præter hoc ponebat principium materiale, Chaos in quo erant omnia actu, sed commixta, ita quod quodlibet poterat fieri ex quolibet, quia in quolibet erat quodlibet ratione illius commixtionis, & sic agens omnium erat vnum, & etiam materia erat vna, scilicet prædictum Chaos. A gen-

ita non est in proposito, quia illud potentiale ad vbi in cælo non denominatur materia, potentiale autem quod est in aliis corporibus dicitur essentialiter materia: ergo &c. Et propter hoc miror quod aliqui sequentes viam Commentatori attributam: nempe, quod in cælo non est materia, dicant materiam cæli esse eiusdem rationis cum materia aliorum corporum. Secundus modus est: quorundam dicentium quod materia non est entitas distincta à forma, quia esse distinctum non conuenit nisi tantum eis qui dicunt determinatam naturam: materia autem non dicit de terminatam naturam, quia omnis determinatio est per actum, materia vero nullum actum dicit. Ex hoc concludunt quod si etiam in cælo esset proprie materia, tamen ipsa non esset distincta à materia rerum inferiorum, & per consequens nec esset alterius rationis. Et iste modus dicendi est illius qui posuit modum primum. Sed iste opinio quantum ad suum fundamentum improbat fuit 7. huius: vbi fuit de hoc quæstio specialis. Tertius est modus dicentium quod in cælo est vera materia quæ est natura & entitas alia & forma, sed quod ipsa est eiusdem rationis cum materia inferiorum, ita quod circumscriptis omnibus formis, tam substantialibus quam accidentalibus, si per impossibile maneret materia cæli & aliorum corporum esset tantum vna materia, licet in ea esset diuersitas aliqua quantum ad modum recipiendi formas, quia materia cæli recipit tantum formam non habentem contrarium, & propter hoc cælum est incorruptibile per naturam, quia eius materia non habet priuationem annexam, & eius appetitus perfecte satiatur, materia vero aliorum corporum recipit formam habentem contrarium, & remanet subiecta priuationi aliarum formarum, quia aia formæ propter sui imperfectionem non satiat appetitum illius materię. Et ita concludit ista opinio, quod hæc materię sunt eiusdem rationis, & differunt in modo recipiendi formas. Quartus modus quem sequor est dicendum, quod ista materia sunt alterius rationis. Sed iste quartus & tertius modus dicendi, inter quos est specialis contrarietas in hac questione, possunt dici differre quodammodo tantum verbaliter. Ad cuius euidentiam sciendum est quod materia non est cognoscibilis, nisi per analogiam ad formam, ut dicitur 1. physic. & probatum fuit supra, quia materia de se est tantum potentia, propria autem ratio potentie sumitur ex actu. Diffiniuntur igitur aliqui materiam hoc modo. Materia est pura potentia susceptiua formæ substantialis. Et quia ista diffinitio conuenit omni materię tam cæli quam aliorum corporum, propterea illi qui considerant tantum hanc diffinitionem, dicunt quod omnes materię sunt eiusdem rationis. Et hoc verum est si ipsi intendunt loqui de ratione generica: quasi quod materia sit quodammodo quoddam genus, eo modo quo ratio generis potest conuenire naturis partialibus: sicut si quis diceret omnes animas esse eiusdem rationis: quia omnes sunt actus primus organici corporis. Sed quia consuetudo philosophorum est: dum quarunt an aliqua sint eiusdem rationis, intelligere de ratione speciali & propria: ita quod illa dicantur proprie esse eiusdem rationis, quæ conueniunt in vna ratione non distinguibili in plures rationes. Propterea dicimus quod communis ratio materię distinguitur in duas rationes speciales: quarum vna conuenit materię cæli, & alia conuenit materię aliorum corporum. Et quantum ad hoc sunt alterius rationis inter se. Et sic contra hoc est tertia opinio superior recitata, quæ sensum videntur in ea habere sequaces ipsius, & sic ipsa contradicit nostræ opinioni, & ideo contra eam arguitur: Primo. Ad quamcunque formam est in potetia aliqua materia, ad similem in specie est in potentia quælibet materia eiusdem rationis. Sed materia cæli est in potentia ad formam quam habet, licet ei sit vna: (est enim in potentia coniuncta actu). ergo ad formam cæli esset in potentia materia rerum corruptibilium. Sed hoc est falsum, alioquin cælum esset generabile. Ad hanc rationem negant isti maiores: quia si materia habet formam implementem totam capacitatem eius, ipsa non relinquit in ea potentiam nec priuationem respectu alterius. Et huius est materia cæli quæ continet virtualiter omnes alias formas naturaliter receptibiles in materia. Contra hanc responsum arguitur sumendo maiorem in sensu nunciamate concessam, scilicet quod ad quamcunque formam est in potentia aliqua materia, ad eandem est in potentia quælibet alia eiusdem rationis, nisi habeat formam replentem totam capacitatem ipsius: cui maiori sic concessam subsumatur ista minor. Sed materia terræ habet formam non replentem totam capacitatem eius, cum sit in potentia ad formam aquæ, ergo si materia terræ sit in potetia ad formam aquæ, sequitur quod est in potetia ad formam cæli. Tunc

Aegidii opt.

Op. S. Th. Conclusio.

Tex. c. 69

vltra, ergo in natura est aliqua potentia actiua potens illam materiam reducere ad actuum, & sic cælum esset generabile. Cuius oppositum demonstratur 1. cæli. textu & comment. 20. Dicitur forte quod materia terra est in potentia ad formam cæli, sed quia nunquam poterit habere dispositiones pro forma cæli: ideo nunquam poterit habere formam cæli. Sed contra arguitur. Tum quia appetitus materię terræ respectu formæ cæli est frustra. Tum quia eodem appetitu appetuntur media, quod appetitur finis: ergo materia appetit illas dispositiones pro forma cæli, & per te non est possibile quod eas habeat, ergo est frustra ille appetitus. Et ideo propter hanc rationem coacti sunt inuenire aliam responsum: vnde adhuc negant illam maiorem, & dicunt quod si aliqua materia debet esse in potentia ad aliquam formam: requiritur duo. Primum est quod forma quam habet non repleat totam eius capacitatem. Secundum est quod forma ad quam dicitur esse in potetia, sit contraria formæ quam habet. Et quia materia cæli non est contraria alicui formæ inferiori, ideo materia corruptibilium non est in potentia ad formam cæli. Arguitur contra hanc responsum sic. Omnis propria passio consequens aliquam naturam, consequitur omnia individua eiusdem naturæ. Cuius ratio est, quia vbi est aliquid ens, ibi sunt ea quæ ad ipsum necessario consequuntur: propriæ autem passiones consequuntur necessario naturam cuius sunt: cum igitur natura sit in omnibus suis individuis, oportet etiam ibi esse proprias eius passiones. Sed potentialitas ad formas rerum corruptibilium est propria passio consequens eorum materiam, ergo ista potentialitas conuenit etiam materię cæli si est eiusdem rationis: maior est nota. Minor probatur. Potentialitas ad formas conuenit omni materię corruptibilium, & conuenit semper, cum sit ab ea inseparabilis. Materia enim vniuersalis adhuc est in potentia, licet illa potentia non sit separata ab actu, conuenit etiam soli materię, ut patet, ergo est eius propria passio. Dicitur forte quod non est eius propria passio, sed ratio quidditatiua. Et si sic dicatur, multo magis habetur propositum. Confirmatur. Appetitus quo materia appetit formam, aut est de essentia materię, aut est propria passio eius. Istud patet, quia non est eius accidens commune cum per se conueniat cuiuslibet materię: ergo si ista materia sunt eiusdem rationis habent eundem appetitum, & consequenter respectu earundem formarum: quia sicut potentie distinguuntur per obiecta, ita & appetitus, & sic materia cæli naturaliter appetit formam ignis: & cum non sit possibile quod eam habeat, sequitur quod iste appetitus sit frustra. Confirmatur secundo: quia philosophus 9. metaph. text. comment. 10. dicit quod omnes potentie passiuæ est potentia contradictionis, & communiter exponunt doctores quod hoc est verum de potentia vniuersali accepta. Sed per te eadem est potentia & materia corruptibilium & incorruptibilium, ergo potentia materię cæli est contradictionis, & consequenter cælum est in potentia ad esse & non esse, & est generabile & corruptibile: quod est falsum. Secundo. Sicut se habet communis ratio materię ad formam in comuni, inquam forma est actiua materiam, ita specialis ratio ad formam in speciali, in quantum hoc vel illo modo actiua materiam. Sed quia omnes formæ materiales conueniunt in hoc quod est actuare materiam & facere vnum per se, ideo à forma vniuersaliter considerata sumitur vna communis ratio materię, ergo à formis quæ habent determinatum modum actuandi materiam sumitur specialis ratio materię. Sed isti modi sunt tantum duo: quia forma vel ita actuatur materiam quod relinquit priuationem alterius in ea. Et istæ sunt formæ rerum corruptibilium. Aut non relinquit priuationem, & huiusmodi est materia cæli. Confirmatur. Potentie distinguuntur per diuersas rationes formales distinctiua obiecti in quantum est obiectum: quia enim sensibile est obiectum sensus, ideo potentie sensibiles distinguuntur secundum differentias sensibiles in quantum est sensibile. Sed materia est pura potentia. Cuius obiectum est actus, ergo secundum differentias in modo actuandi materiam distinguuntur materię. Sed aliqua forma actuatur materiam & compatitur priuationem alterius formæ, aliqua vero non compatitur: ergo &c. Tertio. Dicit Commentator in de substantia orbis capitulo quarto quod secundum Themistium. sol. & luna & alie stellæ aut sunt formæ non in materia, aut si sunt formæ in materia, materia dicitur de eis æquiuocè, & de aliis corporibus. Sed secunda pars illius distinctionis est vera, scilicet quod sunt formæ in materia, ut probauimus supra, ergo materia dicitur de eis æquiuocè. Dicitur forte, quod materia dupliciter consideratur. Vno modo in se. Alio modo quantum ad modum recipiendi formam.

Solutio sequentium Aegidii.

Secunda ratio in Aegidii.

Secunda ratio in Aegidii.

Secunda ratio in Aegidii.

Tertia ratio.

Primo modo non intelligit Themistius, sed secundo. Contra. Si receptiva sunt unius rationis, diversitas in modo recipiendi non facit ea esse diversarum rationum, ergo diversitas recipiendi non facit materiam dici æquivoce: consequentia patet. Antecedens probatur. Si diversitas modi agendi vel recipiendi distingueret essentialiter ipsa receptiva vel agens, sequitur quod superficies Æthiops esset alterius rationis à superficie leonis. Sed hoc est falsum: quia quantitas est eiusdem rationis in omnibus quantis: præsertim in rebus corruptibilibus: ergo &c. Consequentia probatur. Nigredo recipitur in superficie Æthiops: & non relinquunt in ea potentiam ad alium colorem: quia nigredo non potest ab ea naturaliter separari. Superficies vero in aliis hominibus vel corporibus nigris est in potentia ad alios colores: ergo &c. Secundo arguitur ad idem. Diversitas modi quæ sumitur ab eo à quo res habet suam rationem specificam, facit distinctionem essentialem, vel saltem eam requirit, sicut patet quod omnis diversitas quæ est inter hominē & equum, est ex suis formis, puta diversitas passionum præsupponit saltem distinctionem specificam. Sed ista diversitas modi attenditur ex ipsa forma: quia aliqua relinquit privationem, & aliqua non: ratio autem materiam sumitur à forma, ergo isti diversi modi requirunt distinctas rationes in suis materiis.

Quantum ad secundum, scilicet per quid distinguuntur ista materia, sunt duæ opiniones: prima opinio tenet quod distinguuntur seipsis. Nam illa propositio Aristotelis 7. metaph. actus est qui distinguit & separat, non est univocaliter vera: sed vera est quantum ad distinctionem suppositorum, quorum non potest esse distinctio in esse suppositali, nisi per aliquem actum. Potest autem confirmari ista opinio: quia materia seipsa est vna, ergo ipsa est distincta. Consequentia patet: quia de ratione unius est esse indistinctum in se, & distinctum ab aliis. Antecedens probatur. Materia seipsa est ens, ergo seipsa est vna. Antecedens patet, & consequentia est nota. 4. metaph. comment. 3. & contra Avicennam. Alia opinio dicit quod ista materia non distinguuntur seipsis, sed distinguuntur per formas, non quod respectus quæ habet materia cæli ad suam formam faciat eam esse alterius rationis à materia corruptibili, cui respectus ille sit posterior extremis. Sed ideo dicitur quod materia sunt distincta, quia formæ sunt diversarum rationum. Et hanc opinionem sustinendo, quæ magis placet, arguitur sic. Materia ab eodem habet quod sit alterius rationis, à quo sumitur ei⁹ ratio formalis: quia idem est formale distinctivum, & formale constitutivum. Sed formæ ratio materiam sumitur à forma: cum ab ea non possit absolvi neque secundum esse, neque secundum intellectum, ergo &c. Secundo. Omnes potentie formaliter distinguuntur per suos actus, ut dicitur 2. de anima. Et ideo dicuntur potentie distingui per obiecta, quia obiectum habet rationem actus in ordine ad potentiam, cum sit motuum potentia. Sed materia est potentia, ergo eius formalis distinctio sumitur ex actu. Nec valet ratio alterius opinionis. Concedo enim quod materia seipsa est vna unitate transcendente, non tamen seipsa est vna unitate formali & specifica, sed tantum per id à quo sumitur ratio eius.

Ad argumenta respondetur. Ad primum patet responsio dictam esse enim quod distinguuntur per formas. Ad improbationem dico dupliciter. Primo quod maior est falsa, quando tale distinctum est pura potentia, cuiusmodi est materia. Sed quia videtur impossibile quod effectus formalis sit ubi non est causa formalis, & per consequens quod aliquid sit intrinsece distinctum, & non habeat intrinsecum distinctivum. Idcirco dico aliter quod materia cæli distinguitur à materia corruptibili per aliquid formaliter intrinsecum ei, id est, per suam propriam rationem formalem: qui est talis materia: quæ quidem ratio formalis est ei intrinseca, sed tamen hæc ratio formalis accipitur ex aliquo extrinseco à ratione materie, id est, à forma, sicut etiam reliquæ potentie distinguuntur suis rationibus formalibus, quæ rationes sumuntur ab obiectis quæ sunt extrinseca. Et forte per hoc apparet quod prædictæ opiniones non contradicunt. Prima enim intelligit quod distinguuntur seipsis, id est, per suas proprias rationes. Secunda vero quod distinguuntur per formas, quia tales rationes sumuntur à formis quas materia respiciunt. Immo istud est verum non tantum in absolutis, sed etiam in relativiis. Quælibet enim species relationis habet suam propriam differentiam constitutivam: quæ tamen differentia sumitur à correlativa, siue à termino. Ad secundum negatur minor. Cum enim ratio materie sumatur à forma: & forma cæli sit nobilior qualibet forma materie corruptibilium dat suæ materie consequenter nobiliorum ratio-

Ad primam confirmationem dicitur quod materia secundum genus suum eo modo quo sibi convenit genus est infimum ens in genere substantiæ, tamen sub se habet duo. Quorum vnum est altero nobilior, & illa pura potentia est nobilior quæ est vnbilis nobiliori actu ita quod perfectio unius pure potentie super aliam non attenditur in hoc quod vna habeat in se aliquid alterius extremi, scilicet actus, sed in hoc quod vna vnitur nobiliori actu. Sicut etiam omnis actualis existentia est actus purus: & tamen vnum esse est imperfectius altero, non per hoc quod in illo esse sit intrinseca aliqua potentia, sed quia vnitur ignobiliori potentie receptivæ, scilicet imperfectiori existentie. Ad secundam confirmationem negatur consequentia propter duas rationes. Prima est: quia purus actus habet in se omnem perfectionem possibilem reperiri ut patet 5. metaph. Et ideo non potest pluralitari secundum species: quia non est dare duas species quæ perfectas. Illa igitur quæ est minus perfecta, non habet in se omnem perfectionem. Pura vero potentia non includit in se omnem perfectionem. Secunda est: quia purus actus ideo dicitur purus, tum quia intrinsece non habet partes: tum quia non est alteri vnbilis à quo possit pluralitari. Pura autem potentia est vnbilis alteri. Et ideo non est simile. Ad tertiam dicitur, quod pura potentia potest accipi dupliciter. Vno modo pro pura potentia in communi. Alio modo pro hac determinata pura potentia. Primo modo ipsa est medium inter ens actu & nihil. Sed secundo modo ipsa non est medium, immo descendendo à pura potentia cæli ad nihil, inveniuntur aliquid mediū, scilicet materia corruptibilis. Et ascendendo à materia corruptibilium ad ens actu, inveniuntur aliquid mediū, scilicet materia cæli. Ad quartam. Si intelligitur maior de differentia essentiali communi & constitutiva huius generis, potentia conceditur totum. Sed nihil plus habetur nisi quod ista materia sunt eiusdem rationis communis. Si vero intelligitur de differentia speciali negatur minor. Quia specialis differentia non est solū esse potentiam, sed esse potentiam coniunctam privationi, vel non coniunctam privationi. Ad quintum dicitur quod partes eiusdem cæli sunt eiusdem rationis, & ideo materia vnius partis non est in potentia ad formam alterius partis. Nec est coniuncta privationi eius. Sicut etiam materia a, ignis non est in potentia ad formam b ignis. Nec est priuata ea: quia huius potentia & privatio est respectu earum quæ sunt diversarum rationum: alioquin oculus Særis diceretur esse priuatus potentia visiva, quia non habet in se visum Platonis, quod est absurdum. Sed maior difficultas est in hoc, si aliqui cæli sunt diversarum rationum. Et propter hoc erit specialis questio sequens de materia ista.

Q V Æ S T I O X.

Vtrum materia vnius cæli sit alterius rationis à materia alterius.

Varitur decimo. Vtrum materia vnius cæli sit alterius rationis à materia alterius. Et videtur quod sic. Primo. Illa materia sunt diversarum rationum: quia vna non est in potentia ad formam alterius, ut patet ex præcedenti questione. Sed materia vnius cæli non est in potentia ad formam alterius, alioquin cælum esset corruptibile.

Respondeo. In ista questione duo sunt declaranda. Primum est. An cæli & stellæ sint eiusdem speciei. Secundum est. An eorum materie sint eiusdem rationis. Quantum ad primum est opinio Commentatoris 2. cæli, commento 59. quod omnes stellæ sunt eiusdem speciei: ubi dicit Aristotelem formare hanc demonstrationem. Si inveniatur vna stellarum sphaerica, necesse est ut omnes sint sphaerice. Sed vna est sphaerica, ut patet de luna, cuius sphaericitas probatur ex vario modo eius illuminationis, ergo omnes sunt sphaerice. Primam consequentiam probat sic dicitur. Hæc demonstratio fundata est super hoc, quod omnia corpora cælestia sunt eiusdem nature specificæ. Et cum ita sit, necesse est ut id quod existit in vno individuo speciei ex rebus essentialibus existat in omnibus individuis eiusdem speciei. Et ita declaratum est quod figura est ex rebus essentialibus in corporibus cælestibus: quia sunt animata: hæc Commentator. Ex quibus sic arguitur. Primo. illa corpora animata sunt eiusdem speciei quæ habent eandem figuram. Sed corpora cælestia sunt animata, & habent eandem figuram, scilicet figuram sphaericam: ergo &c. Secundo. Et corpora sim-

Tex. cō. 11.

Ad tertium.

Ad quartum.

Ad quintum.

Ca. 2. d. 2.

Art. primum.

ilia sunt eiusdem speciei quæ habent eundem motum, patet in omnibus elementis. Sed omnes cæli habent eundem motum secundum speciem, scilicet motum circumferentem: ergo &c. Tertio. Quælibet stella est eiusdem speciei cum suo orbe, ergo quodlibet cælum est eiusdem speciei cum alio cælo. Antecedens probatur. Stella non differt à suo orbe nisi per raritatem & densitatem, quoniam stella est densior pars sui orbis. Sed rarum & densum non faciunt distinctionem specificam in substantiis. Et confirmatur: quia quælibet pars corporis simplicis est eiusdem speciei cum toto: quælibet enim pars ignis est ignis, & quælibet pars aquæ est aqua. Sed cælum est corpus simplex, ergo quælibet pars eius est eiusdem speciei cum eo. Consequentia probatur. Vnum cælum conuenit magis cum alio cælo quàm cum sua stella, ut patet ad sensum, ergo si non differt à stella secundum speciem, multo minus differt ab alio cælo. Quarto. Si cæli distinguuntur specie, sequitur quod non sunt tantum 5. corpora simplicia specie distincta: immo erunt tot quot sunt cæli & elementa. Sed philosophus primo cæli probat esse tantum 5. corpora simplicia, scilicet quatuor elementa, & cælum quod appellat quintam essentiam, ergo &c. Alia est opinio S. Thomæ in q. octava de spiritualibus creaturis, quod cæli specie distinguuntur. Ibi enim in responsione ad decimum sic dicit. Non videtur esse univocaliter verum quod imperfectior differentia generis in plures species multiplicetur. Corpus enim diuiditur per animatum & inanimatum. Plures tamen videntur esse species animatorum corporum quam inanimatorum, præcipue si corpora cælestia sint animata, & omnes stellæ adiuuamur specie differant. Et licet in his verbis loquatur conditionaliter, tamen in responsione ad 15. loquitur determinate sic dicens. Corpora cælestia sunt diversarum specierum. Et postea subdit quod etiam lux non est eiusdem rationis in omnibus, quia non habet eosdem effectus. Et in responsione ad 10. in fine sic dicit. Possent dici plures esse species animalium rationalium: si aliquis poneret corpora cælestia esse animata. Illa autem oppositio videtur esse rationabilior. Pro qua sic arguitur. Primo. Si omnes cæli essent eiusdem speciei, sequitur quod non necessario poneret Aristoteles plures intelligentias 12. metaphysicæ, ubi eas multiplicat secundum numerum motuum cælestium. Sed consequens est falsum, ergo. Consequentia probatur. Vbi sunt plura eiusdem speciei, quicquid potest ab inferiori moueri, potest etiam moueri à superiori, ergo intelligentia mouens sphaeram Saturni posset alias sphaeras mouere, & sic alia intelligentia non essent necessaria. Secundo. Inter indiuidua eiusdem speciei non est ordo essentialis, ut probatur 2. metaphysicæ. Sed inter sphaeras est ordo essentialis, quia actio & motus inferiorum præsupponit actionem & motum superiorum, ergo &c. Tertio arguitur generaliter de omnibus stellis. Quæ sunt eiusdem rationis habent easdem proprietates essentielles, & operationes, & effectus eiusdem rationis. Cuius ratio est, quia identitas specifica sumitur à forma, quæ est principium operationis, & à qua emanant propriae passionis. Sed non omnes stellæ habent easdem proprietates, & actiones & effectus: quod patet. Nam à luna est fluxus & refluxus maris, non autem ab aliis planetis. Stellarum etiam quæ sunt in firmamento aliqua habent oppositos effectus, ut dicunt astrologi, ergo non sunt eiusdem speciei. Nec huic repugnat, quod dictum est in præcedenti questione: scilicet quod partes eiusdem sphaeræ sunt eiusdem rationis: illud enim intelligendum est de partibus quæ non sunt stellæ. Confirmatur. Omnis forma quæ per se consequitur naturam aliquam, consequitur omnia indiuidua eiusdem nature: quia ut dicitur primo posteriorum, quicquid est per se, est etiam de omni. Sed lux consequitur per se naturam solis, ergo si alia stellæ essent eiusdem speciei cum sole, omnes haberent ex se lucem, quod est falsum: quia non sunt. Sic enim ait 3. de anima, commento quinto, columna tertia, opinandum est, quod si sunt aliqua animata, quorum prima perfectio est substantia separata à suis subiectis: ut existimatur de corporibus cælestibus, quod impossibile est ut inueniatur ex vna specie eorum plus vno indiuiduo. Hæc Commentator. Si autem volumus saluare quod ista non contradicunt dictis ab eo supra, dicemus quod hic loquitur de cælo accipiendo cælum pro aggregato ex cælo & intellectu mouente. Et quia omnes intelligentie specie distinguuntur, ideo etiam cæli sic accepti. Vel est dicendum, quod supra loquebatur tantum de stellis, quæ sunt in eadem sphaera, hic autem loquitur de ipsis cælis quorum quodlibet est corpus motum, & mouetur motu

Conclusio.

Probatur cor- pora cælestia specie differ- fre.

Tex. cō. 11.

distincto à motu alterius, & hoc patet ex verbis eius quæ sequuntur: sic enim dicit, impossibile est quod vnus motor in numero sit duorum corporum distinctorum in numero & multa alia dicit quæ declarant non fuisse intellectum eius. Vel est dicendum quod loquitur de cælo accipiendo cælum pro toto mundo, quasi dicat quod est impossibile esse duos mundos: unde postquam dixit quod non possunt esse ipsa eiusdem speciei, sic ait: Et hæc est intentio eius quod dictum fuit in primo de cælo, scilicet, quod si esset alius mundus, esset aliud corpus cælestis: & si esset aliud corpus, haberet alium motorem in numero à motore istius corporis: & si hoc esset, tunc motor corporis cælestis esset materialis numeratus per numerationem corporum cælestium. Quicquid tamen senserit Commentator argumenta contra S. Thomæ non concludunt.

Ad primum enim dicitur quod nunquam concluditur identitas specifica secundum speciem specialissimam: de qua tantum est mentio in hac questione per identitatem accidentis aut passionis consequentis naturam genericam. Occidia autem astræ & cæli sunt eiusdem generis siue speciei subalternæ, figura vero sphaerica consequitur non tantum vnã speciem specialissimam, sed genus corporis simplicis, unde omnia corpora simplicia siue sint cælum, siue elementa sunt sphaerica. Et ideo ex identitate figuræ sphaericæ non plus concluditur identitas sphaerica inter cælos quam inter cælum & ignem. Ad secundum negatur maior: alioquin aer & ignis essent eiusdem speciei, cum habeant eundem motum, scilicet motum sursum. Licet enim ex tribus generibus motuum, scilicet sursum, & deorsum, & circumferentem concludatur distinctio specifica corporum, quibus ista conueniunt, non tamen ex identitate vnus istorum concluditur identitas nisi forte identitas generis subalterni. Ad tertium primo potest negari antecedens, quia si stella esset eiusdem speciei cum suo orbe, sequitur quod omnes stellæ fixæ essent eiusdem speciei: cuius oppositum patet ex earum effectibus contrariis. Et ad probationem dicitur, quod licet distinguantur per raritatem & densitatem, non tamen distinguuntur tantum in hoc, sed etiam in aliis. Ad confirmationem negatur consequentia: quia cælum non ideo dicitur simplex: quia sit corpus homogeneum, sicut elementa: sed quia non est resolvable in alia corpora. Potest etiam negari consequentia. Ad probationem dicitur quod licet vnu cælum plus conueniat cum alio cælo in aliquo accidente communi: puta in diaphaneitate vel huiusmodi: plus tamen conuenit cum sua stella quàm ad naturam, quæ quantum ad accidentia propria. Ad quartum dicitur, quod philosophus non intendit probare quod sint tantum 5. corpora simplicia distincta secundum speciem, sed eius intentio est probare quod præter quatuor elementa datur aliud corpus simplex, non compositum ex eis, vtrum vero in hoc corpore sint plures partes diversarum rationum, ipse ibi non disputat. Quantum ad secundum dico, primo quod stat aliqua esse diversarum specierum, & tamen habere materiam eiusdem rationis, ut patet de materia ignis & aqua. Et similiter stat aliqua esse distincta specie: & cum hoc habere etiam materias diversarum rationum: ut patet de sole & homine: homo enim & sol differunt specie & genere, & similiter eorum materia non sunt vnus rationis. Dico secundo quod corpora cælestia non sunt adinueniam transmutabilia, cuius ratio est, quia impossibile est materiam transmutari ad formam nisi careat ea: & tamen sit apta nata eam recipere: carentia autem formæ cum aptitudine ad eam non potest esse, nisi ubi est privatio. Et quia materia cæli non est coniuncta privationi, ideo cæli non possunt transmutari adinueniam. Et propter hoc dicunt aliqui, materiam omnium corporum cælestium esse vnus rationis, licet non sit in eis transmutatio, quia hæc negatio transmutationis non est ibi propter defectum vnitatis rationis materie, sed propter defectum privationis. Et quia iste modus dicendi verus est, ad maiorem eius notitiam dico quod formalis ratio materie, ut patet ex præcedenti questione, sumitur à forma in quâ materia ex hoc quod est pura potentia, actuatur per formam. Unde sicut à forma absolutè considerata ut est actus materiam, sumitur vna communis ratio materia: ita ex diuerso modo actuandi materiam diuersificatur illa ratio communis. Non possunt autem variari rationes materie ex formis, in quantum sunt istæ vel illæ formæ: alioquin materia animi & materia ligni essent diversarum rationum, sed formæ omnes quæ conueniunt in vno modo actuandi materiam, dant ei vnã rationem, quæ quidem ratio non est distinguibilis in plures rationes, quia illæ formæ ratione modè actuandi habent quodam modo rationem vnus formæ. Et quia omnes formæ corporum cælestium, vno modo

Ad 1. argu. pro Auer. vj. p.

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad quartum.

Art. 2.

Vnde habet materiae quod sint di- uerse ratio- nis. &c.

perficiunt suas materias, scilicet totaliter replendo earum capacitates & non relinquendo in eis priuationem & aptitudinem & aliam formam: ideo omnes formæ corporum celestium dant materia cæli tantum vnam rationem: nec ibi est aliquid per quod possint illæ materiæ multiplicari. Et hoc respondetur ad argumentum in oppositum, quod maior est falsitas: quia distinctio formalis inter materias nõ sumitur ex negatione potèntialitatis, sed ex diuerso modo generali actuandi materiam: sicut dictum fuit, sicut etiam vnitas rationis specificæ secundum speciem specialissimam accipitur in potètia visiva, non ex speciali modo immutandi ab albedine vel à nigredine, sed ex communi modo immutandi à calore, & hic modus sumendi vnitatem specificam est communis omnibus potèntiis passiuis.

Tres vero sunt causæ & tria principia.

In hoc textu dicitur quod non tantum materia est principium substantiæ sensibilis, sed etiam forma, & quod licet ita sit, tamen forma & materia quæ sic sunt principia, nõ generantur. Quod autem forma sit principium, probat per hoc, quia omnis transmutatio est inter terminos contrarios, quorum alterum est species siue forma & alterum est priuatio, ergo forma est principium cuiuslibet transmutationis substantialis. Quod autem materia & forma non generentur, probat sic. In omni transmutatione oportet esse subiectum & terminum formale, qui acquiritur, ergo si materia & forma generantur, generationis materiæ erit aliud subiectum, & consequenter materia non erit primum subiectum. Similiter si forma generatur, oportet præter formam genitam ponere in ea aliam formam quæ sit terminus formalis illius generationis. Et tunc quæritur de ista alia forma vtrum generetur: & si sic, ergo eius est alia forma, & sic in infinitum procedetur in materiis & in formis. Comment. & S. Tho. vniformiter exponunt hunc textum & dicunt quod Philosophus loquitur tantum de materia prima, nõ proxima materia alicuius rei potest generari, puta aqua, quæ est materia liquefactibilium.

QVÆSTIO XI.

Vtrum intelligentia vnatur cælo vt forma.

Questitur vndecimo. Vtrum intelligentia vnatur cælo vt forma. Et videtur quod sic. Primo. Nullum purum corpus est causa principalis corporis animati: cum nulla causa principalis sit ignobilior effectu, omne autem inanimatum est ignobilius animato. Sed cælum est causa principalis plantarum, & multorum animalium, saltim eorum quæ generantur per purrefactionem: vt dicit Commentator 12. metaph. com. 6. ergo necessario est in eo aliqua anima: ista autem non potest esse alia nisi intelligentia, ergo &c. Dicitur fortè quod cælum causat animata, mediante intelligentia quæ non vnitur ei vt forma, sed vt motor. Sed contra. Motor nihil facit ad actionem quæ prouenit ex mobili: nisi quia applicat actiua passiuis, ergo si intelligentia est tantum motor cæli, nihil facit effectiue ad effectus eius. Secundo. Aut cælum est indifferens ad motum circulare, aut naturaliter ad ipsum inclinatur. Si est indifferens: ergo ille motus non est naturalis. Patet consequentia: quia motus naturalis est determinatè ad vnum: vt dicitur 2. physicorum. Si vero naturaliter inclinatur ad illum: aut ista inclinatio est à figura spherica, aut à corporeitate: aut ab intelligentia. Nõ à figura spherica, quia figura spherica est propter motum, & non e contra: non à corporeitate: quia motus circularis est proprius animæ, ergo est tantum ab intelligentia. Confirmatur, quia in cælo sunt virtutes quæ non possunt reduci in corporeitate, nam oriens habet specialem virtutem: vnde habet dextrum & occidens sinistrum. Et planetæ habent aliam & aliam virtutem secundum quod sunt in alia & alia domo, ergo istæ virtutes sunt ab intelligentia dante esse cælo. Tertio. Si intelligentia non est forma cæli, sequitur quod in cælo non sit principium naturale motus ipsius. Sed hoc est falsum, alioquin ille motus non esset naturalis, ergo &c. consequentia probata est præcedenti ratione. Minor probatur. Corpus in quo non est materiale principium motus, est corpus mathematicum & non physicum: vt patet ex ratione corporis physici. Sed cælum est corpus physicum vt dicitur primo cæli, ergo &c. Quarto. Forma dans alicui corpori quod sit intelligens, secundum se totum & secundum omnes partes eius, vnitur ei secundum esse. Sed intelligentia dat omnia prædicta corpori cælesti, ergo maior patet. Minor probatur, quia Con-

mentator secundo cæli com. 2. & in lib. de substantia quibus, dicit quod homo non est intelligens secundum se totum, sed intelligere eius viget in determinata parte corporis non formaliter, sed obiectiue, forma vero corporis cælestis, eo quod vnitur sibi, non mediante parte aliqua, dat corpori cælesti, quod sit intelligens vniformiter secundum totum.

Respondeo. Circa hanc quæstionem duo sunt declaranda. Primo videndum est quæ fuerit opinio Commentatoris, quoniam ipse in ista materia multum elaborauit. Secundo declarabitur quæ sit opinio communis & rei veritas. Quantum ad primum sciendum est quod opinio Auerrois fuit, quod cum motus circularis conueniat cælo, & ille motus sit proprius animæ, oportet aliquam substantiam viuentem, scilicet intelligentiam, esse formam cæli, ratione cuius & motus & figura spherica & alia huius accidentia cælo conueniant. Et addit quod talis forma nõ dat cælo primas perfectiones, sed tantum secundas. Ad cuius notitiam est sciendum, quod formæ materiales dupliciter se habent ad sua susceptiua. Primo quidem, quia cum subiectum earum, scilicet materia prima sit pura potentia: & ex potentia & actu fiat per se vnum vt probatum fuit in 8. oportet ex materia & forma materiali fieri vnum per se. Et quia dimensiones secundum Auerroem sunt contrariæ materiæ, cum quantum non possit recipi nisi in quanto, & extensum in extenso, ideo omnis forma materialis recipitur in materia mediante dimensionibus. Facere igitur vnum per se cum suo susceptiue, & recipi mediante dimensionibus est proprium formæ materiali. Et in his duobus differunt formæ materiales à forma cæli, quia forma cæli, scilicet intelligentia, non facit vnum per se cum corpore cælesti, cum corpus cælestis sit ens in actu: & quia esse in actu est prima perfectio, ideo non dat ei primam perfectionem. Nec recipitur in eo mediante dimensionibus, quoniam omnis forma recepta mediante dimensionibus est forma diuisibilis. Secundo ita se habent formæ materiales ad suas materias, quod sunt causæ distinctæ magnitudinis & quantitatis in eis: vt dicit Commentator 1. cæli commento 7. sunt etiam causæ propriis motus corporis naturalis, vt dicit 1. cæli commento 10. & 84. Sunt etiam aliqua formæ causæ distinctæ figuræ: vt patet in viuentibus sicut dicit Commentator ibidem, commen. 61. & 1. de anima, commento 53. Et istæ appellantur perfectiones secundæ, & eas habet corpus cæleste ab intelligentia. Est enim determinatæ quantitatis: & figuræ sphericæ, & habet motum ab intelligentia. Ex quo patet quod intelligentia partim conuenit cum formis materialibus: & partim differt ab eis. Concludit itaque ista opinio, quod intelligentia est forma cæli dans perfectiones secundas & non primas.

Quantum ad secundum principale, sciendum est, quod communis opinio & veritas non solum theologiarum, sed etiam philosophiarum est vt intelligentia nullo modo comparatur ad cælum vt forma eius, licet comparatur ad ipsum vt motor, est tamen intelligentia in se quædam forma subsistens, & non forma informans. Et ideo cælum non habet intelligentiam quæ sibi vnatur vt forma, sed habet suam propriam formam substantialem, quæ cum materia facit vnum per se. Et quod prædicta positio sit falsa probatur. Primo. Aut intelligentia quæ dat per se secundas perfectiones dat eas tantum effectiue: aut etiam formaliter. Si dicitur quod effectiue tantum, non concluditur propositum, quia ex hoc quod est dare tales perfectiones effectiue, non potest concludi quod dans sit forma illius cui dat, alioquin ignis calefaciens manum, esset forma manus. Si dicitur quod formaliter, habeo interum, quia impossibile est effectum formale separari à forma, sicut impossibile est quod in aliquo sit albedo, & quod non det ei esse album. Sed esse est primus effectus formæ, ergo impossibile est formam esse in aliquo, & non dare ei tale esse quale ipsa habet: puta si sit anima, dare esse animatum: sit substantiæ dare esse substantiale, si accidentis, accidentale: ergo intelligentia non potest esse forma cæli, nisi det ei primam perfectionem: quæ est esse. Secundo. Quicquid dat formaliter esse sphericum & alias perfectiones secundas quæ sunt accidentia, est necessario forma accidentalis: quia impossibile est quod aliquid sit formaliter tale per formam alterius generis, puta formaliter album per quantitatem, & formaliter quantum, per substantiam. Sed intelligentia non est forma accidentalis, ergo cælum nõ habet formaliter ab ea quod sit sphericum: aut aliquam aliam perfectionem secundam. Tertio. Quicquid est forma alterius: nõ facit cum eo vnum per se, aut vnum per accidens: vt dicitur quinto metaphysicæ, ergo si intelligentia est forma cæli, oportet quod aggregatum ex cælo & intelligentia, sit

Tex. c. 16.

Conclusio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Tex. c. 13.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Sexta ratio.

Septima ratio.

Ad primum.

Tex. c. 41.

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad quartum.

sit quoddam vnum: & cum per se non sint vnum per se: sit ex eis vnum per accidens, sicut homo & vestimentum eius: & Socrates & albedo. Quarto. Vbi est ordo essentialis inter aliquos actus: oportet quod actus posterior præsupponat priorem & sit ab eorum propositio patet in numeris & in figuris, & in omnibus formis habentibus ordinem essentialem: vt dicitur 2. metaph. com. 4. Sed inter secundas perfectiones & primas: siue inter esse accidentale & esse substantiale est ordo essentialis: cum accidentale non possit esse sine essentiali, & esse accidentale, est posterior essentiali: ergo necessario præsupponit ipsum & ab ipso oritur: cum igitur per se cælum habeat ex se primum actum essentialem: sequitur quod etiam habeat ex se perfectiones secundas. Quinto. Eiusdem effectus non possunt esse plures causas formales: præsertim si sint diuersarum rationum. Sed accidentia cæli, scilicet figura, quantitas, lux & alia huiusmodi, dant ei formaliter esse lucidum, esse sphericum, & esse quantum: ergo intelligentia non potest ista formaliter. Sexto. Id quod est natura totalis & completa in specie, non potest esse pars speciei. Sed intelligentia est completa in specie: & omnis forma vnibilis materiæ est pars speciei: ergo intelligentia non potest vniri materiæ. Maior patet: quia esse totum & esse partem respectu eiusdem, est esse contradictoria, scilicet, totum, & non totum: completum & non completum. Minor etiam pro prima parte eius patet: pro secunda verò probatur: quia ex forma & materia cui vnitur, sit vnum per se: ergo tã forma quàm materia sunt partes illius. Ad hanc rationem dicitur quod forma quæ vnitur materiæ dando ei primas perfectiones est pars speciei: quia ex ipsa & materia sit vnum per se: forma verò quæ vnitur ad dandum tantum secundas perfectiones: non est pars speciei. Et hoc modo intelligentia vnitur cælo: quia dat ei secundas perfectiones exigituè. Sed contra. Dare exigituè aut importat aliquam causalitatem: aut importat solum præsuppositionem, sicut dicitur quod motor præsupponit approximationem ad mobile. Si causalitatem: arguitur sicut arguebatur in prima ratione. Si secundum, nõ sequitur ex hoc quod intelligentia sit forma cæli, sicut neque sequitur quod agens sit forma passiuæ, licet præsupponat in eo dispositiones: nec motor est forma mobilis, in quo exigit & præsupponit approximationem. Septimo. Commentator dicens quod intelligentia dat cælo perfectiones secundas, dicit quod dat ei formaliter etiam permanentiam: quia etiam permanentia est inter perfectiones secundas. Sed impossibile est quod cælum ab aliquo habeat permanentiam, à quo non habet esse, cum permanentia non sit aliud quàm continuatio esse actualis existentia: ergo si cælum non habet esse ab intelligentia non habet etiam ab ea permanentiam.

Ad primum. Ad primum in oppositum dicitur, quod sicut instrumentum agit in virtute principalis agentis ad causandum rem artificiatam: sic cælum vt est instrumentum intelligentiæ viuentis, causat vitam in rebus inferioribus: vnde responsio quæ ibi datur est bona. Ad cuius improbationem negatur antecedens: quia instrumentum potest aliquid ex virtute agentis principalis: quod non potest ex seipso: sicut etiam calor naturalis, vt instrumentum animæ, causat vitam sicut dicit Philosophus 2. de anima. Ad secundum dicitur quod cælum inclinatur ad motum circulare: hæc autem inclinatio non est à quantitate, nec à figura cæli: sed à forma substantiali ipsius quæ ipsum inclinatur ad hoc quod sit aptum moueri tali motu ab intelligentia. Sicut enim à sua forma substantiali habet figuram & alia accidentia: ita etiam habet inclinationem ad motum, quæ quidem inclinatio non est actiua, sed passiuæ, & propter hoc ille motus dicitur naturalis, quia est à principio intrinseco passiuo. Ad confirmationem dicitur quod virtutes partium cæli & planetarum consequuntur formas eorum substantiales: agunt enim per lucem in ista inferiora. Dico tamen quod ex diuerso aspectu ad res corruptibiles causant diuersos effectus: & similiter ex varia dispositione materiæ: sicut etiam idem numero ignis liquefacit ceram: & indurat lutum. Dico tamen quod cum virtutes planetarum sint distinctæ, potest ex concursu eorum aliquid causari: quod tamen à nullo ipsorum solitariè accepto causaretur. Ad tertium negatur consequentia. Ad probationem dicitur quod in omni corpore materiali est principium intrinsecum sui motus, sed differenter. Nam in elementis & mixtis principium intrinsecum est actiuum & formale quo mouetur sicut grauitas in corpore graui: & leuitas in corpore leui. D. v. enim graue descendit, ille motus est à grauitate tanquam à principio actiuo, quo mediante mouetur. In cælo autem est tantum principium passiuum, vt dictum fuit: actiuum verò est intelligentia separata. Ad quartum negatur minor: quoniam cælum nullam habet ex operatiuibus animæ. Auctoritas vero Commun-

tarioris in hac parte non est recipienda: quia ipse fuit contra istam opinionem.

QVÆSTIO XII.

Vtrum cælum sit animatum.

Questitur duodecimo. Vtrum cælum sit animatum. Et videtur quod sic. Primo, quia Philosophus 2. cæli primæ rationis comment. 61. sic ait, Loquamur de stellis tanquam de corporibus viuis & actionem habentibus. Item Philosophus 2. cæli: probat in cælo esse dextram & sinistram, per hoc quod est animatum. Secundo, Commentator 2. cæli com. 61. probat cælum esse animatum. Tum quia est causa rerum animatarum, nulla autem causa est ignobilior suo effectu. Tum quia cælum semper mouetur, quod esse non potest nisi ab anima quæ semper aliud & aliud appetit. Tum quia corpora inanimata non habent determinatam figuram: vt patet in elementis & mineralibus: animata verò habent suas figuras sine quibus esse nõ possunt, vt animalia & arbores. Sed cælum habet determinatam figuram: ergo est animatum. Item in de substantia orbis, dicit Commentator quod quia cælum est incorruptibile, non indiget in suo esse anima sensibili & imaginatiua, sed tantum indiget anima ipsam mouente in loco. Item 12. metaph. 3. loquens de corporibus cælestibus sic ait: quia enim sunt principia animatarum & non animatarum, fuit necesse vt essent animata. & com. 41. sic dicit: corpus cæleste animatum est necessarium. Tertio: Primum in quolibet genere est ex se tale. Sed cælum est primum quod mouetur: ergo mouetur ex se. Sed omne quod mouetur ex se, est animatum: ergo &c.

Respondeo quod circa hanc quæstionem aliud est querere de opinione Auerrois, & aliud de veritate. Nam quod Commentator putauerit cælum esse animatum, non oportet dubitare: quia ad hoc sunt expresse verba eius. Ipse enim 2. cæli sic dicit, In genere animatarum nobilissimum animatum est cælum primum: quod mouetur motu diurno. Item 7. metaph. com. 31. dicit de calore qui est in semine, & de virtute diuina in eo existente, quod non est in calore sicut est anima in corpore naturali, sed quod ita est in eo sicut anima est inclusa in corporibus cælestibus. Item in de substantia orbis, dicit, quod corpora cælestia sunt substantia animata sui in eis. Et ideo tam ipse quàm Philosophus dicunt 8. physicorum, formam motricem esse, maximè vbi patet eius effectus, scilicet in circulo maioris. Si autem loquamur secundum veritatem, dico quod cælum esse animatum, non potest nisi duobus modis intelligi. Vno modo quod intelligentia mouens orbem sit vnita cælo secundum esse, faciens per se vnum cum cælo: sic quod huius intelligentia dicatur anima cæli. Quod autem hoc esse non possit, probatum est præcedenti quæstione. Quælibet enim intelligentia est ens completum in specie: & ideo non potest alteri vniri tanquam partialis naturæ, ad constituendum aliquod totum per se. Alio modo potest intelligi quod in cælo præter intelligentiam sit quædam alia forma dans esse cælo, & hæc forma sit anima: & ad hunc sensum posita est ista quæstio, & probatur quod cælum non sit animatum. Primo. Si cælum esset hoc modo animatum, sequitur quod cælum saltim spheræ inferiores haberent tres motores, scilicet, primum motorem qui est Deus, & secundum qui est intelligentia, & tertium qui esset anima cæli. Anima enim corporis animati est principium motus in eo. Sed quodlibet cælum habet duos motores, vt expressè dicit Commentator 12. metaphysicæ com. 41. Secundo, aut anima cæli est vegetatiua: aut sensitiua: aut intellectiua. Non primum nec secundum: quia vegetatiua quàm sensitiua requirunt corpus corruptibile, quod non tertium, probatur. Forma non est propter materiam: vt dicitur 2. physicæ & ideo forma non vnitur materiæ propter bonam materiam, sed propter bonum formam, vt possit in materia habere conuenientes operationes. Sed nulla est ratio quare anima intellectiua debeat vniri cælo. Non quidem propter intelligere: quia anima separata perfectius intelligit quàm coniuncta. Nec in corpore acquirit scientiam, vt contingit in anima hominis, quia anima non acquirit scientiam in corpore, nisi per sensus, in cælo autem non sunt potentie sensitiuæ. Similiter nec propter velle ex eadem ratione. Nec propter motum: quia non oportet mouens vniri mobili secundum esse, sed sufficit quod ei sit vnium secundum virtutem. Ad hanc rationem dicunt aliqui: quod anima cæli non possit cælum mouere, si esset ab eo separata. Sed contra. Aut intelligentia separata sufficit mouere cælum, aut non. Non potest

Primæ ratio.

Te. com. 2.

Secunda ratio.

Cap. 2. d. 9.

Cap. 10. q. 7.

Auer. de animatione cæli.

Tertiæ ratio.

Te. c. 34.

Quid veritas sentiat de hoc.

Conclusio.

Cælum an sit animatum.

Te. c. 23.

autem rationabiliter dici quod non: & si etiam dicatur hoc nihil est, quia cum intelligentia sit libe. arb. & moueat per imperium voluntatis, vt probabitur infra, similiter etiam anima. Ponatur ergo qd anima velit mouere cœlum vno modo & intelligentia alio modo, sequitur qd aut cœlum quiescet aut mouebitur simul motibus contrariis. Si autem intelligentia sufficit mouere cœlum: frustra ponitur anima in cœlo vt sit principium motus. Tertiò. Sequitur quod cœlum possit naturaliter quiescere ex se, ita qd in sua potestate esset quiescere & moueri: consequens est falsum & contra Philosophum. Consequentia probatur: quia anima mouet per appetitum, vnde & in potestate omnium animalium est moueri & quiescere. Si dicatur qd non quiescunt, quia non fatigantur. Hoc nihil est: quia sufficit quod in eius potestate esset quiescere & moueri. Quarto. Si cœlum est animatum, cessant omnes demonstrationes quas ponit Philosophus 8. phy. & 12. metaph. ad probandum primū motorem omnino immobilem. Dicit enim aduersarius qd non oportet dare motorem separatū & distinctū: & hoc ideo, quia cum cœlum sit animatum, mouet seipsum & diuiditur in partem mouentem & in partem motam, sicut reliqua animalia. Et si aliquis instet huic, dicēdo quod illa pars mouens moueretur saltem per accidens, sicut anima mouetur per accidens moto corpore: quia motis nobis mouetur omnia quæ sunt in nobis. Sed omni eo quod mouetur per accidens est prius aliquid quod mouetur per se: ergo licet cœlum moueat se, adhuc sequitur quod aliquid est prius cœlo. Respondeo: debet quod motus nobis mouetur quæ sunt in nobis, ita si sint mobilia, illa autem anima cœli non est mobilis. Dicitur secundo quod non oportet ante omne quod mouetur per accidens esse prius aliquid motum per se. Sed bene oportet prius natura aliquid moueri per se quam moueatur aliquid per accidens. In proposito autē prius mouetur cœlum per se quam anima eius per accidens. Item dicemus quod non mouetur per accidens anima cœli: quia non constituitur in esse per suum subiectum, vt dicebatur supra, & sic non poterit demonstrari quod sit vnus primus motor separatus ab omni magnitudine. Et quia non est credendum Aristotelem ignorasse materiam istam, ideo respondendo ad argumenta declarabitur quomodo intellexerit cum dixit corpora cœlestia esse animata.

Ad primū. Ad primum in oppositum dicitur quod cœlum accipitur dupliciter. Vno modo pro aggregato ex cœlo & intelligentia, & ad hunc sensum dicit Philosophus cœlum esse animatum: quia ipsa intelligentia est viuens. Et similiter posuit in cœlo dextrum & sinistrum: non tamen sequitur ex hoc quod cœlum propriè sit animatum: quia intelligētia non vitur ei secundum esse. Alio modo accipitur cœlū præcisè pro ipso corpore, & sic non est animatum. Dico secundo quod Philosophus nō loquitur assertiuè: sed quodam modo similitudinariè, vt patet ex verbis eius, vitur enim hoc termino, tanquam. Ad secundum quod est Commentatoris dicitur quod cœlum non causat viuētia nisi per virtutem intelligentiæ mouentis qua est viuens. Item quod semper mouetur: quia eius causa mouens est immaterialis & sempiterna. Dicitur etiam quod corpora inanimata sempiterna & incorruptibilia, cuiusmodi est cœlum habent determinatam figuram: licet inanimata corruptibilia eam non habeant. Sciendum tamē est quod licet aliqui dicant Auerroem credidisse cœlum esse propriè animatum anima quæ sibi vnitur secundum esse: moti propter auctoritates supra inductas, tamen isti decipiuntur. Intentio enim Auerrois non fuit quod anima cœli & motor eius, & intelligentia sint distinctæ res, sed quod sunt vnæ res habens distinctas rationes. Illa enim substantia in quantum mouet cœlum appellatur animata: & eadē in quantum consideratur secundum se absolutè vocatur intelligentia. Et quod ista sit opinio eius, declaratur. Nam 12. metaphysicæ, commento 36. vbi dicit cœlum esse animatum, dicit etiam quod anima cœli est abstracta à materia. Et postea subdit: Declaratum est in libro de anima, formas abstractas esse intellectus: quapropter hoc mouēs est intellectus: & hoc mouens est anima. Item 2. cœli, cōmen. 61. sic ait: Declaratum est in physicis quod motor corporū cœlestium non est in materia, & declaratum est in lib. de anima, qd illud quod est huiusmodi est intellectus, & declaratum est in prima philosophia qd forma intelligibilis non mouet nisi secundum desiderium, quod fit à suo intellectu. Patet ex istis qd anima cœli est ipse intellectus eius & motor. Quod autem ista anima & motor sint idem cum forma cœli, secundum ipsum, patet. Nam 12. met. com. 36. dicit: Secundum igitur qd ista intellecta sunt, formæ eorum sunt mouentia secundū agens. Idem habetur 12. met. com. 6. Et in tractatu de substantia orbis sic dicit: Non est dicē-

dum qd formæ à quibus mouentur corpora cœlestia sunt alia ab eis ad quas mouentur. Et postea subdit qd formæ à qua est motus, & illa ad quam est motus, sunt eadem & non differunt nisi in dispositione. Item in eodem libro sic dicit cap. 2. qd cœlum non est graue nec leue: & quod mouetur circulariter, quæ mobilitas est de genere animæ. Et quod hæc insunt corpori cœlesti ex sua anima. Ad tertiū dicitur quod oportet primum in quolibet genere esse tale ex se, id est ex materia sua: nec oportet primum quod mouetur mouere seipsum, sed debet esse tale ex se, id est, debet esse simpliciter tale: talis autem est motus cœli: est enim regularis & vniformis. Item debet esse tale ex se, id est, non per accidens: cœlum autem non mouetur per accidens, sed per se.

QVÆSTIO XIII.

Vtrum cœli & stellæ agant in ista inferiora.

Varitur decimotertio. Vtrum cœli & stellæ agant in ista inferiora. Et arguitur quod non. Primò. Si cœlū ageret in corpora inferiora, sequitur quod omnis transmutatio corporum inferiorum esset ex necessitate naturæ. Sed hoc est falsum: quia multa contingenter eueniunt, & aliquando impediuntur, vt patet in monstris: ergo. Maior probatur. Quicquid euenit ab agente merè naturali non impedito & sufficienti, euenit necessario. Sed cœlum est agens naturale non impedibile ab aliquo inferiori se: & est agens sufficienti: ergo si ageret in inferiora, omnis eius effectus esset necessarius. Secundò. Omne agens per aliquod medium prius agit in medium quam extremum: sicut patet quod ignis prius calefacit partem aeris propinquam quam partem remotam. Sed Saturnus si agit in hæc inferiora agit mediantibus sphaeris inferioribus: ergo prius transmutat sphaeras inferiores quam corpora corruptibilia. Sed hoc est falsum: quia sphaera non sunt susceptiua alicuius alterationis, puta frigiditatis, quæ dicitur causari à Saturno in inferiora. Tertiò. Si ageret in inferiora, aut hoc faceret mediante motu: aut mediante aliqua forma permanente. Non primum: quia motus non est forma actiua. Non secundum: quia sequitur quod si cœlum non moueretur, adhuc posset aliquid efficere: cuius oppositum dicit Philosophus 8. physicorum. & 2. de generatione.

Respondeo. In ista quæst. duo sunt declaranda. Primum est id quod queritur. Secundum est quid sit cœlo ratio agendi. Quantum ad primum dico quod cœlum agit in corpora inferiora. Et hoc probatur. Primò: quia 2. physic. textu & commento 26. dicitur quod sol & homo generat hominem. Et Commentator 12. met. cō. 19. dicit quod calor est in seminibus ad determinatas species, ex virtute stellarum. Secundò. Dicit Philosophus 2. de generatione, quod motus solis in circulo obliquo est causa perpetuæ generationis & corruptionis in istis inferioribus. Et in 1. meteor. dicit, quod oportet hunc mundum inferiorē continuari lationibus superioribus: vt omnis eius virtus inde gubernetur. Tertiò. Aliqui lapides & aliqua mixta generantur in sphaera aeris. Sed ista nō possunt generari ab alio quam à cœlo: ergo cœlum aliquid agit in inferioribus. Maior patet sensu, & experimento. Experimur enim lapides ignitos ex aere descēdere. Minor probatur. Aut huius mixta generantur ab elementis effectiue, aut à cœlo: non enim potest assignari alia causa generationis. Sed non ab aliquo elemento: quia omne mixtum est nobilius quolibet elemento & corpore simplici: effectus autem non est nobilior sua causa generante: ergo & c. Quia verò istud ab omnibus est concessum, & ab astrologis demonstratum, non me extendo circa eius probationem.

Quantum ad secundum, sciendum est quod agens potest dici tripliciter aliqua agere. Vno modo agens agit eo quod est ei ratio agendi, & hoc est forma qua mediante operatur, sicut ignis calefacit calore. Alio modo agēs agit sua actione, & sic ignis calefacit calefactione. Tertiò agēs dicitur largo modo agere: eo quod neq; est sua actio nec est agenti ratio agendi, sed est conditio necessariū requisita ad actionem: ita quod ea remota agens agere nō potest eo modo quo dicit Philosophus 6. physic. quod approximatō est necessaria ad hoc quod agens naturale agat in passum. Sciendum secundò, quod cœlum habere causalitatem in corpora inferiora potest intelligi dupliciter. Vno modo, quod habet causalitatem realē. Alio modo, quod habet causalitatem intentionalem. Causalitas realis est, qua producit aliqua forma realis cum transmutatione materiae

Ad vtrum.

Cap. 4. d. 14. q. 2. ni. 1. d. 37. q. 2. Primatio.

Secūda ratio.

Tertiatio.

Tex. cō. 56.

conclusio.

Te. com. 56.

Cap. 2.

Not. primū.

Not. scūdū.

materiae in qua ipsa forma recipitur. Causalitas intentionalis est, qua producit aliqua forma siue sit intentionalis siue realis, sed sine transmutatione materiae, cuiusmodi est lumen in aere. Dicunt ergo aliqui, & hoc attribunt S. Tho. qd motus cœli est cœlo ratio agendi, omnem actionem realem, & quod etiam est causa sine qua non: quia celsante motu cœli, ipsum cœlū nullam omnino haberet actionem realem in corpora inferiora, licet haberet actionem intentionalem, quia illuminaret. Sed mihi videtur qd vtrunq; istorū falso attribuitur S. Tho. & quod repugnet eius principiis. Et quod motus nulli possit esse ratio agendi, probatur. Primò. Id quo agens agit tanquam ratione agendi est forma absoluta in eo existēs. Sed motus localis nō est forma absoluta: ergo. Maior probatur. Non minus repugnat relationi qd sit terminus actionis quam qd sit principium agendi: quia esse principium dicit maiorē perfectionē quam esse terminum. Sed relationi repugnat quod sit terminus alicuius actionis, nisi forte per accidens: vt dicit Philosophus 5. physic. & ibi confirmat etiam S. Th. & in multis aliis locis, ergo relationi repugnat qd sit principium agendi. Tunc vltra arguitur. Nulla relatio est forma qua agens agit, ergo omnis forma qua agens agit est absoluta. Patet consequentia: quia omne ens vel est absolutum vel relatiuum. Secundò. Motus non distinguitur à termino motus: vt dicit S. Th. 1.1. met. & Comment. 3. phy. com. 9. Sed terminus qui intrinsecè acquiritur per motum localem est forma respectiua: quia est ipsum vbi: constat autem quod vbi, non est forma absoluta: vt patet ex eius descriptione: qua dicitur quod est circumscripctio corporis locati à loci circumscriptione procedens: ergo motus localis est forma respectiua. Secundò. Si motus poneret formam absolutam in mobili: aut ipsa esset substantialis, aut esset quantitas, aut qualitas: cum nulla alia sint genera absoluta Si substantialis, ergo moueri localiter est generari. Si quantitas, ergo est augeri vel diminui. Si qualitas, ergo est alterari: & sic motus localis non distingueretur ab aliis motibus: quod est contra Philosophum in prædicamentis & 5. physic. Quod etiam motus non sit cœlo causa sine qua non, probatur. Si cœlum non moueret, adhuc illuminaret corpora inferiora, ergo ea calefaceret. Sed calefacere est agere actione reali, ergo si non moueretur, haberet tamen actionem realem: minor patet. Prima consequentia probatur. Id quod conuenit alicui secundum se, non potest ab eo naturā alterari. Sed lux se: undum se, & ex natura sua est virtus actiua caloris: vt dicit S. Th. 2. di. 14. q. 1. art. 2. ad quintum, ergo calorē causaret, dato qd non moueretur. Dico igitur quod cœlum potest se solo causare formas accidentales in corporibus inferioribus, dato quod non moueretur: non tamen posset causare formas substantiales: quia virtutem generatiuam substantiarū præsertim viuētū non habet ex se, sed tantū ab intelligentia à qua mouetur. Hæc autem virtus recipitur in cœlo eo modo quo virtus agentis principalis recipitur in instrumento. Quæ quidem non recipitur in eo vt habeat esse fixum & permanentem: sed tantū in fieri & per modū formæ intentionalis. Vnde sicut instrumentū non habet talem virtutem nisi dū actu mouetur ab agente principali: ita cœlum non habet virtutem generatiuam substantiarū nisi dū actu mouetur ab intelligentia. Sed contra hanc determinationem arguitur. Primo, nullum corpus mouet nisi motū: vt dicit S. Th. 2. contra Gentiles. cap. 20. Sed cœlum est corpus, ergo non mouet nisi moueatur. Secundò, conditio primi principij nō conuenit cœlo. Sed agere non motum est conditio primi principij: ergo. Tertiò. Remoto eo quod est primū in aliquo genere remouentur omnia alia: vt patet 2. meta. Sed motus cœli est primus in genere motuum: vt probatur 8. physicor. ergo remoto motu cœli remouentur omnes alij motus. Ad primum dicitur quod S. Tho. ibi seipsum declarat dicens quod ratio quare oportet corpus esse motum ad hoc quod agat, est: quia oportet agens & patiens esse simul. Et quia agens non approximat passio nisi per motum si ab eo distet, ideo agens non agit in passum nisi approximetur ei, quod fit per motū. Ex quo patet quod ipse loquitur de corpore distante ab eo in quod debet agere. Ad secundum negatur minor, & dicitur quod esse nō motum potest intelligi dupliciter. Vno modo, quia nulla eius virtus & actio præsupponit actionem priorem à qua dependat, & hoc modo agere non motum est conditio primi principij. Alio modo dicitur aliquid esse non motum, quia non mouetur localiter, & sic dico quod causa secundæ possunt agere aliquos effectus dato quod non moueantur. Ad tertium negatur maior secundum quosdam, quia causalitas quam habet id quod est primum in aliquo genere respectu aliorum quæ sunt eiusdem generis, non est causalitas effectiua: albedo enim non est causa efficiens a-

liorum colorū: sed est causalitas cognitionis, quia per primum cognoscuntur alia quæ sunt eiusdem generis. Et ideo remoto motu cœli non oportet qd naturaliter omnis alius motus desinat esse, sed bene sequitur qd alij motus non cognoscerentur per illū primum motum. Vel est dicendum qd motus localis est primus secundum cursum qui nunc est in vniuerso: & ita intellexit Philosophus: quia etiam putauit qd non sit possibilis alius ordo vniuersi: cum ponat in intelligentia mouere cœlum ex necessitate naturæ: tamen cum hoc stat quod si cœlum quiesceret, quod aliquid ageret: nec alij motus tunc præsupponerent motum localem. Et si alicubi inueniatur dictum aut à S. Tho. aut ab alijs, qd si cœlum stare non causaret calorem neque alteraret, hoc est exponendum de alteratione sufficienti ad generationem formarum substantiarum.

Ad argumenta principalia responderetur. Ad primum dicitur qd omnia eueniunt ex necessitate naturæ: præter ea quæ dependent à libero arbi. & tamen saluatur cum hoc quod aliqui effectus dicantur contingentes secundū philosophos: vt declaratum fuit lib. 6. Ad secundum dicitur qd non oportet quod medium sit capax actionis secundum eandem rationē cum extremo in quo perfecte dicitur esse alteratio, licet sit capax actionis sub aliqua alia ratione, & hoc patet. Nam secundum Philosophum piscis iustepaficit manum mediantē reti: & tamen nō stupet facit rete. Similiter Saturnus agit in ista inferiora causando calorem, non tamen oportet quod causet calorem in orbibus medijs: sed in eis causat aliquid aliud, puta lumen, vel huiusmodi. Ad 3. patet ex dictis in quæst.

Fosca quia quacunque ex vniuo co sit substantia.

Quia locutus est de causa materiali & formali substantiarum sensibilium, nunc querit de causa agente earum. Et hoc facit sicut dicit Commentator vt deueniat ad causam primam agentem. Dicit ergo quod omnis substantia sensibilis generatur ab aliquo agente vniuo co, & hoc sic probat. Omnis generatio est ab vniuo co, ergo generatio substantiarum sensibilium est ab vniuo co. Consequentia patet. Antecedens probatur inductiue, quia omnia quæ generantur, aut generantur à natura, aut ab arte. Ea enim quæ sunt à calu, sicut sunt monstra, non dicuntur proprie genita, sed sunt errores & defectus in natura. Sed omnia quæ sunt à natura, vel ab arte sunt ab vniuo co: ergo omnia quæ sunt, sunt ab vniuo co. Quomodo autem variè exponitur iste textus dicitur infra.

QVÆSTIO XIII.

Vtrum generatio cuiuslibet forma sit ab agente vniuo co.

Varitur decimoquarto. Vtrum generatio cuiuslibet formæ sit ab agente vniuo co. Et videtur quod non. Primò, quia vt arguit Comment. 7. metaph. com. 31. calor generatur à motu. Sed motus non est vniuo co calor, ergo & c. Secundò. Notitia conclusiōum causatur à notitia principiorum, vt dicitur 2. physic. Sed notitia conclusiōum est alterius rationis ab illa, cum hæc sit scientifica & illa non: ergo & c. Tertiò. Raritas causatur à motu & à calore, vt patet ad sensum dum cera calefit, sed raritas non est motus neque calor, ergo & c. Quarto. Animalia generata per putrefactionem, non habent aliquid suæ speciei à quo generentur, ergo eorum generatio non est ab vniuo co.

Respondeo, quod propter auctoritatem Philosophi & euidenti ratione oportet dicere omnem generationem aliquo modo esse vniuo cā, sed quia non est in omnibus perfecta vniuo catio, propterea hanc propositionem Philosophi diuersimode exponunt doctores. Nam Alexander dicit quod Philosophus non solū intendit dicere quod substantia: sicut ab vniuo co, sed generaliter quod omnia quæ generantur, generantur ab vniuo co: quia vt dictum est exponendo textum, omnia quæ generantur, aut sunt à natura aut ab arte, omnia autem talia sunt à sibi cōuenienti: qualis autem sit ista vniuo catio declaratur dicens, quod est cōuenientia in vna ratione communi ad hunc sensum quod omnia naturalia sunt à natura: & artificialia sunt ab arte. Commentator verò dicit quod intentio Philosophi non est dicere quod alia præter substantias generentur ex vniuo co, sed postquam dixit quod substantia generatur ex vniuo co, incipit postea alium sermonem & dicit, vt habet translatio Arabica. Illa vero alia residua, id est, illa quæ non sunt substantia: aut sunt naturaliter, vt sunt acciden-

Ad primū.

Ad scūdū.

Auerrois nō fuit calu esse animatum.

Ad primū.

Ad scūdū.

Ad tertium.

Te. com. 13.

conclusio.

Primatio.

Secūda ratio.

Tex. cō. 89.

Tertiatio.

Quarta ratio.

Alexandri sententia.

accidentia, aut ab arte, aut à casu, ita quòd secundum eum solæ substantiæ sunt à natura: accidentia verò naturalia propriè non dicuntur fieri à natura, sed fieri naturaliter. Sanctus autem Tho. magis consentit Alexandro, & tamen ex sua expositione quodam modo conciliat vtranque illarum expositionum. vt dicatur quòd Philosophus principiè loquitur de generatione substantiarum, cum dicit quòd sunt ex vniuoco: sed ad hoc probandū inducit sermone vniuocalem, dicens quia quæ sunt à casu, sunt ab vniuoco exceptis his quæ sunt à casu: quia casus & fortuna sunt causæ per accidens. Et ita secundum hoc ponitur hæc conclusio. Quarum prima est hæc. Naturalis generatio substantiarum per propagationem est simpliciter & perfecte vniuoca. Sed antequam probetur ista conclusio. Sciendum est quòd cum vniuoca sunt quæ conueniunt in nomine & diffinitione, tunc generatio erit vniuoca quando terminus formalis, & conuenietur etiam terminus productus erit eiusdem rationis cum generante & cum forma eius. Quòd autem aliqua sint eiusdem rationis contingit multipliciter. Aliquòdo enim forme sunt secundum se eiusdem rationis, sed differunt in modo essendi: sicut domus in mente & domus in materia: quia in mente habet esse immateriale & incorruptibile. Ad extra autem habet esse materiale & corruptibile: & propter hoc domus non dicitur de eis omnino vniuocè, & tamen est aliqua conuenientia: quia vt dicit Commen. 12. metaph. com. 24. forma domus in mente aliquo modo est domus. Aliquòdo autem sunt eiusdem rationis non solum in ratione formæ, sed etiam quo ad modum essendi: vt cū ignis generat ignem. Sciendum secundum, quòd licet vniuocatio possit reperiri tam in genere quàm in specie, tamen perfecta vniuocatio est tantum in specie specialissima. Sciendū 3. secundum Themistium, vt recitat Commen. 12. metaph. com. 24. quòd prædicta conclusio est vera cōcurrentibus tribus conditionibus. Quarum prima est quòd tale generans sit principale, & nō instrumentum. Secunda est quòd sit generans propinquum, & non remotū. Tertia est quòd concurrat ad generationem essentialiter, & non accidentaliter. Ratione primi: Sortes non est vniuocus semini. Ratione secundi: Sortes non est vniuocus albo: quia generanti Sortem accidit quòd sit albus. Albertus autē 2. meta. dicit quòd propositio Philosophi intelligenda est de generante coniuncto: quia omne tale est vniuocum genito: aut saltem reducitur ad aliquod vniuocū. Vnde eius verba sunt hæc tracta. primo & capi. 8. Mouens ad sanitatem est ars medicina, & est mouens non coniunctum, mouens autem coniunctum sanitatis est medicina sumpta: & mouens non coniunctum domus, est ars edificatoria, & mouens domus coniunctum est ars in manibus & instrumentis architecti secundum actum & diffinitis. Et post pauca. Omnis forma educitur de potentia ad actum mouente aliquo quòd est conueniens in nomine & ratione. Hoc autem quòd verum si patet, sit ponamus quæ & quot circumstant generationem substantiæ sensibilibus. Sunt autem illa vt in communi dicatur, quinque. Quorum primum & principale est, quod omne quod generatur educitur de potentia ad actum, & potentia de qua educitur, nō est intra materiam: & tamen non est de substantia materiæ. Secundum est: quod omne quod educitur de potentia ad actum extrahitur per aliquid mouens: quod aut genito est vniuocum aut educitur ad vniuocum. Tertium est, quòd omnis motus inferior qui est in materia generabilium reducitur ad motum cæli qui est causa & mensura huius motus per formam intelligentiæ mouentis motum illum, & per formas stellarum & orbis, & per virtutes radiorum. Quartum est quòd nihil fit ex nihilo penitus secundum naturam, sed quæcunque sunt procedunt ex indeterminatis & confusis inchoationibus suarum essentiarū quæ sunt inductæ materiæ. Quintum est quòd nō quodlibet fit ex quolibet, sed omne quod fit procedit ex aliquo sui generis: & hoc genus ambitu suo & extensione ambit id quod fit & suum contrarium, & ideo contraria sunt vnum in radice sui generis: hæc ille. Probat autem prædicta conclusio sic. Primo, quia talis substantia conuenit in nomine & diffinitione cum sua causa, vt dicit Com. 12. meta. c. 13. homo enim generat hominem, & plāta plantam: ergo est vniuoca suæ causæ: Item 7. met. tex. com. 30. dicit Philosophus quòd omne quod fit, fit ex conueniente in nomine. Vbi dicit Com. quòd hoc intelligendum est de his quæ generantur naturaliter à patre & à matre. Secunda conclusio. Non omnis generatio substantiæ aut accidētis, est simpliciter vniuoca: licet omnis sit vniuoca secundum quid. Prima pars huius conclusionis patet. Nam ignis generatur aliquando non ab igne, sed ab alio, similiter aqua & alia elementa. Nā

si ignis corrumpat aliquod mistum, oportet quod fiat resolutio in elementa, & tunc ignis generabitur aquam. Item equus generat mulum, & idem patet in multis aliis. Secunda pars probatur: quia substantia non potest generari nisi à substantia, & accidens generatur ab accidente. Vnde in generatione muli licet equus non generet equum, tamen iumentum generat iumentum. Vnde dicit Alexander sicut recitat Com. 12. met. c. 13. quod intentio conueniens ex qua fit mulus, est natura communis asino, & equæ, & dū Deus producit creaturam, ens producit ab ente. Et quia, vt Com. dicit, forma primi mouentis aliquo modo est omnes formæ, scilicet eminenter. Ex quo patet quòd semper effectus est eiusdem rationis cum causa, aut secundum speciem, aut secundum genus, aut secundum analogiam. Ad primum in oppositum dicitur quòd primus motus est motus cæli quo cessante omnes alij cessarent, & ideo comparantur alij motus ad illum: sicut instrumenta ad agēs principale: vnde saluatur in omni motu aliqua virtus illius primi motus. Quando igitur motus causat calorem, vtiq; causat eū per accidens, si consideretur motus localis præcise in quantum est motus, sed si consideretur in quantum est motus quòd est instrumentum cæli: sic per se causat calorem, & etiam aliquando ignem, vt patet in confirmatione duorum lapidum. Dicitur præterea quòd cum inter corpora dura mediet aer: ex confectione talium corporum ille aer medius rarefit: & per consequens intenditur eius calor. Motus enim localis partium aeris qui rarefit immediate terminatur ad vbi & consecutiue ad raritatem & consecutiue ad calorem. Et ad hunc sensum intelligitur quòd motus causat calorem per accidens, id est, consecutiue. Huius autem generatio non est simpliciter vniuoca, sed secundum quid: quia accidens generatur ab accidente. Propter prædicta dixit S. Thom. 2. de cælo. lec. 5. quòd cum cælum sit primum alterans: consequens est quòd per motum suum & per lucem causet primam qualitatem actiuam, quæ est calor. Causatur autem dupliciter. Primo ex hoc quòd circulariter mouetur ad motum cæli. Ita quòd omnes sphæræ cælestes sunt quasi vnum agens in productione caloris in aere superiori. Secundo causatur calor ab astris & præcipue à sole mediante luce: quæ quidē habet virtutem calefaciendi, in quantum est qualitas primi alterantis: & quia lux magis abundat in sole: inde est quòd sol est maximè potēs ad calefaciendum. Reliqua vero cælestia corpora in quantum participant de lumine (quod est vniuersalis virtus actiua cælestium corporum) habent virtutem calefaciendi: in tantum quòd etiam lumen lunæ est calefactiuum secundum id quòd Philosophus dicit in libro de partibus animalium, quòd noctes plenilunij sunt calidiores. Vnde quidam pisces mouentur ad superficiem aquæ. Quòd autem quædam astra dicantur infrigidare, Comment. dicit 2. cæli, com. 42. hoc non esse per se: vnde reprehendit Auicennam qui dicit quòd stellæ faciunt infrigidationem. Sed in hoc non rectè dicit Auer. quia illud est per accidens in rerum natura, & non per se, quòd non per se producit ab agēte. Sed corpora cælestia sunt actiua eorum quæ sunt in sphæra actiuorum & passiuorum, scilicet frigiditatis & humiditatis & aliarum, huiusmodi qualitarum, ergo si astra non producerent eas per se, ipsa essent effectus per accidens in natura. Et si dicatur quòd si aliqua stella, puta Saturnus, per se infrigidat: sequitur quod in plenilunio noctes non sint calidiores, cuius oppositum dictum est supra. Responderetur quòd consequentia nō valet: quia per lumen receptum in luna quod de se est calefactiuum, impeditur ne virtus Saturni tantam possit causare frigiditatem, quantam faceret si luna non esset perfectè illuminata. Sciendum præterea quòd calor causaturus in aere per motum cæli, intensior est in parte superiori aeris, quàm in inferiori: quia pars superior est proximior cælo calefacti. Calor vero causatus per lumen intensior est in partibus aeris vicinis terræ: quia cum ibi reflectantur radij luminis causati à sole & stellis: consequens est vt intensiorem calorem producat. Ad secundum dicitur quòd licet notitia conclusionis sit alterius rationis secundum speciem à notitia principij, sunt tamen eiusdem rationis secundum genus, quia vtraque est in genere notitiæ. Item notitia principij licet nō sit formaliter notitia conclusio nis, est tamen ipsa virtualiter: quia virtualiter eam continet. Ad tertium, quicquid alij dicat de raritate, dico quòd raritas est qualitas consequens motum localem partium corporis quod rarefit: ita quod huius motum consequitur necessario alius motus qui est alteratio, nempe ipsa rarefactio. Non est autem hic aliqua vniuocatio, quia saltem accidēs est ab accidente. Ad quartū dicitur vt supra, quod sunt ab vniuoco imperfecte in quantum corpus generat corpus. Commentator autem 12. meta. com. 13. dicit quòd in materia

Ad primum.

Ad secundū.

Ad tertium.

Ad quartū.

generatio materia putrefacta est quædam virtus habens vim seminis ad generationem huiusmodi animalium: & propter hoc eorum generatio est aliquo modo ab vniuoco. Alexander autem, vt ibi dicit Com. dicit conclusionem Aristotelis esse intelligendam de his quæ generantur per se: ista autem animalia non generantur per se, sed à casu: quia sunt præter intentionem naturæ particularis. Dum enim ex aqua pluuiali generatur rana præter intentionem aquæ & aeris, est generatio ranæ: quia aqua appetit generare aquam & aer aerem: non autem sunt generata præter intentionem cæli: & hanc expositionem videtur sequi S. Tho. in hoc tex. Themistius verò, vt dicit Com. 12. meta. com. 18. dixit Aristotelem fuisse oblitum facere mentionem de his animalibus.

QVÆSTIO XV.

Verum creatio sit possibilis secundum Aristotelem.

Prima ratio. Q Væritur decimo quinto, vtrum possibis sit creatio secundum Aristotelem. Et arguitur quòd non. Primò. Omni agenti subiicitur materia. Sed creationi non subiicitur materia, cum creatio sit ex nihilo, ergo nullū agens est creans, minor patet. Maior est 1. phy. com. 60. Secundò. Omne agens extrahit ad actum id quod est in potentia: vt dicit Com. 12. meta. com. 44. Sed per creationem non extrahitur ad actum id quod erat in potentia: cum nulla potentia præsupponatur creationi, ergo idem quod prius. Confirmatur: quia omne agens facit compositum transmutando materiam: vt dicitur 12. met. com. 18. per creationē autem non transmutatur materia. Tertio. Omnis potentia actiua est principium transmutandi aliud, 5. met. tex. & com. 17. Sed per creationem nihil transmutatur: ergo nulla est potentia creatiua. Respondeo, quòd creatio potest accipi dupliciter. Vno modo pro productione rei ex nihilo: accipiendo ly ex nihilo, pro termino à quo, vt sit sensus. Id quod erat nihil, esse productum & factum ens: similiter etiam accipiendo ly ex nihilo, pro negatione omnis subiecti productionis rei: vt sit sensus, quòd res productur ex nihilo, id est, ex nullo subiecto sue productionis. Alio modo accipitur creatio pro productione totius entitatis rei ex nihilo cum nouitate: vt dicatur isto modo tantum illud creati quod habet esse post non esse, de hoc modo creationis locus est Comment. 12. metaph. com. 18. vbi dicit, Dicentes autem creationem, dicunt quod agens creat totum ens de nouo ex nihilo, & quòd non habet necesse ad hoc vt sit materia in quam agat, sed creat totum. Nunc dico ad quæst. quod secundum Aristotelem datur creatio vtraque modo. Et quidem quòd datur creatio primo modo patebit sequenti quæstione vbi probabitur, quod intelligentiæ sunt à Deo effectiue: quod non potest esse nisi per creationem. Vnde S. Thom. 8. phys. lec. 2. exponens textum commenti dicit: Aristoteles non negauit creationem, nisi quod ad nouitatem essendi. Et Commen. 2. metaph. com. 1. dicit quòd nihil est ociosum in fundamento naturæ, id est, creaturæ: quòd vtrique nō diceret nisi aliquid in rerum natura esset creatum. Sed quòd etiam secundo modo oporteat concedere creationem secundum doctrinam Aristotelis, probatur supponendo. Primò quòd anima intellectuua est immortalis secundum ipsum, vt dicit 12. meta. tex. com. 17. Supponitur secundo, quòd anima plurificatur secundum pluralitatem corporum, & quòd non est eadem anima in omnibus hominibus secundum ipsum, vt probatur in aliis quæstionibus, licet hoc ei attribuat Commentator. Supponitur tertio quòd anima intellectuua non educitur de potentia materiæ: alioquin esset corruptibilis. Supponitur quarto quòd animæ non fuerunt ante corpora ab æterno, secundum Aristotelem, imo ipse in hoc reprehendit Platonem: ex his arguitur sic. In quolibet homine est anima intellectuua distincta ab anima cuiuslibet alterius hominis qui est vel fuit, per secundum præsuppositum. Sed animæ intellectuue non fuerunt ante corpora, per quartum præsuppositum: ergo inceptum de nouo esse. Sed non inceptum per generationem, cum non sint educæ de potentia materiæ per tertium præsuppositum, ergo per creationem. Et ad hunc sensum dixit Philosophus in libro de animalibus, quòd intellectus est de foris adueniens. Secundò arguitur ex dictis Commen. 7. meta. com. 31. vbi tangit quæstionem à quo generentur animalia quæ sunt per putrefactionem, & adducit opinionem Auicennæ & Themistij dicentium, quòd eorum formæ sunt ab intelligentia dactrice formarum. Introdicit etiam opinionem Platonis, quòd omnia generabilia sunt ab ideis & formis separatis. Et postea ipse de mente Arist. dicit quòd non oportet

propter generationem istorum generabilium ponere aliquam substantiam abstractam, dantem eis formas: quia ad hoc sufficit agens quod est in materia. Postea vero subdit causam quare oportet ponere agens aliquod sine materia, sic dicens: Mouit Aristotelem ad ponendum mouens separatum à materia in factioe virtutum intelligentium: quia virtutes intellectuales apud ipsum sunt non mixtæ cum materia, vnde necesse est vt illud quod est nō mistum cum materia, generetur quouo modo à non misto cū materia simpliciter, quemadmodum est necesse, vt omne mistum cum materia generetur à misto cum materia. Ex quibus apparet secundum ipsum, & Aristotelem, quòd virtutes intellectuales quæ sunt extra materiam sunt factæ: constat autem quòd non possunt esse factæ nisi per creationem. Dicunt aliqui quod Com. in hoc loco per virtutes materiales accipit actualemente intelligentiam substantiarum materialium: quæ de se sunt intellectæ: tantum in potentia: vnde oportet ponere intellectu agentem qui sit virtus abstracta à materia vt faciat eas intellectas in actu. Sed quod ista expositio sit extorta patet. Primò quia Philosophus & Com. loquuntur tantū de productione substantiarum. Secundò, quia dicit Com. quod virtutes intelligentes sunt factæ: constat autem quod actualis intellectio non est intelligens: sicut neque calefactio est calefaciens. Similiter quod quidditates rerum materialium dum abstrahuntur per intellectum agentem à conditionibus materialibus, non sunt virtutes intelligentes, sed sunt res intellectæ: ergo per virtutes intelligentes accipit substantias abstractas, quæ omnes sunt naturæ intellectualis. Aliæ rationes pro ista conclusione ponentur etiam quæstione sequenti.

Ad primum in oppositum dicitur quod duplex est agens, sicut etiam est duplex potentia actiua. Nam aliqua est quæ abstrahit à ratione transmutationis & motus, ita quod producit effectū suum in instanti & præter hoc nullum etiā motum præsupponit in causando: & ista magis propriè dicitur productiua quàm actiua. Alia est potentia actiua quæ non agit nisi mediante motu, Prima potentia conuenit primæ causæ. Secunda autem conuenit intelligentiis & agentibus physicis: & de huiusmodi agente est vera maior: & ad hoc propositum posita est ibi à Com. Intendit enim probare quod materia est ingenita: quia omne agens scilicet quod est generans præsupponit materiam. Et ad hunc sensum, scilicet de tali agente, dicitur primo de generatione. tex. & com. 45. quod omne agens est mouens: & 2. phy. tex. & com. 29. quod agens est vnde principium motus. Ad secundum dicitur quod maior est vera tantum de agente dependente: & hoc sufficit ad propositum Com. qui ibi reprehendit Auic. dicentem, quod vna intelligentia producit aliam. Ipse autem probat quòd non: quia omne agens dependens ab alio, extrahit de potentia in actu. Et per idem dicitur ad confirmationem. Ad tertium dicitur quòd Philosophus non intendit dicere aliud, nisi quòd potentia actiua est principium agendi in aliud: eo quòd nihil agit in seipsum primo & per se, sed quia operatio quæ est cum motu est nobis magis nota quàm ea quæ est sine motu: ideo diffiniuit potentiam actiuam per esse principium transmutandi. In 9. autem meta. tex. com. 1. quasi declarans suam intentionem dicit, quòd potentia se habet in plus quàm potentia quæ est per motum.

Ad primum.

Ad secundum.

Ad tertium.

QVÆSTIO XVI.

Verum vnum primum principium esse, à quo omnia alia sint producta, Aristoteles & alij Philosophi crediderunt.

Q Væritur 16. Vtrum Arist. & alij Philosophi crediderint esse vnum primum principium, à quo omnia alia sint producta effectiue. Et videtur quòd non. Primò. Nullum formaliter necessarium habet causam efficientem, quia quod est ab alio potest non esse: & per consequens non est necessarium. Sed omnis intelligentia est formaliter necessaria, vt vult Philosophus 9. metaph. tex. com. 21. & 22. & 12. meta. tex. com. 41. ergo secundum ipsum nulla intelligentia est ab alio effectiue: minor patet. Maior licet sit probata, tamen etiam probatur: quia si aliquid est necessarium nō potest non esse: & potest semper esse. Id autem quod est ab alio factum potest non esse: & per consequens sequitur quòd id quod semper est, potest aliquando non esse. Secundò. Nullum æternum est genitum, & per consequens non habet causam efficientem. Sed cælum & intelligentiæ & materia prima sunt entia æterna: ergo nullum eorum est ab alio effectiue. Maior est Philosophi 1. cæli, & Com.

Ad primum.

Secunda 2a.

Commen. com. 4. vbi dicitur quod omne generabile in tempore præteritum est non ens, & per consequens non est æternum. Minor quo ad singulas partes probatur. Nam philosophus 8. physico. probat motum cæli esse æternum: ergo multo magis ipsum cælum esse æternum, & 1. cæli. com. 109. probat Com. mundum non esse factum. De materia etiam probat Philosophus 1. physico. quod sit æterna: quia nihil est ex quo materia fieri possit: alioquin materia esset æternam fieret. Vnde eius verba sunt hæc: Si enim fiat, scilicet materia, subiici aliquid oportet primū ex quo fieri: hoc autem est hæc natura, scilicet materia, quare esset æternam fieret. De intelligentiis etiam quod crediderint eas esse æternas, patet 8. physico. in fi. & 12. metaphysica. Tertiū. Sinon essent aliqua entia improducta: sequitur quod ex nihilo aliquid fieret. Sed hoc est contra Philosophum: ergo sunt plura entia improducta. Consequentia patet: quia intelligentiæ non possunt esse factæ ex aliquo: cum non habeant materiam: vt probatur 12. meta. Falsitas consequentis probatur. Nam per illud principium Philosophus 1. physico. probat materiam non esse factam, & ibi Comment. com. 62. & 8. physico. dicit quod existimant aliquid posse fieri ex nihilo, existimant impossibilia posse esse. Et 1. cæli. com. 49. dicit quod nullus antiquorum dicebat mundum esse generatum ex nihilo, quoniam est inopinabile & impossibile. Probatur etiam ratione. Nam per Commen. 1. physico. com. 70. & comment. 60. si aliquid posset fieri ex nihilo, sequitur quod non ens moueretur: vel quod aliquid esset mutatum quod prius non mouebatur: sed vtrumque est falsum, ergo &c. Falsitas consequentis patet. Et primo quidem quantum ad primam partem, quoniam motus est actus existentis in potentia, ergo non est actus non entis simpliciter. Probatur etiam quantum ad secundam: quia 6. physico. demonstratur quod ante quodlibet mutatum esse fuit aliquod mutari: Consequentia probatur. Nam si aliquid sit ex nihilo, vel sit per motum & successiue per partem ante partem: & sic ille motus esset sine mobili: & per consequens non ens moueretur, vel fieri subito vt habeat solum factum esse, & non fieri: & sic aliquid erit factum quod prius non fiebat: & mutatum quod prius non mouebatur. Confirmatur: quia cum dicitur aliquid fieri ex nihilo, aut ly ex, est nota subiecti siue materia: aut est nota termini à quo. Non primū, quia nihil non est materia. Non secundum: quia tunc dicitur aliquid fieri ex nihilo, talis esset sensus qualis est, cum dicimus, album fieri ex nigro. Sed hoc est tantum per accidens: quia subiecto quod dealbatur accidit quod sit nigrum, & sic oporteret quod ipsum nihil accideret alicui ex quo factum est aliquid. Confirmatur adhuc, quia impossibile est naturam vnus contrarij mutari in naturam alterius: ergo multo magis impossibile est ipsum nihil mutari in aliquid. Et propter hoc concludit Com. 8. physico. com. 9. quod impossibile est ex nihilo aliquid fieri. Quartū principium arguitur, quia Com. 4. cæli. com. 1. sic dicit: Res æternæ non habent agens nisi secundum similitudinem, neque habent ex quatuor causis nisi formalem & finalem, & 12. meta. com. 44. dicit quod intelligentiis non est actio neque consecutio, ita quod vna sit ab alia. Quintū, quia Philosophus vbi cuiusque diffinit causam agentem, diffinit eam per esse principium motus: vt patet 2. physico. & 5. meta. ergo secundum eum omne efficiens agit per motum. Sed æterna non possunt esse per motum producta: alioquin non esset æterna: ergo &c. Confirmatur etiam, quia secundum eum omnis potentia actiua est principium transmutandi aliud in quantum aliud.

Respondeo quod circa hanc questionem nulli debet esse dubium quin aliqui Philosophi crediderint esse tantum vnus principium improductum. Nam Auicenna. 9. metaph. cap. 4. dixit Deum immediate produxisse vnus intelligentiam, & ea mediāte alias: sicut etiam recitat Comment. 12. metaph. com. 42. Quid autem senserit Arist. non est omnino ita expressum ex verbis eius: & ideo Peripatetici vici multum dissident circa hanc materiam, quibusdam dicentibus quod Philosophus & Comment. putauerunt cælum & intelligentias non esse à Deo effectiue, alijs autem dicentibus quod crediderint Deum omnia produxisse: quæ opinio etiam mihi magis placet, cum fuerit etiam opinio S. Tho. 2. dist. 1. & 8. physico. vbi dicit quod Arist. non negat creationem nisi quo ad nouitatem essendi. Scorus etiā fuerit sententia Arist. probatur. Primū, quia Philosophus 8. metaph. com. 4. dicit quod maximè verū est causa veritatis aliorum, & maximè ens est causa esse aliorum, sicut ignis quia est maximè calidus, est causa caliditatis in alijs. Et assignat causam huius in principio illius textus, dicens quod vnusquodque principiorum propriè est causa eorum quæ conueniunt in nomine & diffinitione. Nec

valet responsio eorum qui dicunt quod Philosophus loquitur tantum de principiis scientiarum: quia principia sunt causa veritatis conclusionum. Licet enim Philosophus loquatur principaliter de principiis scientiarum: vt dicit Comment. in fine illius commenti: tamen loquitur etiam consequenter de principiis rerum: vt patet ex suo exemplo. Et hoc patet etiam quia Commenta. sic ait: Oportet quod maximè verum sit causa veritatis rerū quæ sunt post. Ecce quod dicit rerum, & non dicit conclusionum. Et post ea subdit, prima causa omnium entium vt declaratum est in scientia naturali. Et ideo isti coacti sunt dare aliam responsionem dicentes, quod non sequitur, primum principium esse causam omnium, ergo est causa efficiens: potest enim esse causa finalis, & sic intelligit Comment. Sed quod loquatur de causa agente, probatur ex his quæ sequuntur. Nam subdit. Illa causa est magis digna & in esse & in veritate quam omnia entia. Omnia enim entia non acquirunt esse, & veritate nisi ab illa causa. Constat autē, quod acquirere esse ab aliquo, est esse ab eo effectiue. Si enim loquere tur de causa finali, non diceret quod acquirunt esse ab illa: sed quod acquirunt esse ad illam, id est, quod ordinantur ad illam tanquam ad finem. Præterea loquens postea Commenta. de ista prima causa sic ait: Est igitur tantum ens per se, & verum per se, & omnia entia & vera per esse & veritatem eius, si autem essent improducta, tunc essent entia per se, & non essent per esse & veritatem alterius. Et si dicitur, quod Philosophus in eodem loco dicit quod principia eorum quæ semper sunt non habent causam: per ea autem quæ semper sunt intelligit corpora celestia: vt dicit Comment. ergo cum loquatur de principiis in plurali: sequitur quod multa sunt principia non habentia causam. Dicendum est primo quod iste textus non potest esse contra propositum: quia aut Philosophus loquitur de causa efficiēte, aut finali. Si de causa efficiēte sequitur quod secundum Philosophum cælum habeat causam efficientem. Si de finali, sequitur quod multa sunt quæ non habent causam finale: quod est expressè contra Philosophum 12. metaph. Debemus igitur per principia eorum quæ semper sunt, intelligere non quidem aliqua distincta in re, sed diuinū intellectum & voluntatem: in quibus prima causa quæ est Deus, agit extra. Vel dicendum quod Philosophus intēdit dicere quod principia corporum celestium non habent productionem ea per motum aut transmutationem. Secundū, arguitur ex verbis Comment. in libro de substantia orbis cap. 2. circa medium: vbi sic dicit: Debes scire quod istud corpus celeste non indiget virtute mouente in loco tantum, sed & virtute largiente in se & in sua substantia permanentiam æternam: quoniam & si sit simplex & non habeat principium ad corruptionem, tamen est finita actionis virtus. Constat autem quod largiri alteri esse, pertinet ad causam efficientem. Ad hanc autoritatem dicit aliqui quod largiri esse alteri: potest esse duobus modis, vno modo productiue: & sic non intelligit Com. Alio modo formaliter. Nam etiam forma dicitur dare esse: & ad hunc sensum accipienda sunt verba Commentatoris. Sed ista expositio est valde extorta, quod patet: Primo, quia licet forma det esse: nunquam tamē apud Aristotelem repertum est quod dicat formam largiri esse, sed hoc dicit tantum de causa agente. Secundū, quia vt patet ex prædictis verbis Comment. illa causa largitur permanentiam æternam, quæ etiā largitur ei motum. Sed cum dans ei motum æternum non sit forma eius dans ei esse formaliter: cum tam ipse quàm Philosophus probauerint talem causam esse ab omni corpore separaram 8. physico. & 12. metaph. ipse Comment. dicit quod intelligentiam mouens cælum non vnitur ei secundum esse, ergo oportet quod ratio intelligat de largiente esse effectiue. Tertiū, quia tota ratio quam ponit Comment. quare cælum indiget tali virtute dante permanentiā æternam est: quia cælum est finita virtutis. Non potest autem dici quod sit finita virtutis secundum durationem cum sit æternum secundum ipsum primo cæli, sed tantum quia est finita virtutis intensiue. Sed forma cæli est etiam hoc modo finita virtutis: ergo talis forma non est illa quæ sufficiat ei largiri permanentiam æternam. Sed sequitur quod oportet esse aliquid aliud quod ei largiatur permanentiam æternam. Quartū, quia causa largiens alicui permanentiā, est causa ipsum conseruans. Sed nec Philosophus nec Comment. inueniuntur diffinisse causam formalem in causam dantem esse, & causam conseruantem. Hanc autem distinctionem faciunt de causa agēte, vt patet 2. physico. ergo prædicta verba eius intelligi debēt de causa agēte: Tertiū arguitur ad principale propositum. Comment. in eodem cap. parum infra dicit: quod finis significat agēs significatione materia, vel vt alij rextus habent, significatione necessaria: sicut motus significat mouens. Et post pauca

Tertiaratio

Quarta ratio

Quinta ratio

Aui. sententia

Laudo.

Conclusio

Te. co. 42.

Quid senserit Aui.

Te. co. 37.

Auc. sententia

paucā subdit, quod quidam dixerunt Aristotelem non dicere causam agentem cælum, sed tantum causam mouentem. Et istud fuit valde absurdum: & non est dubium in hoc quod agens ipsum est mouens ipsum. Quod enim mouet ipsum motu proprio, est illud quod largitur ei dispositiones per quas acquirit motum proprium: hæc ille. Quæ omnia cum sint clara, & expositione aut glossa non indigeant, patet expressè tam Philosophum quàm Commen. voluisse Deum esse causam substantiæ cæli & intelligentiarum. Sed pro responsione ad argumenta. Sciendum est quod vt dicit Comment. in eodem cap. & Auicenna 1. sufficientia, cap. 2. duplex est agens. Aliquod enim est quod est prius tempore suo effectu, siue re acta: & hoc est omne agens per motum: quia cum inter agens & actum mediet motus, & omnis motus tempore mensuretur, oportet inter causam & talem effectum mediare tempus. Aliud est agens, quod non est prius acto secundum tempus, sed tantum natura: & hoc est agens non per motum, sed subito: & per quādam emanationem & fluxum simplicem effectus à causa, & per hoc dicitur quod Philosophus & Com. si alicubi videntur negare cælum & materiam, & intelligentias habere causam agentem: hoc intelligunt tantum de causa agente per motum vel transmutationem.

Ad singulas tamen rationes responderet. Ad primum dicitur quod res habens causam efficientem, habet esse sibi ab altero acquisitum: & per consequens esse non conuenit ei ex natura sua præcisè accepta: sed potius quod non sit: & ad hunc sensum conceditur maior. Sed ex hoc non sequitur quod hæc propositio possit aliquando esse vera: omne productum ab alio non est: quia vbi ponitur causa necessaria producere effectum: tunc effectus non potest non esse. Sed hoc non est ex eo quod non esse repugnet effectu, sed quia causa non potest producere. Et per hoc patet ad probationem. Nam ista non est vera vt patet ex dictis. Perpetuum potest non esse, nisi in sensu diuiso: & per consequens non potest poni in esse per istam, perpetuum non est, sed per istam, hoc potest non esse, demonstrato aliquo æterno: siue per istam, huic non repugnat ex natura sua non esse. Ad secundum dicitur quod Aristoteles in libro de cælo, non intendit probare mundum à nullo esse effectiue: sed intendit solum probare quod non est productus per generationem, quia mundus est æternus, repugnat autem rei æternæ quod per generationem producta sit. Cuius ratio est, quia generationem præcedit alteratio quæ tempore mensuratur: & per consequens ante omnem rem genitam est tempus: ex quo sequitur quod talis res non est æterna. Ad tertium dico quod primi Philosophi, præsertim Anaxagoras, dixerunt ex nihilo nihil fieri. Et hoc existimauerunt verum non tantum in rebus compositis: sed etiam in formis materialibus: propter quod vt non concederet formam fieri ex nihilo, posuit lationem formarū. Aristot. autem quantum ad tales formas, partim consentit Anaxagoræ & partim dissentit. Dissentit quidem: quia non posuit formas latitare, sed eas esse in potentia materia. Consentit autem, quia dicit nullam talem formam fieri ex nihilo: cum fiat ex aliquo præsupposito, scilicet ex materia: non tantum ex qua: sed tanquam in qua, siue non intrinsecè, sed subiectiue. Non igitur negat Philosophus quin ex nihilo aliquid fiat: sed dicit quod hoc non potest esse in illis quæ fiunt per generationem: quia generationi præsupponitur materia: & motui præsupponitur ens in actu. Et ad hunc sensum accipienda sunt verba Commen. Ipse enim reprehendit eos qui dicebant, mundum esse genitum & productum per motum & transmutationem: & tamen esse factū ex nihilo. Ad rationem autem negatur consequentia: & dicitur quod ea quæ fiunt ex nihilo, fiunt subito & in non tempore. Ad improbationem dicitur quod Philosophus 6. physico. probat quod ante omne mutatum esse, est aliquod mutari in his quæ fiunt per motum: sed non est verum in his quæ fiunt in instanti: quia talia simul fiunt & facta sunt, vt dicit ipse Philosophus 8. physico. & Commen. in de sensu & sensato. Et 7. physico. com. 37. Ad primam confirmationem dicitur quod ly ex, potest dicere habitudinem materia: non quidem positiuè: vt sit sensus, quod ipsum nihil, sit materia eius quod sit: sed negatiue: vt sit sensus, quod res sit & non sit ex aliqua materia. Potest etiam dicere ordinem vt sit sensus: sit ex nihilo, id est, post nihil eo modo quo dicitur quod dies sit ex nocte. Et hoc non est fieri per accidens, sed per se, quia inter talia est ordo per se. Et iste ordo inter ens, & nihil est rationis tantum, cum alterum extremum, scilicet ipsum nihil, sit non ens. Ad secundam confirmationem dicitur ipsum nihil non mutatur in ens, quia productio rei ex nihilo non est propriè motus nec mutatio, sed simplex emanatio effectus à causa. Sed tamē verum est quod illa res quæ nunc est ens: prius non erat ens. Ad

quartum dicitur quod productum eorum rerum quæ fiunt ex nihilo, non dicitur propriè agens, quia agens proprie dicitur, agit actione quæ est motus aut mutatio: ipsum tamen dicitur agens similitudinariè: quia ita dat esse suo effectui per simplicem productionem, sicut agētia per motum. Et per hoc patet etiam responsio ad quintum: Philosophus enim non diffinit vniuersaliter causam efficientē, sed tantum causam agentem per motum: quia huius causæ sunt nobis magis manifesta: vnde Aui. 1. lib. suæ sufficientia, ca. 2. dicit quod illa diffinitio non est nisi agentis physico.

QUESTIO XVIII.

Vtrum omnia esse effectiue à Deo possit probari ratione merè naturali.

Varitur decimosextimè. Vtrum stando præcisè in ratione naturali, probari possit quod omnia sint à Deo effectiue. Et videtur quod non. Primò. Quidditates rerum non habent causam productiuam: ergo non potest demonstrari quod ab alio sint effectiue. Consequentia patet: quia nullum falsum demonstratur. Antecedens probatur. Si haberet causam, sequitur quod de eis posset formari quæstio de tali causa: puta quærendo quare homo est homo. Sed nulla talis quæstio de eis fieri potest, vt vult Philosophus 7. Meta. tex. com. 57. vbi dicitur quod nulla est causa quare homo sit homo, nisi omnia dato identitas subiecti & prædicati. Confirmatur quia etiam S. Tho. probat quod esse distinguitur ab essentia ex hoc quod esse conuenit rebus per causam, & quidditas non. Confirmatur secundo, quia per productionem ipsa essentia acquiritur: ergo essentia non producitur, sed tantū esse producitur in essentia. Secundo. Si tota entitas cuiuslibet rei est effectiue à causa prima, accipio totam entitatē Sortis: & arguitur sic, Sortes autem quæ produceretur nullam haberet entitatē: ergo si tunc forma esset, ista propositio, Sortes est nihil: ipsa fuisset vera: sed nihil & non ens æquipollent: ergo etiam ista fuisset vera, Sortes est non ens. Tunc vltra, ergo per cōuersionem simplicem ista fuisset vera: non ens est Sortes. Sed quicquid est Sortes est aliquid: ergo non ens erat aliquid: quod est dicere cōtradictoria. Tertiū. Quicquid naturaliter probari potest ab aliquo Philosopho est probatio. Præsertim ab Aristotele, de quo dicit Com. 1. physico. In fine proficorum & in multis alijs locis vt 3. de anima. com. 14. & ca. 1. de substantia orbis: quod ipse fuit quasi regula in natura: & quod intellexit omnia quorum natura est capax. & quod nihil vaquā dixit sine forti probatione: & quod sermones eius sunt maximè remori à contradictione. Sed nulli inuenitur Aristotele expressè probare, aut dicere quod omnia sint à primo principio effectiue: alioquin non esset tanta dissensio inter doct. quid senserit Philosophus circa materiam istam: ergo &c. Quartū. Cuiuslibet potentia actiua correspondet aliqua potentia passiuā: alioquin agens posset aliquid agere: & non daretur potentia possibile fieri. Sed potentia passiuā correspondens: agens non producitur ab eo: cum præsupponatur actioni eius: ergo datur aliqua entitas, quæ non est effectiue à prima causa.

Respondeo quod per causam primam possumus duo accipere. Vno modo vt dicatur causa prima illa quæ non habet causam nobiliorem se. Alio modo vt dicatur causa prima illa quæ non solum non habet causam nobiliorem supra se: sed etiam illa quæ omnibus alijs est dignior. Et vtroque modo Deus est causa prima & non solum primo modo. Ad quem sensum loquendo de causa prima dico, quod potest demonstratiue probari, omnia alia esse ab ea effectiue. Et primo sic. Si essent duo improducta, a, & b, sequitur quod vtrique eorum conueniret esse primo & per se. Sed impossibile est quod aliquid continerit duobus primo & per se, ergo non possunt esse duo improducta. Maior patet. Tum quia vtrumque ponitur habere esse independentens. Tum quia id quod cōuenit alicui & non conuenit ei per causam, conuenit ei primo & per se: vt ly per se, excludat per accidens: & ly primo excludat per aliud. Minor probatur: quia primo & per se siue vniuersaliter posterioritatem, quod idem est, dicitur illud quod conuenit alicui subiecto: & nulli conuenit nisi per tale subiectum. Vnde dicitur primo posteriorio. vniuersaliter dicitur: est non per aliud, sed per ipsum alteri conuenit. Ex quo patet quod omne conueniens alicui primo & per se, per nullam causam conuenit ei: & nulli cōuenit nisi per ipsum: ergo nihil cōuenit duobus: primo & per se. Cōfirmatur, quia illud quod conuenit primo & per se alicui, conuenit ei ad æquā: sicut si bilitas homini: & triangulo haberet tres angulos. Sed si conueniret duobus, nulli eorum conueniret ad æquā.

Prima ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Conclusio. Vnde dicitur vnde demonstratur.

Te. co. 3.

quia quodlibet eorum excederet. Nam excedit a, quia
 non solum conuenit ei, sed etiam b, & excedit b, quia conue-
 nit a, ergo est impossibile qd aliquid conueniat duobus pri-
 mo & per se. Secundo. Cuiuslibet potentia correspondet
 aliquod adaequatum obiectum: vt dicit Philosophus 2. de ani-
 ma, cuius ratio est, quia ex unitate obiecti adaequati po-
 tentia habet unitatem & distinctionem: & hoc est verum
 generaliter in omnibus. Potentia n. calefactiua habet pro
 adaequato obiecto calefactibile: & potentia visua visibile:
 & ita de alijs est dicendum. Nec potest negari ista proposi-
 tio ab aliquo exercitata in Philosophia. Tale autem obie-
 ctum respicit primo potentiam quae ei adaequatur, ita quod
 nulla inferior potest in eam ferri sub ratione ita vniuersali.
 Quia enim adaequatum obiectum intellectus est ens in qua-
 tum ens licet potentiae inferiores possint apprehendere ali-
 quod ens, pura visus colore, non tamen potest ipsum ap-
 prehendere sub ratione entis, sed sub ratione aliqua infe-
 riori ad ens, pura sub ratione albi vel nigri, vel etiam ipsius
 coloris: & quae est ratio suprema quam respicit visus, nec
 superiorem habere potest. Sed in Deo est potentia actiua
 sua productiua infinita, ergo correspondet ei adaequatum
 obiectum: tale autem non potest esse aliud nisi ipsum ens
 possibile esse: ita quod haec potentia potest in omne possi-
 bile siue in omne ens, cui non repugnat esse, alioquin non
 esset infinita: quia si hoc non esset, tunc daretur aliquid in
 quod ipsa non potest: ergo nullum est ens, cuius potentia
 diuina non sit productiua. Quod autem eius virtus sit in-
 finita, probatur inferius: sequitur ex hoc quod nulla
 causa secunda possunt causare esse, nisi in virtute causae
 primae: quia nulla earum primo respicit rationem entis: &
 ideo ipsae dicuntur determinare ens: gratia exempli. Ignis
 generat ab igne habet ab igne generante quod sit ignis:
 quod autem sit ens, habet a virtute causae primae: qua me-
 diante ignis generat. Tertiò. Omnia dependent essentialiter
 a prima causa: ergo omnia sunt ab ea effectiue. Antece-
 dens est Philosophus 12. Met. in fine dicentis quod tota na-
 tura a prima causa dependet. Et probat ex hoc: quia omnia
 sunt in ordine vniuersi. Consequentia etiam patet, quia
 dependere ab aliquo essentialiter est non habere esse nisi
 per ipsum. Ad hanc rationem aliqui negant consequen-
 tiam: quia potest dependere essentialiter, non tamen tan-
 quam ab efficiente, sed sufficit quod tanquam a fine. Sed
 contra arguitur. Tum quia omne habens causam finalem
 habet causam efficientem vt probabitur infra. Tum quia de-
 pendentia finis est dependentia ad, & non ab. Philoso-
 phus autem dicit quod omnia dependent a prima causa: &
 non dicit ad primam causam. Ista rationes habentur par-
 tim clare, partim electiue a S. Tho. Adducuntur ab alijs a-
 liae rationes quae videntur non concludere. Quidam sic ar-
 guunt. Si essent duo improducta a, & b, tunc a, intelligeret se
 tantum quantum est intelligibile: & similiter intelligeret
 b, quantum est intelligibile. Sed vtique istorum est infi-
 nitum: ergo a, haberet duo obiecta infinita: & per consequens
 duo adaequata: quod est impossibile. Ista ratio non cogit
 quia obiectum potest dici adaequatum dupliciter. Vno mo-
 do in perfectione: & sic vna potentia potest habere non
 tantum vnum, sed etiam plurima obiecta tantae perfectio-
 nis, imò etiam maioris quam ipsa sit. Alio modo dicitur
 adaequatum secundum praedicationem: & sic vna poten-
 tia habet tantum vnum obiectum: quod probatur de om-
 nibus in quibus ipsa est. Dico autem quod a, & b, essent adae-
 quata intellectui ipsius a, primo & non secundo modo:
 quia a, & b, conueniunt in vna ratione obiecti, scilicet in
 ente. Secundo arguunt, a, & b, esset idem necesse esse: & ta-
 men inter se essent distincta: cum autem a, secundum se
 totum sit necesse esse: sequitur quod habet duas rationes
 necesse esse, scilicet illam quae sibi est propria: & illam in
 qua conuenit cum b. Sed haec quoque ratio non cogit. Na
 de facto Deus & angelus sunt substantiae: & tamen distin-
 guuntur: sequitur ergo, si illa ratio valet: quod Deus habet
 duas rationes quibus est substantia, scilicet illam quae sibi
 est propria: & illam qua conuenit cum angelo. Adducen-
 tur quodammodo infinitae rationes a diuersis, quae omnes
 sunt tantum probabiles: & nullas inuenio quae mihi videan-
 tur ita effectus, stando in ratione naturali, quantum sunt
 illae quae supra sunt posita.

dictum fuit quae est. 9. septimi. Ad secundum dicitur quod
 ly non ens, siue nihil, potest dupliciter accipi. Vno modo
 accipitur sicut dictio infinita. Alio modo vt significat hoc
 complexum nullum ens. Et vtroque modo dico, quod adae-
 que productionem. Sortes ista non erat vera. Sortes est non
 ens nisi forte ad hunc sensum, Sortes producentis est non
 ens. Et cum inferitur, ergo non ens est Sortes, dico quod
 ipsa erit vera prout ly non ens, significat non existens: vt
 sit sensus, natura quae nunc non est sub actuali existentia,
 in tali supposito, aliquando erit illud suppositum existens.
 Ad tertium dicitur, qd Aristot. cognouit omnia esse a Deo:
 & expressè dicit 12. Metaph. Et ex principiis eius demon-
 stratiue probatur vt patet in prima & secunda ratione po-
 sita supra. Ad quartum dicitur qd maior est falsa, loquendo
 de potentia actiua infinita: quia talis causae omnem en-
 titatem & nihil praesupponit. Ad probationem dicitur, qd
 non est ad propositum, licet enim nihil producat quod non
 sit possibile produci: illud tamen non est possibile per po-
 tentiam passiuam, sed per potentiam actiuam agentis.

Ad secundum.
 Ad tertium.
 Ad quartum.

QUESTIO XVIII.

Vtrum prima causa possit omnem aliam entitatem
 a se immediate producere.

Varitur 18. An prima causam qua supra probauimus
 omnium effectiua, possit omnem entitatem aliam a se im-
 mediate producere: ita quod ista questio non est de causali-
 tate in se, sed de modo causalitatis. Et videtur qd no. Primò.
 Deus non potest immediate producere entia contingen-
 tia: ergo non potest immediate producere omnem esse.
 & Consequentia patet. Antecedens probatur. Princi-
 pium necessarium & omnino perfectum nihil respicit im-
 mediate contingenter. Sed prima causa est principium om-
 nino necessarium & simpliciter perfectum: ergo. Minor
 patet ex dictis supra. Maior probatur. Si effectus immedi-
 atus talis principij posset esse contingens, posset in eo assi-
 gnari nouitas essendi: quia contingens non semper fuit.
 Sed in tali effectu non potest esse nouitas: ergo nec con-
 tingentia. Maior patet. Minor probatur. Aut illa nouitas es-
 set, quia principium nunc aliter se habet quam prius: &
 hoc non cum ponatur omnino esse necessarium. Aut esset,
 quia aliquid non impedit ipsum, & ante impediatur ad a-
 gendum: vel quia oportet aliquam aliam causam cum eo
 concurrere, quae ante non concurrebat. Et hoc esse non po-
 test, cum ponatur esse omnino sufficiens: ergo &c. Secun-
 do. Si posset omnem effectum producere sine causa secun-
 da, sequitur quod posset facere: quod causa secunda non
 haberent actiones suas. Sed hoc est falsum: ergo &c.
 Consequentia patet. Falsitas consequentis probatur: quia
 Commen. 9. Met. comm. 1. dicit: quod cum optina non ha-
 beat actiones suas, non habet etiam essentias proprias. Sed
 primu principiu non potest secundu Philosophu destrue-
 re essentias reru aeternarum, ergo non potest remouere eas
 a suis actionibus. Tertiò. Si posset agere prae ordine
 causarum secundarum, sequitur quod erdo in causis non
 esset simpliciter necesse esse, & per consequens nec esset
 essentialis: cuius oppositum vult Philosophus 2. Metaphy-
 sic. Quarto. Philosophus probat 8. Physicor. quod nulla
 potentia infinita potest immediate mouere aliquid corpus
 in tempore, ergo Deus non potest immediate causare mo-
 tum. Quintò. Nullum separatum a materia potest imme-
 diate transmutare materiam ad formam: vt probat Philo-
 sophus 7. Metaph. ergo prima causa non potest immediate
 causare formas materiales.

Ad primu.
 Ad secundu.
 Ad tertiu.
 Ad quartu.
 Ad quintu.

Respondeo, quod ista questio potest esse de possibili in
 sensu composito, & in sensu diuiso. Et in vtroque sensu po-
 test habere duplicem intellectum. Primus est. An prima cau-
 sa possit quemlibet effectum producere nullo alio effectu
 producto: ita quod quacunq; entitate data, Deus potest
 eam producere etiam si nihil aliud produceret. Secundus
 intellectus est. An prima causa possit quemlibet effectum
 producere nulla alia causa concurrente ad eius productionem:
 ita quod ipsa causa prima sit immediata in causando
 quilibet effectui. Et si quidem quaeratur in prima sensu ma-
 nifestum est quod non, quia vt supra in 8. probatum fuit,
 non posset prima causa producere materiam, nisi produceret
 formam: nec potest producere propriam passionem nisi
 produceret eius subiectum. Et ideo de hoc non est amplius
 quaerendum. Si autem accipitur secundo modo & sic in sen-
 su composito, sic dico quod loquendo secundum opinio-
 nem Philosophi, Deus non potest immediate quemlibet
 effectum producere vt probatum fuit arguendo, & adhuc
 confirmatur. Primò. Si questio esset vera in sensu composito
 sequitur illa propositio esset possibilis, Deus producit res
 nullas

Pyroblemata
 rarij sensu.

nullo alio producente. Sed hoc est falsum, ergo. Confe-
 quentia patet per modum probandi propositiones. de possi-
 bili in sensu composito. Falsitas consequentis probatur.
 Deus de necessitate naturae mouet caelum: & de necessitate
 naturae producit intelligetias motrices orbium: ex quo-
 rum motu causatur rosa: ergo non est possibile &c. Secun-
 do. Assignata quacunq; re, adhuc sunt aliqua alia sine
 quibus ipsa non potest esse in natura, scilicet omnia entia
 sempiterna: puta intelligetia, quas omnes putauit Philoso-
 phus esse formaliter necessariae: & per consequens res
 esse non possunt nisi etiam ipsae sint. Tertiò idem appar-
 et. Philosophus voluit quod in rebus sit ordinata perfectio
 habens ordinem necessarium, ita quod a summa perfe-
 ctione non descenditur ad res imperfectissimas nisi me-
 diantibus causis perfectioribus. Si autem questio sit in sen-
 su diuiso, tunc est sensus: An Deus habeat talem potentiam
 quae quantum est se, sit sufficiens ad attingendum om-
 nem effectum, licet hoc de facto esse non possit: non qui-
 dem ex defectu potentiae: sed ob connexionem necessariam
 causarum. Et quantum ad hoc, dico quod Philosophus co-
 gnouit Deum posse omnia immediate producere. Quod
 probatur. Primò. Deus producit res intelligendo & volen-
 do: ita quod eius intellectio & volitio est eius productio.
 Sed nulla res est quam Deus non possit immediate intel-
 ligere, ergo nulla est quam non possit immediate produ-
 cere. Maior patet. Minor probatur. Nam licet Deus non pos-
 sit vnam rem intelligere alia non intellecta: quia omnia
 necessaria intelligit: tamen intellectio vnius non dependet
 ex intellectu alterius: nec vnum intellectu est ei ratio
 intelligendi aliud, cum omnia immediate in seipso intelli-
 gat in quo aequè perfecte representantur: ergo &c. Secun-
 do. Potentia diuina est infinita intensiue, vt supra proba-
 tum est: ergo aut formaliter aut virtualiter continet emi-
 nentissimo modo omnium rerum perfectiones & virtu-
 tes. Formaliter quidem vt sapientiam, bonitatem, iustitiam.
 Virtualiter autem siue eminenter virtutem rosae, virtutem
 ignis: & aliorum huius. Sed nullus effectus est qui non ha-
 beat aliquam causam ipsum immediate producentem, ergo
 Deus potest omnia immediate producere. Confirmat-
 ur: quia omnis virtus indiget alia virtute ad ponendum
 effectum suum in actu, est virtus diminuta. Virtus autem
 primae causae non est virtus diminuta: cum ponatur esse
 infinita: ergo. Confirmatur 2. quia si virtus primae causae
 non sufficit ad producendum quemlibet effectum, sed in-
 diget alia virtute, ergo iste duae virtutes sunt aliquid maius
 quam virtus primae causae praecise accepta: patet consequen-
 tia: quia ambae simul iunctae possunt in aliquid in quod
 neutra earum praecise accepta sufficit. Sed virtus infinita
 non potest esse aliqua maior, si sit simpliciter infinita, cuius-
 modi ponitur virtus primae causae, ergo &c.

Ad primu. Ad argumenta responderetur quod Philosophus concedit ea concludere. Vel saltem aliqua eorum quo ad sensum
 compositum: sed non ad sensum diuisum. Et ideo quantum
 ad primum supponendo quod Deus agit ad extra liberè;
 negatur antecedens. Ad probationem negatur maior. Ad
 cuius probationem dicitur quod nouitas in effectu est non
 ex mutatione, nec insufficientia causae, sed ex liberalitate
 voluntatis eius quae ponit effectum in actu quando vult: &
 eo modo quo vult. Ad secundum negatur minor. Ad proba-
 tionem dicitur quod Philosophus & Comment. qui po-
 nunt Deum agere ad extra de necessitate naturae: dicunt
 etiam necessario conseruare res sempiternas in esse: & per
 consequens non posse eas annihilare. Quia verò non agit
 necessariò, sed liberè, dicendum est quod potest remouere
 omnem causam secundam a propria eius operatione: imò
 etiam facere vt deficiat habere essentiam quam habet in
 rerum natura. Ad tertium negatur consequentia: quia ordo
 essentialis in causis non attenditur penes hoc, quod causa
 prima non possit producere omnem effectum nisi agente
 causa secunda: sed penes hoc quod causae inferiores non
 possunt agere nisi etiam superiores simul agant. Ad quartum
 negatur antecedens, primo: quia hoc posito Philoso-
 phus sibi contradiceret: cum ipse velit, 12. Metaph. quod
 prima causa sit motor appropriatus primi mobilis. Secun-
 do, quia 8. Physicor. non dicit simpliciter virtutem infinitam
 non posse immediate mouere aliquid corpus, sed dicit
 quod si virtus infinita esset in magnitudine non posset im-
 mediate mouere corpus in tempore: quia moueret in in-
 stanti: cuius ratio supra assignata fuit. Ad quintum ne-
 gatur maior: nec eam ponit Philosophus 7. Me-
 ta. licet dicat quod idae quas ponebat Pla-
 to non possent transmutare mate-
 riam. Et de hoc dictum
 fuit 7. huius.

QUESTIO XIX.
 Vtrum Deus producat de necessitate naturae
 aliquid extra se.

Varitur 19. Vtrum prima causa producat aliquid
 extra se de necessitate naturae. Et videtur quod sic.
 Primò. In omni differentia entis necessitas est perfectior
 contingentia. Sed causalitas est differentia entis: cum in
 diuidatur in causam, & effectum: ergo in qualibet causali-
 tate, perfectior est necessitas, quam contingentia: cum igitur
 Deo sit attribuendum quicquid est perfectioris: sequi-
 tur quod in qualibet causalitate Dei est necessitas. Secun-
 do. Omne agens liberum libertate contradictionis, potest
 agere & non agere: & per consequens potest esse in po-
 tentia separata ab actu: & similiter priuatio. Sed in Deo
 non potest esse priuatio, alioquin non esset ens perfectissi-
 mus & actus purus, ergo &c. Tertiò. Omnis potentia li-
 bera libertate contradictionis indiget aliquo per quod de-
 terminetur. Sed prima causa non potest ab aliqua deter-
 minari: alioquin non esset prima: ergo &c. Quarto, ad idem
 est Philosophus 2. Phy. tex. com. 73. vbi dicit expressè quod
 primus motor est principium motus, & qd tale principium
 est principium non naturale.

Prima ra-
 tio.
 Secunda
 ratio.
 Tertia
 ratio.
 Quarta ra-
 tio.

Respondeo Circa hanc quaestionem aliter dicendum
 est secundum Philosophos: & aliter secundum rei verita-
 tem. Philosophi enim & praesertim Auicenna libr. 9. Meta.
 cap. 4. dicit Deum agere aliquid extra se de necessitate natu-
 rae: & praesertim ea quae incorruptibilia sunt, vt caelum,
 & intelligentia. Vnde eius verba sunt haec: Non posse esse
 omnium ab alio, sit secundum viam intentionis ab illo, quem-
 admodum est nobis intentio in his omnibus quae sunt à
 nobis: tunc enim ipse esset incendens propter aliquid aliud
 preter se. Eadem opinio prius fuit etiam Arist. quia si Deus
 moueret caelum contingenter & liberè, sequitur quod posset
 mouere omnino cessare à motu caeli: quia agens liberum se ha-
 bet ad vtumlibet. Sed Deus non potest cessare à motu: &
 licet vt deducit Commen. 12. Meta. com. 44. primum
 principium esset omnino ociosum si nihil moueret. Secun-
 do. Si Deus contingenter moueret caelum, sequitur quod
 posset eum mouere aut velocius, aut tardius: sicut placeret
 suae voluntati, quia ex quo non mouet necessario potest
 aliter se habere. Sed non potest velocius aut tardius moue-
 re caelum quam moueat: vt patet 2. caeli, tex. & comment.
 35. & 5. Meta. com. 7. Tertiò. Si primus motor mouet con-
 tingenter, possibile est vt non moueat: quia non necesse
 esse, sequitur possibile esse: & sic esset motor in potentia non
 coniuncta actu necessario. Sed Comment. 12. Meta. com.
 30. dicit, quod primus motor est actio pura: & quod neces-
 se est vt isti motori non admisceatur potentia omnino ne-
 que in substantia, neque in aliquo modoru potentia. Item
 8. Physicor. com. 9. si possibile esset corpora caelestia quiesce-
 re, necesse esset, vt essent partes alterius mundi. Et 7. Phy-
 sicor. com. 1. Impossibile est partem caeli quiescere.
 Quarto. Philosophus 8. Physicor. tex. com. 36. dicit, quod pri-
 mus motor non mouetur per accidens ad motum caeli: &
 Commentator format ibi hanc consequentiam, Si primus
 motor mouetur per accidens, possibile est quod aliquan-
 do non moueatur, quia quod est per accidens, non est ne-
 cessarium: & sic est possibile vt non moueatur, possibile est
 vt non moueat. Patet ista consequentia: quia non mouet-
 ur nisi quia mouet. Sed impossibile est quod aliquando
 non moueat: quia cum motus omnium entium sit à primo
 motore: sequitur quod esset possibile vt aliquando nihil
 moueretur: quod tamen est impossibile: cum probatum sit
 in principio 8. Physicor. quod necesse est motum esse
 aeternum. Ex quibus expressè patet, quod secundum Ari-
 stotelem impossibile est primum motorem non mouere,
 & per consequens de necessitate mouere. Quintò. Com-
 mentator 8. Physicor. com. 83. dicit quod in caelo est ne-
 cessitas motus in modo recipiendi motum: in motore au-
 tem est necessitas in modo agendi, ergo necessarium mouere
 caelum. In plerisque alijs locis dicit Philosophus & Com-
 ment. quod motus caeli est naturalis: vt patet 8. Physicor. cap.
 27. & 3. caeli. cap. 20. Sed istud & alia huius non sunt ad
 propositum: quia Philosoph. ibi accipit motum naturalem:
 prout distinguitur contra violentum, & non prout distin-
 guitur contra voluntarium & liberum. Quomodo autem
 intellexerint Philosophi, Deum agere aliud extra ex neces-
 sitate naturae dupliciter potest declarari. Primus modus
 dicendus est, quod Deus necessario intelligit se perfectissi-
 me: & nihil intelligit extra se. Ad hanc autem intellectio-
 nem consequuntur ex necessitate omnia entia necessaria
 vt caelum, & intelligentia: & motus caeli: sicut etiam ra-
 dij solis emanant ex necessitate, ab eius luce: licet ipsa non
 habeant

Auicenna
 opinio.
 Aristotelis
 sententia.

Tex. 33.
 Nulla cau-
 sa 2. causae
 unitatem in
 rebus.
 Ad primu.

Conclusio
 respoudu.

Deum agere
 de necessitate
 naturae ex
 tra se: qui in-
 telligitur.

habeant eorum intelligentiam: & per consequens secundum hunc modum diceretur quod Deus agit per intellectum & voluntatem, non qui intelligat res productas, sed qui intelligat ipsummet Deum producentem. Secundus modus dicendi est, quod Deus non solum intelligit se, sed etiam intelligit alia. Et sicut necessarium est intelligentiam necessarium amat & vult ea: & quia producit res per intelligere & velle: ideo ad suum velle quod est necessarium non solum in se, sed etiam per respectum ad alia obiecta volita, sequitur ipsarum rerum productio passiva. Primus modus est Commentator, qui vult quod Deus nihil intelligat extra se ut patebit infra. Secundus vero modus est Avicennae, & sic patet opinio Philosophorum. Vera autem scientia huius quaestiones est quod licet Deus velit se necessarium, alia tamen a se vult merè contingenter & liberè. Probatur, ista conclusio. Primò sic. Potentia respiciens aliquod obiectum per se & essentialiter, respicit tantum contingenter ea quae non habent ordinem essentialem ad illud. Sed voluntas Dei respicit primo, & adaequatè bonitatem suam, ad quam nulla alia res habet ordinem necessarium: cum nihil aliud sit necesse ad consequendam vel conservandam, vel augendam eam, ergo voluntas Dei non respicit necessarium aliquid extra se. Maior patet. Minor probatur. Adaequatum obiectum intellectus Dei est quidditas eius, ergo adaequatum obiectum suae voluntatis est sua entitas vel sua bonitas. Consequenter patet. Antecedens probatur. Omnis notitia mensuratur ab obiecto: quia necesse est quod veritas quae est in notitia, sequatur veritatem obiectivam. Sed notitia Dei non potest mensurari ab aliquo distincto à se. Ergo nihil ab ea distinctum est bonum adaequatum ipsius. Secundò. Vbi est multitudo ordinata plurium non habentium ordinem essentialem inter se, ibi necesse est talem ordinem causari ab agente libero. Sed talis ordo est inter radios solis, & inter partes situales alicuius continui, ergo iste ordo est ab agente libero. Sed non ab alio quam à Deo: ergo Deus est agens liberum. Maior probatur: quia si ille ordo esset ab agente naturali, cum agens naturale semper agat uniformiter: sequitur quod illa pars quae est posterior non posset esse prior: & per consequens esset ibi ordo essentialis. Minor probatur. Inter individua eiusdem rationis non est ordo essentialis. Sed radij solis sunt eiusdem rationis: ergo &c. & per consequens quantum est ex parte solis non est aliqua ratio quod prius producat radium a, quam radium b: ergo quod a, praecedat b, est ab aliqua causa liberè & contingenter sic ordinante. Non apparet autem quae alia possit esse nisi Deus vel intelligentia, de quibus est eadem ratio quantum ad agere contingenter, vel liberè, ergo &c. Dicitur fortè quod maior est falsità: quia dantur aliqua individua eiusdem rationis habentia ordinem essentialem: ut patet in partibus gradualibus formarum: & in mutatis esse quae sunt in motu. Sed haec responsio non solvit difficultatem: quia etiam darentur aliqua individua habentia ordinem essentialem: multa tamen sunt ordinata solum per accidens: sicut radij solis, & multitudo hominum. Quod igitur vnus radius sit ante alium, oportet reducere in aliquam causam agentem merè liberè & contingenter. Tertiò. Si Deus agit ex necessitate naturae: sequitur quod omnia eueniant de necessitate praeter ea quae dependent ex merito arbitrio hominis. Sed hoc est falsum: quia multa eueniunt contingenter in rebus naturalibus, ut dicit etiam Philosophus 1. Perihet. in fine. & 2. Phys. tex. com. 48. Consequenter probatur. Deus per se, necessarium mouet caelum, ergo caelum necessarium mouetur: ergo quaecunque producantur per motum caeli: necessario producantur. Patet haec vltima consequentia, quia actio caeli in hae inferiora non est actio libera, sed omnino necessaria. Si dicatur quod licet caelum necessario agat: tamen effectus potest impediri propter indispotionem materiae. Sed contra. Haec dispositio à caelo est vel ab aliqua virtute planetarum, ergo & ipsa est necessaria, & sic effectus ille necessario impeditur. Confirmatur. Secundae causae non mouent nisi sicut mouentur à causa prima: ergo si causa prima agit necessarium, etiam secundae necessario agent, quomodo tamen ista ratio soluarur à Philosophis: dictum fuit supra. Quartò. Sequitur quod causa prima continuè produceret effectus perfectissimos: hoc est falsum, ut ad sensum patet: ergo non agit naturaliter, sed liberè. Consequentia probatur: quia in cuius potestate non est actio in eius potestate non est agere: ergo nec modus agendi: & per consequens ageret secundum vltimum suae virtutis: & ita effectum nobilissimum quantum posset. Confirmatur, quia natura de possibilibus facit quod potest, ut 2. de generatione. tex. c. 58. & 2. caeli. comm. 34. ergo si prima causa est agens

Conclusio
responsiva.

naturale, agit quicquid potest etiam & nobiliori modo quo potest. Quintò. Ens absolute necessarium in summo necessitatis quantum potest cogitari aliquid esse necessarium, non potest non esse: etiam quocumque alio à se non existente. Sed prima causa est ens summè & primo necessarium, sicut etiam Philosophi concedunt: ergo non potest non esse etiam nullo alio existente. Sed si necessarium agit ipse: non esset nisi alia essent, quia habens necessarium habitudinem ad aliquid, non est nisi etiam illa habitudo sit, non existente autem vtroque extremo, habitudo non est: ergo si alia non essent, habitudo primae causae ab ea non esset, & per consequens: nec ipsa prima causa esset si haberet ad ea necessarium habitudinem. Dicendum est igitur quod merè liberè, & contingenter res produxit.

Ad primum in oppositum dicitur quod per causalitatem primae causae possumus accipere duo. Primum est ipse actus quo prima causa producit & causalis effectus suus, & sic conceditur maior, & dicitur quod huius causalitas est omnino necessaria, quia ille actus cum sit ipsamet substantia primae causae, est summè necessarius. Secundum est habitudo illius actus ad effectum: & sic negatur maior: melius enim est quod haec habitudo sit contingens quam necessaria, quoniam si esset necessaria, sequitur quod prima causa non esset nisi eius effectus essent, ut fuit probatum. Et cum dico hanc habitudinem esse contingenter: loquor de ea prout respicit existentias rerum, & non prout respicit possibilitatem earum, quoniam, ut sic est necessarium. Prima enim causa vult necessarium, quod sui effectus sunt possibiles produci, quia vult necessarium potentiam suam secundum quam sunt possibiles. Ad secundum dico similiter ut supra quod potentiam esse separatam ab actu potest intelligi dupliciter. Vno modo ab actu in se, & sic negatur maior de eo agente quod est sua substantia, & cuius operatio similiter est natura sua. Alio modo quod sit separata ab habitudine ad effectum, & sic conceditur maior, & hoc potest reperiri in prima causa, nec ponit in ea vllam imperfectionem, sed tantum negationem vnus relationis rationis. Ad tertium dicitur quod potentia libera ab aliquo determinatur, sed non oportet huius determinans esse aliud ab ipsa potentia, cum etiam multi dicant voluntatem nostram determinare seipsam, ut supra lib. 9. fuit declaratum. Ad quartum dicitur, quod est pro nobis, quia Philosophus dicit primam causam esse non naturalem ad quod sequitur quod ipsa sit libera. Intentio tamen Philosophi in illo loco ut declarat Commen. fuit dicere, quod est agens non naturale, quia agentia naturalia ita mouent: quod etiam mouentur. Prima verò causa mouet & non mouetur.

Ad primū.

Ad secundū.

Ad tertium.

Ad quartū.

QUESTIO XX.

Vtrum intelligentia esset omnino necesse esse, si Deus produxisset eas ex necessitate naturae.

Varitur vigesimo. Vtrum si Deus produxisset intelligentias de necessitate naturae, ipsae essent omnino & simpliciter necesse esse. Et videtur quod sic. Primò. Prima ratio. Illud est omnino & simpliciter necesse esse, quod nullo modo potest aliter se habere, ut patet ex diffinitione necessarii, 1. Poste & 5. Metaph. Sed intelligentiae essent huiusmodi. Non enim possent non esse per principium intrinsecum, cum in eis non sit materia, nec per principium extrinsecum, cum ponatur esse de necessitate naturae à prima causa, quam in sua actione nulla res potest impedire. Secundò. Si non essent necesse esse, ergo essent possibile non esse. Sed hoc esse non potest, ergo maior patet. Minor probatur. Possibili posito in esse, nullum sequitur impossibile, ut dicit Philosophus 1. priorum. & Comment. 2. caeli. comment. 124. Sed posito quod substantiae spirituales possint non esse, sequitur primam causam posse non esse, quod est impossibile. Probatur consequentia, Remoto effectu ad cuius productionem causa habet necessarium habitudinem, necesse est causam remoueri. Sed ponitur quod intelligentia non sit, prima autem causa dicitur habere ad eam necessarium habitudinem cum producat eam de necessitate naturae, ergo &c. Tertiò. Quicquid continetur sub ente, continetur sub aliqua differentia entis, sicut omne contentum sub animali continetur sub rationali vel irrationali. Sed differentiae entis sunt contingentia & necessitas, ut patet 6. Metaphysicæ: ergo intelligentiae essent ens contingens, vel necessarium: sed non contingens, cum ponatur quod necessario producantur à causa prima. Ergo essent ens necesse esse. Quartò. Necesse esse & possibile non esse sunt contradictoria. Ergo non possunt eidem conuenire. Sed si intelligentia produca-

Tertia ratio.

Quarta ratio.

tur à causa prima ex necessitate naturae ipsa est necesse esse. Ergo non est possibilis non esse. Sed quod non est possibile non esse, est simpliciter necesse esse: ergo intelligentia est simpliciter necesse esse si producat ex necessitate naturae. Dicitur fortè, quod est possibilis non esse ex se, sed tamen est necesse esse ab alio. Contra hoc arguitur. Primò. Contradictio relatiua non tollitur nisi remotione terminorum, sicut patet quod lineam esse duplam ad a, & non esse duplam ad b, non est contradictio; licet sit contradictio quod sit dupla ad a, & non dupla ad a. Sed necesse, & possibile, sunt contradictoria relatiua, quia habent habitudinem ad esse: ergo non tollitur ista contradictio nisi ex remotione terminorum. Sed ex se & ab alio non sunt tales termini; ergo remanet contradictio inter istas propositiones. Intelligentia est possibilis non esse ex se, & intelligentia est necesse esse ab alio. Secundò. Quicquid est necesse esse, habet hoc ex sua ratione & ex se, ergo nihil est necesse esse ab alio: & possibile esse ex se. Consequentia patet. Antecedens probatur, quia Commentator 1. caeli. comment. 138. dicit quod entia naturalia sunt in tribus dispositionibus. Nam aliquando semper sunt, aliquando nunquam sunt, aliquando se habent medio modo, quia aliquando sunt, aliquando non sunt, ut generabilia & corruptibilia. Sed ea quae nunquam sunt, cuiusmodi est chimera, & alia entia prohibita habent ex se impossibilitatem essendi: ergo ea quae semper sunt habent ex se, & ex natura sua necessitatem ad esse.

Opi. variū.

Quid Arist. & Aver. scribit.

Avicenna sententia.

Algacelis opinio.

Alij dicunt quod intelligentiae & caelum sunt entia necesse esse ex se formaliter: sed sunt entia necesse esse ab alio esse: ita quod necessitas essendi conuenit eis formaliter ex se & ex eorum natura: sed tamen conuenit eis esse: ita ab alio. Et considerant isti quod licet intelligentia producat ab alio de necessitate: & per consequens quod esse non conuenit eis ex se, ipsa tamen ex quo est, non habet in se aliquam potentiam per quam possit non esse. Ex quo sequitur quod suum esse formaliter & intrinsecè est necessarium: quia nihil est intrinsecum ei per quod possit deduci ad non esse. Sed mihi videtur quod istae opiniones non multum differant inter se quibusdam praesuppositis. Quorum primum est, quod prima causa est efficiens omnium intelligentiarum: sicut supra probatum fuit. Secundum est, quod dupliciter dicitur aliquid esse possibile. Vno modo secundum aliquam potentiam, sicut possibile est Sortem moueri: quia habet aliquam potentiam moriam. Alio modo ex non repugnantia terminorum, ut dicitur quinto & nono Metaphysicæ. Tertium est, quod necesse esse & non possibile non esse, aequipollent: quia illud est necessarium quod non potest non esse. Non possibile autem non esse contradicit ad possibile non esse, quod patet: quia per solam negationem constituitur contradictio in omnibus propositionibus. Ex quo sequitur, quod necesse esse & possibile non esse, contradicit inter se. Et quia à quocunque remouetur vnus contradictoriorum in eo ponitur reliquum, ideo si declarabitur an intelligentiae sint possibiles non esse, statim erit declaratum an sint necesse esse.

Suppositum primum.

Suppositum secundum.

Suppositum tertium.

Conclusio I.

Respondeo igitur ad quaestionem his conclusionibus: quarum prima haec est: Intelligentia non est possibilis non esse secundum Philosophos, accipiendo possibile prout dicitur secundum aliquam potentiam. Ita conclusio probatur. Id quod producat ex necessitate naturae à sua causa, non impedibili, non est possibile non esse secundum aliquam potentiam. Sed intelligentiae producantur ex necessitate naturae à causa prima secundum Philosophos, ut patet ex primo praesupposito, quae causa prima non est impedibilis, cum non possit impediri, neque à se neque ab alio. Non quidem à se: quia agit ex necessitate naturae. Non ab alio. Tum quia est infiniti vigoris: & per consequens omnibus impediens resistit superando ea. Tum quia non habet causam supra se. Ergo intelligentiae non sunt possibiles non esse. Maior est nota ex terminis, & minor probata est quantum ad singulas eius partes. Secundò. Si sunt possibiles non esse: aut hoc est per potentiam intrinsecam, aut per extrinsecam. Non per intrinsecam: quia causa intrinseca tendentiae ad non esse, est materia subiecta priuationi in intelligentiis autem nulla est materia. Non per extrinsecam, quia talis causa potens facere ea non esse: aut esset causa prima: aut aliqua alia inferior ea. Sed neutrum istorum potest dari: ut patet ex praecedenti ratione. Secunda conclusio, Intelligentiae secundum veritatem sunt possibiles non esse secundum aliquam potentiam. Probatur. Primò. Causa producens & conferens effectum merè liberè & contingenter, habet potentiam ad producere, & non producere. Istud patet ex natura agentis liberi & contingentis. Sed causa prima producit & conferat intelligentias merè liberè & contingenter, ut patet ex dictis in alia quaestione: ergo potest facere eas non esse. Secundò. Intelligentia habet esse ab alio dependens: ergo est ens possibile esse. Antecedens patet ex primo praesupposito. Consequentia etiam patet ex diffinitione possibilis quam posuit Algacel. Tertia conclusio. Intelligentiae non sunt possibiles non esse per potentiam in eis existentem. Probatur. Primò. Nulla forma separata ab omni subiecto habet in se aliquid per quod possit definire esse: ergo nulla earum est possibilis non esse per potentiam in eis existentem, Consequentia patet. Antecedens probatur. Omnis potentia ad non esse conueniens alicui formae secundum naturam eius, aut conuenit ei: quia ipsa habet contrarium, aut quia corrumpitur corrupto subiecto, aut remoto termino ut patet in relatiuis. Non enim apparet aliquid aliud, vnde sit corruptibilis, nisi fortè dicatur quod definit esse ex subtractione actionis suae causae: Sed hoc non est ipsam desinere esse per potentiam intrinsecam, Sed formae separatae à subiecto, cuiusmodi sunt intelligentiae, non habent contrarium, nec sunt in subiecto, nec sunt relatiue: ergo nullo modo possunt definire esse per potentiam quae sit in eis. Secundò. Nullum ens est in potentia ad suum oppositum. Non enim albedo est in potentia ad nigredinem. Sed ens, & nihil, sunt opposita contradictorie, ergo nullum ens est in potentia ad nihil. Sed si intelligentia esset in potentia intrinsecè ad definendum esse, ipsa esset in potentia ad nihil, quia cum desineret

Conclusio 2.

Conclusio 3.

esse nihil eius remaneret: ergo non habet potentiam intrinsecam per quam possit definire esse. Tertiò. Nulla potentia destruitur ex acquisitione eius ad quod est in potentia, cum qualibet potentia perficiatur ex suo actu. Sed si intelligentia haberet in se potentiam ad non esse, illa potentia destrueretur ex aduentu eius, ad quod opponitur esse in potentia, scilicet, ex aduentu ipsius non esse: ergo nulla talis potentia est in intelligentia. Quarta conclusio. Licet intelligentia sit ens necesse esse, modo quo probatum fuit quod non est possibile eam non esse, non tamen est simpliciter necesse esse, etiam si produceretur a causa prima ex necessitate naturæ. Probatur. Primò. Id quod est simpliciter necesse esse, nullam habet causam. Sed intelligentia habent causam ex dictis in principio. Minor patet: ex primo præsupposito. Maior probatur. Hominem esse animal rationale, & triangulum habere tres angulos, nullam habent causam, nulla enim est causa faciens quod homo sit animal: ut dicit Philosophus & Commentator 7. Metaph. com. 59. quia esse animal conuenit homini ex se. Sed non est alia ratio propter quam ista non habeant causam, nisi quia sunt simpliciter necessariò. ergo &c. Secundò. Implicatio contradictionis in primo modo dicendi per se, est maior impossibilitas quam implicatio in aliis modis: sicut etiam ea quæ conueniunt in primo modo sunt magis intrinseca quàm ea quæ conueniunt in aliis modis. Sed ista propositio, Deus non est, implicat contradictionem in primo modo: quia remouetur à subiecto id quod est intrinsecum eius quidditari. Ista autem propositio, Intelligentia non est, non includit contradictionem in primo modo: cum esse non sit de quidditate intelligentiæ: ergo magis est impossibile Deum non esse, quàm alias res sempiternas non esse. Sed id quod est magis impossibile non esse, est etiam magis necesse esse. Ergo prima causa est ens magis necesse esse quàm intelligentiæ: & per consequens ipsæ non sunt necesse esse simpliciter. Tertiò. Nullus effectus est simpliciter necesse esse. Sed intelligentiæ & cælum sunt effectus primæ causæ ut supponitur: ergo. Maior probatur. Simpliciter necesse habet esse natura: sicut & necessitatem quæ conuenit tali esse. Sed nullus effectus habet esse ex se: alioquin haberet duo esse, vnum ex se, & aliud à sua causa: ergo &c. Quartò. Ex quidditatiua ratione eius quod est simpliciter necesse esse, potest concludi ipsum esse. Sed ex quidditatiua ratione effectus præcisè accepta non potest concludi ipsum esse: ergo nullus effectus est simpliciter necesse esse. Maior patet: quia quod est simpliciter necesse esse, est necesse esse omnibus modis, & omni casu posito: ergo est necesse esse ex ratione suæ quidditatis, & sic esse conuenit ei ex sua quidditate, sicut & necessitas essendi. Minor probatur. Effectus non habet esse circumscripta causa agente: ergo non habet esse simpliciter ex ratione suæ quidditatis. Quintò. Id non est simpliciter necesse esse, de quo formata propositio simplex habet contingentem complexionem. Sed intelligentiæ & cælum sunt huiusmodi, ergo. Maior patet: quia enim Deus est simpliciter necesse esse: ideo connectio huius propositiois, Deus est, non est contingens, sed necessaria. Minor probatur. Esse non est de conceptu quidditatiuo entis finiti, cuiusmodi sunt omnes intelligentiæ. Sed omnis talis quidditas abstrahit ab esse & non esse: ergo connectio quidditatis & esse non est necessaria. Ex quibus omnibus patet quod intelligentiæ & cælum sunt possibilis & non necessariò, ut dicit Auicenna & Algazel ad sensum bonum, scilicet quia non habent esse ex se, sed ab alio dependent. Sunt etiam necessariò formaliter ex se: & ab alio effectiue ad hunc sensum: quia in eis non est aliquod principium corruptiuum: siue aliqua potentia passiuæ per quam possint rendere ad non esse: sunt etiam necesse esse absolute ad sensum, quod producantur à sua causa ex necessitate: & ipsæ nec ex se nec ab alio possunt non esse secundum Philosophos: non tamen sunt simpliciter & omnibus modis necesse esse, ut probatum fuit: & magis secundum veritatem non sunt necesse esse: quia sicut causa eas contingenter produxit, ita posset eas deducere ad non esse.

Conclusio 4.

Ad primum.

Ad secundum.

esse: aut quia non habent omnes modos necessitatis. Et ideo non sequitur alterum istorum determinatè: sed hoc vel illud. In proposito autem dicitur, quod non sunt simpliciter necesse esse: ex hoc quod possint non esse, sed quia non habent esse nec necessitatem ex se. Dicitur secundò quod admissa consequentia illa quæ fit in maiori negatur minor. Ad cuius probationem dicitur quod possibile in sensu composito posito in esse: nullum sequitur impossibile, posito tamen in esse, eo quod est possibile in sensu diuiso, sequitur multoties impossibile. Hoc enim modo est possibile album esse nigrum: & tamen si ponatur in esse, sequitur hoc impossibile album esse nigrum. Cum dicitur autem quod possibile est intelligentias non esse, ibi non accipitur possibile in sensu composito, sed tantum in sensu diuiso. Et ideo non debet poni in esse per istam propositionem: intelligentia non est. Dicitur autem esse possibile in sensu diuiso ad hunc sensum, quod prima intelligentia habet infinitam potentiam per quam posset deducere intelligentiam ad non esse, nisi produceret eam de necessitate naturæ. Sed quia producit eam ex necessitate naturæ, ideo non potest eam deducere ad non esse: & ad hunc sensum dixit Commentator primo cæli commento 104. quod id quod est possibile ex se non est impossibile ab extrinseco. Ex quo sequitur secundum ipsum, quod sicut non est possibile ex se intelligentiam deliuere esse, ita non est possibile quod prima causa deducat eam ad non esse. Vnde quod eam non possit deducere ad non esse, non est ex defectu potentie: sed ex modo agendi, quia, scilicet agit de necessitate naturæ. Et ideo nos qui tenemus causam primam producere intelligentias contingenter: dicimus consequenter quod ista potest poni in esse, possibile est intelligentias non esse. Et negamus istam consequentiam. Intelligentia non est, ergo prima causa non est. Ad tertium dicitur, quod intelligentiæ continentur sub necessitate, & contingenti, modis declaratis in questione. Et si quaratur cum necesse & contingens sint differentie entis, impossibile est quod conueniant eidem absolute. Sub quo igitur istorum absolute continentur intelligentia. Respondet quod hinc aliter dicendum est secundum Auicennam: & aliter secundum Commentatorem. Auicenna enim dicit, quod absolute continentur sub possibile, & quod est tantum vnum absolute necesse esse: quia id conuenit alicui absolute quod conuenit ei ex se: & id tantum conuenit secundum quid, quod conuenit ab alio. Intelligentia autem ex se non habet esse: sed tantum ab alio: & ideo absolute est possibilis. Commentator autem dicit quod intelligentia est absolute necesse esse: & est possibilis tantum secundum quid, quia dicit ipse tantum id esse absolute possibile, ad quod non sequitur impossibile: ut patet primo priorum, & primo cæli, commento 124. Et quia sequitur, si intelligentia non est, quod Deus non est: cum ipse ponat Deum producere intelligentias necessario. Ideo habet dicere consequenter quod intelligentia non est absolute possibilis. Et nos in hoc magis consentimus Commentatori. Tum ex ratione ipsius suppositi, quod Deus agar intelligentias necessario. Tum etiam hoc non supposito, quia intelligentia non habet in se aliquid per quod possit rendere in non esse. Et ideo necessitas essendi conuenit ei ex natura sua formaliter. Et hoc intelligo loquendo de intelligentia postquam producta est, quod tunc habet necessitatem essendi: ante autem quàm produceretur erat ens possibile esse. Sed tamen erat talis natura quæ si deduceretur ad esse, non posset postea ex se non esse. Ad quartum dicitur, quod responso ibi data bona est. Ad primam probationem dicitur, quod necessitas & contingenti non sunt proprietates relatiue: sicut æqualitas: sed sunt proprietates absolute. Quod patet: quia proprietates relatiue non sunt ex primis differentis entis. Tum quia hominem esse animal est necessarium in se, & non in ordine ad aliud: & esse Dei est necessarium in se & non in ordine ad aliud. Similiter dico quod esse intelligentiæ aut est necessarium, aut contingens: & hoc absolute & non relatiue. Dñ enim queritur an intelligentia sit necesse esse: non est aliud nisi querere an esse eius sit esse necessarium. Et sic patet quod non est necessarium relatiue. Ad secundam probationem dicitur, quod aliquid esse necessarium ex natura sua potest intelligi dupliciter. Vno modo, quia habet esse ex se, & à nullo dependens. Alio modo: quia non habet in se potentiam per quam tendat in non esse. In primo sensu non intelligit Commentator, sed tantum in secundo. Et dixit quod aliqua naturalia semper sunt: quia in ipsis nihil est, per quod possint definire esse: sicut reperitur in rebus corruptibilibus: quæ per principia intrinseca sunt corruptibilia. Et si arguatur contra hoc. Primò, quia in omni passo est potentia passiuæ per quam potest recipere

Ad tertium.

Ad quartum.

perce

per actionem agentis. Sed prima causa secundum veritatem, licet non secundum philosophos, potest deducere intelligentiam ad non esse: ergo in eis est potentia passiuæ receptiua istius actionis: & sic habent potetiam passiuam per quam possunt definire esse, sicut lignum habet potentiam passiuam per quam potest recipere calefactionem. Secundò. Quia intelligentia deficient ab actu purissimo, qui est causa primæ: ergo incidunt in aliquam potentiam quæ repugnat actui purissimo. Sed talis non est potentia actiua: cum ipsa sit cum summo actu, ergo est passiuæ. Ad primum dicitur: quod si Deus deduceret intelligentiam ad non esse, hoc non faceret agendo in ipsam, sed non agendo, id est, non conseruando. Et ideo argumentum procedit ex falso præsupposito. Ad secundum dicitur, quod in intelligentiis est aliqua potentia passiuæ: non quidem susceptiua actus abiicientis à substantia, sed susceptiua actus perfectiui, cuiusmodi est esse & intelligere. Vnde sic arguendo est susceptiua actus, ergo est susceptiua actus corruptiui, est arguere à superiori ad inferius affirmatiue sine distributione.

Te. com. 14.

Alexandri opin.

Auerrois opin.

Substantia autem tres sunt.

Hunc textum aliter introducit Commentator, & aliter S. Thom. Commentator enim dicit, quod cum dictum sit omnem substantiam esse ab vnioco: & consequenter à substantia. Hic diuidit substantiam in materiam, formam, & compositum: ut per hoc deueniat ad primam formam, & primum finem. Sed S. Tho. dicit quod diuidit substantiam, ut declarat contra Platonem quod formæ etiam virtuales non sunt præter substantiam compositam. Posita ista diuisione declarat quid sit quodlibet eorum: & dicit quod materia est hoc aliquid substantiam apparere, & ut habet alia litera, materia est hoc secundum quod videtur. Et assignat causam huius satis obscure: licet textus Arabicus sit clarior, dicens quoniam illud quod est secundum contactum non est secundum ordinem & materiam & subiectum. Hunc textum multipliciter exponit Alexander. Primo sic, Materia est hoc aliquid secundum apparere, siue secundum quod videtur, id est, materia reputatur esse hoc aliquid secundum sensum: & hoc tunc est quando materiæ ex quibus componuntur res, non sunt commixtæ: sed sunt se contingentes: sicut sunt lapides in domo: domus enim non reputatur esse nisi lapides & lateres. Secundò exponit quod materia est hoc aliquid secundum quod videtur, id est, quod sensu non comprehendit differentiam inter materiam & hoc aliquid, sed intellectus: & ideo antiqui reputauerunt substantias rerum esse materias eorum & quod formæ non sunt substantiæ, sed accidentia. Et hanc expositionem recipit S. Thom. & eam tenet, addens, quod hoc ideo est: quia videbant antiqui quod in artificialibus quæ sunt per contactum, & non per naturalem vniocem sola materia est substantia, & hoc est quod intèdebat Philosophus cum dixit, quoniam illud quod est secundum contactum & non secundum ordinem siue ut habet alius textus, quæcunque tactu, & non conuascencia, materia & subiectum. Tertia expositio est quod materia est hoc aliquid, scilicet, materia propinqua. Nam huiusmodi materiæ propinquæ tangunt se. Verbi gratia, caro & os & sanguis sunt materia propinqua manus, & sunt contingentiæ se adinuicem: quatuor autem elementa quæ sunt in materia remota non tangunt se in manu, sed sunt commixta. Quartò exponitur quod materia est quod videtur, id est, quod natura materiæ non cognoscitur à nobis nisi per comparisonem ad materias quæ videntur: quæ quidem materiæ sunt se contingens & non adunatæ: puta cum dicitur quod sicut se habent lapides ad varias formas domus sic, materia prima ad formas naturales. Commentator vero aliter exponit dicens, quod Philosophus intendit distinguere naturam materiæ à natura generis: quidam enim putarunt materiam habere rationem virtualis, quia prædicatur de multis, sed hoc est falsum: quia omne vniuersale est vnum secundum formam, cum forma sit subiectum vniuersalitatis. Materia autem non est vnum secundum formam: cum sit tantum potentia, & nullam habeat actualitatem. Est tamen vna secundum numerum, sed eius vnitas est aliter quàm vnitas generis, quoniam coniunctio generis in omnibus suis inferioribus habet esse extra animam tantum in potentia, quia ut sunt extra animam, non sunt coniunctæ, nec formæ, ut sic conuenit vniuersalitati in actu: coniunctio autem quæ intelligitur in materia, est pura priuatiua, quia materia est pura priuatiua: quia materia cum non sit actus, non habet vnitatem positiuæ, sed tantum priuatiue, quia est vna solum per abnegationem omnium formarum. Et ex hoc sequitur quod materia non est sensibilis nisi per formam, id est, quia formæ coniunctæ

est. Et ideo dixit Philosophus quod materia est secundum quod videtur, id est, eius esse dependet à forma & à qua habet quod videatur. Et postea subdit rationem dicens, quod illud quod est secundum contactum, id est, cuius esse & natura est in contactu & continuatione cum alio, ut perficiatur per ipsum, est materia & subiectum. Et quia materia est huiusmodi, ideo ipsa est subiectum omnium formarum primum. Et cum declarauit quid sit materia, declarat quod sit forma, dicens quod natura, id est, forma. Nam natura prædicatur de materia & forma, & magis de forma quàm de materia, ut patet 2. physicorum, forma igitur est hoc aliquid, id est, est substantia vel est terminus formalis generationis eius quod est hoc aliquid: huiusmodi autem forma est habitus quidam, id est, est quid positiuum, quod ideo dicit, ut distinguat eam à priuatione, præter materiam vero & formam: est etiam substantia singularis, ut Callias & Socrates. Et quia apud quosdam erat dubium tempore Aristotelis propter opinionem Platoniorum, an formæ rerum sensibilium essent ab eis separatæ, ideo consequenter dicit quod in quibusdam manifestum est formas huiusmodi non esse separatæ, ut patet de forma domus quæ cum sit accidens, non potest esse separata à substantia: & quod dictum est de forma domus verum est nisi forte forma domus accipitur in quantum est ars, quia ut sic, non est in materia ad extra, sed est in intellectu artificis, & tam etià hoc modo non est separata ab omni subiecto, & sic patet quod formæ accidentales & artificiales nullo modo possunt esse sine subiecto. Et infert propter hoc quod istarum formarum accidentalium non potest esse generatio neque corruptio, quia, scilicet, non possunt esse per se, ut dicit Commentator. Sed S. Thom. dicit, quod Philosophus non dixit hoc vniuersaliter de formis accidentalibus, sed tantum de formis artificialibus prout habent esse in anima, quia ut sic non incipiunt esse per generationem, sed tantum per inuentionem vel disciplinam.

Text. 17.

Text. 15.

Quapropter non male.

Infert ex prædictis istud corollarium quod illi qui posuerunt formas abstractas rerum naturalium, scilicet Platonici, non male fecerunt. Et hoc sic probat, supponendo quod non bene dixerunt simpliciter, sed conditionaliter. Si aliqua sunt formæ abstractæ, cum tales non sint formæ rerum artificialium, ut patet text. præcedenti, sequitur quod sint formæ rerum naturalium, & ita exponit Commentator, & S. Tho. Addit autem Commentator quod querere verum sit aliqua forma abstracta, pertinet ad naturalem, ut dictum fuit prima questione huius libri. Querere autem verum formæ abstractæ sint aliæ à formis rerum sensibilium pertinet ad hanc scientiam. Et quia posset aliquis credere quod ista dubitatio contingeret in multis formis, subdit Philosophus quod hoc non est verum, quia de quibusdam manifestum est, quod non sunt separatæ, sicut in illis substantiis quæ sunt materiæ aliarum substantiarum, cuiusmodi sunt quatuor elementa: & caro & sanguis, & aliæ partes animalium, prædicta enim sunt partes & materiæ vltimæ substantiæ, scilicet, substantiæ particularis quæ est maxime substantia & indiuisibilis, id est, singularis & indiuidua.

Mouentes quidem igitur causa.

Text. 16.

Sicut dictum textu 14. aliter ordinatur text. à Commentatore, & aliter à S. Tho. Nam S. Tho. dicebat quod intendit probare quod formæ non sunt præter substantiæ: & cum textu præcedenti dixerit hoc esse manifestum in formis partium quæ sunt materiæ aliarum rerum, nunc idem manifestat, vniuersaliter dicendo quod est differentia inter causas mouentem & materiam & formam, quia causa mouens est prior suo effectui, quoniam inter ipsam & effectum mediat actio siue motus qui tempore mensuratur. Causæ vero formales simul sunt cum suis effectibus. Nam sanitas est causa formalis hominis sani in quantum est sanus: quia non est formaliter sanus nisi sanitate. Et ideo non prius est sanus quàm habeat sanitatem, nec prius habet sanitatem quàm sit sanus. Et similiter dicendum est de formis substantiarum sensibilium, quod non sunt priores ipsis substantiis. Si enim forma equi esset prior equo, aut esset sempiterna aut esset genita. Sed non est sempiterna, ut ab omnibus est concessum. Non potest etiam esse de nouo genita, si est separata, quia formæ non generantur per se, sed solum generatis indiuiduis, ut probant libro 7. ergo tales formæ non sunt separatæ. Commentator vero eodem modo format hanc rationem, sed solum differt à S. Tho. quantum ad ordinationem textus, ut dixi supra text. 14.

Si autem aliquid mouet.

Dictum est quod nulla forma est prior suo effectui, Quæst. Met. Paul. Son. B 4 posset

Text. 17.

posset autē aliquis dubitare an aliqua forma maneat corrupto eo cuius est forma. Et ideo ad hoc respondet Philosophus dicens, quod aliqua forma manet, scilicet anima, non tamen manet omnis anima, sed solum intellectiva. Et quia textus est, clarus in hoc conveniunt omnes expositores, quod intellectus manet post corpus. Differunt autem quantum ad modum declarandi quis sit iste intellectus. Nam Commentator recitat opiniones Alexandri & Theophrasti & Themistij, & postea ponit suam. Sed Sanctus Thomas ex hoc textu probat duo. Vnum est contra Platonicos qui ponebant animam intellectivam fuisse ante corpus. Nam Philosophus dicit nullam formam esse priorem suo effectu, & quantum ad hoc nullam facit exceptionem. Sed anima intellectiva secundum eos est forma hominis, ergo non fuit prior. Secundum est, quod intellectus passibilis non est substantia separata ab homine secundum esse. Et hoc probat dupliciter. Primo quia Philosophus non loquitur tantum de causis formalibus, cum dicit quod aliqua forma potest manere post, sed si intellectus esse substantia separata non esset forma dans esse homini: ergo &c. Secundo. Nulla forma est prior suo effectu, ut dicit Philosophus. Sed si intellectus esset substantia separata, & prater hoc esset etiam forma hominis: sequitur quod aliqua forma, scilicet ipse intellectus esset prior suo effectu, ergo &c.

QUESTIO XXI.

Vtrum scientia & artes possint acquiri per sermonem docentis.

Quæritur vigesimoprimum. Vtrum formarum quæ possunt aliquando habere esse separatum ab eo cuius sunt, scilicet artes & scientiæ, possint acquiri per disciplinam, id est, per sermonem docentis, et arguitur quod non. Prima ratio. Sermo non impositus ad significandum, non habet aliquam virtutem causativam scientiæ in intellectu audientis: ut patet ex se: ergo nec sermo impositus ad significandum habet talem virtutem. Probatur consequentia: quia per huius impositionem nullam formam absolutam acquirit. Secundo. Eodem existente agente principali & instrumento, sequitur eadem actio. Sed si Latinus proferat verba Latina græcè, idem est agens principale, & instrumentum, quod esset si loqueretur alicui Latino: & tamen nulla ars vel scientia causatur per illa verba in intellectu græci, ergo neque in intellectu Latini. Tertio. Id quod est prius voce audita, non causatur per eam: cum nullus effectus sit prior sua causa. Sed species siue conceptus est prior sermone audito: ergo non causatur per eum. Minor probatur: quia unusquisque in se experitur, quod per voces non intelligit nisi illas res, quarum species prius habet. Quarto. Quicquid causat scientiam vel artem in intellectu alicuius causat in eo speciem intelligibilem: cum scientia & ars non sint aliud quam huius species. Sed sermo vnius hominis non potest causare in intellectu alterius species intelligibiles, cum causentur tantum à phantasmatibus & intellectu agente: ergo &c.

Respondet. In ista questione non intendo disputare questionem quæ est inter Platonem & Aristotelem. Scilicet, utrum omnes scientiæ præxistant in intellectu, & per studium remoueantur tantum impedimenta, sicut recitat Philosophus primo posteriorum, text. cōmenti 4. Sed supposita doctrina Aristotelis, scilicet, quod scientiæ de nouo causentur, declarabimus quomodo istud fiat per actionem docentis. Quod enim scientia causetur de nouo in nobis, patet. Primo, quia Philosophus in loco præallegato dicit, quod ante demonstrationem scitur conclusio aliquo modo, & aliquo modo non: quia, scilicet scitur vniuersaliter & in potentia in suis principiis, non autem scitur in actu. Vbi sic dicit Commentator: vniuersaliter hæc est dispositio rei acceptæ per disciplinam, scilicet quod est ignorata ex parte qua est particularis: & nota ex parte rei vniuersalis comprehendentis ipsam: quoniam si esset res ignota apud nos ex partibus omnibus, non esset nobis possibile ut ad disceremus eam: Item etiam apparet: quia Philosophus in eodem libro diffiniens demonstrationem, dicit, quod ipsa est syllogismus faciens scire. Ex quo patet quod demonstratio facit scientiam. Et in 2. phys. textu cōmenti 74. dicit quod notitia principiorum est causa efficiens notitiæ conclusionis. Et in 8. phys. textu cōmenti 32. dicit quod intellectus aliquando est in potentia essentiali, scilicet antequam habeat habitum scientiæ, sed factus in actu per habitum, & non actu considerans in potentia accidentali. Et in 3. de anima, dicit quod intellectus ante intelligere nihil est eorum quæ sunt. Ex quibus omnibus patet quod scientia generatur in nobis. Nam id quod habet esse post non

esse, est productum ab aliquo agente. Sed scientia est huiusmodi, ut patet ex auctoritatibus adductis: ergo scientia causatur in nobis. Quomodo autem istud fiat, recitat Commentator 2. metaphysicæ, com. 18. quinque opiniones circa productionem rerum vniuersaliter. Quidam enim ponunt latitationem rerum scilicet Anaxagoras: & isti dicunt quod quodlibet est in quodlibet: & consequenter dicunt quod generatio non est aliud nisi exitus rerum ab invicem: & quod agens non est nisi extrahens & distinguens eas ad invicem: Ex quo sequitur quod generare apud eos non sit aliud quam mouere. Alij dicunt quod res sunt per creationem: quia, scilicet totum producitur & fit ex nihilo: & hæc est opinio, ut inquit Commentator, loquentium in sua lege, & lege Christianorum: sicut dixit Alpharabius in libro de entibus transmutatis. Tertio est opinio dicentium, quod agens causat formam & ponit eam in materia: sed tale agens est omnino separatum à materia, & appellatur dator formarum, & hæc fuit opinio Auicennæ. Quarta opinio est Themistij dicentis, quod ea animalia & plantæ quæ fiunt à non simili producuntur ab agente abstracto: ut dixit Auicenna. Ea vero quæ generantur à simili pura ignis, & homo ab homine, habent causam agentem existentem in materia. Quinta est opinio Aristotelis dicentis quod agens est ens in materia, & generat educendo in actum id quod erat in potentia materia: ita quod tale agens non causat formam, & ponit eam in materia, sicut dicebat Auicenna: sed educit eam de potentia materia. Et hæc opinio ut inquit Alexander, est minoris dubitationis omnium sententiarum: & est magis conueniens ut sit vera. Sequens igitur doctrinam Aristotelis oportet dicere quod scientiæ educatur de potentia in actum. In talibus autem formis accidentalibus quæ in nobis fiunt aliquando principium effectuum est extrinsecum, aliquando autem est intrinsecum. Et tunc si concurrat aliquid extrinsecum: hoc erit tantum adiuuando illud principium intrinsecum: sicut apparet quod principium causans in nobis sanitatem, est extrinsecum, scilicet natura quæ per calorem naturalem digerit & consumit & expellit malos humores: medicus autem qui est principium intrinsecum nihil aliud facit nisi quod adiuvat naturam fortificando calorem naturalem & adhibendo medicinas: quibus humores putridi melius & facilius expellantur: & ita contingit in generatione scientiæ. Sed qualiter hoc fiat diuersimode declaratur. Dicunt enim aliqui quod doctor per verba sua nihil omnino causat in discipulo: sed solum excitat eum ad actualem considerationem earum rerum, quarum prius habebat similitudinem quia enim sermo audibilis prolatus à docente est signum conceptus quem habet doctor: talis sermo dum immutat auditum discipuli, & postea intellectum eius, quantum talis sermo est quædam natura excitat intellectum ad cogitandum ipsum sermonem esse impositum ad significandum tale vel tale ens: & consequenter ad considerandum de tali ente: non quod sermo causet aliquem conceptum siue speciem. Sed quia supra libro quinto probatum fuit, quod omne instrumentum recipit aliquam virtutem ab agente principali: verba autem sunt instrumentum docentis. Similiter etiam, quia non bene saluat quomodo vnus homo sit doctor alterius. Si enim solum ideo docet quia excitat ad considerandum, ita diceretur alium docere ille qui excitat ipsum ad aliquid videndum quod non videt, sicut ille qui alium docet legendo. Propterea aliter declaro: quomodo scientia generatur. Et dico primo quod scientia doctoris non causat scientiam in discipulo: quia ut dicit Commentator 3. de anima, cōmento 5. in fine, scientia non est forma factiva. Sed alio modo generatur scientia. Nam in nobis est duplex notitia, scilicet notitia simplex & notitia complexa: & quælibet istarum est duplex. Nam aliqua est notitia simplex omnibus communis & naturalis, scilicet conceptus entis & vnus & aliorum quæ sunt vniuersalissima. Alia est notitia simplex determinata quæ est proprius conceptus huius vel illius entis: & hæc est naturalis, nec communis omnibus, licet enim quilibet sciat quod homo est ens: non tamen omnes sciunt quod homo sit animal rationale. Similiter aliqua notitia complexa est naturalis omnibus, scilicet notitia primorum principiorum: cognitio enim terminis statim cognoscuntur prima principia ex solo lumine intellectus agentis. Alia est notitia complexa, quæ non est omnibus communis, nec est homini naturaliter indita: & hæc est notitia conclusionum quæ possunt demonstrari. Et similiter etiam notitia propositionum immediatarum quæ non sunt prima principia: licet enim ista propositio, homo est animal rationale, sit immediata & demonstrari non possit: tamen non est cognita omnibus naturaliter, sed cognoscitur per diuisionem aut compositionem: eo modo quo docuit Philosophus 2. posteriorum inuesti,

Quinquaginta placita de re vni producta Anaxagoræ dictum.

Auicennæ opi. Themistij opi.

Aristotelis.

Quoniam pacto scientiæ generatur in nobis per sermone.

Conclusio

inuestigare rerum diffinitiones. Dico igitur quod verba doctoris non possunt causare speciem representantem quidditatem rerum signatarum per eas: quia isti causantur tantum ab intellectu agente & fantasmatere. Dico secundo, quod non possunt causare notitiam primorum principiorum, quia respectu eorum non est disciplina: sed causantur in quolibet à natura. Dico tertio, quod possunt causare conceptus simplices determinatos & minus vniuersales. Si enim per speciem lapidis in Sorte existentem cognoscat Sortes lapidem solum inquantum est ens, aut substantia, verba prolata à magistro facient quod Sortes cognoscat eam etiam inquantum est corpus & inquantum lapis, formado proprium conceptum lapidis. Nam agens principale respectu huius determinati conceptus, erit quidem intellectus agens & passibilis ipsius Sortis, & tamen verba doctoris concurrunt etiam instrumentaliter: inquantum sunt signa similis conceptus, quem in seipso formauit doctor preferens talia verba: immo prædicta verba magis mouebunt ad huius conceptum quam ipse lapis ad extra: quia ut dixi, sunt signum illius conceptus. Et ad hunc sensum dixit S. Tho. de viri. quæst. 11. argu. 1. quod intellectus agens accipit intentiones intelligibiles & à rebus & à verbis doctoris: quæuis verba doctoris propinquius se habeant ad causandum scientiam quam ipsa sensibilia extra animam existentia inquantum sunt signa intelligibilium intentionum. Et ibidem dicit quod ea de quibus docemur cognoscimus quantum ad aliquid, & quantum ad aliquid ignoramus. Si enim doceamur quid est homo, oportet quod præciamus hominem esse ens: & si docemur aliquam conclusionem, oportet quod præciamus de subiecto & passionem quid sunt. Dico quarto, quod verba doctoris causant notitiam complexam conclusionis quæ demonstratur: faciunt enim quod intellectus discipuli audientis demonstrationem factam à doctore producat mediatis principijs ab eo cognitis, notitiam conclusionis in seipso, ad quam notitiam concurrunt instrumentaliter prædicta verba: alioquin ut dictum est supra, non saluaretur quod proprie doceat. Dicta autem verba doctoris continent virtualiter prædictas notitias, eo modo quo virtus est in instrumentis: sicut secundum esse intentionale: & per modum transcuntis. Ex his patet, quod licet verba doctoris non possint simpliciter educere audientem de potentia essentiali in actum: quia nullo modo causant species intelligibiles quæ representant quidditates: possunt tamen educere ipsum in actum modis prædictis.

Ad primum.

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad quartum.

Tex. 18.

Tex. 19.

Ad argumenta in oppositum respondetur. Ad primum negatur minor, si intelligat quod nulli conceptus & nulle notitiæ possunt generari per actum docentis. Ad primam probationem negatur consequentia: nec valet probatio eius, quia assumptum est falsum, per impositionem enim vocum non solum datur eis respectus signi ad signatum, sed etiam datur eis quædam virtus habes esse intentionale, per quam potest concurrere instrumentaliter ad causandum prædictas notitias. Ad 2. negatur maior: quia etiam oportet esse idem passum, id est, eodem modo dispositum: Græcus autem non est ita dispositus sicut Latinus respectu doctoris docentis per verba Latina. Nam ad hoc quod verba doctoris causent scientiam: oportet quod prius eius in intellectu excitentur. non possunt autem excitare eum qui non intelligit quid significant: remoto autem isto primo, remouetur etiam posterius: scilicet, generatio scientiæ. Ad 3. negatur minor: partiales enim conceptus & alia quæ sunt dicta, non sunt prius in discipulo quam auditio verborum doctoris. Ad 4. conceditur quod non generat species intelligibiles, generat tamen alia de quibus dictum fuit.

Ex prædictis inferunt quod non oportet ponere ideas sicut ponebat Plato, ut, scilicet, per eas generentur ista sensibilia. Et hoc probat dupliciter. Primo. Omnis generatio est à conueniente, ut supra dictum est, ergo substantia particularis non generatur à substantia vniuersali, sed à particulari. Secundo. Ita est in natura sicut est in arte. Sed artifex non indiget exemplari separato ad quod respiciat cum agit, sed ars est forma artificij existens in anima eius, ergo agens naturale non indiget dum generat aliquo exemplari separato. In hoc loco Commentator facit magnam digressionem de generatis ex putrefactione quæ omnia dicta sunt libro septimo.

Quia dictum est de principiis tam extrinsecis quam intrinsecis substantiæ sensibilis, nunc soluit ipsam quæstionem.

citata libro tertio quæ est, Vtrum substantiæ & relationes & aliorum prædicamentorum sint eadem principia. Et dicit quod non sunt eadem simpliciter: sed sunt eadem secundum proportionem. Facit autem specialiter mentionem de relatione, ut inquit Commentator, quia ipsa est debilioris esse quam alia genera, ideo quidam putauerunt eam esse de secundis intellectibus. vel ut ait S. Tho. quia ipsa est magis remota à substantia quam alia genera: cum non inheret substantiæ nisi mediatis alijs, & eius ratio non sit inherere subiecto: sed esse ad aliud. Quod autem non sint eadem principia substantiæ & aliorum generum, probat dupliciter. Primo. Si sunt eadem principia, aut illa principia sunt præter substantiam & alia genera, aut sunt in aliquo genere. Sed non sunt præter substantiam & alia genera, quia sic alicuius reale esset commune substantiæ & accidenti, quod est impossibile. Itē sequitur quod aliquid esset prius substantiæ & accidente, quod est impossibile. Et Commentator dicit quod non potest esse vna materia communis omnibus prædicamentis. Non potest etiā dici quod illa principia sint de genere substantiæ, quia accidentia non componuntur ex substantiis & eadem ratione non sunt de genere accidentium, quia substantiæ non componuntur ex accidentibus.

Amplius quo modo contingit.

In hoc textu ponit aliam rationem ad probandum quod non sunt omnium eadem principia simpliciter, & arguit sic, ut dicit S. Tho. Nullum elementum est idē cum eo, cuius est elementum, quia nihil est elementum aut causa sui ipsius, sicut huius syllabæ ba, elementum est hæc litera a aut b, & non ipsum ba: ergo si sunt eadem elementa substantiæ & accidentium, sequitur quod non erunt substantia nec accidens hoc autem est impossibile, quia substantia & accidens euacuarentur ens: ergo &c. Themistius sic format hanc rationem. Si 10. prædicamenta habent elementum vnum aliud ab eis, aut est extrinsecum ab eis, id est, prædicatum de eis, aut est intrinsecum eis, id est, quod omnia prædicantur de eo. Si extrinsecum, ergo datur aliquid quod præcedit substantiæ, & alia prædicamenta. Si intrinsecum, ergo compositum prædicatur de simplici ex quo compositum, quod est impossibile, sicut est impossibile quod hæc syllaba ba, prædicetur de hac litera a. Expositionem Alexandri non pono, quia parum valet, ut patet ex se, & etiam restatur. Cōmētator qui suam non ponit, sed accipit eam quæ est Themistij.

Nec est intellectualium elementorum.

Commentator & Alexander dicunt quod Philosophus probauit textu præcedenti non esse eadem elementa sensibilia omnium generum, & quod nunc probat non esse eadem elementa intelligibilia, cuiusmodi sunt vni & ens, quæ cum sint vniuersalia, non cognoscuntur nisi intellectu, & habent esse extra animam, inquantum sunt vniuersalia. Ratio autem formatur, sicut præcedens, scilicet quod omne elementum distinguitur ab eo cuius est elementum, & ens non distinguitur à substantia & accidente, alioquin substantia & accidens essent non entia. Sed S. Tho. aliter exponit dicens, quod Philosophus respondet cuidam obiectioni quæ posset fieri contra illam maiorem in qua dicebatur, quod elementum distinguitur ab eo cuius est elementum, quia vnum & ens sunt elementa omnium, & tamen non distinguuntur ab eis. Ad hoc respondet, quod secundum Platonem qui ponebat ea esse separata distinguuntur, quod patet ex hoc, quia vnum & ens in sunt singulis compositorum ex eis, nullo autem compositorum ex eis inest alijs: ergo vnum & ens distinguuntur ab his quæ sunt composita ex eis.

Non sunt igitur omnium eadem elementa.

Concludit ex prædictis rationibus quod non sunt eadem principia omnium generum simpliciter, ita quod hoc nomen ens dicitur de eis vniuocè, vt exponit Commentator, id est, quod dicat vnam naturam præcise cum communem omnibus. Postea dicit quod sunt eadem proportionaliter, quia sicut in substantiis sunt tria principia, scilicet materia, forma, & priuatio, ita etiam est in accidentibus, quia secundum diuersitatem accidentium sunt diuersæ potentia receptiua, & etiam distinctæ priuationes. Et exemplificat in multis, quæ exempla sunt clara & manifesta. Quoniam dictum est quod non sunt eadem principia omnium generum, intelligendum est de principijs proximis, ut dicit Commentator: quia si intel ligatur de principijs primis, manifestum est quod principia substantiæ sunt principia omnium, eo quod substantia est primum subiectum omnium accidentium.

Quoniam

Quoniam autem non solum qua insunt causa.

conseruatione corporum corruptibiliu, corpus vero celeste est incorruptibile. Intellectus autem & desideriu habet rationem cause mouentis, vnde dicit Commentator quod per intellectum intendit primu mouens corpora celestia & per desiderium intendit animam que est in corporibus celestibus. Partes vero huius corporis animati, quod est celum, sunt corpus & anima. Non facit autem mentione de prima materia, nec de formis naturalibus, vt dicit Commentator, quia non sunt in actu, sicut anima & corpus.

Et etiam alio modo principia sunt eade proportionaliter. Tex. 16.

In hoc textu ponit vnum alium modum quo sunt omnium eadem principia, quia scilicet potentia & actus sunt principia omnium generu, & licet sit, tamen circa hos est duplex differentia. Prima est, quia secundum quod genera sunt diuersa, ita etiam sunt diuersa potentia & diuersi actus. Nam vt inquit Commentator, potentia & actus que sunt principia substantia, sunt alia a potentia & actu, que sunt principia qualitatibus, & sic de aliis. Secunda differentia est, vt habet traditio qua sequitur S. Tho. quia in quibusdam scilicet in generabilibus idem quandoque est in actu & quandoque in potentia. In quibusdam vero, scilicet in sempiternis potentia est semper coniuncta actui. Deinde reducit potentia & actum ad illa principia que supra enumerata sunt. Nam actus reducit ad formam. Potentia vero reducit ad materiam. Nam materia est in potentia ad formam & priuationem. Et quia dixerat quod secundum diuersitatem generu est diuersitas potentiarum, subdit quod etiam in eodem genere sunt diuersa materia proxima. Nam materia hominis sunt elementa, que tamen non sunt materia omnium corporu, scilicet celestiu, actus vero hominis est actus extrinsecus, scilicet anima, agens vero propinquu est patet, re motu vero est sol, & obliquus circulus, scilicet zodiacus, sub quo mouetur sol, qui suo motu causat generationem & corruptionem in rebus. Nam dum nobis appropinquat, causat generationem, dum vero elongatur causat corruptionem.

Ahuc autem videre oportet.

Hunc textum sic introducit Commentator, dicens quod Philosophus intendit declarare quod principia supra enumerata possunt dupliciter comparari ad sua principia. Vno modo particulariter. Alio modo vniuersaliter, puta dicendo quod homo generat hominem & etiam dicendo quod iste homo generat hunc hominem. Nam prima consideratio est vniuersalis: & secunda est particularis. Sed S. Tho. dicit quod intentio philosophi est dicere quod non solum sunt eadem principia omnium proportionaliter, sed etiam vniuersaliter. Nam actus & potentia, sunt principia omnium vniuersaliter, non quod talia vniuersalia per se subsistant, sed quia vniuersaliter significantur, ita quod vniuersalitas attenditur solum penes modum significanti. Et hunc modum dicens posuit etiam Commentator in fine commentu, vbi dicit sic: Eadem scilicet principia sunt sermone vniuersali. Et postea quibusdam interpositis sic ait, quamuis non sint eadem secundum naturam, tamen sunt eadem sermone vniuersali. Quocumque autem modo exponatur, subdit Philosophus, quod comparatio particularis ad particulare est prior comparatione vniuersalis, ad vniuersale, quod exponens Alexander dicit hoc esse intelligendum in esse, & non intellectu. Nam quia particularia sunt actu extra animam, & vniuersalia sunt extra animam tantu in potentia, priora sunt particularia vniuersalibus. Vnde ratio quod homo generat hominem est, quia hic homo generat hunc hominem, vniuersalia vero sunt priora in intellectu particularibus. Postea ponit aliu modum quo sunt omnium eadem principia vniuersaliter: quia, scilicet vt dictu fuit substantia est vniuersale principium omnium accidentium. Et hoc innuit Philosophus in illis verbis. Deinde iam que substantiarum alia, aut aliorum cause & elementa, sicut dictum est. Quia vero dixerat quod omnium sunt eadem principia vniuersaliter, statim subdit quod non sunt eadem propria principia, quia que sunt diuersa genere, vt substantia & quantitas, habent aliu actum & potentiam in genere, & que sunt eadem specie, habent eadem principia secundum speciem, & que differunt solo numero habent potentiam & actum distincta tantum numero. Nam alia est materia & forma Sortis a materia & forma alterius.

Causa autem & principia alia aliarum sunt.

Ab hoc loco vsq; ad textum vigesimum nonum declarat quod omnium generum sunt eadem principia tripliciter. Vno modo secundum analogiam, quia sicut in genere substantia aliquid est priuatio, & aliquid est forma &

Tex. 17

Tex. 19.

aliquid materia, ita in quolibet genere est propria potentia illius generis & propria forma, & propria priuatio. Secundo sunt eadem, quia omne genus diuiditur per potentiam & actum que sunt principia ipsius generis. Tertio sunt eadem secundum vniuersaliter, nam substantia causatur ex substantiis: sicut calor ex calore, & albedo ex albedine, & ita de aliis. Circa quam partem queritur.

QUESTIO XXII.

Vtrum accidens componatur ex propria potentia & proprio actu sicut substantia.

Quaritur 22. an sicut substantia componitur intrinsece ex suo potenciali: suo actuali: ita accidens intrinsece ex propria potentia & proprio actu componatur. Et videtur quod sic. Primo. Omnis mutatio per se vna est ad terminum per se vnum. Sed de alio est mutatio per se vna: vt patet: ergo ad terminum per se vnum: ille autem terminus non est aliqua forma simplex: quia illa non fit nisi per accidens: 7. metaph. Nec etiam est compositum ex subiecto & accidente: quia ipsum non est vnum per se: ergo est compositum per se de genere accidentis. Secundo. Simpliciter est perfectio simpliciter, ergo quanto aliquid ens est simplicius, tanto est simpliciter perfectius, & per consequens si accidens non esset compositum intrinsece, sequitur quod esset simpliciter perfectius substantia composita, quod est falsum. Tertio. Idem est susceptiuu motus & terminu motus. Sed superficies non est primu susceptiuu de aliationis, cum superficies sit actus, & motus sit tantu entis in potentia in quantum huiusmodi: ergo oportet in superficie esse propriam potentiam ex qua componatur albedo.

Prima ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Conclusio 1.

Conclusio 2.

Quaritur 22. an sicut substantia componitur intrinsece ex suo potenciali: suo actuali: ita accidens intrinsece ex propria potentia & proprio actu componatur. Et videtur quod sic. Primo. Omnis mutatio per se vna est ad terminum per se vnum. Sed de alio est mutatio per se vna: vt patet: ergo ad terminum per se vnum: ille autem terminus non est aliqua forma simplex: quia illa non fit nisi per accidens: 7. metaph. Nec etiam est compositum ex subiecto & accidente: quia ipsum non est vnum per se: ergo est compositum per se de genere accidentis. Secundo. Simpliciter est perfectio simpliciter, ergo quanto aliquid ens est simplicius, tanto est simpliciter perfectius, & per consequens si accidens non esset compositum intrinsece, sequitur quod esset simpliciter perfectius substantia composita, quod est falsum. Tertio. Idem est susceptiuu motus & terminu motus. Sed superficies non est primu susceptiuu de aliationis, cum superficies sit actus, & motus sit tantu entis in potentia in quantum huiusmodi: ergo oportet in superficie esse propriam potentiam ex qua componatur albedo.

Quarto. Quicquid diffinitur est compositum intrinsece ex partibus distinctis. Sed accidentia diffiniuntur: ergo &c. Minor patet. Tum quia vt dicit Philosophus 7. metaph. & Commentator commento 33. sicut tota diffinitio declarat diffinitum: ita partes diffinitionis declarant partes diffinitiu. Tum quia eodem libro rex. com. 51. ra Philosophus quam Commentator faciunt hanc consequentiam. Si omnis substantia esset simplex, nullius substantia esset diffinitio: quae consequentia non tenet nisi in vi huius propositionis: nullum simplex diffinitur. Quinto. Quia Commentator 12. meta. com. 23. dicit, quod in quolibet genere accidentium inueniuntur principia, quorum proportio ad illa est, sicut proportio principiorum substantia ad substantiam, ergo sicut substantia componitur intrinsece ex potentia & actu, ita & accidens.

Respondet duabus conclusionibus, quarum prima hec est: In quolibet genere est proprium potentiale illius generis. Et intelligo hanc conclusionem de illis generibus que dicunt entitates distinctas: cuiusmodi est substantia, qualitas, & quantitas. Hec conclusio probata fuit libro 9. vbi dicebatur quod omne genus diuiditur per potentiam & actum. Et adhuc confirmatur. Primo: quia Commentator 3. physicorum, com. 9. dicit: potentia ad vnum quodque predicamentum est in illo genere predicamenti quod est actus. Secundo. Auicenna 2. meta. dicit quod nulla est categorica que non habeat exitum de potentia in actum, ergo in quolibet genere est propria potentia recipiens aliquam formam per transmutationem que est motus: & recipit eam per naturam potentia passiva que est principium transmutationis. Sed superficies recipit albedinem per de aliationem que est motus, ergo eam recipit per naturam potentia passiva. Sed superficies est actus per essentiam suam quum sit forma: ergo oportet quod superficiem consequatur aliqua potentia passiva que sit ei ratio recipiendi albedinem. Quod autem huiusmodi potentia sit eiusdem generis cum albedine, patet: quia vt dicitur 2. de anima. & 8. metaph. ex actu & potentia fit per se vnum: ex actu autem vnius generis, & potentia alterius generis non fit vnum per se. Secunda conclusio, licet in quolibet genere sit proprium potentiale, vt sit ratio recipiendi actum eiusdem generis, nullum tamen accidens componitur intrinsece ex huiusmodi potenciali. Prima pars huius conclusionis patet ex precedenti. Secunda probatur eiusdem rationibus quibus supra probabatur in 7. quod accidens non componatur ex materia & forma. Primo. Id quod se toto est actus, nullam habet potentiam intrinsece. Sed actio se toto est actus, ergo &c. Maior patet: quia oppositum predicati infert oppositum subiecti. Minor etiam non potest rationabiliter negari: alioquin actio non diceretur actio. Nam actio se toto est actio: ergo se toto est actus. Patet consequentia: quia non minorem simpliciter dicit actio quam actus. Secundo. Id quod se toto primo est principium age

di: nullam includit potentiam passivam, quia potentia passiva non est principium actionis. 9. metaph. hic calor est se toto id quo primo ignis calefacit: non enim calefacit vna parte caloris, & altera non, ergo, &c. Tertio. Accidens se toto, est in subiecto: ergo se toto est actus. Patet consequentia: quia quicquid in alio recipitur, est actus respectu recipientis: cum recipere sit primo potentia passiva. Antecedens probatur. Si accidens secundum aliquid sui non esset in subiecto: illa pars que non esset in subiecto, non esset accidens, sed substantia: quia omnis ens reale quod nullibi inest subiectiue est substantia.

Ad argumenta respondetur. Ad primum dicitur quod duplex est terminus transmutationis. Vnus est terminus totalis sive terminus productus & de hoc negatur maior. Alius est terminus formalis: & sic negatur minor, sed tunc dico quod albedo & quilibet huiusmodi forma est vnum per se. Ad secundum negatur consequentia nisi cetera sint paria. Subsistens enim si sit simplex est perfectius subsistere, non simpliciter, sed si aliquid est subsistens & compositum, erit nobilior simpliciter non subsistere: alioquin homo esset ignobilior sua materia, substantia enim composita per se subsistit, & habet nobiliores operationes quam accidens. Vnde accidens est secundum quod perfectius subsistens: sed illa est simpliciter perfectior. Ad tertium negatur consequentia. Sequitur enim quod oportet in superficie esse proprium potentiale per quod est susceptiuu albedinis, sed non sequitur quod componatur ex tali potenciali intrinsece. Ad quartum negatur maior, si vniuersaliter intelligatur, quia philosophus ibi loquitur tantum de diffinitionibus substantiarum compositarum: accidentia autem non sunt substantia composita: consequentia autem quam facit philosophus intelligenda est ad hunc sensum: quod si omnis substantia esset omnino simpliciter simplex: curamodi esset solus Deus: eius non esset diffinitio. Ad quintum conceditur quod in quolibet genere est proprium potentiale: sed non sequitur quod res illius generis componatur intrinsece ex tali potenciali.

QUESTIO XXIII.

Vtrum quod intellectus potentialis sit separatus secundum esse ab homine fuerit opinio Averrois.

Quaritur vigesimotertio. Vtrum fuerit opinio Averrois quod intellectus potentialis sit secundum esse separatus ab homine. Et videtur quod non. Primo: quia Commentator 10. ethicorum, cap. 9. dicit conueniens est opinari quod existentia cuiuscumque hominis in quantum homo est per hanc substantiam que est intellectus nominatus: cum sit honorabilis, & melius quod est in eo: ergo intellectus potentialis dat homini existentiam, sive esse. Secundo. Omnis forma substantialis coniuncta homini per naturam dat ei esse formalem. Sed intellectus potentialis est huiusmodi, dicente commentatore 3. de anima, commento 20. Intellectus potentialis prima coniunctio. Tertio. Id a quo sumitur differentia constitutiva hominis dat ei formaliter esse substantiale. Sed rationalitas sumitur ab intellectu possibili, & est differentia constitutiva hominis. Vnde dicit Commentator 7. metaphysic. commen. 1. 1. quod rationalitas est differentia exitus in quidditate animalis rationalis. Et commento 12. dicit quod homo componitur ex duabus naturis, animalitate, & rationalitate. Et 3. de anima, commen. 1. dicit quod homo per hanc virtutem, scilicet intellectum differt ab omnibus animalibus: ergo &c. Quarto. Commentator 3. de anima, commen. 2. facit hanc consequentiam. Si esset vnus intellectus non esset homo corruptibilis in quantum homo. Sed ista consequentia non valet: nisi ex hoc medio, esse hominem, sumitur ab intellectu: ergo secundum eum intellectus dat esse homini. C. confirmatur, quia in eodem commento facit hanc consequentiam. Si vnus esset intellectus, tu esses per esse mei: & ego essem per esse tui: quae consequentia nihil valet, nisi intellectus daret esse homini. Quinto. Prima perfectio hominis dat ei esse substantiale. Sed Commentator 3. de anima, commento 5. dicit quod intellectus possibilis est prima perfectio hominis, vt declaratum est in diffinitione anime: ergo dat esse substantiale ipsi homini.

Respondet. Sciendum est, quod licet considerare de intellectu & de anima intellectiu in quantum est forma materia: & recepta in eam mediante alteratione: & similiter quartu ad opiniones eius etiam intellectibus, in quantum alio modo dependet a motu & transmutatione & actione rerum sensibilium in animam, pertinet ad philosophum naturam

Respondet. Sciendum est, quod licet considerare de intellectu & de anima intellectiu in quantum est forma materia: & recepta in eam mediante alteratione: & similiter quartu ad opiniones eius etiam intellectibus, in quantum alio modo dependet a motu & transmutatione & actione rerum sensibilium in animam, pertinet ad philosophum naturam

Respondet. Sciendum est, quod licet considerare de intellectu & de anima intellectiu in quantum est forma materia: & recepta in eam mediante alteratione: & similiter quartu ad opiniones eius etiam intellectibus, in quantum alio modo dependet a motu & transmutatione & actione rerum sensibilium in animam, pertinet ad philosophum naturam

Ad primum

Ad secundum

Ad tertium

Ad quartum

Ad quintum

Prima ratio

Secunda ratio

Tertia ratio

Quarta ratio

Quinta ratio

Physica hac

theo. 12. est

natura

Causa qua-
sui.

Aur. tenui
se parietali
lectura scilicet
dum esse ab
homine sepa-
ratis.

Suppositum
secundum.

Ad primu
Ad secundu
Ad tertiu
Ad quartu

naturali. Tamen si anima intellectiva esset substantia separata, eius consideratio quantum ad naturam eius pertineret ad primum Philosophum, quia ut dicit Commentator 2. phys. com. 2. 6. considerare de omnibus formis & quidditatibus abstractis est primi philosophi. Mora est autem ista quaestio propter aliquos iuniores philosophos reprehendentes sanctum Thomam, & dicentes, quod falso imponit Commentator intellectum possibilem esse separatim ab homine secundum esse, quia ut ipsi dicunt, incipit Commentatoris fuisse quod anima intellectiva det homini esse formaliter: sicut sit vna anima intellectiva in omnibus hominibus, & vnicuius intellectus possibilis. Intenditur igitur in hac quaestione solum probare quod S. Tho. nihil falso asserbat Commentatori. Cum istud non possit esse, nisi aut viri iniuste agentis, aut ignari non intelligentis doctrinam Commentatoris. Et praetermittit dictum Commentatoris 3. de anima. com. 2. 3. & 4. in quibus saepe dicit quod intellectus neque est corpus neque virtus in corpore, quia isti responderent hoc non esse ita intelligendum, quasi intellectus non habeat esse in corpore, sed solum quod vnitur organo corporali in sua operatione quemadmodum facit sensus, & istud est quod intendebat Commentator in illis verbis, & hoc est verum, ut apparet legenti ipsum. Sed arguo ex alio fundamento. Et suppono quod secundum Commentatorem anima intellectiva est composita ex intellectu agente & intellectu possibili, quod ipse appellat intellectum materiale, 3. de anima, com. 2. 4. in principio. Quod istud praesuppositum sit Commentatoris, patet, quia in eodem commento circa medium sic dicit, necesse est ponere in anima rationali has duas differentias, scilicet virtutem actionis & virtutem passionis. Et idem ponit 11. metaph. commento 17. Supponitur secundo quod est impossibile animam intellectivam esse unitam materiae secundum esse, quia intellectus, aut est ipsa substantia anime, aut est eius propria passio: & hoc non indiget probatione, quia ab omnibus est concessum tanquam notum per se. Et arguitur sic. Si anima intellectiva est unita materiae secundum esse, sequitur quod eius substantia est corpus, aut virtus in corpore, ut patet ex secundo praesupposito. Sed substantia anime non est corpus, nec virtus in corpore secundum Commentatorem, qui sic ait 3. de anima, com. 2. 4. quoniam autem substantia recipiens has duas formas, necesse est ut non sit corpus neque virtus in corpore, manifestum est ex propositionibus, quibus Aristoteles usus est in hoc sermone, & patet ex verbis Commentatoris qui loquitur de substantia anime: & non de operatione eius. Secundo. Si anima intellectiva vnitur homini secundum esse, sequitur quod definitio prima data de anima, 2. de anima, dicatur vniocce de omnibus. Sed secundum Commentatorem non dicitur vniocce, quia ut ipse dicit 3. de anima, com. 5. col. 3. in principio dicere formam & primam perfectionem est dicere aequivoce de anima rationali, de aliis partibus anime: ergo secundum eum anima intellectiva non dat esse homini. Nec valet responsio, quod dicitur aequivoce: quia anima intellectiva alio modo operatur. Quia in illa prima diffinitione nulla fit mentio de operatione, sed solum dicitur quod anima est actus primus corporis organici, quod idem est ac si diceretur quod anima dat esse formaliter corpori physico. Idem apparet ex verbis Commentatoris cum ait: quod dicere formam & primam perfectionem est dicere aequivoce, scilicet quod alia anime perficiunt secundum esse, anima vero intellectiva est prima perfectio solum quantum ad operari, quia ipsa est primum quod intelligimus. Et hoc est quod intendebat dicere Commentator 3. de anima, com. 5. col. 4. circa finem, quod dicitur. Declaratum est igitur quod prima perfectio intellectus differt a primis perfectionibus aliarum virtutum anime, & quod nomen perfectio, dicitur de eis modo aequivoce, & contrario: ei quod existimavit Alexander. Eideo dicit Aristoteles in diffinitione anime, quod est perfectio prima corporis naturali organici, quod nondum est manifestum, vtrum per omnes virtutes perficiatur corpus eodem modo, aut est ex eis aliqua per quam corpus non perficitur: & si perficiatur etiam alio modo. Tertio arguitur. Quando Commentator dicit quod intellectus non est virtus in corpore, si intendet solum dicere quod non vnitur organo corporali, & non quod sit separata secundum esse sequitur quod in quadam sua ratione separaret per fallaciam petitionis principij. Consequens est satis inconueniens, ergo &c. Probatur consequentia. Nam Comment. 3. de anima, com. 6. reprehendens Galenum dicentem, quod intellectus est vis cogitativa. Et commemoras virtutes sensitiuas interiores: & probas quod intellectus non est aliqua earum, sic arguit. Si intellectus esset aliqua earum se-

quitur quod esset virtus in corpore: & consequens est falsum, ergo &c. Deinde probat falsitatem consequentis hoc modo. Si intellectus esset virtus in corpore, sequitur quod haberet instrumentum corporale: consequens est falsum, ergo &c. Quarto autem quomodo in antecedente huius ultimae conditionalis accipiat esse virtutem in corpore. Si dicit quod accipit pro virtute vnitae corpore, habeo propositum quod est petitio principij: & est ac si diceret, Si est virtus corpore, sequitur quod habeat instrumentum corporale: ergo oportet quod in antecedente accipiat esse virtutem in corpore, pro dare esse corpori & materiae, unde intendit probare quod sit omnino separata secundum esse: quia si esset in materia vteretur corpore: licet enim ista consequentia non valeat in veritate, tamen apud ipsum purabitur esse necessaria. Quarto: id quod vnitur nobis secundum esse non copulatur nobis solum per sui copulationem, cum formis imaginabilibus: quia copulatio intellectus cum formis imaginabilibus non est secundum esse, sed alio modo, scilicet ut potentia ad obiectum, aut motus ad mouens. Sed Com. tertio de anima, com. 36. columna secunda in fine sic dicit. Intellectus materialis non copulatur nobiscum per se & primo, sed non copulatur nobiscum nisi per suam copulationem cum formis imaginabilibus: ergo &c. Quinto. Id quod copulatur homini secundum esse substantiale tanquam forma dans ei quod sit homo: copulatur ei a principio sui esse & suae naturae, quoniam tunc homo est homo. Sed intellectus possibilis non copulatur nobis in principio, quia ut dicit Com. 3. de anima, com. 5. & 36. circa finem copulatur pueris tanquam in potentia & non in actu: ergo &c. Apparet igitur ex omnibus istis & aliis multis quae ex Comment. adduci possunt, quod secundum eum intellectus possibilis non vnitur homini secundum esse, & hanc fuisse opinionem Comment. crediderunt omnes viri clarissimi, S. Tho. Albertus, Scotus, Greg. de Arimino, Egidius & alij similes, qui melius intellexerunt dicta Comment. quam isti aui Philosophi. Imo etiam Ioanes de Lauduno 3. de anima, quaestio, 5. idem tenuit de mente Commentatoris.

Ad primum. Pro prima responsione & aliis sciendum est, quod ut communiter dicunt sequentes doctrinam Comment. homo accipitur dupliciter. Vno modo pro composito ex corpore & anima cogitativa: quae est nobilissima forma dans esse homini: ut dicit Commentator 3. de anima, com. 35. adeo quod per hanc perfectionem aliquando appellatur intellectus. Nam ut ait Comment. 3. de anima, com. 5. in principio, imaginatiua dicitur intellectus large in lingua graeca. Alio modo accipitur homo pro aggregato ex homine primo modo accepto: & ex anima intellectiva quae vnitur homini solum quantum ad operari, ut ipse dicit, sicut etiam intelligentia vnitur caelo tanquam motor intrinsecus: & tamen non dat ei esse, & sic accipiendo hominem habet quod sit homo ab anima intellectiva. Vel est dicendum & magis ad propositum, quod ibi non accipitur existentia pro esse actuali, sed pro formali ratione: quod patet si videamus ad quod propositum ibi loquitur Comment. Nam philosophus loquitur de felicitate: & dicit quod felicitas ibi conuenit homini per aliquod dictum scilicet per mentem, cuius operatio est vita beata. Commentator autem istud exponens, dicit quod ista mens, id est intellectus est nobilissimum conueniens homini, & quod homo ab ea habet suam rationem formalem. Cogitativa enim nunquam constitueret hominem in specie humana, nec faceret ipsum esse rationale, nisi esset nata facere quod homo copularetur intellectui possibili. Ad secundum dicitur, quod intellectus possibilis copulatur nobis dupliciter. Vno modo ex hoc quod phantasmata sive inuisiones imaginatae mouent intellectum possibilem, causando in eo species intelligibiles: & hanc appellat Comment. esse per naturam: quia est omnino naturalis. Sed ex hoc non sequitur quod det nobis aliquid esse. Alia est copulatio quando iam acquisitis habitibus conuertimur ad intellectum potentialem actu intelligendo per ipsum: & haec est secunda copulatio voluntatis. Ad tertium dicitur, quod rationale sumitur a virtute cogitativa, quia ipsa est ratione particulariter & colatiua intentionum individualium, ut dicit Comment. 3. de anima, com. 6. Et si quis proteruiat quod sumitur ab intellectu: dico quod hoc non est secundum Comment. Alio modo: nisi quia homo est aptus intelligere vniuersaliter solum per copulationem ad ipsum. Ad quartum & eius confirmationem dicitur, quod Comment. facit illas consequentias in principio illius comment. arguendo & disputando: quia nondum determinauerat quomodo intellectus sit omnium vnus, & quomodo vniatur

Ad primum.

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad quartum.

Ad quintum. vniatur nobis: non autem facit eas determinando. Ad quintum dicitur, quod Com. intelligit quod intellectus est prima perfectio hominis in operando: quod patet, quia ipse ibi dicit quod perfectio dicitur aequivoce de intellectu, sive de anima intellectiva & de aliis. Et sic patet quod ista auctoritates adductae in arguendo non concludunt Commentatorem tenuisse quod intellectus det esse homini: sed solum quod dat operari sive intelligere.

QUESTIO XXIIII.

Utrum si intellectus possibilis esset vltima intelligentia posset homo per eum formaliter intelligere.

Veritur 24. sine argumentis, vtrum si vltima intelligentia esset intellectus possibilis, sicut existimauit Com. posset homo per eum formaliter intelligere. Pro notitia huius quaestionis duo sunt declaranda. Primum est quod fuit opinio Com. Secundum est declarare propositum. Quantum ad primum sciendum est primum, quod Com. 3. de anima, com. 5. & com. 30. dicit quod intellectus possibilis non continuatur nobis actu in aetate puerili, sed tantum in potentia, quando autem homo habet vsum rationis continuatur ei in actu, quia tunc homo habet aliquam intelligentiam. Et quia homo dum est puer, est eiusdem speciei cum seipso, quando est vir, & in pueritia non habet ab intellectu quod sit homo, ideo secundum hanc opinionem homo non constituitur absolute in specie humana per intellectum. Et propter hoc dixit Com. 2. de anima com. 7. & 3. de anima com. 5. quod actus & perfectio dicitur aequivoce de anima intellectiva & de aliis partibus anime. Sciendum secundo, quod in homine est aliqua anima per quam est formaliter homo: & haec est anima cogitativa, id est, anima cuius superior virtus & potentia est vis cogitativa, quae dicitur ratio particularis, eo quod est cognoscitiua intentionum particularium, & earum collatiua, & ad quam consequenter pertinet formare propositiones singulares, & syllogismum expositoryum. Sciendum tertio, quod intellectus possibilis qui alio nomine dicitur a Com. intellectus materialis, 3. de anima, com. 5. per totum, est secundum ipsum quaedam substantia separata, & est pura potentia in genere rerum intelligibilium, eo quod se nullam habet speciem intelligibilem per quam possit actu intelligere, sicut etiam materia prima est pura potentia in genere sensibilibus, quia de se nullam habet formam. Similiter etiam intellectus agens est substantia separata, potens reducere in actum intellectum potentiale respectu cuiuslibet quidditatis sensibilibus, causando in eum species quidditatis representatiuas. Ad hanc vero operationem non sufficit intellectus agens, sed necessario concurrunt cum eo etiam intentiones imaginatae siue phantasmata. Et per consequens sicut intellectus agens copulatur possibili ex tali actione: ita phantasmata copulantur per eandem actionem intellectui possibili, ratione cuius coniunctionis & vnionis, homo in quo sunt praedicta phantasmata, dicitur intelligere, quia phantasmata quae sunt in nobis causant in intellectu possibili species intelligibiles. Sciendum quarto, quod est operatio intellectus agentis: & alia intellectus possibilis, actio intellectus agentis dicitur abstrahere: quod non est aliud nisi causare praedictas species, per quas repraesentatur quidditas, quasi esset abstracta a principijs indiuiduantibus. Actio intellectus possibilis est intelligere: quod non est aliud nisi receptio praedictarum specierum, ut videtur dicere Com. 3. de anima, com. 18. & com. 36. Sciendum 5. quod forma est duplex, vna est forma dans esse & operationem suo susceptiuam, sicut calor se habet ad ignem qui per calorem formaliter est calidus & calefactus. Alia est forma non dans esse, sed tantum operationem, eo modo quo dicunt aliqui intelligentiam vnitri caelo non dando perfectiones primas, sed tantum secundas, & hoc secundo modo anima intellectiva vnitur homini secundum Com. Sciendum 6. quod sicut caelum accipitur duobus modis, scilicet pro substantia caeli praecise quae mouetur. Alio modo pro aggregato ex caelo & motore ipsius: ita etiam homo accipitur tripliciter. Vno modo prout dicitur quodam essentiam per se vnam, & sic dicitur homo id quod est copositum ex materia & anima cogitativa, & hoc modo conuenit homini tantum notitia particularis. Alio modo accipitur homo secundum quod dicitur, aggregatum ex homine primo modo sumpto & ex anima intellectiva, & sic habet etiam notitiam vniuersalem ratione alterius partis, scilicet ratione anime intellectiva. Patet ex dictis secundum Com. quod homo non intelligit per animam intellectivam tanquam per formam dantem ei esse, sed tanquam per for-

Auer. placitum de intellectu possibile.

Not. secundum.

Not. tertium.

Not. quartum.

Not. quintum.

Not. sextum.

mam extrinsecam, & quodammodo ei assistentem. Contra hanc propositionem quae omnino falsa est & erronea tanquam repugnans verae theologiae, arguitur sic per rationes naturales probando quod repugnat principijs philosophiae. Primum. Si homo ideo praecise intelligit: quia phantasmata eius copulantur intellectui possibili causando in eo speciem, sequitur quod intellectus hominis, nunc de nouo geniti nunquam posset intelligere naturam rosae. Sed consequens est falsum, ut patet experimento: ergo. Consequentia probatur. Phantasmata huius hominis non possunt causare in substantia abstracta speciem rosae: ergo iste homo non potest intelligere rosam, consequentia patet ex tua positione. Antecedens probatur. Species rosae fuit prius causata ab aliis hominibus intelligentibus rosam in intellectu abstracto: ergo si etiam ab isto causatur, oportet sequi alterum de duobus, scilicet quod aut species praexistens fuerit corrupta: quod est impossibile, aut oportet quod duae species eiusdem obiecti sint in eodem intellectu numero, non tantum duae, sed tot quot fuerint homines intelligentes rosam: quod est falsum: quia notitia non plurificatur nisi per obiecta: ergo &c. Dicitur forte ad hanc rationem quod continuatio hominis ad intellectum possibilem, non solum est per hoc quod eius phantasmata causant speciem in intellectu possibilem: sed ex hoc quod homo per phantasmata quae habet conuertitur ad praedictum intellectum, & quod acquisitio scientiae non est aliud nisi acquisitio cuiusdam habitus ad facile conuertendum se per phantasmata ad praedictum intellectum. Sed contra. Ista conuersio ad substantiam abstractam: aut est per potentiam intellectivam: aut est per aliquam vim sensitiuam. Si sit per intellectum, ergo homo intelligit per potentiam in eo formaliter existentem. Sequitur etiam quod homo nunquam intelligit aliquod obiectum: nisi simul intelligendo illa substantiam abstractam. Si per vim sensitiuam: hoc non potest aliter poni, nisi si quod ideo dicatur homo conuertere se ad intellectum possibilem: quia phantasmata ea quorum species sunt in intellectu possibili. Sed hoc non sufficit: quia cum lapis quem phantasmatur, ita intelligatur ab aliis intelligentibus, sicut ab intellectu possibili, non magis dicitur homo intelligere per intellectum possibilem quam per alias intelligentias. Secundo. Si ideo praecise homo denominatur intelligens: quia eius phantasmata causant speciem in intellectu possibili: sequitur quod vere possit dici quod colores videntur. Sed hoc est falsum: ergo &c. Consequentia probatur. Vbi est praecise causa alicuius denominationis, ibi est talis denominatio. Sed sicut phantasmata causant speciem in intellectu, ita colores causant speciem in medio. Ergo si causare speciem est causa quod aliquis intelligat & operetur actu talis speciei: sequitur, quod colores videantur. Confirmatur: quia similiter sequitur quod multo magis etiam intellectus agens intelligat. cuius copositum vult Aristoteles 3. de anima. Consequentia patet: quia intellectus agens magis conuenit actu ue ad causandum speciem in intellectu possibili. Tertio. Id quo agens agit tanquam principio formali, est ei coniunctum secundum esse. Sed homo formaliter intelligit per intellectum: ergo intellectus est ei vnitus secundum esse. Minor conceditur ab omnibus. Maior probatur. Primum quia Philosophus 2. de anima, ponit duas diffinitiones anime: in quarum prima dicit quod anima est actus primus corporis physici. In secunda dicit quod anima est primum principium quo viuimus, sentimus, mouemur, & intelligimus, & per hanc secundam demonstrat primam sic arguendo. Anima est primum principium quo viuimus, sentimus &c. Ergo anima est actus primus corporis physici. Costat autem quod ista consequentia non tenet nisi in virtute huius propositionis vniuersalis: omne id quo agens agit tanquam principio formali est actus primus ipsius. Confirmatur, quia nisi sic esset, nunquam posset concludi demonstratione & efficaciter quod aliqua forma vniatur alteri secundum esse. Dicam enim in equo quod non est anima equi. Et si arguas contra me ex hoc quod equus habet proprias operationes animales. Dico quod illa anima non vniatur ei secundum esse, sed secundum operari. Et si dicas quod non est simile: quia omnis forma separata a materia secundum esse est intellectualis: anima autem equi non est intellectualis, & ideo si est unita secundum esse. Sed istud non euadit diffinitio quod etiam sit unita secundum esse. Sed istud non euadit diffinitio quod dicitur aduersarius quod anima equi est quiddam intellectualis: & tamen equus non potest dici intelligere per eam: quia in equo non est ratio particularis, sicut est in homine, sed loco eius habet equus aestimatiuam. Nullus autem potest dici intelligere per intellectum separatum, ad quem pertinet notitia vniuersalis, nisi prius habeat collationem vel saltem apprehensionem intentionum particularium: quod fit per cogitatiuam quae est tantum in

Impugnatio
Auer. positio.

Insecutio.

Tex. co. 6.

Tex. com. 4.

homine, & nō in brutis. Et sic apparet q̄ omnino repugnat Aristoteli & primis Philosophis ponere aliquā intelligentiā separatam esse animam intellectiuam. Dicitur forte q̄ homo non intelligit per intellectū quāsi habens in se actum intelligendi. Vnde nō oportet ponere in homine aliquam formam quæ sit principium huius operationis. Sed per intelligere quod est subiectiue in intellectu abstracto homo denominatur intelligens: denominatione extrinsecæ: sicut lapis denominatur visus, nō à visione quæ sit in eo, sed ab ea quæ est in oculo. Contra hunc modum dicendi est ratio secunda superius facta. Et præterea lapis nō dicitur visus nisi tanquam obiectum formans visionē. Ergo non sequitur q̄ homo dicatur intelligens, sed solum quod dicatur esse intellectus. Sed occurrit vnum dubium. Quia positio theologorum videtur quodam modo fauere huic opinioni. Com. dicunt enim theologi: & præsertim S. Th. q̄ in visione beatifica diuina essentia supplet vicem speciei intelligibilis. Sed species intelligibilis habet causam sitam super actū intelligendi, ergo intellectus visionem agit per essentiam diuinam tanquam per principium formale: quod tamen est separatum ab eo secundum esse. Ad hoc respondetur. Primo, q̄ diuina essentia non dicitur suppleri vicem speciei ad hunc sensum: q̄ intellectus ea operetur tanquam forma, sed ideo supplet vicem speciei: quia sicut ex intellectu & specie fit vna causa totalis: ita intellectus & essentia diuina sunt causa intellectiōnis: non tamē omnino sicut intellectus & species: quia intellectus nō agit diuina essentia tanquam forma, nec e contra. Vel potest dici ideo suppleri, quia dat intellectui, vt possit se solo tantū quantum poterat simul cum specie. Dicitur secundo, q̄ ista positio theologica nullo modo fauet errori Com. quia theologi ponunt in homine potentiam intellectiuam: ratione cuius verē dicunt quod ipse elicit intellectiōnem: licet dicant quod respectu illius visionis nullam habet speciem. Multi autem non tantum theologi, sed etiam Philosophi negant huius speciem vniuersaliter. Commentator autem dicit quod intellectus non vnitur homini secundum esse, & ideo non potest bene saluare quod homo intelligat.

QVÆSTIO XXV.

Primum anima intellectiua à qua homo denominatur intellectiua, sit substantia separata vel forma hominis.

Queritur 2. Vtrum aliqua substantia separata sit anima intellectiua à qua homo denominatur intellectiua, vel potius sit hominis forma. Et arguitur quod nō sit forma hominis. Primo Philosophus 8. phys. tex. cō. 78. probat quod primus motor nō est virtus in magnitudine existens: & facit hanc consequentiam. Si esset virtus in magnitudine: sequitur quod pars huius virtutis moueret partem mobilis in tempore finito: constat autem quod ista consequentia non tenet nisi per hanc propositionem vniuersalem, omnis virtus in magnitudine habet partes extrinsecas secundum extensionem partium magnitudinis: huic autem maiori sublimatur ista propositio, sed anima intellectiua non habet esse extensum, vt omnes concedunt, ergo non est forma in magnitudine. Secundo. Si intellectus est forma materiæ, aut recipitur in materia immediate aut mediante quantitate. Si primum: ergo quantitas superueniens dat tam materiæ quam formæ extensionem. Si secundum, ergo anima recipitur in extenso & per consequens efficitur extensa. Tertio. Omnis forma corporis communicat corpori sui effectum formalem: sed intellectus non communicat corpori sui effectum formalem: quia ista non est veritas, corpus intelligit, ergo intellectus nō est forma corporis. Minor patet. Maior probatur inductiue: quia enim potentia visiva est forma oculi, ideo ista est vera, oculus videt. Similiter albedo communicat corpori albū, & ita patet discurrendo in omnes formas. Quarto. Nullū accidens est magis abstractum quam eius subiectum. Sed intelligere est accidens anime, & est abstractum à corpore, quia vt dictum est, corpus nō intelligit, ergo anima intellectiua est abstracta à corpore, minor patet. Maior est Philosophi 3. Physicorum, com. 26. contra Platonem, & est ratio secunda quæ probat quod infinitum non sit separatū: quia quantitas cuius passio est infinitum nō est separata. Quinto. Omnis forma vnita materiæ si sit iudicativa & cognoscitiua, eius iudicium est tantum particulare. Sed anima intellectiua habet notitiam vniuersalem, cognoscit enim infinita in propositione vniuersali, vt dicit Comment. 3. de anima, com. 19. ergo non est materialis. Sexto. Omne receptiuū est denudatum à natura recepti, vt dicit Com-

ment. 3. de anima comment. 4. Sed anima intellectiua est receptiua omnium formarum materialium: vt sæpe dicit tam ipse quam Philosophus: ergo anima intellectiua nō est forma materialis. Septimo arguit Commentator 3. de anima cō. 5. Si intellectus esset forma in materia: sequitur quod esset hoc aliquid & singulare demonstratum: & non natura simpliciter. Sed hoc est falsum: ergo & c. Consequentia patet: quia omnis forma immateria est hæc, sicut & materia in qua est. Falsitas consequentis probatur. Omne singulare est intelligibile tantum in potentia sed intellectus non est intelligibilis in potentia, ergo. Maior patet. Minor probatur. Intelligibile in potentia potest mouere intellectum ad actualem intellectiōnem. Sed intellectus non potest mouere seipsum, alioquin idem esset mouens & motum. Constat autem, quia si intellectus est singulare, non potest recipere intentiones vniuersales, sed tantum particulares: quia si recipiens est singulare, oportet etiā receptum esse singulare: alioquin posset dici quod etiam sensus reciperet vniuersale: quod est falsum. Octauo, ad idem sic arguit. Si intellectus non est vnus omnium, sequitur quod res intellecta apud me & apud te, id est, quod conceptus quem ego formo, & tu formas de rosa, sit vnus secundū speciem, & distincta secundum numerum. Sed hoc est falsum, ergo patet consequentia. Probatur falsitas consequentis. Ab omniibus quæ sunt eiusdem speciei potest abstrahi vnus conceptus cōmunis: ergo ab illis duobus abstraheretur vnus cōmunis vtriusque: & sic in infinitum. Nono arguit. Si intellectus multiplicatur, sequitur quod discipulus nō posset aliquid addiscere à magistro. Sed hoc est falsum: vt experientia docet: ergo. Consequentia probatur. Si discipulus addidisset: aut hoc esset acquirendo eandem scientiam numero: aut quia à scientia magistri causatur alia eiusdem speciei in discipulo. Non primum: quia idem accidens nō potest esse in duobus subiectis. Non secundum: quia scientia non est forma actiua.

Respondetur. In ista questione, Primo recitabitur opinio Comment. Secundo probabitur quod intellectus non est substantia separata ab homine secundū esse: imo quod est forma hominis: & multiplicatur ad multiplicatiōnem corporum. Quantum ad primum sciendum est, quod Comment. 3. de anima, cō. 5. recitat plures opiniones circa naturam intellectus possibilis: quæ omnes ortæ sunt ex hoc quod Ari. tex. com. 4. dicit hunc intellectum esse separatū & immistum, & laudat Anaxagoram dicentē, quod oportet intellectum esse separatum ab omnibus ad hoc vt omnia intelligat. Prima autem opinio quam recitat Com. fuit opinio Themistij & Theophrasti dicentium, quod tam intellectus agens quam possibilis sunt substantiæ separatae. Secunda fuit Alexandri Aphrodisi in suo libro de anima: & in libro quem fecit de intellectu. In quibus libris tenet quod intellectus possibilis est forma in materia, & quod ista forma est generata ab agente particulari, sicut & aliæ formæ materiales. Addebat tamen quod ista consistebat in quadam mirabili complexione, qualem complexiōnem non habent aliæ formæ materiales. Tertia fuit opinio Auicennæ & Buchacer dicentium: quod intellectus non est aliud quàm imaginatiua, accipiēdo imaginatiua secundū quod est separata ad hoc quod intentiones quæ sunt in ea sunt intellectæ in actu. Ex quo patet hæc quæst. esse difficillimā: cū clarissimi Philosophi circa eam diuersas opiniones habuerint. Modum autē quo declarabāt prædicti philosophi suas opiniones non ponimus in hoc loco: quia intentio nostra non est de omnibus loqui, sed tantū manifestare quæ fuit opinio Auer. Ipse enim postquam recitauit superiores opiniones, antequam ponat opinionē propriā: ita dicit, Visum est mihi scribere quod videtur in hoc, & si hoc q̄ apparet mihi nō fuerit cōpletū: erit principium complementi: & tunc fratres videntes hoc scriptū poterunt scribere suas dubitationes. & forte per illud inueniēt verū in hoc: si nōdum inueni. Subdit postea Com. opinionem suā. Sed quia nō est multū apertus, diuersi ex modernis diuersa sentiūt circa eius opinionem. Quidā enim dicūt quod Com. credidit intellectum esse formam vniam homini secundum esse, & separatam solum quantum ad operationē. Sed quia antiqui & clarissimi viri vt S. Th. & Grego. de Ari. & multi alij qui viderunt libros Auer. & eos perfectē intellexerunt, dicunt fuisse opinionem eius quod intellectus non vnitur homini secundum esse: ideo ita videtur & mihi: vt paruit supra in quæst. speciali de hac materia.

Quartum ad secundum, tenetur communiter quod anima intellectiua est forma corporis: quidam tamen dicunt quod licet ita sit, non potest tamen demonstrari: quia vt dicunt, potest aliquid denominari agens ab aliqua forma separata secundū esse: sed de hoc erit sermo sequenti quæst. Nunc autē intendo probare tantū duo. Primum est, quod anima

Septima ratio. Oportet arg. Nono. Oportet arg. Primus arg. Opinio. The. & Opinio Alexandri. Oportet arg. Opinio. Sexta ratio.

anima intellectiua est forma corporis secundum Aristoteli. Secundo est, quod intellectus non potest esse vnus numero in omnibus hominibus. Quod autem anima sit forma hominis probat singulariter ex duobus locis: licet Ari. in plerisque locis istud ponat. Prima auctoritas habetur 12. meta. tex. com. 17. qui est locus præsens: vbi sic dicit, Causæ mouentes sunt quæ præcedunt tantum: hæc autem quæ vnuerfalia sunt simul. Si enim homo est sanus: tunc sanitas & homo sunt simul: & figura sphaeræ cupræ, & sphaera cupri sunt simul. Si autem aliquid remanet in postremo quærendum est de hoc. In quibusdam enim non est impossibile, verbi gratia, si anima est talis dispositionis non tota, sed intellectus. Et Comment. ibi dicit quod Ari. comparat causam materialem & formalem ad causam mouentem: & dicit quod in hoc distinguuntur: quia causa efficiens, necessario præcedit suum effectum: causa vero formalis non præcedit, sed est simul. Et postea quærit an aliqua causa formalis maneat post suum effectum: & respondet quod sic, quia anima intellectiua manet. Cum autem Aristoteli loquatur de causa formali intrinseca constat quod secundum eum anima intellectiua est talis causa formalis, & quod loquatur de forma à qua res habet esse: patet: quia Com. ibi dicit quod Philosophus loquitur de illis causis per quas res fit ens & vnus. Secunda auctoritas habetur secundo de anima. Nam tex. com. 1. dicit quod est tenendum quære quæ sit communissima ratio anime. Et quærens prædictam rationem, supponit tex. comment. 2. quod anima est substantia, & diuidit substantiam in materiam, formam, & compositum. Et postea tex. com. 5. concludit quod anima est actus primus corporis physici. Ex quibus sic arguitur. Esse actum primum corporis est communissima definitio anime: conuenit enim anime intellectiua. Sed forma quæ est actus primus alicuius, dat ei non tantum operari, sed etiam esse, quod est prima perfectio: ergo anima intellectiua dat esse corpori physico. Ad hanc auctoritatem dicit Comment. 2. de anima, com. 7. quod Philosophus non loquitur assertiue, sed tantum dubitatiue, quia eius propositio est conditionalis. Sic enim dicit text. com. 7. Si autem aliquid commune in omni anima oportet dicere, erit vtique actus primus corporis organici physici. Et confirmatur, quia tex. com. 2. sic dicit. de intellectu autem & perceptiua potentia nihil adhuc manifestum est: sed videtur alterum genus esse anime, & hoc solum contingere separari. Ex quo patet quod secundum Aristoteli prædicta definitio non est de anima intellectiua. Sed ista nō tollunt principale propositum, quod probatur. Primo. Ista conditionalis est vera per te, quia etiam Philosophus eam ponit. Si aliqua est cōmunis definitio anime, est ista anima est actus & c. Sed aliqua est communissima definitio anime, vt patet ex tex. com. 1. supra posita: ergo secundum Aristoteli prædicta definitio conuenit omni anime. Secundo. Philosophus postquam posuit prædictam definitionem tex. com. 7. statim subdit tex. com. 8. Vniuersaliter quidem igitur dictum est quid sit anima. Tertio. Philosophus 2. de anima, tex. com. 12. & 13. dicit se velle probare definitionem superius datam de anima, & postea eā probat tex. com. 18. tali ratione. Id quod est principium primum vegetandi, sentiendi, intelligendi, & mouendi, secundum locum est actus primus corporis physici. Sed anima intellectiua est principium primum horum, ergo est actus primus, & c. Constat autē quod ratio ista nō concluderet nisi in minori acciperetur quod anima sit principium intrinsecum, & sic patet quod de mente Philosophi anima intellectiua non est substantia separata à materia secundum esse: & quod nec est vna numero in omnibus. Quartum, arguitur rationibus sic. Possibile est me aliquid intelligere te illud non intelligente, ergo intellectus meus nō est intellectus tuus: antecedens patet experimento. Consequentia probatur, quia si intellectus meus est intellectus tuus, oportet quod omnis intellectio quæ est in intellectu meo sit etiam in intellectu tuo. Quinto. Impossibile est formas contrarias esse in eodem secundum gradus intensos. Sed possibile est quod ego intensē assentiam alicui propositioni, cui tu intensē dissentias: isti autem assensus & dissentus, sunt contrarij: quia opiniones contradictoriarum sunt contrariæ: ergo impossibile est meū intellectum esse tuum. Confirmatur: quia eo modo possum odire quem tu amas: ergo mea nolitio non est tua, & per consequens neque mea intellectio est tua. Sexto. Ego possum scire quod actus habeo intellectiōnem a, & tu non potes scire naturaliter quod ego actu habeam intellectiōnem a: ergo meus intellectus non est tuus. Consequentia probatur: quia intellectus potest naturaliter scire omnem intellectiōnem quam actu habet, cū cognoscit se: intelligere: ergo si tuus intellectus est intellectus meus: ipse cognoscet intelligere quod est in

me: & per consequens etiam tu cognosces idem intelligere. Dicitur forte ad has rationes: sicut dicit Commentator 3. de anima, commento 5. quod intellectus possibilis non copulatur, nisi in quantum phantasmata mea mouēt ipsum ad actualem intellectiōnem: & quia potest esse quod phantasmata quæ sunt in me, moueant ipsum sine tuis phantasmatis non mouentibus, & ideo potest esse quod ego aliquid intelligam quod tu non intelligis: licet sit vnus intellectus numero meus & tuus. Sed contra hoc arguitur. Et licet satis sit improbata ista responsio in ista quæst. tamen adhuc arguitur tali ratione. Philosophus tertio de anima, tex. com. 36. sic dicit, loquens de intellectu. Qui vero est in potentia tempore prior in vno est. Et Com. ibi sic dicit, secundum opinionem nostram & Themistij: intellectus qui est in potentia, prius continuatur nobis quàm intellectus agens: oportet autem quod Commentator loquatur de prioritate temporis, alioquin expositio sua non esset conformis textui. Et his arguitur sic, Nunquam phantasmata, causant speciem in intellectu possibili, nisi intellectus agens, sit eidē coniunctus: cū phantasmata nō possint agere nisi per virtutem intellectus agētis. Sed antequam intellectus agens sit continuatus intellectui possibili, ipse intellectus possibilis est vnus nobis: vt apparet ex textu adducto: ergo etiam est vnus nobis antequam phantasmata causent in eo speciem intelligibilem.

Nunc ad argumenta respondetur. Et ad primum dicitur quod Philosophus in illa ratione nō intendit aliud nisi hanc consequentiam. Si primus motor est in magnitudine: aliqua alia minor virtus moueret aliquid aliud minus mobile in tempore finito. Et per hanc rationem procedit ad concludendum omnimodam abstractionem primi motoris à magnitudine. Nec intendit dicere quod sequatur, quod vna pars ipsius motoris moueat partem mobilis, & quod motor sit extensus. Ad secundum dicitur, quod anima intellectiua immediatē recipitur in materia, & quod quantitas superueniens postea natura non dat ei extensionem: quia anima à materia non dependet sicut aliæ formæ materiales. Ad tertium negatur minor, & dicitur quod intelligere non est effectus formalis anime, sed est eius tanquam causæ efficientis: effectus autem eius formalis est esse: & istud communicatur corpori ab anima intellectiua. Ad quartum dicitur, quod sicut anima nō est separata ab homine secundum essentia intelligere non est separatam secundum esse, licet non fiat mediante organo corporali. Ad quintum negatur maior de forma quæ non est dependens à materia, cuiusmodi est anima intellectiua. Ad sextum dicitur, quod si in minori accipitur forma materialis pro omni forma quæ est in materia, sic ipsa est falsa: anima enim intellectiua non potest recipere propriam speciem simpliciter, sed intelligit se solum per speciem aliarum rerum. Si verò eadem minor intelligitur tantum de formis eductis de potentia materiæ: sic conceditur totū & non sequitur aliud nisi q̄ anima intellectiua non est educta de potentia materiæ: quod est verum. Ad septimum dicitur, q̄ anima intellectiua est hæc: & quod est intelligibilis tantum in potentia: & cum dicitur, ergo intellectus possibilis potest mouere seipsum, negatur consequentia: quia vt dictum est non intelligit se per propriam speciem: illud autem tantum mouet intellectum possibilem quod causat in eo speciem sui representatiuam. Ad octauum, falsitas consequentis. Ad probationem dicitur, ab illis duobus conceptibus formalibus potest abstrahi vnus tertius conceptus qui erit conceptus aliorum conceptuum: sicut illi duo erunt conceptus totæ. Nec est inconueniens q̄ in his conceptibus anime procedatur in infinitum, licet hoc non sit possibile in conceptibus obiectiuis. Ad nonum negatur consequentia. Ad probationem dicitur infra in vna alia quæstione. quomodo doctor causat scientiam in discipulo.

Quære verò qua principia aut elementa, & c.

In hoc textu nihil noui ponit, sed epilogat supradicta concludens, quod omnium sunt eadem principia tribus modis. Primo proportion aliter, quia in omni genere est aliquid sicut materia, & forma, & principium, & agens. Secundo, quia substantia est principium omnium generum, quia ea remota alia destruantur. Tertio, quia potentia & actus sunt principia omnium. Præter autem istos tres modos non sunt eadem principia, sed diuersa, nam alia est potentia de genere substantiæ, & alia sunt contraria, scilicet forma & priuatio à potentia & contrariis aliorum generum. Ex quibus sequitur quod hoc nomen principium, prout dicitur de principijs diuersorum generum non est vniuocum nec æquiuocum, sed medio modo id est analogum. Et ita exponit Com. & S. Th. nec aliquo modo

Ad primum. Ad secundum. Ad tertium. Ad quartum. Ad quintum. Ad sextum. Ad septimum. Ad octauum. Ad nonum.

modo differunt in hoc rex. Patet igitur responsio ad illam quæstionem, utrum omnium sint eadem principia, patet etiam quod sunt principia substantiarum sensibilium.

QVÆSTIO XXVI.

Utrum principia omnium sint eadem secundum analogiam, id est, omnia componatur ex proprio potentiali & actuali.

Veritur 26. Utrum omnium sint eadem principia secundum analogiam, id est, utrum sicut substantia componitur ex potentia & actu, sic etiam accidentia componantur ex proprio potentiali, & proprio actuali. Et arguitur sic. Primum. Omne quod diffinitur, componitur ex potentia & actu: quia id a quo sumitur genus, est potentiale respectu eius a quo sumitur differentia. Sed accidentia diffiniuntur, ut ab omnibus est concessum: ergo &c. Constat autem, quia Philosophus 7. metaph. text. com. 13. sic dicit, quoniam autem diffinitio ratio est, & omnis ratio partes habet: ut autem ratio ad rem & pars rationis ad partem rei similiter se habet. Vbi dicitur Commem. quod sicut diffinitio declarat quidditatem rei, ita pars diffinitionis declarat partem quidditatis rei. Ex quibus patet quod secundum eos omne diffinitum habet partes. Non potest hoc autem intelligi nisi de parte potentiali & actuali, ergo idem quod prius. Confirmatur secundo: quia Philosophus 7. metaph. text. com. 50. facit hanc consequentiam, Si omnis substantia est composita: sequitur quod nullius substantie sit ratio sine diffinitio. Non valet autem ista consequentia nisi in virtute istius uniuersalis, omne diffinitum est compositum: cui subsumitur ista minor, accidentia diffiniuntur: ergo sunt composita. Secundo. Omnis mutatio per se vna est ad terminum per se vnum. Sed calefactio est mutatio per se vna, ut patet: ergo productum per eam est per se vnum: hoc autem productum non est forma simplex: quia talis forma non generatur nisi per accidens: ut dicitur 7. metaph. nec tale productum est compositum ex accidente & subiecto: quia tale non est vnum per se: ergo relinquitur quod sit accidens: & quod sit compositum. Tertiò. Quod est simpliciter est perfectius: quia simplicitas est perfectio simpliciter. Sed accidens non est perfectius substantia, ergo non est simplicius quam substantia. Sed substantia componitur ex potentia & actu, ergo etiam accidens.

Respondet quod huius q. possunt esse quatuor sensus. Primum est accipiendum per potentiale, materiam: & sic erit quæstio: utrum accidens componatur ex materia & forma. Secundo per potentiale potest accipi inchoatio accidentis in subiecto: eo modo quo aliqui posuerunt inchoationes formarum in materia: & si sic accipiatur, constat quod non sequitur in accidente esse aliquam compositionem: sed solum quod idem numero accidens, quod prius habebat esse potentiale & inchoatum & imperfectum, dicitur habere postea esse perfectum. Tertiò, per potentiale potest accipi essentia accidentis quæ est potentialis respectu sui esse: ut sit sensus. An accidens componatur ex esse & essentia, & de hoc non est quæstio præsens, sed est terminum de ipsa essentia & natura accidentis. Et ideo est quartus sensus. Utrum in essentia accidentis sint duæ entitates: quarum vna sit potentialis respectu alterius eo modo quo substantia compositæ habent alteram partem quæ est materia: & alteram quæ est forma: ita tamen quod illud potentiale in accidentibus non sit materia: quia materia est substantia, sed sit quædam potentia de natura ipsius accidentis: & ad hunc sensum est quæstio præsens. Ad quam respondetur: duabus conclusionibus: quarum prima est ista, Accidentia non sunt composita intrinsece, id est in sua ex aliquo actuali: sed sunt in se formæ simplices: licet cum alio, id est cum subiecto possint facere compositionem. Probat ista conclusio vnicâ ratione sic. Id quod se toto est actus, non est compositum intrinsece ex aliquo potentia. Sed accidens se toto est actus, ergo. Maior patet, quia quod est actus se toto, est actus secundum quamlibet partem sui, si habeat partes, vel se item si non habet partes, est actus quolibet quod est ipsum. Minor probatur. Quod se toto est principium agendi, se toto est actus: quia potentia passiva non est principium agendi. Sed accidens se toto est principium agendi. Quilibet enim pars albedinis disgregat vnum, & quilibet pars caloris calefacit: & agens agit tota actione. Ridiculum est enim dicere quod agens agit vna parte actionis, & non alia: relinquitur ergo quod in accidentibus non est talis compositio intrinseca. Dicitur forte, sicut aliqui dicunt: quod in accidente non sunt duæ res ex quibus componatur, sed sunt in eo duæ realitates:

imaginantur enim isti quod vna res simplex potest habere plures realitates siue formalitates: quod idem est secundum eos. Et sic dicitur, arguitur contra, supponendo vnum quod conceditur ab eis, scilicet quod non est possibile, ut eodem primo aliquid conueniat cum aliquo & distinguatur ab eo. Nam per hoc fundamentum probant quod genus & differentia distinguuntur ex natura rei. Si ergo illa res simplex a, & vna eius realitas sit b, & alia eius realitas sit c, & quæro utrum b sit idem formaliter cum a, quæ est communis b, & c, aut non. Si non: ergo in a, præter illas duas formalitates est vna alia, scilicet formalitas ipsius a. Si sic, ergo ipse b est vna alia formalitas, & sic in infinitum. Probat consequentia. Impossibile est quod eodẽ primo aliquid conueniat cum aliquo & distinguatur ab eo per præsuppositum. Sed b conuenit cum a, cum sit eadem res simplex: & tamẽ distinguatur ab a formaliter: ergo ipse b est vna alia formalitas per quã distinguatur ab a: & quæro de illa alia: & sic in infinitum. Secundo arguitur, quod prædicta opinio contradicit his quæ dicit Scotus alibi. Nam in reportationibus Parisiensibus lib. 1. dist. 3. quæst. 2. volens probare quod aliqua sunt idem simpliciter, licet nõ adæquate, sic ait. Nisi multa essent eadem simpliciter, quæ nõ sunt eadẽ adæquate: sequeretur quod forma accidentalis ut albedo esset cõposita realiter. Nã si ratio cõmuniõis aqua accipitur ratio generis esset alia realitas ab illa: quæ accipitur ratio differentie specificæ albedinis, tunc albedo esset composita ex duabus realitatibus, quod negatur communiter. Sunt ergo vna realitas hæc duo in albedine, & tamen neutrum adæquate est realitas albedinis per se, quia tunc vnum vel alterum superfluere. Hæc Scotus formaliter. In quibus verbis aperte patet quod secundum eum in accidente non sunt duæ realitates: aut ergo ipse sibi contradicit: quod non est credendum de tanto viro, aut qui ei attribuit hanc positionem non bene eum intelligunt. Secunda conclusio. In omni subiecto receptivo accidentis absoluti, est aliquod potentiale de genere illius accidentis quo mediante subiectum recipit accidens: verbi gratia, superficies non reciperet colorem nisi mediante aliquo potentiali de genere coloris: quod sit illud: puta diaphaneitas vel aliud tale. Istam conclusionem probat auctoritate Philosophi qui lib. 3. metaph. text. com. 15. mouet vnam quæstionem: utrum omnium sint eadẽ principia. Et postea 12. metaph. text. com. 23. & in sequentibus eam soluens, dicit quod omnium generum sint eadẽ principia multis modis, & inter alios modos dicit quod sunt eadem secundum analogiam. Quomodo autem hoc sit intelligendũ declarat ibi Com. sic dicit, In vnoquoque prædicamentorum accidentium inueniuntur principia: quorum proportio ad illa est sicut proportio principiorum substantie ad substantiam, nõ habent illa eadẽ naturam. Et in eodem com. sic ait, Dicere quod principia sunt eadem proportionaliter, est vt dicere quod materia & forma & priuatio sunt principia 10. prædicamentorum: sed quæ sunt in substantia, differunt ab eis quæ sunt in cuiuslibet prædicamenti, & similiter ea quæ sunt in vniuersali: quæ prædicamenti differunt ab aliis. Et com. 26. sic dicit, potentia & actus quæ sunt principia substantiarum, sunt alia a potentia & actu quæ sunt principia qualitatium, & sic de aliis prædicamentis. Ex quibus patet quod secundum Philosophum & Commem. in vnoquoque genere sicut est propria priuatio & propria forma: ita etiam est propria potentia distincta a potentia alterius generis. Nec valet dicere ad hoc sicut aliqui respondent, quod licet cuiuslibet generis sint propria principia, non sunt tamen res illius generis. Nam Philosophus in eodem loco dicit, quod etiam cuiuslibet generis est proprium mouens, & tamen mouens nõ oportet esse rem illius generis ad quod mouetur: ens enim in mente artificis mouet ad rem artificiatam: vt ibi dicit Philosophus. Sed ista responsio non euadit difficultatem: quia Philosophus ibi diuidit inter elementum & principium: quia elementum dicitur tantum de causis intrinsecis: principium vero dicitur etiã de causis extrinsecis, & postea dicit quod omnium generum elementa sunt tria, & principia sunt quatuor, eo quod forma & priuatio & materia, additur etiã mouens, quod est extrinsecum. Constat autem quod non valet ista consequentia, Causa extrinseca non est eiusdem generis cum effectu: ergo causa intrinseca non est eiusdem generis cum eo. Dico autem huius potentiale esse causam intrinsecam: nõ quia sit pars essentie accidentis, sed eo modo quo priuatio dicitur principium intrinsecum, licet in hoc differant quod priuatio non manet, potentiale autẽ manet æquisito accidente, cuius est potentiale: est enim intrinsecum ei quod transmutatur: quia scilicet est in eo. Secundo probatur eadẽ conclusio: quia Commem. 3. phy. com. 9. sic dicit, Potentia ad vnumquodque prædicamentum est in illo genere prædicamenti in quo est actus. Et sæpe in alijs locis

Primario

Secunda

Tertiaratio

Quæstio

Primario

Secunda

Terziario

Secunda conclusio

Contra cõmuniõem op. quæ ponit elementa 3 principia.

Dubium primum.

Dubium secundum.

Ad primum.

Ad secundum.

Ad primum.

Ad secundum.

Ad tertium.

locis idem dicunt tam ipse, quam Philosophus. Quomodo autem intelligendum sit quod omnis potentia est in eodẽ genere cum suo actu, declaratum fuit in conclusione. Sed hic sunt duo dubia. Primum est: quia ex actu & potentia fit vnum per se, vt probatum fuit libro 8. ergo ex albedine, & suo potentiali fit vnum per se. Sed quæ faciunt vnum per se sunt ei intrinseca: & ipsum constituunt: ergo potentiale albedinis est pars ipsius albedinis. Secundum dubium est: quia Com. 12. met. dicit quod principia coloris secundum formam & priuationem sunt album & nigrum, secundum autem materiã recipientem est superficies, quæ est potentia omnes colores: ergo potentiale coloris non est de genere coloris, sed de genere quãtitaris. Ad primum dicitur quod ex actu & potentia, quæ est pura potentia, & nullo modo actus, cuiusmodi est tantum materia prima, fit vnum per se, & de tali potentia loquebatur Philosophus, vt ibi apparet. Alia est potentia quæ tamen aliquo modo est actus cum alteri inhæreat, licet sit tantum potentia in tali genere: puta coloris: est enim actus in genere qualitatis: & ex tali potentia & suo actu non oportet fieri vnum per se. Probat etiam dici quod ex eis fit vnum per se, & negari consequentia qua inferitur quod ipsa esset pars entitatis albedinis. Nam ex subiecto & propria passione: & magis ex essentia & esse fit aliquo modo vnum per se: & tamen esse non est pars essentie: nec passio est pars sui subiecti. Ad secundum dicitur, quod superficies est quidem in potentia ad colores, sed hoc non habet nisi mediante aliquo potentiali de genere coloris, & ita oportet intellexisse Commem. vt patet ex verbis eius supra recitatis, alioquin sibi ipsi contradiceret.

Nunc respondendum est ad rationes dictas in principio quæstionis. Ad primam dicitur quod dupliciter potest aliquid esse potentiale respectu alterius. Vno modo secundum esse reale: & sic negatur maior. Alio modo secundum esse cognitum: & sic conceditur totum, sed non sequitur quod accidens in sua realitate sit cõpositum intrinsece, sed solum quod aliquis conceptus quem de ipso format intellectus, est confusus & potentialis & indeterminatus respectu alterius, scilicet conceptus generis respectu conceptus differentie: Ad primam confirmationem, dico quod Philosophus loquitur ibi tantum de diffinitionibus substantiarum sensibilium, de quibus ibi tantum est tractatus. Ad secundam dico similiter quod ista consequentia non tenet in vi illius uniuersalis quæ adducitur, sed in vi istius: omnis substantia quæ diffinitur est composita, & hoc est verum. Intelligentia enim licet sint diffinibiles, non tamen a nobis qui non possumus eas intelligere quidditatiuè. Ad secundum dicitur, quod maior nõ est vera uniuersaliter nisi de termino formali, licet enim aliquando terminus productus sit vnum per se: non tamen hoc est semper verum, & ideo non sequitur aliud nisi quod albedo acquisita per dealbationem est vnum per se. Ad tertium negatur maior nisi illud simpliciter sit etiam per se subsistens: accidentia autem nõ subsistunt per se. Nam si simplicitas sola sufficeret ad maiorẽ perfectionem, sequeretur quod materia esset perfectior quam substantia composita: & quod omnis pars esset perfectior suo toto: quæ sunt absurda & euidenter falsa.

QVÆSTIO XXVII.

Utrum idem potentiale corraspondeat omnibus formis quæ sunt eiusdem generis.

Primario

Secunda

Tertiaratio

Veritur vigesimo septimo. Utrum omnibus formis quæ sunt eiusdem generis, corraspondeat idem potentiale. Et arguitur quod non. Primum, quia Com. 12. met. com. 1. dicit quod numerus potentialium est secundum numerum specierum entium generabilium: ergo cuiuslibet speciei corraspondet proprium potentiale, & consequenter non est idem respectu omnium formarum eiusdem generis. Secundum. Si sic, sequitur quod esset eadem potentia propinqua contrariarum formarum: consequens est falsum, ergo antecedens. Consequentia patet: quia illud potentiale est potentia propinqua cuiuslibet cuius est potentiale, ergo si est idem omnium, erit omnium eadem potentia propinqua. Falsitas consequens probatur. Vbi est eadem potentia propinqua contrariarum, ibi indifferenter quando curritur potest induci vna potest etiã induci alia: vt patet per rationem potentie propinque, quam ponit Commem. 9. met. com. 12. vbi dicit quod potentia propinqua reducitur in actum vnicõ motore: materia autẽ remota indiget pluribus motoribus. Sed nõ quando curritur potest induci vnum contrariarum, potest induci alterum: vt patet experimẽto: Tertiaratio, ergo &c. Tertio arguitur quod huius potentia non sunt

ponenda nõ solum vt intrinsece componantur accidens: sed etiam neque vt sint subiecto ratio recipiendi ipsum accidens: quia aut tale potẽtiale est in subiecto, aut nõ. Si nõ: ergo est substantia. Si sic, ergo est actus illius in quo est subiectiuè. Sed per te omne accidens requirit proprium potentiale, ergo illius potentialis est aliud potẽtiale, & sic in infinitum. Confirmatur, quia pluralitas non est ponenda sine necessitate: nulla autem ratio cogit ad ponendum huius potentia, sed sufficit quod substantia sit in potentia ad quodlibet accidens: ergo &c.

Respondet quod omnium formarum eiusdem generis est idem numero potentiale in vno & eodem subiecto: superficies enim per idem potẽtiale est susceptiuã albedinis & nigredinis, & omnium aliorum colorum. Et similiter idem est potẽtiale omnium saporum, & sic de aliis generibus esse dicendum. Probat ista conclusio. Primum, si formæ contrariæ contentæ sub eodem genere haberent aliud & aliud potentiale: sequitur quod aliud esset potentia receptiuum visionis albi: & aliud esset receptiuum visionis nigri. Sed hoc est falsum: ergo &c. Consequentia patet: quia sicut albedo & nigredo sunt formæ contrariæ: ita & visiones eorum præsertim quando non videntur eodem actu. Falsitas consequens patet: quia eadem numero potẽtia visiva est oculo ratio recipiendi visionem albi & visionem nigri. Secundum dicit Philosophus 2. de anima, quod potẽtie distinguuntur per actus, quæro per quos actus. Aut enim hoc est per actus specie distinctos: aut per actus genere distinctos. Primum non potest dici: alioquin tot essent potẽtie visiuæ quot possunt esse visiones specie distinctæ: quod euidenter apparet falsum, ergo intelligit Philosophus quod potẽtie distinguuntur per actus genere distinctos. Ex quo sequitur quod eadem potentia respicit omnes actus siue formas eiusdem generis. Tertio. Omnia ista sunt diuersa genere: quorum est aliud & aliud potentiale: ergo formæ eiusdem generis non habent aliud & aliud potentiale. Patet consequentia: quia formæ eiusdem generis nõ sunt diuersæ genere. Antecedens probatur: quia Philosophus 7. metaph. text. com. 33. sic dicit, Diuersa verò genere dicuntur, quorum diuersum est subiectum. Prædictas tres rationes implicite posuit S. Tho. in tractatu de pluralitate formarum, col. 2. verum est tamen quod licet tertia ratio faciat ad propositum suum ibi, scilicet ad probandum quod omnes formæ substantiales rerum generabilium sint eiusdem generis: non tamen omnino concludit in proposito nostro de potentiis accidentium: quia Philosophus non dicit absolute quod omnia sint diuersa genere, quorum est diuersum subiectum, sed quorum est diuersum subiectum primum: quod exponens Commem. sic dicit, Illa quæ dicuntur diuersa genere, sunt quæ sunt diuersa secundum subiectum, & in materia remota. Et S. Thomas magis exponens intentionem Philosophi, 5. met. lec. 2. sic ait, Primo igitur modo dicuntur aliqua diuersa genere, id est, quia eorum primum subiectum est diuersum: sicut primum subiectum colorum est superficies: primum autem subiectum saporum est humor: hæc ille. Constat autem quod illa consequentia non valet. Illa sunt diuersa genere: quorum est diuersum subiectum remota, ergo illa sunt diuersa genere quorum est diuersum potentiale proximum. Duæ autem primæ rationes supra posite magis concludunt in proposito nostro. Quarto ad idem arguitur ex fundamentis S. Thomæ, in eodem loco. In omni transmutatione est idem subiectum numero immediatum deferens vt inque terminum transmutationis: vt dicitur 1. phy. & 12. metaph. Sed inter formas eiusdem generis est transmutatio, vt patet ad sensum: ergo immediatum potentiale siue subiectum huius transmutationis est idem numero formarum contrariarum. Pono autem huius potentia nõ eo modo quo ponuntur a quibusdam dicentibus, quod non sunt aliquid nisi si ipsæ formæ habentes esse inchoatum & imperfectum in subiecto: quia S. Tho. sæpe improbat positionem de inchoatione formarum siue substantiarum siue accidentalium. Sed dico quod huiusmodi potentia sunt quædam entitates accidentales: quæ tamen sunt puræ potentie in eodem genere in quo sunt: sicut materia prima est pura potentia in genere substantiarum.

Prima ratio Conclusio.

Tex. 33.

Tex. 63.

Ad primum.

Ad secundum.

Quæst. Meta. Paul. Son. G. 3. 456

cies quantum est ex se, est in potetia propinqua ad omnes species colorum. Ad probationem negatur assumptum: quia quod non possit vnico motore introduci forma contraria non est ex defectu motoris, nec ratione illius potentialis, nec ratione alicuius alterius formæ substantialis vel accidentis: quod est in illo subiecto in quo est superficies: quæ quidem forma comparatur vnâ formam accidentalem: & non comparatur aliam eiusdem speciei: verbi gratia in igne in quo est calor, non potest causari frigus: quia forma ignis ipsum non comparatur. Nec in corus potest causari albedo: quia complexio eorum non comparatur abiectionem nigredinis. Ad tertium dicitur, quod huiusmodi potentialia sunt in subiecto à primo instanti esse ipsius subiecti: & quod sunt actus in latitudine accidentis: & tamen sunt puræ potentia in tali vel tali genere scilicet coloris vel saporis. Ad confirmationem dicitur quod rationes suprapositæ in questione cogunt ponere huiusmodi potentialia: & etiam auctoritas Philosophi dicentis, quod omne genus diuiditur per actum & potentiam: quod cum non possit intelligi de potentia obiectiua: vt probatum est libro 9. necesse est quod intelligatur de potentia subiectiua.

Ad tertium.

De com. 29. Quæ quidem principia sensibilia, & quot, & quomodo eadem, & quomodo altera dictum est.

In tractatu præcedenti locutus est Philosophus de principis substantiarum sensibilibus declarando quæ sint & quot sint: & vtrum omnium sint eadem principia. Sed dubium est an sit locutus tantum de substantiis corruptibilibus, an etiam de substantiis æternis, scilicet corporibus, cælestibus, & quantum ad hoc dissentiunt Alexander & Com. Nam Alex. dicit quod de vtriusque locutus est. Com. autem dicit quod locutus est tantum de corruptibilibus, & quod nunc incipit agere de principis substantiarum æternæ sensibilibus. Et quia principia substantiarum sunt substantiarum, necesse fuit loqui de substantia quæ est principium substantiarum æternæ mobilis. Vnde incipit dicere quod est aliqua substantia æterna immobilis quæ est principium substantiarum æternæ mobilis. S. Th. confertur Alexandro dicens quod Philosophus in priori tractatu locutus est vniuersaliter de substantia sensibili, & nunc incipit secundus tractatus in quo agitur de substantiis insensibilibus de quibus primo ponit hanc conclusionem, In rerum natura necesse est esse aliquam substantiam immobilem. Hanc conclusionem sic probat. Nisi esset aliqua substantia æterna immobilis, sequitur quod nihil esset in rerum natura nisi tantum entia contingencia, consequens est falsum, ergo est aliqua substantia æterna immobilis. Consequentia non probat Philosophus, sed tamen facile probatur, vt patet in questione, sed probat facilitate consequentis sic: si omnia sunt contingencia, ergo motus incipit esse. Sed impossibile est motum incipere esse, quia sequitur quod motus habuit esse, post non esse, vbi autem est prius & posterius, ibi est tempus, & sic ante motum fuisset tempus, quod est impossibile, quia ante tempus est idem tempus aut est passio eius, ergo non omnia sunt contingencia.

Conclusio.

QUESTIO XXVIII.

Vtrum Deum esse possit demonstrari ex per se notis, & in sensatis.

Veritur vigesimo octavo. Vtrum ex sensatis & per se notis possit demonstrari primum principium esse. Et arguitur quod non. Primo. Nullum per se notum est demonstrabile, sed Deum esse est per se notum, ergo non est demonstrabile. Maior est nota: quia id quod demonstratur per aliquid, scilicet per præmissas, non est notum per se. Minor probatur tripliciter. Primo. Aliqua propositio includens vel supponens istam, Deus est, est per se nota: ergo etiam ista quæ includitur & supponitur est per se nota. Consequentia patet, & antecedens probatur: quia ista est per se nota. Deus est honorandus: vt dicit Commenta. s. ethico. Sed illa supponit istam, Deus est: ergo &c. Confirmatur: quia vt dicit Philosophus s. ethico. illud est cognitum naturaliter: et ca quod non est videri & non videri. Sed sic est de ista propositione, Deus est: cuius signum est: quia omnis natio: & omnes gentes adorant Deum. Secundo. Omnis passio in surgens naturaliter in appetitu oritur ex aliqua naturali notitia. Sed desiderium beatitudinis & perueniendi ad Deum in surgit naturaliter in voluntate: ergo oritur ex aliqua naturali notitia quæ habetur de Deo: prima autem notitia quæ habetur de re est notitia an est: quia omnes alie istam præsupponunt: ergo naturaliter notum est Deum esse. Tertio. Est ens necesse esse, est per se notum: ergo Deum esse, est per se notum. Consequen-

Primario.

Cap. 2.

Secunda ratio.

Tertiaratio.

tia patet: quia per nomen Dei nihil aliud intelligimus quam necesse esse. Antecedens probatur: quia oppositum prædicari inferit oppositum subiecti: sequitur enim hoc non esse: ergo non est necesse esse.

Respondeo, præmittendo duo pro notitia huius questionis. Primum est, quod Deum esse naturaliter, à nobis cognosci potest intelligi dupliciter. Vno modo quod cognoscatur in quodam confuso conceptu & communi: puta quod est aliquid in rerum natura, quod est natura intellectualis beatitudo: & hoc non est simpliciter cognoscere Deum esse: sicut cognoscere venientem non est cognoscere Sortem, licet Sortes sit venies. Alio modo potest intelligi quod cognoscatur distinctè non ad hunc sensum, quod habeatur proprius conceptus diuinitatis: sed quia cognoscitur quæ est illa res quæ dicitur hominis beatitudo: puta quod ipsa est vna substantia immaterialis & omnium prima & alia huiusmodi. Secundum est quod dupliciter potest aliquid demonstrari. Vno modo à posteriori, scilicet per effectus. Alio modo à priori, scilicet per causam, & hoc contingit duobus modis. Nam aliquando illud prius secundum rem est prius & est causa, sicut dum prima passio demonstratur per definitionem subiecti: & secunda passio per primam, & tertia per secundam. Aliquando id per quod demonstratur non est vere causa, nec est prius secundum rem: quia est idem re cum eo de quo est demonstratio: sed tamen esset causa si realiter distingueretur, puta, cum demonstratur intellectualitas de Deo per immaterialitatem. Immaterialitas enim non est prior secundum rem intellectualitate: quia sunt eadem res. In aliis vero intelligentiis est prior natura: quia in eis distinguitur intellectualitas ab immaterialitate secundo veritate: licet Philosophi hoc negarent: est tamen immaterialitas Dei prior intellectualitate secundum rationem, id est, quod intellectus noster incipit immaterialitatem conuenire Deo, quam intellectualitatem, & ex vno concludit aliud. His declaratis dico ad quæst. tres conclusiones: quarum prima est hæc. Naturaliter & per se notum est omnibus Deum esse, accipiendo Deum prout cognoscitur in conceptu confuso & communi. Istam conclusionem probant duæ primæ rationes factæ in principio questionis. Secunda conclusio. Deum esse non potest demonstrari per aliquid prius etiam secundum rationem: eo modo, scilicet vt dixi quod intellectualitas demonstratur per immaterialitatem. Probatur sic ista conclusio. Si demonstraretur per aliquid prius: aut illud esset proprius conceptus diuinitatis, aut aliqua alia dispositio primi principij, scilicet necessitas vel æternitas vel causalitas prima vel aliud aliud huiusmodi. Sed primum non potest esse: quia conceptus diuinitatis & conceptus esse Dei sunt idem: ita quod si aliquis intellectus habet proprium conceptum diuinitatis, videt in eo formaliter includi ipsum esse: sicut in conceptu hominis includitur conceptus animalis. Si enim diuinitas posset diffiniri, diffiniretur quod ipsa est esse substantis: & propter hoc sepe dicit S. Th. quod ista propositio Deus est, est per se nota secundum se, quia prædicatum includitur in ratione subiecti. Non potest etiam dici secundum: quia alie proprietates primi principij: sicut sunt posteriores diuinitate: ita sunt posteriores quolibet inclusio in ratione diuinitatis. Tertia conclusio. Demonstrari potest per posteriora, id est, per effectus Deum esse in speciali, probando quod est in natura aliquod primum necesse esse: & omnium causa: & multa alia huiusmodi, per quæ habetur magis determinata notitia Dei: & hoc ideo est: quia non est nobis per se notum & euidens naturaliter quod aliquid tale sit in natura, sed indiget demonstratione. Probo autem istam conclusionem solum per rationes quas posuerunt Philosophi, scilicet Aristot. Commen. & Auicem. Prima ratio est ista. Sensu apparet quod omnes naturæ sunt ordinatæ secundum nobilitatem & ignobilitatem: videmus enim quod aqua est perfectior terra, & aer aqua: & ignis aere: & cælum igne: & idem ordo apparet inter plantas, inter animalia, inter mineralia, & hanc notitiam habet etiam intellectus. Intellectus autem ponit statum in his quæ intelligit & videt, quod non potest aliquid esse magis nobile: nisi quia appropinquat ad aliquid nobilissimum: vt dicitur 12. meta. tex. & com. 40. ergo in rerum natura est aliquod ens nobilissimum: & consequenter Deus: quia nomine Dei intelligimus tale ens. Hæc rationem posuit Philosophus & Commen. vt dixi secundo metaphysicæ, textu & comment. 4. & 12. metaphysicæ. textu comment. 1. 52. vbi sic dicit Philosophus, Omnia enim ordinata sunt ad inuicem in respectu alicuius. Quod exponens Comment ait. Et omnia ordinata sunt in respectu alicuius: id est, apparet enim quod hoc commune est omnibus entibus, scilicet quod omnia sunt propter vnum, & quod actiones eorum sunt erga illud vnum, & est prima causa, quemadmodum omnia quæ sunt in domo propter dominum

Primum præsuppositum.

Secundum præsuppositum. Demonstratio multiplex.

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

Tertia conclusio.

Ratio quæ Arist. præbetur Deum esse.

minum domus sunt. Secunda ratio sumitur ex parte motus. Patet enim ad sensum quod aliquid mouetur, & quod motus cæli semper est vniformis & regularis, & ex hoc concluditur, quod ille motus est ab aliquo intellectu: omnis autem intellectus agit ex appetitu alicuius finis. Aut ergo intelligentia mouens cælum, mouet propter aliquam finem distinctum à se, aut ipsamet est finis illius motus. Si primum ille finis propter quem vltimate mouet, est Deus. Si non, ergo ipsamet est Deus. Hanc rationem posuit Philosophus & Comen. 12. met. re. & com. 36. vbi dicit sic Philosophus. Mouet autem, scilicet: Deus sicut appetibile & intelligibile: hæc enim sola mouent non mota. Concludit enim Philosophus quod est deuenire ad vnum mouens immobile: quia mouet vt intellectum & amatum. Siue autem huiusmodi mouens sit coniunctum cælo, ita quod cælum moueat se, diuidatur in partem mouentem & partem motam, sicut fit separatum: concludit ista ratio quod illud mouens immobile est Deus. Et ad hunc sensum loquebatur Commen. primo cæli, com. 22. quando dixit quod via loquentium in lege sua ad probandum Deum esse, non ducit nisi ad corpus æternum. Illa autem via de qua loquitur, est via morus, per quam concluditur quod est deuenire ad vnum primum mouens quod est cælum. Sed quia cælum non potest mouere se nisi diuidatur in partem mouentem, & partem motam: tamen ex hoc concluditur quod illa pars quæ mouet, scilicet intelligentia, est Deus, si ipsa à nullo alio moueatur neque sicut ab efficiente, neque sicut à fine. Dicunt aliqui quod istæ rationes non sunt euidentes, nec ex per se notis: quia non est euidens quod sit status in causis: cuius oppositum fuit probatum supra. Tertia ratio quam ponit S. Th. 1. q. 2. art. 3. Et Scotus 1. dist. 2. est ista. Patet ad sensum quod aliquid est factum ab alio & consequenter quod aliquid est effectibile: puta calor ab igne vel aliquid aliud huiusmodi. Sit igitur illud effectibile a. Aut igitur a est à se, aut à nullo, aut ab alio. Non à se, quia nihil producit se. Non à nullo, quia est contradictio dicere quod aliquid sit effectum, & quod à nullo sit effectum, ergo est factum ab alio. Sit igitur illud b. Et queritur vtrum b sit effectum, vel non. Si non, ergo est Deus, quia vt supra paruit, demonstratur quod omnia sunt à Deo effectiue, & quod tantum Deus à nullo est. Si sic, ergo vel à se, vel à nullo, vel ab alio. Non duo prima, ergo tertium, & sit illud c: & queritur de c, sicut quærebatur de b, & cum non sit abire in infinitum in causis, oportet deuenire ad aliquid quod non est effectum ab altero, & consequenter ad aliquid quod est Deus. Hanc rationem posuit Philosophus & Comen. 2. meta. tex. & com. 6. Sed forte dicitur quod non est euidens, omne non effectum ab alio esse Deum, quia secundum Philosophum cælum non est Deus, & tamen non habet causam producentem. Ista responsio apparet esse falsa per ea quæ dicta sunt supra, vbi probatum fuit demonstrari posse quod omnia sunt effectiue à Deo, & quod est impossibile esse duo entia improducta. Quarta ratio est quæ ponit Auic. 8. suæ metaph. c. 3. & in principio cæli, quæ est ista, Demonstrato aliquo ente, aut ipsum est contingens ex se, aut necessarium ex se: si necessarium ex se, igitur tale est Deus. Si contingens ex se, ergo habet esse ab alio. Sed non est procedere in infinitum, ergo est deuenire tandem ad aliquid quod est necesse esse ex se, & illud est Deus. Pro notitia huius rationis. Sciendum est quod Auic. dicit omnia illa esse ex se possibilia non esse, quæ habent esse ab alio, & solum illud esse simpliciter necesse esse, quod à nullo est. Et si quis omnino proteruiat contra hanc rationem quod non est euidens omnia esse à Deo effectiue, saltem consequens est ab omnibus quod Deus est finis omnium: id autem à quo omnia dependent tanquam à fine est Deus: & sic patet quod prædictæ rationes Philosophorum quas recitant quasi omnes theologi efficaciter concludunt Deum esse, nec possunt euadi ab homine bene disciplinato.

Ad rationes.

Tex. c. 30. Conclusio.

At vero si fuerint motuum aut effectuum.

Hoc loco ponit aliam conclusionem dicens, quod necesse est illam substantiam sempiternam non esse in potetia. Hanc conclusionem Commen. exponit dicens, quod Philosophus intendit dicere quod in illa substantia nulla omnino est potetia, sed quod ipsa est actio pura, & hoc probat. Primo, quia omnis motor cuius substantia admittitur potetia, possibile est vt in aliqua hora non moueat.

Non enim mouet nisi per alium motorem extrahentem ipsum de potetia in actum. Sed illa substantia semper actu mouet, cum motus positus sit esse æternus, ergo &c. Secundo, quia omne cuius substantia admittitur potetia, est generabile & corruptibile. Sed illa substantia æterna est incorruptibilis & ingenerabilis, alioquin aliquando non fuisset, & consequenter nec aliquid aliud fuisset, ergo &c. Tertio. Omne æternum est actio pura, & nulla actio pura habet potetiam, ergo illa substantia non habet potetiam. Et intelligit Commen. quod non est in potetia ad aliquid quod actu non habet. Non enim negat Commen. materiam in cælo quod est æternum, & tamen negat in eo potetiam præter potetiam ad vbi. Sed S. Thom. aliter exponit dicens quod intentio Philosophi est probare tria. Primum est quod illa substantia non est in potetia ad mouendum, sed semper actu mouet, quia effectus in actu requirit causam in actu. Sed motus æternus semper actu est, ergo substantia mouens semper actu mouet vnde magis proprie ipsa dicitur esse mouens quæ motiua, quia non est necesse quod motiuum, id est, habens potetiam mouendi actu moueat. Ex his inferit quod idem Platonis non sufficienter ad saluandum æternitatem motus, quia illæ idæe sunt vltima, vltima autem non mouent, sed omnis motus est ab aliquo singulari. Et quod dictum est de ideis, dicendum est de aliis, quæ ponebantur separata, scilicet materia, quæ ponebant Pythagorici. secundum quod probat est, quod illa substantia est actus purus nullam habens potetiam, cuius rationem assignat, quia omne id in cuius substantia admittitur potetia, contingit non esse, quia oportet dare aliquid à quo illa potetia reducitur ad actum. Sed substantiam æternam non contingit non esse, alioquin etiam motum contingeret non esse, quem tamen dixerat esse necessariū & æternū, ergo &c. Tertium quod probat est quod illa substantia non habet materiam, quia omne habens materiam est in potetia, probatum est autem quod illa substantia non est in potetia, ergo non habet materiam. Inferit S. Th. quod Philosophus tenuit firmiter & non dubitauit æternitatem motus, cum in hoc fundauerit suas rationes. Inferit secundum quod ratio Philosophi non concludit æternitatem motus, & eam soluit. Inferit tertio, quod ex æternitate motus concluditur necessario immaterialitas primi principij.

QUESTIO XXIX

Vtrum primum principium sit separatum ab omnipotentia.

Queritur vigesimo nono. Vtrum primum principium sit separatum ab omni potentia. Et arguitur quod non. Primo. Quicquid facit cum altero compositionem, est ens potetiale natura, partes sunt in potetia respectu totius. Sed primum principium facit cum alio compositionem: nam 12. metaph. tex. & comen. 15. dicitur quod omnes intelligentia præter primam componuntur ex potetia & actu. Nec est alia causa huius, nisi quia superior informat inferiorem, & prima omnium à nulla informatur, ergo secundum eos prima intelligentia facit compositionem cum secunda, informando eam. Confirmatur, quia 3. de anima, comment. 18. dicitur quod intelligentia abstractæ perficiunt se inuicem & recipiunt se, præter primam quæ est abstracta ab hac natura. Secundo. Omne quod diuiditur in aliquid simile materiam, & in aliquid simile formam est aliquo modo compositum. Sed omne intelligibile, & per consequens etiam primum principium diuiditur in aliquid simile materiam, & in aliquid simile formam. Dicit enim Commen. 3. de anima, comen. 5. circa finem, & quemadmodum sensibile diuiditur in materiam & formam, sic intelligibile ens oportet diuidi in similia his duobus. Tertio: in quocumque est multiplicitas, in eo est compositio. Sed in prima causa est multiplicitas, quoniam dicit Commentator 12. metaphysicæ, commento 38. quod multiplicitas in Deo non est in esse, sed in intellectu tantum, ergo in prima causa est compositio, saltem secundum rationem: Quarto. In eo ponitur intellectus compositionem de quo potest formare duos conceptus. Sed potest formare duos conceptus de Deo scilicet conceptum esse & essentiam, ergo intellectus ponit in Deo compositionem.

Prima ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Respondeo. In ista questione non queritur vniuersaliter de intelligentiis. An in eis sit accidentia, sed solum est aliquid queritur de simplicitate primi principij, & quia simplicitas alteri duorum opponitur compositio, ideo si ostensum fuerit quod in eo nulla est compositio, erit sufficienter probatum quod est simplicissimum. Dupliciter autem potest aliquid esse compositum, scilicet, compositione ex his, & compositione Quæst. Meta. Pau. Song. C 4 cum

com his. Compositio ex his est in eo quod constituitur ex pluribus partibus, sicut Sortes est compositus ex materia & forma, & homo albus ex homine & albedine. Compositio cum his est eius quod in natura sua est simplex, & tamen cum altero facit compositionem. Huiusmodi autem compositio ex esse & essentia. Secunda est compositio ex natura & supposito: & sic Sortes & eius humanitas faciunt compositionem. Tertia est ex materia & forma. Quarta est ex subiecto & accidente. Probandum est autem, quod nulla istarum compositionum est in prima causa. Et quia omne compositum ex materia & forma, est etiam compositum ex subiecto & accidente. Si probatum fuerit quod in prima causa nullum est accidens, erit probatum quod in eo non est compositio ex materia & forma. Quod autem in prima causa nullum est accidens, proba vna auctoritate Commentator. 12. metaphysic. comment. 25. vbi sic dicit, Et sciendum est quod substantia sunt duobus modis. Modus vnus est in quo impossibile est fugere accidentia. Et alius sine aliquo accidente. Primus autem est sensibilis: Secundus autem intelligibilis. Cui propositioni Commentatoris si adiungatur quod prima causa est simpliciter intelligibilis & semper actu intellecta, vt ipse dicit 12. metaph. com. 51. statim sequitur quod in ea nullum est accidens. Secundo arguitur quod simpliciter nulla sit in eo compositio, quia si sic, vel aliquid ei adderetur, vel ipsum adderetur alteri, scilicet ei cum quo faceret compositionem. Sed vt runque est falsum, ergo &c. Maior patet. Minor probatur. Illa entitas quae est omnis entitas eminenter, non paritur secum vllam additionem. Sed prima causa est omnis entitas eminenter, vt dicit Commentator 5. metaph. com. 21. ergo &c. Minor patet. Maior probatur. Sicut duae formae diminuta non componuntur mutuo, puta calor cum caloresita nec forma diminuta componitur cum forma quae est eminenter talis. Calor enim eminens non potest esse subiectum caloris diminuti, nec lux solis, aliquid alterius lucis, ergo id quod est omnis entitas eminenter, non recipit additionem entitatis diminautae. Tertio. Omne compositum est posterius suis partibus componentibus salte natura. Sed primum principium nullo est posterius aut duratione aut natura, ergo omnis compositio ei repugnat. Et confirmatur, quia compositum est ens dependens a principiis ex quibus componitur, primo autem principio repugnat dependentia: alioquin non esset simpliciter primum, ergo id quod prius. Quarto. Id quod est in summo gradu intelligibilitatis, nullam habet potentiam, & loquor de potentia passiva, quia de actiua potentia non est sermo in ista quaest. Sed primum principium est in summo gradu intelligibilitatis, ergo &c. Maior patet, quia cum ideo sit aliquid intelligibile, quia est ens in actu: quod summe est intelligibile, est summe in actu, & consequenter nullam habet potentiam, quia cum summo gradu vnus oppositi non fiat aliquis gradus alterius oppositi. Minor patet. Commentator 12. metaph. com. 37. vbi sic ait: Compositum est omne cui potentia admiscetur. Et quia potentia intelligitur per aliud, & actus per se magis intelligitur illud cui nulla potentia admiscetur. Et saepe dicunt Philosophus & Commentator, quod ipsum principium est actio pura, nullam habens admixtionem potentiae: & quia in hac conclusione omnes Philosophi conueniunt, non est elaborandum adducere alias rationes pro probatione huius conclusionis.

Quatuor modi compositionum.

conclusio

Ad primum.

Ad secundum.

Ad tertium.

hil componitur secundum rationem cum altero: sed tantum secundum esse. Ad quartum. eadem simplicissima re potest intellectus formare plures conceptus, compositio autem tunc est tantum in intellectu formante pluralitatem conceptuum.

QUESTIO XXX.

Vtrum mundum esse aeternum Philosophus crediderit se posse demonstrare.

Quaeritur trigesimo, an Philosophus crediderit se demonstrare posse mundum esse aeternum. Et videtur quod non. Primo quia 1. topicorum dicit expresse quaedam esse problemata, id est probabiles proportionales, quantum ad vtranque partem contradictionis, huius est aeternitas mundi. Secundo. Non est putandum Aristotelem si bipsi contradicere. Sed ipse tenuit aliquid cui secundum eum repugnat aeternitas mundi, ergo. Minor probatur. Teneat Philosophus quod infinitum non potest esse in actu: & quod anima intellectiua est incorruptibilis. Ista autem non compatiuntur mundi aeternitatem, quoniam si mundus est aeternus, praecesserunt infiniti homines, ergo infinitae animae & cum illae sint immortales, sequitur quod actu sunt infinitae. Tertio, cuiuslibet productionis sunt tria principia, scilicet materia, forma, & priuatio, ergo terminus a quo productionis mundi, est priuatio ipsius mundi, ergo aliquando non fuit. Quarto. Demonstratoris non est vti auctoritatibus aliorum, quia ratio demonstratiua cogit intellectum: non autem locus ab auctoritate cogit. Sed vbiunque Philosophus loquitur de aeternitate mundi ponit auctoritates antiquorum, igitur non putabat se demonstrare. Quinto. Tempus non est aeternum, ergo nec motus est aeternus: consequentia patet. Antecedens probatur. Tempus est numerus motus, ergo tempus est quid finitum: cum infinita non sit numerare siue pertransire.

Primario.

Secundo ratio.

Quartario.

Quintario.

Respondeo. In ista quaest. praemitto tria. Primum est quod secundum omnes philosophos qui recte de natura senserunt, primus motor est aeternus: eo quod si aliquando non fuisset, sequitur quod etiam nunc non esset, non enim esset productus ab alio, cum ipse sit prima causa. Non etiam esset productus a seipso, quia nulla res deducit se de non esse ad esse. Et quia omnis notitia quae naturaliter habetur de causa prima, est ex sensatis, propterea omnes antiqui philosophi posuerunt aliquem effectum aeternum demonstrantem huius aeternitatem causae primae. Vnde etiam philosophus 8. phy. com. 1. & 2. recitat opiniones Anaxago. & Empedoclis & Democriti, & aliorum, dicens eos omnes posuisse aeternitatem mundi, excepto Platone qui dixit mundum esse genitum. Secundum est quod aliud est quaerere an motus sit aeternus: & aliud an mundus sit aeternus: per mundum enim intelligo vniuersitatem entium, quae vniuersitas requirit omnia incorruptibilia quae nunc sunt, & genera & species corruptibilia. Vnde si mundus fuit aeternus, oportet ab aeterno fuisse non tantum corpora caelestia & intelligentias, sed etiam homines, equos, plantas, & sic de aliis. Si autem motus fuit aeternus, sufficit fuisse corpora caelestia & eorum motores. Propterea disputat Commentator 8. physico. com. 12. 3. & 4. an Philosophus ibi probet aeternitatem motus primi: vel potius aeternitatem motus in communi, puta quod generatio & alteratio & huiusmodi sint ab aeterno. Et ibi reprehendit Alpharabium, & Auicennam, Algazelem dicentes Aristotelem probare aeternitatem motus in communi. Ipse autem Commentator vult quod probet tantum aeternitatem primi motus: vtraque tamen istarum opinionum potest sustineri. Praemitto tertio, quod si etiam mundus sit aeternus, aliud est quaerere an alicuius naturae specificae individua fuerint ab aeterno, & aliud est quaerere de aliquo determinato individuo: puta an philosophus concedens ab aeterno fuisse plantas, habeat concedere hanc plantam particularem ab aeterno fuisse. Et ideo de omnibus istis est tractandum. Pono igitur tres conclusiones, quarum prima est haec. Aristoteles non tantum probabiliter, sed omnino assertiue & determinate posuit aeternitatem motus. Iam conclusionem tenuit S. Tho. 12. metaph. lec. quinta, exponendo textum commenti 30. Istud probatur supponendo duo. Quorum primum est, quod secundum Aristotelem Deus produxit de necessitate naturae omnia entia necessaria, cuiusmodi est intelligentia & caelum & materia prima. Et quod ista fuerit eius firma sententia supra probata fuit. Secundum est, quod agens de necessitate naturae distinguitur ab agente a proposito, vt dicitur 2. physico. textu commenti 49. quia positus omnibus requisitis ad actionem, agens a proposito potest suspendere actionem suam & in

Conclusio.

suppositum primum.

suppositum secundum.

sua

fua potestate est agere & non agere, agens vero a natura non potest suspendere suam actionem si sit sufficiens & non impeditum. Tunc sic, Deum agere de necessitate naturae fuit firma sententia Aristotelis, ergo etiam Deum produxisse primum mobile & primum motum ab aeterno: antecedens patet. Consequentia probatur, quia oppositum consequentis infert oppositum antecedentis. Si enim non produxit ab aeterno: ergo ab aeterno suspensa fuit actio eius, ergo vel ideo est, quia non erat sufficiens, aut quia aliquid erat ipsum impediens quae non sunt ab aliquo philosopho concedenda, aut hoc erat, quia non agebat de necessitate naturae, quod est oppositum antecedentis. Incidit tamen ponam hic rationes quibus Philosophus probat aeternitatem primi motus. Reducuntur autem ad quatuor fundamenta, scilicet, ad naturam temporis & motus & substantiae caeli, & naturam ipsius agentis. Ex parte temporis sic arguit 8. phy. tex. commenti 11. De ratione instantis est quod mediet inter partes temporis & eas copulet adiuuicem, ergo ante quodlibet instans est tempus copulatum cum tempore posteriori. Tunc vltra. Ergo non est dare primum instans tempore, ergo tempus non incipit, ergo nec motus. Hanc rationem confirmat Auicenna, quia si primus motus incepit, ergo non esse eius praecessit esse eius duratione. Sed id quod praecedit aliud duratione praecedit ipsum tempore, ergo tempus erat ante primum motum, quod est absurdum. Et eodem modo probaretur quod sequeretur tempus fuisse ante tempus, si tempus incepit. Secundo arguit ex parte motus 4. physico. 1. de generatione, & 8. physico. Et a Commentatore 8. physico. commento 15. Si primus motor incepit mouere, cum ante non moueret, ergo se habet nunc aliter quam prius. Sed hoc est impossibile, cum primus motor sit omnino immobilis, ex fine octauae physico. ergo non poterit incipere mouere: vnde si mouet, aeternaliter mouet. Maior probatur. Id quod acquirit nouam relationem se habet aliter quam prius, quia habet id quod ante non habebat. Sed motor incipiens mouere, acquirit nouam relationem, scilicet, relationem mouentis ad motum, ergo &c. Tertio arguit ex substantia caeli, primo de caelo & mundo. Omne ingenerabile & incorruptibile est aeternum. Sed caelum est huiusmodi, ergo est aeternum. maiorem habet pro manifesta. Minor probatur. Omnis generatio & transmutatio est inter terminos contrarios: vt dicitur 1. phy. Sed in caelo non est contrarietas, ergo nec generatio. Et eodem modo probat 1. phy. materiam primam esse aeternam, quia est ingenerabilis, cum non possit assignari aliquid ex quo sit genita, quia cuiuslibet generationis subiectum sit materia, sequitur materia fuisse ante quam esset. Quarto arguit 8. phy. ex conditione motoris: quia primus motor aut mouet naturaliter, aut voluntarie. Si naturaliter, ergo aliquando mouet & aliquando non, vt supra deductum fuit. Si voluntarie, ergo per apprehensionem. Sed omne mouens per intellectum in tempore determinato apprehendit duo tempora in quorum vno vult agere, & in alio non: ergo primus motor si nunc primo incepit mouere caelum, apprehendit tempus aliquod ante istud nunc, & in illo volebat mouere, & sic sequitur tempus fuisse ante istud nunc quod tu dicis esse primum: Alique rationes etiam haberi possunt: sed istae sunt prioriores in quibus philosophi sustentati sunt. Credo tamen quod philosophus non existimauerit omnes istas rationes esse demonstratiuas, praesertim tres primas. De quarta autem factis dubito, quia videtur mihi quod Aristoteles putauerit Deum omnino agere de necessitate naturae: nec posse aliter esse, quia secundum ipsum omnia quae ei conueniunt sunt simpliciter necesse. Et circa hoc non est verisimiliter credendum Aristotelem dubitasse. Soluuntur autem praedictae rationes. Ad primam enim dicitur quod sicut in linea est assignare aliquem punctum qui praecise est principium eius, & aliquid qui praecise est finis, & aliquid qui est principium vnus partis & finis alterius: ita de instanti est dicendum: & ideo praeter illud instans in quo partes temporis copulantur, non repugnat dari vnum quod praecise est principium temporis. Ad secundam dicitur quod primus motor incipiens mouere, non acquirit nisi relationem rationis ad ipsum mobile. Et quia entia rationis nulli sunt subiectiue, & nullam entitatem ponunt in eo de quo dicuntur, ideo non sequitur quod sit variatus in se. De eo secundo quod si etiam talis relatio esset realis, adhuc hoc non sequitur, sicut ad hoc quod haec albedo sit similitudo, non oportet quod ei adueniat noua entitas, sed sufficit quod ponatur terminus, scilicet, vna alia albedo. Ad tertiam negatur maior, sed tantum sequitur quod non sit productum per transmutationem: sicut etiam procedit illa probatio illius maioris. Ad quartam dicitur quod agit voluta- ria: sed non est verum quod omne tale agens apprehendat

Rationes quibus assignat Arist. mundi aeternitatem.

Diluantur rationes philosophorum.

duo tempora realia, quando ex illa volitione producit- ipsum tempus: sicut in proposito loquimur. Dico secundo, quod nos imaginamur rem quae de nouo producitur ante non fuisse quam produceretur: sed illud ante, non dicitur rem tempus, sed tempus imaginatum. Et ideo non sequitur quod tempus fuerit antequam produceretur. Secunda conclusio Aristotelem tenuit non tantum primum motum, sed etiam ipsum mundum esse aeternum. Probatur. Aristoteles firmiter tenuit materiam primum esse aeternam, sicut etiam alia necessaria, vt patet ex praecedenti conclusionem, ergo firmiter tenuit mundum esse aeternum, antecedens patet. Consequentia probatur. Et suppono vnum quod est de mente ipsius, scilicet, quod individua animalium peccata non possunt produci in esse immediatè nisi ab agente vniuerso. Istud tenuit Philosophus 7. metaphysicæ: & expresse Commentator contra Auicennam: vt declarauimus in 7. huius. Tunc arguitur. Primo. Si animalia peccata non fuissent ab aeterno, ergo darentur aliqua prima in eis, puta primus homo, primus leo: quæro a quo immediate productus sit ille primus leo. Non a prima causa, quia ipsa secundum Philosophum nihil potest ex materia producere immediate, vt supra diximus. Non a caelo, quia non est leoni agens vniuersum. Non a nulla causa, quia hoc est impossibile, ergo ab aliquo alio leone, & per consequens ante hunc quem tu dicis primum, fuit alius. Secundo. Materia prima nunc est sub formis animalium perfectorum, ergo ab aeterno sub eis fuit. Consequentia probatur, quia cum materia sit ab aeterno: aut ab aeterno erat sine omni forma, & hoc omnino negaret Philosophus tanquam impossibile, aut erat sub forma caeli, & transmutata est ad formas animalium, & sic caelum esset corruptum, quod Philosophus habet pro impossibili, aut ab aeterno erat sub formis animalium, sicut etiam nunc est, & sic habeo propositum: quod animalia perfecta fuerunt ab aeterno. Tertio: idem probatur de plantis & mineralibus, & de animalibus imperfectis ad quorum generationem sufficit caelum cum dispositione materiae. Nam caelum fuit ab aeterno & motus eius, & fuit tantae virtutis quantae nunc est: ergo ab aeterno disposuit materiam ad istas formas & eas introduxit: praesertim cum necessario agat in ista inferiora. Nec potest aliquis rationabiliter dicere philosophum aliter sensisse. Tertia conclusio. Aristoteles non concederet aliquid individuum rerum corruptibilium fuisse ab aeterno: puta Sortem, Platonem, hunc alium, & sic de aliis. Probatur. Quis quid durauit tempore infinito a parte ante, durabit naturaliter tempore infinito a parte post. Sed Sortes non potest naturaliter durare tempore infinito a parte post, cum sit naturaliter corruptibilis, ergo non potuit esse tempore infinito a parte ante. Minor est nota. Maiorem ponit philosophus primo caeli. Et probatur ratione secundum ipsum, quia si Sortes fuit tempore infinito, sequitur quod infinito tempore restitit contrariis naturaliter conantibus ad eius corruptionem, ergo semper poterit eis resistere. Confirmatur: quia virtus aeterno tempore resistens alicui contrario in ipsum agenti est infiniti vigoris, & non tantum infiniti duratiue. Licet enim virtus finita, si sit incorruptibilis, possit perpetuare motum in quo nulla est contrarietas: tamen resistere contrario per tempus infinitum non videtur esse nisi infiniti vigoris, quia duorum contrariorum adiuuicem agentium, oportet vnum esse potius altero. Si enim essent aequalis omnino virtutis non posset vnum agere in aliud nec contra. Et ideo oportet quod vnum excedat aliud, & cum per continuam actionem potentioris in id quod est minus potens diminiatur virtus debilioris contrariis oportet tandem ipsa consumatur. Patet igitur quod si vnum contrarium resistit alteri tempore infinito oportet virtutem eius esse infinitam: nullam autem individuum naturaliter corruptibile est infinite virtutis: ergo non solum secundum mentem Philosophi, sed etiam aliorum non posset Deus producere vnum ignem particularem vel aliud tale ab aeterno & ipsum relinquere suae naturae, quia sequitur quod illud tale duraret tempore infinito naturaliter, & hoc probatum est ei repugnare. Possit tamen Deus aliquod tale ens producere ab aeterno non derelinquendo ipsum suae naturae: sed ipsam conservando & man- tu tenendo. Et si dicatur: Mundus potuit esse ab aeterno, ergo homo potuit esse ab aeterno, ergo alio modo potuit esse homo: pura hic vel hic. Consequentia patet, quia si homo, supponit determinate: & per consequens sub eo licet descendere. Respondeo quod ista non proprie conceditur: homo potuit esse ab aeterno, sed ista, ab aeterno potuit esse homo, in ista autem non licet descendere, quia si homo, stat confute ratione illius termini, ab aeterno.

Conclusio.

Suppositum.

Conclusio.

Ad primum.

pertra

peractare tantum vt probabiles, si aliquando de eis sermo incidebat. Et quia nondum determinauerat an mundus sit æternus, ideo in libro topicorum dixit ipsum esse problema. Dico præterea quod philosophus in libris logicalibus sæpe vitur exemplis secundum aliorum opiniones, & ita fecit in proposito. Nam aliqui vt Plato dixerunt mundum non esse æternum. Ad secundum dicitur quod Aristo. non negauit absolute non posse dari infinitum in actu, sed hoc negauit tantum in rebus materialibus, vt patet ex rationibus eius 3. phy. & 1. cæli. Illæ enim rationes concludunt tantum de infinito rerum materialium. Et propter hoc dixit etiam S. Tho. in libro de æternitate mundi, quod mundum esse demonstratum non posse esse infinitum in actu. Ad tertium dicitur quod Philosophus loquitur tantum de productione quæ est per motum vel transmutationem, res autem ab æterno essent productæ solum per simplicem emanationem. Ad quartum dicitur primo quod Philosophus in rationibus illis non putabat se demonstrare nisi forte in vltima quam supra adduximus. Dicitur secundo quod demonstrator non adducit aliorum dicta, vt per ea demonstrat & cogat intellectum, sed postquam demonstraui potest ea adducere ad maiorem confirmationem. Ad quintum dicitur quod sicut qualibet circulatio cæli est finita, tamè possibile est quod præcesserint infinitæ circulationes vna post aliam, ita tempus mensurans vnquamque earum sit finitum, & tamen fuerunt infinitæ partes temporis correspondentes infinitis circulationibus.

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad quartum.

Ad quintum.

QUESTIO XXXI.

Vtrum mundum esse ab æterno possit teneri sequendo præcisè rationem naturalem.

Quæritur trigessimoprimo. Vtrum sequendo præcisè rationem naturalem teneri possit quod mundus potuerit esse ab æterno. Et videtur quod non. Primo. Si mundus fuit ab æterno, sequitur quod tempus fuit infinitum à parte ante. Sed hoc est impossibile, ergo. Consequenter patet, quia dat oppositum, ergo est dare primum diem, & per consequens non fuisset ab æterno. Falsitas consequentis probatur. Si tæpus est infinitum, sequitur quod pars est æqualis suo toti. Sed hoc est contra primum principium, ergo. Consequenter probatur. Totum tempus acceptum in præterito vsque ad diem hesternum, est pars totius temporis includentis etiam diem hodiernam. Sed illud est infinitum, & similiter istud, ergo sunt æqualia. Maior & minor patet, consequentia vero probatur, quia vnum infinitum non potest esse maius altero. Confirmatur, quia fuissent infiniti dies & infiniti menses. Sed dies est pars mensis, ergo pars æquatur toti. Et per hoc idem principium probaretur quod pars esset maior toto, quia sit dies hodiernus a, & dies crastinus b, præteritum & futurum ad a, & ad b, sunt infinita. Tunc sic. Præteritum ad b, est maius futurum ad a, patet consequentia, quia præteritum ad b, & futurum ad b, sunt æqualia & per consequens quocumque est maius vnum, est eo maius aliud. Tunc vltra futurum ad b, est maius futuro ad a, ergo pars est maior toto, patet consequentia, quia futurum ad b, est pars futuri ad a. Secundo ex eodem fundamento. Impossibile est infinitum esse acceptum, quia vt dicitur 3. phys. infinitum est cuius partem accipientidus semper est aliquid extra accipere, sed esse præteritum est acceptum, cum totum positum sit in actu, ergo tempori præterito repugnat infinitas. Tertio, de ratione infiniti est quod habeat actum admixtum potentie, vt patet 3. phys. comment. 58. Sed præteritum non habet actum admixtum potentie, sed quodlibet ipsius est positum in actu, ergo &c. Confirmatur. Infinitum est passio entis, quod est in processu in quo non inuenitur infinitas in termino à quo, sed in termino ad quem, vt patet in numeris, non enim est infinitas in vnitare à qua incipit, processus. Et similiter non est infinitas in totalitate continui à qua incipit eius diuisio, sed est in partibus ad quas proceditur. Sed præteritum est terminus à quo processus temporis, ergo in præterito non potest esse infinitas. Quarto. Possibile est quod Deus qualibet die produxerit vnâ animam: ergo si præcesserunt infiniti dies, possibile est quod nunc sint infinitæ anime in actu. Quinto. Si mundus fuit ab æterno, aut dies præteriti sunt tot quod eis non potest fieri additio, aut eis potest addi aliqua dies. Primum non est dicendum, vt omnes concedunt, accipio igitur tempus præteritum cui additur vna dies. Si ista multitudo simul acciperetur cum vna alia multitudo cui non fuisset addita ista dies & simul inciperent, diuini duraret illa cui fuisset addita

Confirmatio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Confirmatio.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

ista dies, duraret enim plus per vnum diem, ergo alia non duraret in infinitum. Sexto. Repugnat esse simul infinitam multitudinem, ergo repugnat infinitam multitudinè fuisset. Antecedens communiter est concessum. Consequenter probatur. Quod enim repugnet infinitas actu simul, aut est ratione similitatis, aut est ratione actualitatis, sed non est ratione similitatis præcisè, quia possibile est quod præterita & futura vt præterita & futura sunt: essent in actu, & starent simul in actu sub præteritione & futuritione: vt de non est maior repugnancia quod sint actu sub similitate: ergo tota huius repugnancia est ratione actualitatis, & ideo non potest esse aliquid actu infinitum, quia actualitas repugnat infinito formaliter, cum de ratione infiniti sit esse permixtum potentie, & per consequens non potest esse actu secundum se totum. Sed omne præteritum est positum in actu secundum se totum, ergo præterito repugnat infinitas. Septimo. Cum omnes dies præteriti teantur sint, aut est dare aliquam diem à qua dies hodierna distat in infinitum: aut non est dare aliquam talem. Si est dare ergo à nulla magis distat, & per consequens à qua illa sic distat est prima dies. Si autem nulla talis potest dari, ergo à qualibet distat tantum finitè, & per consequens non præcesserunt dies infiniti. Octauo. Cum dies præteriti non fuerint simul in actu, sed ordine quodam & per successionem vnus ad alium, aut est dare aliquam diem antequam non fuit alia: aut non. Si sic, ergo illa fuit prima dies. Si non. Contra. Ante omnes dies coniunctim acceptos non est dare aliam priorem: alioquin non omnes essent accepti, ergo est dare aliquam ante quâ nulla fuit. Patet consequentia: quia non possunt omnes coniunctim accipi nisi quodam ordine, scilicet, vnâ post aliam accipiendo, & per consequens non omnes essent accepti nisi daretur vna claudens omnes alios dies. Secundum principale fundamentum per quod arguitur in ista materia est, quia non esse præcedit esse naturaliter in omni ente citra primum. Nona igitur ratio est ista. Vbi aliqua opposita immediate sunt incommpossibilia pro eodem instanti talis est ordo durationis inter ea qualis est ordo nature. Sed esse & non esse, sunt huiusmodi, ergo cum non esse sit prius natura quam esse in omni effectu, sequitur quod non esse sit etiam prius duratione minor nota. Maior probatur. Ex quo enim sunt immediata necesse est alterum eorum inesse, ex quo vero sunt opposita, non possunt inesse simul, ergo vnum prius inest quam aliud: istud autem non potest esse nisi id quod est prius natura. Decimo. Id cuius productio non mensuratur nisi instanti transeunte, non potest esse æternum. Sed productio creature est huiusmodi, ergo nulla creatura potest esse æterna. Minor probatur. Nullus effectus habet ex vi suæ productionis quod duret amplius quam per instantes: quia post illud primum instans sui esse desineret esse nisi consecraretur à prima causa, ergo &c. Maior etiam patet ex terminis, quia cum instans tale ponitur transiens & non durans, non potest esse æternum. Vndecimo. Omne quod potuit esse æternum fuit æternum. Sed mundus non potuit esse æternus, ergo non fuit æternus, minor supponitur. Maior probatur. Tum quia in perpetuis non differt esse & posse. Tum quia potentia ad esse æternum necessario contingit actui, ergo infert ipsum actum, scilicet rem esse æternam, consequentia patet. Antecedens probatur. Vbi potentia non necessario coniungitur actui, ibi potentia potest præcedere actum duratione. Sed esse æternum à parte ante non potest sequi suam potentiam: ergo. Tertium principale fundamentum est ratione generationis. Si mundus potuit esse ab æterno perfectus quo ad species suas, sicut nunc est, sequitur quod generatio potuit esse ab æterno: cum multa sint quæ non habent esse nisi per generationem. Sed impossibile est generationem fuisse ab æterno, ergo &c. Maior patet: minor probatur. Si generatio, pura hominum, fuit ab æterno, aut hoc est, quia est dare vnum hominem qui fuit ab æterno, aut quia ab æterno fuit homo, licet non possit assignari aliquis determinatè non dando aliquem creatum, sed dicendo quod omnes sunt geniti, & quodcumque istorum dicatur, erit idem iudicium, quia ille homo qui diceretur ab æterno creatus coexistet illis infinitis, quorum quilibet esset genitus. Sed quodcumque istorum datur non potuit esse generatio æterna, ergo &c. Maior patet, minor probatur. Agens per motum præexistit termino motus non solum nature, sed tempore. Sed de ratione generationis est, quod sit per motum, quia generationem necessario præcedit alteratio, ergo &c. Confirmatur. Si generatio hominis fuit ab æterno, ergo præcesserunt infiniti homines, ergo nunc sunt actu infinitæ anime, quod est impossibile.

Sexta ratio.

Septima ratio.

Octava ratio.

Nonata ratio.

Decima ratio.

Vndecima ratio.

Respondeo, quod licet de facto mundus non fuerit ab æterno,

æterno: tamen circa possibilitatem æternitatis varia est doctorum opinio, stando præcisè in ratione naturali. Quidam enim dicunt quod repugnat, mundum esse æternum: quia implicatio contradictionis est in istis terminis, aliqualis effectus est æternus, eo quod implicat aliquid esse æquale Deo in duratione. Et arguitur autem aliquid Deo postea mundi æternitate. Quasi moti sunt propter rationes supra positas. Eorum tamen qui sunt huius opinionis, scilicet, quod mundus constitutus ex speciebus quibus nunc est, non potest esse ab æterno, triplex est modus dicendi. Nam aliqui dicunt quod non repugnat aliquam rem permanentem, puta cælum & substantias immateriales fuisse ab æterno, sed hoc repugnat rebus successiuis, scilicet, motui & temporibus, quia ex hoc sequitur infinitum esse in actu, vt supra arguebatur. Alij dicunt quod omnino nullus effectus potest fuisse ab æterno: siue sit permanentis siue successiuus: quia oportet quod non esse præcedat esse in omni eo quod est ab alio dependens. Quidam vero alij dicunt, quod non solum permanentia, sed etiam successione potuit Deus ab æterno producere: nec vlla est contradictio in his terminis. Et hæc opinio videtur rationabilior: vnde S. Tho. eam tenet, & hæc est opinio eius. Et licet istud firmiter teneat, non tamen credit quod ita esse possit demonstrari: quod patet, quia in 2. dif. 1. soluit rationes ad vtramque partem. Arguitur autem per ista opinio. Et primo quod non possit demonstrari eam esse impossibilem. Si Deus ageret de necessitate nature, Deus ab æterno produxisset mundum. Sed non est demonstratum cum non posse agere de necessitate nature, ergo non est demonstratum eum non potuisse ab æterno producere mundum. Maior patet, quia agens naturale si sit sufficiens, semper agit, nec in eius potentate est agere & non agere nisi impediatur: quod de primo ente non est dicendum. Minor probatur. Tum quia Philosophi tenuerunt Deum agere ad extra necessario, quod non fecissent si oppositum posset demonstrari. Tum quia ipsum agere mere contingenter, tenetur ex fide, tum quia Deus necessario amat se necessario intelligit etiam alia: ergo non est impossibile appaerens quod necessario velit alia. Tum quia rationes quæ adducuntur ad probandum Deum agere mere contingenter, soluuntur facile à Philosophis. Secundo. Datur instans primum in quo aliquis effectus à Deo productus est, aut Deus potuit in priori instanti eum producere, aut non. Si non, ergo est virtus eius limitata ad hoc instans. Si sic, quæro an in aliquo priori illo potuerit eandem rem producere, & sic in infinitum. Si non, arguitur vt prius. Si sic, ergo ab æterno potuit ipsum producere. Tertio. Virtus producat effectum suum sine motu in non tempore non præcedit effectum suum necessario secundum durationem, quia ibi non mediatur motus, & per consequens nec tæpus. Sed prima causa produxit cælum subito, ergo &c. Quarto. Impossibile non potest transire in naturam possibilem, vt dicit Commentator 1. cæli, comment. 124. Sed si impossibile est cælum fuisse ab æterno, & nunc possibile est cælum fuisse ab æterno, & nunc possibile est cælum esse, transisset de impossibili ad possibile: ergo. Diceret fortè quod fuit possibile ab æterno, sed non pro æterno. Contra eodem modo posset dici quod omne impossibile est possibile, licet non sit possibile pro illa mensura qua est impossibile. Quinto. In causis præcisissis si affirmatio est causa affirmationis, etiam negatio est causa negationis. Sed præcisè causa quod res existant est, quia Deus dat eis esse contingenter, ergo præcisè causa quod non existant est, quia contingenter relinquit eas in non esse, ergo quandocumque aliquid non est, contingens est quod non sit: & non est necessarium ipsum non esse. Sexto. Priuatio & habitus mensurantur eadem mensura, ergo si non esse fuit ab æterno, etiâ esse potuit esse ab æterno. Septimo. Non plus repugnat tempus esse infinitum in præterito quam in futuro. Sed ab omnibus est concessum quod tempus potest perpetuo durare, ergo non repugnat tempus præteritum fuisse infinitum. Octauo. Non minoris potentia est causa prima quàm aliqua causa secunda. Sed causa secunda aliqua producit effectum suum sibi coæuum, puta sol lumen in aere, ergo prima causa potest producere effectum suum sibi coæuum. Multa alia similia adduci possunt quibus probaretur non implicari in verbis istis vllam contradictionem, mundus fuit ab æterno. Quia tamen pro neutra istarum partium habentur rationes demonstratiuæ, ideo ad vtramque rationem est respondendum. Et primo respondebitur ad istas quibus probatur possibilitas æternitatis mundi. Ad primum dicitur primo quod ipsa non concludit mundum potuisse esse ab æterno: sed solum concludit quod non potest demonstrari impossibilem existentiam eius ab æterno. Dicitur secundo: quod si intendit arguere possibilitatem, puta si dicendo in minori

Doctorum varia opinio.

Conclusio Op. S. Tho.

Quod Deus potuerit producere mundum ab æterno.

possibile est quod Deus agat ad extra de necessitate nature: ipsa negatur: nec vlla eius præbatio concludit necessarium, vt supra patuit in q. de hac materia, vbi solute sunt rationes philosophorum. Ad secundum dicitur quod ante quodlibet instans præcisè & seorsum acceptum Deus potuit mundum producere: sed non ante omnia. Sicut in qualibet parte proportionali huius horæ potest creare vnum angelum, sed non in omnibus simul. Ad tertium dicitur quod ratio quare mundus non possit esse æternus non est, quia oportet vniversaliter causam præcedere effectum duratione, sed causa est loquendo de rebus permanentibus: quia cum effectui conueniat non esse prius prioritate nature quam esse. necesse est dari aliquam durationem in qua non esse eius præcesserit esse eius. In successibus autem causa est, quia infinitas eis conueniet si essent æterna. Ad quartum dicitur quod ab æterno fuit possibile mundum fieri: alioquin nunquam fuisset factus, non tamen fuit possibile quod ab æterno fieret. Ad probationem negatur quod aliqua sint impossibilia, quia esse repugnat fieri in quacumque mensura signata, sed hoc ideo, quia implicat contradictionem: mundum autem fieri non implicat contradictionem, licet implicet contradictionem quod ab æterno sit. Ad quintum dicitur quod præcisè causa quod res sint non est, quia dat eis esse contingenter, sed solum quia dat eis esse contingenter. Et contra præcisè causa quod non sint, est: quia non dat eis esse. Quod autem istud non esse conueniat eis, contingenter est, quia Deus potest eis dare esse & potest eis dare non esse, dico tamen cum hoc quod necesse fuit ab æterno creaturam habere non esse: quod Deus tunc necessario eam relinquebat sub non esse. Et hoc dico, non quod ita tenendum sit, sed quia illi qui sunt contrariæ opinionis, sic habentur respondere. Ad sextum dicitur quod non esse non est priuatio, quod patet: quia nihil præsupponit, sed est mera negatio, & ideo argumentum non est ad propositum. Ad septimum negatur maius, quia tempus infinitum futurum habet actum admixtum potentie, nec vnquam totum ponitur in actu: præteritum autem totum est positum in actu, & ideo sibi conuenit ratio formaliter repugnans infinitati: quæ ratio non conuenit futuro infinito. Ad octauum dicitur quod hoc non est ex defectu virtutis causæ primæ, sed quia si effectus esset ei coæuus, non esse non præcessisset esse posito quod effectus causæ secundæ sit ei coæuus adhuc non esse eius præcessit esse eius: quia est dare aliquam mensuram in qua ille effectus non erit, scilicet, illam in qua nec causa eius erat. Si enim nunc de nouo producat corpus luminosum in aere obscuro, vtique causabit in eo lumen in primo instanti productionis suæ, & tamen prius nec illud corpus, nec illud lumen habuit esse. Et sic patet quod nec iste rationes, nec alia quæ fiunt circa hanc materiam sunt demonstratiuæ. Et quia rationes etiam negantes possibilitatem æternitatis mundi non concludunt de necessitate, ideo etiam ad eas responderetur.

Ad primum dicunt aliqui quod illa propositio, omne totum est maius sua parte, non est verum in quantitate infinita: & ideo nihil ex eo concluditur in proposito. Sed hoc est ridiculosum, quia tollit prima principia, & facile illa propositio maxime probatur. Nam omne quod continet aliud & aliud plus, quod est quantum, est maius eo: omne autem totum continet quamlibet suam partem & aliquid plus, scilicet, alias partes, ergo &c. Alij dicunt quod esse æquale aut maius vel minus non sunt passiones nisi quantitatis finitæ, & ideo non est ad propositum. Sed contra. Vbi saluatur vera ratio quantitatis, ibi saluatur vera ratio æqualitatis vel inequalitatis, quæ sunt passiones eius. Sed in quantitate infinita saluatur vera ratio quantitatis: vnde infinita linea est in genere quantitatis, vt dicit Auicè, 3. suæ metaph. ergo &c. Alij dicunt quod nullum infinitum habet rationem totius: quia totum & perfectum idè sunt, 3. phys. text. com. 64. & licet non est ibi ratio totius: ita non est ratio partis, & ideo argumentum procedit ex falso. Dicit præterea quod quando totum non addit parti signatam aliquam aliam partem, quæ se habeat in certa proportionem ad primam partem, ibi non oportet quod pars sit maior toto, sicut etiam punctus additæ lineæ non facit eam maiorem: quia in nulla proportionem se habeat ad ipsam. Sed hæc responsio videtur etiam deficere, licet enim infinitum non habeat rationem totius prout totum dicit quid completum & perfectum, tamen infinitum est quoddam totum, prout totum dicitur in ordinatione ad partes. Vnde etiam solet dici, quod in cõtinuo sunt infinitæ partes proportionales: ex quo patet quod partibus potest conuenire ratio infiniti: & præterea si esset vnus numerus infinitus, ipse non esset entitas simplex: ergo esset cõpositus ex partibus.

Ad primum. Dilutio rationum an mundus potuerit ab æterno fieri.

libus suis. Et idē dico de infinita magnitudine si esset vbi pars non se haberet in proportione determinata ad aliam partem. Confirmatur, quia ibi saluatur continere aliud & aliquid plus quod est quātum: ergo ibi saluatur hoc quod dico totum esse maius sua parte. Nec valet id quod additur de additione puncti ad lineam, quod enim punctus additus lineæ non faciat eam maiorem non est, quia in nulla proportione se habeat ad lineam, sed quia punctus non est quātus, dies autem est quoddam quātum. Et ideo videtur mihi aliter esse dicendum, quod nō est in conueniēs vnum infinitum esse maius alio: vnde præteritum tempus vsque ad hesternam diem exclusiue est minus præterito, quod in claudit etiam diem hesternam. Et ideo non sequitur quod in cludit etiam diem hesternam. Et ideo non sequitur quod præteritum tempus fuerit infiniti dies, sed quia nec isti nec illi fuerit infiniti simpliciter, cum terminentur ad hanc diem & ad hunc mensuram, ideo infinitas dierum est minor infinitate mensuram. Et si quæretur vtrū inter ista duo infinita sit aliqua proportio, dicunt aliqui quod non est inconueniens dare duo infinita quorum vnum sit duplum vel triplū vel quadruplum ad aliud. Quidam vero alij dicunt quod in multitudine infinita sunt infiniti binarij & infiniti ternarij, & quod vnius infiniti ad aliud istorū nulla est proportio, & hoc videtur magis rationabile. Sciendum tamē quod cum dico vnum infinitū esse maius vel æquale alteri, hoc potest dupliciter intelligi. Vno modo vt dicantur aliqua æqualia quando totum quod est in vno, & est etiam in alio, vel aliquid correspondens: & nihil plus, & sic dixi, vnum infinitum potest esse maius altero, nec erit ei æquale. Alio modo dicitur aliqua æqualia, quia est dare certam & determinatam quātitatem vnius, & tantum alterius & non plus, & hoc modo nullum infinitum est æquale alteri, nec maius eo, quia in nullo infinito est determinata quātitas. Ad id vero quod arguebatur partem esse maiorem toto, patet responsio ex dictis, quia præsupponit vnum infinitū non esse maius altero: quod est falsum, dico enim quod præteritum ad b, est maius præterito ad a, & quod futurū ad a, est maius futuro ad b. Et si arguitur cōtra, quia præteritum ad b, & futurum ad b, sunt æqualia, ergo si præteritum ad b, est maius præterito ad a, sequitur quod etiam futurum ad b, est maius præterito ad a. Sed præteritum ad a, est æquale futuro ad a, ergo sequitur quod futurum ad b, est maius futuro ad a. Patet consequētia, quia quicquid est æquale vni æqualium, est etiam æquale alteri. Respondetur quod cōsequētia non tenet, quia hæc regula. Quicquid est æquale vni æqualium, est æquale alteri, tenet tantū in his in quibus est æqualitas primo modo dicta, iuxta distinctionem positam supra, id est, vbi aliqua vna æqualia secundum quātitatem determinatam, quod non est in proposito. Ad secundum dicitur quod infinitum esse acceptum, nō est aliud nisi ipsum positum in actu, quod dupliciter potest intelligi. Vno modo quod sit positum in actuali existentia. Alio modo quod sit positum in actu in esse cognito: sive hoc sit per intellectum sive per imaginationem. Primo modo non potest esse positum in actu simul: sed successiue. Secundo autem modo non potest esse positum in actu ab intellectu nostro, quia impossibile est quod ipse intelligat infinitum. Cuius ratio est, quia nō apprehendimus infinitum nisi numerando partem post partem, & per consequens transiendo ab vna in aliam, infinitas autem partes non contingit pertransire ac numerare. Intellectus autem primæ causæ ponit infinitum actu in esse cognito, quia non intelligit ipsum transiendo ab vna parte in aliam, sed totum vnico actu apprehēdit, quia illo simplici actu sui intellectus non tot dies præteritos apprehendit, quin adhuc plures apprehendat. Ad argumentum igitur dico quod repugnat infinitum esse acceptum simul in actu: sive in actuali existentia, sive in esse cognito per modum infiniti, id est in sumendo vnā partem post aliam, & hoc modo infinitum tempus præteritum non est acceptum. Potest etiam aliter responderi, vt quidam dicunt, quod aliquid esse infinitū dupliciter potest intelligi. Vno modo quod sit infinitum in potentia, quomodo ponitur infinitas in diuisione continui 3. physic. & de ratione talis infiniti est quod sit permixtum potentie: vnde nunquam potest poni totum in actu, nec simul nec successiue. Alio modo potest dici aliquid esse infinitum in actu, id est ens actu infinitum. Et quia infinitas est passio entis, ita iudicandum est de infinitate sicut de entitate. Sunt autem aliqua entia permanentia, quibus conuenit esse simul secundum omnes partes simul, & in his non potest esse infinitū actu ratione simultatis partium. Alia vero sunt entia successiua quæ nunquam habent omnes suas partes simul, & in his potest esse infinitas actu partium sibi succedentium: vnde

dicuntur infinita in actu transeunte: & nō in actu permanente. Et in his non oportet esse actum admixtū potentie, sed potest esse omnimoda actualitas pertransiens. Ad tertium & ad cōfirmationem potest responderi per ea quæ nunc vltimo dicta sunt: quia quæcunque dicuntur in arguendo, vera sunt de infinito in potentia, & non de infinito in actu transeunte. Dico tamen ad illud argumentum. Primum est, quod præterito in quantum est præteritū non conuenit aliquid aliud nisi præterito quæ est respectus rationis cum sit non entis, præteritum enim non est, sed fuit, & ideo præterito non conuenit infinitas in quantum est præteritum, sed ei conuenit aliunde. Dico secundo, quod infinitum sic diffinitur, vt patet 3. physic. Infinitum est cuius partē accipientibus semper remanet aliquid extra. Hanc autem acceptionem dicit Commentator comment. 57. debere esse per operationem intellectus, quia intellectus non tot partes infiniti apprehendit quia adhuc plures supersunt, & ideo quacunque parte accepta per intellectum remanet aliquid extra illam, scilicet alię partes, & hoc sufficit ad rationē infiniti. Dicitur tertio, quod infinitum esse admixtum potentie dupliciter intelligi potest. Vno modo quod ei repugnet fuisse in actu secundum se totum & secundum omnes partes suas. Alio modo quod assignato quocunque actu eius, est vltior potentia, & assignata quacunque potentia, est vltior actus. Prima admixtio potentie cum actu non est de ratione infiniti, sed secundā, & hæc repetitur in infinito tempore præterito quod totum dicitur esse pertransitum: non quod illa transitio fuerit inter duos terminos, sed ideo totū dicitur pertransitum, quia totum desit esse. Ad quartum dicitur primo quod illa ratio est particularis, quia non sequitur: Mūdo potuit esse ab æterno: igitur homo potuit esse ab æterno, quia non repugnat quod cum falsitate consequentis fter veritas illius antecedentis. Dicitur secundo quod Aui cenna concederet in 6. metaphys. in caput de causis, posse esse infinita actu in his quæ sunt accidentaliter ordinata, cuiusmodi sunt indiuidua eiusdem speciei. Dicitur tertio, quod sicut dies infiniti fuissent in tempore si esset æternum, ita in qualibet die & in qualibet hora sunt infinita instantia. Et ideo si non potest Deus producere infinitas animas in vna hora: etiam non potest in tempore infinito. Quod autem non possit in vna hora vel die, ideo est, quia entia in actu repugnat esse infinitum, cum de ratione infiniti sit admixtio potentie cū actu: vnde potuit in qualibet die singulari producere vnam animam, sed non potuit in omnibus conuictim. Ad quintū dicitur quod possent ei addi multi dies & non tantum vnus. Ad improbationem dicitur quod illud cui addita esset vna dies, diuinitur duraret à parte post & non à parte ante, quia ex ea parte vtrunque duraret tempore infinito. Ad sextum negatur consequentia. Ad cuius euidētiā est sciendum quod simulatas est relatio realis: & ideo non potest conuenire nisi rebus actu existentibus: præterito autem & futuro sunt respectus rationis tantum, quia sunt rei nō existentis, & ideo plus repugnat infinita esse actu sub similitate quam sub præteritione & futuratione, quia ex primo ponuntur in rerum natura infinita entia realia: quod natura abhorret. Ex secundo autem ponuntur tantum infinita entia rationis, quorum infinitas necessario est etiam de facto. Nam in intellectu sunt infiniti respectus rationis ad infinitos actus specie distinctos ab eo producendos in futurum, repugnat igitur infinitas non tantum ratione actualitatis, sed etiam ratione simultatis: sicut patet, quod in quolibet instanti huius horæ potest Deus producere vnam animam, & si in omnibus produceret, illæ animæ essent infinitæ: nulla autem earum est cui repugnet actualitas, sed repugnat eis simul: id est, possunt omnes habere simultatem. Ad septimū dicitur quod non est dies à qua dies hodierna distet in infinitum: quia in quacunque distantia inter illam & istam sunt tantum dies finiti, quod patet, quia ponitur terminus ex vtraque parte istius multitudinis. Et propter hoc nulla distantia est infinita a regoematicè loquendo inter dies infinitos, dicitur tamen quod ibi est distantia in infinitum, quia quacunque data, est dare aliam in duplo maiorem & in triplo: & sic in infinitum. Nec valet ista consequentia. Nulla est distantia infinita, ergo non sunt infiniti dies. Ista inquam consequentia non valet, quoniam quacunque distantia data potest dari maior. Ad octauum dicitur quod non est dare aliquam ante quam non fuerit alia. Ad improbationem dicitur quod supponit vnum falsum, scilicet quod possit accipi ordine quodam tota illa multitudo, quia cum accipere ordine quodam sit accipere partem post partem, possibile est quod in tali enumeratione partium deueniatur ad vltimum. Cōsequenter respondendum est ad argumenta sumpta

Ad tertium.

Distinctio.

Ad quartum.

Ad quintum.

Ad sextum.

Ad septimū.

Ad octauū.

Ad nonum. sumpta ex secūdo fundamento. Ad nonū, negatur maior: quia ipsa non est vera vniuersaliter. Ad cuius euidētiā est sciendum quod inter duo opposita esse ordinem naturæ potest dupliciter intelligi. Vno modo positiue, quia, scilicet entitas vnus prius natura inest alicui quā entitas alterius, sicut substantia est prior accidente: & de his conceditur maior & negatur minor, quia non esse non potest habere ordinem positium ad aliquod ens. Alio modo dicitur vnum oppositorum prius natura altero quāsi priuatiue, quia, scilicet non inest ei cui dicitur primo conuenire & tamen ei inest nisi per aliquid aliud impediretur: & hoc modo non esse opponitur esse creaturæ, & de his negatur maior. Quod autem ratio ista non concludat, patet: quia ille qui eam facit tenet quod materia non potest naturaliter esse sine forma, licet possit per potentiam primæ causæ: & tamen sequitur quod naturaliter materia fuisset sine forma, quia non habere formam prius natura conuenit materiæ, quā habere formam: & ista sunt opposita immediata in compossibilia pro eodem instanti: ergo prius duratione materia est sine forma quā cum forma. Ad decimū negatur minor, quia productio creaturæ mensuratur instanti permanente & non instanti transeunte. Pro notitia huius responsionis. Sciendum est, quod primo motui correspondet propria mensura intrinseca. Vnde sicut aliquis motus puta motus alterationis qua disponitur materia ad formam ignis, habet proprium tempus sibi intrinsecum, ita subita introductio formæ in materiam habet propriam mensuram. Et quia ignis non dicitur esse genitus, nisi in vltimo instanti illius temporis, ideo ipsa generatio & introductio formæ mensuratur illo instanti: & sicut ignis non dicitur genitus in aliis instantibus sequentibus, ita illud instans non durat post, sed rapit transit & dicitur esse instans fluens. Eodem modo dico de illuminatione, & vniuersaliter loquendo omnis subita acquisitio alicuius formæ siue substantialis siue accidentalis quæ consequitur motum in vltimo instanti eius, siue sit terminus intrinsecus, siue consequatur motum per se, siue per accidens, vt illuminatio, de cuius ratione non est quod corpus illuminas sit prius motum localiter, omnis in quā talis acquisitio mensuratur instanti transeunte, quod quidem instans non potest bis accipi, nec potest coexistere pluribus partibus temporis. Alique vero sunt operationes quæ sunt subito, & non consequuntur tempus, nec per se nec per accidens, cuiusmodi est intellectio & volitio, & istæ operationes cum fiant in non tempore, habent mensuram sibi intrinsecam instantaneam, & ista appellatur etiam instans. Sed quia istæ operationes continuantur & agens per eas tandiu dicitur agere quandiu eas continuat: intellectus enim tandiu intelligit quandiu continuat intellectionem. Ideo sicut ipsæ operationes coexistere possunt pluribus partibus temporis: ita & instans siue mensura qua mensurantur potest multis partibus temporis coexistere: ideo appellatur instans permanentis. Cum igitur creatio non sit terminus motus nec per se nec per accidens, ipsa mensuratur instanti permanente, quod instans tandiu est quandiu ipsa creatura, puta Sortes cuius est ista productio, habeat esse. Patet igitur quod minor est falsa. Ad probatōnem negatur maior, quia non est de ratione instantis permanentis quod coexistat pluribus partibus temporis, sed quod possit eis coexistere: & ideo creaturæ non repugnat quod possit primum instans sui esse definat, & tamen non est etiam de ratione eius quod esse definat post illud primum instans: sicut de ratione termini motus est quod postea non sit. Ad vndecimū negatur maior. Ad primam probatōnem dicitur quod posita re æterna quicquid potuit in ea esse pertinens ad naturam aut ad proprietates eius in ea fuit. Vel est dicendum quod illud intelligitur de potentia passiuā. Ad secundum negatur antecedens. Ad probatōnem dicitur, quod duplex est potentia. Vna est actiua vel passiuā, & de ista conceditur maior, sed non est ad propositum. Alia est potentia quæ dicitur non repugnantia terminorum eo modo quo possibile opponitur impossibili, prout omne illud dicitur habere potentiam ad esse: quod non implicat contradictionem esse aut fieri, & de ista negatur maior. Nam ab æterno fuit possibile Deum velle Sortem aliquando esse: & illa potentia non necessario coniungebatur actui, quia Deus contingenter vult, quod Sortes sit: & tamen velle Sortes aliquando esse, quod velle est actus correspondens illi potentie: non fuit post illam potentiam, quia Deus ab æterno voluit Sortem aliquando esse.

Distinctio.

Ad decimū. Instans permanentis & instans transiens.

Ad vndecimū.

Distinctio.

Ad duodecimū.

sed hoc posito dicitur quod ipse ad æterno non genuisset: & fceisset infinito tempore antequam genuisset. Nec hoc est mirandum, quia sicut ne detur vacuum quod natura abhorret, multa sunt contra partem particularem naturam infinitum in actu, natura impediuisset eum ab æterno generasse. Dicitur secundo, quod Philosophus negaret possibile vnum hominem esse ab æterno: vt dictum fuit quæstio. præcedenti. Dicitur tertio, quod si homines fuissent ab æterno, ita quod nullus esset primus, tunc etiam generatio fuisset æterna. Ad improbationem dicitur quod non est de ratione generantis producere duratione omnes suos effectus conuictim acceptos. Ad confirmationem dicitur primo quod præsupponit vnum fuisse de mente Philosophi, quod tamen Philosophus non dicit expresse, scilicet animam esse immortalem, licet enim secundo de anima, tex. commen. 22. dicat quod separatur hoc ab hoc sicut perpetuū à corruptibili. Et 3. de anima, tex. comen. 4. dicat intellectum esse immixtum, hoc intelligitur quo ad operationem, quia in operatione intellectus non communicat corpus. Dicitur secundo quod ista tria non possunt stare: scilicet generationem hominum fuisse ab æterno, & animam esse immortalem, & non posse esse infinitum in actu, quia cum illis duobus primis non potest stare tertium. Et ideo oportet dicere aut quod philosophus non posuit animam immortalem, aut quod posuit posse dari infinitum in actu in his quæ carent materia. Sed quia nos ponimus animam esse immortalem, & ponimus quod implicat contradictionem esse infinitam multitudinem in actu: videtur mihi quod consequenter habemus dicere quod non est possibile homines fuisse ab æterno: quorum quilibet sit genitus. Vnde etiam S. Th. negat hanc consequentiam. Mundus fuit ab æterno: igitur homo fuit ab æterno, dicimus tamen quod possibile est Deum produxisse vnum hominem ab æterno, & eum conseruasse infinito tempore ne generaret, sicut enim impossibile est quod Sortem ab æterno produxerit, quin eum infinito tempore conseruauerit, ita impossibile est quin eum non conseruauerit tempore infinito ne generaret.

Ad confirmationem.

At Verū si fuerit motiuum.

Tex. 30.

Prosequitur Philosophus in isto eodem textu propositum suū & tangit quæstionem an potentia sit prior actu. Dixerat enim quod si primum principium haberet potentiam, tunc aliquid esset prius eo, scilicet aliquod ens actu. Et quia posset aliquis hoc negare, & dicere quod potentia est prior, ideo mouet prædictam quæstionē & arguit. Primo quod potentia est prior actu tali ratione. Id est prius à quo conuertitur existendi consequentia. Sed hoc modo se habet potentia ad actum, quia omne agens habet potentiam agendi, non autem omne habens potentiam agendi agit: ergo &c. Secundo arguit quod actus est prior potentia, quia nisi sic sit, sequitur quod aliquando nihil sit eius in natura, consequens est falsum, ergo antecedens. Probat consequentiam, quia per se potentia est prior actu, igitur omne ens prius fuit in potentia quā in actu. Dum autē omnia erant in potētia nihil erat ens in rerū natura. Subdit postea quod licet ita sit, tamen aliqui antiqui videtur posuisse potentiam ante actum, quorum aliqui dixerunt mundum esse ex simplici priuatione, & quod omnia facta fuerunt ex se sine motore. Alij verò dixerunt, omnia prius fuisse commixta, & sic fuisse in potentia, postea vero aduenisse intellectum ea disgregantem, vt posuit Anaxagoras, quæ tamē opinio falsa est, quia nihil reducit se de potentia in actum, & hoc probat inductiue. Nam materia rerum artificialium non mouetur ad formam artificiatam, nisi ab artifice, & sanguis menstruus non mouetur nisi à virtute quæ est in spermate, & sic de aliis. Falsitatem dictæ opinionis probat etiam per antiquos. Nam Leucippus qui posuit mundum generatum ex atomis & corporibus indiuisibilibus dicebat huius corpora moueri ante mundi constitutionem. Et Plato dixit quod ante mundum elementa mouebantur licet motu inordinato. Reprehendit tamen istos Aristoteles in hoc quod non ponebat quis motus sit æternus, scilicet rectus, an circularis, nataralis, an violentus, vel ille qui est ab anima. Non etiam assignabant causam æternitatis motus, quod tamen facere debuissent,

At Verū nec Platonicū.

Tex. 31.

Quia posset aliquis velle excusare Platonem à dicta reprehensione & dicere quod ea quæ mouebantur antequam esset mundus, non mouebantur ab alio, sed mouebantur seipsum. Quæst. Meta. Paul. Son. D. pfa.

plā. Improbatur hoc Philosophus dicens, quod secundum Platonem, mouens seipsum est anima, quæ non erat ante mundum, sed incepit cum generatione cæli, secundum Platonem, ergo illa excusatio non est cõueniēs dictis Platonis.

Potentiam quidem igitur existimare.

Determinat q. remittendo ad nonum librum, ubi te. cõ. 14. dixit: quod in omni procedente de potentia in actum, potentia est prior actu, & tamen quod actus est simpliciter prior potentia: quia quod est in potentia nõ reducitur ad actum nisi per ens actu. Et hoc etiam probat per omnes antiquos ponentes causam agentem, scilicet, Anaxagoram ponentem intellectum & Empedoclem qui posuit liti & amicitiam. Sic vniformiter exponit Commentator, & S. Thom. infert postea ex dictis philosophi quod neque casus semper fuit: sicut dixerunt illi qui ponebant omnia prius fuisse infinito tempore in potentia quam reducerentur ad actum. Et sicut dicebant illi qui putabant simplicem rerum priuationem præcessisse tempore infinito earum existentiam. Nam actus est simpliciter prior potetia. Vnde etiam illa quæ de nouo generantur prius fuerunt actu secundum speciem propter circularem generationem eorum. Nam ex homine generatur sperma, & ex spermate homo: & ex homine sperma, & sic circulariter secundum speciem quædam tamen sunt quæ semper permanent eadem numero, scilicet incorruptibilia.

Tex. 32.

Si igitur idem est semper & circulariter.

Quia dixit quod generatio est æterna: nunc dicit quod oportet esse vnum generans æternum: quod vniformiter se habeat & contineat generationem: & oportet esse aliquod aliud quod sit causa varietatis, scilicet generationis & corruptionis: & hoc exponens Alexander dixit, quod primum mobile quod semper mouetur vniformiter, est causa æternitatis generationis rerum. Motus autem planetarum, præsertim sub circulo obliquo est causa varietatis, scilicet, generationis & corruptionis. Nam per sui approximationem ad nos aliqua generantur: vt patet tempore veris: per elongationem vero solis à nobis eadem corrumpuntur: vt patet in autumnis: & sol aliquando remotus generat aliqua: & propinquus generat alia. Hanc expositionem Alexander confirmat Commentator & S. Thom. qui addit prædictis quod nullum generabile potest esse causa æternitatis generationis, quia nullum eorum semper fuit, quando fuit æterna generatio. Nam omne generabile & corruptibile aliquando non fuit, vt probatur in 2. de generatione: oportet igitur esse aliquod æternum quod sit causa æternitatis generationis. Hunc tamen textum non habet litera quam exponit S. Thomas distinctum à textu sequenti.

Tex. 33.

Si itaque idem semper periodo.

Nunc comparat ista duo à quibus est æternitas generationis & varietas generationis, & corruptionis, dicens q. Sol & alij planetæ agunt per virtutem primi mobilis, & per eam sunt causa quod perpetuas sit in successione & varietate generationis & corruptionis. Ex se autem habet quod causent generationem & corruptionem. Cuius ratio est, quia primum mobile non habet plures motus sicut habent planetæ. Et ex hoc infert duo corollaria. Primum est, quod primum cælum est nobilius aliis, quod probat per hoc quod alij non agunt nisi in virtute eius. Secundum est quod causa æternæ generationis & corruptionis non est tantum primum mobile, nec tantum alia sphaera, sed aggregatum ex omnibus istis. Et hoc probat, quia quod generatio & corruptio sunt æternæ, habent à primo mobili. Quod autem nunc sit generatio, & postea sit corruptio, est à motibus planetarum. Patet ergo quod oportet motum cæli esse æternum, & hoc non tantum patet ratione, sed etiam ad sensum. Si autem non posuerimus hunc modum perpetuæ generationis, oportet dicere multa inconuenientia quæ ponebant antiqui, scilicet quod omnia sunt ex simplici priuatione & ex nihilo, vel quod omnia simul fuerint commixta, & alia huiusmodi.

Tex. 34.

Corol. 1. Corol. 2.

Est igitur aliquid & quod mouet.

Nunc probat quod oportet esse vnum motorem immobilem. Quod enim oportet esse motorem immobilem, sic inducit S. Tho. Omne quod mouetur, ab alio mouetur, vt probatum est 7. phys. tex. com. 2. in principio. Sed non est abire in infinitum in motibus & motis, vt probatur est 8. phys. tex. com. 24. immo etiam si deueniatur ad aliquod mouens seipsum, iterum ex hoc oportet deuenire ad mouens immobilem, vt vbi probatum est: ergo oportet esse motorem æternum immobilem. Sed Alexander aliter probat immobilitatem primi motoris tali ratione. In omni com-

Tex. 35.

pfito ex duobus, quorum alterum potest esse per se, oportet etiam alterum posse esse per se, nisi compositio sit substantiæ & accidētis, puta, quia hydromeli cõponitur ex aqua, & melle, cum inueniatur mel sine aqua, potest etiam inueniri aqua sine melle. Hanc propositionem concedit etiam Commentator, si tale compositum ex duobus componatur ex eis tãquã ex extremis oppositis. Huic autem maiori subsumit hanc minorem. Sed reperitur aliquod compositum ex mouente & moto, quia est mouens motum, vt apparet ad sensum, & motum potest esse per se: quia est aliquid quod mouetur & non mouetur: ergo inuenitur in natura aliquid quod mouet & non mouetur. Ex quo sequitur q. primus motor nullam habet potentiam, sed est actus purus, vt supra dicebatur.

Mouet autem sicut appetibile & intelligibile.

Quia dixerat, quod est deuenire ad vnum primum motorem æternum & immobilem: nunc declarat quomodo moueat, & dicit quod mouet sicut obiectum appetibile & intelligibile, quod sic probat. Tantum illud mouens est immobile quod mouet vt appetibile & intelligibile. Sed primum mouens est immobile, ergo mouet vt appetibile. Minor patet ex dictis. Maior non probat, sed ea probat S. Thom. quia omne mouens aut est naturale, aut volutarium, vt dicitur 2. phys. textu com. 1. mouens naturale non est immobile, sed mouetur, quia agit mediante alteratione, generans autem & alterans immediatè, oportet quod aliter & aliter se habeat. Vnde etiam supradictum est quod causans generationem & corruptionem agit aliter & aliter. Vel breuiter potest probari ex hoc, quod omne mouens naturale est corpus: omne autè corpus est mobile, vt probatur 6. phys. textu comment. 32. In motu autem qui est volutarius, appetitus est mouens motum, quia mouetur ab obiecto appetibili & mouet alias partes imperando motum, & mouetur ab obiecto appetibili: ergo tantum id quod mouet vt appetibile, est immobile, quod erat probandum. Dicitur autem mouere vt appetibile, vt dicit Commentator & Sanct. Thomas, quia finis motus cæli non sunt ista generabilia, cum sint ignobiliora cælo: sed finis illius motus est assimilatio ad mouens immobile, scilicet vt cælum & intelligentia ipsum mouens proxime assimilentur primo motori explicando in actum formas quæ continentur virtute in primo motore. Sed quia id quod mouet, vt appetibile potest esse duplex, scilicet aut appetitu sensitiuo, aut appetitu rationali, dicit quod primum motor mouet vt appetibile intelligibile, & non vt appetibile sensibile. Quod patet, quia sensus non est in animalibus, nisi propter conseruationem eorum: corpora autem cælestia sunt incorruptibilia: ergo in eis non est appetitus sensitiuus, & consequenter, vt inquit Commentator, id quod mouet vt appetibile, non est appetibile appetitu sensitiuo, sed intellectu: & sic in eis idem est desideratum & intellectum. In nobis autem contingit quod aliquid mouet vt appetibile tantum secundum sensum, vt patet in incontinentibus qui appetunt id quod non est verè bonum, sed tantum est appetens bonum. Corpora autem cælestia appetunt tantum appetitu intellectiuo. Postea infert Philosophus q. quia intellectus appetit aliquid quod est maius bonum ipso, contingit necessariò quod corpora cælestia appetunt in hoc motu aliquod maius bonum ipsis. Quid autè sit istud bonum, declarat Commentator dicens, quod cum ipsa sint nobilissima corpora, necesse est quod illud bonum quod appetunt, sit nobilissimum entium, & maxime id quod appetitur à toto cælo in motu diurno.

Tex. 36.

Appetibile duplex.

QUESTIO XXXII.

Vtrum primam causam mouere cælum effectiue aut per modum finis, Philosophus & Commentator existimauerint.

Quæritur trigesimo secundo. Vtrum Aristoteles & Commentator existimauerint quod prima causa (quæ est Deus) moueat cælum effectiue aut solum per modum finis, et videtur quod non effectiue. Primo. Ab vno simplici, in quantum est simplex, non prouenit multitudo. Sed primum simpliciter est vnum simpliciter: ergo à primo nõ prouenit multitudo, sed à primo motore prouenit multitudo: ergo primus motor non est primum simpliciter. Secundo, Commentator 12. metaphysic. comment. 41. soluens questionem difficilem Ioannis grammatice: dicit quod motus cæli cõponitur ex duobus motoribus: quorum vnus est finis & motus: & hic est anima cæli: alter vero est infinita motus, & hic est forma, quæ non est in materia. Sed

Secunda ratio.

Sed opinio Auerrois non fuit quod in cælo sit anima tãquam forma inherens: cum ipse hanc opinionem destruat contra Auicennam: ergo per motorem quem dicit esse in cælo, nõ intelligit nisi motorem appropriatum: ergo motor quem dicit non esse in materia, non est in cælo appropriatè. Sed motor primi mobilis est ei appropriatus, ergo illa substantia quæ est virtutis infinita, non est motor primi mobilis. Tertio. Omne mouens effectiue, mouet propter aliquem finem nobiliorem se. Vnde Commentator 12. metaph. com. 36. in fine sic dicit, Intellectus maius bonum ipso appetit. Et post pauca subdit. Declaratum est ergo quod appetens appetit nobilius ipso: & nihil est nobilius motore: & maxime totius præter amatum ab ipso quod est Deus. Sed Deus non mouet ad aliquid nobilius se: ergo non mouet effectiue. Quarto. Simpliciter perfectum non indiget actione: vt dicit Philosophus 2. cæli, in duabus questionibus difficilibus. Sed Deus est simpliciter perfectus: ergo non mouet effectiue. Quinto. Omne mouens effectiue, aut mouet ad acquirendum perfectionem aut ad conseruandum perfectionem quam habet: vt dicit Commentator 12. metaph. c. 37. Sed Deus nullam acquirit perfectionem cum sit simpliciter perfectus: nec indiget conseruare suam perfectionem, cum nihil sit eo nobilius cui appetat assimilari. Hæc enim est conseruatio perfectionis, vt habetur ibi ex verbis Commentatoris. ergo &c. Sexto. Substantia mouens cælum vnitur ei vt forma naturalis: & ex illa & corpore cælesti constituitur tertium ens naturale: vt dicit Commentator 2. cæli, c. 3. Sed talis compositio repugnat primo principio. ergo &c. Septimo. Philosophus 12. meta. dicit quod primum principium nullo modo mouet, vt appetens & amans: sed tantum vt appetibile & amatum: & huius dicit hanc esse rationem: quia nihil mouet vt omnino non motum: nisi quod mouet per modum finis. Octauo. Ratio moti à fine est ratio imperfectionem importans, quæ repugnat primo principio. Sed omne mouens effectiue mouetur à fine, aut secundum rem, aut secundum rationem: ergo primum principium nullo modo mouetur à fine.

Tertia ratio

Quarta ratio

Quinta ratio

Sexta ratio

Septima ratio

Octaua ratio

Prima opinio Io. Lapidum & aliorum.

Altera opinio S. Tho. & aliorum.

conclusio.

merum substantiarum separatarum: quoniam tunc esset tantum vna substantia separata. Tum tertio: quia ita comparatur primam substantiam primæ lationi, sicut alias aliis lationibus. Constat autem quod comparat alias tanquam motrices effectiue. Secunda etiam respo. nõ stare non potest: quia Commentator c. sequenti, scilicet 44. eam improbat reprehendens Auicennam: & ibi concludit quod prima substantia simpliciter mouet vt agens & vt finis. Secundo. Eadem substantiam quam probat naturalis Philosophus esse, & esse immaterialem & immobilem, probat metaphysicus esse primam formam & vltimum finem. Sed Philosophus naturalis probat eam mouere effectiue: ergo metaphysicus si dicat quod illa mouet, intelligit quod mouet effectiue, & non tantum vt finis. Maior est Commentatoris expressio 12. metaph. com. 6. Minor probatur. Nam Philosophus probat 8. phys. quod si ille primus motor quæ probauit esse immobilem & separatum esset in magnitudine moueretur in non tempore. Illa autem consequentia nihil cõcluderet, si loqueretur tãtum de motione secundum finem: vt patet cuilibet intelligenti: ergo omnino fuit intèrio Philosophi quod mouet actiue. Tertio, quia Comm. 12. metaph. com. 44. dicit quod si prima forma non sit mouens, & non habeat actionem sicut reliqui motores: quauis illa actio sit magis nobilis & magis vniuersalis, ipsa esset ociosa: prima autem formam intelligit primum principium quod est Deus: vt patet expressè ex verbis eius. Sed habere actionem non est nisi causæ efficientis: ergo mouet effectiue. Quarto. Com. 12. meta. c. 37. dicit expressè quod substantia abstracta quæ est intellectus & primum principium, agit motum: & est motus finis. Constat autem quod agere motum est ipsum efficere. subdit postea quod in nobis aliud est agens & aliud est finis. Forma enim balnei in anima est agens motum, quia agens desiderium balnei est ad extra, & forma balnei in materia ad extra est mouens secundum finem: vnde si forma balnei esset separata à materia, idem esset mouens secundum agens & secundum finem: & sic intelligendum est de mouentibus corpora cælestia. Ex quibus patet expressè quod mouens cælum secundum finem: mouet etiam effectiue. Quinto. Comment. dicit 12. metaph. comment. 42. in fine, quod motor cæli est causa permanentiæ cæli: probabitur autem infra quod causa permanentiæ cæli est primum principium: ergo primum principium mouet cælum. Sexto. Dicit Comm. 12. meta. com. 44. Declaratum est in hoc tractatu quod primum principium substantiæ absolutæ est etiam & substantia & finis, & forma, & quod mouet vtroque modo. Sed primum principium substantiæ absolutæ est Deus: mouere autem vtroque modo est mouere vt efficiens, & vt finis: ergo &c. Nec potest ista auctoritas glossari: nisi proteruendo & corrumpeo verum intellectum quem in ea habuit Commentator. Probatio diffusor huius conclusionis magis patebit infra, vbi generaliter probabitur quod omne habens causam finalem habet etiam causam efficientem. Sed nunc sufficiat adduxisse auctoritatem Commentatoris, & declarasse quod hæc eius fuit opinio. Quapropter nulli dubium debet esse quin ita senserit Philosophus & Commentator eius. Septimo. com. 12. meta. com. 44. sic dicit: Quod autem moderni dicunt substantiam primam esse priorem motore totius, falsum est: quælibet enim substantiarum istarum est principium substantiæ sensibilis secundum motorem & secundum finem. Nec est dicendum, vt quidam exponunt, quod commentator per hæc verba intendebat solum contradicere his qui dicebant intelligentias esse de nouo productas: quia ipse arguit contra Auicennam. Constat autem quod Auicenna non posuit intelligentias esse productas de nouo, sed dicit quod Deus nõ mouet primum corpus, nisi vt finis, vt patebit magis questione sequenti. Confirmatur: quia Comm. 12. met. in sua expositione media loquens contra Auicennam & Arabes: dicit quod qui dicunt primum principium mouere solum secundum formam & finem negauerunt ab eo id quod est maxime proprium sibi, scilicet mouere secundum efficiens: quia cũ alij intelligentiæ moueant secundum motorem, & formam, & finem, multo magis ista sunt attribuenda primo principio. Octauo. Ad id est clarè dictum Philosophi: sic enim dicit 12. meta. tex. com. 43. Nos autem dicimus de substantiis diuinis: principium enim & primum entium non mouetur, neque essentialiter neque accidentaliter, & mouet & facit primum motum: hæc ille. Facere autem motum non est nisi mouentis effectiue. Item tex. com. 55. contra Anaxagoram dicunt tam Philosophus quam Commentator, quod primum principium est agens motum, & finis.

Modernorum respo. nõ stare non potest.

Ad primum. Negatur maior, si tale agens quod est vnum agat per intellectum, & non sit agens meic naturale, id est si ne cognitione: prima aut ager causa per intellectum: vt patet Quest. Meta. Paul. Son. D 2 ex

ex Philosopho & Commentatore per totum 12. meta. & ideo potest ab ea immediatè procedere multitudo, etiam si ageret de necessitate naturæ secundum philosophos: intellectio enim primæ causæ potest secundum eos esse necessariò determinata ad plures effectus. Ad secundum dicitur quod motus cæli non componitur ex duobus motoribus distinctis secundum rem, sed ratione tantum: puta anima cæli & motor & intelligentia sunt idem: ut dictum fuit. Dicitur igitur quod primum mobile habet unum motorem secundum rem, scilicet, causam primam quæ immediatè mouet ipsum: potest autem dupliciter considerari. Vno modo inquantum mouet cælum determinata velocitate & finita intensiue: & hoc modo dicitur esse finitum, quia mouet ac si esset finitæ virtutis. Alio modo potest considerari secundum se: siue etiam ut continuat illū motum tempore infinito, & sic dicitur esse infinitum, quia diuturnitas illius motus arguit infinitatem motoris. Ille igitur motor primæ mobilis, qui est appropriatus materiæ: non est res distincta ab eo qui non est appropriatus, sed sunt idem. Aliæ vero intelligentiæ quæ mouent reliquos orbes non sunt omnino abstractæ à materia: non quod habeant esse in materia, sed quia sunt omnino appropriatæ orbi quem mouent: & propter hoc non sunt virtutis infinitæ sicut primus motor. Ad tertium dicitur quod omne agens & mouens mouet propter aliquid nobilius se: sed non oportet istud quod est nobilius esse distinctum, secundum rem à mouente. Dico igitur quod primus motor habet rationem causæ efficientis motum: & habet rationem finis: ratio autem finis est dignior ratione efficientis: ut dicitur 2. phylic. tex. com. 31. Cum igitur moueat propter finem qui est ipsemet: sequitur quod mouet propter aliquid quod est nobilius se inquantum est efficiens. Ad quartum dicitur quod Commen. nihil aliud intelligit per illa verba ut ipsemet declarat 2. cæli comen. 62. in principio, nisi quod simpliciter perfectum non indiget actione à se distincta: per quam acquirat suam perfectionem, Nec solum dicit hoc Commentator de primo principio: sed de omnibus substantiis abstractis: quia ipse existimat quod prima actio eorum quæ est intellectio, sit idem cum substantia, ut patet 1. cæli. com. 66. Ad quintum dicitur quod primus motor mouet ut conferuet suam perfectionem secundum Commentatorem: quia ut ipse dicit, optima eius dispositio est, ut maneat primum cælum. Hanc autem non haberet nisi continuaret & ageret illum motum. Ad sextum negatur maior. Nec illud dicit Commen. sed oppositum: ut supra patuit, scilicet, quod motor cæli est ab eo separatus secundum esse. Ad septimum patet ex responsione ad secundum. Primum enim principium mouet ut finis vltimus, & ideo omnino est immobile: quia nihil est ab eo distinctum à quo moueatur. Et per hoc patet ad octauum. Moueri enim à fine à se distincto dicitur imperfectionem, esse autem idem primum mouens & finis nullam dicit imperfectionem.

QUESTIO XXXIII.

Verum Primum principium causare effectiue desiderium sui in intelligentiis mouentibus orbes, Philosophus & Commentatores putauerint.

Veritur trigesimo tertio vtrum Philosophus & Commentator qui dixerunt primum principium mouere alias intelligentias in genere causæ finalis, putauerint quod etiam causauerit effectiue desiderium sui in intelligentiis secundis quæ mouent orbes. Et videtur quod non. Primo, quia Com. in lib. de substantia orbis, capi. 2. sic dicit: Animal cæleste componitur ex vno mouente & vno motore: e contrario de animalibus quæ sunt hic. Apparet enim in istis quod mouens componitur ex duobus mouentibus, scilicet ex anima & re desiderata. Sed si prima intelligentia causaret effectiue desiderium in aliis, ipsa non tantum esset motus, quod tamen negat Com. in verbis prædictis: ergo &c. Secundo. Cum vna intelligentia intelligat aliam, non causatur in eo effectiue intellectio ab obiecto: ergo nec desiderium causatur effectiue à fine propter quæ agit: consequentia patet. Antecedens probatur. Obiectum intellectum & intellectio sunt idem realiter in separatis à materia, quia Philosophus dicit in 3. de anima, tex. comment. 15. quod in separatis à materia id est intellectus & quod intelligitur. Et accipitur ibi intellectum pro actuali intelligentione, quod patet ex translatione commetū quæ sic dicit: Formare per intellectum & formata per intellectum in his quæ sunt extra materiam, idem sunt. Confirmatur, quia Commenta. 12. metaphysic. comment. 36. loquens

Ad secundum
Primum motor potest considerari dupliciter.
Ad tertium.
Ad quartum.
Ad quintum.
Ad sextum.
Ad septimum.
Ad octauum.
Prima ratio.
Secunda ratio.
Confirmatio

de formis abstractis mouentibus cælos, dicit quod in nobis motio in alterum desideratum differt à motione in alterum intellectum. Desideratum autem in principiis quæ sunt in corporibus cælestibus idem est cum intellectu: & accipit ibi desideratum & intellectum non pro obiectis. sed pro actibus, alioquin sua propositio esset falsa: quia nos quicquid desideramus etiam intelligimus. Et patet etiam ex ratione quam adducit immediatè, sic dicens: potentia qua apprehenditur desideratum differt ab ea qua apprehenditur intellectum. Tertio. Commen. 12. metaph. com. 36. sic dicit: Si quidem igitur forma balnei non esset in materia, tunc moueret & secundum agens & secundum finem, sine alia variatione contingente: & sic est intelligendum de mouentibus corpora cælestia: ergo mouens corpus cæleste mouet sine alia motione contingente. Sed si in eo causaretur effectiue desiderium, in eo contingeret alia motio, quia ipsum moueretur à causante desiderium: ergo prima intelligentia non causat desiderium in aliis.

Respondeo, quod de opinione Philosophi & Commen. circa hanc quæstionem sunt duo modi dicendi. Quidam enim dicunt quod vterque eorum putauit, quod intellectio qua vna intelligentia formaliter intelligit aliam sit ipsummet obiectum intellectum, ita quod intelligentia quæ intelligitur, est intellectio ipsius intelligentis: & hoc non solum vna intelligit seipsum, sed etiam dum vna intelligit aliam. Et hoc ut dicitur habetur à Com. 3. de anima, com. 27. vbi obiectum actu intellectum à separatis à materia appellat intelligentionem in actu, dicens quod scientia eorum est ipsum scitum omnibus modis. Ad cuius euidenciam est sciendum quod quando intellectio est res distincta, tam ab obiecto quam à potentia intellectiua, tunc in intellectu est forma inhærens intellectui: quædo autem intellectio est ipsummet obiectum actu intellectui, tunc intellectio non est forma inhærens intellectui, sed est forma ipsum perficiens: sicut si per impossibile aut per possibile intellectio, qua Sortes intelligit lapidē, esset separata à Sorte, & tamen Sortes per eam intelligeret: tunc ipsa esset forma perficiens Sortem, non tamen inhærens. Et quod dicitur de intelligentione, dicunt etiā de desiderio, scilicet quod prima intelligentia amata & desiderata ab aliis est ipsum eorum desiderium: & per consequens quod ipsa non causat effectiue in aliis desiderium. Mihi autem videtur ex principiis Philosophi & Commen. aliter esse dicendum, videlicet quod ipsi crederent intelligentionem qua vna intelligentia intelligit aliam, esse ipsamet substantiā intelligentem & non obiectum intellectum, nisi dum intelligentia intelligit se: tunc enim idem est intellectio & obiectum. In aliis autem non. Quod probatur. Primo, quia secundum Philosophum 9. met. tex. com. 16. de ratione actionis immanentis est quod sit in agente. Sed intelligere in quocumque sit, non potest absolui à ratione actionis immanentis: ergo omnis intellectio est in intelligente siue sit substantia eius siue accidens eius. Sed vna intelligentia non est in alia, ergo &c. Secundo. Si intelligentia cognita esset intellectio agentis: sequitur quod omnes intelligentiæ secunde essent intelligentiones intelligentiæ primæ. Patet ista consequentia: quia prima intelligentia omnes alias intelligit secundum Philosophum & Commentatorem, ut infra probabitur. Sed nulla secunda intelligentia est intellectio primæ: quia intellectio est perfectio intelligentis, ut etiam tu concedis. Prima autem intelligentia à nulla alia perficitur, cum de se sit in fine perfectionis: ut dicit Philosophus & Commen. 12. meta. com. 38. ergo &c. Tertio. Si obiectum est actualis intellectio data vna intelligentia, puta, a, tot sunt eius intelligentiones quot sunt intelligentiæ quas ipsa intelligit: falsum istud aperte negaret Philosophus & Commentator, præsertim de intelligentia prima: quia ipsi volunt quod vnico actu intelligat quicquid intelligit: ergo &c. Quarto. Nulla res potest dici perfectio alterius nisi det ei aliquid esse: nunquam enim calor esset perfectio manus nisi daret ei esse calidū. Sed vna intelligentia non dat formaliter aliquid esse alteri, cum qualibet sit ab alia separata secundum esse: ergo vna non potest esse formalis perfectio alterius. Quinto ad hoc est philosophus, qui 12. meta. tex. com. 39. in principio sic dicit. Voluptas enim est actio eius. Vbi Com. sic ait. Voluptas enim est actio illius, id est primi principij: ergo obiectum non est ipsa voluptas. Patet consequentia: quia obiectum non est actio eius, licet 12. meta. com. 37. sic dicit Com. Cum declarauit motorem esse æternum & substantiam puram sine materia, & motorem absque eo quod mouetur: & quod mouet sicut desideratū & voluptuosum: principium autem cuiuslibet motionis est ex aliquo & in aliquid: vult narrare principium istius motionis in motu quid est, & quid est illud ad quod est motus: & dicit: principium autem est imaginatio per intellectum, id est,

Opi. propria Conclusio.

principium autem istius motus existentis in corpore cælesti est imaginatio per intellectum. Et dicit hoc ad demonstrandum quod principium motus istius non est phantasia neque sensus, sed imaginatio per intellectum & desiderium. Et quia imaginatio per intellectum quæ est actio intellectus est ipse intellectus. Intellectus autem est ipsum intellectum, hæc ille. Ex quibus patet, quod secundum Commentatorem, imaginatio qua intelligentia mouet est ipsemet intellectus eius: ergo non est obiectum intellectus. Nec potest exponi quod dicat, imaginatio est intellectus, id est, est intellectio: quia ipse dicit quod actio est intellectus. Si autè per intellectum acciperet intelligentionem: tunc idem esset ac si diceret, intellectio est intellectio, quod videtur satis absurdum. Et si dicatur quod Com. dicit etiam in istis verbis quod intellectus est obiectum, dico quod ipse declarat quem sensum habeat in his verbis infra. com. 39. dicens quod intellectus & intellectum sunt idem quando intellectus intelligit se. Item quado intelligit alia: quia recipiens & receptum de intellectu vtrumque est intellectus, id est, quia species quæ recipitur de obiecto facit vnum cum intellectu: non tamen sequitur quod sit ipsemet intellectus. Primum commento 30. vult Commentator quod intellectio & volitio, siue desiderium quibus intelligentia operatur sunt ipsa substantia intelligentia, & nullo modo accidentia. Sed supra probatum fuit quod de mente Philosophi & Commentatoris primum principium est causa effectiua substantiæ cuiuslibet intelligentiæ, quæ est causa efficiens illius desiderij. Et sic patet opinio eorum circa hanc materiam. Dico tamen quod secundum veritatem intellectio & desiderium in illis substantiis sunt accidentia: & illa volitio est à prima causa effectiue: quoniam primus actus voluntatis non potest esse ab ipsa voluntate, sicut declaratum fuit in 9. huius.

Ad primum. Ad argumenta responderetur. Ad primum dicitur quod Commentator in verbis illis intendit ponere differentiam inter nos & intelligentias: quia desiderium quo mouetur voluntas nostra est accidens eius: & ideo nostra voluntas ex acquisitione noua illius desiderij dicitur moueri. In intelligentia autem secundum ipsum non est desiderium quod sit accidens: sed substantia desiderantis: & ideo intelligentia ex tali desiderio non dicitur proprie moueri: sed ipsa solum habet rationem motoris. Ad secundum dicitur Commen. quod desiderium & intellectio quibus vna intelligentia intelligit Deum vel alias intelligentias, est à Deo effectiue, sicut & ipsa substantia intelligentia. Nec est verum quod intellectio sit obiectum intellectum. Ad probationem dicitur quod formare per intellectum, id est, intellectio & formatum per intellectum, id est, id in quo intellectus intelligit substantias abstractas, sunt idem. Sed istud in quo eas intelligit non est ipsa res intellecta, sed est ipsa substantia intelligens secundum Commen. Ad confirmationem dicitur quod Commen. in verbis illis nihil aliud intendit dicere, nisi quod desiderium & intellectio in nobis distinguuntur. In intelligentiis autem sunt vna res. Ad tertium dicitur sicut ad primum. Ex hoc enim quod desiderium in intelligentia est ab alio effectiue: non sequitur quod ibi contingat alia motio: quia tale desiderium non est res distincta ab intelligentia: ratione cuius ipsa transmutetur per acquisitionem nouæ entitatis: vel est dicendum quod à fine existente in materia duabus actionibus nos mouemur, quarum vna est in intellectu per apprehensionem finis. Alia est in voluntate ex fine apprehenso: In intelligentiis autem non est alia res actio intellectus ab actione voluntatis: & hic est sensus Commentatoris in illo loco.

Ad primum.
Ad secundum.
Ad confirmacionem.
Ad tertium.

Prima ratio.

QUESTIO XXXIIII.

Vtrum prima causa moueat cælum & producat res per suum velle.

Veritur trigesimo quarto. Præsupposito quod motus & aliæ res quæ à prima causa sunt effectiue, non fuerint ab æterno. Vtrum prima causa moueat cælum & producat res per suum velle, ita quod eius volitio sit eius actiua productio. Et videtur quod non. Primo. Illud quod posito effectus non ponitur necessariò, sed potest poni & non poni, non habet rationem actualis productionis: quia causa in actu, & effectus in actu simul sunt: ut dicitur 2. phy. tex. comen. 37. Sed posito diuino velle non ponitur effectus, cum illud velle sit æternum: & nullus effectus ex hypothesis sit æternus. ergo &c. Confirmatur, quia contra dictio est, quod actualis productio sit, & nihil per eā actu producat: ergo cum volitio primæ causæ sit æterna: si ipsa

est actualis productio, sequitur aliquid ab æterno esse productum. Secundo. Si volitio est æterna, & effectus per secundam in tempore ponitur in esse: quæro quando effectus sit, per illud velle æternum ponitur in actu: aut sit aliquid ultra, velle quod eliciat effectum, aut non. Si non, sequitur quod sicut effectus ante non eliciebatur per illud velle: ita nec modo elicitur. Si sic: ergo præter velle aliud concurrit ad producendum. Tertio. Impossibile est ponere causam formalem quin ponatur effectus formalis. Sed effectus formalis actualis productionis est esse producentis: ergo si productio est volitio quæ est æterna: sequitur quod prima causa æternaliter est producentis. Quarto. Actualis productio effectus non relinquit ipsum in potentia, imo ponit in actu. Sed diuina volitio relinquit effectum in potentia quia adhuc effectus est possibilis non producti. ergo &c. Quinto. Per nullam actionem non transuentem in aliquid extrinsecum productiue potest aliquid extrinsecum produci executiue: ista patet ex terminis. Sed volitio est actio immanens & non transit productiue in aliquid extrinsecum: ut patet 9. meta. tex. com. 16. ergo &c.

Respondeo: In ista quæst. primo declarabitur titulus quæstionis. Secundo ad ipsam respondebitur, Quantum ad primum. Sciendum est quod cum prima causa sit actus purissimus, ut concedit etiam philosophus 12. meta. nullus est qui dubitet aut putet quod in Deo sit vna actio realiter distincta à diuina volitione: quia iam ibi caderet compositio: & non esset summa simplicitas. Sed quoniam, ut dictum fuit quinto huius: actio siue productio effectus non est in agente: sed recipitur in producto, statim apparet quod actio qua prima causa producit res, non sit in prima causa: sed in eo quod producit. Et ideo dubium est an præter diuinum velle requiratur ad productionem rerum quædam alia actio quæ in ipsa re producta recipiatur, & quæ dicatur actualis productio actiua ipsius effectus: & quæ sit distincta à productione passiuæ. Quod dico: quia cum actio & passio sint eadem res, si productionem Sortis prout est in Sorte, volumus appellare passiuam: & eadem prout comparatur ad suam causam volumus appellare actiuam, sic haberet veritatem. Et hoc magis declarabitur infra. Quantum ad secundum ponitur ista conclusio, Volitio primæ causæ est productio effectuum: nec requiritur alia productio actiua. Probatur. Si necessariò ponitur talis productio distincta à diuino velle, illa productio non ponitur nisi ut habeat aliquam causalitatem super effectum qui producit: alioquin non poneretur. Aut ergo habet causalitatem formalem, aut materialem, aut finalem, aut effectiuam. Non formalem, quia productio actiua: & sic non denominat nisi ipsum producens: effectus autè, in quantum huiusmodi non est producens, sed productus. Non materialem. Tum quia multa producuntur: quæ non habent materiam. Tum quia productio est actus qui repugnat materiæ. Non finalem: quia productum est finis productionis: & non e contra: ergo si haberet aliquam causalitatem, illa est effectiua. Sed quicquid agit Deus mediante causa efficiente potest agere immediatè & per seipsum: ergo potest producere effectus suos sine tali actione media secundo. Illa actio est res distincta ab eo, quod per ipsam producit, quia effectus & eius productio non sunt idem, cum vnum sit causa alterius: ergo illa actio præcisè & secundum se considerata est quædam entitas de nouo habens esse. Aut igitur immediatè est à diuina volitione sine alia executione & productione media: aut est ab ea mediante alia productione. Si primum, ergo non omnis effectus diuinæ volitionis sit mediata alia productione: & qua ratione vna est ab ea immediatè, eadem ratione & quilibet: cum non possit assignari sufficiens ratio magis de vno quam de alio. Si secundum, sequitur processus in infinitum in productionibus: & per consequens quilibet effectus dependeret ab infinitis productionibus: quod est impossibile. Tertio. Volitio primæ causæ præcisè & per se solum accepta non est minoris potestatis ad ponendum rem in actuali existentia, quam sit volitio nostra simul cum exteriori productione, ad ponendum in actu res artificiatas. Sed postea volitione nostra & extrinseca productione ponuntur tactu res artificiatæ, ergo per solum diuinum velle possunt poni eius effectus in actu. Mihi non patet: & maior est nota: quia diuina volitio est infinita, illa autem sunt finita. ergo &c. Quarto, quod præter velle requiratur exterior productio non est nisi quia velle est inefficax ad ponendum rem in actu: si enim sufficeret non requireretur exterior productio. Sed velle diuinum est efficacissimum & infinitum: ergo &c.

Ad primum dicitur quod sicut volitio importat respectum ad volitum: ita productio ad productum. Et quia relatio non ponitur nisi positis extremis: ideo actus Quæst. Meta. Paul. 50n. D 3 diui

Tertia ratio.
Quarta ratio.
Quinta ratio.
Conclusio.

diuidz voluntaris, licet ab æterno fuerit volitio: quia semper correspondebat ei aliquid volitum, potest enim esse volitum etiam id quod actu non est, tamen ille actus non habuit ab æterno rationem productionis: quia non habuit ab æterno respectum ad aliquid productum, sed solum in tempore. Vnde non dico quod volitio sit formaliter productio: imo formaliter distinguuntur propter prædictos respectus: sed sunt idem actus secundum rem. Et per idem patet ad confirmationem. Ad secundum dicitur quod quædo effectus ponitur in actu, non fit aliqua noua productio præter diuinam velle, per quam eliciatur effectus. Nec valet consequentia quæ ibi fit: quia per antiquam volitionem potest fieri nouus effectus, nulla facta mutatione in agente nec in effectu: nisi quod educitur de non esse ad esse: sed hoc non est per actum nouum: sed quia voluntas voluit effectum esse in tali tempore & non prius. Ad tertium dicitur sicut ad primum quod volitio non habet rationem productionis nisi dum effectus est: volitio enim diuina habet rationem productionis in primo instanti esse sui effectus: & ideo ante non denominabat Deum esse productum. Ad quartum dicitur eodem modo: quia procedit ex eodem fundamento. Ad quintum negatur minor: licet enim volitio non transeat in aliud subiectiue: quia est actio immanens, cui magis repugnat esse in alio subiectiue, quam in eo à quo elicitur: tamen transeat potest in aliud productiue & effectiue. Et hoc non solum est verum de diuina volitione: sed etiam de volitione nostra: quia & ipsa habet virtutem effectiuam: licet non sufficere super ea quæ à nobis sunt, præsertim super motum localem: mouemus enim nos ipsos, quia volumus. Ex hoc patet quod actio non dicitur transeat, quia solum transeat in aliud productiue sed quia etiam transeat in aliud subiectiue. Dico præterea quod licet actio immanens possit transire in aliud extrinsecum productiue: tamen istud non est de ratione sua, nec ei conuenit: multa enim volumus quæ non producimus: per actionem verò transeuntem semper tranmutatur aliquid ad extra.

QUESTIO XXXV.

Vtrum substantia mouentes orbes habeant virtutem motiuam distinctam ab intellectu & voluntate.

Primatio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Conclusio prima.

Veritur trigesimo quinto. Vtrum in substantiis mouentibus orbes, sit virtus motiua distincta ab intellectu & voluntate. Et arguitur quod sic. Primo. Si motus cæli est à voluntate immediate: aut actus voluntatis, scilicet volitio est etiam imperium & executio: aut aliud est ab eis. Non primum: alioquin voluntas sibi ipsi imperaret, non secundum: quia velle & imperare aliquid non est illud exequi. Secundo. Potentia quæ ponit obiectum in esse reali, distinguitur ab ea quæ ipsum non ponit in esse reali. Sed potentia motiua ponit suum obiectum, scilicet, mobile in esse reali, quia non mouetur, nisi id quod est, volitua autem non ponit obiectum volitum in esse reali: postquam enim velle ea quæ nondum sunt, ergo potentia motiua distinguitur à volitua. Tertio. Actus genere differentes reducuntur in potetias genere distinctas. Sed mouere & velle sunt actus genere differentes. 2. de anima. ergo &c. Confirmatur: quia vt dicit Philoſophus 2. de anima, text. com. 18. appetituum & motuum sunt diuersa genera potentiarum. Quarto. Potentia quæ equaliter se habet ad propinquum & distans, distinguitur ab ea quæ sic non habet se equaliter. Sed potentia volitua equaliter se habet ad propinquum & distans: Possum enim velle & amare ea quæ loco & tempore à nobis distant. Potentia autem motiua requirit approximationem ad mobile: ergo distinguuntur. Respondeo ad hanc questionem duabus conclusionibus. Prima hæc est. In substantiis separatis est virtus motiua, Probatur. Primo. In omni substantia habente desiderium est vis motiua. Sed in substantiis abstractis est desiderium, ergo &c. Maior probatur: quia desiderium est ad vniendum cum desiderato: cum desiderium non sit nisi de re absente: ad huius autem vniendum requiritur vis motiua, quia res absens non acquiritur nisi per aliquam mutationem. Minor probatur: quia Commen. 12. metaphysic. com. 35. sic dicit, in huiusmodi substantiis esse desiderium: & probatur ratione, quia omnem substantiam intellectualem consequitur appetitus: & ideo si sit aliquid boni ab eis non habitum, ipsum desiderant. Secundo. Commen. & Philoſophus per totum 12. librum metaphysicæ dicunt cælos moueri ab intelligentiis, & secundum numerum motuum ponunt numerum intelligentiarum. ergo in eis

est virtus motiua. Patet consequentia: quia nullum mouens mouet nisi habeat vim motiuam. Nec oportet amplius defatigari in probatione huius conclusionis, quia satis patet Secunda conclusio. Virtus motiua in substantiis abstractis mouentibus orbes inferiores, non est distincta realiter ab intellectu & voluntate. Et loquor de substantiis separatis quæ sunt distinctæ à primo principio, quia de ipso supra locuti sumus. Sed antequam probetur ista conclusio, præmitto, quod aliud est dicere potentiam motiuam esse idem cum voluntate: & aliud est dicere quod mouere sit idem cum agere. Nam per primum importatur identitas potentiarum: per secundum verò importatur identitas actuum. Possunt autem ab vna potentia esse distincti actus. Dico igitur quod potentia motiua & voluntas sunt eadem potentia, sed velle & agere sunt actus distincti. Quod declaro. Supra enim dictum fuit in hoc 5. quæst. 36. primum, quod actio & passio & motus sunt vna res, sed ratione distinguuntur. Motus igitur cæli, prout est in ipso mobili, dicitur passio. Et idem motus prout comparatur ad intelligentiam mouentem, prout est ab ea, dicitur actio: & ab ea vt sic denominatur intelligentia esse distincti actus. Ad hunc sensum intelligo quod aliud est velle & aliud est agere: & non quod in voluntate intelligentiæ sint duæ actiones realiter distinctæ: quarum vna dicitur volitio, & alia dicitur motio actiua, quia nullus actus est subiectiue in voluntate qui non sit velle: sicut nec vllus est intellectus qui non sit intelligere. Præmitto secundo, quod licet intellectus & voluntas concurrant ad mouendum, tamen intellectus non ita proprie dicitur potentia motiua, sicut voluntas: quia potetia motiua proprie dicitur illa quæ immediate efficit motum: voluntas autem est immediatio: quia stante apprehensione intellectus non sequitur motus, nisi voluntas imperet: vt dicitur tertio de anima text. com. 50. Et sic inter intellectum & motum mobilis mediat actus voluntatis. Probatur autem dicta conclusio. Primo. In substantia mere intellectuali nulla est potentia irrationalis: quia omnis potentia irrationalis aut est sensitua aut vegetatiua, aut reum inanimatarum, vt patet 9. meta. text. comen. 3. Sed intelligentia est substantia mere intellectualis vt omnes concedunt, ergo nulla potentia in ea est nisi rationalis. Sed omnis potentia rationalis aut est intellectus aut voluntas, vt patet primo ethi. ca. 16. ergo &c. Secundo. Si virtus motiua distincta à voluntate esset in substantiis separatis, eadem ratione reperiretur in anima separata, quia omnes virtutes immateriales consequuntur animam separata. Sed vis motiua non est in anima separata, alioquin esset in ea frustra, cum anima separata nullum corpus moueat localiter. Et præterea si haberet vim motiuam super aliquod corpus, maxime esset super illud cui vnita: quia ipsum mouebat. Sed constat quod nullum tale corpus mouet. ergo &c. Patet ex his quod sicut volitio primæ causæ est causa immediata quod res ponatur in esse: ita volitio intelligentiæ est immediata causa motus cæli, differunt tamē. Primo, quia volitio primæ causæ est eius substantia, volitio autem aliarum est accidens. Secundo, quia prima causa potest per suam volitionem efficere quicquid vult: cum eius volitio sit infinita sicut substantia. Intelligentiæ vero non possunt efficere quicquid volunt, sed eorum volitio est determinata ad motum: nec per velle aliud efficiunt, nisi motum. Et propter hoc solet dici quod solius primæ causæ idem est velle & agere: non quod in omnibus aliis distinguantur velle & agere: quia idem sunt etiam in intelligentiis: sed quia diuina actio se potest extendere ad omnia ad quæ se extendit eius volitio. Ad argumenta respondetur. Ad primum dicitur quod volitio & imperium & executio sunt idem secundum rem: sed ratione distinguuntur. Actus enim voluntatis comparatus ad motum vt est volitum: dicitur velle siue volitio. Et idem actus vt est causa ponens in actu ipsam motum dicitur executio. Et idem, vt præsupponit ordinem ad intellectum dirigentem, potest dici imperium: sed imperare sit magis intellectus quam voluntas: quia est subiectiue in intellectu. Nec sequitur quod voluntas sibi ipsi imperet: sed quod imperet motum immobili. Ad secundum negatur minor: voluntas enim ponit motum in esse reali & actuali: non tamen ponit in esse omnia quæ vult & amat: vna enim intelligentia amat aliam: & tamen non ponit eam in esse. Nihil ergo concludit aliud nisi quod voluntas intelligentiæ plus potest velle quam agere: quod conceditur. Ad tertium conceditur totum: sed non sequitur quod realiter sint distinctæ. Nam multi tenent intellectum & voluntatem esse eandem rem: & tamen esse potentias genere distinctas. Ita dico quod voluntas & vis motiua substantiæ abstractæ sunt vna res: sed distinguuntur in ratione potentia. Ista enim res in quantum est voluntas

Conclusio 2.

Suppositum primum.

Suppositum secundum.

Ad primum.

Ad secundum.

Ad tertium.

distinguitur à se genere in quantum est motiua. Ad confirmationem dicitur quod Philoſophus loquitur tantum de potentiis consequentibus formam possibilem recipi in materia. In his enim distinguitur vis motiua ab aliis, sed huius vis motiua non est actiua motus, sed passiva. Nos autem loquimur de potetia actiua. Ad quartum dicitur quod voluntas in ratione voluntatis se habet ad propinquum & distans. Ipsa tamen in quantum est in motiua se habet tantum ad propinquum: & non ad distans.

Ad quartum.

QUESTIO XXXVI.

Vtrum intelligentia magis moueat cælum per naturam suam, quam per intellectum & voluntatem.

Prima ratio.

Secunda ratio.

Tres ordines inter motum & mobile.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Arg. primum.

Veritur trigesimo sexto. Vtrum intelligentia magis moueat cælum per naturam suam quam per intellectum & voluntatem. Et videtur quod per naturam. Primo. Principium per se cuiuslibet motus naturalis, est natura: vt dicit Philoſophus 2. Physic. text. & com. 3. Sed motus cæli est naturalis: ergo eius principium per se potius est natura substantiæ abstractæ, quam intellectus aut voluntas eius. Secundo. Id est immediatius principium quo intelligentia mouet corpus: per quod magis immediatè habet ordinem ad corpus. Sed immediatius habet ordinem ad corpus per naturam quam per intellectum & voluntatem. ergo &c. Maior patet: quia inter mouens & motum oportet esse alium ordinem: minor probatur. Triplex debet esse ordo inter mouens & motum: quorum primus est ordo conuenientis in natura, secundus est ordo proportionis quia motor non potest mouere quodecumque mobile, sed mobile determinatur: tertius est ordo simultatis quæ attenditur secundum coniunctionem temporum: quia oportet mouens & motum esse simul, 7. phys. text. com. 10. Istos autem tres ordines magis habet intelligentia secundum suam naturam quam per intellectum & voluntatem. Nam ordinem conuenientis in substantia potius habet cum corpore per suam essentiam quam per intellectum: quia per intellectum potius elongatur à corpore, cum intelligere non fiat nisi cum tali elongatione. Similiter etiam est dicendum de secundo ordine: quia intelligentia potest intelligere & velle motum alicuius corporis sibi improporionati: & tamen non potest mouere corpus improporionatum: ergo. Ista propositio non attenditur penes intellectum & voluntatem, sed penes naturam. Tertius etiam ordo magis attenditur secundum naturam quam secundum intellectum: alioquin quotiescunque intelligentia intelligeret & velleret aliquod corpus mouere, diceretur esse simul cum corpore. Tertio. Per id mouet intelligentia aliquod corpus per quod conuenit intelligentiæ esse in loco. Sed esse in loco conuenit intelligentiæ per substantiam suam & non per intellectum: ergo &c. Maior patet: quia intelligentia non est in loco nisi quia mouet corpus. Minor probatur. Per illud est aliquid in loco quod est in ipso per se localiter motum. Sed sicut quia animal mouet se ipsum per animam & mouetur per corpus: ideo esse in loco magis conuenit ei per se ratione corporis quam ratione animæ, sic angelus mouet se localiter per intellectum & voluntatem: mouetur autem per naturam: ergo esse in loco magis conuenit ei ratione essentia suæ quam ratione intellectus & voluntatis. Quarto. Cum anima mouet corpus proprii per cognitionem & appetitum: immediatius mouet ratione naturæ suæ quam cognitionis aut desiderij: ergo similiter est dicendum in intelligentiis. Quinto. Si per impossibile remoueretur ab intelligentia intellectus & voluntas manente substantia ipsius, adhuc haberet aliquam operationem: nec esset ociosa in natura. Sed non haberet intelligere nec velle per casum positum. Nec apparet illa operatio quam posset habere nisi moueret actiue cælum: ergo magis mouet ex sua natura quam per intellectum. Respondeo. In ista questione eria sunt faciendæ. Primò exponendum quid questio querat. Secundo quid aliqui senserint circa questionem istam. Tertio quid habeat rei veritas. Quantum ad primum dico duo. Primum est quod difficultas huius questionis non tantum est apud eos qui dicunt intellectum intelligentiæ esse accidens, distinctum realiter à substantia eius, sed etiam apud eos qui dicunt intellectum & substantiam ibi esse vnam rem: sicut voluit Comment. 12. meta. comen. 51. Quia quocumque modo dicatur adhuc intellectus & substantia intelligentiæ distinguuntur secundum rationem, sicut habetur à Comment. 12. meta. comen. 39. Et ab Auicenna 8. meta. cap. vlti. Dubium ergo est. Vtrum mouere cælum conueniat intelligentiæ, magis in quantum est intellectus, quam in quan-

tum est substantia: vel econtra. Dico secundo, quod motus cæli esse ab intelligentia per prius, in quantum est intellectus, qui in quantum est substantia, potest esse duobus modis. Vno modo primate principialitatis: Alio modo primate immediationis. Erat primo quidem sensu nullus dubitatur: quia cum actiones sint suppositorum tæquam primo agentium: licet aliquando agant mediante aliquo accidente: oportet ipsum suppositum quod est substantia abstracta, esse principalem mouentem cælum. Sed loquendo de primate immediationis questio querit. An natura intelligentiæ sit ei proximior ratio mouendi cælum quam intellectus eius: sicut si ignis desiccaret lutum per calorem & per lucem, posset queri quæ istarum qualitarum sit proximior huic effectui: & ad hunc sensum disputatur præfens questio.

Not. primò.

Not. secundum.

Conclusio resp.

Quantum ad secundum dicunt aliqui quod intelligentia proximius mouet per naturam quam per intellectum: & mouentur quibusdam rationibus positis in principio questionis. Ad notitiam vero huius opinionis. Sciendum est primo, quod substantia intelligentiæ potest considerari dupliciter. Vno modo in quantum est essentia. Alio modo in quantum est natura. Illa enim substantia, in quantum respicit actum primum qui est esse, dicitur essentia. Nam esse est actus essentia. In quantum verò respicit actum secundum qui est mouere, dicitur natura, quia natura est principium motus. Et quia per prius respicit esse quam motum: cum mouere præsupponat esse: ideo illa substantia habet per prius ratione essentia quam naturæ. Ex hoc sequitur quod aliquid potest esse medium inter substantiam intelligentiæ, in quantum est essentia, & ipsamet, in quantum est natura. Sciendum secundo: quod substantia angeli potest accipi tripliciter. Vno modo, vt dictum est, vt quædam essentia absolute. Alio modo, vt est perfectibilis vel perfecta per intelligere, & velle. Tertio modo, vt est principium potens in aliud agere, & ipsum tranmutare, & hoc tertio modo habet rationem potentia vt patet ex definitione potentia. 5. metaph. text. comen. 2. quæ est esse principium tranmutandi aliud in quantum aliud: & hoc modo natura intelligentiæ est instrumentum suuipius acceptæ primo modo: quia in quantum est natura, est principium proximum quo ipsa mouet, in quantum est essentia. Prius enim substantia intelligentiæ est perfectibilis per intelligere & velle quam habeat rationem potentia actiua. Concludit igitur ista opinio quod motus cæli immediatius est à substantia intelligentiæ in quantum est natura: quam ab intellectu & voluntate. Et consequenter ponitur etiam potentiam executiuam præter intellectum & voluntatem: quod fuit improbatum questione præcedenti. Quantum ad tertium ponitur ista conclusio: Intelligentia immediatius mouet cælum per intellectum & voluntatem quam per suam naturam. Ista conclusio potest probari rationibus generalibus: quia nulla substantia finita potest esse immediatum principium operationis: & per consequens nec habere rationem potentia: vt dicit Commen. 7. meta. Item quia daretur potetia executiua media distincta ab intellectu & voluntate. Specialiter tamen arguitur. Primò. Aut intelligentia mouet cælum per intelligere & velle: aut mere naturaliter, & nullo modo per intelligere. Secundum non potest dici: vt supra probatum fuit: ergo mouet libere per intellectum & voluntatem: quorum actiones sunt immanentes. Sed in omni agente ordinato habet actionem immanentem & transeuntem: semper actio transeuntis præsupponit immanentem: & per consequens actio transeuntis non respicit immediatius naturam agentis quam actio immanens: ergo naturæ intelligentiæ immediatius est intelligere & velle quam motus cæli. Secundo. Quando aliquo agente principium substantiale & accidentale concurrunt respectu eiusdem actionis: oportet quod principium substantiale sit principale & mediatum principium vero accidentale sit secundarium & proximum. Sed natura intelligentiæ respectu motus cæli est principium substantiale: & intellectus est principium accidentale: ergo intellectus est immediatior quam substantia. Minor patet. Maior probatur discurrendo in omnibus: vt patet de forma ignis: & de calore respectu calefactionis. Et de anima & eius potentia respectu suarum operationum. Tertio. Intelligentia non intelligit nec vult immediatè per suam essentiam ergo nec mouet. Antecedens etiam ab aduersariis est concessum. Consequentia probatur Intelligere & velle habent maiorem conformitatem cum essentia intelligentiæ quam mouere: cum illi sint actus spirituales, sicut etiam essentia: ergo si non habet immediatum ordinem ad intelligere & velle, multo minus habet ad mouere. Dicitur forte ad omnia ista quod concludunt de substantia intelligentiæ: in quantum est essentia, sed non in quantum est

natura. Et ideo contra istud arguitur quarto loco: quia natura, quam dicitur Philosophus 2. phys. tex. com. 3. est principium intrinsecum eius quod mouetur, & per hoc distinguitur motus naturalis à motu violento: cuius principium est extra nil conferentem in passio: ut dicitur tertio Ethic. Sed intelligentia non est intrinseca cœlo, cū ei non vniatur ut forma: ergo ipsa non est talis natura. Quinto. Natura de qua loquitur Philosophus non est principium proximum motus, sed est principium primum quo grauiam mouentur deorsum per naturam, id est, per suam formam substantialem tanquam per principium primum, quo & per grauitatem tanquam per principium proximum: & ideo forma substantialis corporis grauis appellatur natura eius & ideo ipsa grauitas, seu potentia est principium proximum operationis, & non primum: ergo natura non habet rationem potentie: sive principij proximi sextid. Circumscripto omni opere intellectu, nulla est distinctio actualis inter essentiam & naturam intelligentiæ: ergo motus cœli habebit immediatum ordinem ad essentiam intelligentiæ: prout in se est distincta à natura, vel habet immediatum ordinem ad intellectum & voluntatem. Sed non ad essentiam absolute: ut etiam isti concedunt: nec ad eam: ut est natura: quia per casum positum nulla est distinctio inter essentiam & naturam: habet ergo immediatum ordinem ad intellectum.

Ad primum. Ad argumenta respondetur. Ad primum conceditur maior quod principium cuiuslibet motus naturalis est natura: non tamen oportet quod sit principium proximum & hoc est generaliter verum tam de principio actiuo quam de passiuo: de actiuo dictum est: de passiuo etiam patet. Motus enim cœli est naturalis à principio passiuo naturali in eo existente, & tamen immediatum susceptiuum motus cœli non est materia cœli, sed totum compositum. Dico igitur ad argumentum quod motus cœli est naturalis propter tale principium passiuum quod dicitur natura, quia ut habetur 2. phys. tex. com. 12. natura dicitur de materia & forma. Ad secundum negatur minor. Dico enim quod motor habet immediatum ordinem ad suum mobile per propriam potentiam motiuam. Et quia ratio potentie motiue non conuenit essentia substantia abstracta, cum ipsa non possit esse immediatum principium operationis: sed talis ratio potentie conuenit intellectui & voluntati eius. Ideo per intellectum & voluntatem habet ordinem immediatum ad motum cœli. Vnde dico quod intelligentia semper mouet cœlum vel aliud corpus, quando apprehendit & vult uolitione completa motum eius. Nec potest uelle mouere id quod esset impossibile ab ea moueri: quia uoluntas efficax non est impossibile, ut probauimus in nono huius.

Ad tertium. Ad tertium negatur maior, loquendo de eo quo mouet proxime: homo enim mouetur proxime per appetitum imperantem & per vim motiuam exequentem: & tamen ideo non habet quod sit in loco per huius potentiam. Dico igitur quod intelligentia quo ad suam essentiam est tanquam in loco in corpore moto ab ea: non quod sit ibi localiter, sed quia ei adest: sicut causa adest suo effectui. Ratio autem per quam ibi est, est operatio eius. Ad quartum negatur antecedens: quia anima non mouet proxime nisi per potentiam quæ est ab ea realiter distincta. Ad quintum dicitur quod si per impossibile remoueretur ab intelligentia intellectus & uoluntas, ipsa nullam haberet operationem: sicut etiam nullam haberet potentiam, sed esset omnino oiosa. Nec est inconueniens quod posito impossibili sequatur aliud impossibile, vel saltem inconueniens.

Ad quartum. **Ad quintum.**

QVÆSTIO XXXVII.

Verum primum principium esse causam finalem omnium intelligentiarum, possit probari sufficienter ex per se notis.

Queritur trigesimo septimo. Vtrum ex per se notis sufficienter probari possit quod primum principium sit causa finalis omnium intelligentiarum. Et videtur quod non. Primo. Finis cuiuslibet agentis acquiritur per actionem eius, sed primum principium non potest acquiri per aliquam eius actionem: ergo &c. Maior probatur, quia ut videtur dicere Philosophus 5. metaphys. sicut materia est causa opposita formæ: quia illa est potentia & ista est actus: ita finis est causa opposita efficienti: quia efficiens præxi sit productioni secundum ipsum. Minor etiam patet: quia sequeretur quod primum principium haberet esse post non esse: quod est impossibile: ergo &c. Secundo. Non potest efficaciter probari quod primum principium sit finis operationis intelligentiæ: puta motus cœli: ergo multo minus est finis ipsius intelligentiæ, consequentia patet. Antecedens

Prima ratio.

Secunda ratio.

probat. Aut intelligentia mouet cœlum de necessitate nature: aut liberè. Si liberè, ergo ipsamet potest esse finis præstitutus illi motui. Si naturaliter: ergo non agit necessitate propter aliquem finem. Probat ista consequentia. Vbi positus omnibus requisitis ad actionem: non potest impedi quia sequatur effectus determinatus: nisi non oportet quod agens agat propter finem. Sed tale est agens naturale: ergo &c. Tertio. Efficiens & finis non coincidunt in idem numero: ut dicitur secundo phy. tex. com. 70. Sed primum principium est efficiens intelligentiæ: ergo non potest naturaliter probari quod sit finis eius.

Respondeo in ista questione tria sunt declaranda. Primum est, quod omne agens agit propter finem. Secundum est, primum efficiens esse ultimum finem, potest probari ex per se notis. Tertium est, quod Deum esse finem ultimum motus cœli, & intelligentiam mouentem esse finem proximum eius, tenuit Aristot. Primum probatur. Primo in essentialiter ordinatis remota causalitate primi, necessitate remouetur causalitas omnium aliorum, alioquin ille ordo non esset essentialis. Sed causalitates quatuor causarum sunt essentialiter ordinatae, scilicet agens & finis, immo omnes, quia forma præsupponit necessitate causalitatem materiæ: scilicet materiam ei subiecti: & causalitas materiæ præsupponit causalitatem agentis: quia nunquam subiceretur formæ nisi agens causaret eam in materia. Et confirmatur: quia Philosophus 2. metaphys. tex. com. 8. loquens de causa finali, dicit quod ipsa non est propter aliud, sed esse aliorum est propter ipsam. Quod exponens Commē. dicit quod ipsa non est propter aliam causam, sed omnes alie causæ sunt propter ipsam: ergo remoto sine remouetur agens, & sic patet quod non potest esse causalitas agentis nisi sit causalitas agentis finis. Confirmatur iterum: quia 5. Metaphys. in ca. de causis, dicitur dare vnum immobile Complementum & largitas & bonum non inuenitur in rebus: nisi propter causam finalem. Et ideo quod caret causa finali, caret omni bono. Secundo, arguitur specialiter de agente per voluntatem, quia omne tale agit ex imperio & determinatione voluntatis ad aliquod particulare producendum: quia ut dicitur 3. de anima, tex. com. 46. ratio vniuersalis non mouet nec intellectus speculatiuus. Sed actus voluntatis non potest absolui à ratione finis: ergo non agit nisi propter finem: Maior patet. Minor probatur: quia ut dicitur 2. Metaphys. tex. com. 8. finis & bonum idem sunt. Sed non potest actus voluntatis absolui à ratione boni: cū bonum sit obiectum eius ens: ergo &c. Tertio. Sequitur quod de agente libero non possit queri propter quid agit. Sed hoc est contra experimentum: querimus enim propter quid Sortes sedet, ergo &c. Probat consequentia: quia propter quid querit tantum de causa finali. Quarto. Cum agens liberum sit de se indifferens ab agere & non agere, sequitur quod nulla possit assignari causa quare exiret de ocio in actu nisi moueretur ex apprehensione alicuius finis: ergo &c. Quinto. Si nullum finem intenderet: sequitur quod quicunque effectus eueniret à causa libera, ipse eueniret à casu. Sed hoc omnino est falsum: ergo. Consequentia probatur. Quicquid euenit præter intentionem agentis est casuale, ut dicitur 2. Physic. tex. com. 52. Sed si agens non intendit hunc effectum: ipse euenit præter eius intentionem: ergo esset casualis. Confirmatur: quia Philosophus 2. Metaph. tex. com. 9. sic dicit: Habens enim intellectum non agit id quod agit, nisi propter aliquam aliam rem quæ est ultimum actionis. Sexto specialiter arguitur de agente ex necessitate nature, de quo forte diceret aliquis quod non agit propter finem: & tamen agit hunc vel illum determinatum effectum: quia ad eius productionem, ex se est determinatum. Arguitur autem sic: Agens naturale agit propter bonum: ergo agit propter finem. Consequentia probatur: quia Philosophus 2. Metaphys. 8. dicit quod qui auferunt finem, auferunt bonum. Antecedens probatur: Agens naturale agit ex naturali inclinatione siue ex naturali appetitu. ut dicitur 2. Physic. ergo agit propter bonum. Patet consequentia: quia appetitus non potest esse nisi respectu boni, sicut nec aliquis alius amor, appetitus enim naturalis est amor naturalis. Secundo: ad idem est Philosophus 2. Metaphys. text. com. 8. in fine. vbi sic dicit: Nihil inceptit agere aliquam actionem nisi intendendo finem. Et si dicatur quod intendit loqui tantum de agente libero. Contra. Tum quia vniuersaliter loquitur de causis. Tum quia Comm. exponens prædicta verba sic ait: Mirum est de negantibus istam causam cum concedatur: quod nullus facit aliquam actionem nisi intendendo finem. Et similiter debet esse in natura in hoc sicut in artificio & in omnibus voluntariis.

Tertia ratio.

1. Conclusio.

Comm. 2.

Quantum ad secundum dico quod ex propositionibus per se notis probari potest Deum esse finem omnium intelligentiarum

conclusio 2.

gentia. Et arguitur sic. Ex per se notis probari potest quod Deus est omnium causa efficiens: ergo etiam quod est omnium finis: antecedens supra probatum fuit. Consequentia probatur. Primo. Accipio primam intelligentiam quæ sit a, & arguo sic: Deus est efficiens a, ergo ipsum efficit propter aliquem finem. Patet ista consequentia ex prædictis. Tunc ultra: ergo vel ille finis est ipse Deus, vel ipsamet intelligentia, vel aliquid inferius ad eam. Non secundum, quia nihil est finis & ordinatum ad finem respectu eiusdem. Non tertium, quia finis est nobilior quam ea quæ ad ipsum ordinantur: cum ex ipso habeant aliquam appetibilitatem: ergo primum, & sic Deus est finis eius. Nec etiam poterit dici quod finis huius intelligentiæ sit alia intelligentia superior ea: quia per casum positum ipsa est prima. Secundo. Si primum agens agit propter finem à se distinctum: sequitur quod eius actio & volitio sit ab alio dependens. Sed hoc est impossibile cum ipsum sit primum omnium, ergo. Consequentia probatur. Omnis volitio dependet ab obiecto: quod patet, quia remoto obiecto ipsa non est: cū sit impossibile aliquam uolitionem esse nisi alicuius sit uolitio. Sed si uult effectus suos propter finem à se distinctum, simul uult eos & illum finem, cum ipse finis sit ratio quod uelit alia quæ ad ipsum ordinantur: ergo sequitur quod actio eius ab alio esset dependens. Cum actio eius siue uolitio sit eius substantia: sequitur quod substantia primæ causæ sit ab alio dependens.

Tertia conclusio. Quantum ad tertium dico, quod prima causa non tantum est finis intelligentiæ in se. i. quo ad substantiam eius, sed etiam est causa eius quo ad operationem, id est, quod intelligentia agit propter causam primam. Et quod istud fuerit de mente Philosophi patet. Primo: quia Philosophus 12. metaphys. cum dixisset prius quod cœlum est substantia æterna quæ mouetur, & quod oportet dare vnum immobile quod est Deus: statim subdit text. comment. 36. quod iste motor mouet ut amatum & desideratum. Sed mouere per modum amati: est mouere per modum finis: cū finis & bonum sint obiectum amoris: ergo &c. Et confirmatur: quia Cō. 12. meta. com. 36. dicit quod corpora cœlestia appetunt in suo motu aliquod bonum maius ipsis: & cum ipsa sint nobilissima corpora: necesse est quod illud bonum sit nobilissimum eorum: & maxime id quod appetit totum cœlum in motu diurno. Patet autem quod secundum eos nobilissimum eorum est Deus gloriosus: ergo &c. Nec oportet in probatione istius conclusionis ultra laborare: quia ab omnibus est concessa. Dico præterea quod non tantum Deum esse finem motus cœlestis, sed etiam intelligentiæ immediatè mouentem esse finem eius proximum fuit de mente Aristotelis & Cōmentatoris. Et hoc dico quia aliqui istud negant. Nam Philosophus 12. metaph. text. comment. 40. cum prius dixisset quod aliqua substantia æterna mouet corpus cœlestis, inquit vtrum sit vna vel plures. Et à commento 42. vsque ad 47. determinat quod sic, numerando eas secundum numerum illorum motuum. Postea text. comment. 48. dicit quod non sunt plures quam illæ quas enumerauit: & facit hanc consequentiam prout iacet in noua translatione. Si enim essent alie, mouerent utique fines existentes lationibus. Quæ consequentia nihil valeret nisi illæ quæ mouent essent fines lationis, id est, motus cœli: ergo &c. Et Commē. com. 36. dicit quod si forma balnei esset separata à materia, moueret secundum agens & secundum finem: & postea subdit quod sic intelligendum est de mouentibus corpora cœlestia. Nec potest istud exponi de primo motore: quia ille est tantum vnus. Commē. autem loquitur in plurali. Et postea subdit de his motoribus, quod per se actio eorum & substantia eorum est in motu. Item in libro de substantia orbis, cap. 1. sic dicit: Non est dicendum quod formæ quibus mouentur corpora cœlestia sint alie ab illis ad quas mouentur, sed formæ à quibus mouentur, sunt ipse intelligentiæ: ergo sunt etiam illæ ad quas mouentur, & per consequens sunt fines illorum motuum. Et sic patet quod prima causa est omnino finis intelligentiarum: & quantum ad substantiam earum: & quantum ad operationem earum, & quod reliquæ intelligentiæ sunt fines proximi illorum motuum quos causant.

Ad primum.

Ad secundum.

potest præstare se tanquam ultimum finem illius motus, quia in intellectu eius non potest esse error, qui tamen esset si se præstaret ultimum finem, cum ipsa non sit finis ultimus. Ad tertium dicitur quod Philosophus loquitur de agente per motum, & de fine generationis qui est forma in materiam introducta. Et ideo illa ratio non est contra propositum.

Ad tertium.

QVÆSTIO XXXVIII.

Vtrum omne habens causam finalem habere causam efficientem possit probari efficaciter.

Queritur trigesimo octauo. Vtrum efficaciter probari possit quod omne habens causam finalem habeat causam efficientem. Et videtur quod non. Primo. Ad id quod sequitur suum prius, non sequitur necessario id quod est posterius: licet econtra posito posteriori ponatur prius. Sed causa finalis est prior efficiente: ergo non oportet si aliquid habet causam finalem quod habeat efficientem. Secundo. Quanto effectus est nobilior tanto dependet à paucioribus causis. Sed vna substantia separata est nobilior alia: ergo illa quæ est nobilior habet pauciores causas. Sed quælibet substantia separata etiam infinita non habet causam materialem nec formalem, sed solum efficientem & finalem: ergo substantia superior non habet vtrâque istarum causarum, sed tantum causam finalem. Tertio. Omnes substantiæ præter primam habent Deum siue primum principium pro causa finali, ut dicit Philosophus 12. meta. Sed non habent Deum pro causa efficiente: ergo. Maior patet. Minor probatur. Nullum infinitum intensiue habet causam efficientem, alioquin non esset infinitum: quia eius esse esset receptum ab alio. Sed omnes intelligentiæ sunt infinitæ intensiue. Quod probatur ex consequentia Philosophi quam sæpe recitauimus supra, & hæc est: Primum principium non est in magnitudine, quia est virtutis infinitæ, ut patet 12. huius tex. commē. 41. Et postea text. comment. 43. querit vtrum sit ponendum tantum vnam talem substantiam, & determinat quod sunt plures secundum numerum lationum: ergo &c.

Prima ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Respondeo in hac questione duo sunt declaranda propter duas opiniones. Quidam enim dicunt quod inter aliqua entia absoluta potest esse ordo essentialis & necessaria connexio, absque hoc quod vnum eorum habeat quancunque causalitatem super aliud: vel econtra, & absque hoc quod vtrunque sit causatum in quocunque genere causæ ab vno tertio, sicut apparet in numeris & in figuris. In his enim est ordo & connexio essentialis: & tamen triangulus nullam habet causalitatem super quadrangulum: nec econtra: nec vtrunque causatur ab alia tertia figura. Hoc modo dicunt Philosophus & Cōmentatorem uoluisse substantias separatas esse connexas necessitate, & tamen quod inter eas nulla omnino sit causalitas. Non oportet probare quod ista opinio non sit Philosophi: nec Cōmentatoris: quia supra probatum fuit. Et patet expresse quod saltem vult primum principium esse omnium causam finalem. Sed solū probabitur quod ista positio in se sit impossibilis. Et quamuis probari possit per illasmet rationes quibus probatum fuit Deum esse omnium causam efficientem, tamen nunc aliter proceditur. Primo, Aut remoto vno eorum quæ sic sunt necessariè connexa, remouetur reliquum: aut non. Si dicis quod non, ergo nihil habet necessariam connexionem: quod patet: quia ex responsione potest vnum manere alio remoto. Si dicis quod sic, ergo vnum habet causalitatem super aliud: & sic habetur propositum. Probat ista consequentia. Remoto a, remouetur b, ergo vel a & b sunt idem vel a dependet à b: & ideo non potest esse nisi b sit, vel b dependet ab a, & ideo a non potest esse nisi sit id quod ab eo necessario dependet, sicut subiectum non potest esse sine sua passione. Sed id à quo aliud dependet habet causalitatem super ipsum: ut patet ex ratione dependentiæ: ergo si remoto vno remouetur aliud sequitur quod vnum habet causalitatem super aliud. Secundo. Sint in rerum natura tantum a & b, quæ dicis sic esse connexa: puta Deus & prima intelligentia. Tunc arguitur sic: Sublato a, remouetur b: ergo aliqua est causa quod b, non sit. Patet consequentia, quia omnis effectus habet aliquam causam. Sed causa quod b non sit: non est ipsummet b. Tum quia nulla res deducit se de non esse ad esse: nec corrumpit seipsum. Tum quia quælibet res conseruat suum esse quantum potest: ergo causa quod b non sit, est remotio ipsius a. Patet consequentia: quia per casum nihil aliud ponebatur esse nisi a, & b. Tunc sic ultra arguitur. Non esse a, est causa non esse b: ergo esse a, est causa esse b. Patet consequentia: quia si negatio est causa negationis, affirmatio est causa affirmationis.

Quæ necessario sunt connexa, habent ordinem causalitatis ad inuicem.

Conclusio
responsiva.

Tex. cō. 31.

nis, affirmatio est causa affirmacionis. Quantum ad secundum restat probare quod omne habens causam finalem habet causam efficientem: & arguitur sic. Omne quod sibi derelictum est non ens, habet causam efficientem. Sed omne habens causam finalem sibi derelictam est non ens: ergo habet causam efficientem. Maior probatur dupliciter. Primo nihil educitur de potentia ad actum nisi à causa agente in actu, ut dicitur 9. metaphys. Sed id quod ex se est non ens, est in potentia ad esse: ergo requirit causam actu ipsam educentem ad esse. Secundo. Id quod est non ens requirit ad hoc quod sit, ea per quam itur ad esse. Sed non itur ad esse, nisi per aliquam productionem: productio autem non est nisi à causa producente: ergo requirit causam à qua producatur. Istæ duæ probationes apparent cuilibet intelligenti. Minor etiam illius principalis rationis probatur. Si dependens ab alio non esset non ens, si sibi derelinquatur, id est, si remota causa aliqua dependet adhuc esset ens & existeret, sequitur quod non magis dependeret ab esse illius causæ quam ab eius non esse. Istud patet, quia ita esset causa non existente, sicut ea existente. Sed impossibile est quod aliquid dependeat à re non existente: ergo istud nullo modo esset dependens. Diceretur forte ad hanc rationem quod dependens à causa finali non est non ens remota tali causa, etiam si per impossibile remoueat, quia eius effectus non conseruatur ab ea: nec est ab ea productum, sed dicitur esse dependens à causa finali solum ex hoc quod agit propter causam finalem, & etiam quia ex fine habet quandam appetibilitatem: & ideo remota causa finali non remouetur ita res, sed mouetur ab ea huius appetibilitas. Sed contra. Primo. Secunda intelligentia dependet à prima sicut à fine: quia propter eam agit ex tua responsione, ergo remota ea non ageret. Sed actio cuiuslibet substantiæ separata est eius substantia: secundum opinionem Philosophi & Commentatoris 12. metaphys. ergo remota prima causa remouetur substantia secundæ intelligentiæ. Secundo. Aut ista appetibilitas est res distincta à secunda intelligentia, aut est eadem sibi. Si eadem: ergo sicut remota prima causa remouetur ista appetibilitas: ita etiam remouetur eius substantia, & per consequens substantia eius dependet à prima. Si sit distincta: ergo prima causa non est finis substantiæ secundæ intelligentiæ: sed est tantum finis appetibilitatis eius. Patet ista consequentia: quia eius substantia non dependet à prima causa sicut à fine, sed tantum appetibilitas eius. Sed sic ista responsio contradicit positioni istorum, quia ipsi dicunt quod primum principium est finis omnium & non efficiens. Et ultra arguitur de illa appetibilitate sicut prius: quia ipsa non manet remota sine. Ergo à fine dependet, & ex se est non ens. Patet igitur quod oportet omne habens causam finalem habere causam efficientem. Et ideo falsè attribuit Philosopho quod existimauerit Deum non esse primum efficiens: sed tantum finem. Tertio. Comment. dicit in de substantia orbis, quod finis significat agens necessaria significatione. Et idem apparet ex verbis Philosophi 2. phys. & 2. de anima, dicens quod finis est cuius gratia aliquid fit. Ex quibus verbis sic arguitur. Quicquid habet causam finalem, habet id cuius gratia factum est. Sed omne factum habet causam faciendem: ergo omne habens causam finalem habet causam efficientem.

Ad primum

Ad secundum

Ad tertium

Ad argumenta responderetur. Ad primum negatur Maior. Nam ratio est posterior fundamento & termino: & tamen necessario ad ea consequitur. Et quantum pertinet ad propositum dico quod necesse est in ultimo fine fundari etiam causalitatem effectiuam. Cuius ratio est: quia in quolibet effectu est duplex dependentia. Vna quidem ad finem à quo habet specialem appetibilitatem. Alia verò ad efficiens à quo habet esse: & ideo oportet duas ponere rationes quæ istis respondeant. Ad secundum negatur maior alioquin sequeretur quod aliqua substantia separata non haberet Deum pro causa finali: quod omnes negant. Patet consequentia ex illo modo arguendi. Nam ultima intelligentia habet tantum causam agentem & finalem: ergo illa quæ est immediate super eam habet tantum causam finalem: & illa quæ superior ista est, nullam habet causam. Illa igitur maior propositio non habet veritatem vniuersalem: sed vera est ad hunc sensum quod ea quæ sunt perfectissima inter effectus, scilicet substantiæ separata, habent pauciores causas: eo quod non habent causas intrinsecas, scilicet materiam & formam: quia huius causæ dicunt imperfectionem, & requirunt talem potentiam negatur minor. Ad probationem negatur minor. Ad cuius probationem dico quod philosophus non facit illam consequentiam quæ ibi ponitur: sed istam, principium primum est virtutis infinitæ: ergo non est in ma-

gnitudine. Intendit enim probare quod est separatam à magnitudine per hoc quod eius virtus est infinita. Sed non conuertitur quod sic non est in magnitudine quod habeat virtutem infinitam. Ad id quod postea subditur dico quod Philosophus non vult per illa verba dicere quod multa sint quæ habeat virtutem infinitam, sed quod multa sunt substantiæ extra omnem magnitudinem.

QUESTIO XXXIX.

Utrum primum principium moueat immediate primum mobile.

Veritas trigésimonono. Utrum primum principium quod est Deus, moueat immediate primum mobile. Et videtur quod non. Primo. Si moueret immediate, sequitur quod moueret ipsum in non tempore. Sed hoc est falsum, quia motui repugnat esse in non tempore: ergo. Consequencia probatur, supponendo duo: quorum primum est quod Deus est virtutis infinitæ, ut omnes concedunt. Secundum est quod maior virtus existens in magnitudine subiectiuè vel appropriatiuè mouet in minori tempore quam minor virtus. Tunc arguitur sic, Si prima causa mouerit in tempore, sit ille motus gratia exempli, per horam qui vocetur a, & sit aliqua causa finitæ virtutis quæ moueat aliud mobile per aliquod tempus quod vocetur b: constat quod inter a & b est aliqua determinata proportio: & sit, gratia exempli, proportio dupla: addantur postea huic virtuti finitæ alij motores: ita quod motus ab omnibus istis simul proueniens sit in tempore in duplo minori quam fuerit tempus b: ergo tunc motus à virtute finita erit equalis motui qui est à virtute infinita, quod est impossibile & contra præsuppositum secundum. Secundo tam Philosophus quam Com. 8. phy. assignant cuilibet cælo duos motores, scilicet vnum coniunctum, & alium separatam. Sed motor separatus primum mobilis est Deus: ergo non mouet nisi mediante motore coniuncto.

Prima ratio

Secunda ratio

Auicenna sententia.

Respondeo quod circa hanc questionem existimauit Auicenna. primum motum non esse immediate à Deo, & hoc propter illud principium suum falsum, quo arbitrabatur non posse ab vno esse immediate nisi vnum. Dicebat igitur quod Deus immediate produxit vnam intelligentiam quæ immediate mouet primum mobile propter primam causam tanquam propter finem. In hac autem intelligentia producta est compositio esse & essentia: cum habeat esse ab alio receptum: & per consequentiam ea est pluralitas, ratione cuius possunt ab ea multa produci. Nam hæc intelligentia intelligens se in quantum est potèntialis respectu sui esse, producit corpus cæli: & eadem intelligens se in quantum est actu producit animam cæli. Eadem quoque intelligens primam causam producit aliam intelligentiam mouentem secundum cælum: & sic successiue de aliis dicendum est. Hanc opinionem sequuntur aliqui etiam ex modernis: & dicunt eam fuisse Aristotelem. & Commenta. propter hoc quidam etiam ex nostris dum legerent octauum physicorum iuxta expositionem S. Thom. dixit Aristotelem non probasse Deum esse, sed solum probasse primum aliquem motorem, & quod probaret primam causam esse, pertinet ad 12. metaphys. Ad didit præterea octauum librum physicorum esse imperfecte traditum ab Aristotele. Sed salua veritate quomodo & à quo cælestia corpora moueantur, quia ad hoc non habemus rationes que multum conuincant: intendo probare quod prædicta non sunt de mente S. Thom. & Comment. Primo, quia S. Thom. 12. metaphys. lec. 7. reprehendit prædictam opinionem Auicennæ, quasi repugnantem dictis Aristotelem. Et addit rationem, quod ideo primum cælum mouetur immediate à prima causa ut sit congruens connexio substantiarum corporalium, & spiritualium, ita quod primum corpus mouetur à prima substantia separata: & secundum à secunda & sic de aliis. Secundo. Probare Deum esse non pertinet ad metaphysicam, sicut dicit Commenta. & Sancti Thom. sed ad naturalem, ut patuit supra: ergo metaphysicus accipit hoc tanquam probatum in naturalibus. Constat autem quod nullibi probatur nisi in 8. physico. ergo &c. Confirmatur: quia Commentator 8. Physicorum textu comment. 84. exponens verba Philosophi quod primum motor est in circumferentia maximi corporis: sic ait, omnes leges in hoc conueniunt, quoniam Deus habitat in cælo: videtur ergo quod Deus est primus motor: cum ipse primum motorem appellet Deum. Tertio. Commenta. 12. metaphysicor. Commento 44. ex intentione tenet hanc opinionem. Posita enim ibi quadam questione dicit quod forma mouens primum cælum motu diurno est illa

Conclusio.

est illa quæ est finis communis & vniuersalis omnium aliarum: & quod ipsa habet actionem communem: quæ tamè non est addita super formam propriam. Et postea subdit quod ipsa habet actionem determinatam, ad quam ordinantur actiones aliarum: sicut etiam princeps in ciuitate habet actionem propriam cui actiones aliorum deseruiunt. Constat autem quod nulla eius actio esset sic determinata nisi appropriaretur motui diurno primi corporis: quæ consequuntur alia corpora cælestia. Quarto. In metaphysica non declarantur proprietates nisi illarum substantiarum separatarum, quas esse probatum est in 8. physico. Sed in 8. physico. non probatur aliquam aliam esse supra primum motorem, ergo proprietates quas declarat metaphysicus conuenire primo principio, conueniunt primo motori: & per consequens primum principium est primus motor. Quinto. Tam Philosophus quam Commentator 2. physico. comen. 72. dicunt expressè quod proprietates primi motoris sunt: quod mouet & non mouetur, & quod est primum omnium rerum. Et patet quod ipsi loquuntur de motore proprio: quamuis sit etiam finis, ipsi enim loquuntur ibi de causa motiua, ut distinguitur ab aliis causis. Sexto. Commentator 12. metaphys. textu comment. 42. in sua expositione media reprehendit tenentes prædictam opinionem Auicennæ, dicens sic, Voluit probare primam causam esse aliam à motore motum diurnum. Et considera hoc: quia manifestum est quod Deus sit. Et si esset hoc principium abstractum non mouens, omnino fuisset natura posita ociosa vel frustra: sicut dicit Aristoteles. Confirmatur: quia Philosophus & Comment. nunquam attribuunt motum primi mobilis alteri motori appropriato, sed semper dicunt quod est actio primi principij. Item 12. meta. comen. 36. dicit Commentator quod primum mouens mouet primum corpus sine medio: loquitur autem de motore qui est Deus: quod patet: quia dicit quod est actus purus & prima substantia. Nec debet exponi, ut quidam dicunt, quod mouet sine medio corpore, quod prius moueatur: mouet tamen mediante alio motore. Tum quia nullus vnquam dubitauit an moueatur primum corpus sine corpore medio: manifestum est enim quod alioquin in hoc termino, sine, negat omne medium: quia confundit terminum sequentem: sicut si dicatur, tu es sine manu: idem est ac si diceretur, tu non habes manum: quod verum non esset si aliquam manum haberes.

Ad primum.

Notandum.

Ad argumenta responderetur. Ad primum dicunt aliqui Aristotelem & Aueroem putasse primam causam non habere virtutem infinitam intensiue, sed tantum extensiue, id est, ad mouendum tempore infinito, & ideo non sequitur quod moueret in instanti. Et si dicatur contra eos: Philosophus probat 8. phy. quod non est in magnitudine, quia eius virtus est infinita, virtus autem infinita secundum durationem potest esse in magnitudine: ut patet de cælo. Respondent quod intelligit de magnitudine habere materiã: quia omne habens materiã est transmutabile, & ideo non potest esse æternum. Sed mihi videtur quod responso S. Thom. sit optima: ad cuius euidentiam sciendum est quod formæ existentes in magnitudine ita agunt de necessitate naturæ: quod agunt secundum totam earum virtutem: propter quod si in materia esset aliqua virtus infinita ipsa ageret utique infinita velocitate: quia non esset alia ipsa ageret utique infinita velocitate: quia non esset alia per quod determinaretur ad certum gradum velocitatis. Substantia verò agens per intellectum etiam si poneretur agere de necessitate naturæ: quia scilicet, necessariò intelligit, & vult, agit tamen mediante cognitione: & ideo non agit tota virtute sua, sed quantum determinatur ei per suum intellectum & voluntatem siue ista determinatio sit libera, siue non. Cum igitur prima causa per intellectum & voluntatem moueat cælum, non mouet ipsum infinita velocitate, sed finita. Nec est inconueniens quod motus qui est à virtute finita sit proportionalis motui qui est à virtute infinita, quando virtus infinita non agit secundum totam suam virtutem: sed sicut aliter iuxta dicta Commentatoris: quod consequentia non tenet: dictum enim fuit quod prima causa est in magnitudine appropriatiuè: quia est appropriata motui diurno: est etiam extra magnitudinem: quia ipsa in quantum est finis, nulli corpori appropriata est. Motus igitur primæ causæ in tempore est, quia est ab ipsa in quantum est in magnitudine secundum appropriationem. Intentio autem Philosophi est probare 8. physico. quod licet prima causa sit aliquo modo appropriata magnitudini, non tamen est omnino & simpliciter ei appropriata, scilicet, ex ea parte: quæ sibi conuenit infinitas propriam, mouet ut finis, quia si sic esset appropriata (cum in quantum mouet ut finis, quia si sic esset appropriata) moueret ut sic in infinita) ageret in non tempore: quomodo tamen intelligendum sit valere consequentiam Philosophi, qua

dicit quod si virtus infinita esset in magnitudine, moueret in non tempore, magis dicitur in sequentibus. Dico præter ea quod licet prima causa non moueat infinita velocitate, potest tamen mouere accipiendo infinitum syncategoricè. Data enim quacunque velocitate Deus possit maiori velocitate cælum mouere. Ad secundum dicitur quod habet duos motores: non tamen realiter distinctos.

Ad secundum

Tex. 37.

Intellectus autem ab intelligibili mouetur.

Hunc textum sic continuat S. Tho. cum præcedenti: dictum est enim quod primum motor mouet ut appetibile appetitu rationabili, principium autem illius appetitus est intelligentia, quia voluntas nihil vult nisi id quod intellectus intelligit. Ipse verò intellectus mouetur ab intelligibili sicut ab obiecto. Sed Commenta. aliter exponit dices, quod Philosophus declarauit primum motorem esse substantiam æternam immobilem sine materia, & quod mouet sicut appetibile & intelligibile. Et quia omne mouens mouet per aliquod principium. Nunc declarat quid sit illud quo primum motor mouet: & dicit quod principium illius motus est imaginatio per intellectum, id est, principium illius motus non est phantasia nec sensus, sed imaginatio per intellectum, quæ est actio ipsius intellectus, substantia vero in intellectu, in quantum actu intelligit est intellectio, quia secundum ipsum in separatis à materia, actio intellectus est ipsemet intellectus, & est res intellecta. Et sic patet quod intellectus primi motoris, mouetur ab aliquo obiecto à quo etiam habet quod amet mouere cælum. Postea subdit quid sit istud obiectum intelligibile, dicens quod intelligibile est quædam coordinatio, quia sicut in mouëtibus & motis est ordinatio, in quantum vnum mouens est alteri causa mouendi, ita vnum intelligibile est principium intelligendi alia. Inter omnia verò intelligibilia prius est substantia quæ accidens, ut dictum est libro 7. & inter substantias prius est intelligibilis secundum se illa quæ est actu, quam quæ est in potentia, cum potentia non intelligatur nisi per actum. Ex quo sequitur quod obiectum mouens intellectum primi motoris est substantia maxime in actu, & nullam habens compositionem: talis autem substantia supra probata est esse ipse primus motor, & sic consequenter sequitur quod intelligibile mouens intellectum primi motoris, est eius substantia. Et quia dixit primum motorem esse simplicem, possit aliquis credere quod idem esset ac si diceretur ipsum esse vnum dicit Philosophus quod hoc non est verum, quia vnum secundum famosam eius acceptionem dicitur tantum de continuo, & consequenter significat aliquid quod est multa in potentia. Et etiam dicit mensuram, ut patuit libro 10. Simplex autem significat dispositionem ipsius rei secundum quod non est constituta ex multis. Et sic probauit quod primus motor est substantia æterna & simplex ex ratione intelligibilis, idem etiam probat ex ratione appetibilis tali ratione. Id quod est nobilissimum intelligibile, etiam nobilissimum appetibile, aut aliquid ei proportionale. Sed primus motor est nobilissimum intelligibile, ut patet ex conclusione præcedenti: ergo &c. Maior probatur, quia primum intelligibile est appetibile propter se cum probatum sit ipsum esse optimum. Alia vero in ordine ad ipsum appetuntur. Dixit autem vel aliquid ei proportionale ut exponit S. Tho. quia intelligibilia actu sunt secundum quod sunt in intellectu, appetibilia verò secundum quod sunt in rebus: tamen istud verbum non est in textu Arabico. Sed contra hanc conclusionem arguitur. Vbi est appetibile & bonum, ibi est ratio finis cum sint idè, sed in immobilibus non est finis ut dictum est supra: ergo nulla substantia immobilis est appetibilis. Ad hoc respondet Philosophus quod diuisio finis soluit hoc argumentum. Nam aliquis est finis præexistens operationi per quam acquiritur, sicut locus deorsum est finis motus corporis grauis & talis est in immobilibus, & primus motor hoc modo acquiritur per operationes intelligentiarum. Alius est finis qui non est in actu, sed tantum in intentione agentis per cuius actionem talis finis producitur, sicut domus est finis operationis ædificatoris, & talis finis non est in immobilibus, præsertim in primo motore, & ita exponit Alexander & Commentator, & Sanctus Thomas. Sed quia cuilibet motori oportet assignare aliquid mobile, subdit Philosophus, quod à primo motore mouetur primum motum, id est, primum mobile, scilicet, octaua sphaera, & ea mediante mouetur alia sphaera & etiam generabilia & corruptibilia. Et si quaeratur quare potius dixit quod primus motor mouet ut amatum quam ut desideratum, respondet S. Tho. quod hoc ideo est: quia desiderium est tantum rei non habitæ, primus autem motor semper actu mouet, unde licet non desideret mouere, tamen amat mouere: quia amor potest esse rei quæ habetur.

Conclusio

Ratio Arist.

Contra conclusionem.

Responsio.

Si quis

tionis in his terminis, potentia est formaliter infinita: ergo est possibile quod aliqua talis potentia sit. Sed omne quod potest esse in rebus sempiternis, in eis est: ut dicitur tertio physicor. tex. comen. 33. ergo aliqua potentia est actu formaliter infinita. Confirmatur, quia in ente necessesse esse, non potest esse aliquid contingens: ergo quicquid est possibile ibi esse, semper necessario in eo est. Dicitur forte quod ista propositio infinitum non repugnat enti: potest dupliciter intelligi. Vno modo quod nulli enti repugnet: & sic est falsa. Alio modo quod non repugnet enti in quantum ens: & sic est vera: sed non sequitur, ergo Deus est infinitus. Sed contra. Quod non repugnat enti in quantum ens, possibile est enti conuenire: ergo potest esse aliquid infinitum: ergo vel hoc est Deus, vel aliquid aliud. Si Deus est infinitus, quicquid potest ei conuenire actu conuenit ei. Si aliud: ergo possibile est esse aliquid maius Deo: & cum id quoque esset Deus, si esset in natura, sequitur quod aliquid potest esse Deus, quod nunc non est Deus. Secundò. Quicquid est possibile fieri, dicitur possibile per aliquam potentiam actiuam à qua in actu reduci potest: ut patet 5. & 6. metaph. tex. com. 12. Sed possibile est corpus remisse calidum in instanti transmutari ad summam caliditatem non quidem per motum, sed per subitã transmutationem: quia hic non apparet esse aliqua cõtradiçtio nec repugnantiã formalis: ergo in natura est aliqua virtus potens sic transmutare. Sed talis non potest esse virtus nisi sit infinita, quia excedet in infinitum in velocitate suã actionis omnem aliam virtutem, ergo in natura est virtus siue potentia formaliter infinita. Tertio. Cuiuslibet virtutis finitã additur aliquid per causalitatem causã secundã. Sed virtuti primã causã nihil additur per causalitatem causã secundã: ergo non est finita. Probatur maior. Cõstat autem quod neque intelligentia neque sol possunt causare hominem in quantum est homo: nec leonem in quantum est leo, licet enim cõelum per motum suum possit causare corpus, non tamen potest se solo causare tale corpus, quale est homo vel equus: sed necessariò requiritur agens proximum & particulare determinans causalitatẽ illius agentis vniuersalis ad effectum talem, vel talem: & per consequens patet, quod addit aliquid causalitã illius causã prioris: quia causa prior coniuncta causã posteriori potest in aliquid in quod non potest se sola. Minor etiam probatur. Tum quia prima causa potest quantum ex se, producere sine causis mediis. Tum quia si causalitas causã primã est perfectior ex additione causalitatis & virtutis causã secundã, sequitur quod quanto effectus producitur mediãntibus pluribus causis, tanto est perfectior: quia est à maiori virtute. Sed hoc est falsum: quia effectus immediate producti à primã causa præcise sumpta, cuiusmodi est cõelum & subitantiã separata, sunt nobiliores. Dicunt aliqui ad istã quod si maior intelligitur de additione perfectionis ipsa est vera: quia aggregatum ex duobus entibus finitis est perfectius quolibet eorum per se accepto. Si vero intelligitur de additione ad operandum: quasi quod illud aggregatum sit potentius ad operandum, sic ipsa est falsa. Sed contra. Ista responsio dicitur implicare: quia quicquid est maioris perfectionis est potentius ad operandum: cum nulla res destituatur operationibus suis: & quæ sunt nobiliores in entitate & natura sua possunt nobiliter agere & operari: eo quod operatio, quæ est actus secundus proportionatur virtuti, quæ est actus primus: & virtus proportionatur entitã in qua fundatur.

Ad primũ.

Ad secundũ.

Ad tertium.

Ad quartũ.

Ad primũ dicitur quod effectus sensati dupliciter possunt intelligi ducere nos in notitiã infinitatis primã causã. Vno modo ratione perfectionis entitatis eorum: & sic nullus arguit causam esse infinitam. Alio modo quantum ad modum quo producitur: & sic quælibet substantia incorruptibilis arguit Deum esse infinitum in vigore: quia nulla talis potest produci nisi ex nihilo. Ad secundum negatur maior loquendo de virtute actiua quæ agit nullo præsupposito suã actionis: sed sufficit quod tali potentia correspondeat multitudo entium possibilium in infinitum. Ad 3. negatur maior quando potentia ordinatur ad aliud tanquam ad finem, cuiusmodi est potentia primã causã. Frustra enim est, quod non consequitur finem ad quem ordinatur. Dico præterea quod etiam minor est falsa: potentia enim primã causã exit in actum eo modo quo est possibile ipsam in actum exire, non quidem producendo effecta in infinitum, sed producendo entia finita in infinitum. Ad quartum dicitur quod dupliciter accipitur proportio. Vno modo vt dicit determinatur excessum vnus super aliud: puta quia est maius eo in duplo vel triplo, & sic de aliis speciebus proportionum. Alio modo prout dicit quancunque habitudinem vnus ad aliud siue causã ad effectum, siue potentia ad obiectum. Primo modo non

opotet motorem proportionatum esse mobili: sed sufficit quod secundo modo: quia tota ratio quare requiritur ista proportio, est vt superet resistantiam mobilis: quã ita superat si sit infinitum sicut si esset finitum. Et præsertim potest esse infinitus excessus virtutis motoris super virtutem mobilis: quando motor mouet successio, aut est tunc potest determinare velocitatem in motu: prout sibi placet.

QVÆSTIO XLIII.

Vtrum prima causa possit mouere cælum in non tempore.

Quæritur quadragesimotertio. An prima causa ex sua infinita virtute possit mouere in nõ tempore cælum, cui est motor appropriatus. Et videtur quod sic. Primo. Non minori velocitate potest Deus mouere cælum, quàm sit velocitas quæ moueret agens naturale corpus graue, ab eo genitum in vacuo. Sed agens naturale moueret corpus in vacuo in instanti: vt probatur 4. phys. text. comment. 71. ergo &c. Confirmatur. Vbi est nulla resistantia ibi est infinita velocitas, & per hanc rationem probatur, quod in vacuo esset motus in non tempore. Sed mobile nullam habet resistantiam respectu virtutis primi motoris quæ est infinita, ergo &c. Secundò. Qualis est proportio virtutis ad virtutem, est talis proportio velocitatis ad velocitatem: vt dicitur quarto phys. comment. 71. nam maior virtus mouet in minori tempore. Sed virtutis infinita ad virtutem finitam nulla est proportio: quia quacunque data, adhuc virtus infinita excedit finitam: ergo velocitas quæ est à virtute infinita excedit improportionabiliter velocitatem, quæ est à virtute finita. Sed omnis velocitas mensurata tempore, est proportionabilis cuiuslibet alteri quæ tempore mensuratur: quia quacunque data est vel in duplo vel in triplo: & sic de aliis, maior vel minor ea: ergo nulla potest talem datam excedere improportionabiliter, nisi ea tantum quæ est in instanti. Tertio. Arguit Philosophus 8. phys. quod si virtus infinita esset in magnitudine, moueretur in non tempore. Sed non minus potest mouere si sit separata à magnitudine, ergo potest mouere in non tempore. Quarto. Omnem effectum quem possunt agere secunda producere in tempore: potest prima causa producere in instanti, ergo quemlibet situm potest in quolibet corpore in instanti causare. Quintò. apprehendat intellectus cælum moueri localiter talis apprehensio est instantanea sicut & alij actus rationis: accipio igitur illud instans in quo intellectus format hanc propositionem motus: & quæro vtrum in illo instanti talis propositio sit vera, constat enim quod sic: cum cælum cõtinuè moueatur, ergo suum significatum vel verum pro tunc. Sed suum significatum est cælum moueri, ergo verum est quod in aliquo instanti est motus cœli.

Prima ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Notandum.

Pulchre dicitur de motu.

Conclusio.

Respondeo. Et prius declaro titulum quæstio. Ad cuius euidentiã sciendum est: vt vult Commentator 3. phys. comment. 9. quod motus non est entitas distincta à rebus permanentibus: sed est ipsamet forma quæ per motum acquiritur. Talis autem forma absolute considerata non dicitur motus: sed solum vt est in quodam transitu & fluxu de imperfecto ad perfectum: & ideo ibi dicit Commentator quod motus est forma siue ens. Forma autem, vt est in tali fluxu habet duos respectus qui sunt respectus rationis cum sint eiusdem ad seipsum. Primus est respectus ad seipsam consideratam, vt prius habebat esse imperfectus quam nunc. Secundus est respectus ad seipsam: vt post habebit esse perfectus. Et ideo dixit philosophus quod motus est actus existentis in potentia: in quantum huiusmodi quia ipsum mobile non mouetur nisi pro quanto est intendentiã & potentialitate ad vltiorem perfectionem. Possumus igitur de motu loqui dupliciter. Vno modo accipiendo motum pro illa entitate quæ est motus, & sic nõ quæritur in proposito: quia manifestũ est quod Deus potest talem rem, puta calorem, albedinem, & huiusmodi, in instanti producere. Alio modo potest accipi motus quo ad rationem motus: quod est quætere, an Deus possit facere quod aliqua talis res in instanti habeat omnia quæ sunt de ratione motus: siue, an possit facere quod aliquid in instanti moueatur. Et sic intelligendo quæstionem respondet, quod impossibile est, Deũ mouere cælũ, aut quodcunque aliud in instanti. Et hoc probatur. Primo. In nulla mēsurã potest esse motus nisi in ea sit prius & posterius, in instanti nõ est prius & posterius, ergo in instanti non potest esse motus: Minor patet. Maior probatur. Vbi est ordo, ibi est prius & posterius. Sed de ratione motus est ordo: vt dictũ fuit: ergo motus nõ potest esse in aliqua mēsurã nisi in ea sit prius, & posterius.

Aeris. Confirmatur: quia Commentator 3. phys. comment. 4. dicit quod motus nihil aliud est, quàm generatio partis post partem illius perfectionis ad quam vadit. Secundò. Impossibile est motũ esse sine successione: quia vt dictũ est secundum Commentatorem 3. phys. com. 9. & communiter secundum alios aut motus esse ipsamet successio, aut est forma succedens. Sed in instanti non potest esse successio, vt satis patet ex natura eius: ergo &c. Tertio. Si motus esset in instanti, sequitur quod contradictoria simul essent vera. Sed hoc esse non potest: alioquin primum principium falsificaretur: ergo &c. Consequentia probatur. Si aliquid mouetur in aliqua mensura, continuè se habet per totam illam mensuram aliter quã prius. Istud patet, quia si haberet se etiam per aliud modicum, eodem modo iam quiesceret. Id autem quod se habet aliter quam prius, habet aliquid quod ante non habuit: vel non habet aliquid quod ante habuit: ergo si aliquid mouetur in instanti, in eodem instanti habet aliquid quod ante non habuit in illo instanti: & similiter non habet aliquid quod ante habuit in illo instanti & per consequens in eodem instanti haberet aliquid & non haberet, quæ sunt contradictoria. Quarto. Quiescat nunc cælum & incipiat moueri ab oriente in occidentem completa reuolutione: ita quod per te moueatur in instanti in hanc horã, tunc sic, Sol in hoc instanti est in eodem loco in quo prius fuit. Et idẽ dico de omnibus partibus cœli, ergo in hoc instanti sol non est motus: & per consequens sequitur quod moueatur, & nõ mouetur. Antecedens patet, quia ex casu ponitur quod est motus completa reuolutione. Consequentia probatur: quia impossibile est aliquid moueri localiter nisi deperdat vbi, & habeat prius. Quidam ad hanc rationem dicunt quod ad hoc quod aliquid moueatur non requiritur quod deferat locũ in quo prius erat: sed sufficit quod acquirat nouũ vbi. Et quia, vt dicunt, vnum corpus potest simul esse in pluribus locis: tunc in casu posito tale corpus haberet locum in quo erat ante: & haberet locum de nouo acquisitum: sicut etiã si aer sit calidus & tenebrosus, si in eo acquiratur lux erit vtique mutatus, dato quod nõ deperdat calorem, quia ad motum nõ requiritur terminum positiuũ à quo, abieci: sed sufficit nouam realitatem acquiri. Ista responsio videtur irrationabilis. Primo, quia ponit idem corpus simul in duobus locis: & per consequens ponit duo opposita simul in eodem. Quod patet: quia vt Philosophus in 3. cœli & mundi, omnis locus alteri cõparatus est sursum vel deorsum, vel ante vel retro: aut dextrum vel sinistrum: quæ sunt contrariæ positiones. Secundò. Omnis motus, vel omnis mutatio est inter terminos incompossibiles: vt probatur primo phys. tex. com. 42. ergo nõ est possibile id quod mouetur habere simul terminum à quo & terminũ ad quem. Tertio. Deficit responsio in exemplo suo: quia calor non est terminus à quo illuminationis: & ideo non est ad propositum. Et ideo apparet motum non posse esse in instanti, & per consequens, quod de ratione ipsius est successio: sicut etiam expresse ponit Commentator in libro de substantia orbis. Quintò principaliter arguitur. De ratione motus est, quod sit actus permixtus potetie: ex eo quod est actus existentis in potentia: mobile igitur dũ mouetur habet ex formalitate motus, quod partim habeat de actu qui per motũ acquiritur, & partim caret eo: ergo vel oportet dare aliud instans in quo acquirat illud quo caret: & cũ inter quælibet duo instantia mediet tempus, necessario motus est in tempore: aut oportet dicere quod in eodem instanti caret actu siue prima parte formã, ad quam est potentia: & cum hoc habeat ipsam, quod est eam habere & non habere, quæ sunt contradictoria. Procedit autem ista ratio ex propria diffinitione motus quæ ab eo auferri non potest. Confirmatur, quia si motus esset in instanti: tunc omnes partes eius essent simul: & per consequens, motus esset de numero rerum permanentium.

Ad primũ.

Ad secundũ.

Ad tertium.

Ad primũ negatur minor: cuius ratio est: quia quod motus non possit esse in instanti non est tantũ ex resistantia medijs: sed etiam ex resistantia mobilis ad motorem: quia mobile est tale in potentia quale est mouens in actu: & habet situm cõtrarium ei quem intendit motor: & ideo in va cuo non esset motus nisi in tempore quod contingeret ob resistantiam mobilis. Sed de hoc alias dicitur. Dico autem quantum pertinet ad propositum quod præter supradicta repugnat motum esse in instanti etiam in vacuo propter resistantiam formalis rationis ipsius motus: & per hoc patet ad confirmationem. Ad secundum dicitur, quod motus qui est à virtute infinita, etiam si moueret ex necessitate naturæ, est proportionalis illi qui est à virtute finita: & per consequens velocitas eius est finita. Ad tertium negatur minor: quia si esset in magnitudine non esset intellectiua: cum in intellectus non sit partibilis & extensus, & per consequens

non moueret per intelligere & velle determinatum, ex se autem liberẽ ad certam velocitatem. Et ideo quantum esset ex parte eius, moueret in instanti: licet hoc esse non posset propter repugnantiam ipsius motus. Ad quartum negatur antecedens de hocbus successibus, cuiusmodi est tempus, & motus cum hoc repugnet rationi eorum. Ad quintum dicitur quod posito illo casu hæc esset vera: motus est in instanti: sed falsa esset ista, in instanti est motus: quia in prima stat materialiter, & in secunda formaliter.

Ad quartũ.

Ad quintũ.

QVÆSTIO XLIIII.

Vtrum prima causa possit mouere cælum velocitate maiori in infinitum quàm moueat.

Quæritur 44. Vtrum prima causa in infinitum possit mouere cælum maiori velocitate quam moueat. Et videtur quod non. Primo, quia Philosophus 2. li. cœli dicitur nullum motum posse esse velociorem motu diurno: quod niam velocissimus est, cum breui spatio mobile perueniat ad maximam distantiam. Secundò. De ratione cuiuslibet motus est, quod habeat duos terminos determinatos: nõ de terminatus terminus calefactionis est calor: & dealbationis albedo. Cuius ratio est: quia oportet terminos motus esse terminos per se: & præsertim hoc oportet fieri de termino ad quem, quia ab eo motus specificatur, vt dicitur 5. phys. tex. com. 4. Ex hoc sequitur, quod nullus motus est, cuius non ita sit hic terminus aliquis ad quẽ quod nullus alius est per se & proprius terminus eius. Sed si velocitas motus posset intendi in infinitum, nullus esset specialis & determinatus & proprius terminus huius intentionis: quia data quacunque velocitate in ea non completur hæc intensio, sed adhuc procedit vltius, ergo &c. Tertio. Nullus motus naturalis est ad impossibile, alioquin non ageretur frustra. Sed impossibile est dari velocitatem in motu actu infinitam: ergo repugnat, alicuius moti velocitatem posse augeri in infinitum. Quarto. Omnis tendentiã in infinitum est ad aliquid imperfectũ, & est ratione materiã vt patet 3. phys. com. 67. & 68. Ideo enim continuum potest diuidi in infinitum: quia partes continui habent rationem materiã: & quia totum habet rationem formã ideo non potest ipsum continuè augeri in infinitum. Sed procedere ad infinitã velocitatẽ, est procedere ad formã & ad perfectionem: ergo &c. Quintò. Quanta velocitate Deus mouere potest cælum, tanta ipsum mouere potest. Ponatur ergo in esse quod moueat quanta velocitate potest, ergo non poterit velocius mouere: & per consequens non in infinitum velocius.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

In infinitum duobus modis.

Conclusio.

Respondeo, quod aliqua velocitas potest dupliciter esse infinita. Vno modo syncategorematicè. Alio modo categorematicè. Infinitum categorematicè est carẽ sine omnino: sicut si vna linea nullum terminũ haberet: nec aliquem punctum in actu ex vlla parte: ipsa esset infinita. Et ad hunc sensum probatum fuit quod præcedenti quod nulla virtus potest mouere cælum in instanti: quoniam talis velocitas esset infinita categorematicè. Infinitum syncategorematicè est illud, quod alteri comparatum est maius in duplo & in triplo, & sic successiue: ita quod nulla est determinata proportio qua vnum excedit aliud: sed qualibet assignata adhuc est maius. Et ad hunc sensum quæritur hic, An primus motor possit ex sua virtute mouere cælum tanta velocitate quã nulli alteri sit proportionabilis. Et respondetur quod sic. Ad cuius euidentiã est sciendum, quod tanto aliquis motus est velocior, quanto fit in minori tempore super æquale spatio: vt dicitur 6. & 8. phys. tempus autẽ cũ sit continuum, est diuisibile in infinitum: & per consequens data quacunque parte temporis, adhuc minor dari potest. Ex quo sequitur, quod non est dare minimum tempus mensurans motũ: sed procedere in infinitum: ita quod quocunque dato potest dari aliud in duplo & in triplo minus: & sic in infinitum. Ex eis arguitur sic. Primo. Tanta velocitate potest Deus mouere cælum, quanta velocitas motui non repugnat. Sed motui non repugnat infinita velocitas syncategorematicè: ergo potest Deus mouere cælum infinita velocitate. Maior patet: quia cum non repugnet ex ratione motus nec etiam repugnet ex parte virtutis agentis quæ est infinita: sequitur quod ipsa potest motui cõuenire. Quod enim aliqua velocitas non possit esse in motu, non potest esse ex alia causa, quia vel repugnat motui ex propria ratione, vel virtutis motoris. Minor probatur. Ita diuiditur motus, sicut diuiditur tempus: vt patet 7. phys. com. 17. Sed tempus est diuisibile in infinitum, ergo & motus: ergo quocunque motu dato potest dari velocior. Secundò. Si primus motor nõ possit mouere infinitã

Tex. cõ. 11. & 14.

velocitate. sed determinata: ita quod tempus mensurans motu quod mouet, esse in aliqua determinata proportione ad quodlibet aliud tempus datum: sequitur quod tanta velocitate posset mouere virtus finita sicut virtus infinita: etiam si utraque ageret secundum totum conatum sive ex necessitate naturae. Sed hoc est falsum & contra Philosophum 8. phy. ergo & c. Consequentia probatur. Virtus infinita non potest mouere per se, nisi in tempore determinata proportione. Sit igitur virtus infinita a, mouens tempore b, & sit virtus finita c, mouens tempore d, temporis b, ad tempus d, est finita proportio: & sit gratia exempli proportio dupla. Tunc sic. Non repugnat vel saltem est imaginabile dari unum motorem in natura finitum: cuius virtus sit dupla ad virtutem c, quia vt supra probatum fuit, possibile est procedere in infinitum in perfectionibus specificis: & dato quod hoc non esset, adhuc si quitur argumentum, vt patet intelligenti: posito quod c, sit finita intelligentia: & postea accipitur superior intelligentia in duplo perfectior quae sit f. Tunc sic, a, virtus infinita est tantum in duplo maior c, & f, virtus finita est in duplo maior c, ergo a & f, sunt aequalia. Sed a, est infinita: & f, finita: ergo & c. Tercio. Possibile est augeri numerum in infinitum: ergo etiam possibile est moueri aliquid maiori velocitate in infinitum: consequentia videtur nota: quia non magis repugnat enti in actu infinita velocitas, quam infinitus numerus. Antecedens probatur. Tanto potest augeri numerus quantum potest diuidi continuum: quia ex diuisione continui numerus causatur 3. phy. Sed continuum potest diuidi in infinitum, vt ibi dicitur, ergo & c. Quarto. Si non posset moueri in infinitum velocius, sequitur quod esset dare maximam velocitatem possibilem esse. Sed hoc est falsum: ergo & c. consequentia patet. Falsitas consequentis probatur. Augeret velocitas secundum augmentum virtutis motoris vt probatum est ex 4. phy. Sed virtus primi motoris ponitur infinita, ergo non esset dare maximam velocitatem qua posset mouere.

Tex. cō. 56.

Te. cō. 71.

Ad primū.

Ad secū.

Ad tertium.

Ad quartū.

Ad quintū.

tutis infinita: Et arguitur quod non. Primo, quia nihil potest demonstrari de primo principio nisi per ea quae apparent sensui: vnde dicit Commentator 8. phys. com. & 3. de anima, commento: quod experimentum sermonum verorum est vt concordent rebus sensatis. Sed omnis motus coelestis est determinata velocitatis: & omnia alia entia sunt determinate entitatis: ergo ex nullo eorum potest argui efficaciter virtutem primi principij esse infinitam. Secundo. A virtute finita si sit infatigabilis, potest esse perpetuus motus: quia quod aliquod mouens non possit suum motum perpetuare est: quia defatigatur. Sed si substantia separata & maxime primum principium non defatigatur mouendo caelum: nec aliquo modo transfatur. Ergo ex hoc non arguitur quod sit infinita virtutis. Tertio. Virtus finita manens incorruptibilis, potest mouere in infinitum, vt concedit etiam S. Tho. 8. phys. ergo motus aeternus potest esse a virtute finita. Quarto. Si aliqua infinitas motus requirit in motore virtutem infinitam, illa non est similitudinaria, sed vera & propria. Sed infinitas motus caeli est tantum similitudinaria: cum sit solum infinita per reiterationem: nec est infinita, quia habeat partes alias & alias numero infinitas: ergo & c.

Respondet quod aliquid esse infinitum contingit duobus modis. Vno modo secundum extensionem duratiuam: & hoc modo ab omnibus est concessum primum principium esse virtutis infinitae: quod aperte patet: quia alioquin non posset continuare motum in infinitum: vnde ex perpetuitate motus efficaciter concluditur de principio primo talis infinitas virtutis. Alio modo est aliqua virtus motus infinita intensiue: quia scilicet data quacunque velocitate, adhuc maiori velocitate mouere potest: & de hoc est dubitatio. Hanc distinctionem virtutis infinitae posuit etiam Commentator in libro de substantia orbis, & secundo caeli, commento 38. & 3. phys. com. commento 63. & 65. Tum quia si motor non haberet virtutem terminatam: sequitur quod non haberet naturam terminatam: & sic esset non ens. Tum quia infinitum in actu non est ens: ergo nec est actus purus. Tum quia si aliquid esset infinitum, pars esset aequalis toti, patet consequentia: quia quaelibet pars infiniti est infinita. Et propter hoc dixit Commentator 8. phys. com. commento 79. loquens de tali infinitate quod virtus primi motoris non est finita nec infinita, quia finitum & infinitum sunt proprietates quantitatis. Sed istae rationes non concludunt, nisi quod in vno principio nihil est infinitum praeuatiue sive secundum quantitatem, non autem concludunt quin eius virtus, & substantia sint infinita secundum perfectionem, quia in tali infinito non est totum nec pars, nec aliqua potentia admixta. Dico igitur aliter ad quaestionem, quod ex perpetuitate motus sufficienter conuincitur primum principium esse infinite virtutis non solum extensiue, sed etiam intensiue. Ad cuius euidentiam praemittit aliqua. Primum est, quod tempus mensurans motum localem, dupliciter accipi potest. Vno modo secundum partes mobilis. Alio modo secundum partes magnitudinis super quam sit motus. Secundum partes quidem mobilis, accipitur in quantum vna pars mobilis prius pertransit aliquid signum in magnitudine quam totum mobile ipsum pertransit. Secundum autem partes magnitudinis, accipitur in quantum totum mobile prius transit aliquid signum in magnitudine quam totam magnitudinem. Ex hoc patet quod si motus est infinitus secundum partes mobilis: oportet quod mobile sit infinitum corpus. Nam si esset finitum, omnes eius partes transirent determinatum signum magnitudinis tempore finito. Et quia infinitum corpus non potest moueri nisi a virtute infinita intensiua: cum semper virtus motoris excedat virtutem mobilis: ideo oportet quod mouens tempore infinito quod sit infinitum secundum partes mobilis, sit infiniti vigoris. Si autem sit motus infinitus secundum partes magnitudinis, pura, quia totum mobile prius transit vna parte magnitudinis quam totam: & per circulationem redit ad partem in qua prius fuit, non requirit praecise ex hoc virtus infinita in motore: sed sufficienter virtus immobilis. Dixi praecise propter ea quae sequuntur. Praemittit secundo, quod motus localis potest esse infinitus dupliciter. Vno modo per se. Alio modo per accidens. Infinitum per se est in motu ex partibus mobilis: quia quantitas motus quae attenditur ex parte mobilis competit ei secundum proprium subiectum: & ita inest ei per se. Infinitum autem per accidens est in motu ex partibus longitudinis: quia est solum per reiterationem motus ipsius mobilis. Praemittit tertio quod prima causa infinitatis motus quomodocunque motus sit infinitus: est per se causa infinitatis: quia si esset causa per accidens haberet aliam causam priorē, & sic non esset prima. Praemittit quarto, quod virtus causa per se determinatur ad effectum

Primatio.

Secunda ratio.

Tertiaratio.

Quarta ratio.

Distinctio.

Quibus rationibus prohibetur. Aueniens Deum non esse infinitum virtutis.

Conclusio.

Suppositum primum.

Suppositum secundum.

Suppositum tertium.

Suppositum quartum.

esse cum per accidens, vt dicitur 2. phy. & 5. Met. tex. com. 2. Nullum ex his quae praemissa sunt potest negari nisi praeteruendo: & ea ponit Philosophus. Ex his arguitur sic. Primum principium quod est Deus, est prima causa infinitatis motus qui est infinitus per accidens, scilicet, per reiterationem: ergo huic causa oportet assignare vnum effectum per se, id est, motum qui per se esset infinitus. Antecedens ab omnibus est concessum, siue enim Deus immediate moueat primum mobile & effectiue, siue tantum vt finis, semper est causa prima. Consequentia patet ex 4. praesupposito. Sed motus infinitus per se est ille, qui attenditur ex partibus mobilis, ergo si daretur aliquod corpus siue aliquod mobile infinitum, prima causa haberet virtutem ad mouendum ipsum. Et si forte moueri non posset, hoc non esset ex defectu virtutis primae causae: sed quia tale corpus omnia occuparet. Tunc ultra. Prima causa habet virtutem ad mouendum mobile infinitum. Sed talis virtus est infinita intensiue, vt probatum est in primo praesupposito, ergo prima causa habet virtutem infinitam. Et sic patet quod ex perpetuitate motus consequenter concluditur & necessario infinita virtus primi principij. Secundo arguitur ad idem: & suppono quod nulla intelligentia est in magnitudine. Hoc ponit Philosophus 12. Met. & etiam 8. phy. & maxime ipsum haberet ponere Commentator: quia ipse vult quod nullus intellectus sit in materia. Suppono secundo, quod Philosophus 8. Phys. demonstrat specialiter primam causam non esse in magnitudine: ita quod esse separatum & abstractum magis conuenit ei quam aliis motoribus. Ratio autem Philosophi est ista. Nulla virtus infinita est in magnitudine. Sed virtus primi motoris est infinita: quia mouet tempore infinito: ergo non est in magnitudine. Quare quomodo accipit infinitum in antecedente. Si dicas quod secundum durationem, tunc maior est falsa: nam caelum habet virtutem hoc modo infinitam secundum ipsum ad mouendum elementa tempore infinito. Si secundum vigorem & intensiue: habeo propositum.

Ad primum.

Ad secundū.

Ad tertium.

Ad quartū.

QUESTIO XLVI.

Vtrum primum principium sit extra omnem magnitudinem.

Quomodo sint intellectus demōstrationes. Ari. 8. phy. **Q**uestio 46. Vtrum primum principium, quod est Deus, sit extra omnem magnitudinem. Ista quaestio est secundum se facilis, quia supra probatum est quod prima causa est separata ab omni potentia: quod esse non potest, si esset virtus in magnitudine existens. Sed difficultas est propter duas rationes quas ponit Philosophus Physic. tex. com. 80. & 12. Met. tex. c. 41. ad hoc probandum: vbi sic arguitur in secunda figura, Nulla potentia infinita est virtus in corpore. Sed potentia primi principij est infinita cum moueat tempore infinito, ergo non est virtus in corpore. In ista autem ratione est vnum declarandum, scilicet quomodo maior propositio sit vera in qua dicitur, quod nulla virtus infinita potest esse in corpore siue in magnitudine. Secunda ratio est ista, Si virtus infinita esset in magnitudine: sequitur quod ipsa moueret in non tempore: quia ageret secundum suum totum posse. Sed nulla virtus quae est in corpore mouet in non tempore, ergo virtus infinita non est in magnitudine. Dubium est enim quomodo valeat ista consequentia: praesertim quia secundum Philosophum prima causa mouet ex necessitate naturae: & consequenter secundum suum totum posse, ergo si est infinita, licet sit extra omnem magnitudinem adhuc sequitur, quod moueat in non tempore. Quantum ad primam propositionem sciendum est, quod multipliciter declaratur illa propositio. Quidam enim dicunt quod intentio Philosophi fuit

probare solum quod virtus infinita, id est, mouens tempore infinito non potest esse in corpore corruptibili & fatigabili: quia talis virtus continuè debilitatur propter resistentiā mobilis: & ideo tandem consumeretur & desineret esse, & ita non moueret infinito tempore. Iste modus dicendi est quidem verus in se, sed non ad metem Philosophi, vt probatum fuit in illa q. qua quaeritur an prima causa sit infiniti vigoris. Quidam vero aliter declarant dicentes. Primo quod motus aeternus caeli cum semper sit vniformis: oportet quod sit propter aliquem finem, semper eodem modo se habentem: mutato namque fine & variato, necesse est quod variatio fiat in motu: nullus autem infinitus potest esse simpliciter intransmutabilis, si sit corpus: quia omne corpus est mobile, ergo oportet finem motus caeli esse incorporeum: & ita apparet quod id quod mouet caelum, vt finis non est corpus. Item nulla virtus mouens in aeternum mouet vt extrahat aliquid de potentia in actum tanquam pro fine principali: quia cum extraxisset ad actum, cessaret mouere. Et si non extrahat aliquando ad actum, tunc ille motus erit frustra, & ideo oportet quod finis principalis motus aeterni sit aliquid existentis semper in actu. Sed talis finis non potest esse corpus: quia omne corpus est in potentia saltem ad aliquod vbi: ergo & c. Dicunt secundo quod mouens caelum infinito tempore non inclinatur ad mouendum inclinatione naturali: quia natura semper inclinatur ad determinatum finem: & ad illum determinatè mouet: propter quod sua motio non potest esse aeterna. Non etiam inclinatur ad illum motum ad aliqua forma apprehensa per sensum: quia acquisita illa forma particulari cessaret motus: & consequenter non esset aeternus: ergo inclinatur per aliquam formam vniuersalem apprehensam per intellectum. Et quia intellectus est virtus extra omnem magnitudinem, vt dicitur tertio de anima, commen. 5. ideo sequitur quod mouens caelum tempore infinito non est corpus, vt patet virtus in corpore. Dicunt tertio quod mouens caelum habet duos fines. Primo enim & principali- ter intendit illam formam, cuius amore mouet: vt dicitur Com. 2. caeli, commento 21. & est exemplum de aliquo artifice, qui ex amore & complacentia suae artis mouetur ad ipsam in materia explicandam. Secundo vero intendit infinitum amatum, vt per aeternam generationem formam explicet illam artem vniuersalem, id est, perfectiones quae eminenter & virtualiter sunt in prima causa. Ista declaratio licet dicat multa vera: tamen innuitur quibusdam falsis fundamentis, scilicet, quod omnis intellectus sit separatus a materia secundum esse: hoc enim supra probauimus esse falsum contra Commentatorem. Item falsum dicit in hoc quod inuuit alium esse motorem caeli secundum finem, & alium secundum efficiens. Propterea pro ista ratione Philosophi accipienda est probatio quam ipse posuit 8. Physic. tex. com. 79. vbi praesupponit duo. Primum est quod maior virtus per aequale spatium mouet in minori tempore. Si enim a, virtus vt sex mouet b, mobile per tempus c, d, virtus vt tria, mouebit idem mobile per tempus in duplo maius quam sit c. Secundum quod praesupponit est, quod omnis motus est in tempore, quod supra probatum fuit. Ex his duobus arguitur sic, Si virtus infinita esset in magnitudine finita: sequitur quod maior virtus & minor virtus mouerent in tempore aequali: consequens est falsum per primum praesuppositum: ergo & c. Probatur consequentia. Illa virtus infinita per se existens in magnitudine non moueret in non tempore: quia hoc est impossibile, per secundum praesuppositum: ergo in tempore. Sit ergo illud tempus vnius horae: & accipio vnam virtutem finitam: ipsa etiam mouet in tempore, & sit illud gratia exempli, tempus duarum horarum: & accipio vnam aliam virtutem finitam in duplo perfectiorem quam sit illa primum data: ergo ipsa mouebit in hora: & consequenter mouebit aequè velociter sicut illa virtus quae ponebatur infinita. Secundo ad idem arguitur. Omnis virtus quae est in magnitudine aut est extensa per totam magnitudinem: aut in ea habet esse puntuale & diuisibile, sicut punctus. Sed nulla talis potest esse infinita: ergo nulla virtus existens in magnitudine est infinita. Pro nouitia maioris propositionis sciendum, quod tripliciter potest aliqua virtus dici esse in magnitudine. Vno modo quia per suum subiectum quod est quantum, constituitur in esse: & omnis talis virtus necessario est extensa ad extensionem subiecti: vel saltem habet situm diuisibilem. Alio modo dicitur virtus esse in magnitudine: quia licet det ei esse, non tamen constituitur in esse per suum subiectum, & huius virtus est anima intellectiua. Tertio modo dicitur esse in magnitudine solum: quia est appropriata ad mouendum aliquam magnitudinem, licet non constituitur in esse per suum subiectum: nec ipsa det ei esse. Intelligitur autem illa maior propositio de virtute

Varia de causa ratio propositiōnis Aristote.

Decisio quaestiois.

Notandum virtus esse in magnitudine dicitur tripliciter.

QUESTIO XLV.

Vtrum primum principium esse infinita virtutis, possit argui ex perpetuitate motus.

Questio quadragesimo quinto. An ex perpetuitate motus argui possit primum principium esse virtutis

quæ est in magnitudine primo modo: & non secundo, vel tertio: quia virtus quæ est in magnitudine istis duobus vltimis modis nullum habet situm. Ex quo patet quod ista ratione non probat virtutem infinitam non esse in magnitudine appropriatæ: imò hoc non repugnat virtuti infinitæ, nec etiam probat eam non esse in magnitudine tantquam dantem ei esse. Sed hoc probatur ex aliis fundamentis, scilicet per illas rationes quæ positæ sunt in quæstione qua queritur an intelligentia possit vniu. corlo vt forma. Et sic patet veritas maioris propositionis. Minor etiã probatur: quia virtus extensa in magnitudine finita constituitur ex finitis partibus eiusdem quantitatis: ergo nõ potest esse infinita: & multo magis hoc sequitur si habeat esse situale indiuisibile eo modo quo punctus. Hanc rationem accipio à Com. in cap. 1. de substantia orbis: vbi dicit quod omnis virtus corporalis diuiditur per diuisionem corporis secundum paucitatem & multitudinem. Et in eodem c. dicit q Arist. demonstrat ex diuersitate totius & partis in formis diuisibilibus q impossibile est potentiam infinitã esse in corpore finito: & sic patet primũ quod erat declarandũ.

QVÆSTIO XLVII.

Vtrum in intelligentiis sit compositio generis & differentie.

Q Væritur quadragesimo septimò. An in intelligentiis sit aliqua compositio generis, & differentie. Et videtur quod non. Primò. Quæ se totis distinguuntur, in nullo vniuoco conueniunt. Sed intelligentiæ se totis distinguuntur, ergo in nullo vniuoco conueniunt, & per consequens nec in genere: cum omne genus sit vniuocum. Maior est nota ex terminis: quia si in aliquo conuenirent, iam esset aliquid in quo non distinguerentur: & sic non distinguerentur se totis. Minor etiam probatur: quia intelligentiæ distinguuntur vt patet: & non est aliquid eis additum quo distinguantur, ergo per substantiam suam distinguuntur. Sed in eorum substantia non sunt partes, ergo se totis distinguuntur. Secundò. Si intelligentiæ conueniunt in aliquo genere, non apparet quod genus sit illud: nisi fortè incorporeum, aut immateriale. Sed in ratione incorporei & immaterialis conuenit anima, & accidentia saltem spiritalia: ergo non potest dari vnum quod sit proprium intelligentiis. Tertio. Sequitur quod in simplicibus potest esse falsitas in hoc q intellectus componeret partes impossibiles: cuius oppositum dicit Philosophus 9. Meta. in fine. Patet consequentia: quia vbi est genus & differentia, potest intellectus componere cũ genere aliquam differentiam ei impossibilem & repugnantem, sicut etiam fit in rebus materialibus: puta cum dicitur, quod homo est animal insensibile.

Prima ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Vnde sumitur ratio existendi in genere quodcumque sit, secundo dicendum est ad quæstionem. Quantum ad primum sciendum est secundum Auicem quod nulla res potest esse in genere nisi habeat esse distinctum ab essentia. Cuius ratio est duplex. Prima, quia id cuius quidditas est suum esse, est ipsum esse subsistens. Si enim quidditas lapidis est esse lapidis, ipsum esse lapidis in nullo receptum est, & per consequens nullo modo est determinatum ad aliquem gradum entitatis, sicut calor separatus non est determinatus ad aliquem gradum coloris, sed in summo gradu est: omne autem quod est in genere ad aliquem gradum entis, determinatum est, puta vel substantiæ, vel quantitatis, &c. Hoc etiam patet: quia omne quod est in genere, est etiam in aliqua specie, & per consequens habet differentiam: differentia autem limitat & contrahit genus ad gradum entitatis. Item ea quæ sunt in prædicamento sicut genera & species, habent definitionem: definitio autem est terminus, vt dicit Philosophus 5. Meta. & Com. com. 22. & sic apparet q omnis entitas generica ad aliquem gradum entis determinata est, & habet esse distinctum ab essentia. Et quia essentia recipiens esse à quo distinguitur, est potentialis respectu eius: ideo etiam potentialis est ratio existendi in genere: & propter hoc solet dici quod genus sumitur à materia, id est, ab eo quod est materiale vel potentiale.

Genus duplex.

nibus substantiis: quia omnes vniuormiter per se subsistunt cum nulla sit in alio sicut in subiecto: dicit omnes substantias esse eiusdem generis. Similiter apprehendit, quod omnis linea est longitudo siue latitudo, cuius extrema sunt puncta: & quod hæc ratio conuenit omnibus lineis æqualiter: ideo dicit omnes lineas esse eiusdem generis siue sint corruptibiles siue incorruptibiles. Genus Philosophicam sumitur ex vnitatem potentie aut materie: & quia omnibus formis generabilibus & corruptibilibus correspondet eadem potentia, scilicet materia priuationi subiecta, ideo dicit omnes huius formas esse eiusdem generis, vt patet 10. Meta. tex. com. 24. Et accipio per genus Philosophicam nõ tantum naturas quas considerat naturalis Philosophus, sed etiam quas considerat Metaphysicus, vt tantum sit dicere genus Physicum, ac si diceretur genus reale. Hæc igitur est prima conclusio. Substantiæ abstractæ sunt in genere. Probatur. Primò. Omnis entitas finita est in genere, vt patet ex dictis in principio quæstionis. Sed intelligentiæ sunt entitates finitæ: ergo &c. Secundò. Id quod potest concipi conceptu confuso siue determinabili & conceptu determinante est in genere: quia conceptus determinabilis est conceptus genericus, conceptus verò determinans, est conceptus differentie. Sed substantiæ abstractæ sunt huiusmodi: possum enim concipere intelligentiam vltimi orbis esse substantiam, & concipere ipsam esse incorporeã: ergo &c. Confirmatur: quia corporeum & incorporeum sunt differentie diuisiue substantiæ immediatè. Sed corporeum constituit vnum genus, scilicet corpus: ergo incorporeum constituit aliud genus, puta spirituale substantiam: ergo substantiæ intellectiue sunt in vno genere, quod dicitur substantia spiritualis. Secunda conclusio. Substantiæ abstractæ distinguuntur genere Physico, à substantiis corruptibilibus & à corporibus celestibus. Ad euidentiã huius conclusionis, sciendum est quod ratio generis aliter sumitur in substantiis materialibus: & aliter in substantiis abstractis. Nam in substantiis materialibus sumitur à materia eo modo qui declaratus fuit 7. huius: ita quod in omni tali oportet esse compositionem realem. In substantiis verò abstractis sumitur ab vna & eadem natura simplici diuersimodè accepta. Substantia enim quæ est motor Saturni, potest dupliciter apprehendi ab intellectu. Vno modo in quantum est quidditas immaterialis & potentialis respectu esse: & sic ab ea sumitur hoc genus substantie spiritualis. Alio modo potest concipi vt est habens determinatum gradũ spiritualitatis: & sic ab ea sumitur ratio speciei. Ex his sequuntur duo corollaria. Primum est, quod genus in substantiis corruptibilibus præsupponit necessariò compositionem intus in se. Istud patet: quoniam licet tam genus; quàm differentia, dicant totum: tamen ratio generis requirit materiam, ratio differentie formam. In homine enim est natura animalis & hominis: quæ quidem sunt vna res: sed natura animalis requirit materiam: rationale verò sumitur ab vna forma quæ non includitur in ratione animalis. Secundum corollarium: ratio differentie in substantiis corruptibilibus sumitur ab illo actu respectu cuius natura generica est potentialis. In substantiis verò abstractis non sumitur ratio differentie à tali actu. Istud etiam patet. Rationale enim sumitur in homine ab anima intellectiua, respectu cuius est potentialis natura sensitiua à qua sumitur hoc genus, animal. Substantia verò abstracta est potentialis respectu esse existentie: & tamen ab actuali existentia non sumitur differentia alicuius substantie abstracte: sed sicut dictum est, ab ipsamet quidditate concepta, vt est determinatus gradus entitatis. Probatur autem conclusio. Ea sunt diuersorum generum, quorum potentie non reducuntur ad aliquem vnum modum potentialitatis. Patet ista propositio: quia sicut à potentiali sumitur genus, ita à diuersis potentialibus oportet accipere diuersa genera. Sed substantiæ corruptibiles reducuntur ad vnam potentiam quæ nullo modo est actus: & est semper coniuncta priuationi alicuius forme quàm esse natura recipere. Corpora verò incorruptibilia reducuntur in vnam potentiam quæ similiter non est de se actualitas, & non coniuncta priuationi. Substantiæ verò abstractæ habent vnum modum potentialitatis, scilicet esse quidditate subsistentem, & simplicem potentialitatem respectu esse. Et hæc ratio vniuormiter dicitur de omnibus: quia esse nõ est magis de ratione vnius illarum quidditatum, quàm de ratione alterius: sed æqualiter est extra omnem quidditatem illarum substantiarum: ergo omnes substantiæ abstractæ sunt diuersi generis à corruptibilibus & corporibus celestibus. Ex ista conclusione sequitur, quod ista sunt tria prima genera substantiarum: quibus non potest in prædicamento substantiæ dari aliud genus reale superius: patet istud corollarium: qui nulla est potentia ad quam isti tres

Conclusio 1.

Conclusio 2. Notandum.

Corollarium primum.

Corollarium secundum.

Corollarium.

Ad primũ.

enumerari modi potentiarum reducuntur. Ad primum argumentum in oppositum dicitur quod ad hoc quod aliqua sint primo diuersa, oportet q in nullo vniuoco conueniant: quia si in vno vniuoco conueniant, iam in illo non distinguuntur: & per consequens non sunt primo diuersa: sed est dare alia quæ prius ipsis sint diuersa: & per quæ ista distinguuntur. Si dentur autem aliqua duo quæ seipsum distinguuntur, id est, non per aliquam entitatem eis additam, ipsa non erunt primo diuersa: si detur vnus conceptus vniuocus eis communis. Simile patet in albedine & nigredine, cum sint formæ simplices. Et ita dicendum est in substantiis abstractis quod non distinguuntur se totis, non quidem ad hunc sensum quod per aliquid sui distinguantur: & per aliquid sui non distinguantur: sed ideo non distinguuntur se totis: quia non distinguuntur quolibet quod est ipsa intelligentia. Non enim distinguuntur sua natura generica: quæ tamen est eadem cum sua natura specifica. Ad secundum dicitur, q conuenit in vno genere quod est substantia incorporea: completa in specie. In isto autem genere non sunt accidentia, nec anima cum non sit completa in specie. Ad tertium dicitur q intentio Philosophi est solum dicere quod in simplicibus non potest esse falsum: illo modo q falsum oriatur, ex natura ipsarum rerum simplicium: sicut contingit in rebus compositis: in quibus ab alio sumitur genus & ab alio differentia: & consequenter propter rerum diuersitatem potest intellectus copulare partes definitionis quæ sunt impossibiles.

Ad secundũ.

Ad tertium.

QVÆSTIO XLVIII.

Vtrum intelligentia componatur intrinsecè ex potenciali & formali.

Prima ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Op. quodã.

Impugnatio opinionis prædictæ.

Q Væritur 48. Vtrum in intelligentiis sit compositio intrinseca ex potenciali & formali secundum Philosophum & Comment. Et videtur q sic. Primò, quia Philosophus 1. Metaph. secundum translationem Commenta. dicit tex. com. 2. q modus erroris antiquorum Philosophorum fuit, q posuerunt materiam elementum corporeum, & non posuerunt eam elementum non corporeum, ergo secundum Philosophum materia est elementum non corporeum. Secundò, quia Philosophus 8. Metaph. dicit q intelligentiæ sunt entes præter omnem materiam sensibilem & intellectualem: & ibi dicit Comm. q sunt entes præter omnem materiam naturalem & mathematicalem, ergo videtur q Comment. negat ab intelligentiis tantum materiam quantam, & materiam coniunctam qualitatibus actiuis & passiuis. Tertio. Ad idem est expressè Commenta. 3. de anima, cap. 18. vbi dicit quod sicut natura sensibilis componitur ex materia & forma, ita & intellectualis substantia: & hoc est necesse in omni abstracto, quod intelligit aliquid extra se. Et in eodem loco dicit, q esse intellectualem diuiditur in duos quorum vnum est materiale & aliud est actuale. Quarto. Intelligentia est potentia passiuã, ergo in eis est materia. Antecedens est communiter concessum, quia vel essentia est potentialis respectu esse, vel saltem respectu operationum. Consequentia probatur: quia materia est prima potentia. Sed primum in vnoquoque genere est causa aliorum quæ sunt post: ergo in nulla re est potentialitas nisi per rationem materiam.

Respondeo quod circa hæc q. videtur Comment. sentire in intelligentiis esse materiam sicut apparet in verbis eius quæ supra induximus arguendo. Et propter hoc dicunt aliqui quod Comment. putauit quomolibet intelligentiam componi intrinsecè ex sua propria natura, & ex intelligentiæ qua intelligit seipsam: ita quod sicut res generabiles componuntur ex materia & forma tanquam ex naturis partialibus constituentibus vnum totum: ita etiam intelligentia componitur. Et ad hunc sensum dixit Comm. 12. Metaph. comment. 39. quod intellectio qua intelligentia intelligit, non est accidens eius, sed est substantia: non quod sit tota eius substantia: sed quia est pars substantiæ: alia verò intelligentiæ quibus alia intelligit, sunt accidentia ei superaddita. Sed mihi videtur quod ista positio in duobus deficiat. Primò, quia ascribit Comment. id quod non dicit. Secundò, quod positio in se falsa est. Primum declaro & suppono quod Comment. putauerit solum formam esse quidditatem rerum sensibilem: materia autem non esse partem quidditatis, licet sit pars totius, id est, (suppositi, cuius est quidditas, in quo oportet materiam esse vt sustentet quidditatem. Et hæc omnia declarata sunt 7. huius. Ex his arguitur sic, In quidditate rei sensibilis non est materia secundum Auer. ergo multo minus est in quidditate abstracta. Ista consequentia ita est nota in doctrina

Philosophi quod probatione non indiget. Antecedens est probatum per præsuppositũ. Et cum talis quidditas sit per se subsistens, non indiget materia in suo supposito per quæ subsisteretur, aut deferatur sicut contingit in substantiis sensibilibus. Primum. Commentator in multis locis vult quod quantitas sit cogiterna materiæ, & passio eam necessariò consequens sicut risibilitas hominem, ergo secundum ipsum in nullo est materia de qua loquitur Arist. nisi in eo sit quantitas. Sed quantitatem expressè negat à formis abstractis, 8. Phy. & 12. Met. ergo secundum ipsum in intelligentiis non est materia. Item Philosophus 12. Meta. text. 2. dicit, q necesse est vt substantiæ mouentes orbis sint entitates extra materiam. Et Commenta. ibi sic dicit. Quia istæ substantiæ sunt mouentes sine aliqua potentia, necesse est vt sint sine omni materia. Ecce quod negat vniuersaliter omnem materiam. Non enim dicit solum quod necesse est vt sint sine materia: sed sine omni materia. Secundum autem scilicet quod opinio in se sit falsa. Probatur loquendo de materia propriè dicta, de qua dicit Philosophus 7. & 8. Meta. quod non est quid, nec quantum, nec æquale, sed est potentia ad omnia ista, & nullam habet de se formam: sed est in potentia ad omnes formas. Primò. Nulla substantia secundum se totam intellectualem habet materiam partem sui. Sed quælibet intelligentia est secundum se totam intellectualem: alioquin non magis esse aut diceretur intelligentia quàm homo: ergo &c. Minor probata est: & videtur expressè de mente Philosophi 12. Meta. in multis locis. Et adhuc probatur: quia anima secundum se totam elicit intellectionem. Non enim est dicendum quod vna pars animæ intellectionem eliciat & alia non, sed tota substantia animæ intelligit: mediante tamen intellectu. Maior etiam probatur: quia materia non potest esse elicitua intellectionis nec eius receptiua, cum intellectus sit forma inextensa, & omnis materia sit extensa: ergo in eo quod secundum se totum est receptiuum & susceptiuum intellectionis, non potest esse materia. Secundò. Materia nullam formam potest recipere nisi sensibilem: & eam non recipit nisi cum transfiguratione & cum trina dimensione, sicut dicit Comment. 3. de anima, c. 17. & 18. Sed in substantiis abstractis non est transmutatio, vt idem Comment. dicit 12. Metaph. comment. 36. & in multis aliis, ergo in eis nulla materia est. Tertio. Si in substantiis abstractis sit forma vnita materiæ, aut illa forma dependet à materia secundum esse, ita quod si ab ea separaretur, caderet in non esse, sicut accidit in formis materialibus: aut non dependet à materia ita quod separari potest & remanere in suo esse separato. Negat primum: quia ex eo sequitur quod forma intelligentiæ esset ignobilior quàm forma hominis: quod est falsum. Consequentia patet, quia forma non dependens à materia est dignior forma dependente: forma autem hominis à materia non dependet. Non secundum, quia omne habens formam separabilem à materia est corruptibile, vt satis patet: intelligentiæ autem non sunt huiusmodi. Quarto. Omne habens materiam habet quantitatem. Sed in intelligentiis nõ est quantitas, quia secundum Philosophum & Comm. 12. Meta. sunt absque omni magnitudine: ergo &c. Maior probatur: quia Comment. in lib. de substantia orbis: & in 8. Metaph. ponit dimensiones indeterminate inseparabiles à materia quæ ipsam necessariò consequuntur. Et confirmatur, quia materia non potest recipere hanc formam nisi ipsa sit hæc, siue distincta. Non potest autem esse distincta nisi per quantitatem: quia diuisibilitas est propria ratio quantitatis. Vnde nullus Peripateticorum inuentus est qui posuerit materiam in intelligentiis: alioquin non appellasset eas substantias abstractas, sed potius concretas siue vnitas materiam. Et ideo de hoc nulli est dubitandum. Quod si aliquis dicat dari vnam aliam materiam præter eam de qua loquitur Arist. & velit omne susceptiuum alterius appellare materiam. Cum eo non contendimus in verbis. Nam hoc modo superficies esset materia, cum sit receptiua coloris. Vnde dico quod aliquid potest esse actus in sua entitate, & tamen alium actum recipiet, cum quo faciet compositionem: licet ipsum in se sit omnino simplex non habens compositionem ex multis: sed tantum faciens compositionem cum alio: hoc modo intellectus recipit intellectionem, & intelligentia recipit suum esse cum quo ipsa compositionem facit & ipsa in se est simplex. Et propter hoc non est dicendum quod substantiæ abstractæ sint compositæ: quoniam earum substantia non componitur ex aliquibus partibus, sed bene conceditur quod in eis est compositio, quæ compositio non est in earum quidditate: sed est ipsius quidditatis cum alio, scilicet, cum esse: nec est compositio ex his, sed cum his. Differt autem ista compositio ab illa quæ est materiæ & formæ. Primò, quia in compositione forma,

Tex. cõ. 41.

Conclusio 3.

Quo distat opinio qua est in rebus materialibus.

qua materia resultat vna terra quidditas complectes tam materiam quam formam tanquam naturas parciales. In compositione autem quidditatis cum esse, non resultat terra quidditas. Secundo, quia in compositione materiae cum forma alterum eorum esse pura potentia. In alia vero compositione vtramque est actus: licet vnus eorum, scilicet esse sit actualitas vltima alterius, scilicet quidditatis. Tertio, quia in compositione materiae cum forma, materia quae est potentialis & receptiva, non est tota substantia rei. In alia vero quidditas quae subternitur esse est tota substantia rei. Quarto, quia materia quae recipit formam non dicitur proprie esse subsistens. Quidditas autem recipiens esse substituit in illo esse. Quinto, quia forma recepta in materia non est ipsa actualis existentia: sed comparatur ad ipsum tanquam ad effectum formalem sicut calor ad esse caliditatis: esse autem faciens compositionem cum quidditate, est actualis existentia: Et praeter istas multae aliae differentiae possent assignari. Ex quibus omnibus patet qualis simpliciter & qualis compositio sit in substantiis abstractis.

Ad primum. Ad primum in oppositum dicitur quod Philosophus in illo loco non intendit dicere materiam esse in substantiis abstractis: sed reprehendit Philosophos antiquos qui dicebant materiam non esse puram potentiam, sed esse aliquid corpus in actu, puta vaporem vel aquam vel aërem. Error igitur antiquorum fuit, quia ponebant tale corpus esse elementum omnium corporum, licet non poneret eum in incorporalibus. Errabant autem isti antiqui non quantum ad hoc quod non ponebant tale elementum esse in substantiis separatis: sed quia dicebant omnia corpora fieri ex tali elemento. Ad secundum dicitur quod Comment. in verbis illis, & Philosophus negant simpliciter omnem materiam ab intelligentibus: quia omnis materia vel est sensibilis vel intellectualis, id est, vel sensu vel intellectu cognoscibilis. Ad tertium dicitur quod Comment. non intendit dicere quod in substantiis abstractis sit aliqua materia: sed ibi loquitur de intellectu possibili ipsius qui est possibilis: & ita oportet esse in omni natura intellectuali: quia cum intellectus ab obiecto mouetur, necesse est ipsum obiectum actu intelligibile esse tanquam formale, respectu intellectus qui ab eo mouetur. Per naturam igitur intellectuale non accipit praecise substantiam intelligentem, sed accipit ipsum totum genus naturae intellectualis, prout complectitur simul tam intellectum quam obiectum.

Ad secundum. In verbis illis, & Philosophus negant simpliciter omnem materiam ab intelligentibus: quia omnis materia vel est sensibilis vel intellectualis, id est, vel sensu vel intellectu cognoscibilis. Ad tertium dicitur quod Comment. non intendit dicere quod in substantiis abstractis sit aliqua materia: sed ibi loquitur de intellectu possibili ipsius qui est possibilis: & ita oportet esse in omni natura intellectuali: quia cum intellectus ab obiecto mouetur, necesse est ipsum obiectum actu intelligibile esse tanquam formale, respectu intellectus qui ab eo mouetur. Per naturam igitur intellectuale non accipit praecise substantiam intelligentem, sed accipit ipsum totum genus naturae intellectualis, prout complectitur simul tam intellectum quam obiectum.

Ad tertium. Ad tertium dicitur quod Comment. non intendit dicere quod in substantiis abstractis sit aliqua materia: sed ibi loquitur de intellectu possibili ipsius qui est possibilis: & ita oportet esse in omni natura intellectuali: quia cum intellectus ab obiecto mouetur, necesse est ipsum obiectum actu intelligibile esse tanquam formale, respectu intellectus qui ab eo mouetur. Per naturam igitur intellectuale non accipit praecise substantiam intelligentem, sed accipit ipsum totum genus naturae intellectualis, prout complectitur simul tam intellectum quam obiectum.

Ad quartum. Ad quartum negatur consequentia. Ad probationem dicitur, quod materia non est prima potentia in quolibet genere potentiae: sed est potentia in genere substantiarum habentium formas receptibiles in materia. Et quod ita sit, patet: quia vt vult Comm. 12. Metaph. comm. 23. in quolibet genere est propria potentia illius generis: & per consequens materia prima non habet rationem potentiae nisi in genere substantiae: quod patet: quia potentia dicitur ad actum & ei concluditur: & ideo non est potentia nisi illorum actuum qui immediatè in ea recipiuntur. Possent aliae rationes fieri ad probandum quod intelligentia sit pura potentia, quae soluta sunt in lib. 3. de anima, in illa q. an intellectus possibilis sit pura potentia in genere entium.

QUESTIO XLIX.

Vtrum ratio indiuiduationis substantiarum abstractarum, sit negatio corporeitatis & materiae.

Quaeritur quadragesimonono. Vtrum ratio indiuiduationis in substantiis abstractis, sit negatio corporeitatis & materiae. Et videtur quod non. Primo Nulla negatio est causa quod aliquid repugnet enti positivo, ergo nihil est formaliter indiuiduum per negationem. Antecedens probatur. Quod licet negatio possit remouere principium agendi vel patiendi: vt patet de cœcitate in oculo, non tamen dat ei repugnantiam: quia cum tali negatione fiat aptitudo. Consequentia probatur: quia esse indiuiduum est esse ens posituum. Secundo. Nulla imperfectio repugnat alicui nisi propter aliquid posituum in eo, scilicet: propter perfectionem oppositam illi imperfectioni. Sed esse diuisibile in partes eiusdem rationis, est quaedam imperfectio repugnans indiuiduo, ergo non repugnat ei praecise per negationem, sed per aliquid posituum. Tertio. Substantia prima, siue substantia indiuidua est perfectior substantia secunda, quia vt dicitur in praedicamentis ipsa est quae maximè & proprie subsistat. Sed non potest esse nobilior formaliter, per aliquam negationem, ergo non est formaliter indiuidua per negationem. Quarto. Aut ex illa ne-

Prima ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

gatione & natura singulari fieret vnus per se: aut vnus per accidens. Primum non potest dici, quia negatio magis distat à substantia quam accidens. Sed ex accidente & substantia non fit vnus per se: ergo neq; ex substantia & negatione. Secundum etiam non potest dici: quia tunc natura vniuersalis non praedicaret de indiuiduo ratione totius subiecti: sed tantum ratione partis. Et sic non esset praedicatio superioris de inferiori: sed eiusdem de seipso.

Respondeo, quod praeter ea quae de indiuiduatione dicta sunt in 8. adhuc restant tres opiniones circa hanc declarationem. Prima opinio dicit, quod omne indiuiduum in quacunque natura sit, est formaliter indiuiduum duabus negationibus. Nam de ratione indiuidui est negatio diuisionis intrinsecae. Sortes enim ideo est vnus homo, siue indiuiduus homo, quia non est distinctus in plures homines. De ratione etiam indiuidui est negatio identitatis, cum quocunq; alio. Nam Sortes ideo est indiuiduus, quia non est idem Platoni, nec cuiusque alteri indiuiduo, sed ab omnibus est distinctus, saltem distinctione quae est negatio. Sed ista opinio licet quantum ad hoc vera sit, quod istae duae negationes consequuntur quodlibet indiuiduum, tamen non declarat id quod est in quaestione. Primo, quia omni negatione est prior affirmatio in qua fundatur, vt dicitur 2. Perihier. Igitur eo per prius indiuiduum est indiuiduum formaliter, in quo fundantur istae negationes. Secundo, quia non declarat causam propter quam repugnet indiuiduo affirmationes oppositae istis negationibus, quae affirmationes conueniunt vniuersali quod opponitur indiuiduo. Nam omne vniuersale est diuisibile in multa eiusdem rationis, quorum cuiuslibet esset idem, ista autem identitas & diuisio sunt affirmationes oppositae illis negationibus, scilicet indiuisioni & non identitati. Tertio. Ista duae negationes sunt in Socrate, & sunt in Platone, ergo sunt eiusdem rationis & solo numero distinguuntur: ergo oportet assignare aliquid per quod quaelibet negatio istarum in Sorte sit haec, & distincta ab illis quae sunt in Platone. Posset tamen saluari ista opinio ad verum sensum qui declarabitur in tertia opinione. Secunda opinio partim conuenit cum ista prima, & partim ab ea differt. Conuenit enim in hoc quod ponit indiuiduationem vniuersaliter in omnibus: differt autem quantum ad id quod formaliter indiuiduum est indiuiduum: & dicit quod non est formaliter indiuiduum per negationem, sed per haecceitatem. Ad euentiam huius opinionis sciendum primum, quod sicut naturae specificae assignatur propria differentia, quae comparatur ad naturam genericam sicut formale ad potentiale, naturae singulari assignatur differentia indiuidualis, cuius realitas comparatur ad realitatem naturae similiter, sicut formale ad potentiale. Differt tamen differentia indiuidualis à differentia specifica in duobus. Primo, quia differentia indiuidua nunquam sumitur à forma addita, sed praecise ab vltima realitate formali. Secundo, quia differentia specifica constituit compositum in esse quidditatiuo cuius ipsa est pars: quia non solum natura generica, sed etiam ipsa est quaedam entitas quidditatiua, differentia vero indiuidui nihil constituit in esse quidditatiuo cum ipsa sit primo diuersa ab omni entitate quidditatiua. Cuius ratio est intelligendo quamcunque entitatem quidditatiuam finitā non habetur in ipsa quidditate intellectiua, vnde ipsa sit haec. Equitas enim non est de se haec, sed est de se tantum equitas, vt dicit Auicena 5. Metaph. ergo illa entitas quae de se est haec, est alia ab entitate quidditatiua, & per consequens non potest constituere in esse quidditatiuo illud totum cuius ipsa est pars. Sciendum secundum quod possibile est quodlibet commune & determinabile ad indiuidua distinguuntur quantumcunq; sit vna res, in plures realitates formaliter distinctas: quarum vna formaliter est non alia. In Sorte ita enim quae est vna res, est vna realitas qua Sorteitas est humanitas siue natura: & est alia realitas qua est haec & singularis. Ista autem duae realitates non sumuntur à distinctis rebus, sicut realitas differentiae suauitatis ab alia re quam illa à qua sumitur realitas generis. Praedicta autem realitas qua Sorteitas est haec dicitur differentia indiuidualis siue haecceitas, & non est materia nec forma, nec compositum, sed est motus intrinsecus Sorteitatis & ab ea distinguitur tantum modaliter, per quem modum omnis motus intrinsecus distinguitur à quidditate cuius est motus: Et credo quod isti dicent hunc modum reduci ad praedicamentum substantiae sicut omnis motus reduci ad genus illius cuius est. Et ita dicunt concludendo quod quaelibet intelligentia est indiuidua per haecceitatem. Si autem dicitur quod sequitur ex hoc intelligentiam esse compositam ex quidditate & haecceitate determinate quidditatem respondentem quod ibi non est compositio rei, & rei, quia haecceitas & quidditas non sunt duae res: sed ibi est compositio

Opin. prim.

Impugnatio

Secunda opin. & est Scotistarum.

Not. primus.

Not. secundus.

compositio realitatis & realitatis: quae tamen sunt vna res: vna enim res potest habere plures formalitates siue realitates. Hanc opinionem non oportet hic improbare, quia satis contra eam in septimo arguuntur. Sequitur autem tertia opinio quae dicit quod intelligentiae seipsis formaliter indiuiduantur. Ad cuius euentiam. Sciendum est quod aliquid potest dici dupliciter esse tale formaliter per aliud. Vno modo tanquam per id quod est proxima & immediata ratio vt sit tale. Alio modo tanquam per id quod est fundamentum illius rationis. Primo modo dicimus quod igitus calefacit calefactione: & quod Sortes est similis similitudine. Secundo autem modo dicitur igitus calefacit calore, & quod Sortes est similis albedine. Dum autem quaeritur per quid repugnet speciei abstractae diuidi in plures partes eiusdem rationis, quarum quaelibet sit ipsa, siue per quid repugnet ei plurificari in indiuidua, non est intelligendum in secundo sensu: quia constat quod formaliter repugnat ei per repugnantiam. Sed quaeritur quid sit fundamentum huius repugnantiae: & per quid conueniat ei singularitatis. Dico igitur quod quaelibet intelligentia est singularis seipsa: & ei per seipsam repugnat comunicabilitas. Quod probatur: quia eo est formaliter incommunicabilis quod est formaliter immaterialis & incorporea. Sed seipsa est immaterialis & incorporea, quia esse incorporeum & immateriale conuenit ei in primo modo dicendi per se: ergo est seipsa incommunicabilis. Minor patet. Maior probatur, quia 8. huius probatum fuit quod prima ratio distinctionis in pluralitate materiali est quantitas: & magis probabitur: ita quod tam ex hac q. & ex his quae dicta sunt 7. huius habetur quod nec actualis existentia, nec haecceitas, nec ratio suppositi, nec quodcunque aliud potest esse prima ratio huius incommunicabilitatis. Ex hoc autem quod substantia abstracta est talis natura, fundatur super eam negatio quantitatis & materiae: quia enim est spiritualis, ideo non habet materiam nec quantitatem & non e contra: & per consequens sequitur negatio distinctionis in se & identitatis cum alio. Ideo potest ad bonum sensum concedi quod negatio est ratio incommunicabilitatis: non tamen est prima ratio, sed praesupponit aliam priorem se.

Op. tertia. Notandum.

Conclusio

Ad primum & 2.

Ad tertium.

Ad quartum.

Et ex hoc patet solutio ad omnia argumenta. Concludunt enim quod negatio non est prima ratio indiuiduationis. Nec oportet aliud dicere ad primum & secundum argumentum. Ad tertium dicitur quod in separatis à materia substantia prima & secunda, siue suppositum & natura, sunt penitus eadē res, nec vna pluribus subsistat quam alia. Et ideo substantia prima non est nobilior quam secunda. Ad quartum dicitur, quod illa negatio non facit vnus per se cum natura singulari. Ad huius improbationem negatur consequentia: quia vt dictum est, negatio non est formalis ratio singularitatis, sed eam consequens: & ideo vniuersale praedicatur de toto eo quod est singulare.

QUESTIO L.

Vtrum formale distinctiuum secundum speciem intelligentiae ab anima intellectiua, sit negatio vniuersalitatatis ad materiam, vel diuersus modus operandi.

Prima ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Quaeritur 50. Vtrum formale distinctiuum intelligentiae ab anima intellectiua secundum speciem, sit negatio vniuersalitatatis ad materiam, vel diuersus modus operandi. Et arguitur quod non. Primo. Quidditas magis intimated esse suppositum quam forma materiae: quia vt dicitur 7. Meta. quidditas & suppositum sunt idem in separatis à materia. Sed Deus potest facere quidditatem non datam esse supposito, puta si assumeret vnam intelligentiam: ergo multo magis potest facere quod intelligentia sit forma materiae. Secundo, arguitur contra hypothefim. Ea quae habet proprietates eiusdem rationis non distinguuntur specie, vt habetur ex Commentator. 2. cœli, comment. 19. Sed intellectus intelligentiae, & intellectus animae, sunt eiusdem rationis: ergo &c. Maior patet. Minor probatur. Distinctio potentiarum sumitur ex distinctione obiectorum, & secundo de anima: Sed vt vtiusque obiectum est ens in quantum ens: ergo &c. Tertio. Si repugnet intelligentiae vniuersalitas ad materiam: aut hoc est, quia est intelligens, aut quia subsistens, aut quia distincta ab anima. Non propter primum: quia anima est intelligens: & tamen vnitur materiae. Non propter secundum: quia anima separata & subsistens: & tamen est vniuersalis. Non propter tertium: quia adhuc distinguuntur specie. Quarto. Nullum posterius est formale

distinctiuum prioris: quia prius in ea mensura in qua est prius habet esse distinctum, & tamen tunc non est posterius. Sed vniuersalitas & negatio vniuersalitatatis ad materiam est posterior intelligentiae, quia ipsa prius est ens in se quam quod eam consequitur habitudo ad aliquid &c. Quinto arguitur, quod non ex diuerso modo agendi: quia hoc esset maximè ex hoc quod anima intelligeret cum discursu, & intelligentia sine discursu. Sed hoc est falsum: ergo &c. Maior patet, quia prima operatio conueniens intelligentiae est intellectio: ergo si distinguuntur ex diuerso modo agendi, hoc erit ex intelligentione. Minor probatur. Tum quia anima intelligit prima principia sine discursu, & conclusiones cum discursu, & tamen non distinguuntur à se secundum speciem. Tum quia intelligere discursiue, est intelligere vnus per aliud: intelligentia autem intelligit vnā veritatem per aliam, puta effectum per causam.

Respondeo. Quaestio ista secundum viam Comment. nulla est: quia ipse non putauit aliquam intellectiuam esse formam vnitam homini secundum esse. Sed esse substantiam separata, & quod homo est formaliter homo tantum per animam cogitatuam: vt patet diffusè 3. de anima, comment. 3. 4. & 5. Quae igitur vtrum intelligentia distinguuntur specie ab anima intellectiua, esset quaerere, an vna intelligentia distinguatur specie ab alia: quod non est ad propositum. Sed praesupposito quod anima intellectiua sit forma hominis secundum esse: quaeritur an intelligentiae distinguuntur specie ab eam: quod vna intelligentia & anima sunt duae species completae, quia hoc non est possibile: cum anima sit pars speciei & non species completa. Quia tamen anima est formale principium speciei humanae: & est natura quaedam partialis. Quaeritur, an eo modo quo sibi conuenit esse naturam, distinguuntur intelligentiae ab ea. Et quantum ad hoc non est varietas opinionum inter Philosophos: quia propter rationem dictam concedunt omnes quod sunt diuersarū rationum. Quae enim sunt eiusdem rationis, habent eadem praedicata essentialia. Sed de anima praedicatur essentialiter quod est pars speciei: de intelligentia vero quod est species completa, ergo non sunt eiusdem rationis. Sed dubium est penes quid sumatur ista distinctio specifica. Ad quod respondeo quod dupliciter potest assignari distinctio specifica inter aliquas species. Vno modo à priori, alio modo à posteriori. A priori quidem distinguuntur species per suas differentias constitutiuas, sicut homo & brutum distinguuntur per rationale & irrationale. Cuius ratio est: quia ipsa idem est formale distinctiuum & distinctiuum: cum actus quilibet habeat distinguere. 7. Metaphysic. text. comment. 19. Vnde si formaliter constituit, oportet etiam quod formaliter distinguat. Sed formale constitutiuum speciei est propria eius differentia, ergo etiam est formaliter distinctiuum. Distinguuntur ergo intelligentiae ab anima, & inter se vna ab alia per suas proprias differentias constitutiuas: quae quia nobis ignota sunt, de eis loqui non possumus. A posteriori vero assignatur distinctio specifica per proprietates consequentes naturam, & per operationes sicut diceretur quod homo distinguitur specie ab equo: quia homo est risibilis: & equus non. Conformiter ad hanc distinctionem ponuntur duae conclusiones, quarum prima haec est, Negatio vniuersalitatatis nec aliqua operatio potest esse formale distinctiuum à priori intelligentia ab anima. Ista conclusio probatur per quartam rationem quae supra facta est arguendo. Illa enim negatio vniuersalitatatis & omnis operatio intelligentiae est posterior ea: & ideo non potest à priori eam distinguere. Item secundum vt dictum fuit, idem est formale constitutiuum & distinctiuum. Sed intelligentia non constituitur per negationem, cum negatio non constituat ens posituum: nec constituitur per operationem: quia omne constitutiuum est prius constituto, operatio autem non est prior operante, sed posterior: ergo &c. Item tertio. Nulla species de praedicamento substantiae formaliter constituitur per negationem relationis. Sed negatio vniuersalitatatis est negatio relationis: & intelligentia est de genere substantiae, ergo &c. Minor patet quo ad secundam partem: & etiam quo ad primam, quia vniuersalitas dicitur habitudine siue aptitudinem ad hoc, quod est vniri materiae. Maior vero probatur. Nulla species substantiae constituitur formaliter per relationem: alioquin species substantiae esset formaliter relatiuum: quod esset confundere praedicamenta: quod nullus dicit, omnes enim concedunt quod 10. genera formaliter distinguuntur, ergo multo minus potest constitui per negationem relationis. Patet consequentia. Tum quia negatio relationis reducitur ad genus relationis: sicut omnis priuario ad genus sui habitus. Tum quia negatio relationis est imperfectior relatione: & per consequens minus potest constituere speciem nobilissimi generis. Item quarto arguitur, quod

Conclusio 1.

quod non per operationem, quia aut operatio est ipsa substantia intelligentiæ: aut est distincta ab ea. Si detur quod distincta habeo propositum quod est posterior, & effectus eius: & per consequens eam præsupponit in esse distincto: quia operatio non est hæc, nisi quia est ab hoc agente. Si detur primum, adhuc sequitur idem. Nā quicquid est sua operatio, ipsum est actus primus, & actus secundus, enim actus primus, quia est forma: & est actus secundus, quia est operatio. Sed ratio actus primi est prior ratione actus secundi: dicit Philosophus secundo de anima: ergo ipsa operatio siue actus secundus non potest esse formale distinctum. Dico tamen quod si per innumerabilitatem accipiatur, nō quidem ipsa negatio, sed natura ipsa cui repugnat ex propria ratione vniū materiæ: sic posset concedi quod intelligentiæ distinguuntur ab anima per innumerabilitatem: ita quod innumerabilis circumloquitur proprium constitutum intelligentiarum. Secunda conclusio. Distinctum à posteriori intelligentia ab anima est operatio: ita quod nos cognoscimus & concludimus per operationem quod intelligere & anima sunt diuersarum rationum. Istæ autem operationes sunt intellectio discursiua, & intellectio non discursiua. Dicitur autem intellectus intelligere discursiue, non ex hoc præcisè quod cognoscit vñū in alio: alioquin Deus intelligeret discursiue cū intelligat in essentia sua quicquid intelligit, sed tunc tantum intelligit discursiue, quādo ex prius noto venit in notitiā ignota: ita quod in aliquo instanti cognoscit principia & ignorat conclusionem, non cognoscendo eā nec actu nec habitu. Ex hoc arguitur sic, Intellectus cui repugnat discursus est alterius rationis ab eo cui non repugnat discursus, quia nulla proprietas cōueniens indiuiduo vniū speciei, repugnat alius eiusdem speciei: cum consequatur naturam specificam quæ in eis est. Sed animæ non repugnat, quia potest discursus cognoscere principia: ignoratis conclusionibus, vt dicitur primo posteriorum: & magis clarè 12. Metaphys. com. 1. vbi dicit Commenta. quod intellectus in nobis non intelligit subito omnia sua intelligibilia. Intelligentiæ autem repugnat discursus: ergo &c. Maior est nota: & similiter prima pars minoris, secunda verò probatur. Et primo quod sit de mente Philosophi & Commenta. omnis intellectus discursiue est in potetia, quia dum intelligit principia, & ignorat conclusiones, est in potetia ad notitiam conclusionum. Sed intelligentia non est in potetia: vt expressè dicitur 12. Metaphys. text. comment. 1. Secundo. In intellectu discursiue est successio notitiarum: quia ex notitia principiorum acquiritur notitia cōclusionis. Sed in intellectu substantiarum abstractarum nulla est successio: vt ibidem clarè dicit Com. Ibi etiam multa alia dicunt quæ faciunt ad hoc propositum: ergo secundum eos intelligentia non intelligit discursiue. Nec apud Philosophos vlla est dubitatio quin hoc fuerit clarum apud Aristotel. & Comment. Tertio ad idem arguitur ratione. Proprietates consequentes aliquam formam ex necessitate naturæ insunt, & in primo instanti sui esse: cuius ratio est, quia vt dicit Philosophus & Comment. 4. Metaphys. com. 3. generantur eadem generatione qua & subiectum. Sed species omnium generum & specterum rerum, sunt proprietates consequentes ex necessitate naturæ intellectum intelligentiæ, secundum eos qui ponunt in eis species intelligibiles: ergo insunt eis à primo instanti sui esse, & per consequens nunquam eas acquirunt. Maior patet. Minor probatur. Magis videtur quod intelligentiæ habeant à principio sui esse omnem perfectionem naturalem conuenientem eis, quā corpora cœlestia, cum intelligentiæ sint multo nobiliores. Sed corpora cœlestia habent à principio sui esse omnem perfectionem naturalem, scilicet figuram, lucem, magnitudinem, virtutem generatiuam inferiorum: & similiter motum eo modo quo motus potest haberi in primo instanti esse rei: quia in eo res incipit moueri per negationem de præsentī, & positionem de futuro, ergo cum species intelligibiles non acquirantur per motum, præsertim in intelligentiis: sequitur quod in primo instanti sui esse habuerunt omnes species omnem notitiam possibilem eis conuenire naturaliter.

Tex. cō. s.

Conclusio.

Ad primum.

Cōtra com.

go Deus potest facere quod intelligentia sit forma materiae, nec apparet vlla ratio huius consequentia. Ad secundum dicitur quod intellectus potest dupliciter considerari & comparari ad duo. Vno modo ad substantiam immaterialem cuius est proprietates, & quam naturaliter consequitur: & sic intellectus intelligentiæ est alterius rationis ab intellectu animæ intelligentiæ. Alio modo potest considerari per habitudinem ad obiectū, & hoc est considerare ipsum non in ratione proprietatis, sed in ratione potetia, cuius ratio sumitur ex obiecto: & sic omnes intellectus sunt eiusdem rationis, cum omnium sit idem formale & adæquatum obiectum, scilicet ens in sua maxima communitate. Sicut etiam potetia visiva hominis in quantum est proprietates, est alterius rationis à potetia visiva asini: & tamen sunt eiusdem rationis in quantum sunt potetia visiva, quia in quantum potetia respiciunt idem formale obiectum. Dico igitur ad argumentum quod eorum quæ specie distinguunt potest esse intellectus eiusdem rationis in ratione potetia, ad quem sensum procedit illa ratio: non tamē est idem in ratione proprietatis. Ad tertium negatur maior ex insufficienti diuisione. Et dico quod vniuersitas repugnat intelligentiæ: quia ei repugnat esse naturam partialem: cum ei cōueniat oppositum huius, scilicet esse naturam completam in specie. Ad quartum dicitur, quod non est contra propositum: sed probat primam conclusionem. Ad quintum negatur minor. Ad primam probationem negatur consequentia: quia licet anima materiale sita intelligat aliqua sine discursu, ei tamen non repugnat in tota latitudine suarum operationum habere notitiam discursiue: sicut repugnat intelligentiæ. Ad secundam negatur maior vt declaratum fuit in secunda conclusione.

Adsecundū.

Ad tertium.

Ad quartū.

Ad quintum.

QVÆSTIO LI.

Vtrum esse plures intelligentias in eadem specie repugnet, stando præcisè in principijs Philosophorum.

Quæritur quinquagesimo primo. Vtrum stando præcisè in principijs Philosophorum repugnet plures intelligentias esse in eadem specie. Et videtur quod non. Primo. Omnis species est prædicabilis de pluribus differentiis numero: vt patet per definitionē speciei: ergo quilibet natura specifica est apta nata de pluribus prædicari. Sed nulli repugnat id ad quod ipsum habet aptitudinem, ergo nulli speciei repugnat prædicari de multis. Secundo, Commentat. primo cœli comment. 3. dicit quod quicquid inuenitur plusquam vnum est diminutum: quia si esset perfectum sufficeret esse vnum: & hæc imperfectio est causa multorum indiuiduorum eiusdem speciei. Sed intelligentiæ sunt entia diminuta, cum non sint Deus: ergo in intelligentiis est multitudo indiuiduorum. Tertio. Aucten. dicit 2. Metaphys. quod equitas est communis multis in quantum multa conueniunt in diffinitione ipsius: in quantum verò accipiuntur cum proprietatibus & accidentibus est singularis. Sed in substantiis abstractis sunt earum proprietates & accidentia, ergo per ea potest ibi esse singularitas. Quarto. Non minoris virtutis sunt accidentia spiritalia quā corporalia. Sed accidentia corporalia, puta quantitas, potest indiuiduare substantias materiales, ergo accidentia spiritalia possunt indiuiduare substantias spirituales. Quinto. Nulli formæ repugnat comunicabilitas, cum omnis forma sit quædam perfectio, & omnis perfectio sit comunicabilis. Sed intelligentiæ sunt formæ subsistentes: ergo eis non repugnat comunicabilitas. Sexto. Vbi est intentio speciei, ibi est ratio vniuersalis, quia vniuersale diuiditur tanquam genus in illa quinque vniuersalia. Sed in intelligentiis per te est species: quia tu dicis quod ibi est tantum vnum indiuiduum in vna specie, ergo ibi est ratio vniuersalis: sed ratio vniuersalis & ratio singularis non possunt conuenire eidem, cum sint opposita: ergo si intelligentia est ex se singularis: sequitur quod non esset species.

Prima ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Sexta ratio.

Bifaria quæ sit acceptio.

Respondeo quod ista quæstio potest disputari theologicè, & metaphysicè. Theologicè disputaretur quærendo, an Deus ex infinita sua virtute posset facere duas intelligentias actu distinctas infra eandem speciem: & quantum ad hoc quasi omnes theologi dicunt quod sic: & licet hoc non dixerit expressè S. Tho. tamen ea quæ ponit in libro contra Auer. de vnitatem intellectus multum fauent huic opinioni. Cum enim diceret Auer. quod intellectus possibilis est vnum omnium hominum: & quod plurificari non potest, responderet S. Tho. quod quamuis intellectus possibilis non

non haberet in natura sua: vnde plurificari posset: tamen eū plurificari non implicat contradictionem. Multa enim sunt quæ alicui nō conueniunt ex natura sua, & tamen non implicat quin eis conueniat: sicut graui non conuenit ex natura sua quod sursum moueatur, tamen potest sursum moueri per causam extrinsecam: ita intellectum possibilem plurificari non implicat contradictionem. Sed loquendo modo merap. & omitendo quid Deus possit, tres sunt opiniones circa hæc q. Prima opin. dicit quod duæ intelligentiæ distinguerentur per supposita. Ad cuius euentiam est sciendum, secundum hanc opinionem, quod essentia & esse, sunt vna res, & distinguuntur solum intentionaliter: quidditas enim hominis vt comparatur ad ideam in mente diuina tanquam ad exemplar, dicitur essentia: ita quod ex habitu dicitur exemplari ad exemplar habet rationem essentia, sed eadem natura vt habet respectum ad Deum tanquam ad causam efficientem, dicitur esse, siue existentia, & hoc modo suppositum est extra rationem essentia, & quælibet intelligentia est seipsa suppositum in actuali existentia, cum non existat per aliud distinctum à se formaliter. Ideo dicunt isti quod quidditas intelligentiæ indiuiduatur per suppositum. Et sic duæ intelligentiæ eiusdem speciei distinguerentur propriis substantiis: quia substantia huius non est substantia illius. Sed ista opinio est dupliciter falsa. Primo quantum ad id, quod ipsi est proprium. Secundo, quantum ad id, in quo aequaliter conuenit cum opinione sequenti. Quantum ad id, quod est sibi proprium, arguitur sic: Suppositum non addit supra quidditatem per te nisi relationem. Sed intelligentiæ non possunt numero distingui per relationes, ergo non distinguuntur suppositis siue substantiis. Maior probatur. Suppositum non addit per te supra quidditatem nisi substantiam, quæ quidditas subsistit. Sed substantia, vt distinguitur à quidditate non est nisi respectus ad causam efficientem vt dicit tua potetia, ergo suppositum non addit supra quidditatem, nisi respectum Minor probatur. Nullum posterius est distinctum formaliter sui prioris, sed præsupponit ipsum esse, & per consequens distinctum. Sed omnis relatio est posterior absoluto, ergo &c. Secundo. Accidentia, præsertim relatiua, non indiuiduantur nisi per subiectum: ideo enim paternitas est hæc, quia est in hoc patre, & non e contra. Sortes est hæc homo: quia habet paternitatem, ergo relatio non indiuiduat suum subiectum. Secunda opinio dicit, quod duæ intelligentiæ in eadem specie essent distinctæ per hæccitatem, quia sola natura infinita habet ex se quod sit hæc, cuiusmodi est natura diuina, & ideo non indiuiduatur hæccitate, nulla autem natura finita est hæc & singularis ex se: sed tantum per suum modum intrinsecum vt supra declaratum fuit. Ista quoque opinio licet aequaliter supra & diffuse in 7. sit improba, tamen adhuc arguitur contra ipsam & contra opinionem primam. Primo sic. Id in quo aliqua conueniunt, non potest esse ratio distinctionis eorum, alioquin fundaret conuenientiam & disconuenientiam siue identitatem & distinctionem respectu eiusdem quod est fundare contradictoria. Sed omnes intelligentiæ conueniunt in ratione hæccitatis, & omnia supposita in ratione subsistentia, ergo nec ratio suppositi siue subsistentia, nec ratio hæccitatis possunt esse id in quo intelligentiæ distinguuntur. Secundo. Sint duæ intelligentiæ, puta, a, & b, quæ vt tu dicis, distinguuntur per hæccitates, aut ergo illæ hæccitates sunt eiusdem rationis aut diuersarum rationum. Si sunt eiusdem rationis, quod oportet te concedere, cum conueniant in hoc quod est esse hæccitatem, quærendum est per quid ipsæ distinguuntur: & per consequens non primo distinguuntur. Si dicis quod sunt diuersarum rationum, ergo id quod per eas diuiditur habet potius rationem generis quam speciei, quod est falsum, cum etiam tu ponas istas duas intelligentias distinctas esse solo numero. Tertio. Supponitur quod hæccitas dicat vnam rationem, quod patet. Tum quia hæccitas per te diffinitur, quia tu dicis quod hæccitas est vltima realitas: ergo hæccitas habet vnam rationem communem in qua omnes conueniunt. Tum secundo, quia ens per te habet vnam rationem, ergo multo magis hæccitas. Tunc sic. Nullum magis commune dicens vnam rationem contrahitur nisi per aliquid minus commune. Ista propositio patet ex terminis, quia aliquid contrahi est ipsum esse in paucioribus, quod non potest fieri nisi per id quod est in paucioribus. Sed ratio hæccitatis est communis isti hæccitati, & illi: & similiter ratio suppositi est communis isti & illi supposito, ergo nec ratio hæccitatis contrahitur ad hoc vel illud, nisi per aliquid aliud. & per consequens non sunt prima contrahentia. Et ideo sequitur tertia opinio quam teneo, quæ dicit quod stan-

Opin. prim. Notandum.

Improbatur hac opi.

Opin. 2. est Sco.

Improbatio.

do præcisè in ratione metaphysica, non potest assignari aliquod principium per quod duæ intelligentiæ infra eundem gradum specificum distinguerentur, & quod istud fuerit de mente Aristot. probatur. Primo. Quæcunque sunt plura numero, & vnum specie, habent materiam. Sed in substantiis abstractis non est materia, ergo & cetera. Maior est Philosophi 12. meta. text. comment. 49. vbi probat quod primus motus est tantum vnum, & primum mouens est tantum vnum, quia materiam non habet. Minor autem fuit probata superius. Ad hanc rationem respondet Scot. in 2. dist. 3. quæstio. vltima: ad primum, quod materia potest accipi dupliciter. Vno modo, vt est altera pars compositi faciens compositionem cum forma, & ad hunc sensum non loquitur Philosophus dum dicit quod omnia quæ numero distinguuntur in eadem specie habent materiam. Alio modo accipitur materia pro omni quod est extra quidditatem, & hoc modo hæccitas habet rationem materiæ, & sic loquitur Philosophus. Et quia prima causa ratione suæ infinitatis non est habens hæccitatem: sed seipsa est hæc: ideo in ea nulla est materia, sed est tantum vna. Contra hanc responsonem arguitur. Primo Comment. 12. meta. comment. 49. sic dicit. Quod est vnum specie, & plura numero: habet materiam: sed declaratum est quod principium cœli non habet materiam, & ex hoc inferat quod sit tantum vnum. Ex his verbis patet quod illa materiam habent, quæcunque sunt vnum numero & differunt specie: quam Philosophus probauit non esse in primo principio. Sed nullam aliam probauit non esse materiam, sic dicens, quoniam quod est in potetia possibile est vt non sit ens: necesse est igitur vt tale principium sit substantia quæ est actio: & etiam oportet vt istæ substantiæ sint entes extra materiam: Comment. autem exponens ista verba dicit, quod omne quod est in potetia possibile est vt non sit respectu eius ad quod est in potetia. Vnde si est in potetia secundum substantiam, possibile est vt non sit secundum substantiam, & si est in potetia secundum vbi, possibile est vt non habeat illud vbi ad quod est in potetia. Subdit postea quod causa huius potentialitatis est illa, materia de qua locutus est in naturalibus. Ex his verbis habeo rationes. Prima est quod Philosophus non negat à primo principio nisi illam materiam de qua locutus est in naturalibus, sed nunquam in naturalibus locutus est de aliqua materia nisi de ea quæ est altera pars compositi: vt patet primo & secundo phys. Secunda est, quod illam materiam quam negat à primo principio, negat etiam ab aliis intelligentiis: ergo si per te negat à primo principio materiam quam appellas hæccitatem, sequitur quod eandem negat ab intelligentiis: & per consequens secundum Philosophum in eis nō est hæccitas, quod est oppositum suæ opinioni. Tertia est. Mouere cœlum est quædam ratio conueniens primo principio, quia secundum Philosophum & secundum principium mouet cœlum saltem vt finis. Sed mouere cœlum est quædam ratio addita quidditati primi principij, cum ratio motoris non includatur in formali ratione deitaris: ergo sequitur quod in primo principio esset illa materia quam tu appellas hæccitatem. Secundo. Vbi sunt plura indiuidua sub vna specie, ibi nullum illorum indiuiduorum habet illam materiam eminentissime & secundum omnem modum & perfectionem essendi, sed quodlibet eam participat. Sed impossibile est dare vnā formā abstractam quæ non habeat perfectissimo modo naturam debitam suæ speciei, ergo &c. Ad euentiam maioris suppono quod natura specifica de se est vna vnitatem reali sibi propria, minor tamen vnitatem numeralem, & hoc concedit Scot. Hanc autem vnitatem non habet natura in suis suppositis, cum in eis plurificetur, & ideo ipsa secundum se habet nobiliorem modum essendi quam in indiuiduis in quibus est diuisa: & distincta: minor probatur. In quod æquipollet in modo habendi aliquam naturam infinitatis eam participantibus si actu darentur infinita indiuidua sub ea habet illam materiam perfectissimo modo. Sed forma abstracta est huius, ergo &c. Maior patet. Minor probatur, quia vt habetur ex Comment. 3. de anima, comment. 31. & 32. triangulus si esset separatus, & similiter albedo separata, tantam perfectionem haberent in natura albedines quantum infinitæ albedines & trianguli infiniti in materia existentes. Tertio, Quæcunque distinguuntur formaliter, distinguuntur specificè. Sed non possunt esse duæ intelligentiæ quin formaliter distinguantur, ergo etiam quin specificè. Minor patet, quia cum intelligentiæ sint formæ: omnis distinctio quæ est inter eas est formalis. Sed ad maiorem respondetur quod distinctio formalis accipitur dupliciter. Vno modo, dicitur distinctio formalis omnis distinctio, quæ est inter formas: & ad hunc sensum negatur maior. Nam

Op. semia S. Thm.

Impugnatio.

Suppositum

ait edo Sortis & albedo Platonis sunt formæ distinctæ, nō tamen earū distinctio est formalis. Alio modo dicitur distinctio esse formalis: quia ipsa est ratio distinctio nis inter formas, & sic conceditur maior, & negatur minor: quia ratio distinctio nis inter intelligentiā eiusdem speciei non esset natura specificā, sed hæcceritas, vt sæpe dictum est. Sed contra hanc responsionem adhuc arguitur. Suppono primo quod intelligentiæ sint ab alio effectiua. Suppono secundo quod productiones distinctæ habeant distinctos terminos: quia impossibile est quod vnus terminus accipiat esse ex duabus productionibus totalibus. Suppono tertio, quod per productiones prius attingitur realitas quidditatis quam realitas hæcceritatis. Et dico prius prioritate naturæ, quia modus intrinsecus præsupponit rem cuius est modus, sicut velocitas cursus præsupponit cursum. Ista tria conceduntur ab aduersariis. Tunc sic a, & b, intelligentiæ sunt eiusdem speciei, & solo numero distinguuntur, ergo earū productiones & termini distinguuntur tantum numero. Sed istis productionibus prius attingitur quidditas quam hæcceritas, vt patet ex tertio supposito, ergo in illo priori quidditas a, & quidditas b, essent distinctæ, ergo talis hæcceritatis quam tū ponis non esset ratio distinctio nis earum, & sic distinguerentur formaliter. Quarto: suppono primo quod intelligentiæ, licet habeant necessitatem ab alio, tamen ipsæ sunt necesse esse formaliter, vt vult philosophus 12. metaphys. Supponitur secundo, quod quicquid potest esse in ente necesse esse ibi esse: quia in perpetuis non differat posse & esse tertio phys. & 9. metaph. tex. commen. 33. in fine. Supponitur tertio quod naturæ cui nō repugnat habere plura indiuidua sub se: non repugnat etiam habere infinita. Istud dicit Scotus declarando illud Porphyrij, quod descendendum à generalissimo ad speciem specialissimam iubet Plato quiescere: quia talis descensus esset ad infinita quæ ab arte relinquenda sunt. Ex his arguitur sic: Quicquid possibile est esse in intelligentiis, est actu in eis: vt patet ex secundo præsupposito. Sed si possunt ibi esse duo indiuidua: possunt etiam esse infinita per tertium præsuppositum, ergo ibi de facto essent infinita indiuidua, quod nullus concedit. Quinto. Non plus repugnat duo corpora cælestia esse eiusdem speciei quam duas intelligentias. Sed primum repugnat ex principiis Philosophi & Commen. ergo & secundum repugnat: maior patet: minor probatur, quia Com. 2. cæli, c. 47. dicit quod omnes stellæ differunt specie: & ratio est: quia non potest secundum philosophum fieri alia materia, quæ sit capax formæ talis corporis, puta Solis, aut Saturni: ergo &c.

Primum
suppositum.
Secundum
suppositum.
Suppositum
B. uo cæli
c. 47.

Scotus.

Ad primum

Ad secundum

Ad tertium

Ad quartum

Ad quintum

Ad rationes respondetur. Ad primum dicitur quod illa distinctio speciei non est essentialis ei, & ideo Porphyrius dedit aliam, dicens quod species est quæ ponitur sub assignato genere, & ista est secunda distinctio speciei. Cuius ratio est quia species dicitur ad aliud, suum autem correlatiuum non est indiuiduum secundum genus, species enim & genus sunt correlatiua, & ideo non oportet omnem speciem prædicari de pluribus indiuiduis, sed oportet omnem speciem esse sub aliquo genere: quia omnis species est aliquis generis species, quod etiā magis patet, quia species est proprie illius species quod ipsa specificat. Sed ipsa non specificat indiuiduum, sed genus: ergo est species generis. Ad secundum dicitur quod est fallacia consequentis: quia arguitur à superiori ad suū inferius affirmatiuè: siue quia arguitur à positione consequentis ad positionem antecedentis. Vbiunque enim est plusquam vnus, ibi est esse diminutum. Sed quia esse diminutum se habet in plus quam esse plusquam vnus: ideo non sequitur quod vbiunque est esse diminutum, ibi sit plusquam vnus. Ad tertium dicitur quod consequentia non valet. Equinitas enim potest distingui per sua accidentia in plura supposita, quia accidentia equinitatis, saltem quæritas, habet rationem primi principij distinctiui secundum numerum, accidentia vero substantiarum separatarum non possunt esse talia prima distinctiua, & ideo argumentum non est ad propositum. Et per hoc patet responsio ad quartum. Ad quintum negatur maior. Nam quod aliqua forma sit communicabilis pluribus suppositis, non potest esse nisi duobus modis, quia aut communicatur ipsa vna numero existens & non diuisa, aut communicatur cum sua diuisione. Primus modus communicabilitatis non potest alicui conuenire nisi sit forma infinita. Secundus autem modus non conuenit alicui nisi ratione quantitatis, cui primo & per se conuenit diuisibilitas in partes eiusdem rationis. Ratio autem quod forma abstracta non possit communicari, est finit as & immaterialitas. Ad sextum dicitur quod singulare & vniuersale proprie opponuntur ex suis rationibus forma-

libus. Dupliciter accipitur vniuersale. Vno modo propria subtracta intentioni vniuersalitatatis: & hoc modo nulla natura est vniuersalis nisi sit communicabilis, hoc autem modo nulla forma abstracta est vniuersalis, sed ibi est tantum singularitas. Formæ autem abstractæ dupliciter possunt intelligi. Vno modo conceptu proprio & quidditatiuo, & sic ipsæ intelligunt seipsas & vna aliam intelligit. Et quia talis conceptus non est plurificabilis, ideo nullus intellectus eas sic intelligens potest eis attribere intentionem vniuersalitatatis, sed tantum apprehendit vnamquamque earum, vt est hæc. Alio modo possunt intelligi tantum in conceptibus formarū & naturarum communicabilium pluribus, cuiusmodi sunt formæ sensibiles, & sic illæ substantiæ abstractæ intelliguntur à nobis. Et quia illi conceptus in quibus intelliguntur sunt vniuersales: ideo etiam ipsæ apprehenduntur sub intentione vniuersalis.

QVÆSTIO LII.

Vtrum infinitam multitudinem dari in substantiis abstractis repugnet.

Veritur quinquagesimo secundo. Vtrum repugnet dari multitudinem infinitam in substantiis abstractis. Et agitur quod non. Primo, quia vel ista repugnantia oriatur ex natura substantiæ abstractæ, aut ex ratione infiniti. Sed ex nullo istorum est, ergo non repugnat esse infinitas substantias abstractas. Maior patet, & secunda pars minoris, quia substantiis abstractis non repugnat esse. Vnde si infinitis substantiis repugnat esse, hoc erit tantum ratione infinitatis. Quod autem nō sit ratione infinitatis, probatur, quia non repugnat aliquam multitudinem esse actu infinitam, & primo sic. Frustra est potentia, quæ non potest exire in actum, vt dicit Commenta. primo cæli, commen. 22. Sed species numerorum & figurarum, & multitudo indiuiduorum sunt infinita in potentia, ergo potest multitudo infinita esse in actu. Secundo. In isto instanti omnes res possibles produci sunt in potentia. Sed res possibles produci sunt infinitæ, etiam secundum philosophos, qui ponunt mundum semper duraturum, ergo in isto instanti possunt poni in actu res infinitæ. Tertio. Vniuersum est perfectissimum, vt dicit Philosophus 12. meta. tex. commen. 52. Sed ad perfectionem vniversi pertinet quod cuiuslibet speciei sit saltem vnū indiuiduum, ergo cum species sint infinitæ, saltem species numerorum & figurarū, sequitur quod sint actu infinitæ figuræ. Quarto. Ea quibus repugnat similtas existentie, aut sunt contraria, aut sunt entia successiua. Sed multitudo indiuiduorū eiusdem speciei, puta animarum rationalium, non habet contrarietatem in partibus suis, nec habet successionem, cum sit de genere rerum permanentium, ergo tali multitudini non repugnat quod sit simul. Quinto. Omne constitutum entis in actu, est actu, ergo infinita multitudo est actu. Antecedens patet, quia constituere est passio existentis. Et confirmatur, quia materia prima de qua minus videtur, cum sit pura potentia, non constituit nisi dū actu est sub forma. Consequentia probatur. Omne continuum habet infinitas partes proportionales, quibus constituitur, ergo omnes illæ sunt actu. Confirmatur. Infinitæ partes proportionales continui sunt actu, partes ergo sunt actu. Antecedens patet, consequentia probatur quia esse partem non tollit rationem entis in actu.

Prima ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Respondeo. Et antequam determinetur ista quæst. declaro eam esse metaphysicalem, quia potest alicui videri quod sit naturalis eo quod Arist. in tertio phys. & in primo cæli, fecit mentionem de infinito, & non in metaphysica. Sciendum est enim quod Philosophus in tertio phys. tex. commen. 34. dicit, quod cum infinitum possit accipi dupliciter. Vno modo secundum magnitudinem, & alio modo secundum multitudinem. Ad naturalem tantū pertinet tractare de infinito secundum magnitudinem: quoniam substantia quanta est proprie substantia naturalis. Vnde eius verba sunt hæc: Maxime autem physici est considerare si est magnitudo sensibilis infinita. Et tex. commen. 39. sic dicit, Fortassis hæc quidem est vniuersalis quæstio magis si contingat in mathematicis infinitum esse & intelligibilibus, & in nullam habentibus magnitudinem. Nos autem intendimus de sensibilibus, & de quibus facimus scientiam: vtrum in ipsis est, aut non est, corpus infinitum in augmentum. Ex his patet quod etiam est

Quod de infinito est etiam metaphysica.

Conclusio.

est quæstio an in separatis à materia sit infinitum secundum numerum, & ideo hanc quæstionem determinabimus in hoc loco vbi est sermo de substantiis separatis: quod ideo facere volui, quia multi dicunt non fuisse opinionem S. Tho. quod repugnat esse actu multitudinem infinitam in separatis à materia, licet hoc repugnet in rebus materialibus. Vnde prima parte quæstio. 7. arr. 4. vbi ex proposito loquitur de ista materia, reprehendit quidem Auicennam ponentem posse esse infinita in accidentaliter ordinatis, & eius sermo semper est in rebus materialibus: vt patet per exemplum quæ ponit. Intendo autem principaliter probare in ista quæstione quod fuit opinio Arist. & Comment. & S. Thom. non posse simpliciter esse multitudinem actu infinitam tam in materialibus quam in separatis à materia. Et primo arguitur quod non possint esse infinita separata à materia: quia secundum Arist. tot sunt substantiæ immateriales quot possibile est eas esse. Sed secundum eum non sunt infinitæ, ergo non est possibile eas esse infinitas. Maior patet. Tum quia in perpetuis nō differt esse & posse, vt dicitur tertio phys. tex. commen. 33. & communiter exponitur quod in æternis est quicquid potest esse. Tum quia omnis substantia immaterialis est immediatè à Deo: nec vna est ab alia: vt dicit Commentator 12. meta. com. 27. contra Auicennam, ergo si Deus potest de nouo producere vnā substantiam immaterialem: aut oportet quod libere producat res, aut oportet quod habeat potentiam ad producendum, quam ante non habebat. Sed primum est contra philosophos: secundum vero est non solum contra eos: sed etiam contra veritatem, ergo &c. Secundo. Idè probatur vniuersaliter ex conditionibus quas Philosophus attribuit infinito, 3. phys. quæ sunt prima est, quod infinitum non diffinitur eo modo quo diffinitur antiqui, scilicet quod infinitum est cuius nihil est extra, sed diffinitur sic: infinitum est cuius semper est aliquid extra. Sed si esset actu multitudo infinita, non esse eius aliquid extra: quia totum eius esset intra, & esset positum in actu. Secunda est quod infinitum non habet rationem totius, sed partium. Sed si esset in actu haberet rationem totius & non partium: quoniam totum esset intra quod omne pertinet ad ipsū consistit, & sic est in omni eo, quod secundum se totum est in actu. Tertia est, quod oportet omne infinitum habere actum admixtum potentie. Sed si esset infinitum in actu, esset totum actu & non haberet actum admixtum potentie. Nec valet dicere quod hoc sit verum solum in rebus materialibus, quia locutio Philosophi est vniuersalis: nec alibi posuit aliam rationem infiniti pertinentis ad res immateriales. Vnde Commentator 3. phys. commen. 58. sic dicit. Potentia est differentia substantialis ipsius infiniti. Et postea subdit, quod infinitum est de genere eorum quæ necessario habent actum admixtum potentie. Et com. 59. exponens illud dictum philosophi, infinitum est sicut dies & pugna, dicit Commentator, quod hæc est vniuersalis dispositio infiniti, non dicere actum aliquem demonstratum: sed actum compositum cum potentia. Tertio. constat quod secundum Philosophum & Commentatorem aliqua est substantia omnium nobilissima, vt patet quinto & 12. metaph. tex. commen. 21. Sed si essent infinitæ species nulla esset omnium nobilissima: quia quacunque data, daretur alia nobilior, ergo non possunt esse infinitæ species. Quarto probatur quod idem sit de mente Sancti Thomæ qui in prima parte, loco supra allegato arguit sic contra Auicennam & Algazelem, omnem multitudinem oportet esse in aliqua specie multitudinis. Sed species multitudinis sunt secundum species numerorum: nulla autem species numerj est infinita, cū numerus sit multitudo mensurata per vnus, ergo nulla multitudo est infinita. Et in 1. dist. 43. dicit: quod Deus non potest facere infinita esse actu: quia sequitur quod infinita essent finita. Et secundo quolibeto q. 1. artic. primo, quod sicut Deus non potest facere equum rationale, ita non potest facere ens actu esse infinitum. Constat autem quod in prædictis locis loquitur vniuersaliter, & non tantum de rebus materialibus: cum determinat quod Deus non potest facere infinitum actu: eo quod actualitas simpliciter repugnat infinitati: quia de ratione infiniti, vt diximus, est admixtio actus cum potentia. Et si dicitur quod cum mundus sit æternus secundum Philosophum, oportet esse actu infinitas animas: vt arguebatur in quæst. de æternitate mundi. Respondeo quod ista non sunt compossibilia, animam intellectuam esse immortalem, & infinitum non posse esse actu, & mundum esse æternum. Et quia Arist. videtur ista tria posuisse. Ideo circa hæc accidit maxima difficultas sequentibus eius doctriam: quia vel oportet aliquid istorum negare, vel dicere quod Arist. sibi contradixit. Vnde dico quod secundum Arist. oportet dicere alterum istorum, scilicet quod

vel licet mundus fuerit ab æterno: non tamen homo fuit ab æterno, sed in tempore: vel quod Arist. quando dixit mundum esse æternum, si intendebat hominem esse æternum, nondum determinauerat animam intellectuam esse immortalem: quod postea determinauit 12. metaphysic. Commentator tamen facile euaderet hanc difficultatem, dicendo quod anima intellectiua non plurificatur secundum multitudinem hominum: sed est vna in omnibus: quam opinionem supra probauimus esse contra Arist. Vnde de teneo quod simpliciter secundum philosophum impossibile est esse, actu multitudinem infinitam, siue generum: specierum, siue indiuiduorum. Quiro. Si infinita multitudo esset producta à Deo sequitur quod Deus produxisset quicquid nouit se posse producere. Patet consequentia: quia nō nouit se posse producere nisi infinita. Sed ista propositio est impossibilis, Deus produxit quicquid nouit se posse producere, quia si sic, Deus nihil ultra posset producere, & consequenter esset minus potens quam prius: quod non est fas dicere de diuinitate.

Sententia auctoris

Ad primum

Ad secundum

Ad tertium

Ad quartum

Ad quintum

Ad primum. In oppositum dicitur quod est ratione infinitatis. Et ad primam huius improbationem dicitur ad minorem, quod habere potest duos sensus. Vnus eorum est quod ista propositio sit possibilis, multitudo est infinita, & sic negatur. Alius est, quod multitudo dicatur infinita in potentia, quia, scilicet, in diuisione continui ex qua resultat multitudo, potest procedi in infinitum, & hic est sensus verus: sed ex hoc non sequitur quod multitudo possit esse actu infinita, sed solum quod data quacunque multitudo potest dari maior. Ad secundum dicitur, quod in hoc instanti omnes res possibles produci, sunt in potentia agentis, sed ipse non potest eas ponere omnes in actu in hoc instanti, nec in quacunque alia mensura, quia ista propositio est impossibilis, Deus produxit quicquid potest producere ad tertium dicitur quod ad perfectionem vniversi pertinent principaliter species substantiarum & accidentium: ex quorum positione actu non resultat necessario noua potentia: in quibus vero expositione cuiuslibet actus resultat noua potentia, non oportet quamlibet speciem esse ad hoc quod vniuersum sit perfectum, sed sufficit quod qualibet specie posita, possit adhuc alia poni. Ad quartum dicunt aliqui quod infinitum est ens successionem habes propter causam dictam, scilicet, quia postea actu ponitur noua potentia. Licet enim ea quibus cōuenit infinitas sint entia permanentia, tamen ipsa infinitas est successiua. Vel est dicendum quod maior est falsa. Nam similtas non solum repugnat propter rationem contrarietatis aut successionis, sed etiam propter propriam rationem infiniti: quia infinitum est cuius semper est aliquid extra accipere quod non esset verum si poneretur totum in actu. Ad quintum dicitur, quod aliquid esse in actu potest intelligi dupliciter. Vno modo quia est extra nihil, & est res in natura existens. Alio modo quia non solum existit, sed etiam habet propriam existentiam. Cum dicitur quod infinita multitudo non potest esse in actu, non intelligitur in primo sensu, sed in secundo. Infinitæ enim partes proportionales quæ sunt in continuo sunt extra nihil, sed nulla earū existit per propriam existentiam. Vnde negatur antecedens accipiendo esse in actu secundo sensu posito, probatio autem procedit de esse in actu primo modo. Ad confirmationem dicitur quod esse partem non tollit rationem entis in actu primo modo, sed secundo modo, quia partes non sunt nisi per esse totius.

QVÆSTIO LIII.

Vtrum in permanentia actuali substantiarum separatarum sit formaliter aliqua successio.

Veritur 53. Vtrum in actuali permanentia substantiarum separatarum sit formaliter aliqua successio. Et videtur quod sic. Primo. Possibile est quod prima causa quæ ab æterno voluit a, intelligentiam aliquando esse: voluit etiam eam annihilare, & aliquando non esse. Ponatur ergo in esse, cum sit possibile in sensu composito, & quæro tunc. Cum esse & non esse sint contradictoria, aut Deus voluerit contradictoria, & patet quod non, quia hęc contradictoria vt contradictoria non possunt esse cognita, cum semper alterum sit falsum, ita etiam non possunt esse volita, ergo oportet quod assignetur aliquid propter quod istud esse & non esse, non sunt contradictoria. Constat quod non potest assignari aliquid, nisi quia voluit a esse in b instanti, & voluit ipsum non esse in c instanti, Quæst. Meta. Pau. Souc. F 2 ergo

Notandum.

transmutatione consistit, & ista mensurantur tempore, sicut omnis motus, & esse omnium corruptibilium: hec ille. Pro cuius notitia est sciendum quod in omni mixto est qualitas media inter qualitates elementorum, & ex eis constituta: ut dictum fuit in 2. ratione, cuius in omni mixto est transmutatio continua, cuius transmutationis subiectum est ipsa substantia corporis mixti. Similiter inter elementa est continua alteratio. Et ideo tales substantiæ sunt in continua via ad corruptionem, & per consequens etiam in quodam fluxu continuo, non quod ipsi esse aut forma à qua est, acquirantur partibilibus: sed quia ut dictum est, contingit tendit in corruptionem. Propterea dicit Comment. 12. metaph. cõmment. 38. quod omne quod transmutatur in substantia est diuersarum dispositionum in substantia, & postea subdit, quod corpora cœlestia sunt in media inter substantias separatas, & substantias corruptibiles: & secundum locum & secundum substantiam: corpora vero cœlestia secundum substantiam tantum: substantiæ autem corruptibiles & secundum substantiam & secundum locum transmutantur. Et propter hoc dico, quod non tantum esse qualitatibus secundum quas est transmutatio, sed etiam esse substantiæ tempore mensuratur. Et si diceret aliquis: Separat Deus à substantia corruptibili omnes qualitates actiuas & passiuas, tunc in ea nulla erit transmutatio: & per consequens non mensurabitur tempore. Quod si respondeatur quod istud fieri non potest. Saltem est possibile quod illa separatio fiat per intellectum. Respondeo quod secundum multos dicitur non potest fieri substantiam naturalem sine calido & frigido, & aliis qualitatibus, imò quidam volunt, quod nec etiam sine quantitate: tamē quicquid sit de hoc, non est nunc determinandum: quia, pertinet ad theologos. Dico igitur quod si aliqua substantia naturalis fieret sine omni accidente absoluto, ipsa non esset plus corruptibilis quam cœlum, quoniam in ea nihil esset principium agendi vel patiendi. Et quando sic conseruaretur, tandem esset incorruptibilis & mensuraretur ea mensura qua substantiæ incorruptibiles. Dico tamen quod esset nata mensurari tempore, quia possibile esset quod in ea poneretur qualitates actiue & passiuæ, per quarum continuam actionem tenderet in non esse. Ad id vero quod additur de separatione per intellectum, dico quod mensurari non conuenit rebus prout habent esse in intellectu, sed prout sunt in seipsis, & ideo licet intellectus possit apprehendere substantiam, non apprehendendo eius accidentia, non sequitur ex hoc quod mensuratur mensura distincta à mensura suorum accidentium. Sunt tamen aliqui qui dicunt huiusmodi substantiam corruptibilem mensurari instanti temporis discreti, & iste fuit Heruetus quolibet. 2. q. 12. Sed illud mihi videtur falsum. Primo quia substantia corruptibilis producit in instanti temporis continui, cum eis productio habeat per se necessarium habitudinem ad tempus mensurans alterationem præcedentem, ergo eius mensura est aut tale instans transiens, aut tempus sequens ipsum. Sed non instans, alioquin substantia non duraret nisi per instans, ergo eius mensura est tempus. Secundo. Nulla res mensuratur instanti temporis discreti, nisi eius productio sit in tali instanti, sicut nihil mensuratur tempore, nisi cuius productio est in tempore, vel saltem in eo, quod est aliquid temporis. Sed productio subiecta corruptibili non est in instanti temporis discreti, sed in instanti temporis continui, ergo &c. Tertio. Quæcunque subiciuntur tempori, & tempore transmutantur, habent ipsam mensuram pro mensura, ut dicitur 4. phys. Ideo enim intellectus & volitio, & visio, & esse luminis in aere non mensurantur tempore, quia tempus nihil facit ad eorum corruptionem. Nam si sol centum annis staret super hemisphaerium nostrum semper conseruaretur in aere illud lumen numero nunc caesatum, quia ibi nulla est contrarietas. Similiter dico de visione, si obiectum incorruptibile semper esset præsens potentie visiuæ. Et similiter de intellectu ac visione dicendum est, quia eis nihil est contrarium, sed tempus facit ad corruptionem substantiæ corruptibilis ratione contrarietatis: quæ est in qualitatibus eius à quibus ipsa separari non potest: ergo &c.

Ad primum. Ad primum in oppositum negatur consequentia. Ad probationem dicitur quod esse substantiæ non intenditur nec remittitur, sicut nec forma substantialis, tamen coniunctum est aliquibus, scilicet transmutationis accidenti ratione cuius continue tendit in non esse: & ideo non est simile. Et si dicatur, Cum substantiæ separatae sint coniunctæ suis operationibus quæ mensurantur tempore discreto, & ipsæ quo ad esse earum mensurantur tempore: quare non similiter est dicendum de substantiâ corruptibili, quod licet eius transmutatio secundum qualitates mensuratur tempore: tamē ipsa substantia non mensuratur tempore. Respon-

deo: quod alia ratio est hic & ibi: nam in substantia incorruptibili nulla est qualitas conseruans esse ipsius, quoniam talis substantia ex se est incorruptibilis. Et similiter in ea nulla est qualitas cuius transmutatio fit via ad corruptionem eius. In substantia autem corruptibili sunt qualitates facientes ad eius conseruationem, & per earum transmutationem corrumpitur esse ipsius substantiæ, & ideo oportet quod eadem mensura mensuretur earum substantia qua & illæ transmutationes. Ad secundum negatur maior. Ad probationem dicitur quod mensuratur tempore. Nec valet ista consequentia: Esse substantiæ non acquiritur per partem post partem, ergo non mensuratur tempore, quia oppositum consequentis potest stare cum antecedente: esse enim quod non acquiritur per partem post partem, potest tempore mensurari, dummodo sit subiectum transmutationis quæ est via ad eius corruptionem. Ad tertium dicitur, in homine non est aliud esse, nisi id quod dat anima intellectiua, sicut etiam nulla alia forma præter eam in homine est. Illud autem esse potest dupliciter considerari. Vno modo absolute & secundum se, & sic non mensuratur tempore, sed quo, sicut & esse omnium aliarum substantiarum incorruptibilium. Alio modo consideratur, ut esse hominis, id est, ut homo, puta Sorres per ipsum existit: & quia Sorres per continuam alterationem secundum qualitates suas tendit in non esse, id est, est in via ut desinat participare illud esse quod ei dat sua anima intellectiua: ideo ut sic mensuratur tempore. Et breuiter dico quod esse animæ intellectiue non mensuratur tempore, sed permanentia materiæ sub illo esse, tempore mensuratur. Ad quartum conceditur maior: quia forma substantiæ non solum non est maioris simplicitatis quam eius productio, sed est ipsam productio, generatio enim ignis est forma ignis: sed illa forma non habet rationem generationis nisi in primo instanti sui esse. Sed negatur illa consequentia, generatio mensuratur instanti, ergo esse acquisitum per eam mensuratur instanti. Et ratio huius est: quia illa res quæ est generatio, mensuratur tempore: licet in toto illo tempore quo talis res durat nunquam habeat rationem generationis nisi in instanti primo. Ad quintum negatur maior, quia quod aliqui actus mensurantur eadem mensura, non refert quod vnus actus sit primus & alius sit secundus, sive quod vnus sit substantia & alius sit accidens. Nam sicut substantia cœli mensuratur æuonia & quantitas eius & lux, & ideo enim eadem mensura mensurari quæ conueniunt eodem modo durationis, & sic est substantia corruptibilis & eius operationes, ut declaratum fuit.

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad quartum.

Ad quintum.

QVÆSTIO LV.

Utrum permanentia vnus intelligentiæ possit esse mensura permanentiæ omnium incorporeorum.

Quæritur 55. Utrum permanentia vnus intelligentiæ possit esse mensura permanentiæ omnium incorporeorum. Et videtur quod non. Primo, quia de ratione mensuræ est quod ex natura rei sit notior mensurato: alioquin non duceret ex natura sua in notitiâ alterius. Sed permanentia vnus non est ex se notior quam permanentia alterius: quia cum omnes sint æqualiter ex natura sua incorruptibiles, quilibet habet ex se quod tantum duret sicut alia, ergo duratio vnus non est ex se magis nota quam duratio alterius. Secundo. Nullum indiuisibile potest mensurari, mensura enim non est nisi habentis partes. Sed permanentia cuiuslibet intelligentiæ est indiuisibilis, cum in ea nulla sit successio, ut supra probatum fuit, ergo non potest ab aliquo mensurari. Tertio. In quolibet genere est vna prima mensura, qua mensurantur omnia quæ sunt illius generis. Sed substantiarum incorruptibilium aliqua sunt diuersorum generum, ergo, est dare duas primas mensuras, quarum vna mensurentur omnia quæ sunt alterius generis: maior est nota. Minor probatur. Corporeum & incorporeum genere distinguuntur: cum corporeitas & incorporeitas sint differentie diuidentes substantiarum immediatè in duo genera subalterna. Sed substantiarum incorruptibilium aliqua sunt corporeæ, ut cœli: aliqua vero incorporeæ, ut intelligentiæ, ergo &c. Quarto. Id quod est summè tale in aliquo genere, est causa efficiens aliorum eiusdem generis ut dicitur 2. metaph. text. com. 4. Sed id quod est mensura omnium alicuius generis est maximè tale in illo genere, ut dicitur 10. metaph. text. com. 1. ergo est causa efficiens. Sed vna intelligentia non est efficiens aliarum, ergo vna non est aliarum mensura. Maior huius processus confirmatur, quia per eam doctores probant Deum esse causam efficientem omnium entium, quæ non concluderet: nisi illa maior esset vniuersaliter vera.

Primaria ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Respon

Suppositum primum.

Respondeo. In ista quæstio. primò declarabitur titulus q. secundò, præmittitur aliquæ tertio, dicitur ad q. Quæritur ad primum sciendum est, quod aliud est quæritur, vtrum sit vna tantum intelligentia per quam omnes alie mensurantur. Et aliud est quæritur vtrum vna intelligentia possit esse mensura alicuius alterius: nam istud secundum potest stare cum opposito primi. Si enim a esset præcisa mensura b, & b esset mensura c, & sic successiuè: tunc vna intelligentia esset mensura alterius: & tamē non esset tantum vna mensura. In primo sensu proceditur in ista q. & non in secundo.

Suppositum secundum.

Quantum ad secundum præmittitur primò: quod sicut dictum fuit in 10. huius, mensura est propria passio quantitatis: & ideo si proprie loquamur, non inuenitur nisi in rebus quantis. Tum quia omnis duratio & permanentia essendi videtur signari per modum cuiusdam extensionis: ideo cuiuslibet durationi assignatur propria mensura. Præmittitur secundo quod mensurari vnus per aliud, non est aliud nisi quantitatem vnus cognosci per quantitatem alterius, sive illa sit quantitas virtutis sive sit quantitas molis. Ex quo patet quod vnus intelligentiam esse mensuram alterius, non est aliud nisi cognoscere quantitatem vnus per quantitatem alterius: Et quia nulla res ducit ex natura sua in notitiâ alterius, nisi ex se sit notior: ideo etiâ nulla res est ex natura sua alterius mensura, nisi secundum se sit notior ea. Præmittitur tertio, quod aliquando mensura est æqualis mensurato, & tunc fit mensuratio per applicationem vnus ad aliud, aliquando mensuratum excedit mensuram: & tunc mensuratur per replicationem mensuræ: ut patet in numeris qui vnitate mensurantur. Aliquando mensura excedit mensuratum, & tunc dicitur mensuratum mensurari per accessum ad mensuram vel recessum ab ea. Præmittitur quarto, quod substantiæ abstractæ possunt quadrupliciter considerari. Vno modo quantum ad earum durationem. Secundo quantum ad earum simplicitatem quidditatis sive in essendo. Tertio quantum ad earum simplicitatem in operando. Quarto quantum ad earum nobilitatem & perfectionem secundum naturam.

Suppositum tertium.

Suppositum quartum.

Prima conclusio.

Notandum.

Quantum ad tertium responderetur quatuor conclusionibus, iuxta quatuor partes prædictæ distinctionis. Prima est ista, Stando præcise in duratione & permanentia essendi, omnibus aliis circumscriptionibus saltem per intellectum, nulla substantia finita incorruptibilis potest esse mensura alterius. Probatur ista conclusio breuiter ex hoc, quod omnia incorruptibilia vniformiter incorruptibilia sunt, nec vnus est ex natura sua magis incorruptibile, quam aliud: & ideo impossibile est, quod incorruptibilitas sit notior ex natura sua de vno quam de alio, & per consequens nullum potest ex natura sua esse mensura alterius. Ad huius euidentiam est sciendum, quod aliquis actus potest dupliciter habere aptitudinem ad incorruptibilitatem vel corruptibilitatem. Vno modo ex parte agentis. Alio modo ex parte subiecti. Ex parte agentis, habet actus aptitudinem ad incorruptibilitatem vel ad eius oppositum secundum modum quo agens agit. Si enim agens agat necessariò: tunc effectus eius habet ex parte agentis quod sit perpetuus: quia agens non potest non agere ipsum. Si verò agens agat mere contingenter, tunc potest agere: & non agere: & per consequens effectus quantum est ex parte agentis potest non esse, & sic non habet aptitudinem ad perpetuitatem. Ex parte verò subiecti habet aptitudinem & perpetuitatem quando subiectum est perpetuum, & non est in potentia ad actum oppositum. Et quia materia cœli est perpetua, & non est in potentia ad priuationem formæ quam habet. Similiter quia quidditas intelligentiæ cuiuslibet est perpetua, & non est in potentia ad oppositum sui esse: ideo omnia ista habent vniformiter eandem rationem perpetuitatis & durationis quantum est ex se: licet non habeant hoc ex parte agentis quod potest ea conseruare & non conseruare. Secunda conclusio. Vna intelligentia non potest esse mensura alterius quantum ad simplicitatem substantiæ ipsarum. Ista conclusio probatur etiam sicut præcedens, quoniam omnes sunt æqualiter simplices: quoniam in nulla earum est vel minima compositio partium essentialium sive quidditatum. Tertia conclusio. Vna intelligentia potest esse mensura omnium incorporeorum quantum ad perfectionem & nobilitatem. Probatur. Vbi aliqua sunt eiusdem generis & specie distincta: ibi oportet esse vnus nobilior omnibus aliis. Sed omnia incorruptibilia conueniunt in genere entis perpetui, & sæpe distinguuntur: ergo est in eis aliquid dignius aliis. Sed nobilitatum in aliquo genere est mensura omnium aliorum: in quantum perfectionem vnus cuiusque aliorum cognoscimus per appropinquationem vel elongationem ad ipsum: ergo &c. Foris ista deductio patet & probatur Maior: quia impossibile est res specie distinctas habere eundem essendi gradum nobili-

tatis: cum semper vna differentiarum diuidentium genus sit nobilior alia. Minor etiam probatur: nam quod intelligentiæ differant specie, probabitur infra. Quod etiam cœli differant specie, probatur: quia planetæ differunt specie, imò etiam stellæ: ut dicit Commentator 2. cœli. Sed stellæ esse de natura sui cœli, ergo etiam cœli specie differunt. Quarta conclusio. Vna intelligentia potest esse mensura aliarum quantum ad operationem. Pro notitia huius conclusionis est sciendum quod quanto aliqua intelligentia est superior, tanto per pauciores species intelligit: & per consequens superioribus intellectionibus. Vnde operationes intelligentiæ superioris sunt magis vniformes operationibus intelligentiæ inferioris. Et ideo sicut ille motus corporalis qui est magis regularis & vniformis & vnus, est mensura omnium aliorum motuum, licet quilibet motus etiam habeat præter hoc suam propriam mensuram intrinsecam: ita datur vna prima intelligentia quæ omnium aliarum est mensura: & hæc est illa cuius esse simpliciori operationi conuenit. Quæ autem sit ista, & multa alia pertinentia ad materiam intelligentiarum habent pertractare theologo lib. 2. fen.

Quarta conclusio.

Ad primum.

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad quartum.

QVÆSTIO LVI.

Utrum permanentia intelligentiæ distinguatur ab intelligentia.

Quæritur 56. Utrum permanentia intelligentiæ distinguatur ab intelligentia. Respondeo, quod ista q. potest habere duos sensus. Primus est, an permanentia, id est, actualis existentia intelligentiæ distinguatur à substantia eius, & de hoc quæsitum fuit supra. Secundus est, præsupposito quod existentia intelligentiæ non sit eius substantia. An permanentia suaduratio illius existentie sit ipsam existentiam, vel potius aliquid ab ea distinctum. Ad quod responderetur quod sunt vna res, & ratione distinguuntur: quod probatur. Primò. Nulla maior distinctio est inter existentiam substantiæ abstractæ & eius durationem sive mensuram, quam sit inter primum motum, & eius mensuram quæ est tempus. Sed motus & tempus sunt vna res, ergo &c. Maior nota. Minor probatur: quia Philosophus 4. phys. text. com. 101. dicit, quod Philosophus non accipit numerum numerantem, sed numerum numeratum: qui non est aliud nisi ipse partes temporis quæ numeratæ sunt. Et hæc expositio dicit etiam esse secundum Alexandrum Aphrodisium. Et hoc arguitur sic: Partes priores & posteriores in motu sunt ipse motus & eadem partes, in quantum sunt numeratæ: sunt tempus: sed esse numeratæ actu non addit super illas partes motus sunt eadem res, & distinguuntur per operationem.

conclusio.

conclusio.

Opp. Her.

Ad primum.

tionem intellectus. Confirmatur, quia Commentator cap. 93. 4. phisic. sic dicit, Prius & posterius quæ sunt in motu habent quidditatem aliam à quidditate motus, licet sint eum motu idè in subiecto. Et post pauca subdit, Prius & posterius cum fuerint accepta secundum quod sunt in subiecto: tunc erunt partes motus: cum autem fuerint considerata secundum diffinitionem & quidditatem, tunc prius & posterius erit aliud à motu: quoniam motus est in quantitate, prius & posterius sunt in numero. Ex quibus patet, quod prius & posterius ut sunt partes tæporis, id est, ut sunt numerata, non distinguuntur à motu nisi secundum diffinitionem, id est, secundum rationem formalem: quia alia est ratio motus: tamen sunt idem subiecto, id est, secundum ræ. Et Commentator 109. dicit quod motus & tempus sunt idè materialiter & distinguuntur tantum formaliter. Sed contra hanc rationem arguitur. Primò. Nulla quantitas est eadem alteri quantitati, nisi partes eiusdem proportionis in ea sint æquales tam in numero quàm in magnitudine partibus eiusdem proportionis in alia. Sed partes eiusdè proportionis alicuius motus non sunt æquales in numero & magnitudine partibus eiusdem proportionis in tæpore, ergo tempus, & motus nò sunt eadem quantitas: Maior patet. Minor probatur. Si enim a, mobile moueatur super b, magnitudine à motore c, aliquantè virtutis, & postea moueatur à motore d, duplæ virtutis: constat quod in vtroque motu sunt eadem partes: quia mouens motu velociori nò facit mobile simul pertransire multas partes, sed vnâ post aliam: & tamen non erunt æquales partibus tæporis: quia mouens motu velociori mouet in minori tæpore: ergo &c. Secundò. Philosophus 4. phisic. probat quod motus nò est tempus. Tum quia tempus est vbique, non autem motus. Tum quia tempus non multiplicatur, & motus multiplicatur. Tum quia velox & tardum, sunt partes motus & non tæporis, ergo &c. Ad primum dicitur quod oportet multum pertractare in hoc loco materiam istam, sed pertinet ad 4. phisic. quantum tamen pertinet ad propositum dicitur quod cum tempus non sit aliud nisi prius & posterius, numerata in motu, ut patet ex diffinitione tæporis 4. phy. oportet quod vbique ista reperiantur, ibi etiã sit tempus. Et quia in omni motu reperitur, ideo in omni motu est assignare proprium & adæquatam eius tæmpus. Cum hoc tamen fiat quod datur tantum vnus tæmpus mensurans omnes motus: quia etiam datur tantum vnus motus primus omnium & regularissimus. Ex his dico quod mobile mouetur super aliquam magnitudinè à duobus motoribus successiue, quorum vnus mouet velocius altero, sicut ibi sunt duo motus: ita etiam duo tæpora: & partes cuiuslibet illorum motuum sunt æquales partibus sui proprii tæporis, sed per comparisonem ad tæmpus commune, quod est tantum vnus: plures partes huius tæporis correspondent motui tardo quàm velociori: quia motus tardus coexistit pluribus partibus illius tæporis: quàm motus velocior. Ad secundum dicitur quod omnes alij motus præter primum distinguuntur realiter à tæpore primo & communi, licet quilibet habeat proprium tæpus ei intrinsicum: sicut etiam habet proprias partes: quarum vna est prior & alia posterior. Loquendo autem de primo motu, dico quod Philosophus nò intendit probare quod distinguantur realiter, sed quod distinguantur formaliter. Et quod tæpus sit accidens motus: quia accidit motui quod partes eius numerentur, & ideo accidit ei ratio tæporis, sicut etiam albedini accidit similitudo, licet sit eadem res cum albedine. Ad primum probationem dicitur quod tæpus primum est vbique tæquam mensura: quia omnes alij motus & quietes eo mensurantur: motus autè primus non est vbique tanquam mensura: quia ei non conuenit ratio mensuræ: in quantum est motus, sed in quantum habet rationem tæporis. Ad secundam dicitur, quod multiplicatur, sicut & motus: non tamen multiplicatur illud tæpus quod est prima mensura omnium motuum. Ad tertiam dicitur quod velox & tardum sunt passiones motus: in quantum distinguuntur ratione à tæpore: quia non conueniunt motui, in quantum est tempus, id est, in quantum prius & posterius in eo sunt numerata, sed conueniunt ei præcise, in quantum est motus.

QVÆSTIO LVII.

Vtrum quamlibet intelligentiam esse naturam intellectuales possit demonstrari.

Queritur quinquagesimo septimo. An demonstrari possit quamlibet intelligentiam esse naturam intellectuales. Et videtur quod non. Primò Nulla differentia constituitur generis vel speciei potest de eo demonstrari cuius est motus.

constitutiva: quia ut probatur 2. post. nec diffinitio nec aliqua pars diffinitionis potest demonstrari de diffinitio, sed intellectuales est differentia constitutiva generis substantiarum abstractarum, ergo. Secundò. Si demonstrari potest medium ad hanc demonstrationem, esset immaterialitas: ut dicendo sic, omne immateriale est intellectuale. Sed immaterialitas non est sufficiens medium, ergo Maior patet: quia ex sensatis non videtur posse requiri aliud medium. Minor probatur: quia immaterialitas probatur per intellectualitatem. Nam Philosophus probat 3. de anima, quod intellectus est separatus, & immixtus per hoc quod est intelligens, ergo intellectualitas non probatur per immaterialitatem: alioquin esset circulus in demonstrationibus. Tertio. Id quod conuenit alicui ex se non potest de eo demonstrari, cum non habeat causam per quam tali rei conueniat. Sed quilibet intelligentia ex natura sua est intellectualis: alioquin non esset ex se intelligentia: ergo intellectualitas de nulla earum demonstrari potest.

Respondeo. In ista quæst. primò aliqua præmittenda sunt: secundò, dicendum est ad quæsitum. Quantum ad primum sciendum est, quod sicut mobilitas dupliciter accipi potest: ita intellectualitas. Aliquando enim accipitur mobilitas prout dicitur formalem rationè obiecti naturalis philosophi, secundum quem modum dicit Comment. & Albe. quod corpus in quantum est mobile est subiectum in naturali philosophia: ita quod mobilitas est formalis, & quidditativa ratio, quam primò & per se respicit ille habitus: & hoc modo etiã corpus siue ens mobile nò est aliud, nisi esse talem naturam que sit apta nata moueri ratione alicuius principij sibi intrinseci. Alio modo accipitur mobilitas pro aptitudine siue inclinatione ad motum: & hæc est propria passio demonstrabilis de tali ente siue mobili per mobilitatem primo modo dictam. Et similiter intellectualitas accipi potest pro ipsa natura quæ intellectualis est. Et potest etiam accipi pro aptitudine ad intelligendum. Primò autem modo est differentia constitutiva. Sed secundò modo est accidens & proprietas eius. Sciendum secundò, quod immaterialitas tripliciter potest accipi. Vno modo pro negatione inclusa in hoc nomine immateriale: & quia negatio nò potest esse principium alicuius entis positiu: ideo per immaterialitatem hoc modo dictam nulla re potest demonstrari propria passio. Secundò accipitur immaterialitas prout dicitur quid positiuum oppositum materiæ, quæ est pura potentia: & hoc modo quilibet actus non habens materiam partem sui, potest dici ens immateriale: hæc autem immaterialitas non potest esse principium ad demonstrandum intellectualitatem: alioquin sequeretur quod quæritas in eucharistia esset intellectualis. Tertio accipitur immaterialitas pro entitate positua per se subsistente, non habente materiam nec quantitatem & talis immaterialitas proprie appellatur entitas siue natura spiritalis.

Quantum ad secundum, pono duas conclusiones: quarum prima est. Intellectualitas quæ est propria passio, potest demonstrari a priori, de intelligentiis per intellectualitatem primo modo dictam: siue per immaterialitatem tertio modo dictam: siue per spiritualitatem quod idem est. Et hoc probatur. Primò. Nulla res potest esse expers cuiuslibet boni siue cuiuslibet operationis. Et per hanc propositionem improbat Philosophus 7. metaphysic. ideas Platonicas. Sed natura immaterialis per se subsistens, esset expers cuiuslibet operationis nisi intelligeret: ergo. Minor probatur. Nam enim posset habere operationes quæ sunt per qualitates actiuas & passiuas: cum tales qualitates nò sint nisi in substantia materiali & quanta. Non etiam haberet motum localem: sicut grauiæ & leuiæ propter candè rationem. Nò etiam haberet operationes vegetatiuas, aut sensitiuas: quia istæ non sunt nisi per organum corporale. Non etiã haberet vim motiuam cæli: quia ut dicit Philosophus 2. & 3. de anima, vis motiua in animalibus præsupponit appetitum: & appetitus præsupponit cognitionem, ergo si cognitio intellectualis non esset in substantia immateriali: sequitur quod nulla operatio sibi conueniret. Secundò immaterialitas est causa quod aliud sit natura intellectualis: ergo per eam à priori potest demonstrari intellectualitas consequentia patet. Antecedens probatur. Ad cuius euidenciam, sciendum est, quod natura per se subsistens & immaterialis est nobilior qualibet substantia materiali quia magis elongata est à potentialitate, & per consequens debet habere nobiliorem operationem & virtutem. Intelligere autem est nobilissima omnium operationum: unde Philosophus 12. metaphysic. text. comment. 1. ex hoc probat Deum esse intelligentem, dicens Deum esse nobilissimum omnium entium: quæ nobilitas non inest ei, nisi quia intelligit. Et ibi Commentator probat ex hoc quod non

Secunda ratio.

Tertiaratio.

Immateria- litas triplex.

Prima conclusio.

Notandum.

Te. cõ. 37.

non solum primum principium est natura intellectualis, sed etiam quod semper actu intelligit, dicens: quod est necesse, ut intellectus semper sit secundum alterum ipsum duorum, scilicet, aut secundum dispositionem qua sciens non vultur scientia sua, & tunc est quasi dormiens, & non inuenitur in eo dispositio nobilis. Aut secundum dispositionem in qua sciens vultur scientia sua: & hoc est valde mobile. Et sic patet à priori, quod per immaterialitatem concluditur intellectualitas eo modo quo per conceptum abstractum concluditur passio in adæquata de quolibet inferiori: puta per triangulum habere tres angulos de Isochele. Nam aliquando demonstratur adæquata passio de subiecto: & hoc oportet esse per propria principia illius: puta per diffinitionem subiecti. Aliquando concluditur passio adæquata sicut visibilitas demonstratur de albedine & nigredine: & in tali demonstratione medium non est diffinitio talis subiecti, sed est conceptus abstractus ab omnibus istis, puta conceptus coloris. Et hoc secundo modo demonstratur intellectualitas per immaterialitatem, quia intellectualitas non est passio adæquata alicui intelligentiæ, sed omnibus conuenit: & ideo per conceptum immaterialitatis qui omnibus est communis, potest de vnaquaque earum demonstrari intellectualitas. Secunda conclusio est. Immaterialitas potest demonstrari per intellectualitatem à posteriori. Ista conclusio probatur. Primò, quia omnis causa potest demonstrari per effectum. Sed immaterialitas est causa intellectualitatis: ergo &c. Secundò. Omnis operatio & virtus cognoscitiua requirit immaterialitatem, ergo nobilissima virtus cognoscitiua maiorem requirit immaterialitatem: huiusmodi autem est intellectus: consequentia patet. Antecedens probatur. Tu quia Philosophus 2. de anima, r. c. 122. dicit quod plantæ non cognoscunt propter suam materialitatem. Et in eodem libro dicit quod ideo sensus est cognoscitiuus: quia recipit species rerum sensibilium sine materia.

Secunda conclusio.

Ad primum.

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad argumenta respondetur, licet satis appareat eorum responsio ex prædictis. Ad primum negatur minor: accipiendo intellectualitatem prout dicitur aptitudinem & immedia- rum principium elicituum intellectus. Ad secundum negatur minor. Ad probationem dicitur, quod illa probatio est à posteriori, & per consequens non est circulatoria in his demonstrationibus. Ad tertium negatur maior de eo quod conuenit alicui per se in secundo modo perfectatis: tale enim habet causam per quam potest demonstrari: & huius est intellectualitas: & ideo non sequitur quod intelligentia non sit ex se intelligentia.

QVÆSTIO LVIII.

Vtrum in substantiis abstractis sit intellectus agens & possibilis.

Queritur 58. vtrum in substantiis abstractis sit intellectus agens & possibilis. Respondeo. Non queritur hoc loco vtrum intellectus agens & possibilis sint de numero substantiarum abstractarum, sicut voluit Auicenna, dicens intellectum agerem esse intelligentiam istam quæ est in concauo orbis lunæ: & quæ præest sphaeræ actiuorum & passiuorum: ut ab ea effluant species intelligibiles in intellectum nostrum, & formæ substantiales in materia, & sicut Auerrois 3. de anima, com. 5. & 8. dixit intellectum possibilem esse substantiam separatam. sed queritur, an sicut in natura animæ intellectualis quæ est forma hominis, sunt virtutes, scilicet, intellectus agens & possibilis, ita etiam in intelligentiis istæ duæ potentie reperiantur. Ad quam q. determinandam nulla alia via naturaliter haberi potest nisi ex proprietatibus, quas Philosophus & Commentator attribuunt istis potentiis. Nam cum qualibet virtus sit propter operationem, oportet secundum exigentiam operationis de ea iudicare, & hoc dico nisi quis accipiat intellectum agentem, aut possibilem æquiuocè: quia cum talibus non est disputandum: dicam ergo prius proprietates vtriusque istorum: & statim patebit, an sint in intelligentiis. Et primo Philosophus 3. de anima, text. comment. 4. dicit quod intellectus possibilis nullam habet naturam, nisi quod possibilis appellatur est. Et quomodo sit possibilis declarat text. comment. 5. dicens, quod ideo est possibilis: quia non est actu aliquod entium antequam intelligat, & postea in fine eiusdem dicit, quod anima est locus specierum non tota: sed intellectualis: neque actu, sed potentia species. Et idem replicat text. comment. 6. circa medium dicens, quod anima est locus formarum, sed non vniuersa, sed intelligens, neque forma: in eadem, sed in potentia, & idem dicit text. comment. 13. Ex

Intellectus possibilis cõditio.

his omnibus aperte patet: quod nulla alia est ratio propria quam intellectus dicatur possibilis secundum Aristotem: nisi quia nullam de se generalem speciem habet. Sed secundum omnes & etiam secundum eos qui ponunt in intelligentiis intellectum possibilem: cuiusmodi est Scotus, 2. dist. 3. q. vltim. Et Greg. de Arimino 2. dist. 7. intellectus substantiarum abstractarum habent aliquas formas conaturales eis, ergo in eis non est ratio intellectus possibilis. Sicut enim propria passiones sunt necessariæ à subiectis suis: ita & species rerum in intellectu antiquo. Secundò. Philosophus 3. de anima, text. 7. dicit quod intellectus possibilis postquam acquisiuit species, tunc est in actu primo & essentiali, tamen adhuc est in potentia ad actum secundum, & tunc potest se ipsum intelligere. Et text. comment. 14. dicit, quod ipse est intelligibilis, sicut & alia. Et idem postea statim replicat text. comment. 15. in principio. Ex quibus habetur quod intellectus possibilis, in eo quod possibilis, non potest se intelligere nisi prius alia intellexerit, & non potest se intelligere nisi per speciem, sicut nec alia. Sed intelligentiæ abstractæ intelligunt se non per aliquam speciem: ut etiam concedit Scotus 2. dist. 3. q. 8. & intelligit se prius natura quam alia: ergo in eis nò est proprietas intellectus possibilis. Ex his autem quæ dicit Commentator de intellectu possibili non est arguendum: quia ipse errauit in exponendo Aristot. circa materiam istam. Nunc verò probandum est tam ex Philosopho quàm ex Commentatore quod in substantiis abstractis non sit intellectus agens. Primò, quia proprium est intellectus agentis non sunt phantasmata, ergo nec in intellectus agens. Minor est nota: quia phantasmata, cum habeant esse extensum, non sunt nisi in virtute corporea. Maiorè ponit Commentator 3. de anima, comment. 4. sic dicens: Virtutes enim passiuæ sunt mobiles ab eo cui attribuantur: actiuæ autè mouentur illud cui attribuntur, & quia res non mouet nisi secundum quod est in actu, & mouetur secundum quod est in potentia: necesse est in quantum rerum formæ sunt in actu extra animam, ut moueant animam rationalem secundum quod apprehendit eas. Quemadmodum sensibilia, in quantum sunt entia in actu, necesse est ut moueant sensus, id est, ut sensus moueantur ab eis, & ideo anima rationalis indiget considerare intentiones, quæ sunt in virtute imaginatiua: sicut sensus indigent inspicere sensibilia. Sed tamen virtutes quod formæ rerum extrinsecarum mouentur hanc virtutem: ita quod mens auferat eas à materiis, & facit eas primò intellecta in actu, postquam erant intellecta in potentia. Et hoc modo videtur quod ista anima est actiuæ, non passiuæ. Secundum igitur quod intellecta mouentur eam, est passiuæ: & secundum quod mouentur ab ea, est actiuæ: & ideo dixit Aristot. post, quod necesse est ponere in anima rationali has duas differentias, scilicet virtutem actionis, & virtutem passionis. Hæc Commentator. Ex quibus patet quod propter nihil aliud ponitur intellectus agens, nisi ut faciat ea quæ sunt intelligibilia in potentia, esse intelligibilia in actu abstractando ab imaginatiua. Et autem quæ hic dicit Commentator habentur ab Aristotele in eodem libro text. comment. 17. vbi etiam Commentator magis diffusè ponit ea quæ hic superius allegata sunt. Nam exponens illud verbum Philosophi, intellectus secundum quod intelligit omne, est quasi habitus, & quasi lux. sic dicit, & intendit Aristoteles intelligentiam agentem: & per hoc quod dixit: intelligit quasi habitus: intendit quod facit omnem rem intellectam in actu postquam erat in potentia: ex quo patet: quod cum loquatur vniuersaliter, quod nulla res est intelligibilis ab intellectu possibili nisi in potentia ante actionem intellectus agentis. Constat autem quod intellectus possibilis cuiuslibet substantie abstractæ aliqua intelligit, saltem seipsum ante omnem actionem intellectus agentis, etiam si in eo poneretur. Primum Comment. eodem comment. subdit, quod proportio intellectus agentis ad intellectum possibilem non est sicut proportio artis ad artificiatum, quia in materia artificij nihil est de forma artis ante actionem artis. In anima autem est aliquid de intentionibus, scilicet, quia species rerum sunt in imaginatione: & per consequens intellectus agens non potest se solo causare species intelligibiles, quas ipse appellat intentiones: sed concurrat etiam imaginatio. Nec sola imaginatio potest, quia si species intelligibiles esset tantum à phantasmate, ipsa repræsentaret tantum indiuidualiter. Ex quo patet quod necesse est in omni actione intellectus agentis concurrere actionem imaginatiuam, quæ cum non sit in substantiis abstractis: nec intellectus agens ibi erit. Primum. Declarans Commentator in fine illius comment. 18. qualis sit actio intellectus agentis, dicit, quod ipsa est abstracta. Et declarat quid sit abstracta dicens, ab-

Quæ sit intellectus agens officia.

conclusio.

stra-

Dubitatio quod motus & tempus non sint eadem res.

Ad primum.

Ad secundum.

habere enim nihil aliud est, quam facere intentiones ima- ginatas in actu: postquam erant in potentia. Cum igitur in intelligentiis nulla sit intentiones imaginata: nulla etiã ibi est abstractio. Præterea non solum intellectus agens causat speciem in possibili: sed etiam concurrunt obiectum: & hoc in nobis est mediante phantasmate: ut isti concedunt: ergo cum in intelligentiis nō sit phantasma: sequitur quod obiectum per se immediatē cōcurreret: quod falsum est. Tum quia agens omne esset approximatam passo: & sic oporteret continuē substantias abstractas moveri de loco ad locum ad acquirendum scientiam rerum sensibilibum eo modo quo eis concueuit esse, moveri localiter. Tum quia corporeum non potest immediatē agere in rem incorpoream. Dicitur fortē quod omnia quæ superius dicta sunt, intelliguntur de intellectu agente & possibili in nobis, & non in intelligentiis. Sed ista responsio fuga est & voluntaria. Tū quia ut dixi in principio quæst. loquimur de istis potentiis vniuocē. Tum quia cum Philosophus 3. de anima, com. 14. & 15. Et 12. meta. com. 50. loquatur de cognitione substantiarum separatarum, vti que aliquam mentionem fecisset de huiusmodi, vt traderet nobis completa ea quæ naturaliter de ipsis cognosci possunt. Quod si dicatur, ibi esse intellectum agentem & possibilem, sed non posse naturaliter cognosci, eodem modo dicam quod in eis est virtus visiva. Et quod in cœco audiente aliquid de coloribus: caulatur notitia coloris, sed ipse eam non percipit. Quæ omnia apparent fati irrationabilia. Et ideo nullus Philosophus habet ponere in intelligentiis intellectum agentem aut possibilem.

QUÆSTIO LIX.

Vtrum intelligentia intelligat se per seipsas formaliter.

Veritur quinquagesimonono. Vtrum intelligentia intelligat se per seipsas formaliter. Et videtur quod non. Primum Omne receptiuum est denudatum à natura eius, quod recipitur: vnde dicit Philosophus 2. de anima, quod visus est abs color: quia intus apparatus prohiberet extraneum. Et Commentator 3. de anima, comment. 4. & comment. 17. dicit: quod recipiens est denudatum à natura recepti: & quod in ista propositione sustentatus est Aristoteles dum probat intellectum esse separatum & immixtum. Sed intellectus intelligentiæ nō est denudatus ab essentia ipsius intelligentiæ: cum semper ei sit coniunctus: ergo illa quid dicit non est ei ratio intelligendi eam. Secundò. Id quod intellectus formaliter intelligit, dat intelligentiis aliquod esse: quia impossibile est quod agens agat aliqua forma, secundum quam non sit in actu: nam ignis non potest calefacere per calorem ab eo separatum. Sed quidditas intelligentiæ nō dat formaliter aliquod esse intellectui eius: cum sit forma per se subsistens, & nulli inherens: ergo &c. Tertiò. Nulla res est sibi ipsi ratio agendi: alioquin haberet rationē principij formalis respectu sui ipsius. Sed intellectus intelligentiæ est eius substantia: ergo &c. Minor probatur: quia vt dicitur 3. de anima, tex. comment. 15. in separatis à materia idem est intelligens & intellectum. Quartò. Intellectus intelligentiæ & eius intellectio & substantia sunt vna res, ergo vnum non est alteri ratio intelligendi: consequentia patet. Antecedens est Commentatoris 12. met. com. 35. & probatur ratione. Si intellectio qua intelligentia intelligit, esset res ab ea distincta: talis intellectio esset forma immaterialis & absoluta: ergo ipsa intelligeret. Patet consequentia: quia omnis forma abstracta, & immaterialis est intelligens: aut igitur illa intellectio intelligeret actione à se distincta, aut ipsamet esset sua intellectio. Si detur primum, adhuc queritur de illa alia intellectio, & sic in infinitum. Si detur secundum, eadem ratione standum fuit in primo, quod intelligentia sit sua intellectio. Quintò. Si est intelligentia est forma actu intelligibilis, cū sit immaterialis: eadem ratione & anima intellectiua. Sed anima non est sibi ratio intelligendi: quia non intelligit se nisi sicut alia: vt dicitur 3. de anima, ergo neque intelligentia. Sextò. Obiectum cognitum ab intellectu est terminus intellectiois: id autem quo intellectus intelligit est mediū respectu obiecti: quia mediat inter intellectum & obiectū. Sed impossibile est, quod idem sit mediū, & terminus respectu eadem obiecti: alioquin etiam esset prius & postius: cum mediū sit prius termino: ergo intelligentia non est suo intellectui mediū intelligendi se. Respondeo. In ista quæstio. primò declarabitur titulus quæstionis, secundò quid Philosophus & Commentator intulerint: tertio dicitur ad quæsitum. Quantum ad primū dicitur quod ista propositio, intelligentia intelligit seipsa

Primaria ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Sexta ratio.

formaliter, potest habere tres sensus, secundum quod sunt tria, quibus substantia intellectualis dicitur formaliter intelligere. Sicut enim ignis formaliter calefit calore: & formaliter calefacit calefactione: sic etiam anima formaliter intelligit potentia intellectuali & formaliter intelligit specie intelligibili, & formaliter intelligit ipsa intellectio. Potest igitur queri an intelligentia sit suus intellectus, & an intelligentia sit intellectui suo ratio intelligendi, & an intelligentia sit sua intellectio. Et de omnibus istis aliquid est dicendum. Quantum ad primum dicitur de omnibus istis ordine retrogrado. Et primò an intelligentia sit sua intellectio. Dixerunt aliqui, vt supra dictum fuit in hoc 12. quod Commentator existimauit intellectioem, qua intelligentia intelligit, non esse aliud nisi obiectum intellectum. Et istud supra fuit improbatum. Sed vtrum intellectio sit ipsa substantia intelligens, non est ita expressum apud Aristotelem. Dico tamen quod ipse probat 12. metaph. text. comment. 31. quod intellectio primæ causæ est substantia eius. Tum quia cum intellectio sit perfectio intellectus, sequitur quod intellectus ille, per se ceretur aliquo alio. Tum quia sequeretur quod intellectus primæ causæ se haberet potentia ad illam intellectioem. Sed de alijs intelligentiis non est ita manifestum. Videntur tamen alia qua verba Philosophi istud innuere. Primò. Quia in eodem textu facit hanc consequentiam. Si intellectus primæ causæ est in potentia: necessarium est vt consecutio intelligendi inducat in lassitudinem. Ista autem consequentia non tenet nisi per istud principium, quod vbi intellectus est potentia respectu intellectiois, ibi contingit lassitudo, ergo à destructione consequentis, cū in intelligentiis non sit lassitudo, sequitur quod earum intellectus non est potentialis respectu intellectiois, sed est ipsa intellectio. Secundò: quia in eodem textu circa finem sic dicit: Essentia intelligendi non est eadem & passio: sicut in quibusdam scientia, est scitū. Et postea subdit, In essentialibus autem res est ratio intellectus. Intellectū enim nō est aliud ab intellectu: omne igitur quod nō habet materiã est idē: intelligere enim, & passio etiam sunt idē. Ecce quod dicit quod intelligere & passio sunt idem. Per passionem autem non potest accipi nisi aut ipsa intellectio aut intellectus qui quodam modo patitur recipiendo intellectioem. Sed nō potest per passionem accipi intellectio: quia tūc nihil aliud esset dicere nisi quod intellectio est eadē sibi ipsi. Sed mihi videtur quod ista non cogant. Et ad primum dicitur quod intentio philosophi fuit ibi probare quod primum principium nō intelligat vnum post aliud: quia in tali successione accidit lassitudo: nō autē intendit per hoc dicere quod vbiunque non est lassitudo, ibi intellectio sit substantia intelligentis. Ad secundum dicitur, quod per passionē accipit obiectum: & per intelligere accipit intellectum. Et quod ista sit intentio Philosophi patet: quia Commentator exponens illa verba sic dicit, Declaratū est, quod omne carens materia, intellectus & intellectum in eo idem sunt, passionem enim & passio idem est. Et magis adhuc patet ex alia traductione quæ sic habet, Nō altero igitur existente eo quod intelligitur & intellectu, quæcunque non materiam habent. Si autem queratur quæ fuerit opinio Commentatoris: dico quod ipse putauit intellectioem esse idem cum substantia intelligentiæ: vt supra probatum fuit. Et adhuc confirmatur: quia 12. metaph. comment. 31. circa medium sic dicit, essentia intellectus non est eadem cū intelligere, quod est actio intellectus in nobis, & causa in hoc est: quia intellectum in nobis est aliud ab intelligere. In eis autem quæ sunt non in materia: contingit vt intellectum & intellectus & actio intellectus sint idem. Sed licet Commentator ita senserit: communiter tamen tenetur quod intellectio intelligentiæ non est substantia eius. Primò. Si intelligentia est sua intellectio, sequitur quod quælibet intelligentia sit æquæ simplex, sicut prima causa. Sed hoc est falsum: ergo &c. Falsitas consequentis patet: quia Philosophus probat 12. metaph. sic primam causam esse omnium nobilissimam. Et Commentator ibi dicit quod primum principium est nobilissimum omnium entium. Consequentia probatur, quia sublata compositione intellectus cum sua intellectioe non videtur quæ alia compositio remaneat in intelligentiis: cum quælibet alia minus videatur inesse intelligentiis. Secundò, sequitur quod intellectio cuiuslibet intelligentiæ esset subsistens, sicut & eius substantia. Sed supra sæpe probatum fuit ex intentione etiam Commentatoris quod actio subsistens non potest pluralitari, sicut nec albedo subsistens: ergo intellectio nō est substantia intelligens. Tertiò, intellectio in nobis distinguitur ab intellectu: ergo & in substantiis abstractis: licet ista consequentia non habeat expressam euidentiã, tamē videtur rationabilis, quia anima est substantia intellectualis

Articulus 1.

Articulus 2.

Articulus 3. Conclusio.

Com. opi.

Conclusio 1.

lectualis simplex intrinsecè, sicut intelligentia. Antecedens probatur, quia Philosophus & Commentator sæpe dicunt 2. & 3. de anima, quod intellectus mouetur à phantasmate, & ab intellectu agente ad suam vltimã perfectionem quæ est intelligere, & quod intelligere, est pati: ergo intellectus dū intelligit aliquã entitatē de nouo recipit. Confirmatur, quia Commentator 3. de anima, comment. 5. recitat opinionem Themistij dicentis quod intellectus speculatiuus est quid compositum ex intellectu agente, & intellectu possibili, & quod dum intellectus possibilis de nouo intelligit, nihil in eo de nouo generatur. Et postea hanc opinionem reprobat Commentator comment. 20. ergo de mente eius est quod dum intellectus intelligit, de nouo causatur in eo noua realitas, & per consequens aliquid ab eo distinctum. Quantum ad secundum, scilicet, vtrum substantia abstracta sit suus intellectus: credo quod tam Philosophus quam Commentator dicerent quod sic. Nam Commentator posuit etiam intellectum possibilem quo nos intelligimus, esse substantiam separata, & eodem modo Auic. posuit intellectum agentem. Alij verò ita de hoc dicerent, sicut etiam dicunt de potentiis anime. Nam illi qui tenent potentias anime non distingui ab anima, dicerent consequenter quod intellectus est eius substantia. Illi verò qui hoc negant, dicerent intellectum distingui à substantia intelligentiæ. Vnde ista q. ita est disputanda sicut illa de potentiis anime. Quantum ad tertium duo sunt declaranda. Primum est, quod substantia intelligentiæ est eius intellectui ratio intelligendi seipsam. Secundò, quomodo istud sit, primum probatur. Posito passiuo & actiuo naturali sufficienti debite approximatis, & non impeditis, de necessitate sequitur actio. Sed intellectus intelligentiæ est actiuum naturale respectu intellectiois quidditatis eius: & est sufficiens, nec est ibi impeditum: & sunt debite approximata: ergo ille intellectus necessariò habet intellectioem illius quidditatis. Maior est Philosophi 9. meta. tex. comment. 10. Minor quantum ad singulas partes probatur. Et primò, quod si intellectus & obiectum causant simul intellectioem, quod sunt actiua naturalia: quia primus actus intellectus precedit omnem actum voluntatis: ergo primus actus non est voluntarius, sed naturalis. Sed actus quo intelligentia intelligit se, est primus: cum ipsa intelligentia sit primò sibi præfens: ergo ille actus est naturalis. Quod etiam intellectus & obiectum sint agentia sufficientia, patet, quia si præter potentiam, & obiectum requiritur necessariò aliquid aliud: hoc non potest esse nisi species intelligibilis. Sed species non est necessaria, nisi vt obiectum repræsentet: ergo vbi obiectum est præfens ex se & actu intelligibile: ibi non est necessaria species: quidditas autem abstracta est actu intelligibilis & præfens suo intellectui: ergo &c. Quod etiam sint approximata & non impedita, patet: quia illa quidditas est semper coniuncta intellectui: nec vllum apparet impedimentum: ergo &c. Secundò. Quidditates rerum sensibilibum existentes in intellectu per sui similitudinem sufficienti simul cum intellectu ad causandum intellectioem: nec aliud requiritur: ergo multo magis quidditas immaterialis præfens suo intellectui. Istud etiam antedens est Philosophi 3. de anima. Consequentia probatur: quia quidditas existens in intellectu solum per suam speciem, habet ibi esse diminutum & imperfectum, quidditas verò immaterialis, vt præfens suo intellectui, habet esse perfectum: ergo si prima potest, multo magis ista potest. Quantum ad secundum sunt duo modi dicendi. Est enim vna opinio quæ dicit tria. Primum est, quod intellectus agens & phantasma sunt causa speciei intelligibilis: ita tamen quod phantasma nihil recipit ab intellectu agere: ratione cuius possit concurrere cum ipso ad causandum speciem intelligibilem, sed suam propriam actiuitatem habet ex se in ordine suo. Secundum est, quod species siue obiectum, prout est præfens intellectui per suam speciem, concurrat cum intellectu possibili ad producendum intellectioem. Nam neutrum istorum seorsum acceptum sufficit: sed ex illis duobus integratur vna perfecta causa intellectiois: sicut posito, quod in muliere sit virtus actiua generatiua, dicitur, quod à patre & matre generatur filius, sed neque pater per se est sufficiens causa, neque mater, sed vtrunque simul, licet virtus patris sit maior & perfectior quam virtus matris. Tertium est, quod intellectus per se habet suam propriam actiuitatem respectu intellectiois, partialem tamen & imperfectam: & similiter species habet suam propriam actiuitatem partialem ex se, & propter hoc oportet speciem poni in intellectu non ad dandum intellectui aliquam actiuitatem eo modo quo calor dat igni actiuitatem ad calefaciendum: quia ignis nullam ha-

bet actiuitatem respectu calefactionis: nisi illam quam dat ei calor, species autem intelligibilis nullam dat actiuitatem intellectui nec econtra, sed tantum ponitur in eo: vt ex ipsis vnitatis constituitur vna sufficiens causa intellectiois. Quidam alij dicunt, quod intellectus nullam habet actiuitatem, nisi illam quam ei dat species intelligibilis, & propter hoc dicunt species intelligibiles esse necessarias in intellectu. Et hanc opinionem attribuunt Sancto Thomæ. Sed iudicio meo, isti falluntur: vt declaratum fuit 3. de anima. Ibi enim diximus quod de mente Sancti Thomæ intellectus habet suam propriam actiuitatem, maiorem tamen quam habeat species, & quod species est necessaria in intellectu propter duo. Primò quidem vt ex ea & intellectu fiat vna totalis causa intellectiois: sicut dictum est. Secundò vt obiectum quod secundum se non est præfens intellectui quo ad esse reale: fiat ei præfens secundum esse intentionale, & ia ratione obiecti. Nam cum quidditates materiales non sint de se actu intelligibiles: ideo non possunt secundum se esse præfentes intellectui in ratione obiecti: sed oportet quod hoc fiat per aliquam earum similitudinem in intellectu. Et quia quidditas intelligentiæ est semper præfens intellectui eius in ratione obiecti: cum sit semper ei vnita & actu intelligibilis: ideo ipsa sufficit concurrere cum intellectu ad causandum intellectioem supra ipsius. Quæ quidem intellectio licet sit effectiue tam ab intellectu quam à quidditate intellecta, tamen est principalius ab intellectu. Et propter hoc sæpe dicit Sanctus Thomas quod ex quidditate abstracta & intellectu eius, sit vnum non in essendo: quia quidditas non est in intellectu, sed in operando: quia talis quidditas ita cooperatur intellectui, ad causandum intellectioem: sicut species subiectiue in intellectu existens: esse autem vnum in operando non est aliud nisi producere vna operationem. Et si dicatur quod oportet actionem immanentem esse subiectiue in eo à quo est effectiue. Responderet, quod hoc verum est de causa quæ principalius concurrat, sed non est verum de qualibet causa. Et ideo intellectio est subiectiue in intellectu, nec oportet quod sit subiectiue in obiecto. Quia tamen materia de speciebus intelligibilibus: & de intellectioibus pertinet ad tertium de anima, ibi ista diffusius tractanda sunt. Ad primum. Dicunt aliqui, quod maior est falsa, si vniuersaliter intelligitur: quoniam licet ipsa sit vera in potentiis sensitiuis: nō tamen est vera in potentiis intellectiuis. Sed ista ratio nō videtur sufficiens: quia vt patuit in arguendo, Philosophus loquitur tam de intellectu quam sensitiuis. Et ideo dico aliter, quod nō oportet receptiuum omnino nihil habere neque secundum speciem, neque secundum genus de forma cuius est receptiuum: constat enim quod organum tactus est receptiuum caloris secundum esse reale & secundum esse intentionale, & tamen aliquem calorem habet naturaliter cum sit corpus mixtum. Similiter organum visus cum sit corpus terminatum, habet aliquem calorem, sicut & omnia alia corpora mixta: vel saltem habet lucem, quod patet: quia videri potest & terminare visionem, & tamen cum hoc est receptiuum specierum qualitarum visibilibum. Propositio autem illa sic est intelligenda, quod potentia receptiua nullã habet formam quæ sit ei ratio recipiendi alias. Vnde ille color qui est in pupilla, non est ei ratio recipiendi alios colores: quia si etiã illum colorem sibi naturalẽ non haberet, adhuc posset alios colores recipere. Et similiter quidditas intelligentiæ non est ei ratio recipiendi aliquæ species. Dico præterea, quod si illa ratio esset vera, sequeretur intellectum esse nihil, sic arguendo. Intellectus est receptiuus cuiuslibet entitatis: quia omnem entitatem potest intelligere: ergo nullam habet entitatem, & per consequens, est non ens. Ad secundum dicitur quod intellectus intelligentiæ non intelligit suam quidditatem mediante sua quidditate, tanquam forma dante ei actiuitatem: quia si sic esset, tūc esset necesse quod ei vniretur secundum esse: sed intelligit per eam tanquam per partialem causam ei conditiuam: non esse autem necesse talem rationem agendi vniri secundum esse ei cui est ratio: sed istud accidit ei. Fortē dicitur, Si species qua intellectus intelligit, non est necessariò vnita intellectui secundum esse: quare Sanctus Thomas arguit contra Auerroem in materia de intellectu possibili, concludens, quod homo non potest dici intelligere per ipsum si sit ab eo separatus. Diceret enim aliquis quod licet sit separatus: potest tamen coassistere intellectui tanquam causa partialis ad causandum intellectioem. Respondeo quod Sanctus Thomas non improbat opinionem Commentatoris ad sensum nunc immediatē dictum: sed in hoc, quia Commentator dicebat quod intellectio est subiectiue in intellectu separato, & non in nobis: nos tamen dicimur intelligere, quia

Alia opin.

Sept. aut.

Ad primum.

Quomodo debet intelligi quod omnino recipiens denudatur à natura recepti.

Ad secundum.

quia ille intellectus nobis vnitur mediatis phantasmatibus. Et concludit S. Tho. quod impossibile est hominem esse formaliter intelligentem per intellectum, quia non sit in eo subiectiuè. Ad tertium dicitur primò, quod intellectus intelligentia non est idem cum eius substantia, sed est accidens & qualitas eius. Dicitur secundò quod si etiam esset substantia eius: tamè maior est falsitas: nec valet ista consequentia, istud est sibiipsum ratio agendi, ergo est causa formalis sibiipsum: quia de ratione cuiuslibet causæ est distinguere realiter ab effectu: & ideo nihil est causa sibiipsum quocunque genere causæ. Potest tamen aliquid dici forma sibiipsum: quia est quædam forma subsistens & nihil aliud à se habet quo formaliter subsistat. Similiter aliquid est sibi ratio agendi: quia est ratio agendi & nõ per aliud, sed ex se: & hoc modo calor est sibiipsum ratio agendi. Et per hoc patet responsio ad quartum: licet in eo sint etiam quædam falsæ, scilicet quod intellectus & intellectio intelligentiæ sint idem cum eius substantia: nec auctoritas Commentatoris recipitur in hoc proposito: quia ipse fuit contrariè opinionis. Et ad rationem quæ ibi adducitur, negatur consequentia: quia nulla forma immaterialis potest esse principium intellectus, nisi sit actus primus: intellectio autem est actus secundus, & operatio. Ad quintum dicitur quod non est simile de anima intellectiua & de intelligentia: quia anima intellectiua non est nata naturaliter acquirere cognitionem nisi ex sensibus, sensibilia autem mediatis phantasmatibus causant sui similitudines. Et quia illæ species repræsentant primo quidditates sensibiles, à quarum phantasmatibus causantur sunt, ideo prima notitia animæ intellectiua non potest esse respectu sui: sed est tantum respectu sensibilibus. Intelligentia autem non acquiritur notitiam ab objectis, & ideo prima notitia, quæ habet, est illius objecti, quod prius sibi naturaliter est coniunctum in ratione objecti actu intelligibilis, huius autè est sua propria quidditas. Ad sextum dicitur, quod aliquod obiectum esse medium intelligendi se, potest intelligi dupliciter. Vno modo positiuè: quia scilicet est quædam res media inter se & intellectum eo modo quo species intelligibilis dicitur medium, & sic conceditur quod nihil est medium respectu sui, ad quem sensum procedit tora illa ratio cum probationibus suis. Alio modo dicitur aliquid esse medium respectu sui priuatiuè, siue negatiuè. quia scilicet est obiectum cognitum, & tamen nulla species concurrens, vt causæ partialis ad eius intellectum ponitur in intellectu ad intelligendum tale obiectum: & ad hunc sensum negatur minor,

Ad tertium.

Ad quartum.

Ad quintum.

Ad sextum. Medium esse est duobus modis.

ditates omnium generum: ergo in intellectu intelligentiæ non potest esse vnica species quæ sit ei ratio intelligendi omnia. Quarto. In qualibet natura inferiori continetur aliquid quod non continetur in natura superiori: cum omnino inferiori se habeat ex additione ad superius: ergo species quæ est intelligentiæ propria ratio intelligendi animal, non potest ei esse ratio intelligendi hominem, & sic nulla potest dari intelligentia, quæ vnica specie omnia intelligat.

Quarta ratio.

Respondeo, quod intellectum vnus intelligentiæ esse simpliciter intellectio alterius, potest esse tripliciter. Vno modo, quia intellectio vnus est in se perfectior quam intellectio alterius: quia, scilicet terminatur ad nobilius obiectum. Secundò dicitur vna esse perfectior altera, non quidem ex parte obiecti, sed quia licet terminetur ad idem obiectum, ad quod alia terminatur: tamen intensior est. Et secundum hos duos sensus non pertrahatur præsens quæstio. Constat enim quod operatio qua intelligentiæ intelligunt primam causam, est vniformis in omnibus ex parte obiecti: intellectio autem qua vnæqueque intelligit essentiam suam, tanto est dignior, quanto ipsa essentia cognita maioris est perfectionis: & etiam secundum gradum nobilitatis intellectum est nobilitas intentionis in eorum operationibus: & secundum hoc tantum dicunt aliqui quod cognitio intelligentiæ superioris est simplicior: quia, scilicet est perfectior. Tertio modo potest intelligi, quod vna sit altera simplicior, quædam ad principium quo elicitor intellectio: præsupposito quod substantiæ abstractæ intelligant quidditates rerum sensibilium: & nihil aliud est querere, nisi vtrum quanto intelligentia est superior tanto per pauciores species intelligat. Et in hoc sensu disputando hanc quæstionem, dico contra prædictam opinionem quod de mente Philosophi, & Commentatoris (præsupponendo tamen quod in intelligentiis sint huius species, sicut etiam ista opinio concedit) quod quanto intelligentia est superior, tanto habet simpliciter intellectio.

Conclusio responsiua.

Probatur ista conclusio. Primò. Quia Philosophus 12. metaphysic. text. comment. 44. postquam declarauit in præcedentibus substantias abstractas esse plures: & non tantum vnâ, concludit quod distinctio earum in nobilitate est secundum nobilitatem motiuam. Et ibi Commentator in principio comment. 44. dicit quod prima intelligentia est nobilior aliis: quia corpus quod mouetur ab ea, est nobilior aliis corporibus, & hoc probat. Cum quia maiorem habet magnitudinem, tum quia eius motus est velocior. Tum quia altiore locum, cum supra ipsum non sit aliud corpus. Tum quia in eo sunt plures stellæ quàm in aliis. Et post pauca, recitata quadam opinione antiquorum: concludit quod secundum Aristot. nobilitas intelligentiarum est secundum ordinem earum in loco. Ex hoc arguitur sic. Intelligentia nobilior mouet velociori motu quàm inferior. Sed nõ mouet per potentiam executiuam: vt supra probatum fuit, sed per intelligere solum & velle, ergo eius intellectio est simplicior: igitur supposita specie oportet quod sit à specie simpliciori. Nulla autem species intelligibilis est secundum entitatem suam simplicior quàm alia: sed tantum repræsentatiuè: quia scilicet simplicius repræsentat, quod non potest esse nisi sit vnuerfalius. Secundò. Commentator in eodem comment. recitata opinione Auicennæ: quod vna intelligentia est effectiuè ab alia: concludit statim quod intelligentia prima est quasi ars quædam subsistens, omnia vnuerfalius & exemplariter ac virtualiter continens: reliquæ verò intelligentiæ explicare intendunt per motum suorum orbium ea quæ in illa arte vnuerfalius continentur propter desiderium & amorem in eis causarum ab intelligentia prima, & per hunc modum potest à causa prima deriuari multitudo. Vnde sic dicit Commentator, Non est impossibile, vt id quod est per se intelligentia & intellectum, sit causa plurium enim secundum quod ex eo intelliguntur multi modi. Id igitur quod intelligit motor corporis cæli de primo motore, & est causa in anima cæli, aliud est ab eo quod intelligit de eo motor orbis Saturni: & similiter de vnoquoque eorum, scilicet quod perfectio vnus cuiusque eorum est intelligendo causam primam, & secundam, hic omnes motus eorum idem intendunt, scilicet ordinem totius. Hæc Comment. Ex quibus patet: quod quanto intelligentia est superior, tanto simplicius intelligit ordinem vnuerfi & plura apprehendit de his quæ virtualiter continentur in intelligentia prima. Sed non potest plura intelligere vna quàm alia ex pluralitate specierum: quia si Commentator ibi concederet esse aliquam speciem intelligibilem: quamuis hoc non concedit: non tamen concederet esse multas, ergo quod vna intelligentia intelligat plura quàm alia, est, quia eius species est vnuerfalius, supposito quod ibi sit spe-

fit species. Tertio. Quanto intelligentia est superior, tanto habet nobiliorem intellectioem. Sed intellectio, sicut & alia operationes, non est nobilior, nisi quia est à nobiliori principio: ergo principium intellectioem superioris intelligentiæ est nobilior. Sed species est principium intellectioem vt etiam isti concedunt: ergo eius species est nobilior. Sed non est nobilior, nisi quia plura repræsentat, & ad plura se extendit: ergo intelligentia superior intelligit per species magis vnuerfales. Dicitur fortè, quod sufficit intellectum intelligentiæ superioris esse nobiliore ad hoc quod habeat nobiliorem intellectioem: sed non oportet quod habeat nobiliorem speciem. Sed contra. In intelligentiis ponenda sunt ea quæ arguunt maiorem dignitatem. Sed maioris dignitatis est in intellectu si non tantum vna causa partialis ipsius, cuiusmodi est intellectus: sed etiam si alia causa partialis, cuiusmodi est species, sit nobilior: quia tunc habet nobilitatem ex vtroque principio: ergo non tantum nobilitas est in intellectu, sed etiam in specie. Confirmatur, quia nobilitas in actione consequitur formam proximam qua agens agit plusquam formam remotam. Si enim essent per impossibile duo ignes, quorum vnus haberet digniorem formam substantialem, & remissum calorem, alter verò haberet ignobiliorem formam & intensum calorem: tunc calefactio istius esset intensior calefactione illius. Sed species est causa proxima intellectioem, ergo &c. Quarto. Illud est attribuendum substantiis abstractis quod est maioris dignitatis. Hanc propositionem assumit in simili Scotus 2. distin. 3. ad probandum quod potentia animæ non distinguuntur ab anima. Sed maior dignitas est in intelligentia superiori si intelligat per pauciores species. Tum quia pauciores principis indiget in sua operatione. Tum quia si habet vnâ speciem omnes quidditates repræsentantem, potest eam vnico actu intelligere, si autem habet plures nõ potest omnes illas quidditates intelligere vnico actu: quia ex multiplicatione principiorum sequitur multiplicatio operationum: ergo in intelligentia superiori sunt pauciores species.

Ad primum.

Ad primum dicitur primò, quod nõ est ad propositum quia loquimur de substantiis abstractis, quæ nunc sunt, in his autem non est abire in infinitum. Dicitur secundo quod si prima substantia quæ nunc est, intelligit omnes quidditates per vnâ speciem: & produceretur vna superior intelligentia, ipsa etiam intelligeret per vnâ speciem, sed ista species esset vnuerfalius & æquipolleret pluribus, qui licet per illam non intelligeret plures quidditates, intelligeret tamen plures rationes de illis quidditatibus. Ad secundum dicitur quod species intelligibilis & intellectio sunt diuersarum rationum, & tamen proportionantur inter se, & ideo si esset vna intelligentia quæ omnia intelligeret vna specie, ipsa etiam omnia intelligeret vna intentione. Nec istud est inconueniens imò etiam Commentator vult quod quilibet intelligentia intelligat quicquid intelligit vna intentione & non multis. Ad tertium negatur maior. Nam supra in 7. probatum fuit quod primus conceptus quem habet intellectus, est conceptus entis: & tamen huic conceptui non correspondet vnus obiectum adæquatum: sed 10. genera eorum immedie ei correspondent vt probatum fuit in 4. Et similiter dicitur in proposito quod si intelligentia intelligit vnâ specie omnes quidditates: illi species correspondent immedie omnes quidditates: & nõ vna quæ ipsas virtualiter contineat. Ad quartum negatur consequentia: quando repræsentans distinctè omnia quæ sunt superioris, repræsentat etiam distinctè id quod inferius addit supra superius. Nam huius species considerata præcisè, vt est repræsentatiua animalis, id est, considerata cum respectu, quem habet præcisè ad animal, potest dici propria ratio intelligendi distinctè animal: & similiter dico de omnibus aliis. Et ideo ipsa potest dici vnuerfalis, in quantum ad multa in repræsentando se extendit. Potest etiam dici propria: quia repræsentat non tantum ea in quibus quidditates conueniunt: sed etiam ea quæ sunt propria vnique quidditati.

Ad secundum.

Ad secundum dicitur quod species intelligibilis & intellectio sunt diuersarum rationum, & tamen proportionantur inter se, & ideo si esset vna intelligentia quæ omnia intelligeret vna specie, ipsa etiam omnia intelligeret vna intentione. Nec istud est inconueniens imò etiam Commentator vult quod quilibet intelligentia intelligat quicquid intelligit vna intentione & non multis. Ad tertium negatur maior. Nam supra in 7. probatum fuit quod primus conceptus quem habet intellectus, est conceptus entis: & tamen huic conceptui non correspondet vnus obiectum adæquatum: sed 10. genera eorum immedie ei correspondent vt probatum fuit in 4. Et similiter dicitur in proposito quod si intelligentia intelligit vnâ specie omnes quidditates: illi species correspondent immedie omnes quidditates: & nõ vna quæ ipsas virtualiter contineat. Ad quartum negatur consequentia: quando repræsentans distinctè omnia quæ sunt superioris, repræsentat etiam distinctè id quod inferius addit supra superius. Nam huius species considerata præcisè, vt est repræsentatiua animalis, id est, considerata cum respectu, quem habet præcisè ad animal, potest dici propria ratio intelligendi distinctè animal: & similiter dico de omnibus aliis. Et ideo ipsa potest dici vnuerfalis, in quantum ad multa in repræsentando se extendit. Potest etiam dici propria: quia repræsentat non tantum ea in quibus quidditates conueniunt: sed etiam ea quæ sunt propria vnique quidditati.

Ad tertium.

Ad tertium dicitur primò, quod nõ est ad propositum quia loquimur de substantiis abstractis, quæ nunc sunt, in his autem non est abire in infinitum. Dicitur secundo quod si prima substantia quæ nunc est, intelligit omnes quidditates per vnâ speciem: & produceretur vna superior intelligentia, ipsa etiam intelligeret per vnâ speciem, sed ista species esset vnuerfalius & æquipolleret pluribus, qui licet per illam non intelligeret plures quidditates, intelligeret tamen plures rationes de illis quidditatibus. Ad secundum dicitur quod species intelligibilis & intellectio sunt diuersarum rationum, & tamen proportionantur inter se, & ideo si esset vna intelligentia quæ omnia intelligeret vna specie, ipsa etiam omnia intelligeret vna intentione. Nec istud est inconueniens imò etiam Commentator vult quod quilibet intelligentia intelligat quicquid intelligit vna intentione & non multis. Ad tertium negatur maior. Nam supra in 7. probatum fuit quod primus conceptus quem habet intellectus, est conceptus entis: & tamen huic conceptui non correspondet vnus obiectum adæquatum: sed 10. genera eorum immedie ei correspondent vt probatum fuit in 4. Et similiter dicitur in proposito quod si intelligentia intelligit vnâ specie omnes quidditates: illi species correspondent immedie omnes quidditates: & nõ vna quæ ipsas virtualiter contineat. Ad quartum negatur consequentia: quando repræsentans distinctè omnia quæ sunt superioris, repræsentat etiam distinctè id quod inferius addit supra superius. Nam huius species considerata præcisè, vt est repræsentatiua animalis, id est, considerata cum respectu, quem habet præcisè ad animal, potest dici propria ratio intelligendi distinctè animal: & similiter dico de omnibus aliis. Et ideo ipsa potest dici vnuerfalis, in quantum ad multa in repræsentando se extendit. Potest etiam dici propria: quia repræsentat non tantum ea in quibus quidditates conueniunt: sed etiam ea quæ sunt propria vnique quidditati.

Ad quartum.

Ad quartum dicitur primò, quod nõ est ad propositum quia loquimur de substantiis abstractis, quæ nunc sunt, in his autem non est abire in infinitum. Dicitur secundo quod si prima substantia quæ nunc est, intelligit omnes quidditates per vnâ speciem: & produceretur vna superior intelligentia, ipsa etiam intelligeret per vnâ speciem, sed ista species esset vnuerfalius & æquipolleret pluribus, qui licet per illam non intelligeret plures quidditates, intelligeret tamen plures rationes de illis quidditatibus. Ad secundum dicitur quod species intelligibilis & intellectio sunt diuersarum rationum, & tamen proportionantur inter se, & ideo si esset vna intelligentia quæ omnia intelligeret vna specie, ipsa etiam omnia intelligeret vna intentione. Nec istud est inconueniens imò etiam Commentator vult quod quilibet intelligentia intelligat quicquid intelligit vna intentione & non multis. Ad tertium negatur maior. Nam supra in 7. probatum fuit quod primus conceptus quem habet intellectus, est conceptus entis: & tamen huic conceptui non correspondet vnus obiectum adæquatum: sed 10. genera eorum immedie ei correspondent vt probatum fuit in 4. Et similiter dicitur in proposito quod si intelligentia intelligit vnâ specie omnes quidditates: illi species correspondent immedie omnes quidditates: & nõ vna quæ ipsas virtualiter contineat. Ad quartum negatur consequentia: quando repræsentans distinctè omnia quæ sunt superioris, repræsentat etiam distinctè id quod inferius addit supra superius. Nam huius species considerata præcisè, vt est repræsentatiua animalis, id est, considerata cum respectu, quem habet præcisè ad animal, potest dici propria ratio intelligendi distinctè animal: & similiter dico de omnibus aliis. Et ideo ipsa potest dici vnuerfalis, in quantum ad multa in repræsentando se extendit. Potest etiam dici propria: quia repræsentat non tantum ea in quibus quidditates conueniunt: sed etiam ea quæ sunt propria vnique quidditati.

QUESTIO LXI

Vtrum in substantia abstracta possint esse simul in actu plures intentiones.

Prima opinio.

Respondeo, quod circa hanc quæstionem sunt tres opinionis: due extremæ & vna media. Prima opinio est ex fundamētis comment. qui vult quod in substantiis abstractis nulla sit potentia separata ab actu, & per consequens omnis intentio quæ potest ibi esse ibi est: propter quod negat etiam quod intelligentia cognoscit singularia corruptibilia. Et ideo præsupposito quod substantiæ abstractæ intelligat per species eius generales, necesse est quod omnibus illis speciebus actu vtatur: & consequenter quod in qualibet intelligentia sint tot intentiones quot sunt species intelligibiles. Secunda opinio quæ est media, dicit quod non est necesse substantiam abstractam vt omnibus speciebus quas habet: sed tantum quod est possibile vt pluribus simul vtatur siue etiam fortè omnibus. Nam species intelligibilis concurrunt cum intellectu quædam causa partialis ad eliciendum intentionem: plures autem huius causæ partiales possunt simul cum alia concurrere, sicut patet quod cum lumine existente in diaphano concurrunt plures colores ad causandum sui similitudinem in eadè parte diaphani. Tertia opinio extrema dicit quod non solum non est necesse, vt dicit prima opinio: sed etiam quod non est possibile, vt dicit secunda, quod intellectus substantiæ abstractæ vtatur simul pluribus speciebus ad eliciendas distinctas intentiones. Et hæc est opinio vera: & probatur quod ad intellectum nostrum: ex quo postea statim patebit quod etiam ita sit in intellectu cuiuslibet intelligentiæ: Et primo arguitur auctoritate Philosophi 3. de anima, text. comment. 22. vbi soluens quæst. qua queritur, an indiuisibile prius cognoscatur à nobis quàm diuisibile: distinguit quod aliquid est indiuisibile tripliciter: primus modus est eorum quæ actu non sunt diuisa: licet eis non repugnat diuisio, cuiusmodi est omne continuum in quo sunt plures partes non quidem in actu, sed in potentia: vt ibi dicit Comment. comm. 23. & postea concludit Philosophus quod tale indiuisibile simul intelligitur totum vnica intentione. Sed si intellectus intelligere debet singulas partes huius continui, necesse est quod diuidatur tempus. Et eius verba sunt hæc: Similiter enim tepus diuisibile & indiuisibile longitudini est. Non est igitur dicere aliquid in medio intelligere vtrumque: non enim esset nisi diuidere, sed aut potentia seorsum, aut vtrumque intelligens diuisionem diuidit tempus. Et text. comm. 23. sic dicit. Cum igitur intellexerit vtrumque duorum per se, tunc diuidetur tempus. Ex his arguitur sic, Impossibile est quod intellectus intelligat distinctas partes continui: nisi diuidatur tempus: ergo vel hæc diuisio temporis est propter acquisitionem intentionis quæ acquiritur per partem post partem: ita quod vna pars acquiratur in vna parte temporis, & alia in alia parte: aut ista diuisio est: vna parte repugnat, duas intentiones esse in eadem parte temporis. Non primum. Tum quia non esset ad propositum Philosophi. Tum quia intentio sit subitò & in non tempore: ergo hæc diuisio temporis non est nisi propter impossibilitatem intentionum. Secundò. In substantiis abstractis idem est intellectus & intentio. vt dicit Comment. 12. Metaphysic. comment. 50. Putauit enim tam ipse quàm Philosophus quod in substantiis illis nullum sit accidens. Sed in substantia abstracta non possunt esse possibiles intellectus, sicut nec plures substantiæ: ratio in ea non possunt esse plures intentiones. Ad hanc rationem fortè responderetur dupliciter. Primò, quod ita est contra me, sicut contra aduersarios, quia ego pono in substantiis abstractis esse plures intentiones, non quidem simul, sed successiuè: sed in intelligentia non possunt esse plures intellectus successiuè: ergo nec plures intentiones. Secundò dicitur fortè, quod licet intellectus & intentio sint idem secundum rem, tamen plurificatur intentio non plurificato intellectu: quia intellectus, vt habet respectum ad lapidem, dicitur intentio lapidis: & vt habet respectum ad rosam, dicitur intentio rosæ: & ita dicendum est de aliis. Sed ista non concludunt. Ad primum enim dicitur quod successionem intentionum non pono in substantiis abstractis loquendo Metaphysicè, sed tantum theologicè, scilicet propter auctoritatem beati Augustini dicentis, quod Deus mouet creaturam intellectualem per tempus: & quia in omni tempore est successio partis posterioris ad partem priorem, ideo oportet ad saluandum istud tempus quod in intelligentiis sit aliqua successio: & cum ibi non sit secundum substantiam, oportet quod sit secundum operationem. Sed loquendo purè Metaphysicè diceretur quod vnica intentione, qua intelligit se, intelligit etiam omnia alia quæ ab ea naturaliter intelligi possunt: vnde intelligentia inferior intelligit omnes superiores tam perfectè quàm imperfectè in eius essentia repræsentantur. Ad secundum dicitur quod si intellectus, vt habet respectum ad obiectum, dicitur intentio: sequitur quod intentio esset relatiuè, quod manifestè apparet falsum. Item, intentio si dicit respectum ad obiectum, oportet

Secunda opinio.

Tertia opinio. Conclusio.

Responsio bifaria.

Notandum.

QUESTIO LX.

Vtrum gradus simplicitatis intelligentiarum sit secundum gradum nobilitatis earum.

Varietur sexagesimo. Vtrum secundum gradum nobilitatis in intelligentiis, sit etiam gradus simplicitatis & vnitatis in intellectioem earum. Et videtur quod nõ. Primò. Suppono quod nõ est impossibile ire in infinitum: secundum gradus simplicis substantiarum separatarum vt supra probatum fuit. Suppono secundò, quod omnes species distinguatur, & istud etiam fuit probatum. Suppono tertio, quod quilibet intelligat alia à se, per aliquas species & non per seipsam. Tunc sic. Sit vltima intelligentia a, ergo a intelligit alia à se à se aliquibus speciebus, & cum illa non sint infinitæ, sint gratia exempli, centum accipio tunc aliam intelligentiam in centuplo nobiliorem, quàm sit a, & appelleretur b, ergo b intelligit tantum vna specie, accipio postea vnâ superiorē ad b, ergo vel ipsa intelligit tantum vna specie: vel multis, vel nulla. Non tertium ex tertio præsupposito. Non secundum, quia ipsa est superior ad b: ergo tantum vna: ergo non intelligit pauciores quàm b. Secundò. Cuiuslibet actui primo potest adæquari aliquis actus secundus. Nam si calor quo ignis calefacit est vt b, etiam illa calefactio est intensa vt b: & huius ratio est: quia actus secundus elicitor secundum modum actus primi. Sed aliqua intelligit vna specie quæ est actus primus: ergo intelligentia potest per eandem speciem elicere intellectioem terminatam ad illa omnia, ita quod sicut species repræsentans omnes illas quidditates eminenter continet singulas species repræsentantes singulas quidditates: ita illa intellectio continet alias intellectioem, quod est falsum. Tertio. Cuiuslibet speciei intelligibili correspondet vnū obiectum adæquatum: cum species habeat vnitatem & distinctionem ex obiecto. Sed non est in rerum natura aliquod obiectum finitum continens virtualiter omnes quidditates.

Prima ratio.

Secunda ratio.

Tercia ratio.

oportet q. ille respectus sit realis, sicut etiã relatio scientiã ad scibile: & per consequens cõ intelligentiã intelligat singulã quã sunt quodam modo infinita: sequitur quod in intelligentiã esset infinita multitudo entium realiũ. Patet igitur quod secundum Philosophum & Commentatorem non habent actu plures intentiones: sed vnã tantũ qua semper actu intelligunt. Ad cuius euidentiã est sciendũ, quod essentia cuiuslibet intelligentiã est ei ratio intelligendi non solum seipsam, sed etiam omnem aliam rem differenter. Substantia enim intelligentiã representat diminutẽ & non perfectẽ intelligentiã superiores. Quidditates verò rerum omnium materialium representat perfectẽ & eminenter: & ideo intelligendo essentiam suam quam perfectẽ & semper actu intelligit, cum sit eius adæquatum obiectum intelligit eodem actu, licet diminue omnes intelligentiã superiores, & eodem actu intelligit omnes quidditates aliarum rerum: non tamen ita perfectẽ sicut intelliguntur ab intelligentiã superioribus, in quarum essentia perfectiori etiam modo representantur. Et ista videri mihi fuisse opinio Philosophi & Commentatoris: præsertim quia Commenta. 12. Metaphys. comment. 50. circa medium commẽ sic dicit, In eis autem quã non in materia contingit, vt intellectum, & intellectus, & actio intellectus, sunt idem. Et hanc auctoritatem supra exposuimus esse intelligendam de intellectu: quod est obiectum primum & adæquatum, in illa q. an Deus intelligat aliquid extra se. Tertio principaliter arguitur, Si in intelligentiã sunt plures intentiones simul: aut acquiruntur ordine quodam sic quod prius vna & postea alia, priori tamen remanente, aut omnes simul sunt acquisitã. Non primum. Tum quia in eis nulla est potẽtia separata ab actu vt dicitur 9. Metaphysic. & 12. Tum quia vbi est successiua acquisitio intellectiõnum, ibi est lassitudo & transmutatio: vt dicit Comment. 12. Metaphysic. comment. 50. Non secundum quã aut illa pluralitas est ibi de necessitate naturã aut merẽ contingenter & liberẽ. Si contingenter, ergo potest nõ esse. Ponatur ergo in actu quod non sit, ergo tunc erit ibi potẽtia separata ab actu. Quarto. Substantiã abstractis attribuitur est id quod est nobilius. Sed intelligere omnes quidditates vnica intellectiõne est nobilius quã intelligere multis intellectiõnibus, ergo intelligentiã non habent plures intellectiõnes Maior patet, quia tãto intellectiõ est nobilior quanto ad plura obiecta se extendit & nobiliora: posita autem vnica intentione ipsa se extenderet ad omnes quidditates. Si verò ponatur plures, nulla se extendet ad omnes quidditates, sed vna ad aliquas, & alia ad alia. Maior etiam est concedenda ab aduersariis: quia Scotus eã ponit 2. dif. 3. & per eam vult probare quod potẽtia animã nõ diuidantur ab anima. Quinto arguitur, & suppono primò quod qualibet forma, siue substantialis, siue accidentalis adueniens suo potenciali respicienti indifferenter plures actus, terminat eius potentialitatem. Itud patet, quia tale potentiale est secundum se indeterminatum ad hoc, & ad illud. Postquam verò hunc actũ recipit, ad eum est contractum & terminatum. Habet enim actũ tale esse quale sibi datur à suo actu. Supponitur secundò, quod intellectiõ qua substantia abstracta finita intelligit, distinguitur ab eius intellectu: & est accidẽs ipsius. Itud supponitur licet neget Commentator, concedunt tamen aduersarij 2. dif. 3. Ex his arguitur sic. Nullum subiectum est receptiuum alicuius accidentis, nisi habeat potentialitatem ad ipsum. Sed intellectus habet vnã intellectiõnem non habet potentialitatem ad aliam, ergo nõ potest aliam recipere quandiu illam priorem retinet. Maior patet ex terminis. Minor probatur. Potẽtia intellectus est terminata per illam intellectiõnem, vt patet ex primo præsupposito: ergo non habet potentialitatem ad aliud. Dicitur fortẽ quod licet sit terminata potentialitas quẽ erat ad a. intellectiõnem, non tamen est terminata potentialitas quẽ est ad b. Sed contra hoc est: quia supra probatum fuit quod non sunt diuersa potentialia respectu formarũ eiusdem generis: sed est vnũ & idem respectu omnium. Superficies enim vnico potenciali respicit omnes colores: & similiter intellectus omnes intellectiõnes. Patet ergo generaliter quod repugnat intellectiõni habere actu plures intellectiõnes: quicunque intellectus sit ille.

QVÆSTIO LXII.

Vtrum intelligentia intelligat infinitas species.

Prima ratio. Q. Vtritur sexagesimo secundò. Vtrum intelligentia intelligat infinitas species. Et arguitur quod nõ. Pri-

mo intellectiõ cuiuslibet intelligentiã à prima est intellectiõ finita in se, ergo non potest esse infinitorum obiectorum. Antecedens patet secundum omnes. Consequentia probatur. Omnis intellectiõ continens eminenter infinitas perfectiõnes secundum species distinctas, est formaliter infinita. Sed si intellectiõ terminaretur ad infinita secundum speciem, contineret infinitas intellectiõnes: quarum vna corresponderet vni obiecto, & alia alteri, & eis æquipolleret, ergo esset formaliter infinita. Secundo. Omnis cognitio finita est determinata ad aliquod obiectum vel ad aliqua obiecta, vltra quã non potest se extendere: vt patet discurrendo in omnibus: & probatur ratione, quia quicquid potest in aliqua & non in tota, quin in plura, est infinitum, vt patet ex ratione infiniti: cuius partem accipientibus est semper aliud accipere. Sed intellectiõ intelligentiã est finita: ergo est ad aliquam multitudinem determinata. Tertio. Cuiuslibet vni intellectiõni correspondet vna formalis & adæquata ratio obiectiua. Sed intellectiõni intelligentiã non correspondet vna ratio continens infinita secundum speciem: ergo &c. Maior probatur. Mensurata habent vnitatem & distinctiõnem secundum mensurans. Sed obiectum formale & primum est mensura intellectiõnis: ergo si intellectiõ est vna, oportet eius formalem rationem obiectiuam esse vnã. Minor probatur. Si daretur vna talis ratio obiectiua, ipsa non esset aliud nisi essentia intelligentiã quã est primum obiectum sui intellectus. Sed talis essentia nõ continet secundum cognoscibilitatem infinitas species, cum non contineat ea secundum entitatem, ergo &c. Quarto. Intelligere aliqua obiecta est aliquantẽ perfectiõnis & intelligere plura est maioris perfectiõnis: ergo intelligere infinita, est infinitẽ perfectiõnis. Sed intellectus intelligentiã est finitẽ virtutis, ergo non potest intelligere infinita. Prima consequentia probatur, quia vbi melior est pluralitas quã vnitas: ibi infinita pluralitas arguit infinitam bonitatem. Quinto. Id de cuius ratione est successio, non potest esse totum simul apud intellectum. Sed de ratione infiniti est successio, ergo non potest totũ esse simul apprehensum ab intellectu. Maior patet, quia vbi est successio, ibi vna pars est post aliam. Minor probatur: quia 3. phy. tex. & comment. 59. dicitur, quod non oportet intelligere infinitũ sicut aliquid perfectum, vt hominem aut domum, sed magis secundum quod generatur successiue vt dies aut pugna: & quod hæc est vnuerſaliter dispositio infiniti.

Respondeo. In ista quæst. præmittam aliquas distinctiõnes necessarias ad notitiam quæstionis: & declarantes aliquo modo titulum quæstionis. Postea respondebitur per conclusiones. Prima distinctiõ est, quod intellectiõnem terminari ad infinita contingit dupliciter. Vno modo ad infinita numero. Alio modo ad infinita secundum speciem. Et hoc duobus modis, quia vel terminatur ad infinitas species perfectas & omnino disparatas nõ habentes dependentiã inter se, vel terminatur ad infinitas species imperfectas: quarum vna superior necessario includit inferiorem, sicut est in numeris & in figuris. Secunda distinctiõ est quod aliqua infinita secundum speciem dupliciter intelligi possunt. Vno modo cognitione distincta. De notitia confusa non est sermo: quia etiam sensus hoc modo potest cognoscere infinita. Videns enim aliquod continuum, videt cõfuse infinita pauca, & infinitas partes proportionales quã in eo sunt. Sed queritur de notitia distincta. Tertia distinctiõ est, quod infinitum intelligi potest accipi dupliciter. Vno modo quod intelligatur per enũmerationem partis post partem, siue cum quadam successiõne. Alio modo quod intelligatur vnico & simplici actu, qui simul fertur super infinitas partes eius: ita quod intellectus non tot partes intelligat siue nõ tot species quin adhuc plures. His præmissis hæc est prima conclusio. Licet nulla intelligentia intelligat infinitas species perfectas, intelligit tamẽ infinita indiuidua & infinitas species imperfectas. Hanc conclusionem probò de mente Philosophi & Commentatoris quantum ad singulas eius partes primam sic. Impossibile est species perfectas esse infinitas ergo impossibile est intelligentiã intelligere eas infinitas. Consequentia patet, quia intellectiõ non est nisi de ente possibili. Antecedens probatur. Deus agit ex necessitate natura secundum Philosophum & Comment. vt supra probatum fuit, ergo secundum totam virtutẽ. Patet consequentia ex ratione agentis naturalis 2. physie. Tunc vltra, ergo produxit quicquid potest producere. Sed species producta sunt determinata multitudinis: ergo non potest vltra istas species plures producere, & per consequens nec infinitas. Et fortẽ ad hunc sensum dixit Scotus 4. dif. 1. q. 4. quod intelligentia non potest vno actu intelligere infinita, vt patet ex verbis eius. Secundum sic probatur. Intelligentia

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Distincti. 1.

Distincti. 2.

Distincti. 3.

Conclusio 1.

gentia mouens orbem solis intelligit actu quicquid continetur vt in virtute solis & motus eius, & etiã omnia quã per illum producta sunt: alioquin illa intelligentia nõ esset motor adæquatus orbis solis. Sed infinita indiuidua sunt producta ex virtute solis, & infinita sunt producibilia, quia secundum eos mundus est æternus, ergo &c. Tertium etiam probatur. Intellectus noster potentialis intelligit infinita, ergo quilibet alia intelligentia intelligit infinita. Consequentia patet: quia siue intellectus sit substantia abstracta, vt vult Commen. siue sit potentia animã, constat secundum omnes quod aliq intelligentiã sunt eo nobiliores. Antecedens verò habetur à Comment. 3. de anima comment. 19. vbi probat intellectum potentialem non esse mixtum, tali ratione. Quicquid iudicat intellectiõnes infinitas est separatum & immixtum. Sed intellectus iudicat intellectiõnes infinitas in propositione vnuerſali: ergo est immixtum. Maiorem probat per hoc quod potentia animã, quia sunt mixta, id est, vnitã materiã, non iudicat nisi tantum intellectiõnes finitas. Et postea cõfirmat suam opinionem, scilicet quod intellectus iudicat infinitum per auctoritatem Auempace in sua epistola expeditionis. Secundò arguitur ex propriis. Intelligentiã potest vnico actu intelligere aliquam quantitatem continuum permanentem intellectiõne completa & perfectissima, scilicet tantum quantum ipsa quantitas est intelligibilis: ergo potest intelligere infinitas species. Antecedens patet præsupponendo quod intelligentia intelligat aliquid extra se. Nam maior est virtus intellectiua actiua in qualibet intelligentiã quã intelligibilitas passiua cuiuslibet quãtitatis. Cõsequentia probatur. Intelligentia intelligit completẽ hanc quantitatem, ergo intelligit quicquid continetur in eius potentia passiua. Patet ista consequentia, quia oppositum consequentis tollit antecedens. Si enim nõ intelligit quicquid in ea continetur, sequitur quod non intelligat quicquid de ea est intelligibile, & per consequens quod non intelligat perfectẽ. Tunc vltra Intelligentia intelligit quicquid continetur in eius potentia passiua. Sed in eius potẽtia passiua continentur infinitas partes proportionales: vt dicitur 3. phys. & 5. Metaph. ergo intelligit vnico actu infinitas partes proportionales huius continui. Sed in infinita multitudine partium proportionalium sunt infinitẽ species numerorum: ergo intelligit infinitas species. Confirmatur, quia in illa multitudine finitarum partium sunt etiam infinitas species proportionum, scilicet dupla, tripla ergo &c. Tertio. Aliqua intelligentia potest per vnã speciem intelligere aliquam naturalem genericam, & alia quã sub ea continentur: vt supra probatum fuit. Sed sub genere figurarum continentur infinitas species figurã: ergo aliqua intelligentia potest intelligere infinita. Confirmatur. Intelligentiã potest simul intelligere omnia quẽ per vnã speciem representantur. Sed infinitas species numerorum representantur per vnã speciem: ergo &c. Maior patet. Minor probatur. Intelligentia intelligit aliquas numerorum species: & assignata quacunque specie numeri ad hunc potest intelligere maiorem, puta numerum centenarium, millenarium, & sic successiue: quia hoc potest etiã intellectus noster: ergo vel intelligit omnes istas species numerorum per vnã speciem intelligibilem: vel quilibet species numeri habet distinctam speciem in intellectu. Si primum, habeo propositum. Si secundum, igitur in intellectu intelligentiã nõ sunt tot species intelligibiles, quin adhuc plures ibi sint. Patet consequentia, quia non intelligit tot species quin possit plures intelligere. Diceret fortẽ quod non est vnica species omnium nec singulã singulorum: sed vnica specie intelligit multas species numerorum. Contra adhuc stat vis huius rationis. Sit gratia exempli quod per vnã speciem intelligat centum species numerorum: & arguitur sic: Intelligentia per vnã speciem intelligit centum species numerorum. Sed species numerorum in infinitum plures, quã centum possunt successiue intelligi ab intelligentiã: ergo habet actu infinitas species: quod nullus dicit. Secunda conclusio. Nulla intelligentia intelligit infinitum per modum infiniti. Ista conclusio communiter tenetur: quia Philosophus dicit primo Physicorum textu comment. 35. quod infinitum in quantum huiusmodi, est ignotum. Dicunt enim aliqui quod infinito repugnat cognosci, quia (vt ipsi putant) de ratione infiniti est successio. Sed ista ratio nihil concludit. Primò, quia ex hoc sequitur quod nulla intelligentia intelligat motum & tempus. Sed hoc est falsum alioquin non cognosceret se mouere cælum, ergo &c. Consequentia probatur. Præcisã ratio quare infinito in quantum huiusmodi repugnat cognosci: est successio. Sed tempus & motus sunt entia successiua, ergo eis repugnet cognosci. Secundò, secundum Auicem. & Algazelẽ &

multos alios, nõ repugnat quod detur multitudo actu infinita: & secundum Aristot. si anima intellectiua est immortalis, cum etiam secundum ipsum generatio hominum sit æterna, sunt actu infinita anima. Sed ista sunt entia permanentia, ergo non repugnat aliquid esse actu infinitum, & ibi nullam esse successiõnem. Tertio. De ratione entis successiui est, quod posteriori parte adueniente, prior pars desinat esse, vt patet in motu & tempore, quorum non est actu nisi indiuisibile. Sed adueniente posteriori parte infiniti, prior pars non desinat esse: sicut apparet in numeris in quibus est processus in infinitum, & tamen adueniente ternario non cessat binarius, & sic de aliis: ergo de ratione infiniti non est successio. Dico igitur aliter quod infinito repugnat intelligi per modum infiniti, quia infinitum est passio quantitatis, de ratione autem quantitatis est ordo partium. Iste autem ordo non est ordo secundum tempus, sed secundum situm: quia ordinantur partes quantitatis secundum alium & alium situm cognoscere igitur infinitum per modum infiniti, est cognoscere ipsum numerando partem post partem ordinate & successiue, non quod successio sit in obiecto cognito in se: sed prout est in intellectu: quia prius vna pars infiniti habet esse cognitum: & postea alia. Cum autem non contingat enumerare successiue infinitas partes: quia infinita non est pertransire: ideo infinito repugnat intelligi per modum infiniti. Secundò. Impossibile est quod aliquo successiuum in quantum huiusmodi, sit permanens, quia permanens & successiuum distinguuntur per rationes contradictorias. Sed de ratione infiniti in esse cognito est quod in esse cognito sit permanens. Sed si cognosceretur simul & vnico actu per modum infiniti, esset permanens in esse cognito, quia omnes eius partes simul cognoscerentur: ergo repugnat infinito quod intelligatur per modum infiniti.

Ad primum. Ad primum in oppositum negatur cõsequentia. Ad probationem dicitur, quod aliqua intellectiõ dupliciter potest dici infinita. Vno modo entitatiue. Alio modo formaliter. Dicitur intellectiõ infinita entitatiue tantum illa, quã est entitas subsistens & infinita, cuius est tantum intellectiõ primã causã. Dicitur autem infinita formaliter, quando terminatur ad obiecta infinita, tunc enim est infinita ex parte illa à qua sumitur eius ratio formalis. Isto autẽ modo potest dupliciter dici infinita. Vno modo simpliciter: & sic est infinita rãtum illa quã actu intelligit infinitũ tantã perfectiõne quanta ipsum est intelligibile: & quã intelligit omnes species rerum tam existentes quã possibilis produci alio modo dicitur infinita secundum quid illa intellectiõ, quã terminatur ad infinitas species imperfectas eorum tantũ quã sunt eiusdem generis: puta infinitas species numeri vel figurã: & hoc modo conceditur quod quilibet intelligentia habet intellectiõnem infinitam: non tamen sequitur quod habeat intellectiõnem infinitam entitatiue aut formaliter simpliciter. Ad secundum negatur maior: quia vt dictum est, aliqua est intellectiõ finita entitatiue & simpliciter infinita: tamen secundum quid potest determinare sibi infinitas species quales dicta sunt. Ad tertium dicitur, quod intellectiõni simpliciter infinitẽ correspondet vna ratio obiectiua adæquata, in qua omnia perfectissimẽ representantur, & hæc est quidditas primã causã correspondens suã intellectiõni, sed intellectiõni infinitã tantum secundum quid correspondet vna ratio obiectiua secundum quid infinita, & hæc est ipsa natura generica: puta genus figurã vel numeri. Ista enim genera sunt secundum quid infinita, quia continent sub se potentialiter infinitas species. Ad quartum conceditur totum, accipiendo consequens secundum infinitatem secundum quid. Sed loquendo de infinito simpliciter negatur vltima consequentia. Ad quintum negatur maior, quia non oportet q. omnia ea conueniant obiecto in esse cognito, quã conueniunt ei in esse reali, & ideo licet obiectum sit successiuum, possunt tamen partes eius in esse cognito habere simultatem & permanentiam: Negatur etiam minor vt dictum fuit. Sed tamen sciendum est, quod dupliciter potest dici aliquid esse successiuum. Vno modo propriẽ: & hoc est tantum id, cuius vnã parte adueniente alia transit. Alio modo satis improprie dicitur illud esse successiuum, in quo semper confurgit noua potentia: & positio cuiuslibet noui actus. Primo modo infinitum non habet ex sua ratione quod sit successiuum, sed tantum secundum modo. Ex aduentu enim cuiuslibet vnitatis in numero confurgit noua potentia ad vltiorem speciem, & ad hęc sensum intelligenda sunt illa verba Philosophi. Dico præterea quod licet alicui infinito conueniat successio, puta diuisioni infinitã: contini in partes proportionales non

Sententia propria.

Ad primum.

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad quartum.

Ad quintum.

352

enim reducitur in actum tota ista diuisio nisi successiue & vna post aliam. Cuius ratio est, quia potentia ad vltiore diuisionem non inest continuo nisi ex precedenti diuisione, tamen de ratione infiniti non est vniuersaliter successio proprie dicta. Et si queratur quare est ratio infiniti: respondeo quod secundum Philosophum 3. Physi. est esse id cuius partes accipiuntur semper est aliquid ultra accipere. Ex quo datur intelligi quod ratio infiniti consistit in hoc quod est non habere vltimum, vel finem partium in actu.

QUESTIO LXIII.

Utrum vna intelligentia possit producere aliam.

Prima ratio.

Varitur 63. Utrum vna intelligentia possit esse productiua alterius. Et videtur quod sic. Primo, intelligentia potest esse productiua substantie non dependentis a materia: ergo potest esse productiua alterius intelligentie, Consequentia patet, quia omnis substantia non dependens a materia est nature intellectualis. Antecedens probatur. Omnis causa secunda, & omne instrumentum potest in aliquam effectum ex virtute sibi communicata a prima causa, in quem non potest per virtutem propriam. Sed intelligentie possunt propria virtute producere omnem formam educibilem de potentia materia: ergo possunt per virtutem sibi communicatam a causa prima producere formam non dependentem a materia: & illa erit intelligentia. Secundo. Ab vno agente quod semper eodem modo se habet, non potest immediate procedere multitudo, quia vnum in quantum vnum, natum est facere vnum. Sed prima causa semper eodem modo se habet in se: igitur ab ea non procedit immediate nisi vnum: & per consequens non producit multitudinem intelligentiarum nisi quodam ordine, scilicet, vnum mediante alia.

Secunda ratio.

Terrio. Licet virtus Dei sit infinita, tamen nunquam agit nisi finite: alioquin produceret aliquem effectum infinitum: & per hoc patet quod productio alicuius effectus est ad virtutem agente finite: & per consequens non requirit in suo productiuo virtutem infinitam. Sed si vna intelligentia non posset aliam producere, hoc non esset nisi quia virtus productiua intelligentie est necessario infinita: ergo vna intelligentia potest aliam producere. Quarto. Tanta virtus requiritur ad producendum animam intellectuam, quanta requiritur ad producendum vnam intelligentiam, cum etiam ipsa anima sit quodam modo vna intelligentia, ex quo ab omni materia potest esse separata. Sed intelligentie causant motum celi a quo causatur anima: quia 2. Physi. Sol & huius generant hominem: ergo &c. Quinto. Si vna intelligentia non posset aliam producere, hoc non videretur esse propter aliud nisi quia virtutem productiuam alicuius ex nihilo oportet esse infinitam, vt communiter dicitur. Sed hoc est falsum: ergo &c. Probatu falsitas consequentis. Si requiritur necessario infinitas virtutis: sequitur quod effectus nobilior non magis manifestet illam virtutem quam effectus ignobilior. Sed hoc expresse apparet falsum: ergo. Consequentia patet, quia quilibet talis effectus cum per se requirit infinitam virtutem in agente: talem infinitam virtutem etiam manifestat.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Tex. co. 26.

Quinta ratio.

Auicenna placitum.

Respondeo, quod circa hoc duae sunt opiniones. Prima est Auicenna. 6. Metaphys. comment. 4. & eam tangit Comment. 12. Metaphys. commen. 44. dicentis, quod prima causa immediate intelligit se perfecte ex necessitate nature: & ex hac intelligentia producit primam intelligentiam, quae ab illa prima causa effluit & emanat quadam naturali consecutione: & haec intelligentia primo producta, est illa qua mediante Deo mouet primum mobile. Quia vero haec intelligentia producta habet esse ab alio receptum: statim in ea cadit compositio quidditatis cum esse, licet ipsa quidditas in se sit simplex. Ista autem intelligentia intelligit primam causam a qua producta est, & intelligit suam quidditatem, quae est simplex: & seipsam intelligit in quantum est composita cum suo esse: in quantum autem intelligit primam causam, ipsa producit vnam aliam intelligentiam: & in quantum intelligit suam quidditatem, quae est simplex, producit animam celi, in quantum vero intelligit se vt est composita, producit corpus caeleste. Haec autem intelligentia secundo producta: producit aliam: & animam secundum celi & corpus eius, & sic successiue vsque ad intelligentiam quae est infra concauum orbis lunae: praesidens toti sphaerae actiuorum & passiuorum, quae secundum ipsum attingit essentias omnium formarum in materia: & agen-

tia particularia tantum disponunt materiam. Alio opinio est Commentar. vbi supra, & communiter omnium Peripateticorum, quod impossibile est vna intelligentiam producere aliam. Ad cuius euidentiam est sciendum, quod cum productio sit actus secundus, a nullo potest esse in quo non sit actus primus: quia secundus necessario praesupponit primum tanquam principium suum formale: vt habetur 2. de anima: oportet igitur si vna intelligentia est productiua alterius, quod in ea sit aliqua forma qua mediante producat, siue haec forma sit eius substantia: siue quodcumque aliud. Dupliciter autem potest aliqua vis productiua esse in aliquo. Vno modo, secundum esse quietum & permanens sicut calor est in igne. Alio modo, in quodam transitu & quasi intentionaliter, sicut vis productiua scanni est in instrumento, quod talem virtutem non habet, nisi dum actu mouetur ab agente principali, & ea motione cessante, cessat esse virtus in instrumento. Dico igitur secundum hanc opinionem quam sequor in hac materia naturaliter loquendo, quod vna intelligentia nullo modo habet virtutem productiuam alterius, siue modo quieto siue in transitu. Et hoc probatur. Primo. Nulla intelligentia potest produci nisi ex nihilo producatu. Sed vna intelligentia non potest aliquid ex nihilo producere: ergo &c. Maior patet: quia cum intelligentia non habeat materiam nec subiectum aliquid siue ex quo siue in quo fiat, oportet si producatu ex nihilo producatu. Minor probatur. Producere aliquid ex nihilo est tantum virtutis infinitae intensiue. Sed nulla intelligentia praeter primum est infiniti vigoris: vt probabitur: ergo. Maior probatur & suppono vt dicit Philosophus & Commentator quarto Physicorum, comment. 71. & 72. quod in omni motu & productione oportet esse aliquam resistentiam. Quae quidem resistentia non est resistentia actiua, sed formalis: quia res producenda aut mouenda, non semper conuenit producenti aut mouenti vt accidit in motibus violentis, in quibus mobilia conueniunt: quia saltem inclinatur ad motum oppositum. Nam quod resistentia actiua non fit in omnibus, patet, quia in motu celi nulla talis est cum celum non inclinatur ad vllum alium motum. Formale autem resistentiam appello formalem oppositionem mouentis & moti, quia mobile est in potentia tale, quale est mouens in actu. Et propter hoc dixit Commentator septimo Physicorum, comment. 35. quod necesse est in omni motu esse resistentiam, quae consurgit ex hoc, quod istud est agens, & illud est patiens. Ex his probatur illa, Vbi maior est resistentia formalis, ibi maior virtus requiritur. Cuius ratio est, quia tunc potentia est magis elongata ab actu: sicut patet quod requiritur maior virtus ad dealbandum aliquod corpus nigrum vt lxx, quam si sit nigrum tantum vt tria. Sed inter nihil & ens, est infinita distantia formalis. Quod patet. Tum quia sunt contradictoria inter quae non est medium: daretur autem medium si aliqua esset minor. Tum quia ea summè distant formaliter, quae in nullo conueniunt: ens autem & non ens in nullo conueniunt. Non enim conueniunt in ente, cum ipsum nihil non sit ens. Nec conueniunt in non ente, cum non ens sit nihil: ergo requiritur infinita virtus ad producendum aliquam intelligentiam ex nihilo. Secundo. Si ad productionem intelligentiae ex nihilo non requiritur virtus infinita, sed sufficit virtus finita: sequitur quod non sit maioris difficultatis producere aliquid ex nihilo quam producere aliquid ex aliquo: quod euidenter apparet falsum. Consequentia probatur. Sit virtus finita a, producens intelligentiam ex nihilo: & sit alia virtus finita b, producens ignem ex aliquo: cum quilibet virtus finita alteri virtuti finitae habeat determinatam proportionem, oportet quod inter a, & b, sit proportio: & sit tripla, gratia exempli. Detur postea vna alia virtus finita in triplo maior virtute b, & haec data virtus, est illa qua aliquid ex aliquo. Constat quod haec virtus est aequalis virtuti a, cum vtraque se habeat ad b, tantum in proportione tripla: & tamen haec virtus producit aliquid ex aliquo & a producit ex nihilo: ergo sequitur quod non requiritur maior virtus ad producendum ex nihilo quam ad producendum ex aliquo. Terrio arguitur quod istud non sit concedendum secundum doctrinam Aristotelis & sui Commentatoris. Nam non minoris difficultatis est producere vnam intelligentiam quam producere materiam primam & corpus caeleste: cum omnia ista si facta sunt, ex nihilo facta sunt. Sed Philosophus concederet intelligentiam aliquam praeter primam produxisse aliquod praedictorum: quia secundum ipsum intelligentiam nihil producit nisi per motum celi, constat autem quod celum sicut & omne aliud mobile praesupponitur suo motui. Similiter materia non potest produci per talem motum, quia omne productum mediante

Tex. co. 5.

Conclusio.

mediate motu celi est productum per generationem aut transmutationem quibus subiicitur materia: nullo autem istorum modorum potest esse producta materia, quia subiectum transmutationis est prius transmutatione: terminus autem per transmutationem productus est ea posterior. Impossibile est autem quod eadem res praecedat transmutationem & eam sequatur: alioquin esset prior & posterior, respectu sui ipsius. Quarto. idem patet expresse ex dictis Auer. 12. metaphysica, loco supra allegato. Vbi recitans illam opinionem Auicenna de productione vnius intelligentiae ad aliam, dicit quod ibi non est causa & causatum.

Ad primum.

Ad probandum dicitur quod dupliciter potest intelligi illa propositio. Vno modo quod instrumentum omne possit aliquam entitatem producere: quam non posset aliter producere, ita quod alia sit entitas quam producit vt mouetur a causa principali: & alia sit entitas quam producit ex se, & ad hunc sensum ipsa est falsa. Nam terra ex se, & ex forma sua habet virtutem secundi ligna: & tamen non secet nisi mota ab agente principali. Alio modo potest intelligi quod plus potest in virtute principali agere, quam ex se, id est, quod non potest habere actionem suam respectu effectus agentis principalis nisi moueatur ab agente principali, & sic est vera: sed tunc non sequitur nisi quod intelligentia non potest producere inferiora nisi concurrente actione causae superioris. Ad secundum dicitur quod agens per intellectum (si eius intelligere & velle sunt productio) potest immediate plura distincte intelligere potest etiam ea immediate producere, tale autem agens est causa prima. Illa autem ratio est Auicenna qui putauit primam causam agere omnino ex necessitate nature, & per consequens esse determinatam ad producendum immediate tantum vnum. Sed in hoc fuit deceptus. Ad tertium dicitur quod prima causa agere finite potest dupliciter intelligi. Vno modo ex parte effectus: & sic est verum, quia nunquam producit nisi effectum finitum, Alio modo ex modo agendi: & sic agit infinite dum producit aliquid ex nihilo. Et quia iste modus nulli intelligentiae conuenire potest, ideo intelligentia non potest producere nisi ea tantum quae producuntur ex aliquo praesupposito. Ad quartum dicitur, quod per motum celi non causatur anima intellectiua nisi tantum dispositiue. Dico praeter ea quod plus requiritur ad causandum intelligentiam, quia ipsa etiam dispositiue non potest causari a motu celi. Ad quintum dicitur, quod licet vnus effectus magis representat Deum quam alius, licet quilibet sit finitus: ita productio vnius magis representat diuinam virtutem quam productio alterius.

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad quartum.

Ad quintum.

QUESTIO LXIII.

Utrum omnes substantias motrices orbium, esse virtutis infinitae secundum vigorem, Philosophus & Commentator putauerint.

Prima ratio.

Varitur 64. Utrum Philosophus & Commentator putauerint omnes substantias motrices orbium esse virtutis infinitae secundum vigorem. Et videtur quod sic. Primo. Philosophus in 8. physico. tex comment. 79. dicit, quod moues finitum non potest mouere mobile finitum per tempus infinitum: sed quilibet intelligentia mouet suum orbem per tempus infinitum, ergo nulla est finita: sed quilibet est infinita. Secundo. Philosophus non solum probat quod prima causa sit separata a magnitudine, sed etiam quod quilibet intelligentia: eius autem ratio haec est. Nulla virtus infinita potest esse in magnitudine: sed virtus cuiuslibet intelligentiae est infinita: alioquin non moueret tempore infinito, ergo &c. Sed in ista ratione non accipit Philosophus infinitam virtutem secundum durationem tantum: alioquin maior esset falsa: cum in caelo sit virtus infinita secundum tempus. ergo accipit infinitum secundum vigorem. Tertio. Philosophus in 2. metaphys. postquam concludit intelligentias non habere magnitudinem: quia habent potentiam infinitam, & infinita potentia non potest esse in magnitudine, statim querit, utrum ponenda sit etiam vna talis aut plures: & determinat quod plures: etiam secundum ipsum non tantum prima substantia: sed etiam aliae intelligentiae sunt infinitae.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Respondeo ad hanc questionem. Dicunt aliqui quod Philosophus & Commentator non putauerint aliquam intelligentiam, nec etiam causam primam quae est Deus esse vigoris infiniti, quia proprietates intelligentiarum, & primae causae, non cognouerunt Philosophi nisi per eorum effectus qui apparent in rebus sensibilibus: nullus autem effectus est per quem concludi possit quod sint infiniti vigoris. Id enim quod maxime videtur arguere infinitatem huius est aeternitas motus, sed ad perpetuandum motum vt dicunt, sufficit virtus finita in vigore: dummodo sit intransmutabilis & infinita secundum durationem, & quod habeat semper in actu dispositionem per quam possit continuare motum in se finitum. Ad rationem autem quae supra fiebat, quod ex infinitate motus arguitur infinitas vigoris in primo motore: potest responderi quod primus motor est per se causa motus infiniti, per accidens siue per reiterationem. Et cum dicitur, quod causa per se correspondet effectus per se. Dicunt quod hoc potest dupliciter intelligi. Vno modo prout ly per se, determinat ly, correspondet: & sic est verum. Nam si causa est per se causa, habet aliquem effectum qui per se fit ab ea motus autem infinitus per reiterationem fit per se a causa prima: quia causalitas primae causae non terminatur per accidens ad illum motum, sed per se ipsum intendit. Alio modo potest intelligi prout ly per se, determinat effectum: & sic maior est falsa. Potest enim aliqua causa producere per se effectum qui est ens per accidens. Nam intentio artificis potest esse ad faciendum artificiarum album, puta sigillum album: puta si eius intentio non feratur primo super sigillum, nec primo super albedinem, sed primo super vt unque. Ista responsio est vtique doctrinalis, quicquid sit de illa ratione & hac responsione. Ad praesentem questionem respondeo duabus conclusionibus: quarum prima haec est. Aristoteles & Commentator non putauerint aliquam intelligentiam citra primam esse infiniti vigoris. Probatu. Primo, quia Commentator 12. metaphys. comment. 41. dicit, quod celi habet duos motores: quorum vnus est propinquus, alter vero remotus: & quod motor propinquus est finita virtutis: remotus autem est virtutis infinitae. Sed motor propinquus est aliqua ex intelligentiis secundis: & loquor de motore aliorum orbium a primo mobili, ergo &c. Secundo. Quicquid est infinitae virtutis, est etiam infinitae entitatis. Sed nulla intelligentia secunda est infinitae entitatis. Sed nulla intelligentia ipsa, nec infinitae virtutis. Maior probatur: quia aut virtus est idem cum essentia re: aut est ab ea distincta. Si primum: ergo si virtus est infinita, etiam essentia est infinita. Si secundum, sequitur quod virtus sit accidens essentiae, vel saltem quod sit ea posterior: nullum autem accidens excedit substantiam in perfectione: nec posterius excedit prius in essentialiter ordinatis. Minor probatur. Quicquid est infinitae entitatis, habet in se omnes perfectiones & a nullo dependet, & est Deus. Sed non possunt esse plures dii secundum Philosophum: quia vt ipse concludit in fine 12. metaphysicae, vnus est princeps vniuersi: ergo &c. Confirmatur. Nullum ens infinitum est essentialiter alteri subordinatum, quia vt dictum est in essentialiter ordinatis, oportet posterius esse imperfectius prioris: infinitum autem ens nullo alio est imperfectius alioquin deest ei aliqua perfectio, & per consequens non esset infinitum. Sed omnes intelligentiae secundae subordinantur primae causae: vt dicit Philosophus circa finem libri duodecimi metaphysicae: ergo nulla earum est infiniti vigoris. Secunda conclusio. Licet Philosophus non dicat expresse primam causam esse vigoris infiniti: tamen hoc efficaciter concludi potest ex eius principiis. Prima pars huius conclusionis patet inspecti diligenter eius libros. Nam cum dicit Philosophus octavo physico, & 12. metaphysicae, quod primus motor est virtutis infinitae. Istud exponunt multi de infinitate secundum durationem: & probant quod talis virtus infinita duratiue non potest esse in magnitudine: quia omnis virtus existens in magnitudine, vt exponit Commenta. potest defatigari: & per consequens est corruptibilis. Si ergo daretur aliqua virtus in magnitudine potens perpetuare motum, oportet quod ipsa possit aeterno tempore resistere corruptentibus: & quod nunquam defatigaret, quod esse non potest, nisi sit infiniti vigoris. Secunda pars conclusionis probatur. Supposito, quod Aristot. & Commen. putauerint Deum esse causam effectiuam intelligentiarum, vt supra probatum fuit. Suppono secundum, quod intelligentiae non habent materiam ex qua factae sint: vt dicit Philosophus in 12. metaphysicae. Ex quo sequitur quod a prima causa productae sint ex nihilo. Tunc arguitur sic. Quanto aliquid est maioris difficultatis ad fieri: tanto maior virtus requiritur in agente: ergo si aliquid fieri est infinitae difficultatis, requirit in agente infinitam virtutem, consequentia patet, & de se nota est. Antecedens etiam patet. Nam quanto aliquid est minus dispositum vt comburatur, requirit maiorem actiuitatem: Quae est. Met. Paul. Sonc. G 3 in

Conclusio.

conclusio.

in igne : & sic vniuersaliter in aliis apparet. Istud anteceden- deus, & consequentiam quilibet habet concedere. Tunc vltra. Sed producere aliquid ex nihilo est infinita difficultatis, ergo si Deus produxit intelligentias ex nihilo, sequitur quod sit infinita virtutis. Consequentia est nota. Antecedens autem probatur. Si non est infinita difficultatis sed finita: sufficit ad ipsum producendum virtus finita. Et cum qualibet virtus finita sit alteri virtuti finitae proportionabilis. Sit virtus finita a, quae producat b effectum, puta ignem ex nihilo. Et sit alia virtus finita, puta c, quae producat effectum, puta d, ignem ex aliquo siue ex materia: constat quod inter a & c est finita proportio: & sit gratia exempli, proportio vt b, ita quod a excedit c in virtute vt 8. Similiter inter difficultatem b, ad difficultatem producendi d, est proportio octupla. Tunc sic, Aliquantae difficultatis est producere d, ignem: ergo maioris difficultatis est producere ignem in duplo maiorem, & adhuc maioris producere in triplo maiorem, & sic successiue. Sed ad producendum b ignem ex nihilo qui est maior tantum vt 8. quam a, sufficit virtus finita. ergo cum ad producendum ignem ex materia maiorem quam d, vt decem, requiratur maiorem virtutem quam ad producendum ignem vt 8. sequitur quod maior erit difficultas producere vnum ignem ex materia quam producere alium ignem ex nihilo. Constat. Virtus a producens aliquid ex nihilo est maior vt 8. quam virtus b addantur tunc ad b alia 7. agentia aequalis virtutis cum b: ergo tunc ista erunt aequalia virtuti a, & per consequens poterunt producere aliquid ex nihilo: quod est inconueniens.

Ad primum. Ad argumenta responderetur. Ad primum dicitur quod Philosophus intelligit quod mouens finitum secundum durationem non potest continuare motum infinitum: quia effectus in actu requirit causam in actu. Vel si volumus tenere quod motus aeternus arguit infinitatem vigoris in primo motore, dicendum est quod mouens finitum non potest continuare motum infinitum tanquam causa prima & per se infinitatis motoris. Ad secundum dicitur, quod omnis intelligentia est separata a magnitudine: quia si esset in magnitudine posset defatigari, & non perpetuaret motum: aut si perpetuaret, oporteret ipsam esse infiniti vigoris. Sed si est separata a magnitudine, & perpetuat motum non tanquam causa prima: non sequitur quod sit infiniti vigoris. Ad tertium dicitur eodem modo. Concludit enim Philosophus quod multae sunt intelligentiae separatae a magnitudine, & habentes virtutem infinitam secundum tempus siue secundum durationem. Et licet caelum habeat magnitudinem: & habeat virtutem ad durandum in infinitum ad mouendum elementa, & ista inferiora motu aeterno: tamen caelum non mouet nisi motu locali. Philosophus autem loquitur de intelligentiis quae mouent motu aeterno, & non mouentur neque per se neque per accidens.

QUESTIO LXXV.

Vtrum prima causa intelligat aliquid extra se.

Veritur sexagesimo quinto. Vtrum prima causa intelligat aliquid extra se. Et videtur quod non per rationes quas tangit Philosophus in hoc textu, & magis explicat Commentator praesenti comment. 53. Primò. Omnis intellectio dependet ab obiecto, cum sine eo esse non possit, & ab eo habeat suam rationem per quam est. Sed intellectio primae causae non dependet ab alio a se: quia eius textus substantia autem primae causae a nullo dependet, alioquin non esset prima causa: ergo &c. Secundò. Nobilitas intellectiois sumitur ex nobilitate obiecti, vt dicit etiam Philosophus primo de anima, text. comment. 1. Sed intellectio est eius substantia, vt dicit Philosophus in hoc diuina intellectio est nobilissima, cum per eam Deus se ipsum intelligat, qui est ens diuinissimum: ergo si intelligeret aliquid extra se: sequitur, quod eius intellectio vilesceret. Tertio intellectus intelligens aliquid extra se, patitur ab obiecto: cum comparatur ad obiectum sicut patiens ad agens 3. de anima. Sed diuinus intellectus nihil potest pati ab aliis: ergo &c. Ista sunt rationes Auer. Quartò. Omnis perfectio, quae est in Deo, aequè esset in eo etiam si nihil aliud extra ipsum esset possibile produci. Sed diuina intellectio est perfectio, & tamen si terminaretur ad aliquid extra se, non posset esse nisi illa essent possibilia produci: ergo &c.

Respondeo, quod sicut inquit Commentator 12. metaphysicæ, comment. 4. ista quaestio est nobilissima omnium quae sunt de Deo, scilicet scire quid intelligit, & est definitio

derata ab omnibus naturaliter. Et quia Caldae maximè circa eam insudarunt, ideo Philosophus narrat eam esse sententiam paternam. Propter hoc itaque pertractatur ista quaestio tam a theologis quam a Philosophis. A theologis quidem per auctoritatem legis, & dicta sanctorum. A Philosophis verò per rationes sumptas ex ratione intelligendi & perfectione causae primae. Nunc autem disputabitur more Philosophorum. Potest autè sensus quaestionis esse duplex. Primo, vtrum Deus cognoscat aliquid extra se, id est, aliquid quod non est ipse Deus: sed est à Deo distinctum. Secundus est, vtrum eius cognitio terminetur ad res extra ipsum existentes: ita quod res quae existunt extra Deum intelligantur à Deo vt sunt extra ipsum, ita quod diuina intellectio non solum terminetur ad ipsum Deum, sed etiam ad res quae extra ipsum sunt, quod est intelligere res terminatiue. Differt autem iste secundus modus à primo: quia multi concedunt Deum intelligere alia à se, sed non terminatiue, quia intelligit alia solum in se ipso. Et ideo diuina cognitio non terminatur ad aliquid extra ipsum. Et hoc probant. Si diuina intellectio terminaretur ad aliquid extra ipsum, puta ad continuam quantitatem & ad numerum: sequitur quod diuisio continui in partes proportionales esset euacuata, prout ad ipsum terminatur diuina intellectio. Sed hoc est impossibile: alioquin continuum non esset diuisibile infinitum: ergo &c. Consequentia probatur, quia aut eius intellectio terminaretur ad omnes partes proportionales continui in quas est diuisibile, sic quod non relinquatur ulterius diuisio, & sic haberetur propositum. Aut terminaretur tantum ad aliquas partes & non ad omnes. Sed quilibet illarum partium adhuc esset diuisibilis: & sic eius intellectio esset in potentia ad cognoscendum illas partes: quod est impossibile alioquin non est perfectissima intellectio: vt dicit Philosophus in hoc textu. Eodem modo arguit quod sequeretur processum numerorum in infinitum esse euacuatum. Sed quod ista ratio nihil concludat declaro & reduco ipsam contra arguentem. Tu dicis quod Deus omnia cognoscat in seipso, sed nihil intelligit extra se terminatiue. Reduco igitur sic rationem: Impossibile est diuisionem continui euacuari, igitur impossibile est Deum cognoscere continuum, siue intra se, siue extra se. Antecedens est assumptum à te. Consequentia probatur. Si Deus cognoscat continuum, siue intra se, siue extra se de necessitate diuisio continui esset euacuata, quia aut cognoscat omnes partes eius diuisas distinctas, sic vt non relinquatur ulterius diuisio: & tunc haberetur propositum quod diuisio continui est euacuata: aut solum cognoscat aliquas partes sub certo numero quarum quilibet est diuisibilis. Istud autem esse non potest, vt tu dicis: quia diuina intellectio esset in potentia. Constat autem quod istud erat argumentum tuum, quod aequè militat contra te sicut contra me. Et ideo dico quod diuina intellectio terminatur ad infinitas partes proportionales ipsius continui: & in nulla sistit: non quod intelligat primam & vltimam partem: quia ex hoc sequitur quod essent finitae illae partes, sed quia simul & sine successione omnes videt, nec est assignare aliquam, quam non videat, sed assignata quacunque adhuc ulteriorem partem videt.

Nunc restat dicere ad quaest. ad quam responderetur duabus conclusionibus. Prima est haec: & secunda directe contra Commenta. in hoc loco. Diuinus intellectus cognoscat ea quae sunt extra ipsum. Probatur supponendo, vnum de mente Philosophi, scilicet quod Deus est causa omnium effectiua. Tunc sic. Intelligentia intelligens perfectissimè aliquam causam, intelligit omnia quae ab ea produci possunt. Sed diuinus intellectus perfectissimè intelligit se ipsum, qui est causa omnium effectiua: ergo intelligit alia à se. Minor quo ad primam partem est Philosophi in hoc text. quo ad secundam patet ex praesupposito. Maior probatur. Quicquid cognoscat perfectissimè aliquam causam cognoscat totam virtutem eius productiuam: in quantum est productiuus. Sed productiuus in quantum huiusmodi, dicit respectum ad producibile: ergo cognoscat habitudinè & respectu eius ad omnia per ipsum producibilia. Sed relatio non potest cognosci nisi cognitis extremis: ergo cognoscat omnia producibilia. Ex quo patet quod ista ratio, non solum concludit primam causam intelligere aliquid extra ipsum: sed etiam intelligere omnia. Secundò. Diuinus intellectus intelligit quicquid est in eo: quia quicquid est in eo, est ibi intelligibile: & sic secundum esse immateriale: omne autem separatum à materia est actu intelligibile: vt ipse dicit praesenti commento. Sed omnis effectus diuinus est in ipso, quia in qualibet causa praesexistit effectus secundum aliquam sui similitudinem, cum omnis causa producat effectum sibi similem: ergo &c. Secunda conclusio. Diuina intellectio terminatur ad aliquid extra se. Intelligo istam conclusionem ad hunc sensum, quod sicut intelligens conclusionem in principijs, intelligit vtrumque vnica intellectioe, quae tamen prius natura terminatur ad principium quam ad conclusionem: quae quidem conclusio est extra principium, & sic terminatur ad aliquid extra principium, licet principium sit medium quo cognoscitur, ita diuina intellectio terminatur ad ipsum Deum, & ad ea quae sunt extra ipsum: sed prius natura & principaliter ad ipsum: secundario autem ad alia. Probatur ista conclusio. Primò. Deus intelligit rosam esse distinctam ab ipso Deo, ergo eius intellectio terminatur ad rosam: antecedens patet. Consequentia probatur: Rosa vt est in Deo sicut effectus in causa, non est à Deo distincta, sed est ipsemet Deus habens virtutem producendi rosam: ergo si eius intellectio terminatur ad rosam vt est distincta, oportet quod terminetur ad rosam, vt est extra ipsum. Secundò. Diuina intellectio terminatur ad aliquid extra Deum, ergo & diuina intellectio. Antecedens patet. Deus enim vult Sortem esse extra Deum. Consequentia probatur: Si quae potentiae sunt aequalis ambitus obiectiue & vna in sua operatione praesupponit aliam, oportet quod potentia praesupposita se extendat ad quicquid se extendit potentia praesupponens: alioquin eam non praesupponeret. Tertio. Diuinus intellectus cognoscat res alias à se esse variabiles & corruptibiles. Sed non sunt corruptibiles vt sunt in Deo, sed solum vt sunt extra ipsum: ergo terminatur eius intellectio ad aliquid extra se. Quarto. Omnis actus terminatur ad ea quae capiunt esse per ipsum. Sed res productae à prima causa capiunt esse per eius intellectioem & volitionem: vt probatum fuit supra: ergo diuina intellectio terminatur ad eas & per consequens intellectus diuinus cognoscat eas terminatiue. Maior patet ex terminis: quia impossibile est quod productio non terminetur ad productum.

Conclusio prima.

Conclusio 2.

terminatur ad aliquid extra se. Intelligo istam conclusionem ad hunc sensum, quod sicut intelligens conclusionem in principijs, intelligit vtrumque vnica intellectioe, quae tamen prius natura terminatur ad principium quam ad conclusionem: quae quidem conclusio est extra principium, & sic terminatur ad aliquid extra principium, licet principium sit medium quo cognoscitur, ita diuina intellectio terminatur ad ipsum Deum, & ad ea quae sunt extra ipsum: sed prius natura & principaliter ad ipsum: secundario autem ad alia. Probatur ista conclusio. Primò. Deus intelligit rosam esse distinctam ab ipso Deo, ergo eius intellectio terminatur ad rosam: antecedens patet. Consequentia probatur: Rosa vt est in Deo sicut effectus in causa, non est à Deo distincta, sed est ipsemet Deus habens virtutem producendi rosam: ergo si eius intellectio terminatur ad rosam vt est distincta, oportet quod terminetur ad rosam, vt est extra ipsum. Secundò. Diuina intellectio terminatur ad aliquid extra Deum, ergo & diuina intellectio. Antecedens patet. Deus enim vult Sortem esse extra Deum. Consequentia probatur: Si quae potentiae sunt aequalis ambitus obiectiue & vna in sua operatione praesupponit aliam, oportet quod potentia praesupposita se extendat ad quicquid se extendit potentia praesupponens: alioquin eam non praesupponeret. Tertio. Diuinus intellectus cognoscat res alias à se esse variabiles & corruptibiles. Sed non sunt corruptibiles vt sunt in Deo, sed solum vt sunt extra ipsum: ergo terminatur eius intellectio ad aliquid extra se. Quarto. Omnis actus terminatur ad ea quae capiunt esse per ipsum. Sed res productae à prima causa capiunt esse per eius intellectioem & volitionem: vt probatum fuit supra: ergo diuina intellectio terminatur ad eas & per consequens intellectus diuinus cognoscat eas terminatiue. Maior patet ex terminis: quia impossibile est quod productio non terminetur ad productum.

Ad primum. Ad argumenta responderetur. Ad primum dicitur quod intellectio diuina quo ad suam entitatem à nullo dependet, sed bene dependet ab obiecto in quantum est talis vel talis intellectio. Nisi enim terminaretur ad rosam, non esset intellectio rosae: à nullo enim obiecto determinatur nisi terminetur ad ipsum. Sicut etiam creatio quantum ad quod est, non dependet à creatura, licet ab ea dependeat in ratione creationis: quia vt sic, dicit respectum: constat autè quod respectus dependet à terminis: & ita dicendum est de intellectu: quia etiam ipsa includit respectum ad rem intellectam. Ad secundum negatur consequentia, quia nobilitas intellectiois sumitur tantum ex nobilitate obiecti, ad quod primo & per se terminatur, non autem ex his quae in primo obiecto relucunt & manifestantur. Diuinus autè intellectus omnia in seipso intelligit tanquam in medio in quo relucunt ea ad quae terminatur diuina intellectio, & ideo ex eorum vilitate non vilescit. Ad tertium dicitur quod intellectum pati ab obiecto est recipere ab eo formam siue speciem qua formaliter intelligat: diuinus autem intellectus nihil ab alio recipit, quia per se ipsum sufficit omnia perfectissimè repraesentare. Ad quartum dicitur quod intellectio in quantum est diuina intellectio, dicit perfectionem, & ista esset in Deo etiam si nihil aliud posset esse, sed diuina intellectio in quantum est intellectio rosae, vel hominis, vel lapidis, vel cuiuscunque huiusmodi, non dicit perfectionem aliquam: sed respectu ad talia obiecta, quia est relatio rationis tantum, & tunc dico quod si nihil extra Deum esset possibile produci, diuina intellectio non esset in Deo, quantum ad istos respectus.

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad quartum.

QUESTIO LXXVI.

Vtrum primam causam intelligere res extra se terminatiue fuerit opin. Arist.

Veritur 66. An fuerit opinio Aristote. quod prima causa cognoscat res extra se terminatiue. Et videtur quod non. Primò. Si Deus intelligit aliquid extra se, sequitur quod multitudo intellectorum sit in diuino intuitu. Sed hoc negat Philosophus & Comment. 12. Meta. comment. 51. vbi dicit, quod prima intelligentia est simplicior omnibus aliis sine omni multiplicitate, nec propter multitudinem intellectus & intellecti, nec propter multitudinem intellectorum. Secundò, dicit Commentat. 3. de anima, comment. 18. quod in omni intellectu abstracto qui intelligit aliud, oportet ponere materiam quae est intellectus possibilis, aliter non esse multitudo intellectorum in eis: & ideo nulla forma est liberata à potentia simpliciter, nisi prima quae nihil intelligit extra se. Tertio. Si Deus intelligit aliquid extra se, sequitur quod intelligit aliqua quae non aduancatur

Prima ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

cum essentia diuina. Sed hoc expressè negat Commen. 12. Metaphysic. vbi supra, & in hoc reprehendit Themistium dicentem, possibile esse Deum intelligere multa intellecta sub rō. Subdit postea Com. hoc autem contradicit sermōni nostro cum diximus quod intelligit se & nihil aliud extrinsecum.

Respondeo. Et prius quam dicatur ad quaest. declaro titulum ipsius. Potest enim ista quaestio habere tres sensus. Primus est, an Deus intelligat aliquid extra se prout ly extra, comparatur ad ly se. id est, vtrum Deus intelligat aliquid eorum quae non sunt ipse Deus. Secundus sensus est. Vtrum ea quae sunt extra Deum, id est, quae non sunt Deus intelligat ipse Deus formaliter vel tātum eminenter. Tertius sensus est. Vtrum intelligat ea extra se prout ly extra, comparatur ad ly intelligit, id est, vtrum diuinus intuitus terminetur ad res alias à se. Et secundum istos tres sensus pono tres conclusiones: quarum prima est, Deus cognoscat ea quae non sunt Deus. Probatur. Primò. Omnis causa agēs per intellectum cognoscat effectus suos. Sed Deus est causa agens per intellectum omnia quae sunt in rerum natura, & quae non sunt ipse Deus, ergo Deus cognoscat ea quae non sunt Deus. Secunda conclusio. Deus cognoscat non tantum eminenter: sed etiam formaliter ea quae non sunt Deus. Oppositum huius conclusionis dixerunt quidam esse de mente Arist. propter auctoritates supra inductas arguendo. Dicunt enim quod Deus intelligit tantum se formaliter. Sed quia ipse est entitas quaedam eminenter continens omnem aliam entitatem, & omnes perfectiones in aliis rebus repertas, ideo dicitur omnia intelligere eminenter: quia, scilicet, intelligit id quod est eminenter omnia. Sed contra arguitur primò: Impossibile est intelligere relationem quin intelligatur extrema. Sed Deus intelligit distinctionem sui ab aliis rebus: scit enim se esse ab omnibus aliis distinctum, distinctio autem est relatio: ergo Deus intelligit alia à se. Maior & minor sunt de se manifestae. Ad hanc rationem responderetur quod distinctio quae est inter Deum & creaturas, cum sit realis, est quaedam entitas: & per consequens continetur eminenter in Deo. Vnde Deus non cognoscat illam distinctionem, nisi quia cognoscat se qui est eminenter omnis distinctio. Sed contra hanc responsionem arguitur. Primò, quia sequitur quod Deus non propriè intelligat se esse distinctum ab aliis. Nam qui non intelligit distinctionem, licet intelligat aliquid eminentius distinctione, non propter hoc intelligit se esse distinctum. Sicut qui intelligit lucem solis eminenter continentem omnem calorem, non propter hoc dicitur intelligere calorem. Secundò. Illa potentia quae solum est cognoscitiua esse sui & esse indistincti à se, non propriè cognoscat se esse distinctum ab aliis. Sed ex responsione diuinus intellectus est cognoscitiuus tantum esse sui & esse indistincti à se: ergo non cognoscat se distinctum ab aliis. Secundò principaliter. Si Deus non cognosceret alia à se formaliter, sed tantum eminenter, sequitur quod Deus non haberet omnium prouidentiam. Sed hoc est contra Aristotelem, ergo &c. Tertia conclusio. Deus intelligit alia à se terminatiue. Hanc conclusionem declarat. Ad cuius euidentiam est sciendum quod diuinus intuitus terminatur ad essentiam suam tanquam ad primum & adaequatum obiectum: sed quia in sua essentia relucunt omnes effectus: siue sint in rerum natura, siue non. Nam ea quae in seipsis sunt praeterita aut futura, sunt praesentia Deo: ideo consequenter terminatur diuinus intuitus ad omnem aliam entitatem. Cum autem dico quod Deus intelligit aliquid extra se terminatiue: non dico quod videat res aliter aut in alio quam in essentia, sed quod determinatur eius aspectus ad res quae sunt, aut fuerunt, aut erunt extra Deum: & tamen terminatur ad eas prout sunt in Deo sicut in causa eas perfectè continente & repraesentante: vt ex hoc dicatur intelligere eas non tantum eminenter, sed etiam formaliter: quasi eo modo quo quis videt res in speculo relucentes: talis enim non tantum videt speculum formaliter: sed etiam illas res repraesentatas. Probatur ista conclusio sic declarata. Primò. Omnia ea cognoscat Deus terminatiue ad quae terminatur eius intellectio. Sed diuina intellectio terminatur ad res quae non sunt Deus, ergo & cetera. Maior est nota ex terminis. Minor probatur. Quicquid est aliquo modo obiectum alicuius intellectiois, etiam aliquo modo eam terminat, quia esse obiectum intellectiois est ei obiecti & eam terminare. Sed ea quae non sunt Deus, sunt obiecta secundaria diuinae intellectiois: cum Deus omnia intelligat formaliter: vt patet ex secunda conclusione: ergo &c. Secundò. Quicquid capit esse quoquo modo per aliquam operationem est terminus ipsius. Sed ea quae non sunt Deus, capiunt esse saltem cognitum per diuinam intellectioem: ergo ipsam terminant. Tertio. Res

Conclusio 1.

Conclusio 2.

Conclusio 3.

quæ non sunt Deus, terminant diuinam uolitionem, ergo etiam terminant diuinam intellectiõnem. Antecedens patet. Nam Deus uult cælum esse: & uult Sortem currere dũ currit. Probatur consequentia ex hoc, q̄ actus uoluntatis circa aliquod obiectum præsupponit actum intellectus circa idem obiectum.

Ad 1.2.3. Ad argumenta in oppositum responderetur. Ad omnia simul quæ fundantur in dictis Commun. dico, q̄ Arist. credit, sicut uerum est, q̄ Deus nihil intelligit nisi in essentia sua representatum: & res ut habent esse in essentia Dei non sunt aliud quàm Deus realiter: nec sunt per consequens realiter distinctæ. Ideo dicit tam ipse quàm Comm. q̄ ibi non est multitudo intellectuum: quia licet multa intelligantur, tamen intelliguntur in eo quod est Dei essentia.

QUESTIO LXVII.

Utrum prima causa intelligat proprias quidditates rerum distincte secundum Aristotelem & Commentatorem.

Varitur 67. An prima causa intelligat distincte proprias quidditates rerum secundum Arist. & Commentatorem. Et arguitur quod non. Primò, quia Commenta. 12. Metaph. com. 51. in fine recitat opinionem quorundam dicentium quod Deus scit omnia quæ sunt hic in uniuersali & non in particulari. Et reprobat prædictam opin. sic dicit: ueritas est, quod secundum quod scit tantum, scientia est in esse, quod est causa fori in esse, uerbi gratia, qui scit calorem ignis, non dicitur tantum scire naturam caloris existentis in reliquis calidis, sed iste est ille, qui scit naturam caloris secundum quod est calor. Et similiter primus scit naturam entis in eo quod est ens simpliciter quod est ipsum. Hæc Commenta. Ex quibus arguitur sic. Ille qui cognoscit res solum in quantum sunt entia nõ cognoscit ea distincte. Sed prima causa cognoscit quidditates solum in quantum sunt entia: ut patet ex prædictis uerbis Commentar. ergo &c. Secundò. Notitia quidditatum ut sunt distinctæ, est notitia particularis. Sed Commenta. ubi supra dicit quod scientia Dei non est particularis: sic enim dicit: Scientia eius non est uniuersalis nec particularis: & loquitur de primo principio, ergo non cognoscit quidditates distincte. Minor patet. Maior pbatur. Notitia distincta est notitia particularis sicut etiam notitia confusa est uniuersalis, ergo intelligere quidditates ut sunt distinctæ, est habere scientiam particularem. Tertio. Omnis notitia habita per medium uniuersale est uniuersalis & confusa. Sed notitia quam habet prima causa de quidditatibus rerum, est per medium uniuersale, scilicet per essentiam eius quæ omnia uniuersaliter representat: ergo omnis eius notitia de quidditatibus rerum est uniuersalis: & per consequens non est distincta.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

Conclusio.

Respondet. In ista querunt duæ conclusiones. Prima est hæc, Philosophus & Commentator cognouerunt Deum intelligere quidditates rerum proprie, & distincte. Sed antequam probetur ista conclusio, prius distinguitur. Nã cognoscere aliquod obiectum distincte potest accipi tribus modis. Vno modo dicitur aliqua cognosci distincte: quia cognoscuntur distinctis cognitionibus: ita quod ipsæ cognitiones in se plurificantur secundum pluralitatem obiectorum: & hic modus intelligendi non potest esse in primo principio: ut dicit Philosophus & Commentator 12. Metaph. text. & commento 51. Cuius ratio est: quia eius cognitio est eius substantia quæ nõ plurificatur. Alio modo dicitur aliqua cognosci distincte: quia cognoscuntur per distincta media: sicut patet in eo qui eandem passionem prius intelligit per effectum demonstrari, quia est: & postea per causam proximam demonstrare propter quid. Hæc etiam distincta notitia non potest esse in causa prima: quia tantum essentia sua quæ est una realiter, est sibi ratio intelligendi quicquid intelligit. Tertio dicitur aliqua cognosci distincte, quia non tantum cognoscuntur quantum ad ea prædicata in quibus conueniunt: sed etiam quantum ad ea in quibus distinguuntur: & quæ sunt eis propria: sicut cognoscere hominem in quantum est animal rationale, est habere proprium & distinctum eius conceptum: quia iste conceptus soli homini conuenit. Et ad hunc sensum intelligit Deum cognoscere quidditates rerum distincte: quia intelligit eas ut distinctæ sunt. Probatur autem quod ista conclusio fuerit de mente Philosophi & Commentatoris. Primò. Ille intellectus intelligit omnes quidditates distincte, in quo sunt omnes formas

naturales eo modo quo formæ artificiales sunt in artifice. Sed intellectus primæ causæ est huiusmodi, ergo &c. Maior patet: quia artifex non potest introducere determinatam formam in materia, præter formam lecti, nisi hanc formam determinatè cognosceret, & cum artifex operetur per intellectum & uoluntatem. Nec uilla potest assignari ratio quare potius ageret hanc, quàm illam: nisi esset uolens, & apprehendens hanc determinatè, & indistinctè. Minor est Commentatoris 12. Metaphysicorum, commento 17. ubi circa finem, loquens de uirtutibus quæ sunt in seminibus, dicit quod non in animante in actu: sed tantum in potentia: sicut etiam domus in mente artificis est domus: tantum in potentia. Et postea subdit quod tales uirtutes, & formæ assimilantur articulis. Et post pauca recitans, & improbat opinionem Themistij dicentis, quod anima est actu in seminibus ex orbe decliui, subdit ista uerba formaliter, igitur calores generati ex caloribus stellarum, generantes quamlibet speciem specierum animalium habent mensuras proprias illius caloris ex quantitatibus motuum stellarum, & dispositionibus earum adiuuicem in propinquitate & remotione: & ista mensura prouenit ab arte diuina intellectuali: quæ est similis uniuersali unius artis principalis sub qua sunt artes plures. Hæc Commentator. Ubi patet, quod ipse expressè dicit omnes formas contineri in prima causa, sicut in quadam arte uniuersali. Probatur secundo eadem minor assumpta, quia Commentator 12. Metaphysicorum, commento 36. loquens de formis materialibus sic dicit. Ista enim formæ uidentur habere duplex esse, scilicet in actu, scilicet materiale esse quod habent: & esse in potentia, scilicet esse quod habet in illa forma: & loquitur de causa prima. Dico autem potentiam, quemadmodum dicimus, quod formæ artificiales habent esse in actu in materia, & in potentia in anima artificis. Secundo arguitur pro conclusione. Intellectus habens solitudinem de indiuiduis quantum ad formam secundum quam communicant inter se, intelligit naturam eorum specificam distincte. Sed intellectus primæ causæ est huiusmodi, ergo &c. Maior patet: quia impossibile est solitari & habere curam de aliquo, nisi ipsum cognoscat. Vnde si haberetur cura secundum naturam specificam, oportet quod natura specifica cognoscat. Minorem ponit Commentator 12. Metaphysicorum commento 17. ubi sic dicit in fine. Dicentes quod Deus sollicitus est circa unumquodque indiuiduum &c. Secundà conclusio. Notitia quam habet Deus de quidditatibus rerum, nõ est notitia uniuersalis. Hanc conclusionem probat Commentator 12. Metaphysicorum contra Themistium commento 51. in fine tali ratione. Id cuius scientia est uniuersalis, scit in potentia particularia quæ sunt in actu: quia uniuersale non est nisi in scientia rerum particularium. Sed scientia Dei nullo modo est in potentia: quia Deus & omnia quæ conueniunt ei sunt actio pura, igitur eius scientia non est uniuersalis. Hanc conclusionem communiter omnes concedunt sequentes in hac parte Commentatorem. Et ratio esse potest ea quasi quam posuit Commentator: quia nihil intelligit Deus nisi per essentiam suam: essentia autem sua non est uniuersalis: cum nec actu nec potentia sit prædicabilis de multis habentibus essentias distinctas. Itè quia omne uniuersale est natum determinari per aliquid: per quod contrahitur ad aliqua sub se contenta: & per consequens potest recipere additionem alicuius & sic est potentiale: essentia autem Dei nullo modo est potentialis: ergo & cetera. Sed quia essentia Dei habet duo. Est enim obiectum suæ scientiæ: & est medium quo Deus intelligit alia. Dubium est an sibi repugnet uniuersalitas ex eo quod ipsa est obiectum: an potius ex eo quod ipsa est medium. Ad quod dicunt aliqui quod ei repugnat in quantum est obiectum, quia uniuersalitas sumitur principaliter ex obiecto in scientia, & hoc probant. Primò. Metaphysica est scientia uniuersalis: ut dicitur primo & 3. Metaphysicorum, & alia scientiæ per comparationem ad eam sunt particulares. Sed subiectum scilicet intellectus est res singularis: & similiter ipse habitus Metaphysicæ est entitas singularis, obiectum uero est uniuersale, ergo tantum ex obiecto habet quod sit uniuersalis. Secundò. Demonstratio uniuersalis distinguitur à particulari ex parte obiecti: ut dicit Philosophus primo posterior. ergo scientia uniuersalis distinguitur à particulari ex parte obiecti. Consequentia patet: quia demonstratio causat scientiam. Confirmatur, quia Philosophus ibi sic dicit, Scibilia secundum quod sunt uniuersalia, magis scibilia sunt quàm secundum partem demonstrabilia. Alij uero dicunt quod diuina essentia potius in quantum est medium dat scientiæ eius quod non sit uniuersalis: ita quod scientia Dei ideo nõ est uniuersalis: quia medium quo Deus omnia

Nota.

Tex. cõ. 1.

Opin. aliorum.

nia intelligit non est uniuersale. Et hoc probatur per eandem rationem qua arguit prædicta opinio. Demonstratio uniuersalis distinguitur à particulari per prius ex parte mediij quæ ex parte obiecti: ergo distinctio scientiæ uniuersalis à particulari magis sumitur ex medio quàm ex obiecto. consequentia patet. Antecedens probatur. Demonstrationes simpliciter, & absolute consideratæ, distinguuntur per prius ex medijs quàm ex obiectis, ergo etiam demonstratio uniuersalis & particularis: consequentia patet. Antecedens probatur. Tum quia id dicitur 1. post. in isto cap. Scientia autem est certior, licet distinguatur tam ex obiectis quàm ex principijs. Tum quia demonstratio facta ab Astrologo de rotunditate terræ, & facta à naturali de eadem rotunditate, sunt distinctæ demonstrationes, cum causent scientias specie distinctas. Sed istæ non distinguuntur ex obiectis: cum sit idem obiectum formale utriusque, scilicet terra in quantum est rotunda: ergo distinguuntur tantum ex medijs. Tum quia habita maiori & minori propositione, licet in eodem instanti habeatur etiam conclusio: quia inducens simul cognouit 1. post. tamen prius natura habeatur præmissæ, quàm conclusio. Accipio igitur duas demonstrationes per diuersa media factas & terminatas ad diuersas conclusiones. Et arguitur sic. In illo priori in quo præmissæ præcedunt conclusionem, istæ demonstrationes sunt distinctæ. Sed tunc non distinguuntur per obiecta, quia nondum est notitia conclusionis: ergo prius inest demonstrationibus distinctio quæ oritur ex medijs, quàm illa quæ oritur ex obiectis. Ad primum autem prædictæ opinionis dicitur quod metaph. habet per prius, quod sit uniuersalis: quia eius demonstrationes sunt per media magis uniuersalia, scilicet, per media abstracta ab omni materia quàm habeat uniuersalitate ex obiecto. Ad secundum dicitur, quod licet distinguatur ex obiectis: per prius tamen distinguuntur ex medijs. Ad confirmationem dicitur, quod Philosophus per ista uerba non intendit aliud dicere nisi quod demonstratio uniuersalis est posterior particulari.

Tex. cõ. 4.

Tex. cõ. 5.

Ad primum.

Tex. cõ. 4.

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad argumenta principalia. Ad primum negatur minor. Ad cuius euidentiam sciendum, quod particulare accipitur dupliciter. Vno modo, pro specie specialissima. Alio modo pro indiuiduo signato: ut patet ex 4. post. & 1. physico. uult ergo dicere Commenta. in illis uerbis, quod Deus non intelligit singularia signata: licet intelligat singularia, id est, naturas específicas intelligendo seipsum qui est ipsum ens subsistens: ac si diceret quod non intelligit eas nisi in quantum sunt entia, id est in quantum continentur & representantur in entitate eminenter subsistente. Ad secundum negatur maior: quia notitia particularis est illa quæ habetur per medium signatum, quale medium non est diuina essentia. Ad probationem dicitur, quod licet omnis notitia confusa sit uniuersalis: non tamen omnis distincta est particularis. Cuius ratio est: quia medium quo cognoscitur aliquid confusè representat multa confusè & potentialiter quæ sunt condiciones facientes notitiam esse confusam: medium autem quo habetur notitia distincta, non est semper aliquid signatum: & tantum rem indiuiduam representans: imo potest multa representare, & tamen distinctè unumquodque eorum. Ad tertium negatur minor: quia ut dictum est, essentia Dei non potest dici uniuersalis, cum nullo modo sit determinabilis: nisi forte dicatur quod est uniuersalis, quia omnia representat: sed ex hoc non sequitur quod eius scientia sit uniuersalis: quia res ipsas non representat solum quantum ad conceptus communes: sed etiam quantum ad ea quæ uniuersaliter sunt propria.

QUESTIO LXVIII.

Utrum elementa maneat actu in misto.

Varitur 68. Utrum elementa maneat actu in misto. Respondet. Circa hanc questionem dicendum: quod in hoc omnes conueniunt, scilicet, quod elementa manent in misto: alioquin mistum non posset resolui in ea: nec diceretur ex eis esse compositum, sicut probat Philosophus contra antiquos primo de generatione. text. & commen. 92. sed quomodo sint in misto, magnum habet difficultatem: quoniam aliqui dicunt quod sunt ibi in actu aliqui uero quod tantum in potentia. In hac autem questione disputabitur tantum prima opinio: quæ dicit quod elementa sunt actu in misto. Hanc opinionem tenet Auicenna, ubi autem hæc posuerit Auic. non constat: sed solet allegari in lib. 1. suæ sufficientiæ, c. 2. in quo loquitur de quatuor causis: sed ibi nihil est ad hoc propositum: nisi quod dicit circa finem, quod aliqua sunt per misturam ut

Opinio Auicennæ.

in castrum, ex galla & atramento: sed ex hoc non habetur quod elementa maneat actu. Quicquid tamen sit de hoc: clarum est quod Commentator ei istud imposuit: & eandem opinionem ipse tenet, sicut recitat Comment. 3. cæli commen. 65. Et primo de gen. comen. 90. Commen. 3. cæli, loco prædicto: & Petrus Auicoli. sententiarum. distin. 17. & licet conueniant ibi in conclusione, differunt tamen in modo ponendi eam. Nam Auic. dicit quod elementa sunt in misto secundum esse perfectum quo ad formas eorum substantiales: licet quantum ad qualitates habeant esse imperfectum: quia huius qualitates sunt remissæ: quibus remissis ipsa elementa confranguntur in partes minimas ut ueniunt ad missionem: tamen earum formæ non sunt remissæ. Ex ratione huius imperfectionis, dixit a libi Commen. quod elementa non sunt actu in misto, sed tantum in potentia: ut patet, primo de gen. comen. 90. cuius uerba sunt hæc, rectè dicit Aristoteles elementa non esse in misto actu, sed saluari in potentia. Commentator uero aliter dicit, quod non solum qualitates elementorum remittuntur: sed etiam formæ eorum substantiales, aut omnino corrumpuntur: & resultat & generatur ex eis quadam qualitas media. Et si argueretur contra ipsum, tum quia substantia nõ suscipit magis & minus, tum quia forma misti adueniret enti in actu composito ex materia & forma elementari, tum quia oportet receptiuum denudari à natura recepti tam secundum speciem quàm secundum genus: ergo oportet materiam carere omni forma substantiali ad hoc ut aliquam recipiat.

Auicennæ.

Ad primum.

Ad secundum.

Ad tertium.

Opinio tertia.

Ad primum dicit quod licet formæ elementorum sint in genere substantiæ: ipsæ tamen ratione suæ imperfectionis sunt quasi media inter formas substantiales & accidentales. Et quia medium participat naturam extremorum: ideo formæ elementorum conueniunt cum alijs formis substantiæ in hoc quod constituit aliquid in specie: puta in specie ignis, & conueniunt cum formis accidentalibus in hoc quod possunt intendi & remitti. Ad secundum dicit, quod non est inconueniens formas substantiales aduenire enti in actu imperfecto formæ autem elementorum sic remissæ: dant tantum esse imperfectum. Ad tertium dicit, quod oportet receptiuum denudatum esse omni forma eiusdem ordinis, ad hoc quod aliquam illarum recipiat: formæ autem elementorum sunt quidem eiusdem rationis inter se: & ideo materia habens formam alicuius elementi nõ potest recipere formam alterius elementi forma priori manente: formæ autem mistorum uero sunt eiusdem ordinis cum formis elementorum. Tertia uero opinio aliter declarat dicens, quod forma elementi est quidem simplex simplicitate quæ opponitur compositioni materiæ & formæ: non tamen est simplex per negationem omnis simplicitatis: sed est composita ex partibus essentialibus diuersarum rationum: ex quibus integratur essentia illius formæ: dum uero elementa ueniunt ad missionem, non corrumpitur tota forma elementi: sed aliqua illarum partium essentialium: & per consequens ipsa forma perdit propriam rationem suam & omnem operationem: unde manent formæ elementorum aliquo modo in actu: non tamè in actu perfecto ut possint denominari forma ignis uel aquæ: sed manent tantum in actu permixto potentia. Ex illis autem partibus essentialibus elementorum quæ manet constitatur una forma quæ proprie dicitur forma misti: ita quod forma misti non est una simpliciter forma ex nouo generata: sed constat ex præexistentibus partibus formarum elementorum.

Contra istas opiniones arguitur quantum ad ea quæ propria sunt uniuersali earum. Et primo contra Auicennam. Eadem est ratio de toto & partibus: ergo si qualitas elementi potest remitti secundum partem remanente substantia elementi: sequitur quod elementum potest remanere secundum substantiam amissa tota qualitate: quod est falsum. Secundò. Quælibet forma requirit in materia proprias dispositiones. Vnde alteratio est uia ad generationem. Sed propria dispositio formæ ignis est calor in summo: quia citra summum gradum non potest forma ignis stare in materia, ergo calor ignis non potest remitti. Tertio. Sequitur quod mistum non esset unum per se. Sed hoc est falsum: quia unitas misti non est unitas aggregationis, aut tantum constitutionis: ergo. Consequentia probatur. Impossibile est formas contrarias esse in eodem secundum gradum summum. Sed forma ignis perfecta habet calorem in summo: & forma aquæ habet aliquem gradum frigiditatis, ergo non possunt esse in eadem parte materiæ: ergo ex eo in quo est forma ignis perfecta, & ex eo in quo est forma aquæ, non fit unum per se. Patet consequentia: quia esse unum per se, est esse unum secundum formas, unitas autè formæ requirit unitatem materiarum.

Quæst. Metaph. Pau. Son.

ria. Quartò. Ex duabus speciebus specialissimis saluatis eorum rationibus specificis, non potest fieri vna species specialissima. Sed quatuor elementa sunt species specialissimæ: ergo ex eis manentibus non potest fieri vna species misti: Minor patet. Maior probatur: quia ex quibuscunque fit vnum per se, ipsa sunt indistincta ab eo quod fit: vt patet de materia & forma. Contra opi. Comment. arguitur Primò. Nihil est medium inter ea quæ distinguuntur per rationes contradictorias: quia contradictio est oppositio cuius non est medium: vt dicitur 1. poste. & 4. metaphys. Sed substantia & accidens distinguuntur per rationes contradictorias: quia substantia est ens per se, & accidens est ens non per se, sed in alio, ergo forma elementorum non sunt mediæ inter substantiam & accidens. Secundò. Nihil est medium inter ea quæ sunt diuersorum generum: vt dicitur 10. metaphys. patet istud in coloribus & saporibus & in omnibus formis habentibus aliquod medium. Sed substantia & accidens sunt omnino diuersorum generum: ergo &c. Tertio. Omnis forma quæ potest intendi & remitti est diuisibilis, & per consequens est acquisibilis per motum continuu. Sed formæ elementorum non possunt acquiri per motum, alioquin generatio elementorum non esset propriè generatio, sed alteratio: ergo eorum formæ non possunt intendi & remitti. Quartò. Si possunt intendi & remitti: sequitur quod hoc nõ solum potest esse in missione, sed etiam quod extra missionem vnum elementum posset remittere aliud: & sic ignis per actionem aque esset aliquando minus ignis: & per actionem alterius ignis in ipsam, esset aliquando magis ignis quam prius. Quintò. Non solum elementa constituunt mistum: sed etiam ex corporibus mistis constituitur aliquod mistum: vt patet in electuariis: ergo non solum elementa, sed etiam prædicta mista succiperent magis & minus: quod nullus dicit.

QUESTIO LXX.

Vtrum necessitas & immutabilitas sint idem.

Prima ratio. Q Væritur sexagesimonono, vtrum necessitas immutabilitas sint idem. Et arguitur quod non. Primò. Postitium & priuatiuum non sunt idem. Sed necessitas est quid postitium, immutabilitas verò dicit priuationem mutabilitatis: ergo non sunt idem. Secundò. Absolutum & relatiuum differunt. Sed necessitas est quid relatiuum: quia omne necessarium respectu alicuius est necessarium, puta respectu esse vel operationis vel huius: immutabilitas autem est quid absolutum, cum non dicatur ad aliud: ergo &c. Tertio. Necessitas nõ potest stare cum contingencia, cum opponantur. Sed immutabilitas stat cum contingencia: ergo immutabilitas non est necessitas: Maior patet. Minor probatur. Deus contingenter vult Sortem sedere: & tamen voluit Dei terminata ad cursum Sortis, esse immutabilis: ergo &c. Confirmatur, quia Sortes sedere quando sedet est immutabile. Sed Sortes tunc sedet contingenter: quia eius voluntas contingenter causat sessionem in illo instanti in quo determinat potentiam motiuam ad sessionem: ergo &c.

Secunda ratio. Respondeo, quod aliud est querere vtrum ens necessarium sit idem quod formaliter necessarium & immutabile: & aliud est querere, vtrum necessitas & immutabilitas habeant eandem rationem formalem. Nam primum est quantum ad res: & esset querere, vtrum ens necessarium sit per eandem entitatem necessarium, & immutabile: constat autem quod sic, vt patet maxime in prima causa & in aliis intelligentibus, quæ cum sint simplices, nõ habent aliam entitatem per quam sint immutabiles ab ea per quam sunt necessarii. Secundum autem est quantum ad rationes formales necessitatis & immutabilitatis. Hoc autem non est ita clarum sicut primum. Et ideo iuxta hunc sensum determinando quæst. dico quod in omni re necessaria & immutabili, eius necessitas & immutabilitas sunt idem formaliter: ita quod talis res dicitur necessaria & immutabilis propter eandem rationem formalem. Quod probatur. Primò. Illa sunt idem formaliter quorum est eadè diffinitio: quia in habentibus diffinitionem, ratio & diffinitio sunt idem: vt dicitur 4. metaphys. tex. comment. 28. Sed est eadem diffinitio necessarii & immutabilis: ergo &c. Maior patet. Minor probatur. Nam 1. poste. & 3. metaphys. tex. comment. 6. dicit philosophus quod necessarium est, id quod impossibile est aliter se habere. Sed diffinitio immutabilis est, nõ posse aliter se habere. Quod probatur. Immutabile enim dicitur, quia non potest mutari: moueri autem est, se habere aliter quam prius, vt dicitur 3. phys. ergo esse immutabile, est nõ posse aliter se habere quam prius: & sic diffinitio necessarii & immutabilis est eadem. Secundò. Idem apparet quia Comm. 5. metaphysic. comment. 6. exponens

tertium modum necessitatis positæ ibi ab Arist. sic dicit: Et etiam dicitur necessarium id quod impossibile est vt sit alio modo, scilicet quod impossibile est transmutari aut inueniri alio modo ab eo secundum quod est, & iste modus est famosior omnium modorum istorum. Patet autem quod in istis verbis exponit Comment. non posse aliter se habere per hoc quod est nõ posse transmutari. Ex his arguitur sic. Non posse aliter se habere, est formalis ratio necessarii in omnibus necessariis. Sed nõ posse aliter se habere, est nõ posse transmutari siue esse immutabile: ergo eadem est ratio necessarii & immutabilis: minor patet ex dictis. Maiorem ponit Comment. vbi supra circa finem comm. 7. sic dicit, Et declarat, scilicet Philosophus ratione necessarii, & facit eam etiam intelligi in omnibus rebus necessariis hoc quod impossibile est vt sit alio modo ab eo secundum quod est. Ex quia determinatio præsentis quæst. ita plana est apud Philosophum & Comment. nõ adducam alias probationes ad hoc confirmandum. Sanctus etiã Tho. idem sentit quando dicit quæst. 5. super Boet. artic. 1. vbi sic dicit: Omne necessarium in quantum tale, est immobile: quia omne quod mouetur in quantum tale, possibile est esse: & non esse, vel simpliciter, vel secundum quid, vt dicitur 10. metaphys.

Ad primum. Ad secundum. Ad tertium. Ad confirmationem.

Ad primum in oppositum dicitur, quod conceptus necessarii est ita priuatiuus sicut conceptus immutabilis: diffinitur enim necessarium per negationem, scilicet per nõ posse aliter se habere. Ad secundum negatur minor: necessarium enim non dicitur ad aliud, sed ad se, & si nulla alia res esset nisi Deus, adhuc ipse esset ens necessarium. Ad tertium dicitur, quod duplex est necessitas, scilicet absoluta & conditionata, vt magis dicitur sequenti quæstio. Prima necessitas non stat cum contingencia, similiter nec immutabilitas talis necessarii. Secunda verò necessitas stare potest cum contingencia: sicut & immutabilitas. Ad confirmationem dicitur, quod eo modo quo sedet immutabiliter ita & necessario. Seder enim immutabiliter: nõ quia possit mutari de sedente in non sedentem, sed quia non potest esse quod nõ sedeat dum actu sedet: ita etiam necesse est eum sedere dum sedet necessitate conditionata: & tamè absolute potest esse quod non sedeat.

QUESTIO LXX.

Vtrum sit tantum vnum ens necessarium.

Q Væritur septuagesimo vtrum sit tantum vnum ens necessarium. Et arguitur quod sic. Primò. In reru natura est tantum vnum ens independens: ergo est tantum vnum ens necesse esse: antecedens ab omnibus est cõcessum. Consequentia probatur multipliciter. Primò. Omne ab alio dependens est ens producibile. Sed nullum producibile est necessarium: ergo nullum ens ab alio dependens est necessarium. Maior patet. Minor probatur. Nullum possibile est necessarium: propter quod dicit Comment. 2. celi. comm. 34. quod nullum possibile est verè in rebus æternis. Sed omne producibile est ens possibile produci, ergo &c. Secundò. Id nõ est necessarium esse: quod potest intelligi sub non esse. Sed omne ab alio productum potest intelligi sub non esse: cum non habeat esse ex se, sed ab alio, ergo &c. Confirmatur, quia causa productiua est natura prior producto: in illo autem priori intelligitur productum, vt non habens esse: quia si intelligatur vt habens esse: erit vt habens esse à se: aut à producente. Non primum: quia tunc produci non posset, quia quod habet esse à se, nõ est producibile ab alio. non secundum: quia sequitur quod prius haberet esse à producente quam esset productum ab eo: quod est dicere contradictoria. Tertio. Omne ens necessarium determinatur ex seipso ad esse. Sed productum ab alio non determinatur ex se ad esse: nõ habet esse ab alio, scilicet à producente, ergo & cetera. Quartò. Id quod sibi derelictum non est, iam non est necesse esse: quia necesse esse sibi derelictum est. Sed ens ab alio productum sibi derelictum non est: cum non habeat esse nisi per aliud, ergo nõ est necesse esse.

Respondeo. Circa hanc quæst. dissentiant Comment. & Auicenna quantum ad verba: licet fortè nõ quo ad sensum. Nam Auicenna 1. suæ metaphysic. com. 7. dicit, quod est in rerum natura tantum vnum necesse esse, scilicet Deus: reliqua verò omnia possibilia sunt. Eius enim verba sunt hæc in principio illius capituli. Dicemus etiam quod necesse esse debet esse vna essentia. Et postea quibusdam interpositis concludit: Omne quod habet esse ab alio in diffinitione suæ essentia est possibile esse. Ex quo sequitur quod si esset necessarium, quod simul esset possibile & necessarium, quod est inconueniens. In cap. etiam præcedenti, scilicet

Ad primum

Ad secundum

Ad tertium

Ad confirmationem

Prima ratio

Secunda ratio

Tertia ratio

Quarta ratio

Auicenna placitum

scilicet, c. 6. sic dicit: Quod autem necesse esse non habeat causam, manifestum est. Si enim necesse esse haberet causam sui esse, profectò eius esse esset per illam: quicquid autem est alicuius esse, est per alium: cum consideratum fuerit per se, non habebit esse necessarium. Hanc opinionem Auicenna aliqui improbant. Primò. Quia possibili posito in esse: nullum sequitur impossibile: vt patet per diffinitionem possibili positam à philosopho 1. priorum, ca. 18. & à Commentatore primo celi. comment. 124. Sed si intelligitur, aut cœlum sunt entia possibilia ex se: sequitur aliquod impossibile: ergo non sunt possibilia. Minor probatur. Si non est effectus productus à causa agente ipsum ex necessitate naturæ: etiam illa causa non est. Sed secundum Auicennam prima causa producit intelligentias: & cœlum ex necessitate naturæ: ergo si ista non essent quæ per se sunt entia possibilia, etiam prima causa quæ est ens necessarium non esset. Secundò. Contradictio est dicere, quod aliquid sit possibile non esse ex se, & necessarium esse ab alio: ergo non est ponendum. Consequentia patet. Antecedens probatur. Nulla additio tollit relationem contradictionem nisi variatio terminorum. Sed possibile & necessarium sunt relatiua: important enim respectum rei ad esse vel non esse: ergo nõ tollitur cõtradictio inter possibile nõ esse, & necesse esse, per esse ex se, & per esse ab alio. Confirmatur, quia eadè linea non potest esse dupla ex se, & non dupla ab alio respectu eiusdè lineæ: ergo non potest aliquid esse possibile non esse ex se: & impossibile non esse ab alio. Tertio. Possibile & impossibile contradicunt: Sed nõ potest poni quod aliquid sit impossibile ex se: & possibile ex alio, ergo nec econtra potest poni quod aliquid sit possibile non esse ex se, & impossibile non esse ab alio: quod equipolleret ad necesse esse ab alio. Philosophus autem sicut exponit Commentator, videtur dicere, quod omnia sempiterna cuiusmodi est cœlum & intelligentiæ, sint entia necessaria, & habentia necessitatem ex seipsis. Quod declaratur. Primò, quia Philosophus primo celi tex. comm. 136. ponit quædam distinctionem quam exponit Commentator dicens quod naturalia sunt tribus modis. Nam quædam sunt quorum natura dat eis vt semper sint. Quædam verò quibus dat vt semper non sint. Quædam autem vt sint in duabus dispositionibus, videlicet vt aliquando sint, & aliquando non sint. Et exponens quæ sit ista natura quæ ista dat, dicit quod illud quod semper est non est semper nisi ex natura innata ad hoc, & est natura eius per quam est quod est. Et postea inferens conclusionem dicit, Naturæ igitur rerum dant eis aut vt sint semper: aut vt non sint semper: aut vt aliquando sint: & aliquando nõ sint. Ex his patet, quod res æternæ habent ex natura sua vt semper sint: & consequenter ex seipsis, sunt necesse. Secundò. Idem patet, quia id ex se est necessarium quod ex se non habet potentiam vt aliquando non sit. Sed res sempiternæ sunt huiusmodi: ergo ex se sunt necessaria. Maior patet ex diffinitione necessarii Minor probatur. Si haberet potentiam vt aliquando non sit, cum habeat etiam potentiam vt semper sit: nam cœlum semper erit: sequitur quod due potentia congregarentur simul respectu contradictorium, scilicet, potentia ad semper esse, & potetia ad aliquando non esse: & sic idem erit possibile esse semper: & possibile aliquando non esse. Possibili autem posito nullum sequitur impossibile: nõ est igitur impossibile quod aliquid sit semper: & cum hoc quod aliquando non sit: quæ est manifesta contradictio. Tertio. Impossibile est quod potentia in futurum sit infinita: alioquin cum infinitum consumi non posset: sequeretur quod potetia nõ posset existere in actu: quod est contra diffinitionem potentia: constat autem quod si res sempiternæ haberent possibilitatem ad nõ esse, illa potentia esset ad infinitum in futurum: ergo nõ potest poni talis potentia. Opinionem Commentatoris magis laudat S. Tho. in quæstionibus de potentia, q. 5. art. 3. vbi vtranque prædictam recitat. Sed vt appareat quod verè nõ contradicunt. Sciendum est primò, quod tam secundum Philosophum & Commentatorem quam etiam secundum Auicennam, omnes res sempiternæ sunt à Deo effectiue. Sciendum secundò: quod secundum prædictos Philosophos Deus eas produxit ex necessitate naturæ, vt dictum fuit. Ex quibus duobus sequitur, quod res sempiternæ non habent esse ex se, sed ab alio receptum: & tamen quod non possunt non esse, cum ex necessitate naturæ producuntur. Et hic duo fuerunt causa varietatis inter Auicennam & Commentatorem. Nam Auicenna considerans, quod res sempiternæ non habent esse ex se: & consequenter quod seclusa omni causa extrinseca ipse nõ essent, dixit quod sunt possibiles ex se. Commentator autem considerans, quod licet ita sit, tamen prima causa produxit eas ex necessitate naturæ: & non potest eas non pro-

ducere: & ipsæ in natura sua non habent aliquod principium per quod possint deficere: dixit quod ex se sunt necesse esse. Quod autem horum secundum veritatem sit magis concedendum absolute, dico quod vtrunque ad bonum sensum. Pro cuius notitia sciendum est, quod necessarium & contingens sunt conditiones complexi & incomplexi. Nam Sortem currere est contingens: & etiam ipse Sortes in se est ens contingens. Similiter Deus est ens necessarium, & Deum esse est necessarium. Potest etiã esse quod complexum sit necessarium: & tamen extrema complexi sint contingencia. Nam homo est ens contingens, & similitur eius risibilitas: & tamen hominem esse risibilem est necessarium. Sciendum secundo quod complexum potest esse necessarium dupliciter. Vno modo absolute: & hoc est quando eius oppositum est implicatè contradictionem. Alio modo potest esse necessarium necessitate nõ omnino absoluta & simpliciter. Necessitas absoluta complexi contingit ex duobus. Primò quidem: quia vnum extremum ponitur in diffinitione alterius, scilicet, ut subiectum in diffinitione prædicati: aut prædicatum in diffinitione subiecti: & propter hoc hominem esse animal: & triangulum habere tres angulos & alia huiusmodi sunt necessaria. Secundo complexum est necessarium absolute propter identitatem extremorum: & propter hoc Deum esse est necessarium. Licet enim essentia non ponatur in conceptu existentia, nec econtra: tamè in Deo idem esse omnino sunt essentia & esse. Ista necessitate absoluta nõ est necesse cœlum aut intelligentias esse: quia in eis non est idem esse & essentia: nec vnum clauditur in ratione alterius: & ita intellexit Auicenna: & cœlum & intelligentias esse est necessarium: quia secundum Philosophos non possunt nõ produci à causa prima: & etiam secundum veritatem, quia postquam productæ sunt in esse, nihil habent in se per quod possint desinere esse: licet possint deduci ad non esse per causam extrinsecam. Similiter dico quod res sempiternæ sunt in se quædam res necessaria: cum ex se non habeant quod possint desinere esse. Vnde si propriè loquamur: magis concedendum est quod sint necesse esse, quam quod sint possibiles: & ideo magis propriè locutus est Commentator in hac quæstione, quam Auicenna, multa alia pertinentia ad hanc materiam dicta sunt 12. huius.

Ad rationes verò in oppositum negatur antecedens. Ad primam probationem negatur maior secundum Commentatorem, quando ens ab alio dependens est æternum, sicut est in proposito. Nã de huiusmodi dependente nunquam est verum dicere, quod sit producibile, sed quod semper sit productum: Producibile enim prout notat potentiam non est in rebus æternis. Vnde dicit Commentator 2. celi, comment. 34. quod possibile in rebus æternis est necessarium. Negatur etiam minor secundum veritatem. Producibile enim potest esse necessarium, licet non simpliciter. Primò quidem si productum ex necessitate naturæ. Secundo si producatur in tali natura in qua nõ sit principium intrinsecum ad nõ esse. Et cũ dicitur, quod producibile est possibile produci, dico, si producitur ex necessitate naturæ: quod nõ est possibile produci, sed est necesse produci. Similiter dico quod nõ dicitur possibile per potentia in eo existentem: sed solum per potentia agentis, cum hoc autem stat necessitas talis qualis supra dicta est in ipso effecto producto. Ad secundum negatur maior, quando tale necesse esse non est necesse esse simpliciter, cuius oppositum includat contradictionem: & hoc modo intelligentiæ sunt necesse. Et per idem patet ad confirmationem. Ad tertium dicitur, quod determinari ex se ad esse, potest esse dupliciter. Vno modo prout ly, excludit causam agentem, & sic negatur maior. Alio modo vt excludit causam formalem, & sic cõceditur maior: & negatur minor. Nam intelligentiæ sunt ex se formaliter necesse esse: quia in natura sua nihil habet per quod possint desinere esse. Ad quartum negatur maior, nã etiã in diuinis personis: vt dicunt theologi, filius nõ esse si pater non esset: & tamè filius est simpliciter, & omnibus modis necesse esse, cum sit Deus. Rationes verò positæ in quæstione contra Auicennam solutz sunt supra 12. huius.

Nobis autem ex suppositis & determinatis dicendum infra.

In hoc loco probat, quod substantiæ abstractæ sunt plures proponendo ea quæ dicta sunt supra, scilicet, quod est vnus primus motor qui est substantia sempiterna, & omnino immobilis, & vnus motor mouet tantum vnum mobile. His suppositis arguitur sic: Tot sunt substantiæ abstractæ quod sunt motores corporu cœlestiu. Sed huiusmodi motores sunt plures, ergo sunt plures substantiæ abstractæ: maior patet. Minor probatur. Tot sunt motores quod sunt motus,

Concordat sunt Auicenna & Aucr.

Not. tertium

Ad primum

Ad secundum

Ad tertium

Ad quartum

Tex. 43. 12. metaph. Conclusio.

Not. primum

Not. secundum

motus: quia vnus motoris est tãrũ vnus motus. Sed motus cœlorũ sunt plures: quia prãter motũ primi mobilis sunt & iã motus planetarũ: ergo &c. Er quia forte posset aliquis dicere quod motor eorũ nõ est substantia, probat hoc tali ratione. Id quod est prius substantia æterna est substantia. Sed motor cœlorum est prius cœlo quod est substantia æterna: ergo motor cœlorum est substantia æterna, & ita concludit quod substantia siue motores sunt tot, quot sunt motus cœlorum. Notat S. Tho. quod Aristoteles post motum primum non ponit nisi motus planetarum, quia eius tempore non erat deprehensus nisi motus stellarum fixarũ. Vnde creditur quod octaua sphaera in qua sunt stellæ fixæ sit primũ mobile, sed posteriores astrologi deprehenderunt quod motus stellarum fixarum est in contrarium primi mobilis. Vnde necesse est quod prãter cœlum in quo sunt stellæ fixæ, sit alia superior quæ reuoluit totum cœlum motu diurno.

Tex. 44. Quot quidem igitur sunt substantia, & harum quæ prima & secunda secundum ordinem eundem latitudinis astrorum palam est.

In hoc loco declaratur qualis sit ordo secundum dignitatem in prædictis substantiis, & dicit quod ordo earum est secundum ordinem latitudinum, id est, motuum cœlorũ. Vnde illa quæ facit nobiliorem motum, est nobilior. Atreditur autem ista nobilitas in motu non ex parte velocitatis, vt scilicet, dicamus illum esse nobiliorem qui est velocior. Alioquin motus inferiorum planetarum essent nobiliores qui in minori spatio compleunt motus suos, sed atreditur ista nobilitas quantum ad locum & quantum ad magnitudinem. Vnde sic dicit Commentator, Prioritas enim in loco eorum & in magnitudine facit eos priores in nobilitate. Quod quidem est verum loquendo de magnitudine totius sphaeræ: quia si loqueremur de magnitudine folijs planetarũ, cõstat quod sol est maior alijs planetis. Vel vt inquit S. Thom. hoc est intelligendum de magnitudine virtutis: quia quanto planera est superior tanto habet vniuersaliorẽ, diurniorẽ & potentiorẽ effectum, quia stabilitas esse rei attribuitur Saturno, perfectio autem & bona habitudo Ioui, virtus autem contra notitiam correspondet Marti. Sol autem est vniuersale principium motus. Veneri attribuitur generatio. Mercurio multiplicatio indiuiduorum in eadem specie. Lunæ autem attribuitur dispositio materiae ad recipiendum omnes impressiones cœlestes. Et quia supra dixerat tot esse substantias abstractas, quot sunt motus cœlorum, subiungit per quam sciẽtiã sciatur quod sunt isti motus, & dicit quod per Astrologiam quæ sola inter mathematicas considerat de substantia sensibili & æterna. Ibi enim dicitur quod quilibet stella errans, id est, quilibet planeta habet plures motus: & dicuntur planetæ stellæ errantes, quia non semper seruant eundem situm inter se, sicut stellæ fixæ. Ista autẽ pluralitas motuum cognoscitur tripliciter, vt dicit Commentator & S. Thom. Est enim aliquis motus qui ab omnibus comprehenditur sensu, vt puta motus diurnus. Sunt alij alij motus qui non comprehenduntur nisi quibusdam instrumentis. Sunt quoque alij qui non comprehenduntur nisi ratione, quia motus planetarum inuenitur quandoque tardior, quandoque velocior, & planeta videtur quandoque esse directus, quandoque retrogradus.

Quid cum planetarum motibus.

Tex. 45.

Sed quot sunt hæc. Incipit modò enumerare motus planetarum secundum astrologos, multa tangens pertinentia ad astrologiam, quæ indigerent longa expositione, & quia ista consideratio aliena est ab hoc tractatu, sed metaphysicus omnia ista præsupponit tradita ab astrologis, ideo omittit hanc multitudinem verborum, & ponit tantum id quod supponitur ad nostrum propositum. Nã dicit quod corpora cœlestia per se mobilia sunt 55. Calippus verò putauit quod sint tãtum 47, & consequenter tot sunt substantiæ abstractæ: prædictas autem opiniones Theodoxij recitat Philosophus à textu 45. vsque ad textum 48.

Numerus corporum cœlestium.

Tex. 48.

Quare autem substantias & principia mobilia. Concludit nunc quod licet prædictus numerus nõ habeatur demonstratione, tamẽ ratione est existimare quod ita sit, & consequenter quod sint etiam tot substantiæ abstractæ & immobiles. Licet consideratio & speculatio circa prædictum numerum corporum cœlestium relinquenda sit his qui sunt fortiores & apiores ad astrologiam, sufficit enim nobis, vt ait Commentator, scire quod substantiæ abstractæ sunt tot quot sunt motus corporum cœlestium. Sed quia huic conclusioni possunt aliqua obuiare, conse-

conclusio.

quẽter ea remouet Philosophus. Primum quod potest obuiare est, si dicatur quod datur aliqua substantia abstracta quæ nihil mouet, & ex hoc sequitur quod sunt plures huiusmodi substantiæ quàm motus cœlorum. Istud ergo remouet dicens quod omnis motus cœli ordinatur ad motũ alicuius astri, & motus cuiuslibet astri ordinatur ad aliquã intelligentiam tanquam ad finem: ita quod nulla est quæ non sit finis alicuius motus. Quod patet: quia intelligentiæ sunt in meliori dispositione quàm possint esse. Sed hoc nõ esset nisi essent finis motus, & etiam mouerent: quæ si non mouerent, essent in dispositione diminuta: ergo &c. Secundum quod potest obuiare prædictis est, si dicatur quod in cœlo sunt plures motus quàm illi qui enumerati sunt, sed non percipiuntur. Sed Philosophus excludit etiam hoc, quia impossibile est quod vnus motus sit propter alium tãquam propter finem: quia si sic esset, ille esset propter alium, & sic in infinitum: ergo omnes motus cœli sunt gratia aliorum, & consequenter est impossibile ponere aliquem motum in cœlo, per quem non possit cognosci aliqua diuersitas in aliquo aastro, & sic falsum est quod sint in cœlo aliqui motus qui non possint percipi. Commentator verò sic format hanc rationem. Idem est numerus motuum & motorum & mouentũ: ergo non sunt plures motus quàm corpora mota. Sed corpora mota sunt tãtum ea quæ enumerata sunt: ergo motus non sunt plures. Antecedens primum huius consequentiæ probat: quia omnis motus est propter esse in aliquo moto & propter motorem: ergo non sunt plures motus quàm mouentia & mota.

Quod autem cœlum vnum sit manifestum est.

Tex. 49.

Tertium quod prædictis obuiare potest est, si diceretur quod sunt plures mundi, & in quolibet eorũ sunt tot sphaeræ quot sunt in isto, aut plures vel pauciores, & consequenter sunt aliqua intelligentiæ mouentes illos mũdos præter eos qui mouent istum. Hoc autem excludit Philosophus dicens, quod cœlum, id est, mũdus, est tantum vnus, quod patet. Si est alius mũdus, ipse est eiusdem speciei cũ isto, quia haberet similes partes partibus istius, nempe Solem & Lunam, & alia astra. Sed nõ potest esse alius eiusdem speciei cum isto: ergo &c. Minore probat. Si essent duo mundi eiusdem speciei, essent etiam duo primi motores eiusdem speciei: consequens est impossibile, ergo antecedens. Probat impossibilitatem consequentis: Quæcumque differunt solum numero, & sunt eiusdem speciei, habent materiam. Sed primum principium nõ habet materiam, quia tota eius substantia est endelechia, id est, actus: ergo non est possibile esse duo prima principia eiusdem speciei.

Tradita sunt autem à senioribus & antiquis.

Tex. 50.

Quia inter Philosophos quorum extat memoria, nullus est qui naturaliter cognouerit tanta de primo principio, & qui ita probauerit ipsum esse sicut Aristoteles. Ideo autem comparat verba sua ad dicta antiquorũ, & dicit quod dixerunt duo verba. Quorum primum est, quod dii sunt, & per deos exponit Commentator corpora cœlestia. Sanctus autem Thom. per deos, exponit intelligentias. Secundum est quod dicunt in ente totam naturam, id est, omnia naturalia. Reliqua verò quæ ab antiquis dicta fuerũt, sunt quasi fabulæ, scilicet quod dii sint similes hominibus: & quibusdã alijs animalibus. Et ista ab eis dicta sunt ad corrigendos mores hominum, & vt iniicerent eos ad condendas leges: hoc tamen verum est quod omnes substantiæ abstractæ habent in se aliquid diuinum: Ista autem quæ de rebus diuinis dicuntur, & etiam reliqua pertinentia ad philosophiam infinites corrupta & generata sunt: quia mũdus est æternus. Vnde etiam illa vera quæ nos diximus in finities, ante nos dicta sunt, sed non extat memoria & notitia qui dixerint has veritates.

Paternam quidam opinionem, &c.

Tex. 51.

Iste est vltimus tractatus in duo Philosophos mouet quædam quæstiones pertinentes ad intellectũ primi principij: quæ quidem quæstiones sunt nobilissimæ inter omnes quæ mouentur de primo principio, vt dicit Commentator, & sunt naturaliter ab omnibus desideratæ. Er quia Caldei circa hanc materiam valde scrutari sunt, ideo appellat eam sententiam paternam: vt idem Commentator exponit. Sed S. Thomas aliter exponit, dicens, quod per opinionem, paternam accipit Philosophus ea quæ dicta sunt de Deo in textu præcedenti, quasi diceret, hæc supra dicta sunt opinio paterna, nunc autem incipiamus dicere quædam alia, scilicet ea quæ pertinent ad intellectũ primi principij. Circa quod tangit quatuor quæstiones. Sed antequam eas enumeret præsupponit vnum, scilicet quod primum principium nõ intelligit aliquid nobilius se. Licet enim

Tractatus vltimus in 12.

enim alij motores moueant, quia mouentur à primo appetibili & intelligibili, tamen primum principium cum sit omnium dignissimum, non mouetur ab alio intelligibili & appetibili superiori, oportet ergo quod intelligat vel se vel alia quæ sunt infra, & ideo non oportet dubitare de eius intellectu per comparationem ad aliquid superioris eius, sed solum per comparationem ad se & ad inferiora. Est autem in qualibet intelligentia considerare tria, scilicet, intellectum, intellectionem, & obiectum: & de omnibus istis queritur, & primò comparando intellectum ad suam intellectionem. Vtrum intellectus primi principij semper actu intelligat, vel aliquando intelligat tantum potentia, videtur enim quod intelligat semper in actu: quia cum nobilitas & bonitas intellectus sit intellectio, & intellectus diuinus sit nobilissimus, quod si non intelligeret semper actu, sequitur quod aliquando careret sua nobilitate. Secunda quæstio est: Vtrum intellectio qua primum principium intelligit, sit eius substantia. Videtur enim quod sic, quia cum intellectio sit perfectio intellectus, si intellectio intellectus Dei non esset substantia eius, sequitur quod perfecteretur per aliquid aliud à se, & consequenter non esset eius perfectissimum ex se, sed conueniret ei nobilitas ex alio. Tertia quæstio est: Vtrum intelligat tantum se, vel potius etiam alia, & si intelligat alia, dubium est an intelligat semper omnia vel potius quandoque vnum, quandoque aliud. Quarta quæstio est: Vtrum nobilitas obiecti faciat ad nobilitatem intellectionis. Signum est enim quod sic, quia videtur inconueniens quod aliquis occupet intellectum suum circa vilia, quod non esset nisi obiectum faceret ad nobilitatem & ignobilitatem intellectionis. Primum istarum quæstionum soluit Philosophus, dicens quod intellectus Dei non intelligit in potentia, sed semper in actu, & hoc probat dupliciter. Primò. Quia intellectus intelligens in potentia est sicut dormiens, quia in dormiẽte sunt opera vitæ tantum in potentia. Sed intellectus Dei non est sicut vitæ viuens, vt supra dictum fuit, ergo &c. Secundo. Quia intellectus qui quandoque intelligit in potentia & quandoque in actu, transmutatur à potentia in actum. Sed intellectus Dei non est transmutabilis, vt patet ex dictis supra: ergo non intelligit in potentia. Secundam quæstionem soluit dicens, quod intellectio diuini intellectus est eius substantia, quod dupliciter probat. Primò vt dictum fuit, quia si non esset eius substantia, sequitur quod perfectio eius esset per aliquid aliud à se, quoniam intellectio est perfectio intellectus. Sed non potest perfici per aliud à se, alioquin non esset eius perfectissimum: ergo &c. Secundò. Intellectus Dei semper intelligitur actu, vt patet per primam quæstionem: ergo si sua intellectio non est sua substantia, sequitur quod continuetur in eo per aliquid aliud, super id quod est causa illius intellectionis. Sed hoc est falsum: ergo &c. Probatur falsitas consequentis. Omnis operatio continuata in alio subiecto per aliud agens, est in eo cum labore cuius est, quia cum habens talem operationem quantum est ex se, sit indifferens ad habendum eam, & ad non habendum, si semper in eo continuatur, oportet quod sit cum defatigatione ipsius. Quod patet à signo, quia nos continuè laborando fatigamur. Sed Deus non intelligit cum labore, ergo eius intellectio est eius substantia. Sanct. Tho. dicit quod Philosophus non ponit hanc rationem tanquam necessariam, sed solum tanquam probabilem: quia quod aliquis acquirit ab alio non est ei laboriosum nisi vel ipsum, vel aliquid aliud continuans ipsum sit contra naturam. Vnde licet continuitas motus cœli dependeat ab extrinseco, non tamen cœlum mouetur cum labore. Commentator noster dicit quod ista ratio Philosophi posita est ad probandum quod intellectus diuinus non intelligit quandoque, vnum quandoque aliud, quia necesse est cadere lassitudinem in intellectu in quo est successio intellectuum. Tertiam quæstionem soluit dicens quod intellectus diuinus intelligit tantum se, quod sic probat. Intellectus diuinus intelligit, vt supra probatum fuit. Sed non intelligit inferiora se: ergo intelligit tantum se. Patet consequentia, vt dicit Commentator, quia si intelligit, aut intelligit superiora se: & hoc non: quia nullum est tale, aut intelligit inferiora se, & hoc non, vt probabitur: ergo relinquatur quod intelligat tantum se. Quod autem non intelligat aliquid inferiori se probat, quia intellectio secundum se præcisè considerata non habet quod sit aliquid nobilissimum: alioquin cum in eo quod intelligit vilia, sit intellectio, sequitur quod in eo sit nobilissima perfectio, quod est falsum. Oportet ergo quod intellectio habeat nobilitatem & ignobilitatem ex obiecto, ita quod illa intellectio sit vtilis quæ est obiecti vilis & ignobilis. Er ex hoc arguitur, Nobilissima intellectio non potest esse obiecti ignobi-

Questio. 1.

Questio. 2.

Questio. 3.

Questio. 4.

Conclusio. 1.

Conclusio. 2.

Conclusio. 3.

lis. Sed intellectio qua Deus intelligit, est nobilissima, ergo Deus non intelligit vilia, & consequenter non intelligit inferiora se, quia omnia talia sunt vilia per comparationem ad ipsum. Quomodo intelligenda sit ista ratio Philosophi, præsertim secundum Sanct. Thom. diximus in quæstione. Sed contra prædicta arguit Philosophus dupliciter. Primò. Nulla cognitio est cognitio sui ipsius principaliter. Sed intellectio qua Deus intelligit est substantia Dei, ergo si per eam Deus intelligit tantum se, sequitur quod illa intellectio sit principaliter intellectio sui ipsius. Maiorem probat inducitur, quia sententia & opinio & existimatio sunt principaliter alterius, & non terminantur ad se ipsas nisi per accidens, scilicet, dum aliquis sentit se sentire. Secundò, arguit ponendo dubitationem quandam, quia dictum est quod Deus est sua intellectio & etiam quod est ipsa res intellecta. Sed non est dictum per quod istorum conueniat esse bonum & optimum: ergo insufficienter dictum fuit. Ad primum negat Philosophus maiorem, quia in quibusdam scientia est ratio facta tam in practicis quàm in speculatiuis. In practicis quidem, quia res scita si accipitur sine materia, est scientia: domus enim siue materia, id est, domus quæ est in mète artificis, est eius scientia & ars. Similiter in speculatiuis res scita est ipsa ratio diffinitiva rei quæ scitur, & eandem ratio diffinitiva in intellectu est sciẽtia quæ habetur de re: per hoc enim intellectus est sciens, quia cognouit rerum diffinitiones. In rebus ergo omnino separatis à materia idem est scitum & scientia, licet in nobis hoc non ita sit simpliciter: cuius causa est vt ait Commentator, quia intellectus in nobis non est intellectus omnibus modis. Ad secundum respondet quod cum intellectio & res intellecta sint simpliciter idem in primo principio, non oportet dubitare per quid eorum conueniat esse perfectum, licet hoc contingat dubitare, vt ait Commentator in eo in quo distinguitur intellectus à re intellecta. Sed quia saltem distinguitur ratione scientia in Deo ideo est dubium quæ ratio sit perfectior, scilicet, ratio intellecta an ratio intelligens: Ad quod dicitur quod ratio intelligens est perfectior absolute. Non enim ex hoc quod aliquid intelligitur, potest concludi ipsum esse ita perfectum sicut concluditur ex hoc quod est intelligens. Ratio tamen primi intellectus est perfectior quàm ratio primi intelligentis, quia quod prima intellectio sit omnium nobilissima, est ex hoc, quod est primi intellectus, & per consequens patet responso ad quartam quæstionem, quia, scilicet, nobilitas obiecti facit ad nobilitatem intellectionis. Solutis prædictis quæstionibus mouet Philosophus vnam aliam in fine huius textus, quæ est, Vtrum intellectum à prima causa sit simplex aut compositum. Sed duplex potest esse sensus huius quæstionis. Primus quidem. Vtrum ipsa substantia primi principij quam dixerat esse obiectũ intellectum ab eo sit, composita. Secundus sensus est. Vtrum intellectus primi principij intelligat componendo & diuidendo, ita quod compositio referatur ad modum intelligendi, & non ad rem intellectam. Iuxta primum sensum exponit hunc locum Commentator & Sanct. Thom. iuxta secundum. Dicit igitur Commentator quod intellectum à primo principio est simplex & non compositum, siue est vnum & non multa, & intendit hanc rationem. Si intellectum à primo principio esse compositum siue multa, oportet ipsum esse compositum ex partibus diuersarũ rationum, cuius ratio est, quia compositum ex partibus eiusdem rationis est vnum intellectum, eo quod omnes illæ partes conueniunt in vna ratione. Sed intellectum à primo principio non est compositum ex partibus diuersarũ rationum, quia quod sic intelligit multa, intelligit aliqua extra se quæ subsunt causæ eius: ergo intellectum à primo principio non est multa. Secundò arguit sic: Ille intellectus nõ intelligit multa in quo intellectus & intellectũ sunt idẽ omnibus modis. Sed sic est in primo principio, ergo intellectus eius non intelligit multa. Maiorem probat à signo quia intellectus humanus intelligit multa, & huius ratio est, quia intellectus & intellectum ab eo non sunt idem omnibus modis. Minorem probat, quia intellectus noster est aliquo modo idem cum intellectu ab eo, quia intellectus & intellectum sunt vnum, vt dicitur 3. de anima, ergo in primo principio, quod est omnino separatum à materia, intellectus & intellectum sunt idem omnibus modis. Ex hoc infert quod si sint aliqua intelligentia in quibus intellectus & intellectũ distinguntur: tanto aliqua earũ erit nobilior, quanto intellectus eius habeat maiorem idẽtatem cum intellectu. Subdit postea Philosophus, quod quia intellectus primi principij est omnino idem cum intellectu: ideo non accidit ei lassitudo, sed in omni seculo intelligit se. Sanctus autem Thom. exponens hunc textum dicit

contra s. th. qui philosophus.

Ad primũ.

Ad secundũ.

Averrois. expositio.

S. Th. exp. 110. dicit.

dicit quod intentio Philosophi est probare tribus rationibus, quod Deus non intelligit componendo & diuidendo, quarum prima hæc est: Intellectus componens & diuidens potest seorsum intelligere vnâ partem illius complexi, non intelligendo aliâ, & transmutari à notitiâ vnus partis in notitiâ alterius, sicut patet quod intellectus formâs hoc complexum, homo currit, potest concipere hominem per se & cursum per se. Sed probatum est supra quod intellectus primi principij non potest transmutari: ergo non intelligit componendo. Secunda ratio. Intellectus substantiæ omnino immaterialis intelligit sine compositione, sicut humanus intellectus. Sed intellectus primæ causæ est omnibus modis immaterialis, ergo idem quod prius, id quod dictum est in maiori sicut intellectus humanus exponitur secundum dissimilitudinem. Vt sit sensus, quod humanus intellectus intelligit componendo: quia accipit sua intelligibilia à rebus materialibus. Tertia ratio. Intellectus habens semper & æternaliter suam perfectionem non intelligit componendo, cuius ratio est quia sua perfectio consistit in tali compositione. Vnde etiam verum, quod est bonum intellectus, non est in incomplexis, sed in complexo: hanc autem complexionem nõ habet semper, quia prius intelligit simplicia quàm componat ea. Sed intellectus primæ causæ habet æternaliter omnem suam perfectionem, ergo &c. Potest alio modo exponi iste textus dicendo, quod Philosophus tangit hanc quæstionem. Vtrum intellectum à prima causa sit simplex aut compositum, id est, vtrum prima causa intelligat per plures conceptus, quorum tamẽ quilibet in se sit simplex. Et respondet quod non, quia intelligit vnico simplici conceptu. Quod probat. Primo, quia omnis intellectus habens plures conceptus, transmutatur ab vno in alium, quia vnus alteri succedit. Secundo, quia in separatis à materia quilibet intellectus intelligit conceptu indiuisibili, quod non est verum de intellectu humano. Tertio, quia vbi est successio conceptuũ, ibi non est omnis & totalis perfectio æternaliter. Nã quando vnus inest, alter cessat: prima autem causa habet æternaliter omnem suam perfectionem.

Alia expositio.

Text. 52. *Perscrutandum autem est qualiter habet totus natura bonum & optimum.*

Dixerat supra Philosophus quod prima causa mouet, vt intelligibile & amabile, & declarauit textu præcedenti qualiter ipsa sit intelligibilis, quia: scilicet est primum intellectum & alia quæ dicta sunt. Nunc declarat quomodo ipsa sit bonum vniuersi, & mouet hanc quæstionem, Vtrum in vniuerso sit bonum intrinsecum, aut extrinsecum, aut vtroque modo. Nam sicut in actionibus est finis intrinsecus & extrinsecus, puta alterationis: finis intrinsecus est qualitas ad quam terminatur alteratio, & finis extrinsecus est forma substantialis, ad quam disponit illa qualitas: ita etiam in rebus ordinatis bonum intrinsecum est ordo earum, bonum verò extrinsecum est id propter quod sic sunt ordinata. Ad hanc quæstionem respondet Philosophus quod in vniuerso est bonum vtroque modo, quia ordo partium vniuersi est bonum intrinsecum eius, Deus autem propter quem sic ordinata sunt, est bonum extrinsecum. Et si quærat, quod istorum bonorum est perfectius, respondet quod bonum extrinsecum, & assignat causam, quia finis est nobilior his quæ sunt ad finem. Sed bonum extrinsecum est finis boni intrinseci, sicut apparet in exercitu cuius bonum intrinsecum est ordo exercitus, & bonum extrinsecum est dux, sed dux est finis illius ordinis, quia partes exercitus ideo ordinatae sunt, vt exequantur voluntatem ducis. Et similiter ordo partium vniuersi est ad explicandum id quod continetur in intellectu & voluntate primi principij. Inferet S. Tho. ex his, quod sicut dux causat ordinem in exercitu, ita etiam Deus est causa ordinis qui est in vniuerso. Et quoniam iste textus est clarus, Com. & S. Thom. in expositione eius omnino conueniunt. Sed quia posset aliquis dubitare, vtrum omnes partes vniuersi sint æqualiter ordinatae, ideo ad hoc respondens Philosophus dicit, quod non: quoniam partes vniuersi ordinantur ad primam causam per earum operationes. Agendo enim exequantur id quod continetur in prima causa. In quibusdam autem rebus principium huius inclinationis est natura, in quibusdam verò est voluntas. Et loquendo de vtriusque, illæ perfectiori modo sunt ordinatae, quæ nõquam deficiunt ab operationibus suis cuiusmodi sunt corpora cælestia & intelligentiæ, illæ verò quæ deficiunt à suis actionibus non sunt ita perfecte modo ordinatae: & ista sunt generabilia & corruptibilia, in quibus accidunt multa à casu, vt monstra & alia huiusmodi. Sicut etiam in familia filij, sicut liberi magis exequantur id quod pertinet

Finis extrinsecus & intrinsecus.

Ad bonum domus, quàm serui, & serui magis quàm bruta animalia. Et hæc est tota sententia huius quæstionis.

Dico autem puta ad discerni necesse quoque omnibus venire. Text. 53.

Quia in toto isto loco declarauit quæ sint rerum principia, scilicet tam substantiarum sensibilibus quàm insensibilibus: nunc excludit aliorum opiniones de principijs rerum. Omnes enim antiqui ponebant duas propositiones, quarum vna est quod sola contraria sunt principia rerum. Alia verò est quod omnia sunt ex contrariis. Primam propositionem improbat Philosophus tali ratione. Impossibile est aliquid fieri ex contrariis nisi contraria inter se agant & patiuntur. Sed non possunt agere & pati nisi sit aliquid præter contraria, ergo non est verum quod sola contraria sint principia rerum, sed requiritur aliquid aliud: Maior patet. Minor probatur, quia non transmutatur vnum contrarium in aliud, cum sit mutatio de contrario in contrarium. Non enim albedo fit nigredo, nec e contra: ergo oportet esse aliquid aliud quod mutetur de vno in aliud, & hoc est subiectum siue materia vt patet primo physicorum, & supra in hoc libro duodecimo.

Amplius omnia praua participatione extra vnum. Text. 54.

In hoc textu reprobatur secundâ propositionem, scilicet quod omnia sint ex contrariis: & arguit primo sic: Si omnia sunt ex contrariis, puta ex materia & forma, vt exponit commentator, vel ex quibuscunque aliis contrariis, sequitur quod in omnibus sit malum excepto vno. Sed consequens est falsum, quia in corporibus cælestibus & in substantiis abstractis non est malum neque corruptio, ergo non omnia sunt ex contrariis. Consequentiam probat, quia contrariorum semper vnus habet rationem priuationis respectu alterius, & consequenter habet rationem mali. Excepto igitur illo contrario quod est altero perfectius in omnibus aliis erit malum, quia in omnibus aliis erit illud aliud contrarium quod est imperfectum. Secundo improbat eadem opinionem ex hoc, quod aliqui dixerunt quod principium aliquarum rerum est tantum bonum, & quod non omnium principia sunt bonum, & malum, quod tamen esset, si omnia essent ex contrariis, quia vt dictum est, alterum contrariorum est malum. Isti tamen etiã defecerunt, quia non dixerunt quomodo bonum sit principium, scilicet vt finis vel vt forma vel vt moues. Tertio specialiter improbat opinionem Empedoclis dicentis, quod omnia componuntur ex quatuor elementis, & ex lite & amicitia, ita quod amor est pars rerum mistarum, & arguitur sic: Amor per se est pars mistorum; ergo est vt materia eorum. Item amor per se congregat, ergo est agens. Sed alia est ratio agentis, & alia materia, quia materia est in potentia, & agens est in actu. Item moues extrinsecum & materia est intrinseca, ergo Empedocles qui non declarauit quomodo amor sit agens: & quomodo sit materia, non sufficienter dixit. Item defecit Empedocles ponendo litteram esse principium, quia littera est malum, sed malum secundum recte opinâtes non est principium rerum.

Anaxagoras autem vt mouens. Text. 55.

Hoc loco probatur opinio Anaxagoræ esse diminutam, qui dicebat quod intellectus est principium mouens respectu omnium. Contra hoc arguit Philosophus. Omne mouens mouet propter aliquem finem. Sed Anaxagoras non dixit propter quem finem moueat: ergo diminutè locutus fuit. Et subdit Philosophus quod non potest dissolui ista ratio, nisi eo modo quo ab ipso dissoluitur, scilicet quod in separatis à materia idem potest esse mouens secundum finem & secundum agens, & hoc modo mouet ille intellectus, vnde mouet propter seipsum: Secundo arguit ex communi sententia antiquorum, quia secundum eos omnia sunt ex contrariis: ergo oportet assignare vnus aliud principium præter intellectum quod sit contrarium ipsi intellectui.

Omnes autem contraria dicentes. Text. 56.

Iste textus nõ habetur in eo quem exposuit Commentator. Vnde ipse de eo nihil dicit, sed S. Tho. exponit eum. Intendit Philosophus reprehendere antiquos dicentes quod omnia sunt ex contrariis, quia non declarabant quomodo fiant ex eis. Primum igitur inconueniens quod eis accidit est, quia non possunt assignare causam quare aliqua sint corruptibilia, & aliqua sint incorruptibilia, cū omnia sint ex eisdem principijs, scilicet ex contrariis. Similiter non possunt

possunt assignare causam huius differentie corruptibilium & incorruptibilium, illi qui dixerunt omnia esse ex non ente: quia si sic, omnia habent eandem originem, & non apparet, quare potius hoc sit corruptibile quàm illud, propter quod Parmenides & Melissus, nescientes assignare hanc differentiam, negarunt distinctionem rerum, dicentes quod omnia sunt vnus ens. Secundum inconueniens est: quia non possunt assignare causam quare generatio sit æterna, & quæ sit causa generationis: oportet enim præter contraria esse aliud generans, quod tamen isti non ponunt, nec dicunt an sit æternum aut non. Tertium inconueniens est, quia vt diximus, oportet præter contraria esse vnus aliud principium principalius contrariis, à quo habent res quod aliquando magis participant vno contrario, & aliquando magis participant altero, & tamen non possunt hoc assignare. Et hoc inconueniens accidit etiam ponentibus species siue ideas. Nam aliquod indiuiduum nunc participat specie, & antè non participabat, scilicet, antequam generarentur, oportet ergo esse aliquam causam huius diuersitatis. Quartum inconueniens est, quia si omnia sunt ex contrariis, sequitur quod sapientia primi principij sit ex contrariis, vel habeat aliquod contrarium. Sed hoc est falsum, quia omnia contraria habent naturam quæ est in potentia ad vtrumque contrariorum: in primo autem principio nihil est quod sit in potètia: ergo &c. Præter supradictos autem Philosophos, fuerunt antiqui dicentes quod nullæ sunt substantiæ nisi substantiæ sensibiles. Cõtra istos dicit Philosophus: quia si sic esset primũ principium, de quo supra locuti sumus, esset abire in infinitum. Patet ista consequentia, quia omnis substantia sensibilis est mobilis, & cū nihil moueat se, oportet quod ab alio moueatur: ergo si non deuenitur ad aliquam insensibilem & immobilem, est ire in infinitum. Sequitur etiam quod nõ esset talis ordo in vniuerso quælis dictus est supra, scilicet, ordo omnium ad aliquod bonum extrinsecum. Sequitur etiam quod generatio non esset perpetua. Tenet ista consequentia, quia motus æternus cæli sine quo non potest esse aliqua generatio, non potest esse nisi ab aliqua substantia abstracta, eo quod virtus existens in magnitudine non potest mouere motu æterno. Arguit præterea Philosophus contra quosdam alios, scilicet, contra eos qui ponebant ideas & numeros separatos, & dicit quod eis contingunt quatuor inconuenientia. Primum est, quod tales numeri & species separatae non possunt esse causa aliquid, eo quod non habent rationem principij mouentis. Secundum est, quia magnitudo non potest causari ex non magnitudinibus. Sed numeri non sunt magnitudines, ergo non possunt causare magnitudinem, & consequenter nõ sunt causa omnium, sicut illi ponebant. Tertium est quod prima principia rerum non sunt factiua, neque motiua, & per consequens quod non sit rerum generatio. Sed hoc est falsum, quia probatum est 8. physicorum, generationem esse æternam. Probat autem quod hoc sequatur, quia generatio non est nisi inter contraria: sed in speciebus & in numeris non inuenitur contrarietas: ergo si species & numeri sunt principia, sequitur quod nõ sit generatio. Quartum est, quia isti non possunt assignare causam, quomodo ex forma & materia fiat vnus: huius ratio est, quia causa mouens est illa quæ facit ex eis vnus, species autem & numeri non habent rationem causæ mouentis. Vltimo loco arguit contra Pithagoricos ponentes tres ordines rerum, scilicet, numeros, & magnitudines separatas, & sensibilia, quorum vnus ab alio non dependet, nec habent inter se connexionem, quia secundum istos sequitur quod sint tria prima principia in vniuerso. Sed hoc est falsum, quia vniuersum non esset bene dispositum, eo quod pluralitas principiorum non est bonum: ergo oportet esse vnus primum principium à quo omnia gubernentur, & istud est Deus gloriosus in æternum, cui sit honor & gloria in secula seculorum.

FINIS.

